UB
Biblioteca de Ciències Socials

210 / dos tomos

DE PACTIS NVPTIALIBVS, SIVE CAPITVLIS MATRIMONIALIBVS TRACTATVS

MVLTIS REGIAE AVDIENTIAE PRINCIPATVS CATHALONIAE, ET ALIORVM grauissimorum Senatuum, particulari diligentia ad propositum exquisitis, decisionibus ornati,

ADEO VT NIHIL FERE DICATVR, QVOD NON VNA, AVT altera decisione comprobetur,

PER IOANNEM PETRVM FONTANELLA IVRISCONSVLTVM, EX OPPIDO Oloti, Cathalanum, ac in Ciuitate Barcinonensi apud suprema Principatus tribunalia causarum patronum, elaborati,

In quo clausulæ omnes, quæ in instrumentis capitulorum matrimonialium apponi solent, aliquali studio discutiuntur, & omnes ferè materiæ circa eadem, imò & ferè circa omnes iuris difficiles quæstiones, quas hæc tractatio pro oportunitate capere potuit, occurrentes nonnullo labore examinantur.

TOMVS PRIOR

Sacri Principatus Cathaloniæ Senatus clarissimis Senatoribus dicatus.

Cum triplici indice, Glossarum vno, Decisionum Principatus Cathaloniæ Senatus alio, Et tertio denique generali materiarum.



Anno 1612.

BARCINONÆ, Cum Licentia, & Priuilegio, Apud Laurentium Dèu.

Expensis Michaëlis Menescal.

D. Santacharra

UAB
Biblioteca de Ciències Socials



APPROBATIO.

EX commissione Illustris, & admodum Reuerendi Petri Pauli Cassador vtriusque iuris doctoris Canonici Ecclesiæ Barcinonensis, ac pro Illustrissimo ac Reuerendissimo D.D. Ioanne de Moncada Barcinonensi Episcopo Officialis, & Vicarij Generalis, Ego Franciscus Broquetes artiũ & S. Theologiæ Doctor legi librum hunc, cuius titulus est de pactis nuptialibus, *siue capitulis matrimonialibus, & nihil in eo reperi Fidei Catholicæ, aut bonis moribus repugnans, quin potiùs continet doctrinam Reipublicæ vtilissimam, & ideo expedit maximè vt licentia eundem diuulgandi concedatur. Dat. Barcinone pridie Idus Nouemb. Anno Dñi, MDCXI.*

Franciscus Broquetes Doctor Theologus.

LICENTIA.

ATTENTA praedicta approbatione concedimus licentiam, & facultatem impartimur, supradictum opus, *de capitulis matrimonialibus, siue pactis nuptialibus*, titulo praenotatum typis cudendi. Ex nostris aedibus pridie Kalendas Martij Anno salutis, MDCXII.

P.P. Cassador Officialis, & Vicarius Generalis.

ERRATA, QVÆ INTER EXCVDENDVM irrepsere, sic corrigito.

Fol. 4. col. 2. lin. 31. ed. lege sed. fol. 5. col. 4. lin. 15. credulitatis lege credulitas. fol. 6. col. 3. lin. 55. solemnitatis lege solemnitas. fol. 7. col. 2. lin. 27. hanc lege hac. fol. 20. col. 4. lin 55. laudæ lege laude. fol. col. 2. lin. 14. compatrioti lege compatriotæ. fol. 20. col. 3. lin. 27. officij successorum lege officij. & successorum. fol. 9, col. 2. lin. 27. summa lege summam. fol. 20. col. 4. lin. 18. nationum lege nationum. fol. 21. col. 1. lin. 6. pro tot. lege per tot. fol. 20. col. 2. lin. 7. siue lege sine. fol. 28. col. 2. lin. vltim. 313. nu. 13. vol. 2. lege 323. nu. 1. vol. 3. fol. 31. col. 4. lin. 38. priuilugia lege priuilegia. fol. 36. col. 4. lin. 19. eexpectet lege expectet. fol. 43. col. 1. lin. 48. donotio lege donatio. fol. 60. col. 4. lin. 25. qui lege quæ. fol. 62. col. 1. lin. 42. inditio lege iuditio. fol. 20. col. 4. lin. 7. peteſtas lege poteſtas. ibidem donationis lege donationis. fol. 66. col. 3. lin. 41. quos lege quod. fol. 71. col. 1. lin. 8. trascribere lege transcribere. fol. 72. col. 1. lin. 2. axaminare lege examinare. fol. 20. col. 2. nu. 27. prohibendum lege prouidendum. fol. 77. col. 4. lin. 5. occurerit lege occurrerit. fol. 100. col. 1. lin. 15. quadrapliciter lege quadrupliciter. fol. 101. col. 2. lin. 29. teneat lege teneant. fol. 102. col. 1. lin. 39. posquam lege postquam. fol. 20. col. 2. lin. 12. digectorum lege digestorum. fol. 105. col. 1. lin. 20. loquent lege loquenti. fol. 110. col. 1. lin. 30. dendis lege dentis. fol. 20. col. 4. lin. 36. libentum lege libenter. fol. 115. col. 3. lin. 46. nomo lege nemo, & col. 4. lin. 40. fit lege sit. fol. 118. col. 1. lin. 9. dessipans lege dissipans. fol. 118. col. 1. lin. 29. creditorem lege creditores. fol. 131. pag. 1. col. 3. nu. 16. lin. 10. sors lege consors. fol. 144. col. 2. lin. 55. ast lege est. fol. 150. col. 2. lin. 31. ducunt lege dicunt, & col. 3. lin. 3. sententia lege sententiæ. fol. 160. col. 3. nu. 61. vniuersitatis lege immunitatis. fol. 170. col. 4. nu. 52. sonus emissus processus lege soni emissi processus. fol. 182. col. 3. nu. 5. lin. 1. deferunt lege diferũt. fol. 194. col. 4. lin. 1. validitatem rei lege validitatem alienationis rei. ibidem nu. 14. nulli lege nullo. ibidem nu. 30. Ecclesiæ lege Ecclesia. fol. 199. col. 2. nu. 69. pœna lege pœnæ. fol. 200. col. 1. lin. 2. vide conclusionem in archiuo regio, dele totum id. fol. 201. col. 2. nu. 16. lin. 8. 163. lege 193. fol. 202. col. 1. lin. 27. procedat lege procedant. ibidem lin. 47. iuibuissent lege inhibuissent. ibidem lin. 56. quando quomodo lege quando, & quomodo. ibidem lin. 57. cti. lege facti. fol. 207. col. 1. lin. 49. reciditur lege receditur. ibidem col. 2. lin. 31. acasionem lege occasionem. fol. 215. col. 1. nu. 62. paria sunt habere lege paria sunt non habere. fol. 215. col. 4. lin. 27. decisione lege decisio. fol. 218. col. 1. lin. 1. inprin. & lege ei. fol. 231. col. 4. nu. 68. lin. 2. locatorem lege conductorem. fol. 232. nu. 221. facit lege non facit. fol. 257. col. 4. lin. penul. noscere lege nocere. fol. 269. col. 4. nu. 157. lin. 3. subalterno lege sub subalterno. fol. 282. col. 3. nu. 107. lin. 3. maritus mortuo lege mortua. fol. 292. col. 2. nu. 36. lin. 2. alimenta lege alimentis fol. 295. col. 1. lin. 3. Ecclesiæ lege Ecclesia. fol. 299. col. 2. nu. 83. tam lege tamen. fol. 20. col. 3. nu. 84. lin. 3. cõstare lege constante. fol. 310. col. 4. nu. 42. decimæ lege decimas. fol. 320. col. 2. nu. 11. als scandols tit. disolt lo matrim. lege à faragitar fraus tit. de promesa de dot. fol. 331. col. 1. nu. 58. lin. 2. alienando lege reuocando. fol. 341. col. 3. in tit. lin. 8. cõdicinne lege conditione. fol. 367. col. 1. in tit. lin. 10. iure lege iuri. fol. 370. col. 1. nu. 37. lin. 1. inopiam qua lege aut per inopiam quibus. ibidem nu. 37. lin. 9. sit lege sic. ibidem col. 2. lin. 5. recurrere lege recurre. In additio. fol. 3. col. 1. lin. 9. qui & lege qui id.

PRIVILEGIVM REGIVM.

Lo Marques de Almaçan Loctinent y Capita General.

PER quant per part de micer Pere Ioan Fontanella en drets doctor dela present Ciutat de Barcelona nos es estat referit que ha compost vn libre intitulat de Capitulis Matrimonialibus & pactis Nuptialibus, lo qual per comissio feta per lo Duch de Monteleon nostre predecessor es estat vist y examinat per los magnifichs, y amats Consellers de la real Magestat micer Hieronim Senjust, y micer Francesch Ferruz doctors de la Real Audiencia, supplicant nos que attes per la relatio a nos feta consta ser dit libre de vtilitat, y tal que mereix ser tret a llum, fos de merçe nostra manarli cõcedir licẽcia prohibitiua per lo temps ben vist, lo que per ser molt iust y conforme a raho, y peraque dit Doctor Fontanella no sie frustrat es los treballs y gastos que ha patits y sostinguts, hauem tingut a be concedir, segons que ab serie y tenor dela present concedim al dit Doctor Ioan Pere Fontanella licencia y facultat peraque puga liberament imprimir y vendrer, eo fer imprimir y vendrer lo dit libre. Manant expressament a tots y qualsevol estampers y altres qualsevol persones en los Principat de Cathalunya y comtats de Rossello y Cerdanya cõstituides y constituidores, que durant lo temps deuallserit no imprimescan ni vengan ni imprimir ni vendrer fassen ni cõsentan lo dit libre alt intitulat sens orde y licencia de dit Doctor Fontanella sots pena de perdrer los libres hauran imprimits, mollos, y aparells dela impressio, y de sinch cents florins de or de Arago als reals cofrens applicadors y dels bens dels contrafahents irremissiblement exigidors, sots la qual pena diem y manam no resmeyns atots y sengles officials axi reals com de Barons y maiors com menors que la present nostra licencia y prohibitio tinguen guarden y observen, tenir guardar y observar fassen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gratia de sa Magestat tenen chara, y en la pena predita desijen no incorrer. E volem que la present nostra licentia sia duradora per temps de Deu Anys dela data infrascripta en auant compradors, los quals passats sia extincta y finida. Dat. en Barcelona a 14. de Març MDCXII.

Lo Marques de Almaçan.

Vt. de Salba & de Vallseca Regens.
Vt. Don Christophorus Gallart & de Traginer Reg. Thesau.

Michael Ioannes Amat.

In diuersorum locumten. xvij. fol. lxxxv.

SACRI PRINCIPATVS CATHALONIÆ

Senatus præstantissimis Senatoribus

IOANNES PETRVS FONTANELLA
I.V.D. S.D.

QVÆREBAM ego(clarissimi viri)cui potissimum in Cathalonia opus hoc meum, qualecumq.illud sit,dicarem: & cum dubius aliquandiu in hac cogitatione fuissem, puduit memetipsum statim quòd non animaduertissem vos solos esse, quibus id iurè deberetur:cum enim præter id, quod varijs occasionibus,tum informando, tum familiariter colloquendo accepi à vobis,quodq.multis,magnisq.& arduis causis sapienter statuistis,& decidistis(errores demo, qui rudi, ac hebeti ingenio meo sunt adscribendi quòd minùs rectè ea,quæ à vobis eruditè multùm dicebantur,susceperit:id semper pertimui ne cultura,& labore meo acerbiora videantur,& minùs polita quæ vos grauiter,disertè,& innata quadam maiestate pronunciatis)in eo cõtineatur nihil,perspicuum indè fit, ac manifestum,vestrum fore opus dicendum, ac propterea iure optimo vobis debitam dedicationem,effeq.illud vestræ curæ,humanitatiq.commitendum. Agnoscite igitur,Senatores,ipsum vt opus,& rem vestram,& vt tale à maledicis laniantium linguis vindicate,qui non deerunt(ego promito)ad obtrectandum, præstantiam vestrorum ingeniorum excellentium,vndè fluxit,non cernentes,sed mei,qui illud prodeo,exiguitatem contemplantes:nisi consequar, quòd vos fauores tanto illud prosequi omnibus monstretis,vt sic cogatis eos credere,vestrum,non meum opus esse,à vestrisq.præclarissimis ingenijs exortum:tunc enim tantam magnitudinem attingere pertimescentes,nec quicquam contra eam aggredi,vel mutire audentes,silebunt,legent,amabũt, suspicient,& ego assequar,quod pauci,à malcuolis non execrati, semperq. obnoxius ero ad vestras præclaras laudes,singulariaq.encomia decantanda, licèt magnitudine, & immensitate deterritus vix ea humili meo,& abiecto ore audeam contingere,præsertim cum vastissimus terrarum orbis memoria celebret sempiterna:quod si mihi vires in tantis dicendis laudibus defecerint,non deficiet tamen integer in vos animus vestræ obsequendi volunrati cupidissimus.Id sit vestris sic fixum animo, vt est meo, quòd si hoc à quopiam ex vestris præclarissimis ingenijs opus in lucem miteretur, eò gratius foret,quò nunc est timidius ne ab omnibus contemnatur,reijciatur,explodatur:& cum his ego in eo quod meum erat,non defecisse prorsus mihi videor: librum etenim tam multis vobis debitum nominibus,vestro vobis iure non dico, sed soluo, non dono,sed reddo:vester est,quia vestro fauore prodit, vt vestro patrocinio defendatur:vos,domini,quod vestrum est,non dedignemini præstare: vestrũ humiliter expiscanti fauorẽ non denegetis,sic fiet vt animum ad alia excudenda addatis,per quæ quale vestrum(quod præcipuum nostrum fuit institutum)in arduis controuersijs fuerit iuditium, omnes intelligant, qualesq.sint Senatus Cathalonici doctores,alijs non secundi, nec in aliquo inferiores, probè noscant. Valete Reipublicæ lumina fulgentissima,& me vestri obseruantissimum,sicut soletis,diligite.

AD LECTOREM.

PRODIT in mundi theatrum (humaniſſime Lector) hoc meum, qualitercumq; elaboratum, opus, exploratoris officio fungens ſi benè rebus noſtris futurum ſit in orbe, vt ex optimo ſucceſſu, accendatur animus reliqua, quę forſan erunt non pauca, euulgandi, ſi verò infœlix (quod Deus auertat) ille fuerit, dimittatur prorſus, ac frangatur penitùs ne alia vlteriùs mitat in manus hominum, ſed ea obdormire potiùs, & tineas, blattaſq; paſcere, & in area putreſcere ſinat. In quo (à communi ſcribentium nutu alienus) nullum, quod ſaperet excuſationem, fari verbum conſtitui, quamobrem nihil ego ſciens tantum oneris humeris meis valdè leuibus imponere non ſim veritus, tantamq; prouinciam imbecillis valdè, quam plures, illiq. grauiſſimi viri, de noſtraq. Iuriſprudentia, & alijs facultatibus optimè meriti, ſubterfugerunt, ſuſcipere ſim auſus, illud fecit imprimis quòd ijs qui ſtricto libello omnia appetunt, & irrugata fronte, ac rinocerotco naſo aliena tamquam odorant, quiq. (vt loquamur apertiùs) à maledictis vix abſtinent vnquam, nulla futura eſſet excuſatio ſufficiens: quando enim non offendent quid carpiant in Veneris pulchritudine, ad illius ſandalium (Momum agentes) reprehendendum proculdubio ſe conuertent: ijs verò qui æquo pollent animo, quiq. ſciunt, nec dedignantur alienos labores, quantumuis minimos, vt decet, eſtimare, & datum eſt noſce nullas alterius vigilias fore contemnendas, quælibet, quæ ab amico detur, videbitur ſine dubio ſufficientiſſima. Intentum fuit optimum, & quale debuit eſſe, vt cum his, omnibus prodeſſem, qui eis opus haberent: ſi deſiderium non æquauit diligentia, nihil miteris, ea eſt enim humanæ vitæ conditio vt non ſemper feriat quocumq. minatur arcus. Videns quales, & quantæ indies ſuſcitentur in foro lites, ac moueantur inter homines concertationes circa materias in capitulis matrimonialibus, & pactis nuptialibus, quæ in contractu matrimonij fiunt, incluſas, vnum ipſorum ſumere, & quibuſdam ſcholijs, atq. declarationibus (gloſſas appello) clauſulas omnes, & ſingula verba, à quibus nonnullæ cum pulchræ, tum difficiles penderent iuris quæſtiones, proſequi ſtatui, & vnūquodq. ferè dictum (in quo fuit ſummopere deſſudatū, vix etenim alibi quàm in illuſtrium Senatuum deciſionibus, ac determinationibus magna cum maturitate, & abſq. aliquo liuore, qui mentis oculos obducat, factis, ſolidam queo reperire ſcientiam, firmamq. doctrinam inuenire) alicuius eminentis Senatus, ac noſtri præſertim Cathalonici, qui perſpicaciſſimus eſt ſimul atq. doctiſſimus, ſi alius eſt in orbe, placito, & decreto ornare, & illuſtrare. Hoc fecit quòd videatur quandoq. plus nigrum continere quàm rubrum, id eſt plures in diſcurſu operis tractari materias, ac enucleari quæſtiones, quæ minùs videantur inſcriptioni illius conformes: non enim fuit poſſibile id euitare, quia aliud nō patiebatur ſuſcepti inſtituti explicata ratio: oportuit quaſcumq. offenderem notatione dignas voces expficate, & pulchras quæſtiones, quæ circa eas à doctoribus mouebantur, ſilentio non præterire: in primo hoc tomo, & illius clauſulis alia obuia nobis facta non ſunt, quibus magis, quàm fecimus, propriam capitulorum matrimonialium materiam tractaremus, ſunt etenim ea in ſecundum tomum re ſeruata, quia quæ ei initium clauſula dabit, eadem incipiet huius materiæ magis propriam tractationem: interim habe in domino pacientiam. Et quia duo, hæc noſtra inſtrumenta continent, pręcipua capita, quorum alterum patris in filium, quem iugo iugali ſociat, largitatem reſpicit, alterum verò donationem cōcernit, quæ à parentibus fit in dotem filiæ, quæ nuptui traditur, opus nos ideò in duas partes ſecuimus, in prima, quæ hoc primo volumine clauditur, ea quæ à parentibus in filium nubentem largitas exercetur, examinatur, in ſecunda verò, quę in ſequenti volumine, mox (ſi huic benè fuerit) euulgando includetur, poſteriot donatio, quæ filiæ fit in dotem in contractu matrimonij, cum illius appenditijs, pro viribus enucleabitur. Labor eſt iſte quem non reperimus ab aliquo hucuſq. ex profeſſo ſuſceptum: & quamuis propterea, ſicut pręcox in forum quicumq. vendendus fructus affertur, ab omni gabella, & collecta, mercedis vice, liberatur, ita pariter ceu nouos edens fructus hic liber ab omni reprehentionis, calumniæq. tributo ſoſpes deberet iure optimo euadere, nobis tamen non fuit hæc implorandi, impetrandiq. animus, quippe qui probè ſciamus, ac optimè noſcamus quàm irrefragabilibus erroribus, & mendis poſſit ille eſſe implicitus (nemo enim eſt tam lynceus, qui non offendat interdum, quandoq. etiam bonus dormitat Homerus) quæ cauſam forſan dabunt, ac locum, non iniuria, facient iuſtę reprætentioni. Illud ſaltem erit nobis gratiſſimum, neq. à Chriſtiana pietate, ac fraterna charitate alienum, ſiqua inter legendum vitia offenderis, prudenter ſimules, ſed nos in obſcuris reprehendendos conuenias: quod ſi ita feceris præclarè tecum agetur, noſq. ſi par pari referre nequeamus, tam ſingulare tamen beneficium perenni memoria ruebimur, Vale.

FRANCISCI

FRANCISCI GARRAVER S.T.Doctoris, & olim Abbatis Biſulduni patrui vxoris auctoris, quod antequam moreretur, in laudem eiuſdem, & operis parauerat

EPIGRAMMA.



Eia age largifluos aperi FONS limpide FONTES
Et funde irriguos in fata noſtra ſcyphos.
Hinc RVBVS albicomans, hinc te ſitit aridus orbis
Prome eia eloquij blanda fluenta tui.
FONTICVLVS ꝙ ſorte, times, vociteris? in amnem
FONTICVLVS vitreis auctus abibis aquis.
Et RVBVS iſte tuas iuxta dum creuerit vndas,
Sternet in apricas brachia criſpa, roſas.
Et latices feſſus quando ſitiensq. viator
Ebibet, exultans talia dicta dabit.
Heus iuuat Idææ remorari in ſtipite frondis,
Quam ſophiæ FONTES, & vada pura rigant.

BENEDICTI FONTANELLA S.T.Doctoris, & nunc Abbatis Biſulduni auctoris patrui, & auunculi, in laudem auctoris, & operis

EPIGRAMMA.



Proſilit è medijs fluitanti impulſa ſuſurro,
FONTANELLA nitens, vitrea lympha tubis.
Irrigat effuſſo viridantia gramina riuo,
Veſtit & auricomis pulchra vireta roſis.
Nectareos fundis diuino ex ore liquores
FONTANELLA, libris queis tibi ſumus honos.
Progenies tantis celebrabitur inclyta factis
Aeternum generi ſtemma decoris eris.
Maxima floreſcet ſplendenti FONTE propago
Creſcet, & ambroſijs nobile germen aquis.
Hortus adeſt ſoboles, pulchris redimita frutetis
FONTANELLA tuo FONTE fruteta virent.

FRANCISCI PASQVAL OLOTENSIS I.V.D. ad Iuriſprudentiæ ſtudioſum lectorem in laudem authoris

DISTICHON.

Pocula ſi cupias de fonte haurire ſalubri
FONTANELLA tibi nunc breue pandit iter
Tendere ne dubites tu fœlix iuris amator
Lilia non deſunt, alba Liguſtra, Roſæ
Punicei flores, Crocus, & fragantia mella
Ac molles Violæ, Ros maris, atq. Thymus,
Accelera curſum ſitmens tibi ſana ſuperſit
Inuenies FONTEM Pieridumque melos.
Sydereo tandem vultu placidam accipe Lympham
Ing enium paſces lector amice tuum.
Tu mordax ceſſa Theonino rodere dente
Authorem libri ſi ſapis, atq. ſile.
Scribere ne timeas tu FONTANELLA diſerte
Laudabunt docti ſcripta decora tua.

OLOMÆI MORATO Olotensis ad humanissimum lectorem in laudē authoris, carmen.

Castalidum cupiens antrū cōscendere amœnū:
Huius iam voluat, dogmata clara libri.
Namquæ maiores nunquam docuere periti,
FONTANELLA docet, dexteritate graui.
Illinc dulce melos exundat rore Mineruæ:
Aulotum gaudet, patria chara sua.
Distinctè, grauiter, clarè sic omnia tradit:
Ceu quondam obscurum possit, vt esse nihil.
Nec miror teneat summi cum culmine montis:
Parnassi, ac Phœbi plectra cienda canat.
Vos igitur Musæ quibus est permissa potestas:
Laurigera authoris cingite fronde caput.
Is veneranda scholæ legum pénetralia firmat,
Dicitur hunc vestrum semper amasse chorum.
Quem rogo ne pigeat duros subisse labores
Nec timeat lædi iam rabido ore canum.

EIVSDEM

Fœlix illa dies, qua te genuere parentes
O nimium fœlix gens studiosa tui.
Nemo hodie, aut pauci claro sub sole morantur,
T e possint Musis æxupetare sacris.
Aulotum genuit, quondam virtutis amicos
N eu cuiquam inferior, nec minor esse puta
Ergo decus iuris prestans tu scribere perge:
L iberius certè iura docere potes.
Luctus & gemitus tristes effundit inanes,
A c longos fletus inuidus, atque tremit.

EIVSDEM AD ZOYLVM

Miraris Lympham tu Zoile fontis amœni,
O mine iam fausto garrulus esse fuge
Rodere iam cessa, & durum compesce labellum:
A uthoris docti, perlege sæpè librum.
Tu nisi barbariem redolens, hunc lædis iniquè
O bgannire caue iamque latrare canis.

IN COMMENDATIONEM OPERIS

Monocolon Stephani Mallol Olotensis I.V.S.

Si biberis dulces, quos fundit Aonia FONTES,
Clarebit diuina tibi prudentia lector:
At latices contrà Chios infert insula tales,
Quæ semel exhaustæ inficiunt mentemq. retardant.
Ergò minus pariter sunt de Tellure salubres,
Nam iuuant illæ, dant haq. incommoda Lympha.
En nouiter pandit sacrum Parnassus Oloti
Castalium mira vnde fluit prudentia iuris.
Si venias bibitum, non te venisse pigebit
Nam profert doctrinæ ingentes ille siphones.

IACOBVS

IACOBVS CANCERIVS DOMICELLVS V. I. D. IOANNI Petro Fontanella I.V.D. Clarissimo. S.

RECORDOR, Doctissime Fontanella, paucis ab hinc annis, mihi, te communicasse quasdã tuas lucubrationes, super diuersis materijs, quæ tum ius commune, tum municipale, elegantissimè, enodabant. Cumq. valdè mihi placerent, vtpotè qui viderem in foro versantibus magno fore adiumento, adhortabar te, eas, in publicum emitteres. Quod tu (quæ tua est humanitas) longè abijciebas, dicens, leuiores, eas esse, vt in publicum prodire deberent. Et cum iterùm, atq. iterùm id suaderem, aures præbuisti, nihil tamen promittendo: & ne tãto bono iuris vtrusq. proffessores orbarentur, aliquibus Dominis de Senatu, prædicta patefaci, eosq. oraui, animum tibi adderent, vt dictas tuas vigilias, quanto citius fieri posset, typis excudendas traderes. Et quamuis probè nossem, id ab eis factũ, tuum tamen animũ callere numquam potui. Cumq. iam iam huius propositi obliuisceret, ex quo te semper frigescere experiret, ecce de repentè mihi allatum fuit, commentaria tua de pactis dotalibus esse excussa. Quanta dicto nũcio, affectus fuerim lætitia, testes sunt mihi omnes I. C. Barcinonenses, quibus sæpè tuas vigilias prædicabam, dignasq. vt æternæ memoriæ, pro publica omnium vtilitate, mandarentur. In signumq. tantę lætitię, non potui me cõtinere, quin hac epistola, eius rei, publicum testimonium darẽ, & tecum summis precibus agerem in instituto pergeres, & non solum inceptum tractatum absolueres, sed & alia maiora intrepidè capesseres. Polliceor namq. futurum (noui enim tuum summum ingenium) vt præterquam quòd doctissimis quibusque viris grata sint, de omnibus indistinctè bene merearis. Vale Kalendis Aprilis, 1612.

GABRIEL DE MALLA DOMICELLVS, ET I. V. D. BARCInonensis suo valdè familiari Ioanni Petro Fontanella operis auctori. S.

CVM pro ea, omnibus nota, non vulgari amicitiæ necessitudine, quam inter nos, post litterarum, & studiorum societatem, constituit assidua conuersatio, opus non paruum, quod de pactis nuptialibus, siue capitulis matrimonialibus nuncupabas, apud te vidissem, ipsumq. reipublicæ fore non parùm vtile, sed imò necessarium illius mihi lectio (si quid in tanti amici negotio mea valet opinio) indicasset, hortatus sum non semel, ac enixè depręcatus ne tantos labores tuos domi latere, & torpere patereris; & quamuis, siue iuditio, siue timiditate quadam ingenua ab edẽdo te semper refugientẽ aspexissem, quippe qui non benè de rebus tuis sentiebas, dixi fieri posse vt quemadmodum alij falluntur in eo quòd sua scripta nimis indulgenter probant, tu è contra fortasse fallereris in eo quia tua seuerè nimis, atq. acriter improbares: Nonne enim, addebã, alij fuerũt nõ pauci, qui, te licèt in doctrina, & scientiæ exercitatione non superent, ingentes tamen libros (non timidi) in vulgus dederunt? Age igitur dixi, &, omni prorsus deposita hęsitatione, tuorum egregiorum nos fac participes laborũ. Potens adeò fuit hæc suasio vt per eam frui incipiamus tuis doctissimis lucubrationibus. Reliquum est vt te rogitem, & efflagitem ne defficias in via, sed quod bono animo incoasti perficias; spero enim futurum quòd sint tui labores omnibus tam iocundi, quantum scio, qui de eis periculũ feci, fore ipsos vniuersis perutiles, & necessarios. Vale.

FRANCISCVS MILLET I. V. S. IOANNI PETRO FONTAnella operis auctori S.

DVM memoria recolerem (doctissime Fontanella) quàm hilari vultu recèns ab scholis recedens superioribus annis, sine meis vllis meritis, sed pro tua innata benignitate, fuerim à te exceptus, & in tuã familiaritatem cooptatus, vnde, nullus sicut ego, quãtum vtilitatis, & commodi reportauerim, fidelis potest esse testis, quantum scilicet ex doctissimi viri assidua conuersatione cupidus quisq. sciendi capere & potest. & solet: dum (inquam) hoc ingens beneficium recolerem memoria, nec vlla mihi esset spes iniecta vel minimam beneficiorum partem compẽsandi, constristabar non modicùm, & magno dolore cruciabar, pertimescens ne (nullam grati animi ostentionem faciens) in ingrati, quod est omnium omninò detestabilius vitium, in omnium ore, notam inciderem, sed ecce contigit, dum in hoc mętore essem, quòd tu te operi doctissimo, quod nunc profers in lucem omnibus numeris absolutum, accingeris, in quo iam in reuoluendis libris, quibus sine intermissione incumbebas totus, vt perfectum exiret opus, iam in emendandis mendis, quæ inter excudendũ prorumpebant, & in alijs pluribus, quę editio necesse habet ministeria, mea qualicunq. dignatus es operula iuuari, id tanti feci, & in sempiternum faciam, vt palam profitear, ac tester omnibus nihil mihi iucundius, & antiquius vnquam euenire valuisse, sicuti etiam nec doctius, nec perfectius à quouis, quantumuis docto, & perfecto viro, prodire potuisse in vulgus opus, compellor pleno ore prædicare. Vale.

INSTRV-

INSTRVMENTVM CAPITVLORVM MATRIMONIALIVM.

Die N. menſis N. anno à Natiuitate Domini N.

In Dei nomine ſit, & eius glorioſæ, & humilis virginis Mariæ matris ſuæ, Amen.

SPIRITVS Sancti gratia mediante conuentũ eſt, & concordatum quòd matrimonium fiat inter N.V.I.D.ciuem Barcinonæ, filium legitimum, & naturalem N.ex vna, & N.domicellam filiam legitimam, & naturalem N.domicelli in eadem ciuitate domiciliati, partibus ex altera, cuius matrimonij ratione per, & inter dictas partes fuerunt facta, firmata, pactata, tractata, concordata, & iurata capitula, & pacta ſequẽtia.

Primò dicti N.& N.pater, & mater dicti N.filij ſui cupientes, ac deſiderantes dictum N. filium ſuum matrimonio elocari, propter amorem paternalem, & maternalem, quẽ erga ipſum gerunt, & fauore, & contemplatione præſentis matrimonij, quod de expreſſis voluntate, & aſſenſu illorum facere, & contrahere, ſeu contractare debet, facit, & contrahit, ac contractat cum dicta N. futura vxore ſua, gratis, & ex ſua certa ſcientia, donatione ſcilicet pura, & perfecta, ſimplici, & irreuocabili, quæ dicitur inter viuos, poſt tamen obitum dictorum coniugum donatorum, & alterius eorum ſuperuiuentis, & non antea, & nunc pro tunc, cum pactis tamen, vinculis, conditionibus, & reſeruationibus infraſcriptis, & non ſine illis, nec alio modo, faciunt donationem, & hæreditamentum dicto N. filio ſuo præſenti, & inferiùs acceptanti, & filijs ex eo procreandis, de Baronia, quam poſſident in loco N.Caſtro, & villa N.cum fortalitijs, & ædificijs eorundem, territorijs, & terminis, feudis, militibus, feudatarijs, & vaſallis, directis dominaturis, poteſtatibus, & emparis, iuribus cõmiſſi, & ſuperioritatib⁹, hominibus, & fœminis, manſis, bordis, dominaturis, vineis, campis, terris, poſſeſſionibus, ac cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione alta, & baxia, ciuili, & criminali, & exercitio earundem, & cum pace, & guerra, hoſte, & caualcata, & redemptionibus earum, & cum omni dominatione honorum, & diſtrictu, & cũ omnibus, & ſingulis cenſibus, decimis, agrarijs, & partibus expletorum, reditibus, exitibus, & prouentibus, quæſtijs, toltis, fortijs, adempriuijs, vſaticis, vſibus, ſeruitijs, & ſeruitutibus, ac iuribus realibus, ac perſonalibus, agris, aquæductibus, molendinis, piſcationibus, nemoribus, ſiluis, paſcuis, & deueſijs, & venationibus, montibus, & planis, inuentionibus, & vniuerſis, & ſingulis pertinẽtijs, & iuribus dictæ baroniæ, & Caſtri N.& aliorum locorum, quæcunque, & vbicunque ſint, & quocunque nomine cenſeantur, ſi, & prout dicti N.& N.donatores prædictam Baroniam, & dictum Caſtrum cum iuribus prædictis habent, & poſſident, prout prædeceſſores eorum ſuis certis, & iuſtis titulis, & ab immemoriabili quo habuerunt, & poſſiderunt per proprium, liberum, & franchum alodium in diœceſi N.Et generaliter de omnibus, & ſingulis bonis, & iuribus, & actionibus ſuis mobilibus, & immobilibus, habitis, & habendis, vbicunque ſint, & ſibi dictis donatoribus ſpectent, & pertineant nunc, & in futurum in quocunque loco, & pro quibuſcunque rationibus, iuribus, titulis, ſiue cauſis in quacunque ſpecie conſiſtant, & quocunque nomine deſignentur, & nominentur, quæ omnia volunt, & intendunt in præſenti hæreditamẽto, & donatione vniuerſali eſſe comprehenſa, & habita pro deſignatis, prout, & quemadmodum ſi vnumquodque ex ipſis per ſe ſpecialiter, & expreſsè ſpecificatum foret, quæ ipſi ad præſens tenent, & poſſident, & ipſis, & alteri ipſorum ſpectant, habebunt, poſsidebunt, & eis ſpectabunt in futurum, quibuſuis rationibus, iuribus, titulis, aut cauſis, quæ dici, aut excogitari poſſent.

Quod quidem hęreditamentum, & donationem vniuerſalem faciunt dicti coniuges donatores dicto N.filio ſuo, & filijs ex eo procreandis, de omnibus bonis, iuribus, & actionibus ipſorum, ſicut meliùs dici poteſt, & intelligi ad ſanum, & bonum intellectum ſuum, & ſuorum, cum pactis, vinculis, conditionibus, retentionibus, & reſeruationibus ſequentibus. Primò dicti donatores ſibi reſeruant plenum, & integrum vſumfructum rerum poſt mortem ipſorum donatarum per totum tempus vitæ ipſorum, & alterius eorum ſuperuiuentis, pro quo non teneantur præſtare aliquam cautionem, nec reddere aliquam rationem,

tionem, post tamen obitum dictorum donatorum, & alterius ipsorum superuiuentis vsusfructus dictarū rerum, post mortem ipsorum donatarum, sit finitus, & extinctus, & proprietati applicatus, & consolidatus.

Item sibi reseruant dicti donatores super dictis rebus, post mortem suam donatis, mille libras monetę Barcinonæ inter ipsos æqualiter diuidendas pro collocatione aliorum filiorum suorum, & ad testādū, & alias suas voluntates faciendum, & adhuc cum pacto, & conditione quòd si aliquis ex dictis donatoribus non disponeret de quantitate ipsum contingente ex dictis mille libris reseruatis, possit superuiuens disponere, & alias suas voluntates facere de omnibus prædictis mille libris.

Et adhuc cum pacto, & conditione quòd si dictus N. donatarius moriatur (quod Deus auertat) sine liberis de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, vel cum talibus, qui non peruenerint ad ætatem condendi testamentum, tali casu bona donata reuertantur ad dictos donatores si vixerint, sin minùs ad illū, vel ad illos, ad quē, vel ad quos reuerti debere disposuerint verbo, vel testamento, retentis, & expresè reseruatis eo casu quingentum libris dicto donatario, de quibus possit testari, & alias suas vltimas voluntates facere.

Si autem cum liberis decesserit, est conuentum, & pactatum quòd illi succedant hoc ordine, priùs scilicet masculi, & in illorum deffectū fœminę &c. *Cōtinuātur hic plures substitutiones, & aliæ plures reseruationes, prout in corpore libri suo loco videbis.*

Et sic cum dictis pactis, & conditionibus dicti coniuges donatores volunt quòd supradictarum rerū, post mortem ipsorum donatarum dictus filius eorum donatarius vniuersalis possit capere propria auctoritate possessionem corporalem, seu quasi, & penes se retinere in casu, & tempore supradictis, & ad vberiorem cauthelam nunc pro tunc sic valeat quemadmodum si per illos realiter data fuisset, & tradita corporaliter, & de facto, cum clausula constituti, cum cessione iurium, & actionum, & alijs ad translationem dominij, & possessionis necessarijs. Promitentes, & iurantes dicti donatotes quòd præsentem donationem habebunt pro firma, & grata, & contra illā non facient, neque venient, nec reuocabunt propter ingratitudinem, inopiam, aut offensam, nec ob quamcumque aliam rationem, siue causam, renuntiādo, quantum ad hæc, vigore iuramenti prędicti, legi, aut iuri dicenti donationem posse reuocari propter ingratitudinem, inopiam, aut offensam, aut propter aliam quamcunq. rationem.

Et quia præsens donatio, seu hæreditamentum excedit summam quingentarum librarum, quamuis fiat contemplatione matrimonij, tamen ad vberiorem cauthelam, quæ nocere non solet, vt reuocari non valeat in eo quod excedit dictam summam, insinuant, & insinuari volunt dicti donatores illam, & illud magnifico Vicario, aut Regenti Vicariam Barcinonæ, supplicantes dicto magnifico Regenti quatenus dignetur suam interponere auctoritatem, pariter & decretum, adeò vt ipsa donatio illam vim, illud que robur obtineat firmitatis, quæ obtinet donatio facta coram Principe, Præside, aut alio magistratu. Verùm quia ad huiusmodi insinuationem faciendam nequimus personaliter nos conferre, cum hoc prę senti publico instrumēto cōstituim⁹, & ordinamus procuratores nostros certos, & speciales, & ad infrascripta etiam generales, ita tamen quòd generalitas ipsi specialitati minimè deroget, nec è diuerso, omnes, et singulos notarios, et scribas dictę curiæ dicti magnifici Regentis vicariam Barcinonę, qui nunc sunt, et pro tēpore fuerint, quorū nomina, et cognomina hic pro expressis habeti volumus licèt absentes tāquā præsentes ad supplicandum dicto magnifico Regenti Vicariam Barcinonæ, quatenus dictæ donationi suam dignetur interponere auctoritatem, pariter et decretum, promitentes nos modo prædicto semper ratū, gratū, validū, atq. firmū habere, tenere, et obseruare quicquid per dictos procuratores nostros, et quemlibet eorum circa prędicta procuratum, et actum fuerit quomodolibet, siue gestum, et nullo tempore reuocare sub bonorum nostrorum obligatione.

Et dictus N. donatarius acceptat dictam donationem dictorum parentum suorum sibi factam cum pactis supradictis, quibus expresè consentit, cum multiplici gratiarum actione. *Hic finit primus tomus, reliqua quæ sequuntur, erunt secundi.*

Item dicti N. et N. parentes dictæ N. domicellę cupientes illam esse matrimonio collocatam, fauore, et contemplatione eiusdem præsentis matrimonij, quod ipsa de voluntate, et consensu ipsorum facit, et contractat, et facere, et contractare debet cum dicto N. futuro viro suo, pro tota videlicet parte hæreditatis, legitimæ suę paternæ, et maternæ, et supplemento illius, et pro parte, et portione sponsalitij, seu donationis propter nuptias dictæ N. matri suę factę tempore contractus illius matrimonij, et generaliter in solutionem, et satisfactionem omnium, et quorumcumque iurium, et actionum illi spectantium, et cōperentium in hęreditate, et bonis dictorum parentum suorum, et alteris ipsorum, pro dictis, et alijs quibuscumque causis, et rationibus, quæ dici, et excogitari possent, donant, et titulo donationis purę, perfectæ, simplicis, et irreuocabilis, quæ dicitur inter viuos, concedunt dictę N. filiæ ipsorum vt benemerenti, prędenti, et acceptanti, et quibus ipsa volet, perpetuò, cum pactis tamen, vinculis, et cōditionibus infrascriptis, et non sine illis, tres mille libras monetæ Barcinonę, quas promitunt dare, et soluere eidem, aut pro ipsa dicto futuro viro suo, in die sponsaliorum, sine dilatione, aut excusatione aliqua, cum restitutione omniu m

ne omnium damnorum,et expensarum,super quibus credatur dictę N. filiæ dicto rum donatorum, et suis, suo,et suorum plano,simpliciq.verbo,aut saltem suo simplici iuramẽto,quod nunc pro tunc ei deferunt,et delatum volunt,nullo alio probationum genere requisito,&c. *Dic prout in clausula donationis filij in principio facta.*

Item dicta N.domicella faciens hæc de expressis consensu, & voluntate dictorum parentum suorũ, & aliarum personarum sanguine,& amicitia sibi coniunctarum,donat,constituit, & affert pro dote,& nomine dotis suæ dictis N.N.& N.soceris,& viro suis respectiuè futuris,dictas tres mille libras monetæ Barcinonę,quæ sibi per dictos parentes suos fuerunt donatæ,quas promittit eisdem soluere in die sponsaliorum,cuius quidẽ constitutionis dotalis virtute dicti N.N.& N.futuri soceri,et maritus ipsius respectiuè habeant,& recipiant dictam suam dotem,& de illa apochas,& cauthelas faciant, ac habeant, teneant, & possideant dicti N. N.& N. soceri,& maritus ipsius respectiuè futuri dictam dotem per eam modo supradicto constitutam,& fructus,seu quasi illius proprios faciant durante præsenti matrimonio pro onetibus illius supportandis,eo autem finito,& aliàs in omni casu, loco,& tempore,quo sit locus restitutioni dotis,ipsa,& sui recuperent,& recuperare possint dictam dotem per ipsam constitutam sine contradictione aliqua,quam constitutionem dotalem promittit,& iurat corporaliter,& solemniter habere pro firma,& grata,& contra ipsam non faciet,vel veniet ratione aliqua,siue causa,cuius quidem iuramenti virtute asserens se esse minorem 25.annorum,maiorem verò quindecim, renunciat, quantum ad hęc,beneficio *minoris ætatis,facilitatis,& ignorantiæ,restitutioni in integrum,aut aliam quamcunq.* postulando,quibus dicti N.& N.parentes illius,vtpotè in eorum præsentia,ac de ipsorum voluntate,& cõsensu factis,expressè consentiunt,& sic firmat,& iurat.

Itẽ dictus N.filius & dicti N.& N.parentes illius constituentes se pro dicto filio suo principaliter, & insolidum obligatos faciunt,& firmant cartham dotalem,siue sponsalitium dictæ N.domicellæ vxori,& nutui ipsorum respectiuè futuræ,de dictis tribus mille libris per ipsam in præcedenti capitulo in dotem constitutis,& allatis,& pro illis per pactũ expressum inter eos conuentum,faciunt illi sponsalitium,siue sereix,aut donationem propter nuptias de bonis ipsorũ proprijs, de mille & quingentũ libris monetæ Barcinonæ,& ita inter dotem, & donationem propter nuptias summam efficiũt quatuor mille, & quingentarũ librarũ, quas oẽs,& singulas saluant,assignãt cõsignant,& assecurant ipsi coniuges,& filius dictæ N.domicellæ nutui ex vxori ipsorum respectiuè futuræ in & super omnibus,& singulis bonis ipsorũ, & *cuiuslibet* eorũ mobilibus,& immobilibus habitis,et habendis,et illas promirunt restituere, et tornare in omni casu, loco,et tempore,quo sit dotis,et donationis propter nuptias restitutioni locus, sine dilatione,aut excusatione aliqua cum restitutione omnium missionum,expensarum,et interesse,et volunt, et consentiunt quòd dicta nurus,et vxor eorum respectiuè futura habeat,teneat,et possideat totam suã dotem,et donationem propter nuptias toto tempore vitę suæ naturalis, cũ marito,et sine eo,et cum infantibus,et sine eis,absq. cõtradictione ipsorũ,et suorũ, die autẽ obitus ipsius, sui recuperẽt easdem,salua proprietate dictæ suæ dotis,dicta autẽ donatio propter nuptias,siue sereix,dicto casu reuertatur,et perueniat ad infantẽ, aut infantes,id est liberos,vnum,aut plures,qui fuerint ex præsenti matrimonio procreati,quibus in casu existentię,nunc pro tunc,de supradictis faciunt donationem puram, simplicem, et irreuocabilem,quæ dicitur inter viuos,in manu,et posse notarij infrascripti vt publicæ personæ pro dictis infantibus,aut infanti recipientis,acceptantis,et stipulantis,si autem tales liberi non superuiuerent(quod Deus auertat)tunc,et tali casu dicta donatio propter nuptias siue escreix reuertatur,et perueniat dicto N.si viuet,sin minùs suo hæredi,aut vniuersali successori,aut illi,aut illis, quib⁹ voluerit, aut ordinauerit verbo,aut testamento,aut alio quouis modo,et pro supradictis attendendis,complendis,tenẽdis,et seruandis obligant omnia,et singula bona sua mobilia, et immobilia,habita,et habenda cum omnibus renuntiationibus tam beneficio nouarum constitutionum,quàm alijs,et sic firmant,et iurant.

Item dictus N.pater dictę N.futuræ vxoris dicti N.constituens se pro illa principaliter, et insolidùm obligatũ facit,et firmat debitorij instrumentum dictis N.N.et N.genero suo futuro,et parentibus illius respectiuè,de dictis tribus mille libris sibi per illam in dotem constitutis,et allatis,quas eisdem promittit dare,et soluere modo,et forma in constitutione dotali contentis,sine dilatione aliqua cum restitutione omnium missionum,damnorum,et expensarum,super quibus vult,et consentit quòd credatur sibi, et suis de eorum simplici verbo,et alio probationum genere non requisito,et pro his attendendis,et complendis,tenẽdis,et seruandis obligat omnia bona sua mobilia,et immobilia,habita,et habenda,et sic firmat,et iurat.

Item dicta N.domicella reputans se contentam,paccatam,et satisfactam à dictis parentibus suis de omnibus iuribus sibi competentibus pro supradictis tribus mille libris,sibi per dictos parentes suos in dotem datis, faciendo hæc, ad vberiorem cauthelã, de consensu dicti futuri viri sui,conuenit, & bona fide promittit dictis N.& N.parentibus suis quòd intra quindecim dies postquam traducta fuerit in domũ, et habitationem dicti futuri viri sui,faciet,et firmabit,secundum quod nunc pro tunc facit,et firmat bo nam,largam,et sufficientem donationem, absolutionem,definitionem,et renuntiationem de omni

parte

parte hæreditatis,legitima paterna, & materna, & supplemento illarum, aut de parte, & portione sibi competenti in sponsalitio,siue creix,aut donatione propter nuptias per dictum patrem suum dictę matri suæ facta tempore contractus sui matrimonij.Et generaliter de omnibus, & quibuscunque iuribus, & actionibus dictæ N.domicellæ pertinentibus,& pertinere debentibus,& valētibus nunc,aut in futurum,in hæreditate,& bonis dictorum parentum suorum pro dictis & alijs quibuscunque causis,& rationibus,quæ dici,& excogitari possent,vinculis tamen,substitutionibus,fideicommissis, successionibus ab intestato,aut donationibus inter viuos,si ei aliquas facere voluerint,saluis sibi remanentibus, volens,& consentiens quòd præsens instrumentum ordinetur largè ad omnimodam tuitionem,& securatatem dictorum parentum suorum cum omnibus clausulis necessarijs. Promitens,& iurans corporaliter, & solemniter quòd præsentem donationem,absolutionem,& definitionem,& remissionem,de omnibus rebus in præsenti capitulo contentis,habebit pro firmis,& gratis,& contra illas non faciet, aut veniet ratione aliqua,siue causa.Sic firmat,& iurat.Cuius quidem iuramenti virtute asserens se esse minorem viginti quinq.annorum,maiorem verò quindecim,renunciat beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum,& alio quouis,quibus omnibus consentit dictus eius futurus vir.

Item dictus N.ex vna,& dicta N.partibus ex altera conueniunt,& bona fide promitunt vna pars alteri adinuicem vicissitudinariè, quod volente Deo ipsi erunt vir,& vxor,& facient,& contrahent matrimonium,hoc est quòd facient,& celebrabunt sponsalia per verba de præsenti apta,& sufficientia ad contractandum matrimonium hinc ad diem N.proximè venturum,& quòd illud solemnizabunt in facie sanctæ matris Ecclesię,benedictionem Ecclesiasticam recipiēdo dicta die,& quòd interim non facient,neq. auscultabunt aliud matrimonium,nec aliquid facient,aut dicent,propter quod præsens matrimonium tractari,aut impediri,aut perturbari valeat, & si contrarium fieret,volunt dictæ partes quòd pars contrā faciens, quæ nollet facere, nec adimplere dictū matrimoniū,incurrat in pœnā aut arras mille librarū monetæ Barcinonæ,ex qua pœna,casu quo committatur per dictas partes,duæ partes sint,& acquirantur parti obedendi, quę volet facere,& adimplere præsens matrimonium,& reliqua tertia pars Officiali, qui faciet illius executionem,qua pœna commissa, siue non,aut gratis remissa, nihilominùs dictę partes teneantur facere, & adimplere præsens matrimonium, & soluere dictam pœnam casu quo committatur,donat vna pars alteri in fideiussores,hoc est dictus N.dictæ N.futurę vxori suæ N.& N.hic præsentes,& dicta N.dicto N.futuro viro suo N.& N.etiam præsentes,qui cum dictis principalibus, & sine illis teneātur,& obligentur ad solutionem dictæ pœnæ,casu quo sit commissa,& dicti fideiussores acceptando onus dictę fideiussionis,promitunt quòd cum dictis suis principalibus,& sine eis,tenebuntur,& obligabuntur ad solutionem dictæ pœnę casu quo cōmitatur,& ad faciendum,& adimplendum præsens matrimoniū. Et pro his complendis,& attēdendis,tenēdis& obseruandis obligant rā principales, quā fideiussores omnia,& singula bona sua,& cuiusque ipsorum insolidum mobilia,& immobilia habita, & habenda, renunciando beneficio nouarum constitutionum,diuidendarum, & cedendarum actionum, epistolæ diui Adriani,& consuetudini Barcinonę, de vno, aut pluribus insolidum se obligantibus loquenti,& dicti fideiussores renuntiant legi quòd ptiùs conueniatur principalis,quàm fideiussor,& omni alij iuri,aut legi his obuianti,& sic firmant,& iurant.

Finaliter volunt dictæ partes quòd terminus dictorum sponsaliorum possit porrogari, & elongari vna,& multis vicibus ad cognitionem dictorum fideiussorum.

Et volunt dictæ partes quòd de his capitulis fiant,& dictentur vna,& plures copiæ,ac quantæ per dictas partes,aut alium,cuius interērit,fuerint petitæ cum illis pactis,&c.

Testes firmæ omnium prædictorum,tam principalium,quàm fideiussorum,sunt N.&.N.

APPOCHA DOTIS.

SIT omnibs notum quòd nos N.& N.cōiuges,& N.eorum filius cōfitemur, & recognoscimus vobis N.spōsæ meæ dicti N.per verba de præsēti, filiæ N.& N.quòd modo infrascripto dedistis, & soluistis nobis oēs illas tres mille libras monetæ Barcinonę, quas vos constituistis,& asportastis nobis in dotem vestram,& nomine dotis vestræ mearum dicti N. & vestrārum tempore nuptiarum, de quibus etiam dicti N.& N.parentes vestri vobis fecerant donationem, & nobis debitorij instrumentum, prout constat in capitulis matrimonialibus receptis in posse notarij infrascripti die N. & pro quibus etiam tribus mille libris nos in eisdē capitulis fecimus,& firmauimus sponsalitij instrumentum, quod cum præsenti vobis laudamus,& firmamus, & etiam cancellamus, & anullamus dictum debitorij instrumentum, ita quòd nobis prodesse,nec vobis obesse possit vllo modo. Modus verò solutionis dictarum trium mille librarum talis fuit,& est, quoniam ipsas pro vobis dedit,& soluit nobis dictus N. pater vester realiter,& de facto numerando in notarij,& testium infrascriptorum præsentia,& ideò renuntiando exceptioni dictę dotis non numeratæ,nō solutæ,nō habitę,& nō receptæ pecunię,& dolo malo,actionique in factum,& omni alij iuri,rationi,& consuetudini his obuiantibus quouis modo, facimus vobis præsens appocæ instrumentum,& pactum firmissimum de vlteriùs non petendo,& de non agendo, vallando stipulatione solemni in manu,& posse notarij infrascripti.Actum est hoc &c.Signum N.N.& N.confrētium prędictorum,qui hęc laudamus,& firmamus.

Testes huius rei sunt N.& N.

INDEX GLOSSARVM, SEV CAPITVLORVM, AVT TITVLORVM HVIVS VOLVMINIS.

Quia nostrum (candide lector) fuit in hoc opere peculiare institutum quibusdam glossellis clausulas omnes, quæ solent in instrumentis capitulorum matrimonialium apponi, prosequi, & circa eas, ac circa verba quæcunque, quæ per discursum ofenderemus aliqua notatione digna, aliquantulum immorari, inde euenit quòd de diuersis materijs, ac de omnibus ferè, quas vniuersum ius nostrum capit, opportuerit nos agere, quæ autem præcipuæ illæ sint, sequentia tibi indicabunt.

A

Acceptationib⁹ donationũ, clau. 4. glo. 30. fol. 374.
Æquitibus, militibus, & domicellis, & eorum priui legijs, clau. 3. glo. 3. fol. 19.
Alienatione rei Ecclesię, clau. 4. glo. 13. par. 1. fol. 195. & par. 4. fol. 213.
Alienandi facultate reseruata, vel concessa, clau. 4. glo. 26. fol. 361.

B

Baronia, & pluribus quæstionibus, quæ possunt circa materiam accidere, clau. 4. glos. 10. part. 1. fol. 143.
Burgensibus villæ Perpiniani clausul. 3. glos. 3. fol. 19.

C

Castro, & iuribus illius, clau. 4. glos. 11. fol. 170.
Censibus, clau. 4. glo. 18. par. 1. fol. 258.
Censualibus, clau. 4. glos. 18. part. 2. fol. 274. & par. 3. fol. 281. & part. 4. fol. 293. ac par. 5. fol. 304. vbi pulchertimæ aliæ quæstiones circa materiam contingentes latissimè explanantur.
Ciuibus Barcinonæ, & illorum priuilegijs, clausu. 3. glos. 2. fol. 11.
Ciuibus honoratis Barcinonę, & illorũ priuilegijs, clau. 3. glos. 3. fol. 19.
Ciuibus honoratis ciuitatis Gerundę, & illorum priuilegijs, ibid.
Clausula, nunc pro tunc, clausul. 4. glo. 4. fol. 49.
Consensu patris in contractu matrimonij filiorum, adhibendo vel non, clau. 4. glo. 2. fol. 42.
Communione rerum, & illarũ diuisione, clausul. 4. glo. 9. par. 2. fol. 85.
Competentia iurisdictionis inter iudicem Ecclesiasticum, & laycum, clau. 4. glo. 13. par. 3. fol. 208.
Constituto, clau. 4. glos. 27. fol. 364.

D

Decimis, clau. 4. glos. 19. par. 1. fol. 310.
Decimis, & primitijs soluẽdis in manipulis, nec ne, clausul. 4. glo 19. par. 2. fol. 320.
Dici, mensis, & anni in instrumentis interpositione, clau. 1. fol. 1.
Districtu, clau. 4. glo. 17. fol. 248.
Doctorum priuilegijs, & præheminentijs, clausu. 3. glo. 2. fol. 7.
Dominio directo, clau. 4. glo. 13. par. 1. fol. 195. & glo. 18. par. 1. fol. 258.
Domicellis, militibus, & æquitibus, & illorum priuilegijs, clau. 3. glo. 3. fol. 19.
Donatione inter patrem, & filium, & eius validitate, et inualiditate, clau. 4. fol. 32. glo. 6. fol. 56. glo. 7. part. 1. fol. 57. & par. 2. fol. 63.
Donatione, quę fit fauore, & contemplatione certi matrimonij, & illius priuilegijs, clausul. 4. glos. 1. fol. 33. & glos. 28. fol. 367.
Donatione causa mortis, et an omnis ea, in qua fit mortis mentio, talis dicatur donatio, clausu. 4. glos. 3. fol. 47.
Donatione quę fit filio, & filijs suis, clau. 4. glo. 9. p. 1. fol. 78. & par. 3. fol. 95.
Donatione vniuersali omniũ bonorũ præsentium & futurorũ, clau. 4. glo. 21. p. 1. & 2. fol. 323. & 331.

E

Emphyteusi, clau. 4. glos. 18. par. 1. fol. 258. nonnihil antea eadem clau. 4. glos. 13. par. 1. fol. 195.

F

Facultate alienandi data vel concessa, clau. 4. glos. 26. fol. 361.
Feudis, & differentijs in eis, & in emphyteusibus, inter ius commune, & municipale, clau. 4. glo. 12. fol. 182.

Filijs

Filijsfamilias,& illorum contractibus,clau.4.glos.
7.part.3.fol.69.
Filij positi in conditione an censeãtur positi in institutione,clau.4.glo.24.fol.344.

H

Hęreditamentis,quæ fiũt in capitulis matrimonialibus,clausul. 4. glo.6.fol.56.& glo.9.part.4.fol.
100.
Hęreditamentorum effectibus,ac de eo præsertim quòd per illa priuetur hæreditans facultate alienandi,clau.4.glo.9.par.5.fol.120.
Hoste,& Caualcata,clau.4.glo.16.fol.246.

I

Imperio mero,& mixto,& omnimoda iurisdictione,&c.clau.4.glo.14.fol.221.
Insinuationibus donationũ,clau.4. glo.29.fol.372.
Iudice layco,an & quando is possit cognoscere de his,quæ sunt Ecclesiastici fori, clau.4.glo.13.par.
2.fol.199.
Iuramento,& eius vitibus,cla.4.glo. 28.fol.367.
Solemnitas Paulinæ an requiratur in ceſſione,& renuntiatione hęreditatis,clau.4. glo. 9 par. 5.nu. 127.fol.133.
Solemnitates,& cauſæ alienationum rei Eccleſiaſticæ an ſufficiat quòd enarrentur in inſtrumento,vt probent,clau.4 glo.13.par.4.nume.12. fol. 214.
Et an præſumantur ex antiquitate temporis, ibidē nume.14.
Soluens iuſſu iudicis an excuſetur à culpa,& pœna, clau.3.glo.2.nu.43.fol.15.
Soni emiſſi proceſſus an fiat tantùm per Regem, aut eius Locumtenentem etiam extra vicariam, & per vicarios, & Baiulos regios, an verò fieri poſſit etiam per Comites, & Barones, clauſ.4. glo.11.nu.52.fol.176.
Et an illius vigore poſſint vicarij regij liberare vaſſallum Baronis ab illius oppreſſione, ibidem numer.56.
Spolium in Cathalonia an puniatur criminaliter, & quid ſi fiat cum armis, clau.4.glo.22.n.50.52. & 54.fol.340.
Statuta diſponentia ingredientem religionem ſine conſenſu parentum priuari poſſe hæreditate,& bonis,an ſint valida,clauſ.4.gloſ.2. numer.31 fol. 45.
Statutum diſponens ſubcumbentem in altercatis eſſe condemnandum in expenſis, an comprehendat eos,qui habent iuſtam cauſam litigandi, clau.4.glo.18.par.4.nu.114.fol.301.& addi.37.
Statutum nouum an comprehendat cauſas pendentes, vide ſuprà verbo,*conſtitutio.5.*
Subſtitutiones,quę fiunt in contractibus, an regulentur quemadmodum illæ quę fiunt in vltimis voluntatibus,quoad caducitatem,& trāſmiſſionem ad hæredes, clauſ.4.gloſ. 25. numer.10. fol 354.
Succeſſores ſingulares an teneātur ſtare locationibus prędeceſſorum, clau.4. gloſ. 25.numer.77. fol.359.
Sui vocati in ſubſtitutione an ſuccedant per vulgarem,clau.4.gloſ.9.par.3.nu 33.fol.98.
Suorum appellatione qui veniant, ibidem nu. 43. fol.98.
Supplicare an poſſit in criminalibus qui ſubcubuit in cauſa dubij,clau.4 glo.11 nu.73.fol.178.
Supplicari an permitatur à prouiſione,qua declaratur in Senatu procedendum contra aliquem iudicem Eccleſiaſticum vſurpantem iuriſdictionem regiam,clau.4 glo.13 par.3 nu.17.fol.211.
Supplicari an poſſit à condemnatione expenſarum quando in reliquis ſunt ſententiæ conformes, clau.4.gloſ.18.par.4.nu 120.fol.302.
Supplicari an liceat à ſentētia alteri conformi, quādo tacitè in vltima ſententia fuit repulſa quędā noua prętentio in prioti non deducta, ibidem nu.121.fol.302.
Surdaſter, qui parùm audit, an ſit idoneus ad officia publica regenda,clau.4.gloſ.10 par 1. nume. 56.fol.148.
Suſpectus de fuga, ſi vt talis capiatur, an liberetur cum ſola iuratoria cautione,ſi aliam præſtare nō valeat,clau.4 glo.18.par.1.nu.83.fol.299.

T

Taſcha ad quam menſuram ſit ſoluenda in diœceſi Gerundæ,clau 4 glo.20.nu.1 fol.322.
Et an ſit ſoluenda in manipulis, & in garba, ſicut decima,ibidem nu.3.& 5.fol 322.
Tempora probatoria an currant contra illum, qui ſubcubuit in altercato,ſi habebat iuſtam cauſam litigandi,clauſ.4.gloſ.18.par.4.nume.114 fol.301. & in additio.37.
Tempus interpollatum an ſufficiat, vide ſuprà verbo,*alimenta.*
Territorium an ſit neceſſarium ad prouidendum ſcedulas in alieno,& quid ad publicandum ſententias,& intimas faciendum,& curiam formatam habendum, clau 4. glo. 12. nu. 152.fol.194.
Tertij poſſeſſores, ſi plures ſunt condemnati inſolidum,& contra vnum tantùm ſit facta exequutio ſentētiæ, an poſſit iſte in eodem iuditio,ceſſis ſibi actionibus, exequutionem ſententiæ cōtra alios condemnatos petere,clau.4.glo.18 par. 2.nu. 60.fol.278.
Tertius poſſeſſor an poſsit cōueniri via executiua, vide in verbo,*hæres, vel tertius poſſeſſor.*
Teſtamentum an vitietur per diei, & menſis omiſſionem,ſi in eo reperiatur annus,clau.1. numer. 2 fol.1.
Teſtator an poſsit rem propriam hæredis legare, vel aliàs de ea diſponere,clau.4 glo. 5.nu.32.fol. 52.
Et quid quando teſtator ſciebat rem eſſe hęredis, ibidem nu.32.fol 52.
Tranſactio an reſcindatur ex læſione, beneficio l.2. C.de reſcind. vend & quomodo, clau.4. glo.9. par.5.nu.102.fol.140.
Tranſactionem impugnare volens an alio egeat iuditio, an verò poſsit illā in eodem iuditio impugnare,ibidem nu.218.fol.141.

V

Valor rei quomodo consideretur, & qualiter ad id testes deponere debeant ad anullandum contractum ex læsione, clau.4.glo.9.par.5. nu.208.fol.140.

Vassalli an præstent iuramentum fidelitatis, & assecurationis, & quid quando domini solam simplicem habent iurisdictionem, clauſ. 4. glo. 10. par.1.nu.11.& 12. fol.144.

Et an illud præstare possint per procuratorem, ibidem nu.18.

Et an præstent homagium, ibidem nu.13.

Vendere an quis compellatur rem propriam fauore Ecclesiæ, religionis, reipublicæ, vel alterius publicæ vtilitatis, clau.4.glo.11.nu.28.fol.184.

Venditor censualis an possit compelli ad illius luitionem, quando dolum, & fraudem cõmisit donando omnia bona sua ante censualis creationem, clau.4.glo.18.par.3.nu.92.fol.190.

Verba, *concedimus tibi, & successoribus tuis*, quomodo intelligantur, clau.3.glo.3.nu.109.fol.32.

Verba posita in aliqua dispositione, *& hæc si hæredi vel donatori placuerit*, quid importet, clau.4 glo. 25.nu.28.fol.355.

Vicarius Regius, & Subuicarius an sint iudices cõpetentes vt coram eis fiant querelę pacis, & treugarum violatarum, clau.4.glo.15.nu.116.fol.241.

Vsurarum cognitio ad quem spectet, vide in verbo, *index layens.*

Vsusfructus bonorũ aduentitiorum filij an cesset per mortẽ illius, clau.4.glo.7.par.3.nu.11. fol.70.

Et an censeatur prohibitus patri per prohibitionẽ administrationis, ibidem nu.24.fol.71.

Vsusfructus reseruatio facta promiscuè per duos donatores, qui simul bona donant, an censeatur facta de toto vsufructu pro vnoquoq. ex ipsis, quando vnus moritur altero superstite, an verò cuilibet respectu suorum bonorum, clau.4.glo. 22.nu.31.fol.339.

Vsusfructus legatum, quod constat ex aliquibus coniecturis fauore liberorum vxori plenè factũ, an restringatur ad alimenta mortuis liberis, ibidem nu.58.fol.341.

Notabilia particularia generali indice apparebunt.

DE

DE PACTIS NVPTIALIBVS, SIVE CAPITVLIS MATRIMONIALIBVS.

TRACTATVS.

SVMMARIA.

1 DIEI, mensis, & anni omissio an vicies instrumentum, vbi pars affirmans.

2 Testamẽtum vitiatur per diei, & mensis omissionem, vbi decisio nostri Senatus.

3 Opinio Guid. Pap. in hoc articulo.

4 Opinio auctoris.

5 Instrumento vitiato, & annullato nõ intelligitur annullatus, & vitiatus contractus, nec econtra, vbi decis.

6 Prioritas obligationis probari non potest sine dici appositione.

7 Scriptura priuata non requirit diei appositionem; & propterea nec littera cambij.

8 Nisi agatur de preiudicio tertij.

9 Scriptura priuata patris disponentis inter liberos, non valet sine die.

10 Dies quando alias est certa, vel ex alio faciliter verificatur, non est necessaria apponenda, idem est de mense, & anno, ibidem.

11 Diei nomen quo confectum est instrumentum, non est de necessitate apponendum.

12 Diei hora non est de substantia quod apponatur in instrumento: prodest tamen ad multa quo ad priorita tem, vel posteriorit atem.

13 Diei horã, in qua de beneficio sit prouisus, probans prefertur alteri.

14 Diei horam instrumentum habens certam dicitur cõtinere probationem.

15 Dotale instrumentum perdit priuilegium presumptæ pro eo prioritatis si in alio, non in ipso, adsit hora cõfectionis.

16 Inhibitio facta eodem die, quo sententia fuit prolata, presumitur precessisse si illius notificatio cõtinet horam, vbi decis. Rot. Roma.

17 Hora appositio in instrumẽto, vbi apponi non solet, non reddit instrumentum suspectũ, contra Barthazol.

18 Presumptio, qua facit pro possessore, potentior est ea, quæ oritur ex hora interpositione.

19 Hora vltima diei posita non facit presumi instrumentum prius.

20 Ordinis scripturæ presumptio potentior est ea, quæ ex hora interpositione oritur.

21 Dies quomodo computetur, & quotuplex sit.

22 Die precedenti censetur confectum instrumentum si nocturno tempore ante mediam noctem, secus si post. vbi decisio, nec est necessum, laudabile tamen ponere quod de nocte sit confectum.

23 Notarius potest incontinenti diem emissum apponere in instrumento si illum recordatur, præterquam in casibus hic expressis.

24 Notarius an possit mutare diem instrumenti si recordatur errasse in illius appositione, & an stetur eius dicto.

25 Dies descriptus in vno instrumento censetur in alio repetitus.

26 Die feriata actus iuditiales fieri non possunt, bene tamen extraiudiciales, & voluntaria iurisdictionis, vbi decis. Senatus Baren.

27 Notarij tamen peccant qui die feriata instrumenta cõficiunt.

28 Aduocatus non peccat aduocando diebus feriatis etiã ob pecuniam, & quæstum, & ibi ratio.

Testes an possint examinari in die festo, si antea iuraverint, ibidem.

29 Iuramentum præstare tam in iudicialibus, quã extra iudicialibus an liceat in die festo, & an validum sit, vel inualidum.

Intellectus capitis primi de feriis, ibidem.

30 Annorum computatio an fieri debeat à natiuitate, vel ab incarnatione domini, remissiue.

31 Annus hodie in Cathalonia computatur à natiuitate licet olim aliter computaretur, & quomodo.

32 Instrumentum quod sit sine die, & mense confectũ, mor

tuo notario semiplenam probationem facit, & in alijs casibus plenam.

33 *Obseruantia subsequuta supplet deffectum scripturæ, & quomodo.*

34 *Obseruantia subsequuta declarat priuilegium, idem est de possessione.*

35 *Consuetudo interpretatiua an cēseatur reiecta quādo dicit statutum quod aliqua non admittatur.*

36 *Et an quando statutum dicit nullam esse admittendā consuetudinem.*

37 *Consuetudo interpretatiua non aduersatur statuto.*

38 *Episcopus, qui nō potest contra canones statuere, potest tamen præter canones.*

39 *Consuetudo interpretatiua non dicitur noua, sed eadem dispositio.*

40 *Consuetudo interpretatiua quæ dicatur.*

41 *Consuetudo interpretatiua admittitur etiam si verba videantur aliud sonare, & etiam si resultet malus intellectus, & verba improprientur.*

42 *Verbum descendentes per obseruātiam subsequutam censetur comprehendere tantum masculos.*

43 *Agnatorum appellatione ex obseruantia subsequuta veniunt per prius vtrinq. coniuncti.*

44 *Consuetudo interpretatiua facit quod statutum intelligatur quādoq. aliter quam verba sonant cōtra verba statuti.*

45 *Interpretatur const. 17. tit. de supp. de senten.*

46 *Consuetudo contra ius scriptum reprobata intelligitur contra ius scriptum, quod est in virili obseruantia.*

47 *Consuetudo interpretatiua quāto tempore inducatur.*

48 *Consuetudo excusat a pœna etiam imposita per iura patriæ.*

49 *Credulitas probabilis excusat a pœna, vbi decis. nostri Senatus.*

Et facit locum purgationi more, ibidem.

CLAVSVLA. I.

Die T. mensis T. anno à Nati. Dñi. T.

HANC ego clausulam, & sequentem tamquam materiam cōtinētes parum practicabilē, & modicum in foro cōtingibilem prætermisissem libenter qui de his tantum agere in hoc opere statui, quę in actu practico possent frequēter esse accommodata, nisi susceptum munus omnium, & quarūcumq. clausularum nostrorum capitulorum matrimonialium explicatione nostra prossequendarum nos ad aliud coegisset: conabimur tamen taliter ab ipsis nos expedire vt discurrendo per magis necessaria, ac superflua omittendo quam breuissime pensum absoluamus. Agrediamur igitur in nomine domini.

1 Quod prius † tractandum se nobis offert in hac priori clausula, vt ex ea colligere licet, est, nunquid diei, mensis, & anni omissio vitiet instrumentum: In qua dubitatione certissime constituendum est, quod sic l. 1. C. de apochis pub. lib. 10. l. optimam. C. de contrahen. & cōmitend. stipula. glo. in c. inter dilectos verb. indictioni. extra de fide instrument. & in dictis locis tradunt communiter DD. quibus adde Couar. in pract. qq. c. 20. num. 2. vers. 4. eadem ratione, Carol. de Gras. in tracta. de excep. ad materiam statuti excludentis omnes exceptiones excep. 19. num. 5. Bartholom. Bertazol. in tracta. clausula. in prohem. nu. 6. & rursus plenius, & valde late in clau. 1. glos. 5. per tot. qui quam plures DD. & prope infinitos ad id allegant, his est addendus Parlador. rer. quotidia. li. 2. cap. 20. nu. 1. qui bene totā hanc materiam explicat.

2 † Atq. ita † in materia testamentorum *Declarauit noster Senatus* die 26. Septembris. 1597. ad relationem egregij olim Senatoris Saluatoris Pōtanet, nunc in supremo Aragonum Regentis Cancel. in causa Michaëlis Subirats cōtra Ioānem Termens, testamentū quoddam in ea causa exhibitum nullitatis vitio laborare propter omissionem diei, & mensis, quo confectum esset, licet annus fuisset adiectus, actuarius erat Barthol. Falle, ad quod viden, Ferrer in nouiss. additio. ad Guid. Pap. decis. 582.

3 Guido. tamen † Pap. in d. decis. 582. in hac materia distinguit contractus, seu actus, pro quorū substantia requiritur scriptura, & inter contractus, seu actus, in quibus ea non est necessaria, dicens quod primo casu vera est nostra conclusio, & superius firmata resolutio, posteriori vero casu nō, sequitur late probans Beroi. q. 56. per tot. vbi loquitur de testamento nuncupatiuo, quod dicit validum etiamsi diem, & mensem non cōtineat, quia non requirit scripturam.

4 Mihi verò † in his summe placet distinctio Barthol. Bartazol. in allega. tract. de claus. instrument. clau. 1. glos. 5. num. 21. & Ranchin. in addi. ad Guid. Pap. d. decis. 582. quę prius fuit Angeli de Perus. relati per eundem Ranchin. vbi supra quod primo quidem casu, quando videlicet pro substantia requiritur scriptura in aliquo actu, tūch nullo modo valeat sine die per ea, quę superius adducta fuere in confirmationem nostræ resolutionis, nec ipsum instrumētum, nec actus, facit l. contractus C. de fide instrumen. & notat Felin. in c. ex literis nu. 10. ex. eo. tit. 2. verò casu quando scriptura non est necessaria, tunc iterū subdistinguendum est, aut enim agimus de validitate instrumenti, & tunch nec ipsum valet si omittatur dies, nisi alias posset per notarium in casibus de iure permissis addi, quod late prosequitur Barthazol. vbi supra nu. 23. cum sequētibus, vel nisi posset per testes probari, aut verò agimus de validitate actus, super quo confectū fuerat instrumentum, & tunch si is possit alias probari,

probati,non corruit per non appositionem diei in instrumento prædicto,quia sine die,& consule contractus fieri potest l. obligationum fere §.penul.de actio.& obligatio.& probari debitū l. publia. ff. depos. Ratio est elegans.

5 Quia vitiato,& anullato instrumento nō intelligitur anullatus contractus in eo contentus
* si de eo aliter appareat,prouti tradunt comuniter DD. in l. seruū filij §.eum qui chirographū, de legat.1.Tiber.Decia.respon.19.nu.8o. vol. 2. Pulchrū est in proposito Rober.Maran. con. 3. per quod ego in Senatu defendo causam corā egregio Senatore Hieronym.Senjust inter Martinum Roig & T. Texidor scriba Fenes, in qua summam existimo fouere iustitiam contēdens quod quamuis anulletur mihi instrumentum cuiusdā donationis factæ ex eo quod fuerit recepta per eum qui potestatem ad id nō habebat,nichilominus non anullabitur ipse contractus donationis, sed sustinebitur vel tanquā contentus in scriptura priuata,& per eam probatus,vel etiam tanquam alias testibus iustificatus,
† 6 *habeo in fine dicti consilij decisionem*, qua magis meam opinionem confirmo: nec econtra † vitiato contractu vitiatur instrumentum,pluribus ibi probāt Decia.vbi supra,& Surd.cons.318.nu. 36.& 37.lib.3.notissimum enim est instrumētū, & contractum plurimum interse differre, tamquam scilicet continens, & contentū: quia instrumentum est scriptura notarij, quæ conuentionem partium continet, contractus vero est ipsa partium conuentio,ex Azin.qui plene prosequitur de execu.c.10.pro tot. & Hering. de fideiuss. c.17.de adiacent.fideiussionis nu. 3. Sola in nou.cōsti.Sabau.glo.5.de aliena.bon. minor. nu.3.benè verū est quod si ageretur de prioritate obligationis,tunch ad eam comprobandam necessaria foret diei appositio: alias enim proba ri nō posset,l.creditor ff.qui pot.in pig.hab.Decia.respons.46.nu.152.vol.2.Ranchin. vbi supra pulchre additio ad Mathezilla. singul. 45. Inde
7 eleganter † infertur quod in scriptura priuata non sit de necessitate pro illius validitate dies apponēdus,vulga.l.cum Tabernam §. idē quæsiuit ff.de pig.cōmunem dicit Alex. in cons. 42.
* nu.20.vol.3.& tradit Tib.Decia.respons.29. nu. 91.vol.2.& respons.46.nu.152.eo.vol.Bar.& cō
* mu.scriben.in d.§.idē quæsiuit, Couar.in pract. quæstio. cap.11.Parlador.rer.quotidia.lib.2.c.fi. 1.par.§.5.num.7.

Inde etiā inferebat Ioan.Crot.in cons. 51. nu. 4.Quod cum litterę cambij sint scripturę priuatę propterea in eis non requiritur de necessitate
8 quod apponatur dies. Id tamen, † quod de scriptura priuata diximus limittatur vt non procedat quoad preiuditium tertij: tunch ea non probat si sit sine die, & anno confecta, vti ex Innos.Domin.& Antho.tradit Mathezil.singul. 45.& refert Canc.var.resol.1.par.c.4.de testam. nu.4.secus vero respectu scribentis,seu eius hæredis,in quibus terminis sunt intelligenda quę supra tradidimus.

9 Limittatur † idem finaliter in scriptura priuata continente voluntatē patris sua manu scripta, vel subscripta,quæ valere solet in vim testamēti inter liberos, licet sit sine testibus, vulga. auctē.quod sine,& ibi not.C.de testam.si tamen die careat, quo probetur tempus illius cōfectio
* nis,nihil probat,nihilq.operatur,comunē hanc dicit opinionem Iul.Clar.in §.testamentū q.14. nu.2.ex Nat.in d.auctē. quod sine nu. 30.& seq. & ex alijs quam plurimis,quos allegat, idem ex eo.Claro,& alijs docet Canc.vbi proximè d.n.4.

10 Declaratur † nostra principalis cōclusio vt nō semper dies,mēsis,& annus copulatiue in quolibet instrumento requirantur:aliquando enim cum sola diei absq.mense,vel anno,& aliquādo absq.diei & mensis simul interpositione sustinetur:quando videlicet absq.mensis vel anni expressione dies certa foret,veluti si diceretur die natiuitatis Ioannis Baptistę anni 1611.vel die natiuitatis Regis Philippi tertij:tunch enim in istis casibus,priore quidem absq.expressione mēsis, posteriore vero absq.mensis & anni mentione valeret instrumentum: quia sine his satis certa foret dies,ita docent Bar.cum alijs in l. si quis §. si initium nu.23.ff.de eden.Felin.in c.1. de fide instrument. nu.10.Couar.in pract.c.20. num.2. vers.quarto eadē ratione,Bartha.in allega. tract. de clau.instrument. in prohem.num.8. & clau. 1.glos. 5.nu.34.

Sed quid de die Paschę, vel veneris sancti quæ ex cursu lunę variari solent,an satis sit eum diem apponere in instrumento, Bart. in allega. §.si initium nu.23.respondet quod non, quia ij dies variantur,nec semper in eodem mense cōtingunt,Ego opinionem Bar.veram existimo si non sit appositus annus, quia tunch ex sola diei interpositione non certificatur tempus contractus,secus verò si apponatur annus,tunch enim certa redditur illa dies, quantumuis soleat excursu lunæ mutari ex supradictis.

11 An autem † sit de necessitate nomen diei,vt lunæ,martis,mercurij &c. exprimendum? Respōdemus q; licet Tabelliones comuniter id face re soleant,non tamen est de substantia instrumenti,Felin in d.c.1.nu. 10. de fide instrument. Graf.in allega.tract2. de exceptionib. ad materiam statuti &c. exceptio. 19.num.12.& Barthazol.dicta clau.1.glo. 5. nu. 13. quę omnia ab eo fundamento recipiunt vires,quo antea dicebamus,vbi alias certificari potest dies celebrationis contractus,non esse necessariam aliam demonstrationem:atq.hęc adeo vera existimo, vt arbitrer quod licet errātū foret in nomine diei nominando eum diem Iouis,cum deberet dici

die veneris, non tamen propterea corrueret instrumentum cum illud diei nomen non sit de substantia instrumenti, sed apponatur ad maiorem temporis demonstrationem, idq; ex vulgari regul. demonstratio falsa, &c.

12 Quid de hora † diei an ea sit apponenda instrumento: certe non: quia non est de illius substantia Felin. in allega. c. 1. n. 12. de fide instrumē. Marsil. Singulari. 319. Gras. d. exceptio. 19. num. 20. Barthazol. d. glo. 5. n. 41. cum alijs, quos ipsi allegāt, adde Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. 20. n. 9. quæ opinio ex eo confirmari dicitur quod absq; horę interpositione constet satis de tempore celebrati contractus.

Cæterum consulunt doctores quod semper horę mentio fiat in instrumento: proderit enim valde, & hunc operabitur effectum, quod si duo reperiantur instrumenta eodem die confecta, de quorum prioritate non constet, tunch illud præsumetur præcessisse, in quo aderit hora expressa, gloss. in l. si expluribus §. lucius, verbo, die obligauit. ff. de solu, glo. in cap. duobus, verbo, si non appareat, de rescrip. in 6. Cyn. Bal. & Salice in l. de rebus C. de dona. ante nup. Rip. in l. 1. n. 7. ff. sol. mat. vbi reliqui DD. Marsil. d. singul. 319. Cagnol. in l. in ambiguis pro dote n. 4. & 5. de regul. iur. Oras. cons. 1. n. 12. Brunor. a Sole in cōpen. resol. iur. verbo, hora, & verbo, instrum. priuati, Afflic. decis. 387. num. 4. Cassador. decis. 4. super regul. Cancella. n. 7 Gras. d. exceptione 19. n. 21. & Barthazol. d. glo. 5. n. 42. Mascard. de probatio. conclu. 1219. num. 17. Iacob. Ben. de priuileg. Iurisconsl. priuileg. 2. in 1. parte nu. 3. ac propterea

13 † Cassador. decis. 20. tit. de præben. dicit quotidianum esse in curia ꝙ concurrentibus pluribus in prouisione vnius beneficij a Papa, vel a Papa, & Ordinario eodē die facta, si vnus ex prouisis probet horā suę prouisionis præfertur alteri nō probanti, Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. centur. 1. casu. 48. n. 25. & 26. & de adipiscen. possess. remed. 4. nu. 791. ac de præsump. lib. 4. presump. 13. nu. 5. Vidē. Brunorol. a Sole, qui late examinat, legali quæsti. 44. per tot. & multa in materia prælationis duorum instrumentorum eodem die cōfectorum pulchre tradit, vbi post hæc scripta vidi omnia fere, quæ hic tradūtur per hunc doctorem examinata non sine diligentia.

14 Ratio † huius traditionis est, quia instrumētū quod habet horam continet probationem certam, quę non debet offuscari per incertam, qualem habet quod horam nō continet, ita Rippa. vbi supra, & Cassador. in allega. decis. 4.

15 Inde † inferunt doctores, quod licet instrumentum dotale, quod reperitur confectum eodem die cum alio instrumento priuati, præsumatur prius factum propter prærogatiuā ipsius dotis, id tamen non procedit quando in instrumento priuati adest hora, ita docent doctores supra citati, licet aliqui id controuertant, vt refert Barthazol. vbi superius, quos cōpungit Rip. loco supra allega. vidē. Pet. Barbosa in l. 1. n. 9. ff. solut. mat. in 2. par. Hæc bene nota quia seruient tibi ad multa quoad prioritatem, vel posteriotitatem instrumentorum, quæ late prosequuntur doctores in locis supra citatis: quibus adde quæ tradit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. disputa. 5. n. 19. tom. 1. Inde † ego dicebam de anno 16 1604. in quadā causa Apostolica ꝙ licet de iure inhibitio vigore appellationis ab interloquutoria interpositæ eodem die, quo sententia facta, præsumatur subsequuta ex nota. per Achil. de Gras. decis. 263. quæ est 36. sub tit. de appella. *Vbi dicit ita fuisse decisum in Rot.* de anno 1544. licet id † non transeat sine dificultate vt pulchre tradit † Anton. Thesau. deci. 49. dicens propter negocij dificultatem *Senatum in causa, de qua ibi, mediam quandam viam secutum fuisse*, vt scilicet pronunciaret bene quo ad illum actum, seu sententiam processum per Iudicem: verū ex dubietate prioritatis, ipsum, contra quem actus factus fuerat, ex officio in integrum restituendum ad prosequendum appellationem. Nihilominus tamen arbitrabar in casu dictæ causæ Apostolicæ huic præsumptioni locum non esse ex quo in inhibitione aderat hora illius præsentationis, in sententia vero minime, bene tamen verum est quod hic punctus non fuit tunc declaratus, quia necessum nō fuit ex quo aderant quam plura alia in processu, quibus in causa obtinerem.

In his † aduertit Barthaz. vbi superius ex Alcia. & alijs, quod in illis scripturis, in quibus non 17 solet aponi hora, si de ea reperiatur mentio facta ex hoc solo redditur scriptura suspecta, atque ita dicit se vidisse consultum per tres famosos Iureconsultos, quorum consilia dicit se habere manuscripta: Ego tamen existimo id jure probari non posse saltem alijs non concurrentibus, quæ alias suspitionem demonstrarent, imo tūc potius præsumerē notarium sic a parte admonitum horam apposuisse prēter suum consuetum stylum: id enim facile contingere potest præsertim quādo contrahit qui vtilitatem interpositionis horæ optime nouit, & ego si contraherem, eam apponi vellem, vnde nō est iustum quod proinde scriptura reddatur suspecta.

18 Limitatur † tamen superius firmata resolutio de interpositione horæ, quod per eam presumatur prius confectum instrumentum vt non procedat, quando is, qui instrumentū haberet, horam non continens, posideret: tunc enim potētior est præsumptio, quę pro posse tore facit, quā ea, quæ ex horæ interpositione oritur, ita docēt doctores superius late aducti, quibus adde Bal. Nouel. in tracta. de dot. 9 parte in priuileg. 2. in fi. Dec. in cap pastoralis num. 5. ex. de rescrip. & in l. in ambiguis pro dote num. 4. ff. de reg. iur.

Mascard.

Mascard. ita opinionem Socini, quæ contra nostram est, quoad prioritatem desumēdam ex interpositione horæ consiliante in tractat. de proba. d. conclu. 1129. num. 33. quam etiam eodem modo cum nostra consiliauerat Barthazol. vbi superius, & Deci. in allega. regu. in ambiguis: De cōmodo possessionis quoad præsumendā prioritatem pluribus agit Menoch. de præsump. lib. 6. præsum. 69. à num. 8. quod idem antea dixerat præsump. 13. lib. 4. nu. 6. & de adipiscen. possess. remed. 4. num. 794. & de arbit. lib. 2. casu 48. num. 12.

19 Secundo, limitatur † ex mēte Rip. vbi supra num. 8. vt non procedat quando in instrumēto apposita esset vltima hora diei: tunc enim quia eadem hora, vel ante necesse est factum fuisse aliud instrumentum, quod horam non contineret, dicēdum propterea proculdubio est, huiusmodi horæ interpositionem non operari prioritatem supradictam, viden. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 1. d. Cas. 41. num. 21. & sequentib. vbi ex mente Socini in l. 1. nu. 57. ff. solut. matri. limitationem hanc dicit veram etiam si qui haberet horam possideret, licet postea hunc casum dubitabilem asserat concludens tandem nu. 23. relinquendum esse arbitrio Iudicis, an verisimile sit post vltimam illam horam esse aliud instrumentum confectum vt istud, de quo agimus, nō præsumetur posterius.

20 Tertio, limitatur precedens traditio in pluribus † instrumētis à diuersis Notarijs confectis: tunc enim illud presumetur prius confectum, quod horam contineret, secus vero quando omnia forent ab eodem Notario fabricata, quia tunc ad ordinem scripturæ, qui in prothocollo appareret, recurrendum foret non obstāte quacunque horæ appositione, tex. in §. quibus specialiter in prima constitutione C. ibi, ita tamen vt ordo temporum earum constitutionum non solum ex adiectis diebus, consulibusq; sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat: primis quidem in priori loco, posterioribus vero in secundo ponendis &c. & ibidem Bar. & Bal. idem Bar. in l. 2. §. prius num. 7. ff. de vulga. Felin. in allega. cap. pastoralis de rescrip. num. 6. Mascard. de probationibus in allega. conclu. 1129. num. 13 viden. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. casu. 187. num. 51.

21 Hic dies, † de quo loquimur cōputari debet vt contineat viginti quatuor horarum spatium à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, qui communiter dies naturalis solet appellari, licet Alcia. in l. 2. §. cuiusque diei ff. de verb. signi. eum ciuilem appellet, naturalem vero qui duodecim tantum horas comprehendat à solis ortu vsque ad occasum: de hac diei specie viginti quatuor horarum incipientis à media nocte vsque ad sequentem loquitur I. C. in l. more Romano ff. de Fer. & Rom. Pont. in c. consuluit de offi. delegat. Alię diei species sunt videlicet artificialis, qui tantū comprehendit lucem à mane ad vesperas, & sic quando sol est super terram; legalis, seu emergens, qui computatur precise de momento ad momentū; conuentionalis secundum quod partes cōueniūt: & ecclesiasticus qui diuersimode accipitur, de quibus aliter in presentiarum agere non decreuimus, postquā nihil ad nostram materiam faciunt; qui de eis multa videre voluerit Iasonem adeat in d. l. more Romano. Andream Tiraquel. de retrat. lingna. §. 1. glo. 11. incip. de anno per tot. Nauar. in tract. de ora. & horis Canonicis c. 3. num. 34. Alciat. in d. l. 2. §. cuiusq; diei de verb. sig. Spino in specul. testam. glo. 13. principa. num. 24. & Bartholom. Barthazol. d. clau. 1. glo. 5. num. 2.

22 Ex his *infertur* quod si cōficiatur † instrumētum nocturno tempore, quod fieri potest, l. non minorem C. de transac. tunc si ante mediā noctem, debet notarius diem præcedentem illius confectionis scribere, si vero post mediam noctem, sequentem, Bar. in d. l. non minorem, circa prin. C. de transac. plures allegant Barthazol. vbi supetius, & Graf. d. excep. 19. num. 13. & licet Notarius nō faciat mentionem de nocte, sed simpliciter dicat tali die confectum fuisse instrumētū, non propterea illud corruit quod sit nocturno tempore confectū, nec ob id Notarius incidit in crimen falsi, per supradicta, quia vere dici potest tali die fuisse confectum instrumentum illud, ita eleganter esse probat Ioseph. Ludoui. decis. Perus. 116. num. 2. & 3. ex Innoc. & alijs in c. consuluit, de offi. delega. Bal. & Areti. in l. qua ætate ff de testam. DD. in allega. l. More Romano ff. de Fer. Tiraquel. copiose in trac. de retract. ligna. §. 1. glo. 11. incip. de anno quædam, versi. & huc pertinet num. 8. atque ita dicit comuniter se vidisse obseruari quod Notarij diem apponebant licet instrumentum esset de nocte confectum, & semper dicta instrumenta fuerant valida reputata absque eo quod Notarij vnquam fuerint in aliqua suspitione falsi, additq; postea se ita in casu occurenti *iudicasse*, aduertit tamen ex Bal. † in d. c. consuluit num. 11. tutius esse vt Notarius scribat horam noctis vt ex eo appareat vtrū diei precedēti, an sequenti actus tribuatur, maxime in collatione beneficiorum: sunt enim quidam menses, in quibus collatio spectat ad Roman. Pōt. alij vero, in quibus ad Ordinarios: in his (in quam) casibus si obtinens beneficium moriatur de nocte vltima mensis die, necessum est quod exprimatur hora noctis ipsius vacationis, vt dicerni possit an ad Papam, an vero ad Ordinariū spectaret ea collatio, quia in collationibus beneficiorum attenditur dispositio l. More Romano ff. de Fer. quod videlicet dies incipiat a media nocte, vti per plures *Rotæ Rom. decis.* late cō-

†† probat

probat Ludouí.vbi ſuperius. Sed ſi per Notariũ ignoratur quæ ſit hora noctis, & num tranſacta ſit medietas, nec ne, tunc ſcribere debet confectum fuiſſe inſtrumentum tali nocte, quæ fuit inter diem 23. & 24. menſis Iunij &c. & non errabit, vt aduertit Iaſ. in d.l.more Romano num.16 Felin.in d.c.conſuluit num.6.de offi. delega. & Barthazol.vbi ſupra num.10.

Ex ſupradictis ni fallor, explicatum remanet quomodo,& quando dies debeat in inſtrumento apponi. Cæterum antequam ab his diſcedamus operæ pretium duxi prius quaſdam quæſtiones,quæ inde oriri poſſent,enucleare. Prima
23 † ſit nunquid ſi Notarius diem omiſerit, vel in eo ſcribendo errauerit, poſſit correcto errore, diẽ apponere, vel mutare. Hæc quæſtio duo habet membra, & quo ad primum Barthazol.vbi ſuperius num.23. concluſionem facit cum quatuor limitationibus, cuius hæc eſt mens breuioribus explicata verbis, quod Notarius ſi de die recordetur,poſſit illum addere inſtrumento, dũ tamen id fiat in continenti, non ex interuallo, quod interpretatur per Guid.Pap.in allegat. deciſ. 583. vt id liceat per annum, verius tamen eſt id totum reſidere in arbitrio judicis, item dummodo non ſit orta quæſtio erroris inter partes, item dummodo non ſit data copia partibus,itẽ, & finaliter dummodo dies non ſit de ſubſtantia inſtrumenti,vt in hypothecaria: hæc omnia pluribus probat Barthazol. vbi ſupernus per te ipſũ
* viden. & ſignanter ex traditis communiter per DD.in l.ſi. librarius ff.de reg. iur. ego ſi caſus accideret,conſulerem quatenus in pauciſſimis caſibus,aut in nullo,præter vnum, quando videliſcet nulla ex partibus, vel alius animaduerriſset errorem,diem adderet inſtrumento propria auctoritate:inde enim facile fieri poſſet vt eius nomen,& fama,ac honor periclitarentur,ſed iudicẽ adiret vocatis partib.ſi opporteret,atq; ita error corrigeretur, & nota q̃ in hoc de additione diei,ſtandum neceſſario foret aſſertioni Notarij dicentis tali die fuiſſe confectum inſtrumentũ, Cagnol.in d.l. ſi librarius numer.22.& Deci. ibidem,num.6.idem ex Bar. in l.ſi quis ex argentarijs §.ſi initium num.18.ff.de eden. & in d.l. ſi librarius, & ex Menoch. de arbit.iudi. caſu 64. num.2.comprobat Carrot.deciſ.112.nu.9.Maſc. de proba.conclu.644.nu.6.Saluſ. Tiber.a Corne.in prax.iuditia.de modo proceden. coram audito.Cam.lib. 1.c.38. quod ego verum exiſtimo dummodo aliud probari non poſſit per teſtes inſtrumentarios, vel alios circa diem inſtrumenti.
Quo vero ad † ſecundũ membrum dictæ quæ- 26
24 ſtionis,nunquid diem appoſitum poſit Notarius mutare,ſi recordetur alium fuiſſe diem confecti inſtrumenti,Graſ.in ſepe allega. excep.19. num.14.ex Specul.in titul.de inſtrumento. edi. §.poſtremo,verſ.Sed nunquid,& Alba.in conſi. 776. num. 28. lib. 4. ſimpliciter reſpondit poſſe eum errorem per Notarium corrigi, Barthazol. tamen vbi ſupra num.32. duas in his reffert opiniones contrarias,& pugnantes, alteram Bar. in d.l.ſi librarius num.5.de reg.iur.quem plures ſequuntur, dicẽtis id fieri nõ poſſe niſi accedente auctoritate iudicis:alteram vero Dec.& Cagno. in ea.l.ſi librarius,quos ſequitur Pariſ.in conſ.28. nu.41.volu. 2.quod poſsit corrigi abſque iudicis auctoritate,& hanc dicit veriorẽ,maxime extra caſus limitationum ſupra in primo membro adductarum:ego in his caſibus ſemper cõſulerem adeundum iudicem, vt coram eo,docto errore, fieret correctio,idque vocatis partibus,quorum intereſt, niſi in caſu, de quo priori membro loquebamur, quando nemo errorem detegiſſet præter Notarium. *Caſus contigit* in hac materia cuidam Notario valde familiari, ac amico meo, in quo,cũ ipſe quoddam debitorij inſtrumentũ ſcriptori in publicam formam ex manuali, ſeu prothocollo edẽdũ tradidiſſet,is loco Octobris, qui in ꝓthollo reperiebatur, menſẽ ſcripſit Nouembris, quem errorem non aduertens dictus Notarius,inſtrumẽtum clauſit,& (vt ita dicam) auctenticauit,euenit poſtea quod cum creditor debitum peteret vigore dicti inſtrumenti, fuit ei oppoſitum de morte debitoris tempore quo dicebatur inſtrumentum illud confectum, & quidem verè,quia obierat poſt menſem Octobris,ſtatim in menſe Nouembris, cæterum, is error faciliter (me conſulente) fuit correctus coram iudice vocatis partibus,& expertis, qui manuale, & prothocollũ recognoſcẽtes repetierũt inſtrumentum illud non in menſe Nouembris, ſed in menſe Octobris abſque aliqua ſuſpitione falſitatis confectũ fuiſſe, atque ita liberatus fuit Notarius ille a quandam calumpnia,quæ in Regia Audientia a quodam, qui cum eo litigabat, imponebatur ratione prędictorum,extra merita tamen cauſæ,quæ inter eos ducebatur:de hac correctione erroris Notarij vide Maſcar.de proba.conclu.644.per tot.qui vltra ſupra adductos
25 late de hoc articulo agit.

Si tamen † (vt iam ad propoſitum redeamus) in vno inſtrumento ſit dies ſcriptus,tunc in ſequentibus cenſetur ille dies repetitus, per tex.
* in ſæpe allega.l. ſi quis §. initium ff.de eden. & ibi comuniter ſcribentes,quod intelligit verum Barthazol.d.clau.8.glo.5.num.14. pluribus concurrentibus,de quibus ibi:ego vero ſemper,niſi aliquid ad ſit,quod demonſtret inſtrumentũ ſequens non potuiſſe confici, aut non eſſe ita præſumendum,eodem die,quo præcedens.

Secunda quæſtio,† nunquid inſtrumẽta poſſint valide confici die feriato in honorem Dei, nec ne.In hac quæſtione ſequenda eſt omnino diſtinctio Roma.Cæſa.in l.actus C. de feriis inter inſtrumenta contractuum, qui inter partes celebran-

celebrantur, & actus voluntariæ iurisdictionis, qui coram iudice fiunt, veluti emancipationis, manumissionis, legitimationis, & similium, & inter actus contentiosę iurisdictionis; in quibus requiritur partis citatio, vt prioribus illis duobus casibus, valida sunt instrumenta die feriato confecta posteriori verò casu, minime: dicebat. n. Imper. in d. l. act* (& sunt verba tex.) *actus omnes seu publici sunt, seu priuati diebus quidem Paschalibus conquiescant, in his tamen & mancipandi, & manumittendi cuncti licentiam habeāt, vt super his acta non prohibeantur*, ita tenent comunitet scribentes in * d.l. actus, & in sæpe allega. l. si librarius, de reg. iu. & pluribus alijs in locis, quam distinctionē diligenter nota: seruiet enim tibi ad bene dicernendum qui nā actus in indiuiduo die feriato fieri possint, & qui nō, ad quæ videndus Barthazol. d. cla. 1. glo. 5. n. 36. & Panor. in c. fi. de ferijs, pulchre Fran. Vtius decis. 35. lib. 1. vbi in fauorem huius dicti *decisum* fuisse testatur. Hæc adeo vera esse † arbitratur Anton. Fab. in suo cod. lib. 3. titu. 11. de fer. diffi. 5. vt nec pronūciationē sententiæ die feriato fieri posse existimet, quamuis contrariū senatus sabusia. *Decreuisset*, quia actum esse iudicialem illum dicit, quippe quia iudicatū ex sola pro † nunciatione totum constituatur.

27 Et licet † supradicta vera sint, quod *instrumē*ta contractuum, & actuum voluntarię iurisdictionis fieri possint diebus feriatis in honorē Dei, notat tamen Abbas in d. c. fin. num. 18. peccare Notarios huiusmodi instrumēta cōficientes prēter necessitatis, vel pietatis causam, Sum. Angeli. ver. feriæ num. 49. & refert Barthazol. num. 37. quia opus merè seruile exercent, quod est pro-
28 hibitum. Aduocatus † autem non peccat præbens consilium, informans iudicem, scribens, & reliqua faciens, quæ ad suam professionem pertinent in die festo, etiam ob pecuniam, & quæstum, vt probat Nauar. in manua. de 3. ptęcepto decal. c. 13. n. 12. vers. peccat mortaliter, vbi reprobat opinionem Sylvest. contrarium tenentis, rationem tradiderat antea in c. ptęcedenti nu. 5. ex Cayet. quia quod gratis fieri potest licite diebus feriatis, id etiam ob pecuniam fieri permittitur; lucrandi enim animus non facit id esse seruile ꝙ ex se tale non est, eleganter probat Fran. Suarez Societ. Iesu in lib. de Virtu. & Sta. Religio. lib. 2. de diebus festiuis c. 19. n. 10. & late, sicut pulchre de his agit, pluribus docēs quę possint citra peccati, & nullitatis vitium in die festo peragi, vbi c. 30. n. 6. & 7. signāter tenet contra Canonistas fieri non posse, quod intrepidè in ptaxi obseruamus, obseruariq; posse probat Salus. Tiber. à Corne. in prax. iudicia. de modis proceden. in caus. quæ corā auditor. Cam. agunt. lib. 2. c. 10. n. 8. ex Maran. de Ordi. iudi. in 6. p. testium produc. n. 7. quod scilicet examinentur testes in die festo etiā si iurauerint, & citati fuerint die iuridica, ibique multis probat actum esse nullum tanquam iudicarium in die festo factū, nec modo aliquo posse fieri retrotractionem ad diem, & tempus prēstiti iuramēti: eū vide si casus occurrerit; qui plura de ferijs videre voluerit adeat Annæum Rober. rer. iudica. lib. 4. c. 11. per tot. vbi signanter disputat, & *iudicatū* tradit an exequutio sentētiæ possit fieri die feriato, Ludou. de Peguera, quē post † hęc scripta vidi decis. 53. per tot. ac Steph. Gratia. decis. 144. per tot.

29 Sed † quid sit dicēdū de iuramēto, an scilicet interponi, seu prēstari illud valeat in die festo, quæstionis est per pulchræ & valde vtilis, in qua breuiter dicimus, quod ā iudiciali nemo vnquā dubitauit: cōstat enim apud omnes, ipsum præstari non posse sicut nec alij actus iudiciales exteeri possunt: est enim & ipsum iudicialis actus, cæterum de extraiuditiali, veluti de eo, quod interponitur comunitet in pactionibus, & conuētionibus hominū, & contractibus, ad illorū maiorem corroborationem, quod appellamus iuramentum confirmatorium, aliqui dubitauere ex eo quod existimauerint c. 1. de Fer. quod prohibitionem iuramenti prēstandi diebus festiuis cō tinet, loqui tantum in iudiciali, propterea quod tex. ille secundum subiectam materiam de iuditialibus actionibus videatur tantum loqui, cuius opinionis dicitur esse Cayet. ad D. Tho. secunda secundæ q. 22. art. 4. §. secundum: verius tāmen existimo esse ꝙ nedum ꝓhibeantur in d. c. 1. de Fer. iuramenta iudicialia: ed etiam extraiudicialia, quibus pacta, & conuenta inter homines firmantur, cuius opinionis illud inter alia est firmū fundamentū, ꝙ tex. ille excipiat, nisi iuramentū prēstetur ꝓ pace, ꝙ non est iudiciale, & tñ ne videatur cōptehensum, excipitur, signū ergo est, ꝙ etiam extra iudicialia iuramēta ꝓhibentur, alias exceptio *nō* esset de regula, sicut esse debet, bene id probat pater Suar. vbi supra c. 30. nu. 16. & 17. qui est in materia videndus.

Propter id Surd. in cons. 87. n. 14. defendit, ꝙ †† dicit esse tutissimū fundamentū, nihil obstare ꝙ dam minoris iuramentū in contractu fideiussionis, à se factæ prēstitū, ex eo quia in die festo, nec modo aliquo ligare, sed eodē modo posse, & debere ipsum contra obligationem audiri, atqui si non iurasset, cum tñ iuramentum prēstitū non fuisset pro pace, sub qua Suar. vbi supra intelligit omnia, quæ ad iurgia remouenda, & concordiam faciendā inter aliquos trāsiguntur, ex glos. quibus in c. vlt & ibi Pan. n. 14. de Fer. vel ꝓ alia causa necessaria, & hæc robur accipiunt ex vulg. regul. non prēstat impedimentum, quā leges in tit. de reg. iur. in 6. videatur allega Surd. qui pluribus assumptū ꝓbat non spernendis: ad hæc bonum esset ꝙ attenderemus qui causas deffendimus, quia possibile foret, quod sic plures iuuaremus, quos omni remedio pluries destitutos re-

linquimus, vide late de his agentes Meno.de arbit.Iud.q.30.per tot.Bot.in consi.59. & Heting. in tract.de fideiuss.c.12.à nu.16.

30 Tertia † quæstio futura erat circa cõputatione annorum,an ea fieri debeat a natiuitate Dñi, prout in nostra clausula,an vero à prima die mẽsis Ianuarij,cæterum quia hęc parũ in praxi prosunt,& quia Couar.varia.resol.li.1.c.12.hoc labore nos leuauit docẽs fuse apud quasq; nationes quomodo ea computatio fieri debeat,cui adde Munyoz de Scobar post hęc scripta visũ in tract. de ratiocinijs administratorũ tom.2.de var. cõputa.c.21.per tot.qui latissimè de his agit, & Cathelian.Cot.in memorabil.verbo, ānus, qui nõ nihil Phylosophatur circa hæc(dubito an multũ vtiliter) ideo in his amplius ĩmorandũ non arbitramur: animaduertentes Notarios ꝙ in cõputatione annorum expressim addãt vel à natiuitate Dñi,vel ab eius incarnatione, vel aliàs, ne sit incertitudo apud eos,qui morẽ, & vsum regionis, vbi cõfecta est scriptura, circa anni cõputationẽ ignorãt: aliàs enim facilè ea incertitudo orietur vti aduertit Couar.vbi ꝫ.nu.2.circa finẽ.In † nr̃a
31 Cathalonia intrepide fit apud Notarios anni cõputatio ꝓut in nostra clausula, à natiuitate dñi, verũ est ꝙ id non fuit perpetuò in eadẽ obseruatũ: reperimus enim ꝙ per multũ tẽpus, quãdiu scilicet hic principatus fuit Regũ Franciæ,cõputatio fiebat,nõ ab incarnatione,nec à natiuitate dñi, sed imo à Rege, qui tunc in Francia regnabat, hoc modo, Dat.&c. regnante Carolo, vel Ludouico &c.prouti pluribus probat Fr. Franc. Diago Ordinis Prædic. in generali Historia Comitũ Barci.ca.10 fol.67.vbi, & in toto illo libro plura citat priuilegia,& scripturas in archiuo regio pñtis ciuitatis Barc .de tempore,quo Reges Francię ĩperabant in hoc principatu,recõdita, in quibus huiusmodi cõputandi annos modus legitur: durauit enim vsq; ad annũ 1180. quo in quodã consilio Tarraconæ celebrato tempore Regis Alphonsi,fuit expresse iussum,& mãdatũ Notarijs quibuscunq; ꝙ amplius nõ faceret huiusmodi annorũ cõputationẽ:sed imo eam facerent ab incarnatione dñi:Hæc autẽ ab incarnatione dñi cõputatio durauit vsq; ad annũ millesimũ tercentesimũ quinquagesimũ, quo dicunt Regẽ Petrum III. in quibusdã Cõmitijs in Villa Perpiniani celebratis kalẽdariũ hniusmodi mutasse,ac cõputationẽ à natiuitate dñi faciendam præcepisse,à quo tempore vsq; ad hoc nostrum, in quo viuimus, & sumus, conseruatũ videmus: hæc latissimè noster Honophrius Menescal vir sanè & pius, & doctus in consione illa,quæ vulgò impressa circumfertur de Rege Iacobo II. in Ecclesia Barci.de anno 1597.habita fol.30.& 45. ex approbatis Historijs Carbonell,Beuter,& Garibay prosequitur, apud quẽ videantur: constitutio autẽ,quæ facta dicitur in Curia Perpiniani

præcipiens cõputandum fore annũ à natiuitate dñi,quam non adducunt supradicti,est in volu. consti.sub tit.de fe,auctori.è calẽd.de actes cõst. 1.vbi inseritur quædam pragmatica per eundem Regem Petrum ibidẽ facta. Qui plura de anno scire voluerit,item & quotuplex ille sit,recurrat ad Mar.Mantu.obserua.legal.lib.4. obserua 46.

32 Quarta † quęstio erit,nunquid sint aliqui casus,in quibusinstrumenta absq; die, & anno cõfecta de iure probent, licèt alias pro substantia in eis dies requireret.In qua quæstione Bar.in l. admonendi n.34.de in. iur. dicit ꝙ mortuo Notario semiplenã ea instrumenta faciunt ꝓbationẽ,quã sequitur Aym.Craue.& alij,quos allegat in cõs.274.n.4.addens postea n.7.casum in quo plenam ea instrumenta fidem faciant, qñ videlicet contenta in huiusmodi instrumẽtis fuissent
33 obseruata,& in obseruãtiã deducta: quia † defectus scripturæ suppletur per obseruantiã subsequutam l.1.l.2.& l.5. veritas,C.de fideicom.& ambiguitas scripturæ declaratur per obseruantiã sequutã,l.minimè & l.fi de interpręt.ff. de legib.quod dicit procedere isdem Craue. & post eũ latissime Iose. Ludoui.cõmu.conclu.38. amplia. 1. licet modico tẽpore ita sit obseruatũ, quia in tali obseruantia declaratiua non requiritur præscriptio tẽporis, pluribus hæc omnia ꝓbat Craue.vbi ꝫ.omnino videndus,vidẽdus etiã Gratia.decis.234.n.25. vbi dicit ex Craue. in cõs. 101.in fi.& Simo.de Pret.cons.76.n.16. obseruãtiã dare fidẽ instrumento etiã non solemni,elegans est decis.curiæ prouinciæ apud Fran.Clap. caus.21.q.1.vbi dicit *decisum* de anno 1557. ex cõ
† suetudine dari fidem appocæ solutionis tributi, vel alterius publicæ functionis confectæ sine solẽnitatibus iuris in similibus obseruari iussis,cuius nos rei etiã in Cathalonia habemus exẽplũ in instrumẽtis,quæ exẽplãtur sine partis citatione,& auctoritate iudicis, quæ de generali cõsuetudine ꝓbãt,& valẽt eodẽ modo,atqui si fuissẽt cũ dictis iuris cõmunis solẽnitatib.exẽplata, ꝓut noster Cancer refert, *decisiones* nostri Senat' ad-
†† id adducẽs in 3.p.varia.c.3.de priuil.n.236. vidẽ. & benè notã.circa obseruãtię vim,& effectũ,Ludoui.per tot.cõclu.prædictã 38.vbi latissime de hoc agit,& qualiter hæc obseruantia prosit,quãuis nõ sit pręscripta,nec vniformis, & multa alia summè in his necessaria tradit. Idẽ † in priuile-
34 gio ꝙ ex obseruantia subsequuta declaretur,tradit. Cæs. Barz.decis. Bonon. 57 .nu. 3. notabilis est eiusdẽ decis.98.per tot.& ex possessione etiã subsequuta, Vincen.de Franc.decis.22.num.5.& decis.56.nu.6.& denique deci. 116.nu.10.Ludo. allega.conclu.38.illatione 13.& 14.

35 Et est † (concedatur mihi quæso quod paulisper pro oportunitate materiæ,quæ pulchra est, in hac ex se aliàs sterili clausula.circa hæc immorer, vel eò maximè, quòd non modicum mea inter

sit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sit ab aliquibus nostri ordinis quæ dicenda sunt videri, vt cũ illis satisfaciam eis, qui male dequadam determinatione per tres huius ciuitatis doctores, inter quos vnus ego minimus eram, sequendo quæ de obseruãtia subsequuta inferius dicemus, facta, sine fundamento, & studio iudicauerãt) est (inquam) tãtæ potẽtię huiusmodi interpretatiua cõsuetudo, & obseruãtia, vt possit, & debeat etiã admitti respectu statutorũ, cõtra quæ per alia statuta sit prohibitũ, posse aliquam allegari cõsuetudinẽ, & obseruantiã, prout pulchre docet Deci. in cõsi. 11. n. 10. & post eum Ioseph. Ludou. comun. concl. 38. vers. infertur 24. qui allegat vltra Deci. Socin. iunio. in consi. 38. nu. 6. lib. 1. & præter eos Decian. respon. 124. nu. 28. lib. 3. Alex. Rauden. de analog. lib. 1. c. 34. nu. 290. qui dicit hanc cõsuetudinẽ nunquã cẽseri excluſam, Aldera. Mascar. dẽ interp. statu. cõclu. 2. nu. 157. dicens statutũ intelligi de cõsuetudine derogatiua, aut cõtraria, nõ autẽ de cõsuetudine interpretatiua, per q̃ statuti verba declarãtur in quem sensum cõsueuerũt intelligi, Pet. Bim. in cons. 33. nu. 29. & 113. n. 15. vbi dicit tãtũ abesse quòd hæc interpretatiua cõsuetudo iuri aduersetur, quòd imò illud declaratione iuuet, & consi. 166. n. 24. Surd. decis. 129. n. 19. Barz. decis. 98. n. 1. & alij penè infiniti, quos passim reperies,

36 idq. † procedit nedum qñ statutum simpliciter nõ esse admittendã cõsuetudinẽ, sed etiã & qñ nullã esse admittendã statuit, quicquid in cõtrarium moliatur Surd. in cons. 436. nu. 47. volens constituendam esse inter hos casus differentiam.

37 Estque † ratio euidens, quia huiusmodi statuta loquuntur de consuetudine cõtraria statutis, secus est in consuetudine, & obseruantia interpretatiua, quæ non aduersatur, neq. cõtradicit, & sic non verificãtur verba statuti, & ideo cessat dispositio, sic pulchre Decius vbi supra, qui mul-

38 tis id probat, & signanter † adducit exẽplum de Episcopo, qui licet contra canones statuere non possit, tñ præter canones potest, ex glo. in clem. ne Romani, in vers. tolli, de electio. & in c. si propter, de rescrip. in 6. & ex alijs, quos refert isdem Deci. ibidem.

39 Additur † quod talis interpretatio non dicitur noua, sed eadẽ dispositio, Decia. vbi ꝫ. nu. 30. ideo nihil mirũ si prohibita consuetudine, non censeatur interpretatiua prohibita, cum ea non tollat priorem dispositionem.

40 Et hæc † interpretatiua consuetudo nedum dicitur qñ (vt vulgò intelligitur) inducitur pro explicatione alicuius dubiæ dispositionis, vel alicuius verbi dubij in ea contenti, sed etiã & qñ per eam corrigitur dispositio respectu alicuius rei tãtũ, eadẽ dispositione in reliquo firma manẽte, vt ex Aldera. Mascard. allega. cõcl. 2. n. 143. habebis si consideraueris eum ibi de nra interpretatiua, nõ dispositiua cõsuetudine loquutũ vt isdem ipse declarat ibidem nu. 148. 160. & 161. & quasi per totum illum discursum.

41 Admittitur † etiam huiusmodi interpretatiua consuetudo, & obseruantia etiã si eiusmodi interpretationi verba repugnent, & ea interpretatio videatur contra verba statuti, sic pluribus probat Decian. allega. resp. 32. nu. 14. & Aldera. Mascar. dicta concl. 2. n. 148. Ioseph. Ludo. dicta conclu. 38. illatione 41. & alij plures, quos ꝫ. retulimus, & etiã si verba impropriẽtur, Mascar. vbi supra nu. 155. ac etiã si resultet intellectus malus, vel de iure non tenendus, prouti ex c. cum dilectus, & ibi Abb. nu. 7. & alijs, probat Alex. Rauden. resp. 60. num. 43.

42 Quæ † sunt fundamẽta, propter quæ dicunt doctores, sustineri quod verbũ, descendẽtes, in aliqua dispositione positum, quod ex se tam fœminas, quam masculos cõprehendit, restringatur ad masculos tantum, taliter quod ij tantum eius appellatione veniant, non fœminæ, qua de re abunde Cassana. consi. 47. a num. 6. cum seq.

43 Et † quod statutum, quale dicitur esse mutinense, de quo Cephal. cons. 323. n. 66. quo cauetur vt descedẽte aliquo intestato succedant agnati masculi priores in gradu vsq. ad quartũ gradũ exclusis matre, & sorore, sit intelligendum quod per prius admittantur vtrinq. coniuncti excluso consanguineo tantũ, quia sic in ambobus casibus practicatum fuerat, & obseruatum, licet generalia essent verba statuti, & dispositionis respectiuè nullã inter masculos, & fœminas, ac etiã inter cõsanguineos tãtũ, & vtrinq. cõiũctos faciens differẽtiã, reffert Peregri. cons. 51. nu. 14.

44 Eisdem † etiam innitens fundamentis Tib. Decia. respon. 32. à num. 5. iunct. num. 14. lib. 2. dicit statutum, quod filiæ, neptes, & omnes descendentes sint, stareq. debeant contentæ de eo, quod earum pater, vel auus, aut quælibet alia persona ascendens sibi dederit, aut dare promiserit in dotem, quæ non sit minor legitima, esse intelligendum, quamuis dos data a supradictis non sit æqualis legitimæ, quia scilicet sic semper statutum fuit practicatum, & per practicam interpretatum, licet repugnare aliquo modo videantur verba statuti prædicti. Hæc summe nota pro nostrarum constitutionum, & iurium patriæ interpretatione: licèt enim per const. 10. sub titul. de obseruan. consti. in 1. volum. constit. sit prohibitum allegare consuetudines, & obseruantias quascunq. contra dictas constitutiones, & iura patriæ, nihilominus hæc, de qua agimus, interpretatiua consuetudo admittenda erit etiam si per eam aliquid detrahatur de illorum dispositione, & verba repugnent, ac malus resultet intellectus, & alia obstare videantur, de quibus latè superius dictum est.

Memini

45 Memini † ad propoſitũ quod in cauſa ſuppli cationis olim egregij Præſidis Mediolanen. nũc vero in ſupremo Italiæ Cõſilio Regentis Laurẽtij Polo, cõtra Mariannã Polit, & Elizabeth Ioãnam Sala ad relationẽ egregij Senatoris Iacobi Puigmija, ſcriba nunc Michaele Perez, probauimus multis teſtibus practicis de anno 1610. conſuetudinẽ, & obſeruãtiã cõſtitutionis. 17. ſub tit. de ſupp. de ſenten. quòd cõſtitutio prædicta nõ obſeruatur prout loquitur, quòd qñ ſupplicatur à diffinitiua debet ſupplicari intra decem, & ſi per Præſidem decretatur, prouidenda in Regia Audientia, debeant fieri diligẽtiæ vt comitatur cauſa intra alios decẽ dies, aliàs ſententia trãſeat in iudicatũ, ſed ita practicatur, vt ſemper habeat ſupplicans viginti dies ad omnia ſupradicta, qñ fit prouidenda, cõnumerãdos à die ſententię, taliter, quod ſi ſupplicatur ſtatim arq. ſentẽtia fuit lata, & fit, prouidenda, habeat ſimiliter ſupplicans viginti dies ad faciendũ reliquas diligẽtias, atqui habuiſſet ſi decimo die ſupplicaſſet, & prouidenda eſſet decretatũ, & *audiri*, tunc ab omnibus etiã Regij Cõſilij doctoribus cũ quibus de negotio tractaui, eſſe indubitatum, q̃ ea obſeruantia tenetur in hoc principatu, & ille intellectus ſit communiter receptus, in quo vides qualiter ſit verũ quod diximus, ex obſeruãtia ſubſequutã noſtras cõſtitutiones recipere proculdubio interpretationẽ & hoc nõ quomodocũq., ſed etiã ſi verba aliquo modo repugnent, prout in d. cõſtitutione.

46 Hæc † de cõſuetudine admitẽda cõtra ſtatuta, quæ prohibent expreſſe, ſicut noſtra iura patriæ cõſuetudinẽ, & obſeruantiã poſſe cõtra ipſa allegari, procedunt maximè qñ allegatur cõtra ſtatutũ, quod nunquã mõſtratur fuiſſe in viridi obſeruantia: de eo enim tantũ cenſentur ſtatuta loqui, quod ſit in viridi obſeruãtia, nõ de alio, vt verba cũ effectu intelligãtur, vulga. l. 3. §. hęc verba. ff. q̃ quiſq. iuris, ita in terminis Dec. in allega. conſ. 11. nu. 11. aduerte igitur q̃ ſi non appareat fuiſſe alias ſtatutũ in viridi obſeruãtia eo modo, quo ſonare verba videntur, tunc non eſt reijciẽda obſeruãtia ſubſequuta in alio ſenſu, etiam ſi adeſſet aliud ſtatutũ q̃ expreſſe reprobaret quãcunq. cõſuetudinẽ, & obſeruantiã cõtra ſtatutũ.

47 Alia † plura de huiuſmodi cõſuetudine interpretatiua, & ſignãter qualiter nõ ſit neceſſe eſſe præſcriptã præſcriptione longiſſimi tẽpotis 30. vel 40. annorũ, ſed ſufficiant decem, & alias pulchras quæſtiones, pete tibi à doctoribus ſupra citatis, qui bene in his procedũt, adde ad hunc vltimũ art. Iacob. Put dec. 183. li. 1. & dec. 15. n. 4. li. 3.

48 Nota † finaliter nri Mier. circa hęc doctrinã in Cur. Barchi. Reg. Ferdinan. cap. 6. de pẽn. offi. nõ ſeruant. Conſt. n. 6. cũ ſeq. col. 9. pag. 81. & in cur. Reg. Mariæ ſuper conſt. hauens acor. de prohibi. pannorum extra. num. 3. col. 10. fol. 33. (de cuius veritate ego nunc non diſputo) vbi quęrens an, & quomodo cõſuetudo admitatur cõtra noſtras cõſtitutiones, & iura patriæ, dicit, & reſoluit q̃ quo ad excuſandũ cõtrauenientes à pæna admittitur, põt tñ iterũ conſtitutio prædicta publicari, & de nouo obſeruari mandari, in quo videtur iuris communis diſpoſitioni ſe ſe is noſter doctor conformare, quo habetur q̃ obſeruantia ſubſequuta excuſat ſemper a pæna, & ſaltẽ quo ad excuſandum a pæna tranſgreſſorẽ facit licitũ quod erat, illicitum, Ioſeph. Ludo. allega. concl. 38. declara. 2. poſt ampliationẽ. 6. & illa. 129. late Gutier. in pract. quæſtionib. li. 3. q. 29. à num. 17. cũ ſequen.

49 Nec † id quidẽ mirũ, ſi ſola probabilis credulitatis à pęna excuſare ſolet tranſgreſſorem, prout vltra latiſſime adducta per Frãcſ. Viui. deciſ. 80. n. 2. & deciſ. 449. per tot. Anthon. Gab. lib. 7. de crimina. concl. 8. & Fari. de pęn. temp. q. 90. inſpec. 1. in 3. par. ſuorũ operũ, ſingulare eſt ad propoſitũ Iacob. Menoc. conſ. 230. à n. 36. vol. 3. egregiè cõcludit Senat⁹ Pedemon. apud Oſas. deciſ. 71. per tot. vbi eũ, qui nõ denũtiauerat frumẽtũ iuxta proclama, *excuſauit* à pæna, ex eo quod probabiliter credere potuit ſe nõ eſſe cõprehenſum in proclamate ex rationibus, quas allegabat, quãquis verè eſſet comprehenſus, eumq. admiſit ad moræ purgationẽ vbi aliàs non fuiſſet admiſſus, quã doctrinã, & deciſionẽ memini *noſtrũ Senatũ ſequutũ* in terminis fuiſſe in cauſa T. Pomes cõtra T. Sancho refferente egregio Senatore Ioſepho Dalmau, & ſcriba Agramũt, qui ſub die 14. mẽſis Maij anni 1611. *declarauit*, quod licet prætẽdi poſſet dictã Sancho in quadã teſtatoris pænali diſpoſitione fuiſſe cõprahẽſam, quia tñ propter obſcuritatẽ verborũ diſpoſitionis ipſius teſtatoris, probabiliter dubitauit an eſſet cõprahẽſa, ideo excuſauit eam à pæna, in quã incurriſſet ob nõ partitionẽ mãdatis teſtatoris, ſi clarè cõſtitiſſet eam fuiſſe cõprahenſam, & admiſit eidem purgationem moræ poſt oppoſitum à parte inuditio de non adimplemento.

SVMMARIA.

1 *Inuocatio nõis Dñi an ſit neceſſaria, vbi pars affirmãs.*
2 *Pars negans.*
3 *Inuocatio nominis domini in rebus arduis eſt neceſſaria, non in leuibus.*
4 *Inuocatio nominis dñi ſit neceſſaria ex conſuetudine.*
5 *Contraria opinio.*
6 *Inuocatio nominis Dñi ſit ex conſuetudine neceſſaria, ſi vlterius progrediendo annullat actum in quo non apponatur.*
7 *Auctoris opinio conſiliatrix ſupradictarum.*
8 *Solemnitatis leuis quæ ſunt, nõ vitiant inſtrumentum ſi omittantur, & ibi exempla.*
9 *Solemnitatum, etiam ſi leues videantur, in teſtamentis requiſitarum, omiſſio vitiat.*

Solem-

10 *Solẽnitates in teſtam. requiſita non poſſunt dici leues. Solemnitates ſubſtantiales actus, qua dicantur, ibidẽ.*

11 *Inuocatio nominis dñi, licet non ſit neceſſaria ad validitatem actus, laudabilis tamen, quia ad multa prodeſt.*

12 *Inuocatio nominis domini ſingulis diebus fit expreſſe in noſtro Senatu, & in alijs, dum cõgreganturSenatores.*

CLAVSVLA. II.

In Dei nomine ſit, & eius glorioſæ, & humilis Virginis Mariæ matris ſuæ.

CIRCA hanc diuini nominis inuocationem ſtatim diſputãt DD. quoties in aliquam incidũt tractationẽ,
1 in qua de ea fit mentio, nunquid † neceſſaria ſit ad validitatem cuiuscunq. inſtrumenti publici, an vero poſſit omitti citra vitium nullitatis: vulgaris, & vulgatiſſima, & de qua parum diſputatur, eſt hęc quæſtio, bene video, cęterum cũ omnes clauſulas noſtrorum capitulorum matrimonialiũ explicare propoſuerim, & hęc ſit vna ex illis, nõ potui eam ſua dote fraudare, ſic tñ breuiter, vt vix de ea tractaſſe videar, nec eſt tam otioſa huiuſmodi quæſtio quaſi nũquam in palatijs fuerit de ea diſceptatum: videbis enim infra qualiter opottuit quãdoq. ſuper ea in quodam graui Senatu declarari. Qua in re variæ fuerunt doctorũ opiniones, quinq. ex eis reffert Bartholom. Barthazol. in tracta. clauſul. inſtrum. in proœm. nu. 3. cũ ſeq. qui plenius & ex actius, quam alius, quem viderim, rem hanc pertractauit. Prima opinio fuit afirmatiua, quã tenet Ludo. Roma. in rub. de noui oper. nuncia. in prin. & nu. 4. Andreæ Sicul. in repet. rub. extra de fide inſtrum. & Angel. Areti. in proem. inſti. nu. 2. circa fin. quod huiuſmodi inuocatio neceſſaria ſit omnino, ne nullum ſit inſtrumentum.

2 Secunda fuit † opinio negatiua ſuperiori omnino contraria, quã tenet Bar. in l. ſi quis ex argẽtarijs in §. ſi initium nu. 7. de eden. (ſi tamẽ Bart. fuit ad eũ §. repetitio, quod negat Andre. Sicul. vbi ſupetius, eam fuiſſe dicens Nicol. Alexand. generi ſui, vt aduertit Pet. Pau. Pariſ. in addi. ad eundẽ Bar. in d. §. ſi initiũ in lit. A. & Alex. in d. Rub. de oper. noui nuncia. & in l. Iuris gentiũ §. quod fere. ff. de pac. eandem repetitionem eidẽ Alexandrino tribuens, licet in d. §. ſi initium & conſ. 147. ponderatis in 2. vol. aſſeuerauerit eſſe Baldi) eandẽ opinionẽ principalẽ tenet Bald. in d. §. quod fere nu. 1. idem Bal. Caſtren. & Alex. in proœm. C. & alij relati per Barthaz. vbi ſuperius, eandẽ amplexus eſt Alcia. lib. 6. Parer. c. 6. Couar. in practi. quęſtionib. c. 20. n. 1. Grãma. deciſ. 106. nu. 10. quod imo non ſit de eſſentia, nec de ſubſtantia inſtrumenti, ideoq. nec ipſum propterea vitiatũ iri, quod ea omiſſa ſit.

3 Tertia quaſi † conſiliatrix ſuperiorũ fuit opinio Specul. in tit. de inſtrum. editio. quã poſtea ſequutus eſt ibidẽ Ioan. Andre. & Ioan. Fab. in proœm. inſt. nu. 3. Domin. poſt glo. in c. in nomine dñi 23. diſtin. & refferunt Fulgoſ. in proœm. C. Roman. in allega. Rub. de noui oper. nuncia. nu. 4. & Felin. in c. 1. nu. 2. de fide inſtrum. quod ea quidẽ neceſſaria ſit in negotijs arduis, & perpetuis, in leuib⁹ vero, & breui tẽpore duraturis, non ſic.

4 Quarta fuit † opinio recedẽs à ſuperioribus ſic ſimpliciter intellectis, quã tenẽt Immol. & Rom. in d. rub. de noui oper. nuncia. Abbas, & Felin. in d. c. 1. de fide inſtrum. & alij, quos reffert Bartha. vbi ſuperius, q⁹ videlicet tũc demũ neceſſaria ſit nominis dñi inuocatio qñ fuiſſet per conſuetudinem admiſſa: tunc enim per huiuſmodi cõſuetudinẽ eſſentialis, & de ſubſtãtia efficeret, adeo quod non valeret actus ſi illa omitteretur, licet aliàs de iure nõ eſſet de ſubſtãtia: vnde cũ hodie de generali cõſuetudine ſoleat in omnibus inſtrumẽtis apponi, inde dicũt prædicti doctores, quod nunc ſi omiteretur, vitiaretur vtiq. actus.

5 Quinta fuit † opinio cõtraria præcedẽti, quã tenet Bar. in authen. vt præponatur nomẽ Impe. nu. 3. Dec. in d. c. 1. n. 6. de fide inſtrum. & in c. in nomine dñi in prin. de teſtib. & Eman. Soar. à Ribey. in com. opin. n. 116. in verbo, inſtrum. quod etiam extante conſuetudine, de qua in præcedẽti opinione, nõ ſit modo aliquo de ſubſtãtia hęc nominis dñi inuocatio, ex quo eſt lęuis ſolẽnitas

6 Sexta tãdem † fuit opinio eiuſdẽ Barthaz. vbi ſuperius nu. 5. circa finẽ quaſi conſiliatrix duarũ proximè præcedẽtiũ cõtrariarum opinionum, vt videlicet ita demum extante conſuetudine talẽ inuocationẽ approbante neceſſaria ſit prædicta inuocatio, ſi talis conſuetudo vlterius in diſpoſitione progrediendo, irritaret actus, in quibus ea nõ apponeretur, ſecus vero fore ſi ſolummodo præciperet ſimpliciter eam inuocationẽ apponi: nam tunc eius omiſſio nõ vitiaret inſtrum.

7 Breuiter † in tãta opinionum diuerſitate, nobis ſummè placet ſecũda opinio cum extẽtione quintę, & limitatione ſextæ opinionis, vt dicam⁹ ex his tribus vnicã cõficiendo, quod hæc nominis dñi inuocatio, nullo modo ſit de ſubſtantia, vel eſſentia inſtrumenti, ita vt vitietur ex eius omiſſione, etiam ſi extaret cõſuetudo pręcipiẽs apponi huiuſmodi inuocationem, niſi etiam vlterius progrediẽdo, actũ vitiaret, & annilaret, in quo interpoſita non foret.

8 Quæ † quidem opinio ex eo cõfirmatur apertiſſime, quia qñ circa modũ faciẽdi aliquẽ actũ iubetur aliquid fieri, vel interuenire, quo omiſſo nullũ, vel modicũ generatur præiudiciũ, tũc illud, licet ponatur inter alia requiſita deforma, cẽſetur tñ eſſe de leui ſolẽnitate, & eius omiſſio

non

non vitiat, Bar. in l. 1. in fin. ff. de ven. inſpi. quo loci ita ait, ea quæ generant modicũ, vel nullũ præiudicium, de leui ſolemnitate, quæ vero multũ obſtãt perſonæ, dicũtur eſſe de graui, ſequitur Corne. in l. fin. C. de iu. delib. Idẽ Bar. in ea. l. 6. §. donec in fi. ff. de iu. delib. bene Feder. Scot. reſponſ. to. 2. lib. 2. reſponſ. 28. nu. 11. Inde fit quod omiſſio ſubſcriptionis Canonicorũ in cõtractu neceſſariæ non inualidet contractũ, Socin. conſ. 15. col. 14. verſ. ad 5. relatus per Berta. d. nu. 5. Inde etiã fit, quod licet omittat heres apponere propria manu in inuẽtario ſignũ crucis in principio, non proinde illud vitiabitur quamuis præcipiatur illud apponi l. fi. C. de iure delib. eſt cõmunis opinio, quã tenẽt Bar. Bal. Ang. Pau. Iaſ. Corne. ibidẽ, & alij, quos longa ſerie reffert Alua. Velaſ. cõſulta. 52. nu. 26. Micha. Craſ. de ſucceſ. to. 2. ar. inuẽtariũ, quæſt. 10. & Hieron. d Ceuallos plene in ſpecul. prac. quæſtio. comu. cõtra comunes lib. 2. q. 589. Inde etiã fit poſtremo quod licet intra tẽpus præfixũ non incohetur inuentariũ, nõ tñ proinde vitiabit, reffert ex alijs idẽ Velaſ. vbi ſuperius nu. 29. quia oẽs ſupradictæ leues quidẽ ſunt ſolẽnitates, & parui prẽiudicij, vt aduertũt ijdem Velaſ. & Bartaz. in locis ſuperius allegatis, & omnium latiſſime Scot. vbi ſuperius, qui plus quam duodecim exempla adducit.

9 Nec † me mouent quæ de aliquibus ſolẽnitatibus in confectione teſtamẽti requiſitis comuniter traduntur, quod videlicet illarũ defectus, & ommiſſio teſtamentũ vitiet licet parui admodum ſint præiudicij, & nihil, aut certe parũ referãt, vt ſunt ſolemnitates illæ, quod teſtes veniãt rogati ad teſtamẽtũ, non fortuiti. l. hæredes palam. §. in teſtamento. ff. de teſtamen. ne interueniat actus extraneus, & impertinens, l. furioſum C. qui teſtam. face. poſ. & quod deffectus vnius teſtis teſtamentũ vitiet, etiã ſi ad ſint omnes alij l. ſi vnus. C. de teſtam. vel deffectus vnius ſigilli.

10 Quia † reſpondemus (& per hoc plene cõfirmabitur noſtra opinio) quod dictæ ſolẽnitates leues nullatenus dici poſſũt, licet tales appareãt, ex quo cõſtat eas fuiſſe adiectas a legislatore pro forma ſubſtãtiali, & ſic voluiſſe eas haberi pro grauibus, vnde earũ omiſſio propterea vitiare debet actum ex traditis per Bal. in l. 1. ff. delib. & poſthum. vbi Immol. & Caſtren. Alber. Brun. in tracta. de for. inuẽtarij allegatus à Velaſ. vbi ſup. de hac autem mẽte legis, vel ſtatuti quo ad propoſitũ ſatis conſtare dicitur quando lex, quæ ſolẽnitates aliquas adhiberi prẽcipit, nõ remanet in nudis terminis præceptionis, ſed vlterius progrediendo diſponit anullando actũ ſi non adhibeantur, vt tradunt proxime relati doctores: tũc enim cenſeri non poteſt leuis talis ſolemnitatis ſecundũ Bal. in conſ. 24. vol. 1. relatum a Velaſ. d. conſult. 52. nu. 29. & ita eſt de ſuperioribus teſtamẽti ſolẽnitatibus: lex enim anullat expreſſẽ actum, in quo fuerint omiſſæ, vt in omnibus prædictis: vnde veriſſimè reſolutũ in ſuperioribus videri debet, quod hæc nominis dñi inuocatio licet omitatur, non propterea vitiabitur actus etiã ſtante cõſuetudine eam approbante, niſi vlterius progrediẽdo diſponeret, anullando actũ, in quo omiſſa foret: alios etiam modos, quibus de prædicta mente legis, vel ſtatuti conſtare põt tradit Ludou. Roma. in conſ. 402. quos tñ, quia noſtrũ nõ tangunt negotiũ, & ne videamur in rebus exiguis, & quæ numquã, aut ſaltẽ valde raro in cõtrouerſiã in foro deducũtur, vbi tot, tãtẽq. nos expectant ſubtiles, & arduæ dificultates pertractandæ, infructuoſe tempus contriuiſſe dicamur, cõſultò omitimus: qui plura ad id facientia ſcire voluerit, recurrat ad Berthaz. & Velaſ. vbi ſuperius, videndus Carol. de Graſ. in tracta. de excep. ad mat. ſtatuti excludent. omnes exceptiones, exceptione. 19. a nu. 5. cũ ſequent. & vlti. Steph. Gratia. in ſuis deciſ. prouin. Marchię multo poſt hæc ſcripta in lucẽ editis in prima deciſ. per tot. vbi dicit *deciſum* in ea Rot. fuiſſe quod hæc ſolemnitas nõ ſit de neceſſitate inſtrumẽti, nec per illius omiſſionẽ illud vitietur, vel anulletur, quod poſtea extendit vt procedat etiã ſi ad eſſet in loco cõſuetudo eam apponẽdi, quia nõ proinde (inquit) diceretur per conſuetudinẽ ea ſolemnitas introducta pro forma, & ſubſtantia actus quaſi ea ommiſſa corruat, ſed imo ex quadam pia ſcrupulatione, quibus, vt vides, cũ noſtra opinione is auctor cõcordare videtur, & Senatus ille.

11 Hoc † vnum tñ in propoſito non omittimus laudabilẽ eſſe admodum, & valde extollendã doctorum, & ſcribentiũ conſuetudinẽ, qui lecturas in ſcholis, conſilia in ſcriptis, & ſententias in foro, ab inuocatione diuini numinis exordiũtur: laudabilis etiã eſt notariorum & tabellionũ, mos, qui ſuis, quę recipiũt inſtrũ. per hãc ſanctã inuocationem felix initiũ dare ſolẽt: & finaliter valde cõmendanda eſt omniũ Chriſtianorũ vſitatus mos, & cõſuetudo in literis familiaribus, & alijs quibuſcunq. cõſcribẽdis, qui eas ab eadẽ diuina inuocatione, aut ſaltẽ a venerando crucis ſigno ordiuntur, exẽplo legislatoris in varijs locis, in l. 1. C. de vet. Iu. enucle. in l. Deo nobis C. d Epiſ. & cler. in l. 1. in prin. C. de offi. Præfec. Prætor. Affric. tex. in auctẽ. d armis in prin. col. 6. tex. in c. 1. de pace tenẽ. in vſib. feud. in c. in nomine dñi. 23. diſt. & in c. 2. extra de teſta. ſequẽdo illud Paul. ad Coloſ. c. 3. relatum in c. nõ liceat 26. q. 5. omnia quæcunq. feceritis facite in nomine dñi. Et illud diui Iacobi. c. 1. in ſua epiſt. cano. ſi quis indiget ſapiẽtia, & ſciencia, poſtulet a dño, nam qui ſine Saluatore exiſtimat ſe eſſe ſapiẽtem, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri, non ſanus, ſed eger, non ſapiens, ſed ſtultus in egritudine ſua laborat, & in cæcitate maxima

non ſtultus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

stultus, & demens permanebit c. qui sine Saluatore.26.q.2.& d.c.in nomine dñi;Deus enim solus est qui reuelat profunda,& abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est Daniel.2.c.& sapiẽtia, & disciplina,& scientia à solo dño.Isai.c.33.& sine Deo nihil potest quis facere.Ioã.c.15.vnde Beatus solus dicitur quem dominus erudierit.Psal.104.quod nedũ nos docent sancti,& Christiani viri,sed prisci etiam illi, & etnici Philosophi,qui vel nihil vel sane parũ diuini luminis,vel cognitionis habebant, vnde Pitagor.in carmin.aiebat.

Nec venias ad opus,nisi numina fausta precatus
His benè seruatis omnium coniunctio que sit
Cumq. Deo agnosces,impletq. cuncta tenetq.

Et Virgil. eglog. 3.

Ab Ioue Principium Musę Iouis omnia plena.

Pluribus alijs exemplis idẽ latissime cõprobat Pet.Gregor.in doctissimis illis,& vere admirabilibus cõmenta.ad Sintax.artis mirabilis (quibus neminẽ doctũ, vel qui doctior euadere cupiat iuste carere posse arbitror) lib. 2. c. 1.per tot.vbi elegantissime discursum super hac diuina inuocatione cõfecit,quidq. ea inuocatio prosit omnibus,quantumq.sibi profuerit in omnibus suis operib⁹ tradit loculẽter,late etiã Ludo.à Pegue. in prac.crim.c.1.per tot.vbi affert † laudabilem
12 illã Senatus Cathaloniæ cõsuetudinẽ,qua vnus ex Senatoribus singulis diebus antequã ij cõuocati negocijs intendant,solet quadã deuota oratione nomine omniũ congregatorum diuinum numen implorare vt Deus semper Benedictus dignetur suę cõgregationi assistere,& a recto tramite eos deuiare non sinat.Quod etiã obseruari in noua illa prouin.Marchię Rot.auctor est Stepha.Gratia.allegat.decis.1.num.22.referens vnde originẽ habuerit modus dicẽdi dictã orationẽ viden.Bouad.in sua Polit.1.p.in prohem.n.7. in lit.E.& curia Pisa.& ibi Azeue. lib.1. c. 4. per tot.Nos vt omnia nobis bene in his succederẽt, & verbo prius antequã inciperemus, & semper postea diuinũ auxiliũ implorauimus,nec vnquã abstinebimus:faxit ipse vt ad sui gloriã omnia cedãt,& vtilitatẽ studiosorũ;quod enixe optamus.

SVMMARIA.

1 *Iurisconsultorũ de priuilegijs qui scripserint, & nũ. 49.*
2 *Testimonium proprium non probat.*
3 *Doctorum supremi Senatus laudes,& encomia.*
4 *Princeps connumeratur in numero Senatorũ,& ei illi inhærent sicut stellę firmamento.*
5 *Doctores Regij Consilij qui occidit crimen lesæ Maiestatis committit.*
6 *Doctoribus Regij Consilij vix est,qui propter illorum dignitatem sit comparandus.*
7 *Doctores Regij Concilij omnes alios in actibus publicis,& alijs quibuscunq. precedere debent.*
8 *Regens Cancellariam Cathalonię precedit Comites, & Marchiones nedum principatus, sed & totius etiam Hispaniæ.*
9 *Consules,siue Cõsiliarij,& Rectores alicuius magnæ ciuitatis precedũt oẽs Titulatos,qui nõ sint grãdes.*
10 *Renuntiare qui alicui magno officio præest non potest officij prærogatiuis,& priuilegijs.*
11 *Aduocati,de quibus in hoc tractatu agitur qui dicantur,quiq. eorum appellatione veniant.*
12 *Doctorum aduocatorum laudes, ac Iurisprudentiæ.*
13 *Iurisprudentia alias facultates,dempta diuina Theologia,longe superat ex multis.*
14 *Iustitia omnium virtutum est præclarissima,& omnes complectitur,& reliquarum nutrix dicitur.*
15 *Iurisprudentiam multa egregia testimonia tam ex diuinis litteris,quam alijs extollunt.*
16 *Iudices fulgebunt veluti stellæ in regno Dei.*
17 *Aduocationis officium laudabile est, & vitæ hominũ necessarium.*
18 *Aduocatorum officium nobilissimum dicitur esse, & quare,idq. multis testimonijs probatur.*
19 *Dominus quis appelletur.*
20 *Aduocatorũ officiũ laudatur ex multis,qui eo nomine donari voluere.*
Christus pro nobis, & in cœlo, & in terra Aduocati munus suscepit, ibidem.
Ambrosius undecim annis causas duxit,ibidem.
Iuuo seu Ypho aduocationis munere functus est,ibid.
Germanus, & Liphardus aduocationis officium exercuerunt, ibidem.
Raymũdus a Penyafort Cathalanus Aduocatus fuit & doctor,ibidem.
21 *Doctores,& Aduocati Barcinonẽses diuum Raymũdum in patronum elegerunt, lampadem perpetuo ardentem magnis sumptibus construxerunt, & sacrum singulis annis in illius honorem celebrandum instituerunt.*
22 *Doctores,& Aduocati plures recensentur qui laudabilem vitam duxerunt.*
23 *Papinianus I.C. laudes.*
24 *Iurisconsultorum qui nunc viuunt laudes.*
25 *Doctores in iure multis gaudent priuilegijs.*
26 *Doctores in iure eisdem gaudent priuilegijs,quibus milites.*
27 *Doctores imbursantur in bursis militum, & ciuium honoratorum Barchinonæ.*

CLAVSVLA. III.

Spiritus Sancti gratia mediãte cõuentũ est,& concordatũ quod matrimonium fiat inter N.V.I.D.ciuẽ Barchinone filium legitimum, & naturalem N. ex vna,& N.domicellã filiã legitimam, & naturalem N. domicelli in eadẽ ciuitate domiciliati.

Decla-

Declaratio Epiſc. Barchinon. ibidem.

28 *Doctoratus eſt dignitas.*

29 *Militia non eſt dignitas*

30 *Nobilitas vera ex virtute, & in virtute, & ibi. per diſcurſum.*

31 *Iuriſconſultorum priuilegia an communicentur filijs. Medici an gaudeant iiſdem priuilegijs iuriſconſultorum, ibidem.*

32 *Cathalanorum doctorum laudes.*

GLOSA. I.

Iuris vtriuſque Doctorem.

HÆC clauſula prohemium continet, & narratiunculam quandam eorũ, quæ in hoc inſtrumẽto cõtinẽtur demõſtrando ſuper quibus illud conficiatur: circa quam nihil in preſentiarũ arbitror oportere quod adnotetur cum deperſe clariſſima ſit, preterquam ſi declarentur quædam voces in ea contentæ, quæ forſan alicuius erunt cõſiderationis, & vtilitatis non modicæ.

Prima vox, quæ ſeſe nobis offert explicanda eſt Doctor en drets, ideſt iurium doctorem: circa quã ex debito iuſtitiæ, cum & nos eius inſignijs, licet immeriti, ſimus initiati pauliſper immorari debemus: non quidem vt omnia, quę de doctoratus dignitate, decore, & auctoritate dici poſſent breui hanc noſtra futura oratione perſtingere arbitremur, neque etiam vt doctorum priuilegia omnia noſtra hac tapeſcenti lingua reſcencere exiſtimemus: id enim nõ minus difficile, ac penè impoſſibile de facto iudico, quam velle breui quodam temporis ſpatio vniuerſam maris arenam, vel cæli ſtellas omnes dinumerare, vel etiã vniuerſitatẽ maris aquarum puſillo
1 quodã ſcrobiculo claudere. De quibus † omnibus ſi quis quam plura videre voluerit, recurrat ad Bernardin. Muſchatel. in peculiari illo tractatu, quem de doctoratus dignitate, decore, & auctoritate inſcripſit impreſſum in fine praxis ciuilis iudicij appellationis, quem nuper in vulgus dedit, recurrat etiã ad Petrũ Leſnaud. in 11. vol. tract. in tracta. quem fecit de doctoribus, & eorum priuilegijs. Item ad Anto. Gomes in l. 80. tau. a num. 16. cum ſequent. vbi de quibuſdam dd. priuilegijs agit, Lancel. Cõrad. in temp. om. iud. lib. 1. c. 1. de Imper. q. 11. qui pluribus quæſtionem illam diſputauit an doctor militi, an è contra, ſit præferendus: quam poſtea bene explicauit Steph. Gra. diſcepta. foren. c. 111. nu. 84. & 85. vbi ad idẽ infinitos fere refert, Geor. de Cabedo deciſ. Portugal. 214. per tot. Ioan. Matien. in dial. relator. primæ partis c. 7. per tot. & denique recurrat ad Iacobum Benniũ I.C. Eugubinũ in tracta. de priuileg. Iuriscon. quem nuperrime miſit in lucem, in quo fuſiſſime, & ex propoſito de his agens 100. recenſet dd. priuilegia: ij enim dd. id vnũ molliti ſunt efficere vt intelligeret vulgus quanto honore, & æſtimatione digni eſſent, qui vt dicebat Imp. in l. aduoca. C. de aduoca. diuer. iud. non minus prouident humano generi, quã ſi prælijs, atque vulneribus patriam, parẽteſque ſaluarent: nec † propterea eorum teſtimonium
2 ſuſpectum videri debet quaſi in re propria perhibitum contra illud prouer. 27. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua,* & Ioan. c. 8. *tu dete ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonũ tuũ non eſt verum*, & contra illud etiam quod paſſim leges noſtræ de teſtimonio in re propria nõ ferẽdo ſanctiſſime ſanciunt, quia reſpondetur, non eſſe prohibitã propriam cõmendationẽ quãdo ea à veritate proficiſcitur, quæ deprehenditur ex auctoritatibus Impp. & I. CC. nec nõ viuacibus rationibus, quibus vtuntur ſupradicti dd. ad encomia, quæ tradunt dignitatis doctoratus comprobanda: nec enim vnquã ſine eis loquuntur, & tunc maxime ſupradicta procedunt quando ea cõmendatio nõ tendit ad propriam gloriam comparandam, ſed propter gloriam doctrinę, & exaltationem dignitatis, ſicuti Senecã Auguſto fertur dixiſſe. *Tibi dico Auguſte induere pracioſis nõ propter te, ſed propter honorẽ imperij*, ſic iſti dd. non propter ſe, ſed ob honorem ſcientiæ hæc ſcriptis mãdarũt. Item vbi laudes ſunt notorię de eis memineſſe non eſt vituperabile. Ioan. de Pla. in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Cõſtã lib. 12. vnde illud.

Sum Pius Æneas fama ſuper æthera notus.

Nec fuiſſet æquum, q. cũ iure cõſulti ipſi ſummo labore, ſummaq; induſtria dotis, piæ cauſæ, fiſci, militum, Scolaſticorum, rei ruſticę, & aliorum priuilegia collegiſſent, proptia accuratius colligere, & pertractare neglexiſſent, atq; ſuis (quod aiunt) ſitientibus agris, alienos irrigare maluiſſent: mihi ipſe omiſsis quam pluribus alijs, quæ ad huius rei argumentum adduci poſſent, propoſui breui quadam oratione omnibus perſuadere, & probare honorem, qui comuniter doctoribus tribui ſolet, & quanto maximus tribui poſſet, ex debito iuſtitiæ, & (vt aiunt) de condigno eiſdem debitum eſſe, atq. deberi: Et hæc quæ ego arbitror de doctoribus dicere, nõ erũt quidẽ talia, vt de omnibus cuiuscunq. facultatis doctoribus dicta exiſtimẽtur licet aliqua ex ipſis, omnibus acommodari valeant, ſed tãtũ de doctoribus huius noſtræ diuinæ Philoſophiæ, quam Iuris prudentiam apellamus: habet enim vnaquęq. facultas ſua particularia motiua, per quæ ſecundũ magis & minus illuſtrior ipſa reddatur. Neq. etiam † verba facere intẽdimus de
3 doctoribus, qui in noſtro hoc Cathaloniæ ſupremo Senatu maxima cũ laudæ ſedent: eos enim vt ſacros viros omittimus, nec nos dignos eſſe arbitramur, qui de eis verbũ aliquod loquamur, vel eorum dignitatem, & auctoritatẽ cum alijs

conſe-

conferamus.(Tantum enim dignitatis eis Princeps contulit vt etiam ipse voluerit † in eorum
4 numero connumerari in l. ius Senatorum de dig.lib.12.C.& eos corporis sui partem appellari in l.quisquis C.ad l. Iul. Magest. & notatur in l.humanũ C.de legib.& dicuntur inhærere Principi sicut stellæ firmamento cæli vt inquit Bal.
5 in l.cum multa C.de bon.quę lib. ac proinde † qui eos occidit,vel in eos machinatur,dicitur in Principem,machinasse,& lesę maiestatis crimine vtroq. casu tenetur d. l. quisquis C. ad l. Iul. Magest.Farina.de crim.lesę Magest.q. 112. inspec.
† 1.nu.64.in 4. vol.atq. ita *obseruatum* fuisse de facto Neapoli super nece Ioan. de Isern,consiliarij Regij tradit Par. de Put. in tracta. de Sindicatit.de excess.consiliar.nu.fin. & refferunt Capi. decis.130.nu.43.& Iul. Clar.in pract.crim.§.lesę magestatis nu.5.de his egregium Plato protulit eloquium lib.6.de legi.dum dixit post Deos immortales eos homines primas & honoris, & glorię sedes habere, qui publici muneris magistratus gerunt,& sua virtute aliorũ vitã moderãtur: Hæc cum ita sint cuinã dubiũ esse poterit quin omnis nostris Regijs Cõsiliarijs debeatur honos
6 præceteris quibuscunq. Et † (vt sub vnico verbo eorum laudes claudamus) tales esse existimo qui vix alios habeant dignos, qui cum ipsis comparentur quo ad dignitatem, & auctoritatẽ,in quo fidelia habemus apud Camil. Borrel. in additione ad Bellug. in speculo Princip. rub. 6.verbo,priuilegijs,& rub.44.verbo qui Principis membra sunt,testimonia notanda)& ad tractationem dignitatis aliorum doctorum inferiorum,qui aduocatorum honorabili munere funguntur,quæ propria est huius glos.materia, reuertamur.

7 Si tamen † illud, quod pene exciderat, annotauerimus imprimis, ex eo scilicet principio quod regij cõsiliarij sint ptincipis membra, & is sit ipsorum caput,oriri, ac dimanare vt in sessionibus, processionibus,& alijs actibus, vbi Princeps suo cũ cõsilio,& cõsiliarijs existere voluerit sit necessarium ipsos cõsiliarios taliter nõ dimittere latus Principis, sed ei esse semper inhærẽtes;vt merito debeant reliquos omnes quacunq. præfulgeant dignitate sicut eos Princeps ipsorum caput præcedit,sic eosdem ipsi tanquã Principis mẽbra inseparabilia ptęcedere,& antecedere,nec detur modo aliquo locus vt alius inseratur inter caput,& mẽbra: esset enim cõtra ordinem naturalem,ac etiam legalem quod mẽbra distiungerentur à capite,& quod inter caput, & membra aliud poneretur, cũ sint,& efficiãt vnũ, & idem corpus,id quod tam clarè,& benè Stepha. Gratia.ponẽs quæstionẽ de capitulo cathredali cum vicario Episcopi, quę in eandem reincidit cũ nostra,probat in suis discepta. forẽs.c. 111.vt supersiuũ mihi videatur velle aliquid eius egregijs dictis superaddere: quod postea nu. 6 extẽdit ad Cardinales respectu Regis:licet enim (inquit)precedat Rex ipsos Cardinales vt singulos,non tamen existentibus ipsis in consistorio, & capella,idem quoq.dicit procedere in Imperatore ante coronationẽ, vidi ego & penes me seruo Regiam Epistolã datã in Aranjuez sub die 12.Matt.1608.Excellent.Duci Montis Leonis in hoc Principatu Locumt.Generali ratione & occasione dubitationis ortę,vbi nam,& quo in loco esset Senatus noster regius collocandus, & graduandus in processione tunch fienda pro translatione ossium,& cinerũ sanctissimi cõpatrioti Raym. à Peñafort transmissam, quæ optime id,quod dicimus de nostris Regijs Consiliarijs probat.

8 Et nedum † id procedit respectu totius Senatus,sed etiã & respectu Regentis Cancellariam in hoc Principatu:cũ enim de anno 1610. mota esset in quadam congregatione contentio inter Regẽtem Cancellariam, & quendam Comitẽ huius Principatus nõ absimilis illi,quã de Regio Cancellario,& Gerente vices generalis Gubernatoris reffert noster Ferrer in 3. par. obser.c. 83. cõsulta de hoc S.Maiestas rescribere dignata est sua cum epistola.Dat. Lermæ 8. Maij dicti anni 1610.quę in regestris huius Cãcellarię est registrata de mandato expresso eiusdẽ sacræ Regiæ Magestatis in diuersorũ Locumt. 15. fol. 77. debere Regentẽ Cãcellariã,qui nunc est,& pro tẽpore fuerit,propter præheminentiã sui officij,quæ(inquit)valde grauis est cum habeat locũ post Regium Cãcellariũ,& præsideat in vna ex aulis Regiæ Audientiæ,omnes ne dum Comittes,sed & Marchiones etiã,qui nunch sunt,& pro tẽpore fuerint præcedere in omnibus actibus publicis, & alijs quibuscunq.& nedũ eos,qui sunt in hoc Principatu,sed etiã in omnibus Hispaniæ Regnis vbicunq. presens sit dictus Regens Cancellariã.

9 Nec id † quidem mirũ si verũ est q. Bouad. tradit in sua politic.lib.3.c.8.nu.20. to. 2. dicens Rectores,siue decuriones(nos Cõsules,Iuratos, & consiliarios,promiscue appellamus) alicuius insignis ciuitatis,quę est Mettropolis, & caput prouinciæ prędecedere debere oẽs,& quoscunq. titulatos,qui nõ sint magni(grãdes appellamus) quia & ipsa ciuitas auctoritatẽ habet istorũ dominorum,qui grãdes appellãtur, quæ fuit,& est prętentio consulũ,& consiliatiorũ ciuitatis Barchino,orta danno 1611. in quadã cõgregatione, quæ habebatur in domo Deputationis eiusdem ciuitatis,qua se dicti Cõsules, & Iurati declararunt nolle vnquã in posterũ cedere Comittibus Regni, & eis manũ dexteram porrigere hac Bouadillæ doctrina freti, quamuis diceretur aliter se eo vsque habuisse consuetudinem, dicebãt siquidẽ quod si quę Bouadil.dicit possunt in ali-

in aliquibus cõsulibus, seu cõsiliarijs, & ciuitatũ mundi Rectoribus verificari, certè id dicẽdum videtur in nostra Barchinonẽsi ciuitate: ea enim est, quę præ alijs auctoritatem de grande habet: sedent enim coram Rege capite cooperto eius rectores, & ad eam quotidie Rex scribit de rebus & negotijs arduis, & grauibus, ac ipsis solis in orbe, quoties opportet ad curiam ire Domini Regis, & aliò etiam extra Regnum sic purpureis vestibus, & alijs insignijs ornatis incedere permittitur sicut in propria patria, & deniq. vbiq. terrarum solent in magna æstimatiõne haberi: si ergo huiusmodi consiliarij, & Rectores ciuitatũ posse se, & debere dictos Comites præcedere existimant, quid mirũ erit quod id prætendat Regens Cancellariam, qui tam prehemi nenti fungitur officio, prout isdem Rex insinuat in epistola superius enarrata, & tradunt omnes, qui de huiusmodi magistratu loquuntur, idq. †
10 esset adeo verum vt vix trahi in consequentiam posset etiã si ostenderetur (quod adhuc non audiui contigisse) aliquando Regentem Cancellariam istis Comitibus cessisse, & illis meliorem locum ocupare, permisisse, quia non propterea satisfundatam dicerentur habere suam contra Regentem intentionem, vtpote quia non sit ei permissum, etiã in sui, respectu officij, successorũ præiudicium huic prerogatiuę, & preheminenę renũtiare, ad tradita in terminis per Bouadi. in sua politic. tom. 1. lib. 3. ca. 2. nu. 13 quæ nostris Barchinonæ Consiliarijs non modicũ addebãt animum in cõtrouersia superius enarrata vt Comitibus Regni non cederent etiamsi illi allegarent id sepissimè, & quotiescunq. sese casus obtulerat, per ipsos eosdem, vel saltẽ per suos antecessores in officio factitatum vt honorabilior illis locus daretur: sed hęc, vt diximus, omittamus, & ad doctores aduocatos reuertamur, quorũ ratione prẽsens cæpimus institutum.

11 Sed non putes † quod loquar de aduocatis quomodocunq. & qualitercunq. in eo scilicet sensu in quo satis imprudenter nonnulli de aduocatis loquentes, eorum nomine donant plures, & aduocatos fuisse dicunt ex quo aliquo testimonio probant ipsos in aliqua ocasione pro alio, & in illius fauorem, vel contra alium, & in illius odiũ, fuisse loquutos; si enim id esset, omnes quotquot fuerunt, & sunt in orbe, dicendi forent aduocati, quia vix vllus vnquã repertus est, vel reperiri potest, qui in aliqua occasione, vel pro aliquo eum defendendo, vel contra aliquem eum calumniando non sit loquutus, sed de eis loquor qui pro officio habent causas aliorum ducere in palatijs, & eos defendere.

12 Horum laus † ex triplici præsertim capite peti potest, primo ex nobilitate scientię quam, tra-
13 ctant: Est enim talis, quæ longe † reliquas (vnã solam demas diuinam Theologiam) antecellit, & superat, & inter omnes perfectissima dici debet, tũ ratione subiecti, d quo tractat: tãto enim nobilior est quælibet scientia, quanto nobilius est eius subiectum vt not. in aucten. quomodo oport. Episc. in prin. & tradit Abba. in cap. clerici num. 3. extra de iudi. vnde videmus diuinæ Theologiæ reliquas omnes scientias postponi non alia quidem ratione nisi quia excellentius omnium imo excellentissimũ habet subiectum cum tractet de Deo, & eius cognitione.

14 Hec vero nostra scięntia de iustitia tractat, quæ † virtutum omnium præclarissima est, ac veluti hesperus cęteris astris lucidior vt ait Philosoph⁹ 5. Etic. c. 1. & tradit Sot. de iust. & iu. lib. 3. q. 3 ar. 3. imo omnes virtutes complectitur, & mater omnium, & regina aliarum virtutum, necnon & earundem nutrix dicitur secundum Polum Pitagor. in lib. de insti. & Aristotelem vbi supra, ac propterea nulla virtus laudatur nisi quę coniunctam habet iustitiam, aucten. vt omnes obedi. iudi. in prin. ea enim constitutio diuina est, non humana, & fructus diuinus c. graue 35. q. 9. & iuxta illud, Iustitiam de cœlo Deus, &c. hæc namq. maiores informat l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admi. tut. l. scire oportet §. cum reliquis de tut. & cura. dat. hæc cupiditates, & nequitias refrenat. §. cognitio in aucten. vt Iu. fine quoquo. suffra. c. auaritię extra de præben. Hec docet pudicitiam, & compescit carnis petulantiam §. nouimus in aucten. quib. mod. nat. tot. tit. ff. & C. de Adul. & tot. tit. extra de vit. & honest. cler. Hæc docet sui ipsius fragilitatẽ cognoscere, tex. in prin. aucten. vt omnes obed. Iud. Hæc hortatur ad clementiam, & impietatem detestatur vt tot. tit. insti. & ff. de iust. & iu. & finaliter huius sacrosanctæ scientię finalis, & potissima intentio est homines ad bonum inuitare, & ab illicitis euitare ne perdant animas. §. sin autẽ in aucten. vt non luxurien. hom. cont. nat. l. Imperialis. C. de nup. de quibus omnibus vide Lucam de Pen. in l. neminem. de succes. & arech. lib. 10. C. & in rub. C. delegat. in eodẽ lib. & Ioan. Fab. in proem. insti. nec nõ Muscatel. qui eos allegat in d. tracta. de doctor. dignitate par. 2. a nu. 34. cũ sequent. Ludo. à Pegue. in pract. crim. per omnia fere illa duodecim capita in prin. de iusti. cõtexta, & signanter c. 1. à nu. 11. Plura in idem institutum ex Muscatello in allega. tracta. de doctorũ dignita. eaq. pulchra, & iocũda hic adduxissem, nisi superfluus repetitor, & transcriptor aliorum laborum timerem notari: videantur propterea apud eum ab ijs, qui perfecte, & absolute nostrę diuinæ Philosophiæ dignitatem decorem, & auctoritatem scire cupient.

15 Secũdo laus † Iurisconsultorũ, & aduocatorũ desumitur ex varijs testimonijs sacratum litterarum, Roman. Ponti. inuictorũ Impera. Iurisconsultorum egregiorum, necnon & aliorum grauissimorum

uissimorũ vitorũ,qui eos magni fecere,& summis laudib⁹ extulere:atq. in primis ex sacris litteris magni ad hoc propositũ faciẽda est illa Da
16 niel.c.12. sentẽtia iudicibus,& aduocatis apprimè cõuenies. *Qui ad iustitiã instruunt multos,fulgebũt velut stellæ in regno Dei*:Ex Roman. Ponti. respõsis quorũ ꝺ his habemus testimoniũ in c.superspecula extra de magis. Vbi *viri isti literati dicũtur esse veluti stellæ in perpetuas æternitates mãsuræ dũ plurimos ad iustitiã erudiũt*. cũ quo cõcordat tex. in aucten. habita C.ne.fil.pro pat.& in l.medicos C.de profess.& medi.lib. 10. Ex Imperatorũ sanctionibus plura habemus testimonia ad id præclara in l.laudabile C. de aduocat.
17 diuer.iud. Vbi† Imperator *Laudabile appellat ad*
18 *uocationis officiũ & vitæ hominũ necessariũ*. Imò† in l.prouidẽdũ in prin.C. de postul. *Nobilissimũ dicitur aduocatorũ officiũ*; in l. aduocati.C.eo titul. vbi aduocati dicuntur, *non minus prouidere humano generi,quã si præliis,atq. vulneribus patriã,parentesq; saluarẽt*: *ij enim dirimũt ambigua facta cæsarũ,suaq; defensionis iuribus in rebus sæpè publicis, & priuatis lapsa erigunt,fatigata reparãt,gloriosaq; voce laborantiũ spem,vitã,& posteros deffendunt*,vt dicit Imper.ibidẽ:in aucten.habita C.ne fil.pro pat.Iuriũ DD. *dñi appellantur* ab Imper.ibi, *corã domino suo*: hoc autem nomine maximo honore Imperator eos donare intellexit, quia frequens fuit apud veteres,vt is,cui præstare hono
19 rẽ voluissent,dominus † nũcuparetur, vt tradit glo.inl.cũ quis decedẽs.§.seyum,verbo,dominum,de lega.3.& Martial.indicat illis versibus.

Mane salutanti te nomine casu.
Nec dixi Dominum Cæciliane meum.

Impera. Valen. Theodos.& Archad.in l.fin.C. de offi.diuer.iud. *dignos esse doctores* dicũt, *qui ad secreta principũ admittãtur*,ꝙ vtiq.non omnibus conceditur,imò valde paucis,quos retulit Rest.au.Castal.de imper.q.83.adeo vt nec ad salutãdũ Imperatorẽ quilibet admittatur.glo.in l. 1.C. de Veter.lib.12.Iustin. Imperat.in aucten.de Iudi.in prin.& clarius in prohem.Insti. cinil. magno Iurecõsultos affecit honore dum dixit eorũ propriũ esse iudicãdi mun⁹,ac vrbes,& prouincias gubernare, ac cæteris omnibus imperare: Præclarũ est huius rei testimoniũ, quod legitur in l.quicquid C.de aduo.diuer.iudi.vbi Imperator,& Princeps reuerentiã exhibẽt iurisperitis ob sciẽtię meritũ. Et finaliter valde ad propositũ sunt verba Reg.Pet.3.quæ legũtur in prag. cõsiliarijs,& probis hominibus ciuitatis Vici directa,quæ data fuit Barci.12.kalẽd.August.1340 & habetur in 2.vol.consti.sub ũt.de collect.vbi *se valde mirari dicit ꝙ velint dicti Cõsiliarij Iurisperitos eius ciuitatis tolliare ꝑ reb⁹ priuilegiatis,vt sunt libri iuris,quos habẽt ad vsum & officium aduocationis,quod respicit vtilitatẽ reipublicæ &c. & eius admirationis causam dicit esse cũ*(& sunt verba tex.) *in pluribus habeatis regi eorũ cõsilio,ac etiã adiuuari? qui quidẽ Iurisperiti patriã,suosq; posteros deffendũt, & cõmuni vtilitati intẽdũt &c* Ex prudentũ respõsis præclarũ habemus huius rei, quã tractamus, testimoniũ in l. 1. ff.de Iust.& Iu.vbi Vlpia. Iuris professores sacerdotes appellat:Ex humanitatis scriptorũ dictis meritò illud in ꝓpositio celebrari debet,ꝙ protulit diui.Pla.de regno in fin. *omnes artes (inquiens) in ciuitatibus proprijs incumbũt operibus,neq; inuicem domina sunt, eam vero, quæ cunctis his præsidet,omniaq; contexit,ciuilem sapientiam nuncupamus*:Idem Pla.in Theage. *consultã rem sacrã esse testatur*.Tul.1.de ora. *Nihil* (inquit) *ad consiliandum hominum gratiã aptius,nihil ad augendam dignitatem conducibilius, nihil deniq; ad ornandam & celebrãdam senectutẽ honestius refugiũ esse potest,quàm Ius summa cum grauitate interpretari,Regibus,Populis,ac ciuibus omnibus consilium expetentibus præbere & de Iure interrogãtibus respondere*.Idẽ Tul.2.de natura Deo. elegãti metaphora *domos Iurisconsultorũ oracula ciuitatis appellauit,quod scilicet sicus gentiles à suis Dijs cõsilia petebant à quorũ respõsis sacrilegiũ videbatur recedere,ita & à Iurisperitis peterentur responsa ab his qui lites agebant tanquã Iuris sui incertis*. Quintilia. seruũ Sulpi.appellat *Iuris antistitem*.

Tertio† summa inde Iurecõsulti recipiunt 20
auctoritatẽ, ꝙ Saluator noster super benedict⁹ & cõplures viri sancti,& probi,eorũ officio,& munere fungi voluerint: Saluator (inquã) noster fuit in terris aduocat⁹ in trib⁹ causis, Mariæ Magdalenæ, mulieris adulterę,& discipulorũ suorũ omnes deffendẽdo,vti legitur in Euãgelio,& de deffensione discipulorũ reffertur in c. discipulos de consecra.dist.5.& nobis omnibus assiduè existit aduocat⁹ in cælo apud patrẽ vt ait Pau.ad Hebre.5.& Ioan.in sua Canonica 1. c.2.quod reffertur in c.si enim,de pæniten. d. 2. his verbis, *Aduocatũ enim habemus apud patrẽ Iesum Christũ Iustũ &c*.& alibi, *introiuit Christus in cælũ vt appareat vultui Dei pro nobis*, quod pluribus prosequitur Alberi.in l.1.C.de suffra.De diuo Ambr.legim⁹,& ita reffert Ben. de priuileg. I.c.priuileg.71.n.6.eum vndecim annis in foro causas egisse,de diuo Iuone,seu Iphone nemo est qui dubitet,quin Iureconsult⁹ fuerit,& aduocationis officiũ exercuerit:ꝺ Germano,& de Lipardo diui Laonardi Magni fratre,qui ambo post eorũ mortẽ fuerũt glorioseꝫ in numerũ sanctorũ relati,tradit Ludou.Gom.in ora.impref. post lectu.6.n.17.& reffert Ben.vbi supra⁹, eos aduocationis munere publicè fũctos fuisse.De diuo nostro cõpatriota Cathalano Raym à Peñafort,quẽ proximis annis Clemẽs.8.in sanctorũ numerũ retulit, & collocauit; quis dubitat quin ipse Iurisprudẽtiã calluerit,& exercuerit? certè nemo.Habemus enim clarũ huius rei testimonium in decretalibus, quarum compila-

tionem scimus ei à Gregorio nono fuisse demandatam, & pluribus id comprobant frater Franciscus Diago Ordinis prædicatorum, tum in historia generali dicti ordinis, tum etiam in peculiari libro, quem de vita huius sancti, & eminentis viri edidit, Frãcis. Penya sacræ Roma. Rotæ auditor in libro illo, quem de eius vita conscripsit, & frater Iacobus Rebulloſa religionis Ordinis prædicatorum, seu ille quorum dicta, & conciones ibi referuntur, in illo nõ minus deuoto, quàm delectabili libro, quem de his, quæ post eius canonizationem in præsenti ciuitate in eius laudem, & honorem gesta sunt, confecit: ob quod † Iurium doctores præsentis ciuitatis ab eo tempore, quo de eius canonizatione nuntium hùc aduẽtauit, eum sacrum virum in sui singularem patronum, & Mœcenatem optimum elegerunt, & post compositam maximã lampadem valoris quingentarũ penè librarum, quæ quotidie, & semper coram eo arderet in suo cœnobio, sacrum ei singulis annis post eiusdem cælestem natalitium diem cum magna festiuitate celebrandum decreuerunt, non secus atqui Toletani aduocati, de quibus scribit Lara de antiuerſa. lib. 1. c. 22. nu. 37. quod eundem sacrum diem magna cum iubilatione & pompa celebrant singulis annis, sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentum (quòd summè laudandum est) singuli cum deuotione sumentes. Viden. ad supradicta Rolan. à Val. in cons. 56. vol. 3. per tot. de pluribus huius diuinę Philosophiæ professoribus refert Mathe. Gribal. in illo tracta. quem fecit de ratione studendi, qui habetur in primo vol. tracta. 1s † (inquam) c. 21. de Iurisconsultorum laudibus, quam plures commemorat tanta probitate, & animi integritate pollentes, vt eorum vita maximam redoleuerint sanctitatem, eos tacitè prætereo, quia apud Gribal. legi ab omnibus facilè poterunt, cum is liber præmanibus omnium quotidie habeatur impressus cum alijs iurium voluminibus, quæ quotidie tractamus, solùm libet quæ de Papiniano † scribuntur, referre: *Hunc Iurisconsultorum omnium quotquot vel ante, vel post eum fuerunt, excellentissimũ fertur fuisse, & (vt Spertianus vocat) Iuris asylum, ac doctrinæ legalis Thesaurum in supremo dignitatum culmine, viridi admodum ætate, constitutum, vt qui præfectus prætorio in vigesimo suæ ætatis anno secundum à Principe locum obtineret, tanta apud populum auctoritatis fuit, vt nequitiam Principis facilè posset emendare, & suspectum Imperatorem populo conciliare: maluit tamen vir optimus mortem appetere, quam delictum Principis excusare: O rarissimam probitatem, & fortitudinem inauditam, &c.* hactenus Gribal. cuius dictis nihil ferè addere, vel immutare volui, quia dubito numnam id elegantiùs dici potuisset.

Sed dicet quis forsan, præterijt sæculum illud aureum, iam nunc non sunt Iureconsulti sicuti erant antiquitus: Herclè negati non potest, quin omnis caro corruperit viam suam: Cæterum † nec negari poterit quin hisce etiam temporibus sint quam plures huius facultatis professores tanta pietate, religione, & virtute præditi, vt meritò dici possit eorum conuersationẽ potiùs in cœlo esse, quàm in terra, verùm cum adhuc viuant, & pauci sint, qui non eos odio (nescio ad quid) prosequantur, non fulgent eorum virtutes, imò sæpè ita à maleuolis offuscantur, vt imò in vitia vertantur, ij (de bonis loquor) ita in hac vita operantur, vt si eorum opera, & facta antiquis illis iurisprudentibus tribuerentur, sic eos posteritas veneraretur, vt ab omnibus, nec immeritò, pro diuis haberentur nonne, quæso, dignum est commendatione maxima, quod quis suis sumptibus domum à fundamentis ad tectum vsque cuidam religioni construendam susceperit? egregium sanè opus, cuius magnitudo quemcunq. aliàs valdè diuitem terrere potuisset, nonne, obsecro, laudandus esset qui toto vni conuentui religiosorum satis magno quotidiana alimenta ex suis opibus subministraret? Nonne bonum opus operari dicendus est, qui cui, præ negociorum magnitudine, & multitudine, causam citius expedire non potest, certum quid singulis diebus pro alimentis, donec causa expediatur, elargitur? & finaliter nonne in cælum vsque extollendi sunt qui non valentibus præsui inopia Iureconsultis eorum salaria, & (vt aiunt) stipendia soluere, ipsi præterquam quòd gratis laborem suum eis condonant, aliquid etiãdẽ ex suo, vnde viuant, elargiuntur? certè sic. Sciant igitur omnes hæc omnia, & multo maiora à iurisperitis hisce nostris tẽporibus fuisse præstita, & forsan nunc præstari, cuius rei plures possem in præsentiarum testes, qui id viderint, & palpauerint, in medium afferre, sed claudamus iam riuos, sat prata bibere: tanto enim maiora ea opera præmia habebunt, quantò secretiùs, & absque aliqua inanis gloriæ labe facta fuerint: expedit aliquando ea publicari vel vt suus cuique honos tribuatur, vel etiam vt reliqui ad similia inuitentur.

Hæc † ita cum sint quid mirum quòd huiusce modi facultatis professoribus qualis qualis ab omnibus tribuatur honos, postquam sacræ litteræ, Pontifices Romani, Imperatores inuicti, Iureconsulti percelebres, & veteres oratores facundissimi, primo omnium, eorum laudes decantando, summo honore eosdem affecerunt, ac multis priuilegijs, & prærogatiuis qui potuerunt, cohonestarunt, de quibus supra latissimè, & latiùs per Petrum Lesnaut, Anthonium Gom. Bernardin. Muscatel.

catel. & Iacob. Benni. in locis ſupetius citatis,
26 Et † nihil etiam mirum, ſi in facti contingentia quoties caſus occurrit, declaretur per ſupremos Senatus competere doctoribus eadē priuilegia,& prę̄rogatiuas,quæ competunt militibus,&
27 ciuibus honoratis. Et † finaliter nihil mirum ſi proximis annis per Reuerendiſsimū Raphaēlem de Rouirola huius principatus cācellarium optimum,& poſtea Epiſcopum Barcinonæ digniſsimum vti viſitatorem burſarum domus præſentis ciuitatis,fuerit *declaratum* cō-
† tra ciues honoratos,qui voluntariè admodum aduerſus iuriſperitos,& medicos quę̄relam dederant, quòd ij eorum loca occuparent in ea domo:nihil(inquam)mirum ſi fuerit tunc declaratum eos doctores manutenendos fore,& eſſe in poſſeſsione,ſeu quaſi, in qua à tempore immemoriali extiterunt,& extant de eſſer inſeculats en les boſſes,y llochs dels cauallers, y ciutadans honrats,ita vt in his nulla inter eos ſit,nec reperiatur differentia:ſileant igitur æquites,& ciues honorati,qui ſolēt de doctoribus, & præſertim iuriſperitis non tam benè,vt oportet,ſentire,& abſtineant,quæſo, a contumelijs,quibus eos afficere ſolent: namq. ſi ſcrutētur ſcripturæ,ſi ſupra citati doctores attentè legantur,reperiemus proculdubio eadem priuilegia,& eaſdem pręrogatiuas(vnica ſola excep-
30 ta,quæ propria eſt æquitum in præſenti principatu,vt habeant locum,& votum in curijs generalibus)eſſe doctoribus communicata, quæ & ipſis ęquitibus,& ciuibus honoratis, & eorū priuilegijs gaudentibus ſunt cōceſſa, & caueāt ne nos ita cōmoueant vt cogamur dicere,quod forſan non foret improbabile, multò plura fuiſſe doctoribus priuilegia conceſſa,quā ęquitibus,& conſequenter ciuibus honoratis: circa quæ pro nunc cordi non eſt amplius calamum extendere,videantur tamen ad id Muſcatel. in iudicio inter vtramq. militiam poſito poſt tractatum de doctoratus dignitate,& Iacob. Ben.
28 priuileg.54.per tot.& alibi ſæpè; recipiant † interim in vltimam cænam,doctoratum eſſe dignitatem,& conſequenter doctorem dici in dignitate conſtitutum,c.quanto,c.fi.ibi,*dignitatem aſſumunt*, extra de magis.§.quia vero legere, in aucten.vt lice.mat.& auię, quod latè probant Muſcatel.in d.tracta.de doctor. dignitate 2. p. nu.30.& Ben.priuileg. 62. in prin. & nobilitatem affert l. prouidendum,vbi glo. C. de poſtulan.l.diximus in fi.vbi vlpia. *nobiliſſimus dict⁹ fuit* de excuſa. tut. probat plenè Ben. priuileg. 56.& 57.Lancel.Conrad.in temp.om.Iud.lib.1.
29 c.1.de Imper.q.2.nu.23.Militia † autem non eſt dignitas,ad tex.in l.ſi quis in conſcribendo, ibi *militia,vel dignitatis*.C.de pactis.& in l.fin.ibi,*in quibus nō militia, ſed dignitas*.C.qui mili.poſ.lib. 12.& in l.nullus,ibi,*militiæ,vel generis,aut dignitatis deffenſione* C.ad l.Iul. Mageſ. propter alternatiuam appoſitam, quæ cadit inter diuerſa glo.in rub.ſi ager vectiga.vel emphi.pet.& alibi ſæpè,Lancel.vbi ſupra num. 8. & 10. Quid dicent milites ad hæc,& ciues honorati? ſolitā cantabunt cantilenam,& cōſuetam, Iureconſultos maiori ex parte obſcuro ſanguine natos eſſe,ac proinde parùm eis honoris deberi:ipſos verò æquites,reſpondent,claram ducere à maioribus ſuis originem, in cuius rei ſignum dicunt,ſe imagines in atrio expoſitas habere, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtegmatum illigata flexuris,in prima parte ędiū collocata;& ideo ęquum non eſſe quòd ipſi iuriſperitis cedant, & tantum honoris tribuant. Cæterum,omiſſo quod non deſunt huius facultatis complures alumni, qui nobilitatem alijs & vendere,& commodare valeant ex ea quæ eis ſuperabundat, imò fuerunt quidam tam claro ſanguine nati, vt ex regibus Aragonum originem ſe ducere palam profiteantur: his (inquam) omiſsis,quoad alios quibus non contigit ex Comitum Barcinonæ, vel aliorum præclariſsimorum virorum (qui fuerunt non pauci) huius principatus Cathaloniæ ortum trahere,& initium ducere, dicimus non propterea ipſos ſpernendos eſſe, nec parui faciendos. Vera enim † nobilitas ex virtute,& in virtute,vt docet Plat.lib.20. in charun. vel de tēperan.in reliquo omnes ęquales ſumus: Audiant quæſo iſti,qui maiorum ſuorum nobilitate,& factis egregijs gloriātur, Senecam lib.3. de beneficijs cuius nō pōt modo aliquo ſuſpectum allegari teſtimonium:*eadem omnibus* (inquit) *principia,eademq́, origo,nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium,& artibus bonis aptius: qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtegmatum illigata flexuris in prima parte ędium collocant, noti magis,quàm nobiles ſunt.Vnus omnium parens mundus eſt, ſiue per ſplendidos, ſiue per ſordidos gradus,ad hunc prima cuiusq́, origo perducitur:* Hæc & alia huius generis ad propoſitum multa refert Pet.Gregor. in comen.art.mirab.lib.4.c. 20. & reuerā inter duo illa nobilitatum genera vel ſuæ propriæ, vel maiorum, nō eſt dubium quin longè prę̄ſtans ſit quam quis proprio labore, & ingenio acquiſiuit,quàm quæ à parentibus accepta fertur:Inde Cicero,cum illi maiores exprobarentur quòd obſcuri eſſent,reſpondit ſe *initium nobilitatis accipere,& maiorem ſibi gloriā ducere aliis dare,quàm ab aliis accipere* in ora.cont.Criſp. Saluſt. habita. Inde etiam Marius apud Saluſtiū in bello Iugur.dicebat,*alij tantum abeſt vt meliores habiti fuerint maiorum nobilitate,quin eiſi deliquere,veius nobilitas,maiorum fortia facta,cognatorum,& affinium opes,multa clientela,omnia hæc præſidio adſunt:In alijs autem eſt vnica ſpes in ſe ipſis*

fita,virtute,& innocentia tutari: pluribus hęc ꝓbat lucidissimè Camil.Borrel.in addito.ad Bellug. in specul.Prin.rub. 6. vers. virtus:nō sunt omittenda quæ in huius rei confirmationem adducunt Lanfran.& Signor.de homod. in peculia. tract.quos de præcedentia doctoris, & militis in 12.vol.tracta.ediderunt,nec Lancello.Cōta. in tēp.omni.Iud.qui in lib.1.cap.1.de Imperatore integram quæstionem secundam de his cōfecit,quæ,quia ibi nullo negocio videri poterunt simul cum alijs,quæ in proposito cumulati potuissent, consultò omittimus,existimantes supra tradita sufficere, vt laudes eximiæ iuris consultorum omnibus sint patefactę: nō nulla alia in sequenti glo. pro oportunitate materiæ trademus,vbi videantur.

31 Hæc† quæ hucusq. diximus, doctores tantū respiciunt Iurisperitos,non Medicos,vnde facilè forsan quis suspicabitur aliquam me inter ipsos constituere differentiam, sed certè non errabit,ad quod legat Ant. Fab.in suo C. defi. 9.& 10. de dignita.& nobilita.lib. 9. tit. 28. vbi illum videbit iure probantem Medicos non habere nobilitatem,nec dignitatem, Iurisperitos vero sic, Medici si habent priuilegia immunitatis id esse ex priuilegio, & contra comunis iuris regulas, non sic iurisperiti,sed iure communi,Medicorum priuilegia non transire ad eorū viduas,& filios relictos,quia competunt ratione officij,& sic eo tantum durante, non sic in iurisperitis,cum eis competant ratione dignitatis,& alia plura id generis,quæ cōsultò omitto ne in causa propria suspectus dijudicer:Hoc

32 †solum vltimo loco aduertens in honorē doctorum, qui in nostro senatu sedent, ac eorum qui aduocationis laudabili munere apud eundem funguntur (omitto alios per totam Cathaloniam aspersos,inter quos reuera sunt qui plurimum sapiunt) esse inter eos quamplurimos,imò omnes terè sic in iurisprudentia sapientes vt vix habeant in orbe primos, secundos verò multos:per quosque possumus dicere (id, quod ꝓ Lusitanis dicebat Arius Pinel.) testatum omnibus fieri Cathalanam gentem trophęis,& armorum gloria iam diu celebertimā, literatū etiam splendore alijs non cedere,quod experti ac proculdubio confessi superioribus annis fuerunt qui ex supremo coronę Aragonum,ac regni Valentiæ grauissimi doctores,ac percelebres Iureconsulti huc missi ad visitandū senatum pro obseruantia nouæ constitucionis aduenere: reperierunt siquidem quod,tam in moribus,quam in sapientia admirarentur potiùs,quam reprehenderent: doctissimi sanè illi erāt, ac perspicatissimi viri,sed maior inde Cathalanis gloria proculdubio aduenit quod à tātis viris experta fuerit eorum profunda doctrina,ac egregij in iurisprudentia profectus: In hoc solum defficiunt Cathalani quòd non sint sic audaces quemadmodu m aliæ nationes,semper timent reprehendi,& ideo parum scribūt, & à publica ostentatione naturaliter abhorrēt, quod dolendum sanè est cum sint ex ipsis quā plurimi qui possēt sine metuī publicū prodire.

SVMMARIA.

1 *Ciues Barcinonæ alij dicuntur simpliciter ciues, alij ciues honorati,& qualis quisq; sit.*

2 *Ciues Barcinonæ sunt immunes a collectis,& tallys.*

3 *Priuilegium primū ciuium Barcinonæ exemptionis à collectis,& tallys,& alijs impositionibus.*

4 *Priuilegium secundum ciuium Barcinonæ, pro eadē exemptione.*

5 *Priuilegium tertium ciuium Barcinonæ pro eadem exemptione.*

6 *Priuilegium quartum ciuium Barcinonæ pro eadem exemptione.*

7 *Declarationes facta in nostro Senatu, in insula maioricarum,& in suprema Aragonum super exēptione,& immunitate ciuiū Barcinonæ a collectis.*

8 *Ciues Barcinonæ non habent immunitatem & exēptionem collectarum in castro de Asco,& eius terminis,vbi decis. nostri senatus.*

9 *Repræsalijs vititur ciuitas Barcinonæ pro tuenda immunitate,& exemptione collectarum suorum ciuū, & quando.*

10 *Immunitas,& exemptio à collectis non comprehendit casum publicę necessitatis superuenientis, vbi plures decisiones diuersorum senatuum.*

11 *Fallit quando est immunitas concessa per ampla verba apta comprehēdere quemcunq; casum,vbi decisiones senatuum.*

12 *Immunitatis ciuium Barcinonæ priuilegia fuerunt concessa in remunerationē seruitiorum, & sic per viam contractus.*

13 *Immunitatis,& exemptionis priuilegia non suppetūt quando occurrit tam vrgens necessitas, vt alias ei prouideri non possit,nisi exempti contribuant,vbi decis.nostri Senatus,& aliorum.*

14 *Immunitatis,& exemptionis priuilegia non suppetunt quando occurrit necessitas pro bello diuino.*

15 *Immunitatis,& exemptionis priuilegia non suppetūt respectu custodiæ in vrbibus limitaneis vbi cōtinuò est necessitas,vbi decisio.*

16 *Obseruantia subsequuta quid operetur.*

17 *Immunitatis, & exemptionis priuilegia præscribuntur per 30 annos.*

18 *Præscriptio Immunitatis completa contra aliquos particulares non nocet alijs.*

19 *Consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam,ibidem.*

20 *Ciues contraueniendo priuilegio ciuitatis, ei non præiudicant,vbi decisiones,*

21 *Priuilegia immunitatum perduntur per non vsum dummodo euenerit casus,quo cum eis vtendum foret*

ret, fuisset contradictum, vbi decisiones nostri, & aliorum senatuum.

21 Priuilegij casum successisse, & eo vsum nõ fuisse illum, ad quem spectabat, probandum est per asserentem, vbi decisio senatus.

22 Represalia vt declarari possint multa concurrere debent, de quibus per discursum.

23 Represaliæ solius superioris auctoritate exerceri possũt, vbi decis. Senatus.

24 Represalia non possunt concedi nisi contra eum, qui non habet in prouincia superiorem.

25 Represaliarum vsum habet ciuitas Barcinona ex cõsuetudine, non aliunde, vbi decisiones senatus.

26 Consuetudo tribuit iurisdictionem.

27 Consuetudo facit licitum quod alias non esset.

28 Consuetudo idem operatur quod priuilegium.

29 Consuetudo potentior est priuilegio.

30 Consuetudine fieri potest vt quis sit Index in causa prõpria.

31 Represaliarum in materia multæ quæstiones remissiue.

32 Represaliarum vsus valde execratur, & reprehenditur à Dambauder.

33 Ciuem esse oportet tempore dampni passi eum, qui per represalias procedi instat, nec sufficit quod talis postea fiat.

Qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, ibidem.

Qualitas quòd post actum superueniat, sufficit si isdẽ habetur effectus atque si antea affuisset.

34 Clerici eximuntur à represaliis, & alij plures.

35 Clerici subiacent represaliis quando Episcopus nõ faceret iustitiam, & ex aliis causis.

36 Clerici capti pro represaliis non amittunt destributiones quotidianas.

37 Habitantes in suburbijs non subiacent represaliis decretis contra ciuitatem.

38 Doctores eximuntur à represaliis, & eorum familiares, &c.

39 Represaliarum dampna resarcire tenetur is, qui eas iniuste fecit declarari.

40 Represaliarum dampna resarsit is, cuius occasione fuere indictæ.

41 Nisi iniustè fuissent indictæ, vbi decisiones Senatus Pedemon.

42 Soluens vigore mandati superioris etiam iniusti liberatur, vbi decis. Senatuum Neapoli, & Portugal.

43 Soluens iussu iudicis alteri non est periurus quamuis suo creditori cũ Iuramẽto soluere promisisset, vbi decis. nostri Senatus.

Soluenti iussu iudicis non potest imputari si non prouocasset, ibidem.

44 Soluens iussu iudicis facto maximè in iniuriam creditoris, liberatur.

45 Debitor morosus soluens iussu iudicis alteri post morã non liberatur, vbi declaratur.

46 Casus fortuiti periculum spectat ad debitorem morosum.

47 Compensatio fit de mora debitoris cũ culpa creditoris.

Mora vltima nocet, ibidem.

Delicta paria mutua compensatione tolluntur, ibidẽ.

48 Mandata, quæ fiunt pro represaliis vt alteri soluatur, debent esse cum clausula iustificatiua, vbi decis. nostri Senatus.

49 Represaliarum vsus est etiam in Cathalonia in casibus, pro quibus de iure communi decerni possunt, vbi decis. nostri Senatus.

50 Marcharum vsus quando sit in Cathalonia, & quæ requirantur.

Vicarius & Baiulus Barcinonæ procedunt per marcharum declarationes etiam contra officiales regios quoscunq;, ibidem.

Constitutiones Cathaloniæ nõ censentur derogare priuilegijs si de eis non faciant mentionem, ibidem.

Constitutionum Cathaloniæ vim habens quæcunq. sunt in corpore iuris municipalis contenta, etiamsi particulare aliquod interesse videantur respicere, ibid.

51 Executiuè non potest procedi contra tertium.

52 Instrumẽtum garẽtigiatum an habeat exequutionem parata contra heredem, vbi decisio Rotæ Bonon.

53 Præcepto de soluendo est vtendum contra tertium possessorem cum clausula iustificatiua, quod resoluitur in simplicem citationem, & nu. sequenti, vbi declaratio vnius Senatoris, & obseruantia Senatus.

54 Clausulæ renũtiationis proprij fori, & submissionis alterius, ad quemcunq; possessorem transeunt.

Reconuentio an habeat locum in causis summarijs, ibidem, vbi decis. nostri Senatus.

55 Remedium quod datur ei, contra quem in casu non permisso proceditur per litteras de fatica, siue requesta.

56 Contentionis Jurisdictionis causa inter duos officiales euocatur ad Regiam Audientiam.

57 Contentionis Iurisdictionis causa vt euocari valeat ad Regiam Audientiam, quæ obseruanda, ne contentiones non procedere declaretur, vbi decis. nostri Senatus.

58 Sententia lata in Senatu in causa contentionis iurisdictionis ex obseruatione illius non habet executionem si sit ab ea suppliçatum.

Contra quod tamen est opinio auctoris, ibidem.

59 Sententia diffinitiua, vel eius vim habens quæ dicatur.

60 Marcha non declaratur nisi officialis requisitus reperiatur in fatica iustitiæ administranda.

61 Marcha non declaratur nisi cum voto duorum, vel saltem vnius iuriperiti.

Non tamen requiruntur omnia, quæ de iure communi sunt necessaria ad represalias, ibidem.

62 Marchari quæ persona non possint, ac quæ res.

63 Marchari an possit pecunia debita ab eo, qui illam promisit soluere francham ab omni marcha, &c.

Et si marchatur, an debitor remaneat liberatus.

64 Marchari vt possit pecunia promissa frãcha ab omni marcha, & represalia, quæ cautela sit sufficiens.

65 Pactum quòd debitor teneatur portare pecuniam creditori

ditori francham ab omni marcha &c. est validū.

66 *Casuum fortuitorum periculū potest quilibet in se assumere.*

67 *Pactum, quod debitor non possit allegare casum fortuitum, de iure valet.*

68 *Casus fortuiti qui dicantur.*

69 *Priuilegium eximens à marchis, si concedatur à Rege non valet.*

70 *Marche periculo non subiacet debitor etiam si fecerit pactum de soluendo pecuniam francā, & quitiam ab ea, si declaratur in iniuriam creditoris, vel contra eum.*

71 *Marcharum vsus viget etiam in Gallia, sed non cōtra personas, vbi decis. Parlamen.*

72 *Ciues Barcinonæ habent plura priuilegia, quæ enumerantur remissiue.*

73 *Ciuis Barcinonæ non fit qui habitauit in ea per annū, & diem, quoad munera, & officia, sed necessaria est decem annorum habitatio ex nouo priuilegio.*

74 *Priuilegium nouum requirens maiorem habitationem quam antiquum, vt quis fiat ciuis, an comprehendat tam habitatores tempore priuilegij, quam alios. Pro affirmatiua dicitur declaratum, ibidem.*

75 *Filius an iungatur tempore habitationis patrīs vt ciuis dicatur, & ibi determinationes factæ in domo ciuitatis Barcinonæ.*

76 *Domicilium patris, domicilium filij, & è contra.*

77 *Ciues honorati Barcinonæ qui dicantur, & quomodo fiant.*

GLOSA. II.

Ciuem Barcinonæ.

1 SEcūda vox, quę se nobis in prętenti clausula offert explicanda, est, ciutadà de Barcelona, id est ciuem Barcinonæ. Isti ciues Barcinonæ in duplici sunt differentia: Alij enim dicuntur simpliciter ciues: Alij vero dicūtur ciues honorati: simpliciter ciuis Barcinonæ dicitur quicunq. in ea ciuitate steterit per annum, & diem, ita disponit priuilegium ciuitatis Barcinonæ vulgo dictum, *recognouerunt proceres*, c. 53. in 2. vol. consti. Ad cuius intelligentiam vide Bart. & eius additionem in l. cū delanionis §. Sabinus. ff. de fun. instruct. & in cons. 62. incip. punctus talis est, & in l. nulli de sacrosanct. Eccles. Abba. in c. dilecti de for. compet. & Marquil. in vsat. ciues col. 5. vide limitationem infra. nu. 73. Hic multis gaudet priuilegijs, & potitur prærogatiuis vt ciuis Barcino. de quibus partim in dicto priuilegio *recognouerunt proceres*, & partim in priuilegijs particularibus, quæ sunt non pauca, dictæ vniuersitati, & ciuibus concessis, quæ omnia recensere laboriosum potius foret, quam subtile: aliqua ex eis memorabimus, circa quę aliquando dubitatum

2 vidimus. Primum priuilegium, quod hoc loci explicandum censui, est, quod ciues Barcinonæ, & eius habitatores † sunt immunes à solutione quarumcunq. collectarum, iurium, & impositionum pro suis rebus, & mercibus in quibuscunq. ciuitatibus, castris, villis, & locis ditioni domini nostri Regis subiectis: probatur hæc immunitas per priuilegium Regis Iacobi primi ciuitati, & ciuibus Barcinonæ concessum Dat. in ea ciuitate pridie idus Aprillis 1232. cuius dispositiua verba in gratiam eorum, quibus facile non est ea in manu habere, & vt quod omnes tangit à nemine ignoretur, censui hic inserenda, & sunt quæ sequuntur.

3 *Attendentes multa, & laudabilia seruitia, atq; grata, quæ vos dilecti, & fideles nostri ciues Barcino. exhibuistis nobis semper, & nostris predecessoribus exhibetis quotidie liberaliter, & tam fideliter quam deuotè volentes vobis facere gratiam specialem, cuius gratiæ beneficio gaudeatis perpetuo vos, & vestri, cum hac igitur charta per nos, & omnes heredes, & successores nostros enfranquimus, & francos, & liberos, & ingenuos facimus vos omnes fideles, & dilectos nostros ciues, & habitatores Barcinonæ, & singulos, presentes scilicet, & futuros cum rebus, & mercaturis vestris ab omni lezda, & pedatico, portatico, vsatico, tolta, consuetudine noua, veteribus statutis, & statuendis, & omni penso vbiq; per omnia loca regnorum, terrarum, & dominationis nostræ tam per terram, quam per mare, & aquam dulcē, & stagnum, eundo, stando, & redeundo: statuimus igitur firmiter, & mandamus quod nullus lezdarius, pedegarius, pensator, senior, maior domus, repositarius, marinus, Salmedina, Iustitia, vel Iudex, seu Alcaldus, vicarius, Baiulus quilibet noster, vel alius officialis, vel subditus præsens, vel futurus audeat, vel possit vos, vel aliquem vestrum, aut capalarios, siue nuntios vestros, aut res, aut mercaturas vestras aliquas, grauare impedire, capere aliquid inde, vel retinere in aliquo loco ratione istorum, à quibus vos & vestros, sicut dictum est perpetuo enfranquimus, sed sitis liberi franqui ab omnibus supradictis vbiq; semper inde, & penitus absoluti, &c. Pœna est millę morabatinorum Alfonsinorum, dampno & grauamine prius in duplum plenarie restitutis sine omni remedio.*

4 Probatur † eadem immunitas per quandam chartam Regis Iacobi 2. Dat. Barcinonæ 14. Kalend. Iunij. 1292. directam baiulo de Panisçola, qua in effectu mandatur Baiulo quatenus probis hominibus, & vniuersitati Barcinonę obseruaret, & obseruari faceret omnia priuilegia, & franquitates tam à se quam ab antecessoribus suis dictæ vniuersitati Barcinonæ concessa tam super facto lezdarum, & pedagiorum, quam alijs quibuscunq. in Panisçola, & alijs locis per terram scilicet, & per mare iuxta formam priuilegij Regis Iacobi aui sui dictæ ciuitati concessi, & quod non faciat nouitatem dictis ciuibus Barcinonæ, nec eorum

mercibus

mercibus, & rebus circa prædicta. Probatur† etiam eadem immunitas, & exemptio per priuilegium Regis Iacobi 2. ciuitati Barcinonæ, & ciuibus concessum Dat. Barcinonæ 18. Kalend. Ianuarij 1323. his verbis. *Gratis & ex certa scientia, ac mera liberalitate, ac sponsanea voluntate enfranquimus, & liberos, exemptos, francos, & immunes penitus facimus, & esse volumus perpetuo vniuersitatē dictæ ciuitatis Barcinonæ, & omnes & singulos ciues, & habitatores ipsius ciuitatis præsentes, pariter & futuros in perpetuum cum omnibus rebus mercibus, & bonis suis vniuersis habitis, & habendis in ciuitate, & locis nostris Dertusæ, & in castris villis, & locis nostris de Alacant, de Oriola, & de Elix, de Guardamar, & eisdem adiacentibus, quæ habemus, & tenemus in parte Regni Valentiæ vltra Saxonam, & in alijs etiam quibuscunq. ciuitatibus, castris, villis, & locis nostris vbicunq. situatis per nos, vel nostros predecessores per modum conquestæ, cambij, vel emptionis, vel alio quouis titulo hactenus acquisitis, quæ nos hodie habemus, & tenemus vel nos, & successores nostri in posterum acquiremus per conquæstam, vel alium quemcunq. dumtaxat titulum lucrationum ab omni lezda, pedagio, pedatico, portatico, mensuratico, pensæ, vsatico morarisatu, duana, antoragio, & trantagio, passagio, & gabella, & omni alia quacunq. impositione, seu consuetudine nauis, & veteribus, statutis, & statuendis, quæ dici, nominari, vel excogitari possunt, seu possint aliquâ ratione, sicq. in dicta ciuitate & loco nostro Dertusæ, & in dictis castris, villis, & locis nostris prædictis de Alacant, de Oriola, de Elix, & de Guardamar, quæ habemus in parte Valentiæ vltra Saxonam, & in alijs etiam quibuscunq. ciuitatibus Castris, & villis, ac locis nostris vbiq. situatis per nos, vel nostros predecessores per modum conquæstæ, cambij, vel emptionis, vel quouis alio titulo hactenus, vt prædicitur, acquisitis, quæ nos hodie habemus & tenemus, vel per nos, & successores nostros in posterum acquirendis per conquæstam, vel etiam quemcunq. dumtaxat, vt præmittitur, titulum lucrationum præfata vniuersitas Barcinonæ, & ciues, & habitatores eiusdem præsentes scilicet, & futuri, & eorum singuli pro aliquibus rebus mercibus, vel bonis suis quibuscunq, vllo vnquam tempore vllam lezdam, pedagium, pedaticum, portaticum, mensuraticum, pensum, vsaticum, morarisatum, duanam, anachoragium, trauatagium, passagium, gabellam, vel aliam quamcunq, impositionem, seu consuetudinem nouas, vel veteres, statutas, seu statuendas, quæ dici, nominari, vel excogitari possint, seu possent aliquâ ratione per mare, vel per terram, aut per aquam dulcem nobis, vel successoribus nostris, aut quibuscunq, alijs nomine nostro, & nostrorum dare, aut soluere teneantur, imo ab ipsorum omnium, & cuiuslibet eorum prestationibus sint semper in dicta ciuitate & loco nostro Dertusæ, & in dictis Castris, villis, & locis nostris de Alacant, de Oriola, & de Elix, de Guardamar, & eius adiacentij, hos, quæ, vt dictum est, habemus, & tenemus in parte Regni Valentiæ vltra Saxonam, & in alijs etiam quibuscunq, ciuitatibus, castris, villis, & locis nostris, vt prædicitur vbicunq, situatis per nos vel nostros predecessores per modum conquæstæ, & cambij vel emptionis, vel quouis alio titulo hactenus, vt sæpe dictum est acquisitis, quæ hodie nos habemus & tenemus, & nos & successores nostri in posterum acquiremus per conquæstam, vel alium quemcunq. vt prædicitur, titulum lucrationum franchi, exempti perpetuo liberi, & immunes per terram, & per mare, per quamlibet aquā dulcem, promittentes per nos &c.*

6 Probatur† item hæc immunitas, & exemptio per quandam litteram Regis Petri tertij directā Gubernatori Maioricarum Dat. Barcinonæ 5. Aprilis 1353. qua in effectu *mandatur dicto Gubernatori quatenus ciuibus Barcinonæ obseruet, & obseruari faciat priuilegium per bonæ memoriæ Iacobum Tritauum suum eis concessum super franquitate, & immunitate ab omni lezda, pedatico, & ab omni alia seruitute, & alijs impositionibus per totum Regnum & Maioricarum tam per mare, quam per terram pro omnibus mercibus cuiuscunq, conditionis existant:* Hæc priuilegia reperiuntur auctenticè consuta in quodam processu causæ in Regia Audientia præsentis principatus vertentis inter Gabrielem Hieronymū Real syndicū ciuitatis, & insulę Maioricarum ex vna, & Franciscum Sala syndicum ciuitatis Barcinonæ, partibus ex altera, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor actuario Martino Ioanne Carmona, quæ quidem priuilegia fuerunt extracta à libris viridis priuilegiorum domus dictæ ciuitatis Barcinonę. Alia similia priuilegia, & cōfirmationes eandem immunitatem, & exemptionem comprobantia citantur in quatuor sententijs Regijs, de quibus mox dicetur, quæ prolixitatis vitandæ gratia omittuntur, tu ipse ea facili negocio in dicto processu videre poteris, & signāter in Regia declaratione ad relationē egregij quondā Senatoris Petri Lobregat statim alleganda fit attendentia de consti. 4. incip. los ciutadans, tit. de vectigals. in primo vol. const. dicendo quod *per eam serenissimus Rex Petrus 2. confirmauit priuilegium Regis Iacobi patris sui, & vsum, & possessionem immunitatis collectarum, & impositionum ciuium Barcinonæ.*

7 †† Probatur† vlterius eadē immunitas, & exemptio per *declarationem* in Regia Audientia factā die 3. Decemb. 1572. in causa in ea vertenti ad relationem, vt dixi, Petri Lobregat inter syndicū ciuitatis Barcinonæ, & villam Granullariorum, per aliam *declarationem*, & *Regiam sententiam* in eadem Regia Audientia latam ad relationem nobilis Mōtserrati Guardiola illius tunch egregij doctoris, & nunc in supremo Aragonū Regē tis die 9. Aprilis 1585. in causa in dicta Regia Audientia vertēti inter eūdē syndicū Barci. & ciuitatē Dertusæ per aliam *declarationem, seu sententiā Re-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

giam in Regia Regni,& Insulę Maioricarũ Audientia lata die 11.Februarij 1586. in causa in ea vertenti inter Anticum Iofre,& alios mercatores,& Ciues Barcinonę ex vna,& sindicum dictæ Ciuitatis Maioricarum,partibus ex altera, ad relationem Raymundi verini eius Regiæ Audiẽ
† tiæ doctoris,& deniq per aliam *declarationem* in Regia Audientia Cathaloniæ ad relationẽ egregij Senatoris Hieronymi Astor die 22. Septẽbris 1597.factam in causa in ea vertenti inter Hieronymum Real mercatorem Ciuitatis Maioricarum ,& sindicum Ciuitatis Barcinonæ;quibus quidem omnibus declarationibus,& Regijs sententijs *declaratum extitit* Ciues Barcinonæ per dicta, & alia priuilegia,nec non eorum bona gaudere debere franquitare nõ soluẽdi iura aliqua, seu impositiones in quibuscunq. ciuitatibus castris,villis,& locis ditioni domini nostri Regis subiectis,& sic immunes esse,& liberos pro eorum rebus,& mercibus a solutione Gabellarũ, & vectigalium dictorũ locorum &c. Quæ quidem sententiæ Regię,& declarationes reperiũtur in dicto processu causæ vertentis in Regia Cathalonię Audientia ad relationem Hieronymi Astor inter Gabrielem Hieronymum Real, & sindicum Ciuitatis Barcino. actuario Martino Ioanne Carmona,& originalis sententia ad relationem Montserrati Guardiola, de qua supra,est in processu dictę causę penes Raphaelẽ Pasqual not. pub.& dicti processus scribam.vnde fit iam nunc nullum super his relinqui dubitandi locum post tot priuilegia,& Regias declarationes. Verũ est quod supra relata sentẽtia Regię Regni Maioricarum Audientię fuit postea in gradu supplicationis in curia Regis domini
† nostri *reuocata* die 6. Octobris 1595.in qua reuocatione interuenerũt Frigola Vicecan. Baptista. Couar.& Sans Regentes Regiã Cancellariã, & don Pet.Sans fisci aduocatus,hoc expresso motiuo,*quod per priuilegia ciuibus Barcin. cõcessa nõ fuit eis concessa immunitas vectigalium , & aliarũ impositionum per vniuersitatem Regni Maioricarum pro sublenandis eius necessitatibus impositarum,& imponendarum in mercibus,qua ad dictum Regnum deportantur,& inde extrahuntur,cum de eis non loquãtur,nec dissonant priuilegia prædicta,cum & in viam Iuris priuilegia in dubio sint interpretanda,& declaranda,etiam verba impropriando,& restingendo,sine præiudicio Iuris terij,& sic dicta vniuersitatis Maioricarum.* Verum cuimuero ego (quod pace tãtorum virorum dixerim) existimo non obstante dicta Regia declaratione , fore & esse ciues Barcinonę dicendos immunes, & exemptos à solutione vectigalium , & impositionum Regni prædicti Maioricarum , nec arbitror viros illos egregios taliter declarasse,si plenè de facto informati forent : quod enim primo dicunt non † constare quòd priuilegia ciuium Barcino. comprehendant Regnum Maioricarum cum de eo non loquantur,corruit proculdubio si animaduertimus generalia,& prægnantia verba regiorum ciuium Barcin. priuilegiorum supra relatorum , quæ apta sunt comprahendere nedum Regnum prædictum Maioricarum , sed & quas cunq. etiam alias terras ditionis Regis domini nostri:ité nõ fuit animaduersum ad litterã Reg. Pet.tertij Dat.Barci.5.Apprillis 1354 directã Gubernatori Maioricarum , *qua in effectu mandatur dicto Gubernatori quatenus priuilegia immunitatis, de quibus loquimur,quaq. sunt superius inserta, obseruet,& obseruari faciat per totum dictum regnum*, vt fusius in superioribus fuit enarratum.

Ecce ergo quod licet priuilegia antiqua non comprehenderent dictum Regnum , per hanc tamen regiam litteram fuit proculdubio comprehensum. Accedit his quod omnia supradicta priuilegia ciuium Barcino.cum littera prædicta sunt multo priora,& antiquiora priuilegijs impositionum dicti Regni si dictæ Regiæ sententiæ in curia Regis domini nostri latæ credamus: solum enim meminit cuiusdam priuilegij Regis Petri cõcessi 31.Maij 1370. & alterius Regis Ioãnis 4.Iulij 1392.vnde consequitur illis per hæc non potuisse præiuditium generari,prouti bene *animaduersum fuit* in Regia sententia Audientię Maioricarum ad relationem Raymundi Vetini lata.

Dices (vt sustineas supradictam reuocatoriã sententiam) quod ex eo sint moti egregij illi viri vt dictam sententiam reuocarent,quod in priuilegijs immunitatum,& exemptionum ciuium Barcinonę non censeantur comprahensi casus insoliti, & vrgentissimæ necessitatis , propter quos fuerunt in Regno Maioricarum concessæ impositiones , & vectigalia,vtpotè quia ij censeantur regulariter exceptuati à generali exemptionis concessione: sed nos respondemus nec per hoc videri sustinẽdam eam declarationem, ex eò quòd sint tam generalia,& prægnantia verba priuilegiorum ciuium Barcinonę,vt sine proculdubio apta comprahendere casus insolitos, & magnæ necessitatis,prouti inferius latius probabitur.

8 Hac tamen † immunitate (vt & hoc,quòd forsan aliquandò non pœnitebit sciuisse , non ignores)non vtuntur ciues Barcinonæ in Castro de asco,& eius terminis,quod , & qui sint Comendatoris dicti castri, & villæ ordinis militiæ Hospitalis sancti Ioãnis Hierosolymitani quoad ius lezdæ,quod ibi colligitur,ex eò quòd habeãt antiquius priuilegium nostris , concedens Ius exigendi lezdam etiam à ciuibus Barcino. quod dicitur concessum per serenissimũ Regem Petrũ Dat. Illerdę 10.Kalen. Nouem. 1210. prouti in cõtradictorio iuditio fuit *declaratũ* per Senatũ
† *die 28.April.1596.* referente Francis. Vitali Des-

camps

camps egregio tunc Regiæ Audientiæ doctore, † postea vero in eadem Regiam Cancellariã Regente in causa Cõmẽdatoris dictæ Cõmãdæ de Asco contra consiliarios, & sindicum ciuitatis Barcinonæ: vidi conclusionẽ in archiuo Regio.

9 Cæterum † quando exhiguntur vectigalia à ciuibus Barcinonæ in casibus non permissis, videamus quid sit agendum pro recuperatione pecuniarum, ad quarum solutionem pro tallijs, iuribus, & impositionibus ciues Barcinonę contra tenorem dictorum Regiorum priuilegiorũ cõpulsi fuissẽt in aliqua ciuitate, vel alio loco, hoc in casu solet ciuitas Barcinonæ, & eius nomine illius consiliarij, siue Rectores, & administratores procedere cõtra vniuersitatem, quæ talia iura exegit, per captionem personarum, mercium, & aliarum rerum dictæ vniuersitatis, & singularum eiusdem, quæ in dicta ciuitate Barcinonæ reperiuntur, donec restituta sit pecunia pro talibus iuribus malè exacta, vel si non restituitur, inde satisfit creditoribus ex pecunijs, mercibus, & rebus apprehẽsis. Et hæc quidem captura personarum, & mercium, & aliarum rerum apprehẽtio fit, & fieri solet de facto absque cognitione causæ, & citatione partis: solum enim oportet q̃ ciuis conquęrens compareat coram dictis consiliarijs Barcinonæ narrando factum, & exhibendo instrumẽta, vel alias probationes, quibus de eo constet, & petendo represalias, & marcham declarari versus, & contra vniuersitatem, quæ indebitè ab eo dicta iura, & impositiones exegit, & contra eius singulares, merces, & alias res eorum Barcinonę repertas, & proinde prouisiones opportunas expediri: postea consiliarij cõmittunt causam alicui ex assessoribus ordinarijs ciuitatis, per quẽ fit prouisio quod fiat processus ex actis, & portetur: instructus post modũ, & orditus processus solet portari addictum cõmissarium, per quem illius meritis attentis fit prouisio declarationis Marchę, & represaliarũ, prouidendo quod personæ, si quæ reperiantur in præsenti ciuitate capiantur, & bona, & merces apprehendantur, & sub tuto ponantur, donec conquerẽti fit satisfactũ in debito principali, interesse, & expensis, & quod prohis fiant prouisiones, & commissiones oportunæ: executor harum prouisionum est portarius, siue nũtius clauarij presentis ciuitatis, per quem proceditur primo ad sequestrationẽ rerum, pecuriarũ, & mercium eorum, contra quos fuerunt represaliæ declaratæ, de inde proceditur, si opportet, ad dictarum rerum venditionem, proceditur etiam cum mandatis directis his, qui pecunias habent aliquorum, cõtra quos sint declaratæ represaliæ, quatenus intra certum terminum, qui solet esse trium dierũ, deponãt in tabula cambij presentis ciuitatis pecunias prędictas: ex quibus postmodum fit satisfactio ciui cõquærenti, præstita tamen prius idonea cautione: prouti hæc omnia ita *practicari* vidi in quadam causa represaliarũ per consiliarios presentis ciuitatis de anno 1604. contra vniuersitatem, & particulares ciuitatis, & in sulæ maioricarum ad instantiam Magin. Aroles, & Gabrielis Rius mercatorum, & ciuium Barcinonę, propter exactionem talliarum, & gabellarũ in dicta ciuitate maioricarum contra ipsos, & eorũ merces factam, declarata. Et hęc quantum attinet ad practicam, quæ forçan multis non displicebunt, dicta sint satis.

10 Superest † examinemus quędam dubia, quæ circa hæc oriri possent non modicæ considerationis: Et primo quidem illud est maxima disquisitione dignũ circa dicta priuilegia imunitatis ciuibus Barcinonę cõcessa, nunquid si collectæ imponantur in aliquo loco ob publicam necessitatem superueniẽtem, puta belli, pestis, vel famis, & seu alterius casus inopinati, qui prouideri, nec cogitari potuit, an ab eis dici debeant imunes ciues Barcinonę per dicta priuilegia: In hac dubitatione omissis quatuor opinionibus per Franciscum Mar. decis. 458. a num. 12. cum sequent. in 1. parte relatis, & multis alijs, quæ in proposito dici possent, breuiter respondemus q̃ licèt regulare sit sub immunitate à collectis concessa non comprehendi collectas propter publicam necessitatem superuenientem postea impositas, vt multis resoluunt Ioachim. Mynsinge. singul. obserua. Centu. 4. obserua. 70. in prin. vbi dicit ita *resolutum* fuisse in Camara Imperiali †† post multam disputationem, Andre. Gail. pract. obserua. 52. num. 16. lib. 2. & faciunt quæ late tradunt Nat. in cons. 63. num. 1. & cons. 65. Francis. March. allega. 9. delfin. 458. a nu. 19. cumsequẽt. parte 1. & Osas. decis. 39. Franc. Viui. in comun. opin. verbo, imunitas, & Eman. Soar. in Thesau. recep. senten. eo. verbo, immunitas, nu. 6. quia publica vtilitas est cuilibet priuilegio præferẽda, & priuilegium generale indultum non includit casum publicæ necessitati contrarium, vt prosequitur late Mynsing. d. obser. 70. nu. 3. fusè Surd. decis. 275. per tot. Nihilominus † tamen in pre- 11 senti casu censemus etiam ab ipsis, & earum solutione censeri exemptos ciues Barcinonę, quia priuilegia immunitatis eis cõcessa, cõcepta fuere per verba ampla ab omnibus, & quibuscunque oneribus cogitatis, & incogitatis, statutis, & statuendis quauis ratione: ac proinde debet fieri extentio etiam ad dictum casum necessitatis, quia per dicta verba tam ampla, & geminata ipsi Principes cẽsentur cogitasse saltem in genere de isto casu, & per ea veniunt comprehensa maiora expræssis, Alex. in cons. 30. lib. 3. Neuis. cons. 66. num. 39. Ias. in l. si ex toto ff. de lega. 1. & ibi Ripanum. 6. Osas. decis. 91. num. 12. ata respõdet Nat. in cons. 63. a n. 11. cum sequent. Ioachim Mynsing. singul. obserua. Centu. 4. obserua. 70.

Eman.

†† Eman. Soar. vbi ſupra. Ita *declarauit* Regia Maioricarum Audientia in , & cum ſupra allegata ſententia de anno 1586. lata *per* eadem fere verba ſupraſcripta , nec *longe abfuit* ab hac opinione Regia Audientia Cathaloniæ in motiuis ſententiæ ſuperius mentionatæ de anno 1572. ad relationem Petri Llobregat latæ.

12 His † accedit quòd hæc priuilegia fuerint ciuitati Barcinonæ , & illius ciuibus conceſſa per viam contractus , quia conceſſio fuit facta in remunerationem ſeruitiorum, vti habetur in prohæmio dictorum priuilegiorum , Bar. in l. quòd ſemel. ff. de decret. ab ordin. feren. & in l. omnes populi ff. de iuſ. & iu. Nat. in allegat. conſ. 65. nu. 10. latiſſimè id comprobat infinitos allegando Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo , donatione largitus, num. 14. Ioan. Pet. Surd. conſ. 419. numer. 53. lib. 3. & Decia. reſpon. 25. num. 35. vol. 1. ac proinde extenditur ad onera bellica, & alia, quæ propter neceſſitatem imponantur Ioſeph. Ludoui. deciſ. Peruſ. 3. num. 10. Rolan. à Val. latiſſimè in conſ. 76. num. 13. 26. & 28. lib. 2. & conſ. 15. nu. 51. lib. 3. atque ita *inſinuat* Regia inſulæ Maioricarū † ſententia ſupra relata in vltimis illius motiuis.

13 Hanc † ego reſolutionem limitandam cenſeo *quoties tam vrgens occurreret* neceſſitas, vt nullatenus ei aliàs prouideri poſſet , niſi immunes, & exempti cõtribuerent: tunc enim eis non prodeſſet priuilegium, quia nulla conceſſio eximit iſto caſu propter publicam vtilitatem , ita voluit Socin. in allega. l. ſi ex toto num. 6. ff. de lega. 1. dicens ita intelligendam l. iubemus nullũ C. de ſacroſan. eccleſ. & faciunt quæ not. Bar. in l. nullus C. de cur. pub. lib. 12. & idem vult Aret. in d. l. ſi ex toto Bal. in conſ. 406 per tot. lib. 4. & alij, quos reffert, & ſequitur Nat. in allega. conſi. 63. nu. 11. Surd. deciſ. 185. vbi *deciſ. Senatus Mantuæ*. Atque ita *declarauit* Regia Audientia Maioricarum in ſententia ſuperius relata in motiuis in ea expreſsis, & per hæc conſiliantur contrarię doctorum opiniones, quæ circa ſupradicta, ex dd. ſupra citatis, colligi poſſunt. †† 14 Secundo eandem † reſolutionem limitat Ioſeph. Ludoui d. deciſ. Peruſ. 3. num. 11. in oneribus, quæ imponerentur pro bello diuino, dicẽs quoad ea nihil operari exemptionem, ad quod præter Hiero. Gigan. citat Canalcan. Friuzan. in tracta. de vſufruc. num. 105. verſi. ſed vbi diceretur *fol. 489.*

Quod procedere inquit pulchre Gaſpar Thezau. quæſt. foren. 13. lib. 1. nedum in ſimplici immunitate conceſſa à lege, vel à Principe ſine exceptione alicuius caſus, ſed etiam quando vnus excepruatus eſſet, puta caſus belli: adhuc enim exceptio in iſto caſu non firmaret regulã in non exceptis, ſed ſimiliter cenſeretur exceptuatus caſus belli diuini, & ſic peſtis: dicitur enim & peſtis bellum diuinum, & valet argumentũ de vno ad aliud, & nullum tempus requirit magis priuilegiorum derogationem, quam iſtud peſtis tempus vt latè iſdem is doctor probat, ſicque † poſtea dicit *deciſum in* Senatu Pedemon. Cõcinnunt quæ † pluribus docet Annæ. Rober. rer. iudica lib. 2. ca. 11. volens nulli concedendam in vtribus limitaneis, vbi grauis ſemper, & continuò eſt neceſsitas, immunitatem ab excubijs, & portarum cuſtodia, & nihil ad dictam immunitatem ſuffragari priuilegia, atteſtaturque † ſic de anno 1583. *deciſum.* 15 16 Quæ tamen † omnia ſingulariter limitantur à Ioſeph. Ludoui. com. conclu. 38. verſi. infertur 90. vt non procedant quando adeſt obſeruantia ſubſequuta in contrarium, vt pote quod ſucceſſiſſent caſus priuilegiati, obquos ciuis Barcinonæ, licèt potuiſſet compelli ad contribuendum, non tamen contribuit, ibidem videbis multa de obſeruantia ſequuta qualiter multum operetur, & nos non pauca de eadem tradidimus ſupra in fi. claul. 1.

17 Secundum † dubium, quod circa ſupradicta oriri poteſt, verſatur circa prę ſcriptionem huius imunitatis: certũ enim eſt ei prę ſcribi poſſe per triginta annos, atque ita qui per tãtum tempus talliam, & *onus* ſoluiſſet, licèt *aliàs* haberet priuilegiũ immunitatis; cogeretur nihilominus in poſterum ſoluere. Guid. Pap. deciſ. 387. num. 1. & ibi notab. additio Ranch. Anton. Theſau. deciſ. 239. num. 3. Sola in conſti. Sabaud. nouas titu. de iu. emplu. glo. decretorum, num. 12.

18 Dubitatur † tamen num hæc prę ſcriptio cõtra aliquos particulares huius ciuitatis completa noceat alijs, vt ex hoc dici poſsit tali imunitati quoad omnes prę ſcriptum: In hac dubitatione certa ſit reſolutio, prę ſcriptionem hanc alijs non nocere, ex eò quòd dicta imunitas ad plures non vt vniuerſos, ſed vt ſingulos pertineat, ac proinde cum omnes tangat, ab omnibus debet approbari iuxta iura vulgaria, ad quod facit quod ſicut cõſuetudo in vno caſu circa exactionem collectarum obſeruata non extenditur ad aliud l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itine. actuque priua. & ibi Bar. in l. licitatio §. earum ff. de publica. cap. auditis, vbi not. extra de præſcrip. pulchre Corn. conſ. 142. lib. 1. Alex. conſ. 68. lib. 2 Feſtas de collec. parte 2. c. 3. num. 42. Feder. Scot. tom. 1. lib. 1. reſpona. n. 78. cum ſequent. Anton. Thezau. deciſ. 239. n. 9. in fin. ita nec de vna perſona ad aliam debet extendi, vt eiſdem iuribus, & doctorum auctoritatibus poteſt comprobari, & clarius probat tex. in l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pac. & not. per Ioan. Andre. in cap. fina. de offi. Archidia. traditque *Euerar. in top. legal. lo.* ab vſita. ſeu à ſolitis num. 15. eſt elegans ad propoſitum doctrina Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 30. verſi. 3. limita, vbi latiſsimè explicat, de conſti. & in cap. cum omnes num. 74. co. titul. &

Andre.

Andre.Gayl.pract obser.lib.2.obser.60.nu.14.

19 Quatenus†† in his terminis habent ciues contraueniendo priuilegio concesso Ciuitati,ei nõ præiudicare,pro quo facit cap.significasti,&c.si diligenti §.fin.defo. compet.& l.lancinus C.de pœn. Atque ita *declarauit* Regiæ Audientiæ Regni Maioricarũ, & Principatus Cathaloniæ in sententijs,de quibus supra,addendo *in tantũ hoc verum esse,vt licet ciuitas Barcinonę,& ciues emptores,& venditores soluissent,non ex hoc eisdem valuisset præiudicium generari, quod viderentur dictis Regijs priuilegijs exemptionum derogasse, seu renuntiasse, cum id faciendum foret communicato consilio, & legitimè congregato, & nemine discrepante,vel dissentiente,cum,quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, & aliàs cum immunitas prædicta etiam ad plures vt singulos, & non vt vniuersos pertineat,&c.* Ex alijs, quæ tradita sunt infra in gloss. cũ omni dominatione,& destrictu possunt hæc etiam vires accipere, vbi videas: quibus adiunge quæ multum ad propositum adducit Can. lib.3.var.c.4.de seruitu.num.117.

20 Tertium † dubium potest esse nunquid ista priuilegia immunitatis possint deperdi per nõ vsum, ad quod respondetur quod sic, dum tamen constet euenisse casum, quo cum eis quis vti vellet,fuerit eidem cõtradictum: aliàs enim non amittitur priuilegium per non vsum,vt docet Bar.in l.in hijs C.de decur.lib.10. vbi dominus, qui longissimo tempore non exegit seruitium sibi debitum à ciuitate belli tempore,non perdit ius suum si nunquam contigit bellum, sed eo eueniente potest illud petere, Ioan. Andre.ad Speculo.in rub.de feudis, Abba.in cap. ad audientiam,& ibi etiam Immol. de præscrip. Felin in cap.cum accessissent nu.15.de constitu. tractant hunc articulum latè Iaſ.in l.fin. num.55 de consti.Princip.& Bal.in tracta.de præscrip.4. parte princip. quæstio. 6. & in 4. parte 5. partis princip.quæst.4.ac Andre.Gayl. pract. obseruat. lib.2. obseruat. 60. in prin.ita *declarasse* Rot.Roma. reffert Veral. decis. 370. in 2. Adde Ferdin. Vasqui.Mencha controuer.vsufrequen. lib.1.c. 2.num. 12. atque ita *declarauit* etiam in propriis his terminis Regia Regni Maioricarum Audiẽtia in sententia supra relata, huius dicti hanc rationem assignans, quod cum priuilium amittatur negligentia non vtentis, & ea non cadat in eo qui non habuit facultatem vtendi, inde fit tali casu per non vsum non amitti priuilegium.

† Pro his facit quędam alia similis *declaratio* in nostra Regia Audiẽtia die 4.Septem. 1603.facta in causa,quæ in ea ducebatur inter syndicũ vniuersitatum Castellaniæ de Ampoſta ex vna,& earum dominum partibus ex altera,ad relationẽ egregij senatoris Hieronymi Seniust, in qua cum fuisset oppositum de non obseruantia cuiusdam priuilegij per plusquam ducentum, & quinquaginta annos, fuit *declaratum* eo nihilominus vti posse in posterum partem ad quã † expectabat hoc motiuo *quia nõ constabat euenisse casum, quo dictæ parti, cuius intererat volenti eo vti fuisset contradictum*. Actuarius Iosephus Cortes. Cum quibus concordat alia decis.Rot. Roma. 382.parte secunda relata per Veral. caputaque. † quatenus de anno 1552. *declarauit* priuilegium per non vsum nõ tolli, nisi probetur quod euenerit casus priuilegij,& quod non sit tunc secutus casus priuilegij. Ex † quibus nota id fore 21 probandum ab eo, qui agit contra priuilegium, vt clarè denotant istę *declarationes*,& doctores pro ea citati Pulchrè cõprobat Monal. quem ego allegabam de anno 1607. in casu scribaniæ de districtu monasterij sancti Petri villæ Bisulduni referente egregio senatore Iosepho Ferrer contra vniuersitatẽ dictæ villæ enixè per suum aduocatum,qui egregius erat, contendentem ,id oneris nobis incumbere probandi vsum priuilegij nostri districtus, *incubuit* tamen nihilominus, scriba Hieronym.Bosch:Monal. (inquãm) † cons.14.num.19.cum sequent.parte secunda,vide pulchram decis. Gratia.14. per tot. & decisi. 8.num.4.vbi dicit statutum præsumi esse in vsu, & viridi obseruantia.

Per hæc ego respondebam vniuersitati villę Oloti patriæ meæ charissimæ non fuisse Abbatibus Riuipulli dominis dictę villę præscriptum seu per non vsum amissum ius creandi, & faciẽdi iudices, & inquisitores tabulæ procuratoribus iurisdictionalibus, quos habent in dicta villa pro quærelis,quas quis vellet contra eos proponere competens sibi vigore concordiæ inter dictos Abbates,& dictam vniuersitatem de anno 1480.inhitæ,& firmatæ licèt constitisset eos dicto priuilegio, seu iure numquam fuisse vsos, quia non poterat constare euenisse casum, vel occasionem, qua eo vtendum esset, vel quod cum successisset, fuisset eis contradictum,atque ita censebam hanc quęstionem vti valde similẽ ac ferè eandem cum illa,quam supra proximè retulimus inter syndicum de Ampoſta,& eius dominum,eodem modo,quo illa, terminandã fore,& esse:De hoc eodem articulo, an & quãdo per non vsum ammittatur priuilegium vidi post hæc scripta tractasse nostrum Cancer. lib. 3.var.c.3.de priuileg. a num. 171. cum sequent. † vbi signanter num.175. *decisionem nostri* senatus tradit factam, quod è contrario si constat euenisse casum priuilegij,&eo priuilegiatus non sit vsus,censeatur illud amisisse.

22 Quo vero † ad procedimenta, quæ per consiliarios Barcinonę supra vidimus fieri aduersus eos, qui iniustè contra tenorem Regiorum priuilegiorum à ciuibus Barcinonæ collectas,& alia iura exigere tentant, est maxima animaduertione dignũ quomodo ea possint sustineri cum

7 ex ciento, hasta ciento; ya que, mientes que, hasta donde, hasta que punto, a fin de que, como

cum de iure repręſaliæ,ſeu manis clarigationes, pignorationes, & Marchæ(vno enim, aut altero nomine nominentur, parum nobis videtur intereſſe,de quo tamen,ſi vis, vide Budeum in annot.ad l.aut facta §.euẽtus ff.de pœn.Andre. Alcia.in l.prouinciales ff.de verb.ſig.& in epiſt. ad lectores in prin.C.Plin.lib.Hiſtor.natura 22. c.2.vbi Hermolaus,Dida in reg.peccatum 2.pa. §.9.num.4.verſ.Hinc denique, pleniſsimè Camil.Borrel.in addi.ad Belug.in ſpecul.prin.rub. 11.§.iam ſuprà in verbo, repręſalijs)declarari nõ poſſint,niſi pluribus concurrentibus.Primo de
23 bet † id fieri auctoritate ſuperioris, quia aliàs eſſet ſibi ipſi ius dicere,quod regulariter nemini licet,iuribus vulgaribus,ita docet Guid.Pap. deciſ.31.num.1.Belug.in ſpecul. prin.in allegat. rub.11.§.iam ſupra num.4.vbi Camil.Borrel. in additione, infinitos propè ad id allegat doctores Dida.in reg.peccatũ 2.par.§.9.n.4.verſ.hinc denique Bal.in c.i.de mili.vaſſal.qui contumax
† eſt, & alij per eos citati ac proinde Regia Cathaloniæ Audientia de anno 1583. quoſdam inculpatos de aſſoſiatione facta cuidã Ioãni Canal, qui repręſaliando pro dampno ſibi dato à quodã francigena propria auctoritate cæperat, & retinuerat certam gregem alterius francigenæ,*contempnauit*,quòd banniretur adicto principatu per biẽnium,prouti refert nob. Ludo.à Pegue.in deciſ.cum.11. vbi latiſſimè de his agit: imò nec poſſunt ab alio cõcedi repręſaliæ, quã à Principe, nec per illius legatum,Franc. Marc. deciſ.767.num.6.vol.1.Couar.& Borrel.vbi ſuperiùs, Mathe.in additione ad Guid.Pap. deciſ. 33.adeò vt dicant Dida.& Mathe. in dictis locis eum tantum poſſe repręſalias concedere, qui poteſt bellum *indicere*,& *ex eis tantum cauſis*, ex quibus hoc vltimum fieri poteſt, & ſic cum ſolius principis,qui ſuperiorem non recognoſcit,ſit indicere bellum,inde fit repręſalias à ſolo Principe ſuperiorem non recognoſcente concedi poſſe, non ab alio : imò Bar.in d.tracta.de repręſal.quæſt.3.num.5.docet in proprijs noſtris terminis ciuitatem, quæ ſubeſt alicui Principi, non poſſe huiuſmodi repręſalias concedere:viden. Iacob. à Canibus in eo.tracta.de repręſal. parte 1.num.36. & Martin. Lauden.in eo.tract. in prin.num.4.in 17.volum.tract. Requiritur †
24 item adrepręſaliarum conceſſionem quod is, contra quem decernendæ ſunt, non habeat ſuperiorem : aliàs enim ipſe prius eſt adeũdus pro iuſtitia obtinenda, ſaltem quando non eſt valde remotus, nec ad id ſperantur fieri multæ expenſæ,nec pars eſt inops, vel pauper, & tali caſu neceſſaria eſt ſuperioris iuſtitię denegatio,ad hoc vt repręſaliarũ declarationi ſit locus,Guid. Pap.allega.deciſ 32. & 33. & ibi pulchra additio verbo,ſtilus,Mathe.de Afflic.in conſti. reg. pacis.cult.num.47.Bar.in tracta.de repręſal.parte 2. quæſt.3. Camil.Borrel. latè vbi ſuperiùs, qui mirè requiſitam hoc declarat, & in illius confirmationem ſexcentum fere doctores allegat: Alia requiſita, ad repręſaliarum conceſſionem tradunt ſupradicti doctores, quæ tamen quia noſtrum non attinent inſtitutum, ſimul cum multis alijs, quæ in materia adducunt ijdẽ doctores,& alij per eos citati,nos hic cõſultò omitimus.Cæterum † reſpondemus ciuitatem Barcinonæ hanc repręſaliarum conceſſionem ex conſuetudine longęua,quæ ſemper eis vſa eſt ad recuperationem iurium à ſuis ciuibus in alijs partibus malè contra tenorem Regiorum priuilegiorum exactorũ, habere, vti *declarant* Regiæ ſententiæ, & declarationes ſuperius relatæ, & ſignanter illa,quæ fuit lata ad relationẽ egregij ſenatoris Hieronymi Aſſor, qua dicitur expreſſis verbis, *attento conſtat conſiliarios Barcinonæ eſſe, & fuiſſe in poſſeſſione faciendi ſimiles marcharum declarationes, ſeu pignerationes de bonis in ciuitate Barcinona reperti, quæ ſint ciuium, & habitantium in ciuitatibus, & locis,in quibus contra tenorem dictorum priuilegiorum coguntur ciues Barcinonæ talia iura, & impoſitiones ſoluere*, quæ quidem conſuetudo & poſſeſſio marchandi, & ſeu repręſalias concedendi reſultabat probata in ſupradicto proceſſu, primo ex iam dictis alijs regijs ſententijs in dicto proceſſu exhibitis, quibus talia procedimẽta fuerunt valida iudicata: ſecundo ex quibuſdam ſimilibus repręſaliarum procedimentis antiquiſsimis,de annis videlicet 1486.1487. 1506. 1511. 1567 .1571. nec non & ex multis teſtium depoſitionibus de dicta conſuetudine,& poſſeſsione in eodem proceſſu atteſtantiũ:conſuetudo † autem(nemo ignorat)po-
26 tens eſt ad iuriſdictionem tribuendam l.1.C.de eman.lib.etiam priuatæ perſonæ,cap.cum contingat, de for. compet. Bellug. in ſpecul.princi. tub.11.§.videndum,num.14.rub.11.§. reſtat nũ. 13.pleniùs in rub. 11.§. & quia quotidiana, per tot.& ibi optima additio Camil.Borrel. qui citat Bal.in tracta.de pręſcip.parte 2.5.partis principal.quæſt.3.per tot.& Iacob.Menoch.in conſ. 2.num.508.cum ſequent.volu.1.quos dicit latè & pulchrè de his agere, eoſdem, & alios citat Iacob.Cancer.var.reſol.parte 2.c.2.num.63.Patet Azor,in inſtitu.moral.tom.1.lib 5.c.19.verſ.
27 nulla:Nec mirum,cum conſuetudo † faciat licitum quod ex ſe licitum non eſt, vti pluribus, probat Ioan.Pet.Surd.in conſ.353.num. 6.lib.3. per tex.in l.ſi pignore §.fin.vbi Bar.ff.de pig.ac. Craue.in conſ.48.in fin.Rolan.à val.in conſ.75.
28 num.45.vol.1. & conſuetudo † idem operatur, quod priuilegium,c.conqueſtus 3.quæſt. 9. Belhug.in ſpecul.princip.rub.19.§. in beneficijs nu.
29 9. Imo † potentior eſt priuilegio, quia multa, quæ per priuilegium concedi non poſſunt, ex conſuetudine ſuſtinentur, Aymon Craueta de

antiqui-

T clarigatio mas – la gratificacion de quien ha recibido
T se pedia satisfacion a los enemigos de los agrauios recibidos; el
dio de hazer primero al enemigo por la ingrata recibida – Barrachi

30 antiqui. temp. in pri.num.43. de cuius quidē † consuetudinis validitate nullatenus est dubitandum, licèt videatur esse, quòd quis sit iudex in causa propria, per ea, quæ tradit Bal. in l.1.C. de sente n.quæ sine certa quantitate, num.9. & not. Alex. in Apostil. ad Bar. in l. altius §. bellissimè ff. quod vi, aut clam, & aduertit Petr. Nuñes de Auenda. de exequendis mādat. princip. parte 1. c. 11. Quod autem attinet ad requisitionem, quam de iure faciendam fore tertio diximus, vt repręsaliarum declarationi locus fiat, dicimus quod iam solent prius consiliarij Barcinonæ scribere familiariter vniuersitati, contra quam sunt declarandæ repręsaliæ, deprecando eam quatenus dignetur restitui mandare ciuibus Barcinonæ quod ab eis pro impositione ex actum extitisset, & postea habita relatione, seu fide per instrumentum publicum de prędictatione litterarum, si vniuersitas non curauit facere quod requisita fuit, tunc proceditur ad declarationem repręsaliarum vt supra.

31 Si ego † repręsaliarum peculiarem tractatū scriberem, quasdam, quæ vtiles forent in materia, quæstiones pertractassem: vnde videlicet ius istud repręsaliarum descendet, & quæ fuerit earum origo, de qua Mathe. in additione ad Guid. Pap. quæst. 32. Iadoc. Damhaud in prax. crim. c. 11. num. 3. Andre. Gayl. lib. singul. de pignora. obser. 2. num. 2. & 5. Mynsing. singu. obser. 1. num. 2. Centuria 6. Quo iure permitantur, de quo agunt Guid. Pap. d. quæst. 32. & ibi additio verbo, dominus noster, Damhauder. vbi supra num. 6. vbi dicit. † *Quisque tales leges sanxerit, eas*

32 *sibi non ex spiritu Euangelico suggestas, qui vim vi repellere prohibet, & alteram maxillam percutienti iam et præbere, & alibi omni malo resistere vetat, sed ex carne potius, & sanguine instinctas esse crediderim &c.* Diuus Thom. secunda secundæ quæst. 40. Nicol. Ben. de priuil. iurisconsul. priuileg. 11. parte 1. Bologni. inter cons. Caprę cons. 20. num. 1. Camil. Borrel. Gayl. Mynsing. & Dida. locis superius allegatis: Quibus ex causis concedantur, quod discutiunt additio ad Guid. Pap. d. quæst. 32. verbo, & potest, Damhauder. d. c. 98. nu. 10. cum sequent. Ludoui à Pegue. in decis. crimina. d. c. 11. num. 7. An possint in die feriato concedi, & exerceri, de quo agunt Bar in d. tracta. repręsal. quæst. 9. num. 5. Iacob. à Canib. in eo. tracta. parte 1. nu. 3. & 4. Martin. Luden. in eo. etiā trac. mum. 48. & sexcentum alias in materia quæstiones, quia tamen nos aliud agimus, & aliò tendimus, eas consultò in præsentiarum omittimus contenti remisisse lectorem, pro illarum enodatione, ad doctores supra citatos, adde Bal. in aucten. sed omnino C. ne vxor pro mari. nec nō & Ioan. Andre. in reg. nō debet, de reg. iur. in 6. Mier. in cōmētar. quos fecit ad diuersas consti. Cahalon. tit. de Marchis, & Marq in viat. si quis homines, qui bene materiā hanc pertractarunt: cæterū nec foret iustum quod nos sic ieiunè, & siccè ab ea discederemus quin notabiliores quæstiones, quæ in praxi solent contingere, explicaremus.

33 Prima igitur † quæstio, quam hic, breuiter tamen, resoluendam censuimus, est, nunquid necessum sit tempore damni passi eum esse subditū, vel ciuem, qui repręsalias decerni postulat an vero sufficiat quòd postmodū talis fiat? cui dubitationi respōdet Bar. in d. tract. de repręsal. q. 5. n. 11. Dam hau. & Camil. Borrel. in Begull in speculum Princip. rub. 11. §. iam ꝫ. Afflic. in constitu. pacis cultū n. 47. quod sic: aliàs enim non est locus earum declarationi, & hoc est quod dicitur qualitas iuncta verbo debet intelligi secundū tempus verbi, per quod plures a doctoribus resoluuntur, eæque pulchræ quæstiones, de quibus signanter vide Cassana. in cons. 4. num. 107. & sequent. cons. 35. & cons. 55. per multos num. Gratia. decis. 198. & Flamin. Chartar. decis. 16. per tot. vbi not. singularem limitationē, quam n. 29. & 30. adducit dicens regulam nō habere locum vbicunque qualitas post actum verbi superueniens, effectum eundem habet, atqui si tempore verbi interfuisset, ex Craue. in consi. 830. post num. 6. vers. 2. ad argumentum lib. 5. quæ forsan faceret pro interpretatione statutorum, quæ volunt officiales regios non posse obtinere officia ciuitatum: quamuis enim tempore extractionis, & nominationis sint tales, si tamē postea, & in cōtinenti renuntient, ac renuntiare se offerant videtur ex limitatione supradicta satisfactū statuto, quia ex qualitate superueniente videatur haberi isdem effectus, atqui si antea adfuisset, cogita.

34 Secunda quæstio † erit, quinam eximantur à repræsalijs, id est, contra quos exequi non possint: imprimis à repræsalijs eximūtur clerici, & eorum bona, imbelles, pueri, & mulieres, scholastici, iudices, legati, atque ambasciatores, naufragio ad litus præter spem pulsi, & qui iure gentium, & fidei publicæ peregrinantur, qui inuiti testimonij gratia aliquò destinati sunt, qui personaliter sunt citati ad comparendum in iuditio, & qui vadunt ad nundinas: ij omnes esse runtur à doctoribus infrascriptis, Bar. in d. tract. de repræsal. 7. quæst. per tot. Guid. Pap. decis. 34 & ibi additio Mathei, Natar. in manu. c. 27. nu. 136. Damhauder. vbi supra à num. 20. Canib. 1. parte num. 44. Bolognin. in allega. cons. 20. Camil. Borrel. in additione ad Bellug. in specul. loco supra citato.

35 Id tamen † quod de clericis, & personis ecclesiasticis diximus, limitant Guid. Pap. d. decis. 34. & ibi additio verbo, homines, ex Bar. in allega. tracta. quæst. 7. num. 6. vt non procedat quādo Episcopus non faceret iustitiam de clericis suis,

& ad

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& ad ſuperiorem non poſſet haberi recurſus, quando forte ille Epiſcopus eſſet tirannis, vel ſciſmaticus: tunc dicunt repreſalias poſſe concedi, & exerceri contra clericos.

56 Aduerte † tamen quod iſti clerici, ſic capti p repreſaliarum executione, non amittunt diſtributiones quotidianas: dicerentur enim tunc abeſſe propter publicam vtilitatem, Moneta de diſtribution. quotidian. parte 2. quæſt. 5. nume. 57.

57 Eximuntur † item à repreſalijs & ij, qui non habitãt in ciuitate, contra quam decernuntur, ſed in ſuburbijs, ſicuti etiam nec in eorum fauorem poſſunt exerceri, Martin. Laud. in d. tract. de repreſal. in prin. nu. 25. Thom. Gram. vot. crim. 28. & Camil. Borrel. vbi ſupra.

58 Et † finaliter à repreſalijs eximuntur doctores ex ſpeciali eorum priuilegio, & eorum filij, famuli, res, & alij ipſos viſitantes, auct. habita ibi, *maxime diuinarum, & ſacrarum legum profeſſoribus, &c.* & rurſus, ibi, *nec ob alterius delictum, vel debitum, &c.* C. ne fil. pro patre, Sylue. in ſumma verbo, repreſaliæ §. 8. Iacob. Ben. de priuileg. iuriſconſ. priuileg. 21. parte 1.

59 Tertia † quæſtio erit, qua pœna punietur qui malè, & iniuſtè repreſalias contra aliquem impetrauerit, Iacob. Damhauder. d. c. 98. nu. 30. dicit eum eſſe quadruplo, & iuris ſui amiſſione, & poſtremò omnium diſpendiorum, & dampnorum in eum, qui ea paſſus fuerit, refuſione, & reſartione puniendum, per l. 2. & ibi Iaco. de Aret. ff. de verbo. obliga. l. ſi te C. de iur. delib. cum alijs iuribus, quæ allegat.

40 Quarta † quæſtio eſt, quomodo ſit ſubueniendum dampnum paſſo propter repreſalias contra ſuam ciuitatem, vel quempiam alium decretas? Reſpondet Eman. Soar. à Ribey. in Theſau. recep. ſenten. verbo, repræſaliæ, huic dari actionem verſus eum, in cuius odium conceſſæ ſunt ad recuperationem omnium dampnorum, quam dicit eſſe comunem opinionem, & allegat ad id Viui. lib. 2. opin. 35. poſt Iaſ. in l. 2. §. vlt. verſ. extat gloſ. de verb. obligat. Meno. conſ. 144. numer. 58. & 71. lib. 3. Quod † tamen dicit nõ procedere cum iniuſtè, & contra æquũ ac bonum conceſſæ illæ arguerentur, vt eſt frequenter per l. ſi per imprudentiam ff. de euic. in §. vltim. pluribus probat Gaſpar Theſau. quæſtio. foren. lib. 1. quæſt. 73. per tot. vbi poſtquam dixit rem eſſe valde dubiam, & dignam quod iudices ſuam interponant auctoritatem pro cõcordandis partibus, nihilominus vbi concordari nõ valuerunt, reffert bis in ſenatu Pedemon. *declaratum* pro hac opinione, ex multis, quæ allegat, vide Mynſing. obſerua. 1. num. 10. Centur. 6.

42 Quinta † tandem quæſtio erit circa mandata, quæ ſolent fieri ijs, qui aliquid in ciuitate tenent, quod ſit eorum, contra quos decretę ſint repræſaliæ, vel aliquid eis debent, an ſoluendo vigore huiuſmodi mandatorum, etiam ſi poſtea iniuſta reperiantur, liberentur? In qua dubitatione, circa quam nondiu eſt, in facto vidi dubitari, reſolutiuè concludendum eſt, liberari quidem ſic iuſſu iudicis, & ſuperioris, cui parere tenetur, ſoluentem, in cuius rei confirmationem amplius nõ oportere quòd immorer, exiſtimo poſtquàm Mathe. de Afflic. deciſ. Neapol. 150. poſt longiſſimam & elegantem diſputationem † dubium hoc in noſtræ opinionis fauorẽ *reſoluit*, concinnit elegans deciſ. Portugaliæ, de qua Anthon. Gam. deciſ. 285. vbi per ſolum iuſſum iudicis, ne ſolueret creditori, liberari debitorem, † fuit *deciſum*: plura ad propoſitum infert ibi is 43 doctor, veluti † quod hæc procedant, etiam ſi cum iuramento ſoluere debitor promiſiſſet, vt non ſit periurus, & alia per te ipſum videnda: ſingularis eſt ad eam deciſionem additio Blaſij Flores plura ad idem cumulantis non pœniten da, quibus adde quæ tradit Iacob. Cancer. Var. reſolu. parte 2. c. 4. de ſequeſt. & empa. num. 19. 20. & 21. ex tex. in l. Paulo Calimacho §. fin. de lega. 3. & in l. liberto, §. Lutius ff. de annu. lega. l. fin. de lege commiſſ. & ex quam plurimis doctoribus, quos copioſè allegat, ſecurè reſoluens debitorem, cui de mandato iudicis fuit arreſtatum debitum, non poſſe dicto arreſto durante moleſtari à creditore, etiam ſi ei foret cum inſtrumento guarentigio obligatus.

† Conducit non modicum ſenatus noſtri *deciſio* referente Franciſco Deſcamps olim illius egregio ſenatore, poſteà verò Regiam Cancellariam Regente 9. Iulij 1603. facta in cauſa Nicolai Arenes, Marchi Folchs, & aliorum, contra Baiulum del Callar, qua *declaratum* fuit non potuiſſe dictos agentes puniri, ſeu moleſtari per dictum Baiulum pœna pręconij, & edicti publici de eius mandato publicati de non extrahendis lignis à termino, quamuis reperti fuiſſent actu extrahentes ligna, & edicto contrafacientes, quia (inquit declaratio) & nunc probat noſtrum inſtitutum, *Id faciebant iuſſu iudicis, vicarij ſcilicet Tarraconæ, qui eis mãdauerat ſub certa pœna, quatenus cum ſuis beſtijs, & curribus certa ligna ſciſſa ad opus tirreminm ſuæ mageſtatis ad certum locũ veherent, & portarent, cui parere neceſſe habebant* inquit ſenatus, *& proinde a qualibet culpa & pœna excuſari debebant*, vidi concluſionem in archiuo Regio in lib. concluſ.

† Conducit finaliter quod Anton. Fab. docet in ſuo Cod. lib. 8. titul. 29. de ſolu. diffinit. 9. vbi docet *deciſum per ſenatum ſabuſia.* eſſe adeò verũ quòd ſoluens iuſſu iudicis liberetur, vt nõ poſſit ei imputari ſi non appellauerit, *quia* (inquit) *etiam ſi appellaſſet, audiri non debuiſſet quaſi cuius nihil intereſſet*, viden. Carol. de Graſ. qui omniũ latiſſime

declaratum pro hac opinione, ex multis, quæ allegat, vide Mynſing. obſerua. 1. num. 10. Centur. 6.

latissimè hæc tractat in tract. de excep. &c. exceptione 25. a num. 49. cum multis sequent. vbi requisita tradit vt iussus iudicis excuset, & quomodo hæc sint intelligenda, pluribus docet.

44 Hæc † maximè procedunt in nostro casu, vbi hæc confiscatio (apellemus eam sic) quæ fit per viam repręsaliarum, fit quidem in iniuriam creditoris, quod optimè considerauit Afflic. vbi supra, nume. 11. & 12. ad resoluendam similē huic nostræ quæstionem, ex tex. in l. si merces §. culpę ff. loca. & ex Paul. Castren. ibidem, in l. creditor ff. de solu. & alijs.

45 Inde infertur † quod licèt regulariter debitor morosus non liberetur soluendo alteri post moram cōmissam, licèt iussu iudicis, & de eius mandato soluerit, vt docet Afflic. multis in numeris allegatæ decisionis 150. Rot. Genuen. decis. 60. num. 6. & 9. Caualcan. decis. 20. num. 21. parte 2. & tradit Cancer. vbi suprà num. 24. cum

46 † ad eum tunc spectet periculum cuiuscunque casus fortuiti, per ea quæ tradit idem Afflic. ibidem nume. 3. cum sequent. nihilominus tamen in nostro casu, etiam si debitor eorum, contra quos fuissent decretæ repręsaliæ, extitisset in mora soluendi, adhuc liberaretur soluendo de mandato superioris, quia ea exactio contra debitorem, facta diceretur in iniuriam, & in odiū creditoris, pluribus probat Afflic. vbi supra nu. 12. cum sequent. ex tex. in allega. l. Paulo Callimaco in fin. ff. de lega. 3. vbi debitor alterius fuit exactus à fisco iussu prætoris Cæsaris, & tamen secundum veram intelligentiam Bar. ille debitor quando fuit exactus, iam fuerat in mora: rationem postea numer. 28. assignat isdem Afflic. dicens quod † quando casus fortuitus venit ex

47 culpa creditoris, putà propter illius inimicitiā, tunc compensatur mora debitoris cum culpa creditoris, quia de dolo ad culpam fit compensatio l. si ambo, & ibi Castren. ff. de compensa. imò vltima culpa creditoris pręponderat pręcedenti culpæ creditoris, sicuti vltima mora nocet, l. si seruum §. sequitur ff. de verb. obligat. & paria delicta mutua compensatione tolluntur l. viro, atque vxore ff. solut. mat. pluribus alijs vtrumque probat Afflic. vbi proximè, quæ tamen nos omittimus, ne videamur illius labores transcribere, recurras lector ad eum quotiens

† casus occurerit: Atque ita etiam in Regia Audientia quando contingit tractari repręsaliarū materia, similiter proceditur per huiusmodi mādatorum expeditionem, vti ex processibus infe

48 rius refferen. apparet: Caueat † tamen qui repręsalias instat ne hæc mandata debitoribus expediri faciat absque clausula iustificatiua: aliàs enim debitor ab eis appellare posset, & indubi-

† tanter obtineret sicuti de anno 1604. disputatū vidi in Regia Audientia in causa Magini Aroles cōtra N. Scola mercatorē huius ciuitatis ad relationem egregij senatoris Francisci Bonet, actuario N. Bas, in qua quidem causa licèt id declaratum non extiterit, destitit tamen dictus Aroles post multas factas diligentias, & post assignationem ad sententiam, timens (vt existimo) ex his, quæ audiebat à clarissimis senatoribus in informationibus, causæ amissionem, ac proinde post modum alia mandata cum clausula iustificatiua dictus Aroles contra eundem Scola expediri fecit. Hæc pauca de hoc priuilegio ciuium Barcinonæ habere volui.

49 A quibus † tamen antequam recedamus operæ prętium duxi respondere cuidā vtili quæsito, nunquid in nostra Cathalonia sit alius vsus repręsaliarum aduersus alienigenas, & alterius regni incolas? Respondemus quod sic, quando concurrunt ea, quę de iure comuni ad earum concessionem concurrere debere tradunt doctores fusè satis superiùs allegati, atque ità *obser-*

† *uatum* fuisse reperi in quodam processu repręsaliarum, qui est penes N. Guardia Notar. Regiū & nunc Marcialem Reig. in Regia Audientia ducto ad relationem egregij olim Senatoris Antonij Oliba instantibus Antonio Ferrer, Ioanne Vilanfosa, & alijs contra francigenas de anno 1594. vbi tamen nulla fuit facta requisitio superioris, quia ab eo non sperabatur iustitia, nec erat tutus accessus, causis, & rationibus in eo contentis.

50 Alius † est in Cathalonia vsus repręsaliarū ex huius Principatus constitutionibus, & statutis desumptus, quas eædem constitutiones Marchas appellant, de quibus in titul. de marchas, y penyoraments &c. Earum declarationi tunc locus fit, cum officialis requisitus, & monitus per alium officialem suis cum litteris ad instantiam alicuius creditoris, vt contra debitorem iustitiā faciat, eam ministrare negligit, vti ex constitutionibus dicti tituli de Marchis colligere licet.

Requiritur autem primo vt ambo officiales vel sint officiales Baronis, vel vnus regius, & alter Baronis: aliàs enim inter eos non potest declarari marcha, vti disponit constitutio 5. sub allega. titul. de March. & pignora. quod tamen fallit in vicario, & baiulo Barcinonæ, qui licèt sint Regij officiales, nihilominus procedunt p declarationem marchæ contra quoscunq; alios etiam regios officiales, ex pracmat. Reg Pet. III. Dat. Cæsaraugustæ 5. Kalen. Maij 1360. quæ est in 2. volumin. constitutio. sub titul. de march. & pignora. quod tamen ego magis tribuerim consuetudini, approbatæ in terminis in dicta, & enarrata pragmatica, quàm dictæ pragmaticæ, cum reperiam post eam factam fuisse supra allegatam constitutionē 5. sub titul. de march. quæ marcharum declarationes inter officiales Regios omnino prohibet, nisi per hanc constituti-

dicere

dicere velis non censenti derogatum pragmaticæ superiùs enarratæ (quæ eodem modo lex generalis est,& ius patriæ,quamuis solum interesse particulare ciuitatis Barcinonę continere, & respicere videatur,ex quò est in vol.constitutionum,& iurium patriæ collocata, sicut & cætera iura, ad tradita in terminis per Vincen. de Fran.decis.43.num.2.)nisi dicere (inquam)velis non fuisse per dictam constitutionem prędictæ pragmaticæ derogatum cum de ea non faciat mentionem, quod sustineri posse habebis ex Cancer.lib.3.Var.c.3.de priuileg.a nu.261. cum sequent. & latius ex Alde. Mascard. conclu.8. per tot.in tracta.de interpręta.statut.

Requiritur secundò, vt marchæ locus esse possit, imò & vt litteræ requisitoriæ, siue de fadiga, aut de requesta, vti nos appellamus,ab vna curia ad aliam expediri valeant, quòd debitum,cuius ratione expediuntur, sit descendens ab aliquo contractu, in quo sit clausula renuntiationis proprij fori, & submissionis cuiuslibet alterius, consti.fi.sub titu.de litter.requisitor.& de fatiga in 1. volum. constitu. & docet Mier.c. 18. num.8. cur. Barcinonæ Regis Petri II. col. 2.pag.12.& c.44.eiusdem curiæ nu.6. & 11. pag. mihi 23.quibus ego addo necessum fore,vt dictarum litterarum de fadiga, & de requesta eo modo,quo in Cathalonia expediri solent,expeditioni,& illarum ratione marcharum declarationi locus fiat, quòd viuat is, qui renuntiauit proprio foro,& debitum sit tale, quod habeat paratam exequutionem, nec posse sic procedi contra hæredem obligati, vel illius bonatenentem,ratio est in promptu, quia litteræ prędictæ de fadiga executiuæ sunt: requiritur enim officialis, cuius est destrictualis debitor,quòd moneat eum quatenus intra triginta dies soluat, quibus elapsis ,p dicto debito prōptā, & rigidā cōtra eū,& eius bona, vel cōtra bona debitoris peralium tertiū possessa executionem faciat,& in casu negligentiæ officialis requisiti,fit declaratio marchæ, vti insinuant omnes fere constitutiones dicti titul.de march.& pignora.& signanter constitutio 4.Executiua † autem procedimenta fieri non possunt nisi contra eum tantum,qui instrumentum debiti firmauit, nō contra hætedem, nec contra tertium possessorem: prius enim est liquidandum an sit hætes,vel tertius possessor,quod via ordinaria est faciendum Boer.decis.10. Socin. in tracta.fallen. regul. 135. executio sentētię, vel instrumēti, bene Ioseph. de Sesse in tract.inhibit.& magistra. Iusti. Arag. cap.12.per tot. & Roder.Suar.eruditè in l. post rem iudicatam in 1. limita. l. reg. vbi per totum illum commentarium optimè pertractatur materia hæc executiua, ad quem,quæso, recurras quoties tibi casus in his occurrerit difficilis,plenè Anton.Massagales.ad form. Camera.oblig. parte 2.q.1.per tot.plures reffert Iacob. Cancer. Var.resolu.parte 1.c.17.de appell. numer. 25. & parte 2.ca.5.de instrum. guarenti. num.58.cum sequent.viden.Visil.in decis. Afflic. 145. Gram. in consi.ciui.49. Carol.de Graf.de except. nōn obstante statuto &c.in prælud.num.140. Gratia. decis. 122. per tot. Muscatel. in prac.iuditia. totius iudi.appella.parte 3. glos. seruata, nu.73. & Parlador.rer.quotid.lib.2.ca.fin.4. parte §.1. & §.5.per tot.

51 52 Nec † obest doctrina Ces.Barz.decis.Bonō. 26.num.20.docentis ex multis,quos allegat,instrumentum guarentigiatum habere paratam executionem nedum contra nominatū in eo, sed etiam contra eius hęredē,atqita dicit fuisse † *decisum in eo Senatu*, quia id est intelligendum liquidato prius via ordinaria, quod is, contra quem agendum est, sit hæres,& non aliàs,prout tradunt doctores,quos ipse allegat, & signanter Suar.in alleg.l.post.rem iudica. exten.1.n.2. & Anton.Massagal.2.parte quæst.1.num.18. quibus adde Rolan.à Val.in cons.20.per tot. vol.1. & Vincen. de Fran.qui de his pulcherrimè agit decis.405.nume.8.atque ita intelligendam esse decisionem Afflic.145.docet glos.Parisiensis ad Dec.in ca.quia, in verbo,citari, litera C ex. de iudi.vt reffert Fran.vbi superius, quod verum dicit ex Ang.in l.oratione §.1.ff.de fer.etiam si 53 esset facienda executio in re petita: sed imò † esse procedendum via ordinaria, putà per pręceptum de soluendo cum clausula iustificatiua, quod per comparitionem rei resoluitur in simplicem citationem Bar.in l.1.ff.de execu. rei iudi.Bonacos.in commu.opinio.ctim.verbo, pręceptum,pulchre & latè Carro.decis.seu casu 19. 2 num.11.cum sequent.vel aliàs, & tali casu possunt per curiam electam expediri litteræ citatoriæ,vel pręcepti de soluendo subsidiariæ vigore renuntiationis proprij fori, & submissionis cu- 54 iuslibet alterius, quæ † in hæredem transeunt, & quemlibet tertium possessorem, quia possident rem,quam debitor submisit,sicuti potuit, cuicumque curię,bene id tradit Can.Var.resol. parte 2.de iurisdict.om.iud.a num.170. cum sequent.qui licèt loquatur in casu specialis hypothecæ,idem tamen est in generali,ex eisdem rationibus,quas ipse adducit, & postmodum debent in ista curia electa via ordinaria fieri probationes,& sententia,sicuti in reliquis cautis ordinarijs,sumatię tamen.

Quæ sententia contra hæredem duppliciter fieri,vt sæpè vidi, solet, scilicet vel declarando attento constat conuentum esse hæredem fore contra eum faciendam executionem (forsan vt satisfiat opinioni eorum,quos supra numer.51. diximus, tenere, liquidato prius via ordinaria quod quis sit hæres, posse postea contra eum procedi via executiua) vel condēnando hæredem

dem vt soluat: & habet in omni casu huiusmodi iuditium hoc speciale, vt si incohatur per preceptū de soluendo, causa erit summaria, & habebit breuiores terminos, prouti disponunt constitutiones sub tit. de causis sūmarijs collocatę, nec recommentio admittetur si fiat per reū contra actorē per preceptū de soluēdo agentē, put
† *obseruatum* in senatu vidi referente egregio olī senatore Salvatore Fontanet in causa Ioan. Baptistæ de Maranges contra Berengar. Rius & alios sub die 26. Iunij 1602. scriba Bretons. Idē postea referente egregio senatore Iosepho Ferrer facto verbo in Regia Audientia fuit *declaratum*
† de anno 1607. in causa Gabrielis Salla auri, & argenti fabri ciuitatis Barc. contra Iuratos, & vniuersitatē villę à Tarraga, scriba Ioseph. Cortes, ā qua re vide Maran. de ordin. Iudi. p. 4. distin. 6. an sit iu. conuentionale &c. a n. 36. cū sequen. & meliùs per Muscatel. in prax. ciuil. par. 3. glos. actorem, a n. 15. Trentasinqui. lib. 2. var. titu. de mutu. peti. resolu. 1. a n. 13. Atq; ita cū ego ā āno 1604. casū hūc in Reg. Aud. ad relationē nobilis Ludo. à Pegne. habuissē in causa Ioānis Conill cōtra Matheū Lapedra, fuit tādē die 14. Iulij *declaratū*
† benè potuisse dictū Conill curiā eligere ꝓ recuperatione quarūdā pentionū certi cēsua lis per patrem dicti Lapedra cum renuntiatione proprij fori venditi, non tamen vt contra fi liū, & hæredē ageret executiuè per huiusmodi literas requisitorias, sed via ordinaria, sicuti ego prętēdebā, actuarius erat Sebastianus Morato. Et licèt hæc sententia fuerit per dictū relatorē solum propter causę modicitatē absq; conclusione in Regia. Aud. secura, facta, nihilominus tamen merā continet iustitiā, vti ex supradictis apparet, idem colligere licet ex *obseruantia* no-
† tissima Reg. Aud. de qua omnes testari possumus, quæ nunquàm executionē concedit contra hæredē, aut bona tenentem, sed tantùm per preceptū de soluendo procedi iubet, & postea in causa proceditur sicuti in reliquis causis ordinarijs, sūmariè tamen. Sed si † queras de remedio
55 cum tibi contigerit quòd contra te vt hæredem, aut bona tenentem obligati expediantur huiusmodi literæ de fadiga, siuè de requæsta, dico illud posse esse, vel quòd compareas corā Iudice electo oppositurus de suprādictis, vel firmes ius, & de iure corā tuo ordinario, & facias eum declarari iudicē cōpetentē, vel (ꝓ ego optimū omniū remediū existimo) vt post firmā iuris corā ordinario factā, eā euocari cures ad Reg. Aud. quoad articulū contentionis iurisdictionis inter duos officiales, quæ est † qualitas
56 sufficiens ad eā euocandā vt tradit Micha. Ferrer, 1. p. obserua. c. 37. aliàs est c. 40. & per hoc remediū securus eris ꝓ interim nec vnus, nec alter iudex cōtra te proceder, imò vtriusq; officiū conquiescet, dicta contentione pendente in Reg. Aaud. ad tex. in c. si Iudex laycus de sentē. excōm. in 6. Innocen. in c. vt famæ eo. tit. in antiq. & const. 1. tit. de conten. de iurisdic. vbi quia iustitia cū integritate solet sēp ministrari, ꝓbabi liter sperare poteris ā victo. causæ, ex ā traditis.

Aduerte † tamen ne vnq̄ huiusmodi contē-
57 tionū causas introducas pri⁹ q̄ firma iuris sit facta corā suo ordinario per eū, cōtra quē corā nō suo iudice proceditur, aliàs enim ea non facta, ac literis non expeditis, nec prēsentatis, per quas censetur contentio firmata, nō declararetur super meritis, sed imò cōtentionē nō procedere, condemnareturq; pars in expensis, sicuti plu-
† ries in senatu *obseruatum* vidimus, & signanter sub die 11. Iulij 1608. in causa Reuerendissimi Celsonen. Episcopi, & non nullorū vassallorū suorū contra Ioannē Baptistā Ollers Canonicū Vrgellē. ad relationē egregij senatoris Hieron. Seniust, scriba Michaele Perez, quæ declaratio si aliud non obstitisset, difficultate omnino caruisset, quia deficiente fundamento causę, contentione scilicèt, non videbatur aliud potuisse declarari, quàm quòd cōtentio nō procederet, sed ego, qui partes agebā dicti Reuetend. Epi. & vassallorū ipsi⁹ existimabā obstare dictæ declarationi, ꝙ in causa erāt ijdē ipsi domini, qui ā iurisdictione cōtēdebāt, quo casu nō erat necessariū, ꝙ mōstraretur alia cōtētio cū hoc satis esset contendere, sed fuit repertū quod nominatus licèt pluriès fuisset dictus Reuerendissimus Episcopus in supplicationib⁹, & scedulis, ac alijs causæ procedimētis, quę promiscuè fiebant nomine dicti Reuerendissimi, & vassallorū, nullus tū pro eo comparuerat cū legitima potestate, & sic fuerunt habita atqui si dicta non fuissent quæ pro dicto Reuerendissimo Episcopo allegata fuerant, ac habit⁹ ipse fuit ac si in causa nō fuisset, ꝓuti reuera non erat, & ita necesse fuit cōfiteri iustè fuisse factā declarationē: Et nota ꝙ ita declaratū fuit ex officio repellēdo ex officio contētionē, quæ min⁹ legitimè firmata dicebatur absq; oppositione partis, sicuti assolet quotidie admodū Reuerendus Cancellarius in suis contentionibus.

Aduerte † itē ꝙ quamuis in Cathalo. Regiæ
58 diffinitiuæ sentētiæ, quæ in senatu ꝓferūtur, & ꝓuisiones etiā, quæ in eodē fiūt vim diffinitiuarū habētes, ā quib⁹ idē ꝙ de diffinitiuis iudicatur, & iudicari solet, veluti q̄n fit in causa declaratio, p q̄ imponitur finis liti, nō in modū, quo solent nomine suę Excellen. concipi diffinitiuę, sed in modū prouisionis, vel quia causa sūmaria sit, vel aliàs priuilegiata, in quibus non solet obseruari solēpnitas illa denūtiationis ꝓces⁹, & sentētiæ ꝓlationis in forma diffinitiuę, quæ in causis plenarijs, licèt (inq̄) huiusmodi sē tētię soleāt, & debeāt exequtioni mādari prēstita cautione sicut diffinitiuæ ipsæ non obstante

59 quòd ab eis sit supplicatum, licèt † etiam proui
sio, quę fit in huiusmodi contentionum iuris-
dictionis causis, qua declaratur ad vnam, vel
ad alteram cutiam ex contendentibus, iuris-
dictionem spectare, diffinitiua sit, seu vim dif-
finitiuæ habens, tum quia sic liti finem impo-
nit, sicut diffinitiua, & nullam aliam senten-
tiam sperat post se, ad latè tradita per Maran.
de Ord.iud.parte 6.versi.& demum fertur sen-
tentia, num.42.& interminis quòd quando de
claratur super huiusmodi competentia censea-
tur talis declaratio habere vim diffinitiuæ, re-
soluit Aluar.Velas.consul.47.num.5.Hieron.à
Lauren.decis.40.num.6.& alij relati per Iacob.
Cancer.in 3.parte var. cap. 17.de senten. & ea-
rum exequu. nu. 172. & licèt etiam hæc omnia
mihi libenter omnes egregij aulę Regentis Re
† giam Cancellariam doctores concederent in-
ter informandum dum exequutionē præstita
cautione peterem cuiusdā declatationis factæ
referente egre. sena. Ioāne Magarola in causa,
quam Antonius Frigola miles prędentis ciuita-
tis ducebat contra Melchioram Tolrana, scri-
ba Clariana, non potui tamen obtinere quòd
mihi concederetur exequutio prædicta, donec
causa supplicationis à dicta declaratione inter-
posita ad relationem egregij etiam senatoris
Hieronymi Seniust, fuisset finita: dicebant mi-
hi, rationem, propter quam exequtio denega- 60
batur, esse, ad vitandum maximum absurdum,
& inconueniens, quod ex dicta exequutione
resultatet si forsan postea contingeret in causa
supplicationis reuocari sententiam: per eam
enim anullarentur simul omnia procedimen-
ta per iudicem, cui causa in vim exequutionis
prędictæ, restituta fuisset, facta, quod dicebant
modis omnibus esse obuiandum, ne posset
dici per Iudicem, cui causa fuisset restituta,
se deceptum per Regiam Audientiam ex eo
quod postquàm processisset in vim eius decla-
rationis, & restitutionis sibi factæ, postea ea-
dem Regia Audientia procedimenta reuoca-
uit: replicabam id inconueniens iam fuisse pre
uisum per iuriumconditores, qui exequutio-
nem concesserunt sententiarū prędita cautio-
ne, & tamen nihili fecisse: videbant enim pos- 61
se contingere, sicut sæpè contingit, reuocatio-
nem fieri sententiarum primitiuarum in cau-
sis supplicationum, & cum eis reuocari posse, &
de facto reuocari plura procedimenta postea
per iudicem à quo facta, & signanter id pro-
priùs quotidie accidit in causis appellationum,
quę interponuntur ad Regiam Audientiam: si
enim sententia confirmatur, restituitur causa
iudici primitiuo præstita cautione, quamuis
causa supplicationis pendeat à confirmāte, &
ille facit varia procedimenta in vim restitiu-
tionis multoties circa liquidationem, & mul-
toties circa exequutionem, & hæc omnia reuo
cantur, si reuocatur sententia confirmans, &
nullū id esse incōueniens arbitramur, sic ergo
(ego dicebam) non debet esse in consideratio-
ne inconueniens, quod senatus dicebat: respō-
debant egregij senatores inconuenientia, quæ
non sunt in consideratione esse quòd reuocen
tur procedimenta ex defectu iustitiæ, qualia
erant de quibus ego loquutus sum, quamuis
senatus in causa primitiua iustitiam ad esse arbi
tratus fuisset: Cæterum in causis contentionū
succederet, si exequutio cōcederetur, quòd re-
uocatio fieret ex defectu iurisdictionis iudicis,
cui senatus declarando cognitionem ad se per
tinere, causam remisisset, & quia hoc dicebant
maximum esse incōueniens, ideò sub die 31. &
† vltima Martij 1609. verbo *reselutū in senatu* fuit
exequutioni, quam petebam locum esse non
posse, & de hoc eodē die fui à relatore certior
factus. Cogita paululum hæc ingeniosè lector,
& tuum super eis profer iuditium: meū enim
iam audiuisti, cuius non fuit tunc in senatu ha-
bita ratio: Nescio tamen an idem contingeret
si isdem punctus foret in alia aula Reuerendi
Cancellarij disputandus: audiui ego dum hæc
agerentur ab aliquo dictę alterius aulæ doctō-
re quòd forsan non fuisset in sua aula exequu-
tio denegata.

Requiritur 2. † q officialis requisitus repe- 60
riatur in manifesta latica iustitiæ administrādæ:
aliàs enim si ipse est paratus eam facere, & de
eo certificauerit requirentem, non potest de-
clarari marcha, Mier.c.44.cur.Barc.Reg Pet.2.
num.11.& 12.colla.2.pag. mihi 15. Inde infertur
quòd si debitor non esset soluendo, vel licèt ha
beat bona in loco iudicis requisiti, si sint talia,
in quibus non possit fieri executio, & de hoc
certificatus fuerit requirens per requisitū, non
est locus declarationi marchæ. Mier.ca.34.cur.
Montisalb.Reg.Iacob.3.n.1.&.5.pag.mihi, 124.
Requiritur etiā quod in casibus vbi locus esse
potest declarationi marchę, ea fiat intra annū
inclusiuè à die prędentationis primarum litera-
rum, vt disponit consti.5. titu.de marchis, aliàs
enim extinguitur instantia, & perimitur.

Requiritur † finaliter ad marcharum decla- 61
rationē votū duorū, aut saltē vni iurisperiti, ex
const.6.titu. de march. & pignor. Non tamen
requiritur quòd copia superioris haberi nō pos
sit, vt sit locus marcharū declarationi, vt supe-
riùs de iure cōmuni necessū esse tradidimus:
iure enim speciali Cathalonię fit declaratio
marchę etiā si copia superioris haberi possit, cō
stit.2.ibi, *sens altra citatio*. Mier.in allega.ca. 44.
Cur.Barcin.Reg.Pet.2.n.10.col.2.pag.23. Idem
Mier.c.16.cur.Reg. Iacob.2.Barc.celebrat. n. 5.
& 6.col.4 pag.45. Nec etiam opus est quòd cō
querens sit de foro, & iurisdictione requirētis

sicuti

sicuti anteà ad declarationē repręsaliarū requiri de iure cōmuni dicebamus, ita docet Mier. in sæpè allegat. c. 44. cur. Reg. Pet. 2. n. 13. & 14. dedu cens id ex constit. 1. titu. de march. & repręsal. quæ vtitur verb. aliquis conqueratur, nō distin- 66 guendo an sit de iurisdictione requirentis, vel non, atq; ita cōmunis praxis admisit, quod nūc iam nō habet aliquā difficultatē, cū in cur. anni 1585. vii habetur in const. ii. titu. de liter. requisit. sit statutū hæc ꝓcedimenta posse tantū fieri cōtra eos, qui renūciarūt ꝓprio foro, & se summi serūt cuicūq; alteri, quo attento certū est ꝙ etiā si quis nec ꝓpter originē, nec ꝓpter domicilium habeat in aliquē iurisdictionē, habet tū p renū nationē prędictā, & sūmissionē, quarū vigore poterūt ea ꝓcedimēta quēcūq; ordinariū heri.

62 A hac executione † istarū marcharum plures p sonæ eximuntur specificatę in const. vlt. d. titu. de march. treballadors, pastors, serradors, moli ners, y mossos de soldada, plures etiā res eximū tur, illæ videlicet, quę de iure pignorari nō pos sunt, ꝓut sunt animalia aratoria vnacū reliquis instrumentis arandi, & alia, de quib⁹ in const. 3. sub titu. de exequu. de sent. & ibi Mier. c. 39. cur. Barcin. Reg. Iaco. per totum coll. 4. pag. 53. vidē. Ripa in l. obligatione generali ff. de pignor.

63 Arrautē † eximatur pecunia alicui debita, qñ inter contrahentes conuētū esset ꝙ debitor te neretur eā creditori afferre franchā, & quittam ab omni marcha, & repręsalia, sicuti cōmuniter fieri solet in instrumētis cēsualiū, & violariorū, imò etiā in omni penè debito, de quo cōficiat instrumētū, dubitationis est nō modicę, in qua Mier. c. 18. cur. Barc. Reg. Pet. 2. n. 5. col. 2. pag. 11. tenet huiusmodi pecuniā non posse marchari, nec remanere liberatū debitorē si de facto pro marcha capiatur: primū dictū, pbat, quia alias ef fet matchare debitorē, & nō creditorē, cū ipse vigore pacti semper teneretur non obstante dicta captione pecuniā creditori soluere: secūdū verò dictū ex not. per Bar. in l. creditor ff. solut. matrim. quòd si pecunia oblata creditori anteq̄ ab eo recipiatur, auferatur per rempublicā à debitore, periculum est ipsius debitoris, non creditoris, atq; ita dicit se audiuisse ꝓhac opinione *iudicatum*, posteaq; † dat cautelā, qua non obstā te huiusmodi pacto inter creditorē, & debitorē 64 inhito, possit pro marchæ executione fieri ap rehentio debiti, putà si aprehendatur, & ven datur ius recipiendi, ꝙ habet creditor: tunc eñ. dicit debitorē soluēre huic emptori liberari nō obstante pacto, idq; confirmat ex eo ꝙ tradunt doctores, ꝙ licèt stipendia militū nō possint ca pi ꝓ re iudicata l. cōmodis ff. de re iud. & l. stipē dia C. de exequ. rei iud. Nihilomin⁹ tñ ius perci prendi benè capi potest. Hæc Mier. Ego verò † 65 (si meū liceat interponere iudiciū) censeō vali dū fuisse, & esse pactū, quo debitor ꝓmittit de bitū soluere creditori frāchū, quittū, & īmune ab omni marcha, & repræsal. Cæterū nō audeō ꝓpter hoc affirmare obstāte dicto pacto nō pos se debitū ꝓ marcharū, & repręs. exequtione ca pi. Primū. n. ex eò cōfirmo ꝙ de iure † habeam⁹ expeditū posse quē inse recipere obligationem casuū fortuitorū saltē in cōtractib⁹ l. si quis fun dū ff. loca. l. quæ fortuitis C. de pignor. actio. & * hæc est cōmunis opinio, vt tradit Ioann. Fran. à Rip. de priuil. contrac. caus. pestis, num. 70. benè Gutierr. de iura. confirm. p. 1. c. 24. in princip. An ton. Gomez. variarū resol. tom. 2. c. 2. de loca. & conduc. n. 19. Ar. Pinel. in l. 2. 1. p. c. 3. nu. 26. C. de rescend. vendi. pulchra est Anton. Fab. defin. 33. † lib. 4. tit. 41. de loca. in suo Cod. vbi dicit *decisū* in sena. Sabusia. posse cōductorē in se suscipere periculū omniū casuū fortuitorū quātumlibet 67 insolitorū, idē antea dixerat dñs. 2. eo. tit. & † nō solū valet susceptio generalis casuū fortuitorū, sed etiā alicui⁹ particularis cas⁹ fortuiti, putà pes tis, vel belli, vel alteri⁹, vt docet Rip. vbi ꝛ. n. 69. ex tex. in d. l. si quis fundū ff. loca. faciūt quę pul chrè tradit Matth. de Afflic. decis. 258. n. 2. & hu iusmodi obligatio est possibilis, & facilissima; ꝓ eā enim obligatur debitor ad nō allegādū casū fortuitū vers⁹ creditorē qñ ab eo pecunia debita peteret, ꝙ nō est ꝓhibitū, pulchrè Rip. vbi ꝛ. vn de cū eas⁹ marcharū, & repræsaliarū dicant eas⁹ 68 fortuitū, ex eò ꝙ † humana mens, & ꝓuidentia non potest eis obuiare, d. l. quæ fortuitis C. loca & l. 2. §. si eo tēpore ff. de adminis. ad ciui. pertī nen. indè dicendū videtur validum fore, & esse huiusmodi pactum inter creditorē, & debitorē & sic non obstāte quacunq; repræsalia, & mar cha, etiā si debitū pro earum exequtione fuisset captum, teneri nihilominus debitorē illud ite ratò soluere, & postea recuperare ab his, qui ad id tenentur, illud, quod ꝓ prædictis marchis, & repræsalijs exoluisset: Nec obest quod dicebat Mier. hoc esse repræsaliare, & marchare debi torē, nō creditorē: nā id ego nōvideo aliquid ab surdi cōtinere, postq̄ se ad id obligauit debitor, ex cuius cum debitore conuentione legem contractus potest accipere, vulga. reg. contrac tus, de regulis iuris in 6. Secundum verò dic tum probo ex eo quod ius publicū priuatorū pactis tolli nō possit, nec etiā ius tertio quæsitū vigore constitutionum Cathaloniæ de mar chis loquentium: alias enim dicendum foret posse per contrahentes constitutionibus Ca thaloniæ in prēiuditium tertij, cui per eas fuit ius quæsitū, derogari, quod nullatenus est sus stinendum: faciunt † quæ tradit Mier. in sæpè 69 allega. c. 44. cur. Barcinonæ Reg. Pet. 2. num. 19. col. 2. pag. 23. non valere priuilegium immunita tis à marchis per Regem alicui vniuersitati con cessum, quia est contra constitutiones Cathalo niæ eas permittentes.

Mea igitur opinio in his est, valere huiusmodi pactum, quo debitor promittit debitum soluere creditori, francum, & quitium ab omni marcha, & represalia, & ideò earum periculum spectare ad debitorem, non ad creditorem, non tamen proinde prohiberi eum, in cuius fauorē adiudicatæ sint, contra talem debitorem agere pro dictarum marcharum, & represaliarum exe
70 quutione; Quòd tamen † nihilominus perpetuò verum non existimo, sed imò limitandum censeo, vt nō procedat quoties huiusmodi marcharum, vel represaliarum declaratio contingeret fieri culpa creditoris, tunc enim non debitoris, sed imò creditoris periculum foret, l. cum ponas C. de nau. fœn. l. qui officij §. fi. ff. de cōtra. emp. facit tex. in l. si merces §. culpæ ff. loca. vbi Bar. & alij, Rip. in allega. tracta. de priuileg. contrac. caul. pes. num. 87. pluribus idem ornat Surd. decis. 326. num. 56. Alias ad idem limitationes potes colligere ex traditis per Rip. vbi supèriùs. Aliqua in hac materia non pœnitenda tradit Bart. Barthazol. in tracta. de clauf. instrumento. in cla. 21. cū suis glo. & alijs cla. sequent.

71 Huiusmodi † marcharum vsus viget etiam in Francia, sed mitiùs quàm in Cathalonia: ibi enim non pignorantur, sicut hic, personæ, sed res tantum, & bona, & sic fuit aliquando *arresto* † *determinatum*, vt tradit Ioann. Gallus in suis quæstio. per arresta parlamen. decis. quæstio. 156. & Papon. lib. 5. titul. 3. arrest. 3.

72 Alia † quàmplura habent ciues Barcinonæ priuilegia, veluti, quòd nullo modo, etiam ratione rei litæ, compelli possint litigare extra curiā vicarij Barcinonæ eorum proprij iudicis: quòd propria auctoritate possint res cōductoris pro mercede pignorare: suam vltimam volūtatem coram duobus testibus sine scriptis explicare, quod testamentum sacramentale nuncupatur: testamentum sine hæredis institutione, & mentione filiorum facere, & alia huius generis, de quibus in priuilegio, racognouerunt proceres, in 2. vo. const. circa quorum declarationem ego paulisper institissem, nisi viderem me vltra modum in explicatione primi priuilegij tempus (licèt non inane, nec otiosum, vt arbitror) contriuisse, timeremque ne nobis ad alia nostro instituto propriora, & accommodatiora pertractāda, tempus postmodum defficeret: vtinam aliquando (quòd summè desideramus) commodior nobis se offerat de his locus agendi, ibi promittimus latiùs de his, Deo concedente, nos tractaturos.

73 Vnum tamē † non omittimus, quòd ea quæ supèriùs in principio huius glos. numer. 1. dicta sunt, ciuem fieri ciuitatis Barcinonæ qui in ea habitauerit per annum, & diem, non procedūt quoad honores, munera, & officia domus ciuitatis, vt putà consularia & similia: ad hęc enim non admittuntur hodie qui per decenni ū suum domicilium in ea ciuitate non habuerint, ex regio priuilegio per Magestatē Regis Philippi nunc fœliciter regnantis dictę ciuitati de anno 1599. dum curiæ in hac ciuitate celebrarentur, indulto: per quod fuit reuocatum aliud priuilegium sereniſſimorum Regum Aragonum eidē ciuitati concessum, cuius vigore post quatuor annos domicilij admitebatur quilibet ad ea officia. 74 Circa cuius quidem † priuilegij intelligētiam disputatum fuit in prętenti ciuitate paulò post impetrationem illius, nunquid illud comprehenderet eos, qui ante dictum priuilegium ciuitatem prędictam populauerant, quiq; iam per quadrienium integrum ante dictum priuilegium, suum domicilium in eadē ciuitate habuissent, ac fuissent in aliquibus officijs (vt nos dicimus) inseculati ante eiusdē priuilegij impetrationem, vt potè quia per quadriennium prędictum (tempus tunc ad id sufficiēs) in ciuitate suum domicilium habuissent, & audio *declaratum* † fuisse in dicta ciuitatē ex voto triū doctorū de regio consilio ad id consultorum, comprehēdere, ita vt prędicti non possent vlteriùs ad alia officia admitti, nisi postquam tempus prędictū decem annorum compleuissent, ac propterea repulsam passus fuit pręteritis annis quidā huius ciuitatis I. V. D. qui licèt qualitates prænarratas haberet, non tamen potuit obtinere quòd post dictum priuilegium ad officia prædicta admitteretur nisi post decimum completum habitationis annum, quòd tamen videtur repugnare his, quæ docet Bar. in Lomnes populi nu. 30. ff. de iustis. & in. quatenus habet statutū concedens immunitatem venientibus habitare aliquem locum, non posse reuocari in pręiuditium eorum, qui sub spē dictæ immunitatis eò accessissent, cogitā tamen.

75 Dubitatum † item circa idem priuilegium fuit, numnam filius posset iuuari domicilio parentum, ita vt tempus quo ipsi in ciuitate Barcinonę habitauerant, cōputari deberet ad deceniū domicilij, quod requiritur vigore dicti priuilegij in his, qui ad officia ciuitatis admitti cupiunt, & *resolutum fuit* quòd sic, in fauorē Amatoris Pedrolo Not. pub. Bar. & deinceps idē per † sæpè extitit *declaratū* in fauorē aliorū, & probatur
76 optima ratione quia † de iure filijs cōseruatur, & retinetur ius domicilij ad auum vsque, licèt nō vlteriùs vt cōmunē esse doctorum sententiā * attestantur Boer. decis. 13. nu. 8. & Eman. Soar. à Ribe. in Thesau. receptarum sententiar. verbo, domicilium, numer. 115. Barthazol. de clausulis instrumentor. clausul. 18. glos. 3. numer. 2. quod procedit etiam in filio respectu patris, vt eius etiam domicilio patri prosit, optimè Ang. in l. fin. C. de impub. & Roys. decis. 3. num. 368. qui dicunt quòd cum ad beneficium aliquod

& priuile-

& priuilegium consequendum certum locum inhabitari ab eo, qui illud obtinere vellet, exigit lex, siue pater inhabitet prodest filio, siue filius inhabitet prodest patri, & ita patris factum filio, & è contra filij factum patri communicari, addit idem Ang. in cons. 270. statuto ciuitatis, volum. 2. cons. per l. cum seruus circa fin. l. de agri. & censi. lib. 11. C non videri patrem abesse à ciuitate, qui in ea filios suos reliquisset: refert Roys. vbi 5. quòd tamen quomodo sit intelligendum, tuipse considerabis, quia videtur prima facie nō consonare auribus, nec applaudere ad hoc propositum.

Veniamus ‡ (si vnquàm veniendum est, sat 77
enim superque vagati sumus) ad explicationem secundi membri nostræ diuisionis, quod continebit materiam ciuium honoratorum Barcinonæ, de ciuitadans honorats de Barcelona: Hos creat ciuitas de voto maioris partis eorum collegij, seu status, prima die Maij in singulis annis, ex priuilegio, vel antiquissima consuetudine regio priuilegio approbata, & confirmata, vt tradit Guillerm. à Vallesicca in vsatic. Baiulus interfectus, in fin. & Anton. Oliba in vsat. alium namque c. 3. num. 80. de iu. fis. qui in omnibus, & per omnia æquiparantur militibus à Rege creatis, & eorum gaudent priuilegijs vnàcum tota progenie nata, & nascitura, præterquàm quòd non habent votum in curijs sicuti milites, & hæc notiora sunt in hac ciuitate, & Cathalonia, quàm debeant à nobis alijs probationibus illustrari, figamus hic pedem, nec ad vlteriora in materia progrediamur, expectemus paulisper, quòd ab aliquò huius condicionis egregio viro, quorum nō est exiguus numerus in præsenti ciuitate, eorum laudes (quòd audimus iam parati cum summa eruditione) decantentur: per quæ eorum priuilegio, & prærogatiuæ omnibus nota fient, vel quòd nos in sequenti glos. cantum confirmemus, vbi alia de his trademus.

SVMMARIA.

1 *Domicellus, dicitio, multum est in vsu in Cathalonia, à libi raro.*

2 *Domicellus ab aliquibus ponitur inter Principes, aliquando verò inter birruarios.*

3 *Domicelli in Cathalonia qui dicantur*

4 *Equitis nomen est proprium eorum, qui ex claro sanguine ortum ducunt, nō militis, quòd barbarū est.*

5 *Comitores in Cathalonia qui antiquitus vocarentur.*

6 *Domicelli in Cathalonia appellantur qui à parētibus nobilibus ortum ducunt: qui armantur à Rege, & quibus priuilegium conceditur, militis.*

Ratio huius differentiæ, difficilis admodum est traditu, ibidem.

7 *Doctores dum fiunt, matrimonium contrahere dicuntur cum scientia, & propterea traditur eis pro insignis anulus.*

8 *Equites qui erāt fiendi antiquitus, arma antea vigilabant per certum tēpus, & interim appellabātur Domicelli.*

9 *Equitum priuilegia qui tradiderint.*

10 *Ioannes Garcia reprehenditur quòd acriter in alios inuexerit, ob quod meruit quod acriter etiam ab alijs reprehenderetur & ipse.*

11 *Equites non possunt carcerari pro debito ciuili.*

12 *Milites non possunt conueniri nisi in quantum facere possunt, vbi referuntur plures, qui eodem priuilegio gaudent.*

13 *Iuramentum non potest apponi in obligatione militis quoad personam.*

Princeps secularis quando possit super iuramento non opponendo in contractibus statuere, ibid.

14 *Milites an possint cum iuramento renunciare priuilegio pœnam carceris pro debito ciuili non subeundi, & n. 47. & 48. vbi decis. Granatensis pratorij.*

15 *Doctores, qui gaudēt priui. militari gaudēt etiā priui. ne possint p debito carcerari, vbi decis. nostri sena.*

16 *Doctores actu non legentes an gaudeant priuilegio militari.*

17 *Aduocati etiam si non legant actu, nihilominus gaudent priuilegio militari, & ibi decis. senatus Gratianopol. & aliorum, ibidem.*

Præterquàm si sint doctorelli, qui litteris nō dant operam, vbi decisiones senatuum, ibidem.

17 *Milites, qui sunt incerto loco belli causa parati prō deffentione rei publicæ gaudent priuilegio pœnam carceris prodebito ciuili non subeundi, contrarium senatus noster declarauit ibid.*

18 *Clericatus post delictum superueniens an tribuat fori prærogatiuam.*

19 *Milites nau alium vulgo de las Adrassanas ciuitatis Barcinonæ, non gaudent priuilegio, vt non possint carcerari, vbi decis. & supra nu. 17. vbi etiam decis. nostri senatus.*

20 *Miles occultans bona non gaudet priuilegio, ne possit capi, quia dicitur delinquere, & num. 22. vbi decisiones nostri, & aliorum senatuum.*

21 *Miles propter furtum perdit nobilitatem.*

22 *Maritus propter dolum perdit beneficiū, ne conueniatur vltra quàm facere possit.*

23 *Miles perdit beneficium ne possit carcerari neāū propter occultationem bonorum iam probatam, sed etiam si adsit suspicio probabilis occultationis, vbi decisio senatus Pincia.*

24 *Mulier perdit etiam beneficium, ne possit carcerari, propter dolum cōmissum vt euaderet executionē.*

25 *Miles in quibus alijs casibus perdat militiam remissiue.*

Militum priuilegium, vt non possit contra eos procedi sine instantia, appellat Mier. iniquum.

26 *Nobiles in Aragonia non possunt pro delictis puniri personaliter.*

27

28 Priuilegium concessum hominibus alicuius vniuersitatis, vt non possit contra eos procedi sine instantia partis, est validum, vbi decis. nostri senatus.

29 Instantiam remissam à parte non potest fiscus prosequi contra militem, nec alius potest ad eam faciendam admitti, nisi cui id ius competit de iure, & ibi obser. Francie.

30 Milites gaudent priuilegio, vt non possit contra eos procedi, etiã similiter p delicto sine partis instãtia.

31 Militibus non suffragatur priuilegium, vt non possit contra eos procedi sine instantia partis, in casibus, & in delictis, in quibus secundùm sui naturam non potest adesse instantia, & numer. 32. vbi decis. nostri sena.

32 Statutum prebens occasionem delinquẽdi non valet.

33 Regalia sunt excepta ab omni dispositione & priuilegio, nisi specialiter dicatur de eis, & ideò propter eas potest procedi contra militem sine instantia, vbi decis. nostri sena.

34 Milites an possint capi sine instantia partis in casu conflictus com inligant, vbi decisiones nostri senatus.

35 Locumtenens generalis non habet votum nisi in pari tate.

36 Instantiam vt faciat contra aliquem, nemo compelli potest.

37 Plebeius an gaudeat priuilegio militis, vt non possit procedi sine instantia partis contra eum, si deliquit in militem, quẽadmodum esset è contra, si miles deliquisset in eum.

38 Miles forensis an gaudeat priuilegio, vt nõ possit contra eum procedi sine partis instantia, vbinam, vbi decis. nostri sena.

Milites sunt de foro, & iurisdictione domini Regis, exempti à iurisdictione baronum, & baiulorum etiam regiorum, idque tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ibid.

Milites in criminalibus ad punitionem, solum conueniantur coram domino Rege, ibid.

Causa militum in criminal. euocantur ad Regiam Audiẽtiam cum hac sola qualitate, quòd sit agendum contra militem, ibid.

39 Miles non potest renunciare priuilegio fori.

40 Exceptio reddens processum retro nullũ potest in quacunque parte iudicij opponi.

41 Constitutiones 1. & 6. titul. de appella. non loquuntur de nullitate, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, ex defectu potestatis comparentis, & quæ est notoria.

42 Constitutiones prædictæ 1. & 6. de appella. non habent locum quando opponitur nullitas coram eodem iudice indecreto executionis ad illud impediendum.

43 Statutum volens opponi debere nullitatem intra decendium, an intelligatur siue id fiat principaliter per viam actionis, siue etiam incidenter per viam exceptionis.

44 Clerici opponunt exceptionem nullitatis quandocunque, etiam post sententiam, & comparitionem si conueniantur coram iudice layco, vbi decisiones Reuerendi Cancellarij, & aliorum sena.

45 Miles an possit renunciare priuilegio fori, salte cum iuramento.

46 Alcaldes de la Jeeca non possunt renunciare etiam cum iuramento priuilegio fori.

47 Iurisdictio alterius potestatis non potest quando Papa, vel Rex reseruauit sibi cognitionem causarum certis generis personarum, vbi decis. Camera Imperial. & de mente senatus nostri.

48 Consuetudo an sit patens ad tribuendum iurisdictionem Baroni contra militem, vel layco contra Ecclesiasticum, remis. ut.

49 Barones an cognoscant incidenter de milite, veluti quando coram eis opponitur exceptio, ibid.

Baronis officialis an possit assistere, sicuti solent ordinarij, Alguazirio Regio de mandato Regiæ Audientiæ aliquem actum iurisdictionis in actu militis exercenti, vbi decisio visitatorum officialium Regiorum huius principatus pro affirmatiua.

50 Assistens nihil agit.

51 Auctoris sententia in supradictis.

52 Constitutiones concedentes Ordinario etiam si Baro esset, pignorationem animalium militis pro dampnis datis, non obseruantur hodie, vbi ratio.

53 Lex dam milites non soluunt, ibi decis. nostri senatus.

54 Intelligitur de rebus ad vsum priprium, non causa negociandi.

55 Citatio militum sit cum termino 26. dierum.

56 Casus fallentiales regule prædictæ per decisiones nostri senatus comprobati.

57 Citatus nullitet potest venire opponendo, ante tamen litem contestatam, exceptionem nullæ citationis, & auditur, vbi decis. nostri sena.

58 Citationis omne vitium purgatur per comparitionem, etiam si fiat ad effectum tantum docendi de illegitima citatione & quomodo id procedat, vbi decis. Camera Imper.

59 Minori an detur restitutio aduersus dilatorias non oppositas, vbi decis. nostri senatus, & Neapolita. ac Sebusiani.

Minori non datur restitutio nisi in his, quæ cum egestasunt, vbi decis. nostri senatus, & aliorum, ibi.

60 Minor, qui veniã ætatis impetrauit, non restituitur.

61 Minor qui veniam ætatis impetrauit non restituitur pro lesione, quæ contigit post exhibitas in iudicio literas concessionis venia ætatis, secus pro contingente antea, vbi decis. nostri sena.

62 Contra tamen sentit auctor, nullam scilicet inter hæc esse differentiam.

63 Venia ætatis quando antiquitus concedebatur.

64 Venia ætatis concessio non habet de iure suam perfectionem ante præsentationem illius ordinario faciendam, qua tamen in Cathalonia non est necessaria, & num. sequent.

65 Intellectus l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetra.

66 Milites omnes habent votum in curijs, quas Rex celebrat Cathalanis.

67 Curiæ, in quibus fiunt iura municipalia, celebran-

tur in-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tur in Cathalenia non per Regem solum, sed per eum, & tria brachia, Ecclesiasticum, militare, & reale, & quid contineat vnum quodque ex illis, & num. sequent.

68 Curias quando conuocare teneatur Rex in Cathalonia, quibus ipse tenetur personaliter interesse.

Praterquam in aliquibus casibus, in quibus reperimus eas celebratas per suam consortem, ibidem.

69 Locumtenens Regis potest de iure communi curias nomine Regis conuocare.

70 Constitutiones, & capitula curiæ differunt, remissiuè.

71 Curiatæ leges quæ dicantur.

72 Inducendum quomodo sit in Cathalonia, & secundùm quæ iura.

73 Consensus omnium assistentium incuria requiritur vnanimis ad determinationes faciendas, taliter quòd discensus vnius faciat parare, & sistere curiam.

74 Maior pars de iure communi sufficit in omni congregatione, quæ conueniat ad aliquid statuendum. Idem de iure nostro municipali in determinationibus in senatu, & in curijs ipsis faciendis, ibidem & num. 89.

75 Lex salica in Francia quæ dicatur, & an vnquam fuerit.

76 Lex hebreorum, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum, an vnquam fuerit.

77 Discentimenta in curijs apposita an possint tolli post eas celebratas.

78 Consentire actui possunt extra collegium illi, qui sub discensu impedire possent quo minus ille effectum sortiretur.

79 Consuetudini est tribuendum priuilegium militum de impediendo curiarum progressum suis discentimentis.

80 Const. 1. titul. de vsat. & consti. quomodo intelligatur.

81 Maior pars congregatorum nihil potest in his, quæ sunt gratiæ sine consensu minoris, & num. 94. vbi declaratur.

82 Seruitus in his, quæ spectant ad plures, non potest cõstitui de consensu maioris partis, aliis dissentientibus.

83 Milites in Cathalonia, alij dicuntur simpliciter milites, & alij nobiles.

84 Nobiles in Cathalonia non soluunt ius sigilli domino Regi si presentes sunt in curia, & vnde id habeant.

85 Nobiles in ciuitate Barcinonæ non admittuntur ad regimen ciuitatis, nec ad illius honores, & officia.

86 Generosis hominibus, & de paratico an competant priuilegia militum.

87 Generosi nisi armentur intra annum, nihil eis prodest priuilegium.

88 Generosi conseruantur in possessione militiæ licèt non fuerint armati, si in ea reperti fuerint, & idem est è contra si Baro reperiatur in possessione cognoscendi de eis, vbi decisiones nostri senatus.

Idem de nobilibus in terminis iuris communis, vbi decisa diuersorum senatuum.

89 Constitu. 2. sub titul. de priuileg. & immunit. quæ disponit quod in num. 87. habetur, an habeat locum ingenerosis episcopatus Gerundæ, vbi eorum laudes.

90 Iura sanguinis nullo iure ciuili perimi possunt.

91 Ciues honorati Barcinonæ gaudent eisdem priuilegijs, quibus milites: præterquam quod non habent votum in curijs generalibus.

92 Constitutio 2. de priuileg. & immunita. non habet locum in ciuibus honoratis Barcinonæ. & sic non tenentur armari intra annum.

93 Ciues honorati Barcinonæ vnde habuerit initium suorum priuilegiorum, quando fierent olim, & crearentur, & quomodo nunc fiant, & creentur, vbi latè per discursum.

94 Ciuium honoratorum priuilegium transit ad posteros per lineam masculinam descendentes post illorum mortem.

95 Doctorum in iure vidua relicta, & filij gaudent priuilegio mariti & parentis, respectiuè defuncti.

96 Ciues honorati ciuitatis Gerundæ an gaudeant priuilegio militari, vbi decisio. maioris partis senatus.

97 Burgenses Perpiniani an gaudeant priuilegio militari, & ibi forma eos creandi.

98 Doctores, & eorum filij villæ Perpiniani, an gaudeãt priuilegio Burgensium.

99 Priuilegium concedens quòd quis in omnibus, & per omnia habeatur pro milite, vel Burgense, facit vt gaudeat, & gaudere debeat priuilegijs tam antea concessis, quàm postea concedendis.

100 Nepotes doctorum villæ Perpiniani an gaudeant priuilegio Burgensium.

101 Beneficia principum decet esse mansura.

102 Descendentes omnes ex doctoribus villæ Perpiniani an gaudeant priuilegio Burgensium. Filiorum appellatione an veniant nepotes, & alij descendentes, ibidem, & duobus numeris precedentibus.

103 Doctores, qui gaudent priuilegio Burgensium villæ Perpiniani, an sint qui ibi habitãt vbicunque sint graduati, an verò è contra qui ibi gradum receperunt, vbicunque habitationem faciant.

104 Ciuis proprie dicitur qui est loci originarius.

105 Milites, & qui eorum priuilegijs gaudent non possunt possidere immobilia in terris Baronum, & num. 108. vbi decisiones nostri senatus.

106 Priuilegium Reg. Ferdinand. 2. Dat. Montissoni 2. Septembris 1510. an comprehendat tam milites armata militiæ, quam etiam inermes.

107 Bona alienari prohibita an possint confiscari.

118 Milites non sunt habiles ad possidendum bona immobilia sub directo dominio alterius, vbi decisiones nostri senatus.

119 Verba, concedimus tibi, & tuis successoribus, quomodo intelligantur, vbi decis. nostri senatus.

GLOSA. III.

Domicelli in eadem ciuitate Barcinonæ domiciliati.

1 VLTIMA † vox, quæ ſeſe nobis offert explicãda, eſt, Donzell, quia ea paucis innoteſcit in noſtra Cathalonia, vbi magis quã alibi illius eſt vſus, & nemini penè extra Cathaloniam. Pro cuius vera intelligentia licèt quam plurimos auctores tam huiuſce noſtræ facultatis, quàm etiam & aliarum ſcientiarum perlegerim, & reuoluerim non potui quẽquam nec antiquum, nec modernum, qui de hoc ageret, ſed nec penè qui eo vocabulo vteretur, noſtris practicis exceptis, reperire: ſolùm enim inueni Vincen. Caro. in deciſio. ſeu caſ. 113. illud diſputantem, ad quid teneatur Princeps, vel domicellus recipiens aliquem in ſuam protectionem, ex
2 quo † colligi facilè licet in ducatu Spoleta. in Italia, vbi ſitum eſt opidum Tudertinum, vnde Caroc. erat oriundus, vſum eſſe huius vocabuli, & quantum ex hoc dicto Carocij (Princeps vel domicellus) conijci poteſt, domicellus ibi parum differt à Pricipe, & Amade. de Caſtello in tracta. de ſindicatu num. 104. qui è contrario in tam vili, & turpi vſurpatione nomen domicelli ſumit, vt eum, ſicut ille inter Principes ponit, ſicis inter Bittuarios, eſt hic tractatus in 2. volum. tractatuum ſecundum meam impreſſionem.

3 Sed † his omiſſis, in noſtra Cathalonia Domicelli dicuntur qui ſunt ex claro ſanguine nati, qui aliàs milites, aliàs æquites (quod † vltimum eorum eſt proprium nomen, vt aduertit Federi. Scot. tom. 1. lib. 1. reſp. 1. num. 19. dicens nomen militis barbarè vſurpatum fuiſſe pro æquite ab his, qui horum vocabulorum propriam ſignificationem ignorabant) & aliàs Nobiles, in Italia videlicet, & maiori parte Hiſpa-
5 niæ ſolent appellari: quique † in eadem hac noſtra Cathalonia Comitores antiquitus vocabantur, vt tradit Iacobus Marquilles in vſat. vt qui interfecerit quæſtio. 12. fol. 25. pagina 2. colum. 2.

6 Cæterum † non omnes milites, æquites, vel nobiles in noſtra Cathalonia domicelli appellantur, ſed illi tantùm, qui ortum cum ducant à maioribus æquitibus, & nobilibus olim armatis, ea prędeceſſorum nobilitate contenti nouè non armantur, illi verò, quibus concediditur militia, & eius ſingulum, quique (vt nos dicimus) milites à Rege nouiter armantur, domicelli nullatenus appellantur, ſed imò milites: Quæ differentia iam antiquitùs cognita erat in noſtra Cathalonia: reperimus enim paſſim apud noſtros practicos, & ſignanter apud Cali. in virida. Mili. horum, de quibus loquimur aliquos ibi domicellos, alios verò milites appellari, Marquil. etiam in vſatic. placitum mandetur fol. 70. pagina 1. colum. 1. in princ. hos domicellos enumerat inter eos, qui licèt priuilegio, & prærogatiua militari gaudeant, Milites tamen non ſunt armati, prouti homines generoſi, & de paratico: Quæ autem ſit iſtiuſce differentiæ ratio, non reperi adhuc à quoquam animaduerſum, licèt quotidie in ore omnium regnicolarum ea differentia habeatur: Non dubito multos fore ex noſtris, qui ſi de his interrogati fuiſſent, quique ſi hæc animaduertiſſent, mirè pro ingeniorum dexteritate, & acumine (quæ non ſolent eſſe aliarum nationum, vel regnorum ingenijs inferiora, vel ſecunda) reſpondiſſent, quique etiam nunc cum hæc perlegerint, antequam (hæc eſt inſita natura Cathalanis, vt continere ſe non valeant dum ab aliquo paululum punguntur) ad vlteriora progrediantur, variè ſuper his diſcurrent, variaſque huiuſce rei, quam quærimus, rationes ſtatimſtatim excogitabunt, quos ego ſum mè deſideraſſem audire, priuſquam aliud de hac re dixiſſem: Cæterum quia id poſſibile non eſt, ne noſtra dubitatio omnimoda reſponſione, & ſolutione deſtituta remaneat, dico quòd aliquorum eſt ſententia hos filios militum, & ab eis deſcendentes, qui non armantur, domicellos appellari in ea ſignificatione, qua in Hiſpania mulieres, quæ matrimonium adhuch non contraxerunt, donzellas, ſolent appellari, vt indè dicamus quòd quemadmodum illę dum matrimonium non contrahunt, domicellæ appellantur: ſic iſti filij militum, & nobilium, qui iam hodie milites non armantur, imò dedecori id ducerent: contentantur enim ſola militia, & nobilitate parentum, ac prędeceſſorum, & in ea gloriantur, domicelli dicentur, quia matrimonium illud politicum cum armis non contraxerunt, quod contrahere dicuntur, qui nouè milites armantur: Non ſecus † atqui doctores, qui dum tales fiunt, ma-
7 trimonium cum ſcientia contrahere dicuntur, obidque eis pro inſignijs traditur anulus, Ioan. Andre. ca. vt Apoſtolicæ, de priuileg. lib. 6. Pet. Leſnaud. in tracta. de priuileg. doctor. 1. parte quæſt. 3. Caſſane in Catha. glor. mund. parte 10. cõſidera. 36. verſ. 3. detur anulus, & Iacob. Ben. in tracta. de priuileg. iuriſconſ. parte 1. priuileg. 11. num. 10. & 2. parte priuileg. 37. ac prinde filij militum, qui antiquitùs non ſolebant armari ante triginta annos iuxta vſat. filius militis, ſub titul. de iniur. & dam. dat. in 1. volumin. conſtitut. eo tempore durante domicelli nomine donabantur, vti elicitur ex traditis per Cali. in virida.

virida.mili. vbi hæc differentia inter milites,& domicellos perſæpè facta reperitur, & ſignanter filius militis domicellus ab eo appellatur in 2.quæſt.num.19.pag.157.

8 Aqua quidem † noſtra conſideratione non multum deuiant antiquæ Hiſtoriæ, in quibus reperimus ſcriptũ eos,qui ſingulo militiæ erãt decorandi,conſueuiſſe priùs per certum tempus arma vigilare,velar las armas, & tunc vſquequò armarentur,domicelli ſolebant appellari,vt ſignanter tradit Caſtil.de Bouadil.in ſua politi.tom.1.lib.1.c.4.num.30.vel etiam domicellus dicitur,vt vult noſtras Mier.in Cur.Barcinonæ Reg.Ferdin.c.12.de clandes.deſponſa. nu.23.col.9.fol. 94. qui nondum eſt miles, licet ſit de genere militũ,quaſi paruus dominus, vel qui nondum eſt dominus, eo modo,quo, inquit, domicella dicitur quaſi nondum domina, & eſt nomen diminuntiuum de hoc nomine,domina:ſed de his ſatis.

Veniamus iam ad vlteriora huius materiæ pertractanda, Inter quę ex multis, quæ tradi potuiſſent, ſelegi explicare quædam militum priuilegia,de quibus contingit quotidie in praxi diſputatio,ac preſertim ea, quæ per noſtras conſtitutiones his militibus, & eorum priuile-
9 gio gaudentibus tribuuntur,reliqua † videnda remittendo ad Pet.Bellug.in ſpecul. Prin. rub. 20.de milit.grauam.per tot.& Camil. Borrell. ibidem in additione in verbo, milites, qui ad materiam hanc allegat Fran. Santoui. in tracta. de milit.orig.plenè Tiraquel.in tracta.de nobili.& Calefa.in tract.de ęqueſt.digni.per tot.qui
10 benè de his, licèt † id nolit Garcia, qui plenius de dictis priuilegijs egit (nõ eſt dubiũ) in tracta. etiam de nobilita. pro tot. cum penè infinitis ab eo relatis in initio dicti tractatus: non vult (inquam) Garcia quemquã benè de hac materia egiſſe,alios ab ſcopo aberraſſe dicẽdo, alios quòd nihil dixerint,quod in foro ad deciſionẽ cauſarũ poſſit vtiliter,& cum dignitate adduci, alios quòd multa cõfuſè,plura ſine luce, & plurima intacta reliquerint,incuſando:& ſe ipſum poſtmodũ extollẽdo, quod nihil dixerit,quòd ab alio rectè ſcriptum ſit,ſed ea dumtaxat,quæ vel omiſſa,vel negligentiùs tractata reperiuntur,&c.nihil ab alijs mutuando, niſi quod inſtar mutui ſuum omnino ſua opera,luce,& labore,futurum ſit &c. & deniq. alios alioquin grauiſſimos doctores, deque noſtra Iuris prudentia optimè meritos, multorum errorum, proprios non aduertens,incuſans:cuius ego doctrinam pluris proculdubio feciſſem,ſi eam cũ paulò pluri modeſtia,& humilitate coniunctã vidiſſem:non enim exiſtimo licere his,qui ſcribunt,ſic liberè aliorum labores,& vigilias reſpuere,& parui facere,ſicut Garcia facit,nec decuiſſe ipſum in d.initio tracta. de nobilita. tot opprobrijs & contumelijs in doctores, quos allegat de hac materia tractantes,inuehere,quibus alijs poſtea ſcribẽtibus occaſionem tribuit non modicam,vt pro honoris ipſorum deffenſione,peiora de illo dicerent, & loquerentur, vt contigit Pet. Ant. de Pet.qui videns quàm ſiue cauſa Garcia in tract.de expenſ.& meliora. in Bal.irrepſiſſet,continere ſe non potuit quin apologiam contra eum pararet in tracta. de fideicom.q.15.a nu.178.verſ.4.principaliter, cũ alijs ſequent.Idem etiam accidit Frãciſco Caldes de Pereyra,qui in repeti.l.ſi curatorem habens,verbo,implor.in integ.reſtitu.nu.15.verſ. ego autem,videns eundem Garcia ſine cauſa receſſiſſe ab opinione Pinelli, dicit eum id feciſſe ſtudio contradicendi Pinelli ſui quondam præceptoris ſententiæ,& licèt ipſe poſtea in additionibus ad dictum tracta.de expenſ.& melioratio.c.24.num.4.& in allega. tracta de nobili.glo.6.§.1.num.56.conatus fuerit proprium honorem deffendere,licèt etiam ibi de Pet. & Percy.ratione ſupradictorum,grauiter ſit conquæſtus:Id tamen iure ne,an iniuria fecerit,ſapientię eſto iuditium,ego hoc ſolùm animaduerto vetus admodum eſſe prouerbium,dicẽtem quæ vult,oportere perſæpe audire quæ nõ vult,ex quo prouocanti culpa ſemper ſcribitur l.ſi ex plagijs §. tabernarius ff. ad l. aquil. ſed quorſum hæc? parcant viri docti: cametinam enim mouit Garcia ſuis cum liberis, & ſolutis verbis,ideòq. continere me ipſum non potui quin hæc ſtatim deuomerem. Sed veniamus iã ad noſtrorum militum priuilegia.

11 Primum igitur † priuilegium, quod duxim9 explicandum,eſt illud quod militibus conceditur per conſti.primam Reg.Pet.2.in Cur.Barcino.1283.c.26.quæ legitur in primo vol. cõſtit. tit.de actio.& obliga.& eſt conſti.1.eos videlicet non poſſe carcerari pro debito ciuili, quod idem priuilegium habent eius ſtatus perſonæ in Regno Caſtellæ vt probat l.4.tit.2.lib.6.nouæ recopilationis;& l.69.tau.& idem etiã eſſe de iure communi probat Couar.lib.2.var.reſolu.c.1.nu.4.ex l.miles,& l. item miles.ff.de re
12 iudi. quatenus diſponunt † milites non poſſe conueniri niſi inquantum facere poſſunt: certum autem de iure eſt,eos,qui huiuſmodi priuilegio potiuntur,non poſſe pro debito ciuili carcerari,vti ex glo.in l.liber captus C.de capti. & poſtlim. reuer.& Bal.ibidem num.9 Roder. Suar.in l.2.tit.de los gouier.lib.2.fori.in 5. q.n. 5.latè comprobat Ioan.Gutier.de Iura. confir. 1.par.c.16.num.48.& Couar.vbi ſupra,Pet. Calefa.de æqueſt.dig.nu.56. Parlador.rer. quotidia.lib.2.c.5.p.§.7.nu.17. vbi ſingulariter refert qui ſint qui non poſſunt niſi in quantum facere poſſunt conueniri.

13 Cui † priuilegio illud poſtmodum addidit conſti-

constitutio Philippi 2. in Cur. montisso. anni 1585.c.115.quæ est hnal. allegar. tit. de actio. & oblig. vt non possit capi miles personaliter pro debito ciuili,nec pro rigore cartę comãdę,scripturæ tertij,& alterius cuiuscunq. scripturæ,& obligationis priuilegiatæ,nec possit tali priuilegio etiam cum iuramento modo aliquo renuntiari, imò declarat eadé cõstitutio ipso facto nullas huiusmodi obligationes,& scripturas quantum ad dictas renuntiationes,suspendendo quoad id auctoritatem notarijs vt non possint talia instrumenta recipere. 14

Hic nobis latissimus se se parabat campus disputandi arduam illã iuris quæstionem quomodo Princeps secularis possit prohibere ne in contractibus apponatur iuramentum:cæterum quia de his egerunt fusissimè præter antiquiores *Bellug.* in *specul. Prin. rub.* 12. in §. quædam,à nu.61.cum sequent.Pinel.in l.2.par. 3.c.1.à n.21.cum alijs, C. de rescin. vẽdi.Fortun. Gar. de vlt. fine in illa.20.Iacob.Cancer. par.1. var.resol.c.8.de dona.num.40.& par. 2. c.1.de minor.25.an.num.5. cum sequent. Ceuallos in specul.com.con.com.quæst. 188.per tot. Parlador.latè rer.quotidi.lib.2.c.4.nu.52.Tib.Decia. in tract.crim.tom.1.lib.2.c.34.nu.6.& Anthon. Oliba in vsat.alium namq. c.7.num.38. de Iu. fisc.in consti.Cathalonię,qui duo rem hanc nostris constitutionibus,iuramentũ in certis casibus apponi vetantibus, accommodant, & alij quam plures per eos relati: licèt de his valde dubitet Didacus Saliagun grauissimus quondã Salmanticensis Academię primarius iuris canonici præceptor, in repeti. c. decernimus, quæ impressa apud plures habetur,nu. 128. de Iudi. dicens huiusmodi constitutiones rectè sustineri pro bono publico quoad notarij pœnam, sed quoad nullitatem ex deffectu potestatis nullas esse propter iuramenti naturam, & excellentiam,quare(inquit) nunquam in Hispanijs de nullitate contractus pronuntiatum est, quibus suffragatur quod docet in proposito Seraphi. d Priuileg.iura.priuileg. 66. nu. 4.quam difficultatem præuidens curia in dicta constitutione, & alijs simil.obtinuit quòd vlterius progrediẽdo auferret,aut suspenderet Rex auctoritatẽ notarijs,ne possent huiusmodi obligationes,& instrumenta recipere:quia etiam nũquam, aut sanè per rarò incidit de his in praxi quæstio,cũ ex receptissima,& approbatissima Senatus sententia habeamus omnes expeditum validas esse huiusmodi constitutiones iuramentũ in certis contractibus apponi vetantes sicuti & leges Castellæ, & ordinationes Regni Portugaliæ idem disponentes,de quibus Pinel. vbi suprà, & practici eorum regnorum,ideò eius quæstionis tractationem consultò omittimus,contenti iter præmonstrasse hæsitantibus,quo possint ad illius intelligentiam peruenire.

Per hæc cessat quæstio,in qua valdè torquẽtur doctores, num nam hi milites,& nobiles possint huic priuilegio renunciare saltem cum iuramento;de qua Anthon. Gom. tom. 2. var. resol.c.11.nu.54.& in l.79.tau.num.3. benè Dida.in relec.c.quamuis pactum 2. par. in initio à num.5.cum sequent.latè Ceuallos in spec.prac. quæstio.commu.contra com.lib.2. q.688. vbi in hac quæstione ambas docet esse communes opiniones.Viden.Parlador.quotidia.rer. c.fi.5. par.§.6.num.11 & fusissimè per argumenta pro vtraq. parte procedendo, rem hanc disputat Ioan.Gutier.d.c.16.primæ partis tracta. de Iura.confir.à num.37.ad fin.Garcia de nobili.glo. 6.à n.18.cũ multis alijs per eum adductis, quos tamen pro more nẽ relinquit sine nota: cessat (inquam)hæc disputatio in nostra Cathalonia, cum per iura patriæ ei prouisum habeamus, vti ex supradictis apparet, & hæc in Cathalonia de plano procedũt, nec vllus vnquã dubitauit. * 15

Quæ quidem † constitutio non solùm procedit in veris militibus,& nobilibus, sed etiàm in illis,qui eorum priuilegio gaudent,veluti in doctoribus,&c.vti claris verbis dicit eadem cõstitutio ibi, *Que ningun caualler, o altra persona que gandesca de priuilegi militar, &c.* Idest, *quod nullus miles vel alia persona, que gaudent priuilegio militari &c.* Vnde cũ aliquando incidisset in Senatu quæstio numnam doctor medicus, qui de iure gaudet priuilegio militari l.medicos C. de professor. & medi. lib. 10. Mathesil. singul. 60.Mier.c.28.Cur.Barcin.Reg.Pet.2.nu.9.col. 2.fol.16.gaudere etiam deberet priuilegio huius constitutionis,Senatus eam *decidit* in fauorem medici referente egregio tunc Senatore Francisco Descamps, prouti reffert nobilis Ludoui.de Pegue.decis. 165. †

Sed † an istud priuilegium competat tantũ doctoribus actu legentibus, vel omnibus etiã si non legant actu? In aduocatis non est dubiũ quin competãt omnibus,vti ex ijs apparet, qui mox allegabuntur,& signanter ex Guid. Pap. decis.88.& 388.vbi dicit, ita *decisum* fuisse in Sena.Grationop. & ex latissimè congestis per Iacob.Ben.de priuileg. Iurisc on.priuileg. 96.n. 5. & Fran.Mar.decis.637.Gaspar Thesau.plenè quæstio.Foren.99.lib.1.nu.4.& ibi postea *decis.* Senatus Pedemon.præterquam in doctorellis, qui non dant operam studijs,quia ipsi non gauderent,pro quo dicit *decisum* in eo.Senatu,& in Saxon.In reliquis autẽ doctoribus, Ioseph. Ludoui. agens de intellectu l. medicos supra allegatæ,tenet necessarium esse quòd sint actu legentes,vt his priuilegijs gaudeant, & potiantur,in decis. Lucen. 6. per tot. idq. probat ex Guid.Pap.Rollan.à val. Menoch. Mathesil. & alijs quos allegat. 16 † ‡ † †

Cæte-

17 Cæterum an priuilegium huius constitutionis, vel saltem iuris cõmunis, vt miles non possit carcerari pro debito ciuili, competat etiam militibus, qui sunt in certo loco belli causa parati pro deffensione reipublicę, vel Principis, dubitationis est non modicæ, in qua resolutiuè censeo dicendum hos milites non posse pro debito ciuili personaliter capi, ex eò quòd priuilegia veteranorum militum, reperiam eis cõmunicata, Aufrer. in addi. ad Capel. Tholos. decis. 141. num. 2. Rip. in l. Centurio nu. 6 ff. de vulga. pulchrè Gam. decis. 366. per tot. Cras. de succes. verbo, substitutio, q. 66. n. 2. Anthon. Gom. in l. 53. tau. nu. 63. Gutier. in allega. tract. de Iura. confir. par. 1. c. 6. nu. 9. Iacob. Ben. de priuileg. Iurisc. p. 2. priuileg. 38. n. 3. qui omnes allegãt Roma. in cons. 43. nu. 5. Estq. huius traditionis, meo iudicio, optima ratio, quia id videtur ex poscere ratio publicę vtilitatis, ne militibus captis, & in carceribus detentis, inimici ciuitate, fortalitio, seu præsidio, cui præsunt, potirentur. Cum hæc quæstio incidisset in senatu de anno 1604. contendi quendam militem stipendariũ

19 suæ magestatis in naualibus presentis ciuitatis relaxandum fore, & esse à carceribus, in quibus pro debito ciuili detinebatur captus, per supra dicta, verùm quia dictus miles renuntiauerat huic priuilegio per renuntiationem generalẽ, omni priuilegio, & legum auxilio, cum iuramẽto factam, quam sufficere dicunt Rolan. a val. in cons. 13. nu. 10. & 18. lib. 1. Ioan Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. nu. 63. & Mascar. de proba. cõclu. 1265. nu. 6. quicquid dicat Baeça in tracta. †† de debit. inope. c. 16. num. 103. relatus per Gutier. in allega c. 16. nu. 46. idq. propter virtutem iuramenti, quod solet habere vim expressi, & specialis renũtiationis, latè Gutier. vbi supra, & in 2. p. c. 2. n. 11. & 12. & nos etiã aliquando, Deo concedente, inferiùs trademus, quia etiam ipse tempore contractus nõ erat miles, sed talis fuerat postea effectus, non potui in causa obtinere, sed imò in mense Mar. anni prædicti 1604. 20 in ea causa, quæ ducebatur ad relationem egregij senatoris Hieronymi Seniust inter Ioan. Gasto, alias Peyro militem stipendiarium, & Ludouicam Puig, actuario N. Agramunt, facto † verbo, extitit *declaratum* non esse locum instatę relaxationi dicti Peyro, qui captus detinebatur in regijs carceribus pro quadam quãtitate, quã cum scriptura tertij, & alijs clausulis executiuis cõfessus fuerat se debere dictæ Ludouicę Puig Benè verum est quod si attendamus rationem, propter quam isti milites gaudent hoc priuilegio, ne carcerari possint, quæ est propter bonũ publicum, publicamq. vtilitatem, vt respublica ab incursu inimicorum tueatur, & liberetur, videbitur dicendum quòd siue miles renũtiauerit, siue non, siue esset miles tempore cõtractus, siue non, semper debeat hoc priuilegio gaudere, cum semper militet ea ratio publici fauoris, & istud priuilegiũ non concedatur militi propter fauorem suæ personę, sed imò propter fauotem publicum, vti antea dicebamus, indeq. videtur etiam dicendum non posse militem huic priuilegio renuntiare: Præterea ad illud de impetratione militiæ post contractum debitum, quod obstare dicebamus, videbatur non esse in consideratione propter ea, quę cõmuniter tractant doctores in illa quæstione

18 nunquid clericatus † post delictum superueniens tribuat fori prærogatiuam, quam tractãt inter alios Dida. in prac. cap. 32. per tot. & Aluar. Velas. consulta. 48. concludentes tribuere quidem, si non constet per fraudem causa punitionis vitandę, fuisse clericatum adeptum, ad quod, inter alia, allegant l. 1. qui milit. pos. lib. 12. C. quæ optimè facit ad nostrũ propositum, Viden. Vincen. de Franch. decis. 209. & 384. vnde cum non constaret in fraudem fuisse hãc militiam adeptam, videbatur fore declarãdum in fauorem militis, cum semper militaret ratio

19 publicæ vtilitatis: Cæterum † noluerunt dñi hanc rationem publicæ vtilitatis in militibus stipendiarijs naualium præsentis ciuitatis tam necessariam, & vrgentem considerare, vt propter capturam vnius, aut alterius ex militibus probabiliter timendum esset de incursu inimicorum, cum non sit præsidium, quod soleãt inuadere inimici, nec tale, inquo periclitetur res publica, licèt fuissent in processu exhibitæ *binæ declarationes* in duobus similibus casibus in cõsistotio capitaniæ generalis, existentibus in eo assessoribus Iosepho Benac, Bornardo Roig, & Hieronymo Seniust nunc regiæ Audientiæ doctoribus de anno 1595. in fauorem certorum militum de las adrellanas factæ: In villa Perpiniani, vbi adest præsidium formatum propter incursum Gallorũ, qui quotidie in eam irruũt, intrepidè istud priuilegium obseruatur.

20 Reuertamur † iã eò, vnde diuertimus: limitatur nostrum, quod tractamus, militum, & nobilium priuilegiũ, vt non procedat quando miles occultasset bona, quę habebat tempore obligationis, in quibus erat facienda exequutio: tunc enim ea conceditur in eius personam, vt carcetari possit: ratio est in promptu, quia certum de iure est militem pro delicto, & debito ex eo descendenti posse personaliter capi, tradit in proposito Gom. loco inferius allegando, Thom. Mier. c. 25. nu. 54. Cur. Barc. Reg. Ferdi. an. 1413. pag. 114. col. 9. cęterum is, qui bona sua occultat, ne in eis fiat executio pro debito, quòd dolum & fraudem cõmittat, nemo est qui dubitet, tot. tit. ff. & C. quę in fraud. cred. & in §. in fraudem Insti. de actio. quæ quidem delictum sapiunt, glo. in l. 1. verbo, crimine, ff. de fideiuss.

tut.

tut.l.1.§.planè,de tutel.& ratio. distra. vbi dolus delictum appellatur,pulchrè Tiber. Decia. in tracta.crim.lib.1.c.4.de dolo,per tot.Iterq́ quia sicut ille,qui celat, siue amouet aliquam rem hæreditatis dicitur furtum committere,& tanquàm fur punitur, vt in l. si seruus fi.ff.de acquir. hered. ita nobilis celans,& occultans bona sua,ne in eis fiat executio ad instantiam creditorum,dici debet furtum committere, cuius
21 ratione † plusquam certum, & expeditum in iure est, nobilem nobilitatem perdere l.1. C. quãdo licẽ.sine Iudice se vindi. Tiraquel.de nobilitate q.14.per tot.& Dida.lib.1.var. c. 9. nu.
22 4.& 6.Quibus † adstipulatur l. etiam §. licet ff. solut.mat.vbi maritum, qui aliàs à iure habet priuilegium, vt non possit pro dote conueniri nisi in quantum facere possit,vulga.l.maritũ ff. eo.tit.& per consequens vt non possit pro dote personaliter capi, quia is non potest personaliter capi,qui non potest conueniri nisi in quãtũ facere potest, vti supernis extitit à nobis probatum,teneri in totum dotem soluere, & beneficium illud amittere, & consequenter pro eo capi posse dicitur,si dolum cõmiserit, propter quem integra dos ab eo exigi nõ possit,pro vti latiùs probat Pet.Barbos.in repeti.l. maritũ num.101.ff.solut.mat.cum sequent.qui est omnino viden. vt sic dicamus in nostro casu hunc militem propter dolum,iam dictum priuilegiũ nostrę constitutionis amittere.Per hæc, & quã plura alia argumenta,quæ à nu.14.ad num.20. adducit, tenet hanc sententiam Ioan. Gutier. in allega.tracta.de iura.confir.c.16.dicens post modum num.29.se audiuisse casum hunc fuisse
† iam *practicatum & decisum* pro hac opinione in Reg.Cancel.Vallisoleti.Gasp. Bacça de debi-
† tor. inope c.16.nu.21.vbi ita dicit *diffinitum* Madritti de anno. 1518. Ioan Otaloca. de nobili. tertię partis principalis c.10 num.3.verfic.Secũdus casus.Alphon.Azebedo lib. 6. nouæ recopilationis tit.2.l.4.& 5.nu.19.bene Pet. Calesa. in tracta. de ęquest.dignita.nu. 56. & 57.dicens se olim respondisse in Rot. Senen. officialibus mercatorum contra quendam,qui ęquestri dignitate fretus,in fraudem creditorum filio suo clerico omnia omninò bona donauerat,eandẽ etiam nostram opinionem tenent practici nostri Iacob' Calicius,& Thom.Mier.alle in margar.fisci in rub.de pęna amissionis militiæ pag. 101.casu 105.hic verò in c. 29. Cur. Reg. Pet.2. an.1285.col.1.num.15.pag.16.Nec caret auctoritate nostri Senatus hæc opinio: cum enim de anno 1604.cõtigisset in eo disputari ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor in causa Hieronymi Gassol protonot.regij cõtra quẽdam militem, siue nobilem præsentis ciuitatis
† tandem die 11. Februarij fuit *declaratum* facto verbo in Reg.Audientia quod fieret executio in persona dicti militis pro certo debito ciuili *Attento* (& sunt verba regię prouisionis) *licèt constet dictũ N. esse militem,& tanquã militẽ in curijs anni 1599. fuisse admissum &c. quia tamen constat ex deductis,& allegatis,& probatis,dictum N. occultasse bona,quę tempore obligationis habebat,in quibus erat facienda executio,ob quam occultationẽ constat fraudulenter,& dolose impeditam fuisse executionem bonorum,& propterea in personam obligatam posse executionem fieri etiam si militans sit &c.* actuario Martino Ioanne Carmona. Quæ quidem prouisio fuit postea *confirmata* in alia aula in causa supplicationis ad relationem egregij olim Senatoris Saluatoris Fõtanet à dicta prouisione interpositę,cum regia sententia die 11. Septembris eiusdem anni, lata.

Quam † limitationem dicit Azebedo vbi
23 supra procedere nedum quãdo verè probatur occultatio, & de ea constat,sed etiam si adsit suspitio probabilis occultationis, atq. ita asserit *declaratum* in Reg.cons.Pinsia.

Et idem † quod supra de milite,& nobili dictum est,procedit etiam in muliere, quæ licèt
24 pro debito ciuili iuxta nostras constitutiones carcerari non possit, consti.8.de act. & oblig. si tamen dolum commiserit,quo euaderet executionem bonorum,perdit priuilegium,& capturæ personali sit obnoxia, per supra tradita in milite.Et generaliter ea,quæ de milite,& muliere *dicuntur* quoad hunc articulum, procedunt etiam in quocunq. alio, qui priuilegium habet,quòd pro debito ciuili non possit carcerari, quia in omnibus militãt ęędem rationes, quæ pro milite consideratæ superius fuere,scripsit multò post hæc Petrus Syria lib. quæstio. toren. qui in q.16.num.13.hanc eãdem opinionem tenet,& multis argumentis confirmat,dubito tamen ne ea mutuauerit a Gutier. & alijs doctoribus supra allegatis,eorum licet suppresso nomine,tu ipse vide. Capiũtur etiam huiusmodi personæ priuilegiatæ pro debito ciuili, quando se obligassent ad aliquid tenendum pro manifesto curiæ tamquàm pro debitis fiscalibus,& realibus, prouti contigit (& est optima cautela his, qui lites mouent, & timent occultationem bonorum) quando obtinetur in Regia Audientia quòd fiat descriptio bonorum,& commẽdentur possessori, vt illa teneat pro manifesto curiæ:tali enim casu,si post condempnationem, vel vbi aliàs legitimè requiritur, restituere differt,prouidetur vtiq. quòd capiatur taliter obligatus,donech restituerit, quantumnis sit persona priuilegiata, sicuti pra-
† cticari vidi de mense April.1611. referente egregio senatore Francisco Fertus in causa T.Querol,cõtra T.fustera,scriba Reig,quæ vltra quòd erat mulier,habebat etiam aliud, quia scilicet erat vxor cuiusdam doctoris in medicina.

Alios

25 Alios † quàmplures casus, in quibus miles perdit militiam, nec vtitur priuilegio suo, vide per doctores supra citatos, cetum quinquaginta ex eis recollegit Cal. in marga fil. rub. de pœna amissionis militiæ per tot. pag. 100.

26 Secundum † priuilegium (nescio an dignũ exterminari tãquam bono publico aduersans, magnam q. præbens delinquendi occasionem, per quod plura delicta passim graui animaduertione digna, remanent impunita, vt quotidiana praxi experimur: ob quodque nostras Mier. in loco inferiùs allegando illud iniquum priuilegium appellauit, nisi illud defendamus quasi iustum videatur esse aliquid pluris priuilegij, & prærogatiuæ, præ alijs, fore, & esse nobili hanc æquestrium ordini indulgendum, post quam in omnibus mundi nationibus ij soliti semper sunt pluris haberi, ac æstimari, quàm reliqui infimę conditionis homines: & certè si alia in alijs regnis nobilium priuilegia perquirãtur, reperiemus proculdubio plura duriuscula, & (vt ita dicamus) hoc nostro peiora, eo respectu quòd videatur magis per illa, quàm per nostrum hoc, ius publicum ledi; habent enim † in
27 Aragonia nobiles illud priuilegium, vt nõ possint pro delictis, pœnis corporalibus puniri, vt tradit Molin. in repor. for. & obser. Arago. verbo, nobiles, in prin. vnde non est de nostro mitiori priuilegio mirãdũ. Extãte maximè †
28 Regia declaratione quã vidi in archiuo regio, facta referẽte olim egregio senatore Hieronymo Torner, & postea Regẽte Regiã Cãcellariã sub die 28. Ianuarij 1599. in causa syndici de Falset contra excellentissimos Duces Cardonæ, facta, qua † *declaratum* in senatu extitit in fauorem hominum dicti loci de Falset contradictos Excellentissimos Duces Cardonæ pro validitate, & iustitia cuiusdam similis priuilegij, per eos dictæ vniuersitati, & singularibus concessi, ne posset contra eos ad instantiam fisci, & sic sine partis instantia procedi, scriba est Stephanus Colell: Sed hæc omittamus) Secundum (inquam) priuilegium, quod habent milites, & eorum priuilegio gaudentes in Cathalonia, est, vt non possit contra eos procedi in criminalibus ex mero officio sine partis instantia, vti probat priuilegiũ statui militari per Reg. Pet. 3. 19. Maij 1380. concessum, de quo in 1. vol. consti. tit. de accusa. c. 3. Idem probat aliud priuilegium Ferdin. 2. ibidem tunch immediate sequens, Thom. Mier. in consti. Reg. Alfon. 2. in cur. Montis. c. 27. circa fin. col. 3. pag. 39.

29 Et hæc † in tãtũ sunt vera, vt nec possit fiscus instantiã a parte, cui' intererat, remissam, cõtinuare, nec etiam admittantur ad instantiam faciendam contra milites, nisi tantum illi, quibus de iure id ius competit, vti probatur alio priuilegio Regis Ferdin. eidem statui militari concesso, de quo in d. tit de accusa. c. 5. in 2. vol. consti. quod vltimum erat iam etiam de iure comuni statutum, vt contra personam militarẽ non esset instantia legittima remotior in gradu parentelæ, quoties vxor (ponamus) & filij occisi remisissent instantiam, etiam si de iure comuni vnusquisq. possit suorum iniuriam prosequi l. vxor. & l. si crimen C. qui accus. pot. quod *pra-*
† *Eticar* i dicit in Frãcia Ioan. Imber. institu. foren. Galliæ lib. 3. fol. mihi 263.

30 Ampliatur † istud priuilegium, vt nedum prohibeatur sine partis instãtia agi criminaliter cõtra personam militarem pro delicto, sed nec etiam ciuiliter, per tradita per Bal. in l. si pro fure §. condictio ff. de cõdic. furti. vbi dicit quòd extante statuto, quòd de maleficio non possit cognosci, intelligendum est tam ciuiliter, quam criminaliter, ad idq. allegat l. 1. §. quod autem ff. de alea. & l. si vnius §. si quando ff. de injur. & sic per huiusmodi priuilegium quando non est instantia legittima, tollitur omnis actio contra militem, Pau. de Cast. in l. 1. ff. ad treb.

31 Limitatur primo † dispositio dicti priuilegij vt non procedat in delictis, in quibus secundũ sui naturam non potest adesse instantia partis: in his enim milites, & eorum priuilegio gaudentes capi possunt absq. partis instãtia ex officio, ratio est in promptu, quia aliàs daretur occasio delinquendi, cõtra l. conuenire ff. de pac. videntes enim milites se puniri nõ posse propter delicta, in quibus non adest, nec potest ad esse partis instantia, inuitarentur ad illa cõmittenda, nec vnquam superiori, & Principi obedirent; nec etiam eorum mãdatis, edictis, & præconijs obtemperarent, quod sanè nullatenus est sustinendũ, viden. ad id Tib. Decia. in tract. crim. tom. 1. lib. 2. c. 34. num. 23. pluribus † com-
32 probans non valere statutum occasionem præbens delinquendi, bene Aym. Craue. in cons. 137. per tot. atq. ita *obseruat* intrepide & Regiũ
† nostrum criminale consilium absq. difficultate aliqua, prouti mille exemplaribus comprobare possem: cæterum ne in re, luce ipsa clariori, inutiliter tempus conteramus, contentabor retulisse casum, qui de anno 1603. contigit Hiero. de Montagut & de Vallgornera Equiti satis noto in præsenti principatu, qui cũ captus extitisset propter portum tormenti manualis, vulgò Pedranyal, cõtra regia proclamata, fuissetq. oppositum de hoc militum priuilegio, quòd non potuisset capi sine partis instantia, nihilominus ad relationem egregij quondam Senatoris Francisci Cescases, nulla habita ratione dictæ prætensionis, fuit contra dictum Montagut processum ad condempnationem, Actuario N. Sabater. Quæ declaratio postmodum in causa supplicationis extitit in omnibus confirmata ad relationem egregij etiam Senatoris

Hie,

Hieronymi Astor in alia aula, licèt nunquam fuerit exequuta, & ille nunc eadem libertate gaudeat, qua anteà, sed quamobrem, ego ignoro, hac etiam ratione reperio in lib. decisionum manuscriptarum antiquitùs in nostro Senatu factarum † *decisionem* quandam, quæ est in ordine 503. qua declaratum extitit, quòd vbi ageretur pro resistentia commissa contra officialem regium, quia tunc directò instantia pertinet ad dominum Regem, quòd tunc potest procedi cõtra militem ad solam fisci instãtiam, non obstante priuilegio, quòd milites non possint capi sine instancia partis priuatæ, quia illud procedit vbi de sui natura potest ea adesse, & vbi instantia directò respiceret priuatam personam vt priuatam, & non vt officialem regium.

33 Limitatur † secundò dictum priuilegium, vt non procedat quando procedendum contra militem foret in vim alicuius ex regalijs vsaticorum Barcinonæ, & aliarum, quas Regia maiestas exercet in præsenti Principatu: hunc enim processum contra militem fieri posse absq. partis instantia, nemo est qui dubitet, quia regaliæ sunt exceptæ ab omni priuilegio, & exemptione, nisi de eis specialiter dicatur, Mier. in consti. reg. Pet. 2. in 2. Cur. Barcin. c. 54. num. 2. col. 2. fol. 17. qui allegat tex. in c. in generali de reg. Iur. in 6. cum suis cõcor. optimè Micha. Ferrer. cuius dicta seruiunt ad plurima, obseruan. 1. p. c. 11. & 12. nobilis Ludouic. à Pegue. in prac. crim. & ciuil. tit. de erroca. caus. num. 26. & 27. & sæpè sæpiùs tradit Oliba in suo commenta. ad vsat. alium namq. de iure fis. hanc opinionẽ † *seruat* in concusse nostrum Regium criminale consilium, vti ex varijs causis, quas quotidie ibi tractari videmus, experti sumus, quasq. hic referre, seu recensere, laboriosum potiùs foret, quàm subtile in re tam nota, & tradit Micha. Ferrer obseruan. 3. p. c. 422. vers. & eisdẽ prædictis modis. Viden. Oliba de actio. par. 1. in vlt. prælec. §. pœnales num. 55. & 120. ac Cancer. 3. p. var. c. 3. de priuileg. num. 317. & 438.

34 Limitatur tertiò † huiusmodi militum priuilegium, vt nõ procedat in casu constitutionis, com inflgant, quæ est 1. tit. quant sia licit, &c. in 1. vol. consti. quotiens enim vigore dictæ cõstitutionis est procedendum contra militem, tunch procedi potest ex officio absq. partis instantia, probatur hæc limitatio ex his, quæ latè tradit in proposito Micha. Ferrer obseruan. p. 3. c. 422. vbi dicit ita fuisse † *declaratum* de anno 1560. in regio consilio contra vitalem de blanis, Idem dicit fuisse etiã antea † *declaratũ* Cali. de pace, & treug. in 5. dub. vers. sed quero, quę est differentia.

Cæterum hæc limitatio vera nõ videtur, quia nulla ei optima ratio suffragatur, prouti latissimè probat Fer. vbi suprà, cuius dictis nihil addendum censui, postquam ipse manifestè satis huiusce rei veritatem cõmonstrat, & optimis fundamentis corroborat, & signanter respondet ad ea, quæ ex Cali. antea dicebamus, differentiam constituens inter casum nostrum, & eum, de quo vbi suprà agit Cali. & licèt Regiũ consilium in casu, de quo per Fer. in d. obseruã. sequutum fuerit contrariam opinionem, nihilominus tamen non transiuit id absq. contradictione: fuerunt enim Regij consiliarij pares in voto, & propterea ea opinio fuit tunch secuta,

35 quia Locumtenens generalis (qui † votum habet, quando regij consiliarij sunt equales in voto, const. incip. Encara prouehim, è ordenã, tit. de audien. & consil. reg. iuxta formam, & obseruantiam, quam eo tantùm casu iudicandi recepisse dictam constitutionem ex consuetudine & stylo Reg. Audientiæ tradit Ferrer in obser. Guberna. generalis Catha. 1. parte c. 86. vers. & ad memoriam reduco, qui supradictam constitutionem allegat, quæ in noua cõpilatione est 1. sub tit. de la forma del votar, in 1. vol. consti.) concluserit cum tenentibus dictam opinionem, ac proinde nostris temporibus non seruatur ea opinio, sed imò contraria, vti in multis casibus, in quibus vidimus contigisse in Regio cõsilio de hac re disputari, experti sumus regium consilium procedere noluisse in casu dictæ constitutionis, Com instigant, contra milites, & eorum priuilegijs gaudentes absq. partis instantia, sicuti nec etiam ante dictam declarationem, quam refert Fer. vbi suprà, *opinionẽ* seruabat regium consilium, vti apparet ex traditis per eundem Fer. vbi proximè, vers. secundo principaliter, circa fin. & quidem meritò: nec enim ipse video in dicta constitutione verba aliqua, per quæ vel tacitè, vel expressè censeatur huiusmodi militum priuilegium derogatũ.

36 An autem † Regia curia possit compellere eos, ad quos spectat, vt partem, & instantiam faciant aduersus militem, qui contra eos deliquit: dic resolutiuè quòd non, quia regulariter * nemo cogitur accusare, glo. communiter recepta in l. si quis homicidij, verbo, coges, C. de accusa. Dida. lib. 1. var. cap. 21. circa fin. Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 15. num. 5. qui dicit se neq. in sua prouincia, neq. alibi, vnquam contrarium vidisse practicari: quicquid dicat Paris in tract. syndi. vers. accusatus, nu. 7. & vers. an si aliquem accusauerit, num. 2. Bal. & reliqui, quos refert Clar. vbi superiùs, quæ opinio maximè procedit in nostro casu, vbi aliàs priuilegium militũ seruiret de vento, & nihil eis proficeret, si aliàs Regia curia posset partem cogere ad instantiam faciendam, & nos in Cathalonia intrepidè ita obseruamus.

37 Circa † istud priuilegiũ quærit Mier. in allega. c. 27.

ga. c.27.cir.fin. cur. Montiſſ. Alfon. 2. pag. 19. col. 3. nunquid quemadmodum pro delicto per militem in plebeium commiſſo, non poteſt procedi contra militem ſine partis inſtantia, an idem ſit contra plebeium, propter delictum in militem commiſſum, & reſpondet quod ſibi videtur idem in vtroq. caſu dicendum eſſe, per diſpoſitionem totius tituli, quod quiſq. iuris &c. Cæterum id non obſeruatur, ſed imò dicit Mier. quod de facto magis puniuntur plebei pro delicto in militem, quã in alium cõmiſſo.

Circa idem militum priuilegium quærit pulchrè noſtras Cancer. in 3. par. var. reſol. c. 3. de priuileg. num. 43. cum pluribus alijs, nunquid eo gaudeat miles forẽſis delinquens in Cathalonia, & reſoluit quòd ſic, dicitq. ſic ſe intellexiſſe *reſolutum* in Senatu iunctis tribus aulis, † vidi ego deciſiones manuſcriptas egregij olim Senatoris Hieronymi Torner, & poſtea Regentis Regiam Cancellariam, qui deciſ. 50. dicit ſe interfuiſſe huic reſolutioni; quæ facta fuit 13. Feb. 1604.

Iſtud idem priuilegium non ſuffragari in caſibus criminum leſę maieſtatis, & hęreſis, docet nos Oliba de actio. par. 1. in vlt. prælec. §. pęnales. num. 54.

31 Tertium militum † priuilegium eſt, vt ſint de foro, & iuriſdictione domini Regis, & exempti à iuriſdictione Baronum, & Baiulorum Regiorum conſt. 4. tit. de iuris. om. Iud. in 1. vol. conſtitutionum, & in 2. vol. eo. tit. cap. 6. de hoc priuilegio tractat plenè Mier. in d. conſti. 4. quę eſt cap. 45. Cur. Bar. Reg. Pet. 2. anni. 1283. col. 2. & cap. 56. eiuſd. cur. idq; tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, hac ſolùm differentia inter hęc conſtituta, vt in ciuilibus ſubſint nedum domino Regi immediatè, ſed etiam eius vicarijs, vt ex allegatis colligitur, in criminalibus tamẽ nõ 40 poſſunt per alium puniri, quàm per dominum Regem, nec de hoc poſſunt ſe vicarij intromittere, Calici. in vſat. placitum mandetur num. 4. verſ. 18. qui dicit id eſſe ex conſuetudine generali Cathalonię, ſequitur Mier. in d. cur. reg. Pet. 2. c. 56. incip. Item quod nullus miles, quod eſt conſt. 1. ſub tit. de iu. fiſ. in 1. vol. conſti. nu. 9.

Vnde habes quòd quando actio criminalis eſt contra militem inſtituenda ad punitionem 41 corporalem, id quidem eſt faciendum in Cathalonia coram Locumtenente generali, & ſuo Regio conſilio criminali, non corã alio, & ideò cuiuscunq. vicarię ſit miles, cum hoc ſolò prętextu, quòd ſit agendum contra militem, cauſa ſuſcipietur, & ſuſcipi debet per Regium conſilium, prout ſæpè vidimus.

Benè verum eſt quòd cum aliquãdo de hoc agerem apud dominos meos obſeruãtiſſimos, audiui nõ nullos dicẽtes id eſſe ex gratia, quaſi poſſit Rex, vel eius Locumtenens generalis vel cauſam ſuſcipere, vel relinquere vicario quaſi non tenerentur de iuſtitia cauſam in ſe aſſumere, ſed reſpondi, contrarium ex ſupradictis colligi, ex quibus apparet ad ſolum Regem, vel eius Locumtenentem ſpectare militum punitionem.

39 Quod † adeò verum eſt, vt nec poſſit per militem huic priuilegio fori renuntiari, vt pote quia conceſſum ordini, & fauore ipſius, nec non & totius reipublicæ introductum, Mier. in ſupra allega. cap. 45. cur. anni. 1283. num. 12. fol. 24. Antho. Oliba in vſa. alium namq. cap. 3. num. 71. faciunt in propoſito quæ ſuperiùs à nobis nu. 14. circa primum eorum priuilegium, & illius renuntiationem, tradita fuere. Per hæc ego de anno 1604. conſulebam quidam militi, qui vt reus litigauerat coram officiale Baronis, & condempnatus fuerat, opponeret exceptionem fori declinatoriam firmãdo ius, & de iure coram vicario Regio ſuo ordinario, faciendo litteras contentionis in forma ſolita officiali Baronis directas expediri, & cauſam prædictam quoad articulum contentionis iuriſdictionis ad Regiam Audientiam euocari: exiſtimabam enim ſe ibi obtenturum faciliter nullitatẽ proceſſus, & procedimentorum contra ſe in curia Baronis factorum: Cæterum ille quia coram iudice appellationis via ordinaria retractationem, & reuocationem prioris ſententiæ de proximo ſperabat, maluit hac, quã illa, via vti: meã opinionem fundabam in ſuprà traditis quòd milites non poſſint priuilegio fori renuntiare, ac per conſequens nec iuriſdictionẽ porrogare, vnde reſtabat nulla ſemper fuiſſe procedimenta contra militem facta, & per conſequens in quacunq. parte iudicij, etiam poſt ſentẽtiam, ei licuiſſe eiuſmodi exceptionem opponere:

40 Quia † declinatoria fori, quæ reddit iudiciũ ab initio nullum ex defectu iuriſdictionis, quę nec protogari potuit, nec prorogata cenſetur, poteſt quandocunq. etiam poſt ſententiã opponi, & etiam impedit executionem illius ſententiæ, aqua non poſſet alioquin appellari, vti ex Felin. in c. exceptionem nu. 28. de exceptio. & alijs comprobat latè Dida. in prac. cap. 53. num. 2.

41 Nec † obeſt cõſti. 1. & 6. tit. de apella. & nullita. ſenten. in 1. vol. cõſti. quibus diſponitur nõ poſſe de nullitate ſententiæ dici, niſi intra decendium ab illius prolatione, quia reſpondetur ſub dictis conſtitutionibus non compræhẽdi nullitatem, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis iudicis, vt not. Mier. in d. conſti. 1. quæ eſt cap. 14. cur. Reg. Iacob. 2. Ilerdæ celebrata col. 4. num. 8. pag. 73. & conſt. 6. quæ eſt cap. 12. cur. Montiſo. nu. 4. coll. 6. in 2. par. fol. 30. col. 4. & multis comprobat dicens quòd ita communiter eę conſtitutiones intelliguntur, & practi-

cantur

medium ad probandū officiales seccę monetę Regiæ, quos Alcaldes appellam⁹, nō posse, etiā cum iuramento, suo foro renuntiare, & Gutier. per pulchrè de iura.cōsūt.par.1.c.16.num.50. ad aliud militū priuilegiū per hāc rationē Antho. Gom.in l.79.tau.nu.3.& Dida.Perez, quos allegat Gutier.vbi supra nu. 62. licèt ab eis recedat, tenent nō posse nobilem suo priuilegio, de quo antea dicebamus, ne personaliter pro debito ciuili capiatur, renuntiare, etiam accedēte iuramento.

47 Verùm † nos aliud habemus, quo nostram hanc opinionem cōfirmemus: certissimi enim 48 iuris est, quòd qñ Papa, vel Princeps certā cognitionē, aut iurisdictionē sibi reseruat, nō licet partib⁹ alteri⁹ iurisdictionē prorogare, Bellu.in Spec. Prin. rub.23.vers.sed pone, n.9.& 10.Cel. Hug.in cons.46.nu.12.Rolan.à Val.in cons.88. nu.19.vol.1.latè Felin.in cap.cū accessissent nu. † 28.de const. pulchra est Andre. Gail. *observatio* 40.lib.1.omnino videnda. Iacob. Cancer. qui alios refert p. 2.var.resol.c.1.de iurisd.om.iud. † nu.197.vbi dicit ita esse *de mēte Senatus*, vt colligitur ex traditis per Micha.Fer.in allegat. c.15. primę partis obseruā.rege autē,& comitē Barci. reseruasse sibi iurisdictionē in milites hui⁹ principatus, *nemo* sanè negabit, qui perlegerit.c.6. tit.de iurisdic.om.iud.in 2.vol.const. cuius hæc sunt verba. *Attendentes quòd ad nos solū pertinet iudicare, & cognoscere de personis generosis, & non ad alios quemcunq; licèt donatione, vendit. nem, vel alterius generis alienatione fecerimus quandocunq; de aliquibus locis, terris, Castris sub quacunq; forma, vel expressione verborū, cū hæc sint iura regaliarū nostrarū, quę à nobis sunt inseparabilia, & Regię coronę affixa, & ab alijs quibuscunq; impræscriptibilia, quibusq; derogare nō intendimus, per aliqua verba, quomodolibet sint cōcepta &c.* facit p his pulchra dec. Capi. 9.qui n.14.15.& 16.dicit q̄ in reseruatis Principi qñ Rex in priuilegio iurisdictionali apponeret clausulā priuatiuā, vt q̄ alij officiales de certis causis nō possint se intromittere,& qñ constat Principē limitasse iurisdictionē in certis causis, seu personis, nō habet locū prorogatio, p eā, quæ latè ipse in supradictorū cōfirmationē adducit.

Et licet Dida.in relec.c.quāuis pactū 2. p. in initio n.5.teneat posse militē illi priuilegio, ne carceretur, cū iuramēto renūtiare, atq. ita dicit † *decisum* in Granaten.Prætor. quasi q̄ per huiusmodi incarcerationē alicui⁹ militis particularis 50 nō videat ordini ipsorū in vniuersū derogari, ac proindè videatur idē tenēdū in hoc, de quo agimus, priuilegio: Cęterū cū ex supradictis cōprobarū remaneat huiusmodi priuilegiū toti ordini,& in illi⁹ fauorē principaliter esse cōcessū, indè dicēdū, p cul dubio est disparē esse rationē in vno, atq. in alio, q̄ disparitatē admisit etiam isdem Dida.in §.1.nu.8.& 9.circa finē, dicens q̄ si ex renūciatione alicui⁹ priuilegij derogaretur nobilitati in vniuersū, tunc nō foret renūciatio ista admittēda &c. Et q̄ in Cathalonia ex huius modi renūciationibus cēseretur valdè derogatum nobilitati, nemo est qui dubitet, cum omnes probè noscamus quàm sit illis hoc priuilegium charum, quantiq. ipsi illud æstiment.

* Hanc nostrā opinionē comunis praxis in nro principatu admisit, in quo licèt quotidie milites in instrum. quarētigiatis renūtiēt, p̄prio foro cū iuramēto,& se cuicunq. alteri submittāt, nū quam tū videm⁹ eos proindè cōuētos coram officiali baronis. Sed † an saltē consuetudine effici possit vt barones cognoscāt de personis militaribus Thom.Mier.in allega.c.45.cur.reg.Per.2. nu.13.cū sequent. te docebit. Vide si accōmodare his poteris quæ de cōsuetudine, q̄ laycus cognoscat ā cauis ecclesiasticis, docet Azor in instit.Moral.lib.5.c.12.vers. sed obijciunt: Si tñ aliquis miles detineatur captus à Baiulo, vel Barone,& opponitur q̄ nō pōt detineri capt⁹, nisi a vicario, poterit Baiulus, vel baro cognoscere an benè captus sit miles nec ne, quia hæc quæstio tractatur incideter, nō principaliter, Gutier. de iura.cons.par.1.c.16.nu.7.cum sequent.

49 An autē † possit saltē officialis baronis assistere regio officiali iurisdictionē exercituro in domo alicui⁹ militis, siue nobilis, dubitationis est nō modicæ, quęq. plenissimè fuit discussa de an.1604. cora Didaco Clauero Regente regiā Cancella. in supremo regni Aragonū cōsilio,& nunc post hæc scripta in Vicecācellariū euecto vt vilitatore Regiorū officialiū p̄ntis principat⁹ Hieron.Gerar.de Sola,& Andrea Roig doctoribus Regij regni Valētiæ cōsilij, dicto visitatori ad causas visitæ decidēdas, in vim nostrorū iuriū municipaliū, associatis, viris quidē multæ doctrinæ, summæq. prudētię,& tādē de mense † Nouēb. *resoluta* affirmatiuè in fauorē N. Vinyeres Regij alguatzirij, cōtra quē per quēdā equitē huius principatus oblata fuerat accusatio, q̄ ipse vigore quarundā regiarū litterarū a Regia Aud. emanatarū ingressus fuisset domū dicti æquitis, ibiq. cū assistentia cuiusdā officialis baronis iurisdictionem, quā in mādatis habebat, exercuisset, declarando expressis verbis huiusmodi simplicē assistētiā, sine aliquo exercitio iurisdictionis, nō esse prohibitā, q̄ probari pōt ex eo, quod † is, qui assistit, dicitur nihil agere: nō enim ipse est qui iurisdictionem exerceat, nec in actibus illius exercitij nominatur, quē admodū in delictis qui assistit nō ipse occidit, sed assistit occideri, vel liberè occidere possit, & ne illi ex aduerso vis fiat, Iul.Clar. in prax. q. 90. num.8. Damhauder.etiā in prax.c.62.n.8. ac proindè si executor excedit, nō ad superiorē assistētis, sed imò ad superiorem exequentis sit appellatio, Azeuc.ad 4. nouæ cōpila.to.2.tit.1.l.15.num.11.

Pulchrè

Pulchrè Antho.Oliba in vſat.aliũ namq.c.15. n. 45.46.& 47.de iur.fiſ.in cõſt.Cathalonię: vndè cũ nullã iuriſdictionem exerceat tunc officialis Baronis in domo militis ratione dictę aſſiſtẽtię, videtur dicẽdũ nõ eſſe illi prohibitũ in eam ingredi,ſicuti eidẽ etiã ingreſſus permitteretur cu iuscunq.alterius rei,præterquam iuriſdictionis exercendæ,gratia.

51 Meã † in his ſentẽtiã nõ eſt quòd in præſentiarũ declarẽ,ſolũ dico quòd ego partes militis agebã,qui dederat quærelã,exiſtimans nõ modicam ei illatã iniuriã ingrediẽdo domũ cũ officiali Baronis,qui erat omninò incompetens,& non ſuus iudex ipſius militis,videant qui id legerint,quisnam magis foueret ex his iuſtitiam.

52 Pro † totali huius priuilegij intelligentia, & cognitione aduerte q̃ in cur.Carol.5.ann.1542. facta fuit quædã cõſtitutio, quæ legitur in tit. de iuriſd. de tots Iurges,& eſt 20.in ordine,qua ſtatuebatur poſſe animalia,quę tranſeuntia per aliquem terminũ,dampnũ aliquod dediſſent, pignorari per Baiulũ termini prædicti, ad quẽ ſpectaret,& poſſe per eum fieri æſtimationem dicti dampni,licèt ea animalia fuiſſent alicuius militis,nec proindè licere militi declinare forũ: Cæterũ hæc cõſtitutio iam nõ obligat, quia cũ facta fuerit durabilis tantũ vſq. ad concluſionẽ proximarũ tũc curiarũ,licèt poſteà in ſeq.curijs annorũ 1546.& 1553.prorogata fuerit vſq.ad cõcluſionẽ aliarũ curiarũ tunc proximè celebrãdarũ,vti apparet ex conſt.2.& 3.tit.de prorogatio,perpetuatio,&c.quia tñ poſtea in ſequẽtib. an.1564.85.& 99.nõ fuit vlteriùs prorogata, vti apparet ex cõſt.4.& 5.eiuſdẽ tit.& ex c. 1.dictarũ curiarũ anni.1599.ideò ea extincta fuit, nec obligationẽ inducit,vndè hodiè nõ poſſunt de ſupradictis ſe ordinarij intromittere,ſed ſolùm vicarius regius.Hæc volui prænotare,quia cognoſco quendam iuriſperitum alioqui doctum, qui ad iſta non aduertens non multis ab hinc diebus cuidam officiali Baronis vigore ſupradictæ conſtitutionis, quatenus contra animalia cuiuſdam militis procederet,conſuluit.

53 Quartũ † militũ priuilegiũ eſt,vt nõ teneantur lezdã ſoluere de redditibus,ſiue rendes,& rebus ſuis,ita diſponit conſti.3.ſub tit.de vectigal.in 1.vol.conſti.atq.ita *declarauit* R. Audien. prouti refert Micha.Fer.obſeruan. 3. p.c.406.

54 in facti cõtingẽtia de an.1550. Circa † quod priuilegiũ illud nota q̃ illa verba in conſtitutione appoſita, *de rebus ſuis*, intelligũtur,ideſt ad vſũ, & ſeruitiũ propriũ emptoris,nõ cauſa negociãdi,vt aduertit Mier.in d.cõſt.quæ eſt c. 29.cur. reg Pet.2.Bar.celebrata de an.1283.colla.2.n.6.

55 Quintum † militũ priuilegium,q̃ eis cõpetit in iudicijs,eſt,vt in citatione ſint eis dãdi viginti ſex dies ad reſpõdẽdũ,vſat. placitũ mãdetur, & cõſt.1.tit.de dila.in 1.vol.conſtit. tractant de hoc priuilegio latiſſimè practici noſtri gloſatores ſuper eo vſat.& Marquil.ibidẽ, Tho. Mier. c.43.cur.Barc.Reg.Pet.2.an.1283.col.2. & c. 22. cur.montisalb. Reg. Alfon.3.incip.Itẽ ad tollẽdum nu.18.& 19.col.3.fol. 117.& Micha. Fer.3. par. obſeruan.c 134.135.138.& 139.

56 In quibus † locis ſupradicti doctores,& ſignanter Fer.quoſdã caſus fallentiales huius priuilegij adducunt, vt videlicet non habeat locũ qñ miles eſt procurator plebei,& vt talis venit citãdus,qñ eſt tutor,vel curator pupilli plebei, qñ citatur ad cõtinuandã cauſam, vtpotè quia militis procurator deſceſſerit litependente, vel aliàs qñ in vim alicuius inſtrumẽti cẽſualis, vel violarij,vel alterius etiã inſtrumẽti guarentigiati fit citatio militis,quæ per præceptũ de ſoluẽdo ſolet in noſtra Cathalonia fieri,& qñ euocatur cauſa manutenentiæ: in iſtis enim caſibus ſufficit militi dare decẽ dies in citatione, prouti ita *deciſum* fuiſſe in R.Aud. tradit Ferrer vbi ſuperiùs,eaſdẽ ferè omnes limitationes cum quibuſdã ampliationibus tradit nob. Ludo.à Peg. Reg. conſiliarius in prax.ciui.rub. 6. de citatio. ſeu in ius vocan.n. 6. addẽs limitatione prima, noſtrũ hoc priuilegiũ procedere, & locũ tantũ habere in prima citatione,ſecus vero in alijs citationibus,quæ fiunt cũ clauſula,ſi ſua putauerit intereſſe,vel ad cõtinuandã cauſam priùs ceptam,vel ad cauſam appellationis,quia in his caſibus militibus tantũ dantur decẽ dies in citatione,atq.ita dicit ipſe (qui ſtylũ Reg.Aud.à pluribus annis,quib' in ea ſedebat,optimè nouit)

†† † *ſeruari* in concuſſe in d.Regia Audientia.

57 Etſi militi † non ſeruatur huiuſmodi priuilegiũ in citatione,inutiliter, ac nulliter citabitur,iuribus & doctoribus ſuprà citatis: Vnde ſi ipſe ſic inutiliter citatus venerit, & cõparuerit in iudicio opponens exceptionẽ,audietur quidẽ,ſicuti ſi pleraſq. alias aduerſus citationem, quæ admitti ſolet,opponeret,dum tñ eam opponat ante littem conteſtatã,in noſtra Cathalonia intra octo dies poſt oblatũ per actorem libellum,alias de ea nulla poterit *haberi* ratio, quia exceptio dilatoria eſt, atq.ita *deciſum* in Regia Aud.de anno 1535. refert nob.noſter Lud. à Peguera in prax.ciuil.tit.de excep.imped. lit. ingreſ.num.7.amplia.2.

58 Dixi † (ſicuti ſi pleraſq. alias aduerſus citationem, quæ admitti ſolet, opponeret) quia ſunt plures exceptiones, de quibus, ſi opponatur, nulla habetur ratio,ſolùm enim attẽditur an citatus habuerit notitiã nec ne,& tali caſu per cõparitionẽ purgatur omne vitiũ & deffectus citationis,vt docet Ioachim.Mynſinger.obſer.54 centu.4.poſt Van.de nullita.tit.quib.mod.ſenten.nulla deten. poſ. nu.116. Graua. ad Veſtr.in * prax.li.7.c.vlt.nu.32.vbi de cõmuni, quod etiã obſer.90.cent.3.& antea centu.2.obſer.18. ex-

tẽdit idẽ Mynſinger. verũ eſſe, etiã ſi cõparitio facta eſſet ad effectũ dũtaxat excipiendi de illigitima citatione, dicens ſic in camera Imperiali † *obſeruari*, & ſequitur Lancello. de attẽta. 2. p. in præſa. num. *116.* & *117.*

59 Cæterũ † retẽta doctrina nob. de Peg. quòd ſi de exceptione opponatur, ſit de ea ratio habẽda, ex mẽte nr̃i Senatus, inſinuantis, an ſi iſte miles foret minor, dubiũ eſſet, ſi aduerſus omiſſionẽ oppoſitionis huius, aut alterius cuiuscũq. dilatoriæ exceptionis poſſet beneficio minoris ætatis iuuari, & ſic petere in integrũ reſtitutionẽ, qua in re, ne actũ agam⁹, cenſeo ſtandũ eſſe diſtinctioni, q̃ adducit noſter Cancer. lib. 2. var. c. 1. de minor. nu. 272. dicens q̃ aut leſio eſt cõſiderabilis, quæ indè euenit minori, aut nõ, vt 1. caſu cõcedatur reſtitutio, ſecũdo verò, minimè: Quando autẽ leſio dici debeat conſiderabilis, vt locũ faciat reſtitutioni, & q̃n nõ, id poſitũ eſſe tradit in prudẽtis iudicis arbitrio, infiniti penè doctores ad id probãdũ allegãtur à Cancer. vbi ſ. & ab ijs, quos ille refert, quos ego cõſultò omitto, cũ ex eis nullo negotio poſſit huius rei veritas haberi, addendum tñ cẽſeo Vincen. de Franch. præter deciſ. 430. vbi eum Cancer. viderat, deciſ. 282. & 290. dicẽtẽ nõ eſſe differẽtiam inter dilatorias, & non dilatorias, ſed imò inter leſionẽ, & nõ leſionẽ, & ibi adducentem † quid in hoc caſu ſit Senatus Neapolit. *ſequutus.* Viden. Gutier. qui hanc doctrinam ſequitur, in prac. lib. 1. q. 52. à nu. 3. & Anthon. Fab. in ſuo C. lib. 2. tit. 9. de in integ. reſti. minor. diffi. 7. vbi aſſerit † *diffinitũ*, dari reſtitutionẽ minori aduerſus non oppoſitã dilatoriã, quæ poteſt eſſe peremptoria, veluti diſcuſſionis, &c.

Ego hucuſq. nõ reperi Senatũ noſtrũ ſequutum opinionẽ, quòd aduerſus lapſum tẽporis ad opponendũ dilatorias daretur minori in integrum reſtitutio, præterquàm antiquitùs: vidi enim notatũ in margine quarundã antiquarũ conſtitutionũ manu admodũ Reuerendi olim Cancellarij Manegat, quòd de anno 1528. de menſe Iunij ſub die 28. in cauſa Bernardi Vera, † & monaſterij Montiſſerrati *conceſſit* Senat⁹ noſter reſtitutionis in integrũ beneficiũ ad opponẽdas dilatorias, quæ non fuerãt in tẽpore oppoſitæ: ſed quòd imò nõ daretur vidi ſæpi⁹ de † noſtris tẽporibus *declaratũ*, & ſignãter ſic Guiller. Sunyer quondã illi⁹ egregi⁹ Senator facto verbo *declarauit* 17. Nouẽb. 1590. in cauſa vertẽti inter Hiero. de Caſtro, & alios adminiſtratores hoſpitalis Ilerdæ ex vna, & Hiero. & Saturni nũ de Odena, partibus ex altera, ſcriba Iacobus Bas, prouidendo nõ fore dictis adminiſtratoribus indulgẽdũ reſtitutionis in integrũ beneficiũ aduerſus lapſum tẽporis octo dierũ ad reconueniẽdũ, & ad opponendũ exceptiones dilatorias, quia hæc modici ſunt præiudicij, & circa reconuẽtionẽ, iam habebat minor remediũ ordinarium.

Vbi autem de reſtit. minoris erit tractandũ, conſiderare priùs oportebit, an aliquid ſit cum eo geſtum, vel nõ, & ſic an leſio cõtigerit tẽpore minoris: ſi enim nihil cũ eo geſtũ eſſet, nec leſio de ſuo tẽpore contigiſſet, ſed ipſe maiori cuipiã ſucceſſiſſet, qui fuiſſet leſus, tali caſu non foret ei beneficium reſtitutionis in integrũ impartiẽdũ ex l. Æmil. Largian⁹, de minor. Afflic. deci. 212. & Vincen. de Fran. deciſ. 647. ſic ego † de anno 1609. die 13. Mart. *obtinui* cõtra quẽdã, qui volebat ſuũ minorẽ in cauſa ſupplicationis admitti ad probãdũ per reſtitutionẽ q̃ eius pater, qui maior erat, omiſerat probare in prima inſtãtia, quæ cũ eodẽ ducebat, quiq. ſi viueret, nõ poſſet illud in cauſa ſupplicationis probare, putà quia eſſet de eadẽ, vel de cõtraria materia in cauſa primitiua articulatũ, & didiſcita teſtificata, Relator erat egregius Senator Fran. Bonet, partes erant pupilli Graus cõtra Antoniam Mecha & planes, ſcriba Tio. Vide Muſcatel. in pax. ciui. parte 6. glo. in integrum, nu. 12.

60 Aduerte tñ † vt id etiã obiter explicatũ habeas, poſtquã in reſtitutionis in integ. materiã incidimus, q̃ eſſe ſũmè neceſſariũ arbitror, q̃ ſi hic miles impetraſſet veniã ętatis, tali caſu, nulla cõpeteret ei reſtitutio aduerſus illã leſionẽ ſibi in iudicio, vel reſpectu omiſſionis huiuſmodi exceptionũ, aut aliàs quomodolibet cõtingẽ rẽ, l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impet. vbi doctores oẽs: quod tñ † nõnulli intellexerũt procedere tãtũ, q̃n leſio cõtigiſſet ante exhibitas in iu- * 61 dicio litteras veniæ ętatis, fundãtes ſuã opinionẽ, in glo. d. l. 1. verbo, impetrauerũt, quæ clarè dicit, nõ ſufficere ad perdẽdũ beneficiũ, q̃ impetrata ſit, & obtẽta ętatis venia, ſed & q̃ illa etiã ſit iudici notificata: & in l. ea quæ C. de tẽp. in integ. reſti. poſtu. vbi clarè ſtatuit Imper. reſtitutionis in integ. poſtulan. tẽp⁹ ijs, qui ven. æta. impetrauerũt, ab eo tãtũ tẽpore currere incipere, quo Principis indulgẽtia in iudicio cõpetẽti fuerit intimata, q̃ opinionẽ videtur amplexus noſter Senat⁹ dum de an. 1598. ſub die 9. Iun. ad relationẽ egregij Senatoris Hierony. Aſtor, actuario Carmona, in cauſa vertẽti inter Ioannẽ Fran. de Vilamala, & de Conangles domicellũ, & t. Terre agricolã oẽs parrochiæ S. Stepha. de † Baſſo, *declarauit* nõ fore dicto Vilamala denegandã, q̃ implorauerat ad ꝓbãdũ, in integrũ reſtitutionẽ, quãuis veniã ætatis impetraſſet, *ex eo* (& ſunt motiua ꝓuiſionis facto verbo factę) *quia tempore, quo littera dictę venię ætatis in iudicio ꝓductę fuerãt, ſũ dict⁹ Vilam. fuerat leſus in probãdo.*

62 Cæterum † cum idem mihi poſteà contigiſſet diſputandum in eodem Senatu, in proceſſu cauſæ N. Gomar ciuitatis Ilerdæ, contrà Petrũ Marti, & poſt eius mortẽ cõtra Catharinã eius

vxorem

vxorem villæ de çareal,ad relationē vltimò egregij Senatoris Franciſci Mijanila,& Franqueſa,ſcriba N.Camaraſa, conſtanter deffendi ab eo die denegari minori in integrum reſtitutionis beneficium,quo eſt ei venia ætatis cōceſſa, abſq. eo quòd expectāda ſit alia in iudicio facienda litterarū exhibitio,vel etiā iudici cuipiā earū notificatio,primū probabam ex eo quòd d.l.eaquæ C.de temp.in integ.reſti.poſtulan.& glo.in d.l.1.C.de his,qui ven.æta.impet.non loquuntur de notificatione aliqua, quæ fieri habeat iudici,coram quo eſt reſtitutio in integrū poſtulanda,nec tale quid in eis reperitur:ſolùm enim loquuntur de quadam alia notificatione, quę fiebat,ac fieri debebat iudici ordinario impetrantis veniam,de qua in l.2.C.eo. tit.de his
63 qui ven. ætat.impet. qua † diſponitur modus ſeruandus in venię ætatis impetratione,vt primò adeatur Princeps,qui eam concedat, mox iudex ordinarius,cui litterę indè emanatę præſentētur,vt is docto cotā eo de ętate, ac morū probitate,liberam concedat impetranti bonorum ſuorū adminiſtrationē,quam Princeps nō concedebat,ſed ordinarijs remittebat:cum prę multitudine negotiorū,vt dicebat Azo.in ſum. eo.tit.de his qui ven.ætat.impet.nu.1.nō poſſet ā his ſe intromittere:ab hoc igitur die, quo hæc coram iudice ordinario facta ſunt,& non ante, docet Imper.in d.l.ea quæ,incipere currere impetrāti tempus petēdę reſtitutionis, quod clarè indicant verba, *eiq; adminiſtratio rei proprię permiſſa* poſita in d.l. eaquę, poſt illa, *ex eo die, quo indulgentia noſtra in iudicio competenti fuerit intimata*,quibus datur intelligi in terminis illius legis,nō ex die ſolius notificationis, & in iudicio exhibitionis tantùm,ſed à die, quo intimatio ſit iudici facta,& per eum adminiſtratio impetranti permiſſa:& de hac etiam,& non de alia 66
notificatione loquitur glo.allega.in d. l.1. C.de his qui ven. ætat.impet.nec mirum quòd ſit id
64 ita ſtatutum,cum ante † prædictam notificationem,& permiſſionē adminiſtrationis,non dicatur gratia huiuſmodi ſuam habere perfectionē, ex.d.l.2.C.de his,qui ven. ætat. impet.vbi pulchrè id conſiderat Caſtren. Ergo ex his clarè colligitur nihil conſiderationis eſſe quòd fotēt litteræ præſentatę,vel nō in iudicio,in quo quis eſt læſus,ad videndū num ei ſit concedenda reſtitutio,vel nō,imò fortiùs dico(& per hoc probatur ſecundū mēbrū ſuprà in principio factæ reſolutionis)quòd in Cathalonia non ſolū nō eſt neceſſaria hæc,de qua paulò ante loquebamur,notificatio,& ſeu in iudicio litterarū exhibitio ad perfectionē impetrationis, vt dicatur amiſsū reſtitutionis beneficiū,ſed nec alia vlla litterarum præſentatio,ſed eo ipſo quòd veniæ cōceſſio facta eſt,ab eo die incipit currere tēp' 68
ad petendā reſtitutionē pro anteà geſtis,& incipit ita haberi pro maiore impetrans, vt pro poſtea gerendis non cōpetat reſtitutio,quia † ſolēnitas l.7.C.de his,qui ven.ętat.impet. de qua ſuprà diximus, habet locū, niſi id omne quod in ea dicitur de cognoſcendo de ætate, & moribus impetrantis,deq. eidem concedenda adminiſtratione bonorū,fiat corā Principe : nam tunc locus nullo modo fieret eius legis diſpoſitioni:ſufficeret enim tali caſu à fortiori quòd id eſſet coram Principe factū,abſq. eo quòd ad venię perfectionem foret adeundus ordinarius, qui de his ſe intromitteret, pulchrè Anthon. Gom.to.2.var.reſol.c.de minor.n.12. dicens ita practicari:in noſtra autē Cathalonia,venia ætatis nō ſolet concedi forma,& modo præſcriptis in d.l.2.vt Princeps primò eam concedat, mox ordinarius adeatur,corā quo probentur ętas,& mores,& adminiſtratio decernatur, ſed imò totum ipſe Princeps facit cognoſcendo priùs de moribus,& ætate,mox concedēdo veniam, & bonorū adminiſtrationē:Vndè cū perfecta prodeat de manu Principis veniæ conceſſio, non eſt quòd alteri præſentetur ad vlteriorē perfectionē,& per conſequens ab eo die ſuos effectus operabitur plenariè:Sed ſi quid declaratum extitit in ſupradicta cauſa perconteris, reſpondebo nihil adhuc,ſed quomodo ſe res habuerit referā: reperiebā antequā hæc eis proponerē, inclinatos valde ad cōtra meū clientē declarādum regios Senatores,& vix abfuit quin in hoc cōtra me certa die cōcluderetur, acceſſi tamen oportuno tēpore cū his,& petij dubia, quibus cauſa,quæ nimis feſtinabat,tam tardo cepit curſu incedere vt adhùc hodie(& lapſi ſunt plures mēſes & anni ab eo die,quo petita ſunt dubia) declarationem expectemus:vtinā fæliciter, vt ſperamus,ſuccedat.

Sextum,† & vltimū militū priuilegiū illud eſt in nra Cathalonia notiſſimū, & petuulgatū, vt votū habeāt in curijs,quæ per Reges Aragonū Cathalanis celebrantur, probatur tot.tit.de celebrar corts,in 1. vol.conſt. quod vt meliùs intelligatur,& percipiatur,ſaltē ab his, quibus mores,& iura huius patriæ nō innoteſcūt (noſtratibus enim peruulgatiſſima hæc ſunt) operę prætiū exiſtimaui me facturum,ſi aliqua de curia generali, & legibus noſtris municipalibus, quæ in ea fiunt, breuiter pertractarem.

67 Pro † huius igitur rei intelligentia,& cognitione ſciendum eſt, quòd in Cathalonia Rex non facit ſolus leges,quibus ea regatur, ſed ad illas condendas vtitur,& vti debet conſilio terræ ſuæ magnatuum, conſt.1.tit.de vſat. conſti. y altres lleys,ſicuti Imper. in l. humanū C. de leg.in c.1.de prohib. feud. aliena. per Feder. in vſib. feud. & in aucten. habita C. ne fil. pro pat. Ob quod † curias ad poſtulationem pro-
uinciæ conuocat in loco ſibi benè viſo, & quā-

do sibi expedire videtur, licèt antiquitùs præfixa ad id essent certa tempora, vti apparet ex multis constitutionibus tit. de celeb. corts, in 1. vol. const. quæ hodie non seruantur, vti quotidiana experientia experimur: tradit hæc omnia Cali. *in extrauaga.cur.c.3.& 5.* Conuocat (in quam) curias ipse Rex solus,& ipse eis personaliter tenetur interesse,& nequit id per aliũ expedire, probatur plurib consti.tit.de celebra. cur.in 1.vol. consti.benè Cabedo latè de his co*mitijs publicis agens* decis.3.per tot.& signanter num.2.licèt aliquando propter vrgentẽ necessitatem, quia videlicet Rex erat absens in expeditione militiæ, reperiamus eas celebratas fuisse per suam Cõsortem vt illius locumtenẽtem, ex conuenientia,& concordia inter Regẽ, & prouinciam facta, latè Cali.in Marga.fil.verſ. 178.nn.18.*in* 8.dub.& in extrauag. cur.c.4. n.4. Antho.Oliba in vsat.alium namq.c.4.nu.36.& c.10.nu.9.de iur.fil.viden.Belug.in specul.Prin cip.rub.1.num.2. quod tamen rarissimè concedunt Cathalani: bis enim, aut ter tantùm,& nõ pluries factum legimus quòd per Reginam vt Regis locumtenentem ex vrgentissima tamen, & valde necessaria causa, curia celebraretur, quia plurimi faciunt quòd teneatur Rex ipse *personaliter* curijs interesse, si eas celebrare voluerit, vnde meminì quendam æquitem huius principatus valde ab alijs fuisse reprehensum, quòd ipse antequam Potentissimus Rex noster Philippus ad hanc vrbem pro curijs anni 1599.celebrandis accederet, dixisset (nescio quã obtem) Illustrissimo Duci de Feria tunc in hoc principatu Regis locumtenenti generali, in præsentia multorum, non oportere quod sua Maiestas hùc accederet pro curijs celebrandis, sed sufficere quòd ipse eius nomine ipsas conuocaret,& celebraret † quod tamẽ forsan posse fieri per locumtenentem Regis de iure communi procederet, ad tradita per Camil. Borrel. in additione ad Bellug.in specul.Prin. de curia rub.1.in littera L. & Bouadil.in sua polit.lib.1. c.16.num. 134. vbi dicit posse Regem delegare quod est merè personale, atq. ita dicit se vidisse de anno 1593. *committi* Archiepiscopo Cæsaraugustano, vt præsideret nomine Regis in curijs, quæ Aragonensibus tunc celebrabãtur: Nobis tamen, vt diximus, aliud sua Maiestas obseruat. Ad has curias conuocatur tota Cathalonia per tria brachia, seu genera personarum repræsentata, Ecclesiasticum constans ex Prælatis, Archiepiscopo scilicet, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & capitulis cathredalium, Militare, ex Duce Cardonæ, Comittibus, Vicecomittibus, Baronibus,& alijs magnatibus, nec non ex militibus, seu æquitibus,& regale, ex syndicis vniuersitatuum Regiarum huius principatus, Cali. in extrauag.cur.c.4.num.1.& c.6.num.4.quod probat multis constitutionibus tit. de celeb. corts, quæ quia notoriæ,& peruulgatæ omittũtur, Oliba vbi superius c.10.num.7. Quæ † per curiam sic conuocatam decernuntur, accedente tamen Regio assensu, & decreto, vim legis obtinent in Cathalonia, & pro lege seruantur, & aut cõstitutiones, aut capitula curiarum appellantur, inter quæ tamen est differẽtia, vt tradit Mier.in cur.Regis Ferdin. 1. c. fi. Oliba vbi superiùs c.1.nu.16.

Possunt † similiter, nec immeritò leges curiatæ appellari, ad instar curiatarum illarũ legũ, de quibus Pompo.l.c.in l.2.de orig. iur. quę sicut hę nostræ fiebant, & iura municipalia statutaria dicuntur, pulchrè Iacob.Can.var. resol. par.2.c.1.de minor.nu.1. licèt possint etiam ius commune appellari quoad eos, qui sunt *in regno*, vel prouincia, Can. vbi superiùs, qui ad vtrunq. dictum plures allegat, quos nos omittimus, quia quoad nostrũ institutũ, quod longè aliò tendit, sat est hęc renussiuè retigisse.

Quasquidem † leges municipales tenemur omnes sequi in decisionibus causarum, & secundùm eas iudicare,& eis deficientibus, secũdùm ius canonicum,& denìq.in illius defectũ iuxta *ius* ciuile c.40.cur.an.1599. quod idẽ anteà obseruari etiam in Cathalonia, auctor est Micha.Ferrer in lib. obseruan. statim in initio antè prim. par. vndè mirantur aliqui quòd nobilis Ludoui.à Pegue.decis.42.à nu. 5. ius ciuile ante canonicum obseruandum in Cathalonia *dicere visus sit* ad hæc *non aduertens*. Priuilegium igitur hoc militũ, quod tractamus, in eo consistit quòd omnes (præter illos, qui non fuerint ętatis viginti annorũ iuxta nouissimam cõsti.prædictę cur.anni 1599.c.15.) interfint, & interesse possint,& votũ habeãt *in* curijs, quod non contingit in plebeis, qui (nisi sint vel ecclesiastici,& ex ijs nõ omnes, sed ij tantũ, qui fuerint Prælati, vt supra dictum est, vel syndici vniuersitatũ ad id deputati,& specialiter cõstituti) non possunt dictis curijs interesse: Et magnũ quidẽ est istud militũ priuilegiũ,& vnũ ex principalioribus ei statui concessis: In determinationibus enim,† quæ in dictis curijs fiunt, oportet (sic milites existimant) vnanimem, & concordem omnium militũ,& æquitũ cõcurrere voluntatẽ,& cõsensum: vnus enim, aut alter ex ipsis, si dissentiat, nõ pòt determinatio illa vim habere legis,& cõstitutionis: imò pòt vnus solus per suum dissensum, curiã parare, & sistere facere, ne ad vlteriora procedat si illum opponat respectu rerũ omniũ tam gratię, quã etiã iustitię tractãdarũ,& ita vtimur, & practicatur incõcusse.

Cæterum † in quo fundetur istud priuilegium, hoc opus, hic labor est, persępe id à pluribus militibus nostri principatus exquisiui, nemo tũ fuit qui mihi responsum daret: Si enim

ad ius

ad ius commune attendamus, reperiemus pro cuidubio in omni congregatione fat esse quòd consensus accedat maioris partis ad aliquid statuendum, ac determinandum, nec quid operatur vnius, vel etiam plurium contradictio, l. quod maior ff. ad municip. & de incol. l. nominationum, de decurio. lib. 10. C. & c. cum omnes cũ simil. extra de cõsti. pulchrè Vincen. de Francis. deci. 2. per tot. Si ad iura nostra municipalia oculos conuertamus, nullam repetiemus constitutionem, nullum vsaticum, nullam pragmaticã, quæ tale quicquam concedat militibus, & equitibus, quinimò in casibus, vbi oportuit ius nostrum municipale statuere circa modum concludendi in aliqua congregatione, sancijt id fiendum esse ex voto maioris partis congregatorum, adeò vt nihil operetur contradictio vnius, vel alterius ex ipsis, ita disposuit Rex Ferdin. in consti. 3. tit. de la forma del votar &c. in 1. vol. constitu. in conclusionibus, & determinationibus Regij consilij: sed quid in his immoramur? nonne in propria hac nostra materia constitutionem habere videmur 1. sub tit. de vsat. consti. & alijs legibus terræ, expresè disponentem constitutiones Cathalonię fore fiendas de approbatione & consensu Prælatorum, Baronum, militum, & ciuium Cathalonię, vel maioris, & sanioris partis eorundem; Item si priuilegia, quæ sunt non pauca ei ordini, & statui concessa reuoluamus, nullum nobis obuiam ibit, quod de his verba faciat, modo aliquo: Et denique si declarationes quascunq. quæramus, quæ factæ sint in facti contingentia quando in curijs contigit dubitari de hoc articulo, reperiemus procuidubio non paucas factas cõtra pretensionem dissentimentorum; Michael enim Zarrouira V.I.D. & ciuis honoratus Barcinonę in illo lib. quem, Cerimonial de Corts, inscripsit, fol. 18. cum sequent. duo exemplaria adduxit de anno 1547. & 1564. facta, in quibus *declaratum* extitit expresis verbis, non obstantibus aliquorum dissentimentis fore, & esse procedẽdum ad vlteriora in curia tractãda, & quòd dominus Rex potest leges cõdere in hoc principatu cum laudatione, & approbatione maioris, & sanioris partis curiæ, nec esse permissum vni, aut pluribus priuatis, aut syndicis maiori parti contradicere, nec minoris contradictionẽ posse maiorem impedire: hæc, & non alia is doctor in materia tradit, licèt in dicto fol. 18. promisisset de forma, efficatia, & cõsuetudine dissentimẽtorũ integrũ capitulũ ad partẽ facere.

75 In quo igitur fundetur huiusmodi priuilegium, & prærogatiua militaris, non immeritò suprà dubitauimus: etiẽ ne forsan sicuti lex Salica in Francia, fœminas à regni successione excludens, quæ licèt nullibi reperiatur scripta, ex innata tamen, & interna inter Gallos obseruatione ita punctim eo in regno obseruatur, ac custoditur, vt non liceat quidem nec latum vnguem ab ea recedere, prout docet Gallus Bereng. Fernan. in c. vnico de fil. nat. ex mat. ad morgan. contract. num. 8. & non minùs pius, quàm doctus F. Spiritus Roterus ordinis prædica. & hæreti. pravita. Inquisi. in elegãti illo, quę parergum similitudinũ inscripsit, lib. paretgo 2. similitudine 13. de qua tamen lege (curiose) si plura scire volueris, vide Ioan. Ferault in trac. de ius. & priuileg. Reg. Franco. seu lilio, priuileg. 20. per tot. & nouissimè Alex. Rauden. decis. Pisa. 41. per tot. post Dida. practi. lib. vnic. c. 1. ni. 8. An etiam † eius simili lex illa Hæbreorum, 76 de qua Mathe. c. 5. diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, quę licèt nullibi scripta reperiretur, vt docent sancti Patres, & insinuat verbum Domini, auditis, quasi denotantis legem illam per auditum fuisse introductam in animis hæbreorum, non per aliquem legislatorem in scriptis redactã, ita tamen eam hæbrei diligenter obseruabãt, vt necessum fueris quòd Christus de huiusmodi obseruãtia eos redargueret, ac contrarium fieri, quoad inimicos, eius quòd docebat ea lex, districtè præciperet loco superiùs allegato.

Ex his † prætendebat Senatus de anno 1603. 77 posse, ac potuisse extra curiam, & cassata tolli, & submoueri dissensus quorundam militum appositos, dum fieret, quinque capitulis curiæ, interquæ erat vnum augmentum concernens salariorum Cancellarij, Regentis cancellariam, & Iudicum Regiæ curiæ: si enim (dicebatur) nullo iure eis permittitur huiusmodi dissensus apponere, & consequenter nec maiorem partẽ impedire eorum, qui in curijs congregantur, quominùs determinationes, & constitutiones facerent: multo ergo fortiùs eis licebit etiã extra curiam, & aliàs, eos dissensus, & cõtradictiones in casu (vt aiebatur) non permisso, factas, tollere, & submouere: habebãt Felinũ, cui inniterẽtur qui hæc defendebant, is enim in c. cum omnes nu. 26. extra de consti. dicebat † quòd si 78 aliqui de collegio habebant consentire circa actum, qui tenet, sed ab ipsis potest iniurasi, ad hoc vt illa irritandi potestas cesset, possunt ei etiã nõ collegialiter renuntiare, quod fundat in doctrina Bal. in eo. c. cum omnes nu. 18. dicentis quòd si ab aliquibus de capitulo cõtemptis poterat actus validus infringi ratione cõtẽptus, illud vitiũ contemptus, per singulos seperatim purgari potest, quia nõ fundant actũ, sed remouent obstaculum, & actui adminiculãtur, nam si ad fundãdũ actũ venirẽt vt actus cõgregationis, & per congregationem factus diceretur, oporteret id collegialiter fieri, per ea quæ latè docet Surd. cons. 28. à num. 104. cum sequentib. volum. 1. & cons. 313. num. 13. vol. 2.

Sed quia contrarium prætendebant Deputati Cathaloniæ existimantes maximũ prerogatiuæ militari in huiusmodi dissensibus apponendis, inferri prejudicium, si permitterentur tolli extra curias, & exindè robur accipere quæ in eis non potuerant sine huiusmodi dissentimentis tranire, cum eò tunch vsq; (vt dicebant) non fuisset tale quid visum, nec audirum, sed imò totum contrarium, quòd quæ propter dissentimenta apposita non fuerant ab omnibus in curia approbata, vim legis obtinere non poterãt, necessum fuit propter huiusmodi debita, quæ talia, ac tanta fuerant, vt omnibus qui viuimus in prouintia est notum, deferri negotium ad suam Maiestatem, de cuius ordine pro sua benignitate composita postea res fuit eo modo, quo habetur in instrumento indè confecto inter illustrissimum, & Excellentissimũ dompnũ Ioannem Teres Archiepiscopum Tarraconæ, & huius principatus Proregem, & Deputatos eiusdem, die 18. Martij 1603. quod legitur in vol. constitutionum anni 1599. post finem, vt scilicet capitula curiæ, quæ non tranierant sine contradictione, non mandarentur executioni quamuis contradictiones cessassent, post tamẽ curias sublatę, donec super cõtentionibus, quę indè suscitatę fuerant, foret declaratum.

79 Vnum tamen † (redeundo ad nostræ prerogatiuę militaris tractationem) pro eius defensione duximus non omittendum, quòd videatur potuisse optimè ex consuetudine induci quòd ad illam, sicut & ad reliqua omnia, nus militibus acquireretur, qua à tempore immemoriali solitum est semper fieri in curijs, & cõmitijs generalib⁹, quòd milites huiusmodi dissensus ponant tam respectu eorum, quæ gratiã concernunt, quàm etiam eorum, quæ iustitiam respiciunt, & cum eis impediant progressum ad vlteriora, donec illi sublati sint: nec hęc consuetudo ex eo potest dici improbata, quòd videatur esse contra constitutiones Cathaloniæ, quia nulla est constitutio, quæ id prohibeat, nec quòd in curijs ad leges condendas sufficiat consensus maioris partis congregatorum sta-
80 tuat: constitutio enim † prima tit. de vsat. & consti. quam superiùs in contrarium allegauimus, quæq. magis, quàm alia, in his difficultatem facere poterat, nó videtur loqui de maiori parte in curijs congregatorum, quasi cum illis possit Rex leges facere, sed imò de maiori parte Prælatorum, militum, & ciuium Cathaloniæ quoad congregationem, vt scilicet sufficiat maiorem partem ipsorum congregatã esse, vt leges in prouincia fieri possint: An autẽ omnes postea congregati debeant consentire nec ne, nullum verbum in dicta, nec in alia constitutione, benè ergo videntur potuisse hoc ius dissentiendi milites in Cathalonia ex tam anti-
qua, & longeua consuetudine acquirere.

Audiui dum in his versarer, voluisse quo sdã in nostra facultate non modicè peritos priuilegium hoc nostris militibus defendere, saltẽ quoad negocia gratiæ, quamuis aliud posset esse quo ad ea, quę iustitiam concernunt, ne dum ex longeua consuetudine, qua id fieri est semper solitum, sed etiam ex dispositione iuris cõ-
81 munis, dicendo † regulam illam, quod fit à maiori parte in omnibus congregationibus prę-ualet, licèt minori reluctante, non habere locum in his quæ sunt gratię: in eis enim inquiebant sufficere ad impediendum determinationem, vnius, aut alterius dissensum, & contradictionem prout pluribus probat Antho. Padilla in reperi. l. aquã nu. 3. C. de seruit. & aqua, quatenus † adducens rationem, quare ad con-
82 stituendam seruitutem, quandò plures sunt domini, requiratur omnium consensus, nec sufficiat quòd adsit plurium ex ipsis, dicit, id ideò esse, quia huiusmodi concessio, & constitutio seruitutis gratiam cõtinet, allegat præterea tex. in auctẽ. de defens. ciuit. §. ñ. ibi, *nisi cuncta ciuitas reluctante nulla elegerit eum*, col. 3. l. fi. de auctor. præs. & l. fi. ff. de natal. restituen. glo. * magna in c. cum omnes de consti. & ibi omnes & signanter Innoscen. & Felin. num. 17. vers. fallit, Dec. num. 6. Socin. reg. 143. vers. fallit vbicunq. sequitur, & refert Alfons. de Azebedo de curia pisana c. 14. num. 2. in fin. cum ergo (dicebant ij, qui hanc opinionẽ defendebant) *priuilegium nostrorum militum*, de quo tractamus, exerceatur, & exerceri soleat precipuè in rebus, & negocijs, quæ sunt gratię, & eam concernunt, non in his, quę sunt iustitiæ, indè volebant quòd optimè eorum priuilegium dici posset de iure communi fundatum.

Verùm † ipse vereor ne egregij isti doctores decipiantur, quia distinctio, quę fit inter negocia gratię, & negocia iustitię tantùm videtur considerabilis in his, quę spectant ad plures vt singulos, non in his, quę ad plures vt vniuersos, vt non obscurè ex eisdem doctoribus, qui superiùs adducti sunt, colligere licet: sed hæc alijs nos dijudicanda relinquamus, cum nobis satis, superque sit adduxisse quę hùc vsq. in hac materia tradidimus.

Hęc sunt priuilegia, & prærogatiuæ, quæ per nostras constitutiones, & iura municipalia militibus, & æquitibus in nostra Cathalonia, præ alijs, conceduntur, non tamen omnia: plura enim sunt, sed ea tantùm, quæ nos pro aliquali declaratione verbi, Donzell, explicanda proposuerimus: reliqua videat lector apud doctores in discursu huius materiæ allegatos, in quibus nullo negocio eorum omnia priuilegia, & prerogatiuas tam de iure com-

muni

muni, quam etiam de iure nostro municipali concessa, benè enodata reperiet: nobis enim, aliò est properandum, si tamen prius aduerterimus † pro choronide huius materiæ, milites in
83 Cathalonia in dupplici esse differẽtia, alij enim simpliciter dicuntur milites, alij verò suprà ipsã militiam, hoc habent superadditum, vt dicantur nobiles, solentque appellari, ac nominari cum hac dictione, Don, vt don Petrus, quod idem apud nos sonat in lingua latina, quòd nobilis Petrus, & solet pluris æstimari (data aliàs paritate, & æqualitate in antiquitate, & nobilitate generis) militem esse & nobilem, & vocari don N. quàm esse simpliciter militem, non quidem quòd proindè sit inter eos aliqua differentia: non enim nobilis ex eo quòd nobilis, simplicem militem præcedit, nec aliquo alio vtitur priuilegio, vel prærogatiua, qua non gaudeat etiam simpliciter miles, sed quia ita vsus introduxit. In vno †
84 solùm reperio istos nobiles, præ alijs, esse priuilegiatos, in franquitate videlicèt iuris sigilli, quod nõ soluit nobilis si præsens est in curia, vt tradit nobilis Ludouicus à Peguera in prac. ciu. titu. de expen. num. 17. pro quo tamen nihil allegat, sed tantùm dicit ita practicari, vndè dubitari meritò potest vndè ea obseruãtia originem habuerit: forsan a const. 2. titu. de dret de segell: vbi Episcopis, Prælatis, & Baronibus hoc priuilegium conceditur, si præsentes fuerint in curia. In alio tamen † video istos no-
85 biles deterioris esse conditionis, quàm simpliciter milites: non enim admituntur ad regimen ciuitatis, neque ad illius officia honorabilia, maximè in hac ciuitate Barcinonæ, vbi id solet esse in æstimatione, cum tamen ad hæc omnia admittantur simpliciter milites.

86 An autem † huiusmodi militum priuilegia competant generosis hominibus, & de paratico, quorum copiosus præsertim est numerus in Diœcesi Gerunden. per priuilegia regia, & signanter per Ferdin. 2. Regem catholicum nominatum, creatorũ, est quòd hic discutiamus: Breuiter † respondemus quòd nisi ipsi curauerint assumere militiam, quod nos armari milites dicimus, intra annum à die concessionis priuilegij, nihil illud sibi prodest, imò pro non concesso habetur ipso iure: vt disponit constitutio Regis Pet. 3. in curijs Montissõ. anni 1365. c. 23. quæst. 2. sub tit. de priuileg. & immuni: verum est † quod si ipsi reperiantur in possessio-
88 ne militiæ, eis conseruanda est sua possessio, ac in ea manutenendi sunt, donec super petitorio sit ius dictum, & declaratum: prouti *censuit*
†† Senatus 29. Feb. 1572. in fauorem Michaelis Trauer loci de Vsay Diœcesis Gerũden. & rursus die 20 Octobris 1574. in fauorem Antichi Griuer parrochiæ de Mieres, quarum causarum conclusiones auctenticæ exhibitæ fuerunt in quodam processu recursus criminalis interpositi per Petrum Fexes d' Banyoles à quibusdam procedimentis per Reuerendum Abbatem Balneolarum, vt dominum dicti loci, contra eum factis, ad relationem egregij senatoris Ioannis Magarola tunc iudicis Regiæ curiæ, scriba Raphaele Pasqual: ê contra autem, si dominus probet possessionem contra dictos generosos, obtinebit vtique prouti Reuerendus Abbas Balneolarum contra dictum Fexes
† *obtinuit* in dicta causa recursus, 8. Feb. 1602. & anteà etiam contra alios, simili etiam generositatis priuilegio decoratos, *obtinuerat* ad relationem
† egregij senatoris Hieronymi Seniust, die 23. Iulij 1600. vt in eodem processu apparet. Maximum igitur in his, sicuti in reliquis alijs omnibus rebus, est commodum possessionis, vt alias dicebat Imper. in §. retinendæ instit. de interdict. & hanc in casu occurrenti sententiã, quòd scilicèt etiam pendente lite in petitorio super nobilitate, existens in possessione illius debeat in ea manuteneri & conseruari, dicit benigniorem, & æquiorem Ioan. Gutier. in pract. quæst. lib. 1. q. 25. num. 11. licèt reluctente Couar. lib. 1. var. c. 16. num. 11. Otalo. & Mencha. in locis per eum relat. apud quos leges diuersas senatuum hac in re latas *sententias*.

89 Cæterum † an isti generosi, quorum prædecessores fuerunt per priuilegia regia, & plures ex ipsis per regem Ferdin. 2. creati, de quibus suprà loquebamur, quosq; plures esse in Diœcesi Gerunden. diximus, comprehendãtur sub dicta constit. 2. Reg. Pet. 3. vt scilicèt ex eo priuilegium amisisse dicendi sint, quòd iuxta dictam constitutionem intra annum, à die concessionis, militiam non assumpserint, dubitationis est perpulchræ, in qua pro eis facere videtur quod sua ipsorum nobilitas sit naturalis ex sanguine acquisita per suos prædecessores maiori, ac nobiliori forsan titulo, quàm habeãt plures, qui se multum nobiles existimant in Hispania: fuerunt enim isti *qui* (vt Rex asserit in priuilegio) *sua propria sanguine, & stipendijs, ac iactura, & amissione bonorum dum Rex Ferdin. & eius mater in ciuitate Gerunda horum Principatus in grauissima necessitate, & discrimine essent constituti: quando scilicèt in ea ciuitate obsessi erant à quibusdam, vbi* (vt asserit serenissimus Rex. & non nihil tangit Hieronymus Zorita in 2. parte Annal. Coro. Arag. lib. 17. de tempore Reg. Ioan. 2. c. 40.) *ob paucitatem, & penuriam personarum fidelium, grauis imminebat eis perditionis periculũ, sic* (inquàm) *quodam innato amore, & zelo fidelitatis inducti, ipsũ oppidũ illud intrauerunt, ibique strenuè pugnantes defensioni dicti oppidi, & Regum se opposuerunt non recusantes vitæ periculum, vt fideles decuerat, pro Regum seruitio adire* & alia fecerunt, vt in eisdem priuilegijs & annal. Zoritę supra citatis enarratur.

quorum

quorum ratione eos æterno iudico dignos fore fidelium nomine. Nobilitas ergo hæc tam digno, & iusto titulo à maioribus acquisita, dubitari meritò conuenit num in amissione, subiecta sit legibus humanis, ac statutis, & præcipuè nostræ cõstitutioni, quæ facta enarratur propter eos, qui, vt liberi essent, ac immunes à muneribus, & oneribus ciuitatum, & opidorum, in quibus habitarent, tale generositatis priuilegium impetrarunt: Et hæc quidem consideratio non latuit istos generosos, seu à prædictis generosis hominibus descendentes, dum de anno 1510. priuilegiorum suorum confirmationem ab eodem Rege Ferdin. non obstante quòd intra annum armati nõ forent equites, iuxta constitut. petierunt, & obtinetunt dicentes quòd per rationem suprà enarratam eorum generositas, & nobilitas non poterat per aliquos actus ciuiles, & statuta humana deperdi, seu amitti, prouti legere potes in processu supradicti recursus, cuius scriba erat Raphael Pasqual, & in alio processu causæ vertentis ad relationem egregij senatoris Hieronymi Seniust, cuius suprà meminimus, cuiusque actuarius erat Ioseph. Cortes. Hic ego subsisto, nec enim vlterius progredi sinit debitum aduocati munus, ex eo, quòd super hac re inter Reuerendũ Abbatem Balneolarũ, cuius ego sum aduocatus, & dictos generosos in petitorio ducatur causa in Senatu, quæ incepta fuerat ad relationem egregij olim senatoris Hieronymi Torner postea Regiam Cancellariam Regẽtis, scriba Ortoneda: Ego igitur pro nunc nullam circa hæc capio resolutionem, nec prætentionem Reuerẽdi Abbatis alteram iustiorem, nec è contra dico, vlteriori examini negotium remitto: Postquam autem fundamentum prætentionis Abbatis adduxi, quod dixi nasci ex alleg. 2. const. Reg. Pet. 3. quæ est 2. sub titu. de priuileg. & immuni. visum est quod loca insinuarem, ex quibus pars contraria suam fundat prætentionem, vt indè quilibet studiosus dijudicet quis ex ipsis foueat iustitiam, ac cuius prætentio iustior, & æquior sit iudicanda: videatur igitur † Ioan. Gar. Galle. de nobili, glos. 1. §. 1. num. 90 57. & glos. 7. num. 17. & qui ab eo allegantur, & notetur regula iura sanguinis, de regulis iuris, qua cauetur, sanguinis iura perpetua esse, nec vllo iure ciuili perimi posse, & cum his habeat in d omitio patientiam, nec aliud quod declaremus à nobis exquirat.

91 Sed † quid de Ciuibus honoratis Barcinonæ an ipsi gaudeãt priuilegijs supradictis statui militari concessis? Respondetur quod sic, præterquàm quòd non gaudeant priuilegio intrandi curias, & vocem habendi in eis, ex eo quòd Serenissimus Rex Ferdin. 2. in priuilegio eis concesso in villa Montisso. sub die 31. mensis Augusti 1510. expressè hũc casum excepruauit volens eos in reliquis omnibus vti, frui, & gaudere omnibus priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis, quibus verè milites gaudent, & gaudere possiunt, & debent, ac pro veris militibus, & personis de itamento militari censeti, & sine vllo discrimine haberi, & reputari, non quidem perindè, sed pari formiter, ac si quilibet ex eis esset per Regem militari singulo insignitus: Nec † in his Ciuibus 92 honoratis locum habere voluit idem ipse Rex Ferdin. constitutionem Reg. Pet. 3. de assumenda intra annum militia, imò declarauit in priuilegio suprà relato eos non subiacere dispositioni dictæ constitutionis, quinimò voluit quòd licèt intra dictum tempus, vel posteà vllo vnquam tempore militiam non assumpserint, nihilominus dictis priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis fruantur, ac inter milites connumerentur, prout hæc, & alia latiùs in dicto priuilegio Regio continentur. Hinc fit quod in hac Ciuitate Barcinonæ in omnibus, & per omnia isti Ciues inter milites connumerãtur, præterquã quòd ad conuocationes curiarum non admittuntur, nec aliqua alia prorsus inter eos, & milites veros dignoscitur differentia.

Hoc † militiæ, & nobilitatis genus principium habuit à dicto priuilegio Reg. Ferdin. 2. 93 de dicto anno 1510. cuius suprà meminimus, concesso: licèt enim videatur idem Rex præsupponere quòd iam antèà essent huiusmodi Ciues honorati in hac ciuitate, & non obscurè deprehenditur ex vsat. Ciutadans, è Burgeses, sub tit. de iniur. in 1. vol. constit. facto per Raymundum Berengar. Comitem Barcinonæ, qui mortuus dicitur in anno 1076. nihilomin9 in dicto priuilegio fuit inceptum declarari qui dicebantur Ciues honorati, ac qui imposterum pro talibus essent habendi, quóque modo in futurum essent fiendi, ac creandi

Statuit igitur (vt nihil penitùs omittamus, quo alios iuuare possimus) Serenissimus ille Rex in dicto priuilegio, quòd nominati in eo quique sub forma in eodem prælcripta imposterum fierent, & crearentur ciues, & non alij, tales dicendi forent, & priuilegijs, & prærogatiuis potirẽtur, & gauderẽt, de quibus in dicto priuilegio: Forma autẽ creandi istos ciues præscripta à Serenissimo Rege Ferdin. in dicto priuilegio erat, quòd congregati ciues matriculati in libro matriculæ ciuium honoratorum Barcinonę die prima Maij quolibet anno in domo concilij ciuitatis Barcinonæ cum interuentu consiliariorum dictæ ciuitatis (qui tamen in hoc, quod dicendum est, votum non habent, sed solùm assistentiã, præter illos, quos contingeret esse ciues honoratos matriculatos, sicut reliqui) quam conuocationem vult dominus Rex quòd possint facere absque licentia sui, & suorum officialium: conuocati (inquam) isti ciues, & congrega

ti in

ti in dicta domo consilij ciuitatis Barcinonæ hora per dictos consiliarios assignanda, aut saltem duæ partes ex ipsis, tactis inde tribus æqualibus partibus, approbare debeant concorditer, & nemine discrepante eum, qui proponebatur, & si sic erat approbatus, ciuis honoratus efficiebatur, ac inter reliquos in matricula describebatur, si autem aliquis ex conuocatis contradicebat, volebat Rex quòd non posset in matricula describi.

Postea vero hæc forma visa fuit nimis rigurosa quantùm attinet ad illud caput, quo dicebatur, debere concurrere omnes congregatos concorditer, & nemine discrepante in matriculando aliquem in ciuem honoratum Barcinonæ: indè enim fiebat, quòd nemo matriculabatur, & priuilegium memoratũ, ac stamentum ciuium honoratorum Barcinonæ ad nihilum redigebatur, cum valdè difficile esset, imò penè impossibile (ea est humanæ naturæ conditio, vt quod vni placet, alteri statim, & quãdoque pluribus displiceat) quòd omnes concorditer in fauorem alicuius concurrerent, adeò vt à dicto anno 1510. quo concessum fuerat priuilegium, vsque ad annum 1519. nullus ciuis effectus fuisset propter dictam difficultatem, & ideò inuictus Carolus 5. Roma. Imper. suo cum priuilegio Dat. in loco Molendinorum regalium sub die 17. decembris dicti anni 1519. mutauit formam dictæ creationis, ac matriculationis, voluitque sufficere, quòd tres partes dictorum ciuium honoratorum, qui præsentes essent, factis indè de ipsis præsentibus quatuor æqualibus partibus, vota sua concorditer in aliquem dixissent, vt matriculari deberet, & describi inter reliquos ciues: Et hæc forma vsque in hodiernum diem seruatur.

94 Hi † qui sub hac forma meruerint in matricula describi, ac continuari, gaudent priuilegijs omnibus, quæ diximus contineri in priuilegio Regis Ferdin. 2. viràcum eorum filijs, & descendentibus per lineam masculinam tam natis, q̃ nascituris, etiam si emancipati, seu fortisfacti essent, ad quo doctorum stamentum superare se existimãt isti ciues: licèt enim (inquiunt) dum doctores viuunt eisdem priuilegijs potiantur, ac fruantur, quibus ipsi, ad eademque omnia admittãtur, ad quæ ipsi, & signanter in insiculationibus officiorum domus deputationis huius principatus, ac præsentis ciuitatis Barcinonæ (& quidem vix hoc concedere nob. volunt, imò in contrarium pugnauerunt paucis ab hinc annis, contendentes, nescio qua moti ratione, nisi quòd viderent omnia ferè loca in dictis domibus, vt putà plus comuniter habentes fauoris, per dictos doctores in dies occupari, nec vix eis aliquem relinquit contendentes (inquàm) corã egregio viro Raphaele de Rouirola tũc Regio Cancellario, postea verò dignissimo Barcinonẽ si Antistite visitatore bursarum domus dictæ ciuitatis, non posse doctores admitti ad eadem officia, ac eadem loca, ad quæ ciues huiusmodi admitebantur: repulsam tamen passi sunt, & in cõtradictorio iuditio honorifice doctores *vicerunt* † (eorum tamen filios, & descendentes post ipsorum mortem, tali priuilegio non fruituros dicebant, & dicunt, sed imò expirare illud cum illorum morte: Legant tamen † Anto. Fabrum in suo Codice diffinitione 10. sub titu. de dig. & nobil. qui est 28. lib. 9. in tom. 2. probantem huiusmodi priuilegia (de doctoribus in iure loquor: nam de medicis aliud fore dicendum idẽ ipse Fab. docet) ad viduas, & filios doctorum defunctorum transire, vti alibi in glos. V. I. doctorum, retuli, legant (inquàm) doctorem hunc, & forsan ex egregiè per eum dictis deponent errorem, in quo huc vsque versati sunt: Est tamen quod doleamus acriter qui huic tam necessariæ professioni incumbimus, bonoque publico continuò intendimus, contradictionem illam, quàm (vt vulgò dicebatur) nõnulli ciues honorati huiusce ciuitatis (vtinam non essent nostræ professionis, quos licèt ea alat, ac decoret, sitque eis, vt ità dicam, vita, honos, & decus, ac maximum ornamentum, inmemores tamen tanti beneficij, ex quo aliquando obtinuerint eorum parentes ad matriculam ciuium honoratorum Barcinonæ admiti, sic professionem pessundant, sic conculcant eandem, vt dedecori ducant nominari doctores omnimodam in sola illa nobilitate gloriam cõstituẽtes) effecerũt, vt impedirent, licèt absque aliqua ratione, & fundamento, ne debitum sortiretur effectum quoddam singulare priuilegiũ, quod dignabatur sua Magestas in curijs anni 1599. in præsenti ciuitate Barcinonæ celebratis stamento doctorum in iure, vel Põtificio, vel etiam Cæsareo, ad tollendam omnem dubitationem, ac hæsitãtionem concedere, vt priuilegia, & prærogatiuæ ipsorum transirent ad filios, ita vt illi post ipsorum mortem eisdem omnibus priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis gauderẽt, & potirentur, quibus eorum parentes dum viuebant gaudebant, & fruebantur per doctoratum: tunc enim omnis per hoc fuisset sublata difficultas, ac dubitãdi ratio. Sed nos omittamus eos, quibus, & nobis iustam, secundum propria merita, tribuet iustus iudex retributionem.

96 Reperiuntur † in ciuitate Gerundæ ciues etiam honorati, qui an gaudeant priuilegio militari, quemadmodum ciues honorati Barcinonæ, valde dubium est, ego reperio bis fuisse per dictam ciuitatem petitum, primo à serenissimo Rege Philippo in curijs anni 1585. in villa Montisoni, concessum tamen tantum fuit eis. *Que vsen de la merce, que tenien, y que sien conseruats en*

la po-

la poſſeſſio,en que vuy eſtan. Hoc eſt, *Quòd vtantur gratia, quam habeant, & conſeruentur in poſſeſſione, in qua nunc ſunt*, prouti apparet Regio priuilegio indè expedito ſub die 29. Nouembris 1585. Secũdò verò idem ſupplicatum reperio Excellentiſſimo Ioanni Teres Archiepiſcopo Tarraconen.& in hoc principatu Locumtenen.&Capitaneo Generali de anno 1602.à quo id obtinuerunt, prouti conſtat Regio priuilegio Dat. Barcinonæ 14. Auguſti 1602. cuius tamen occaſione cum in dicta ciuitate fuiſſent ortæ quàm plures contentiones, & tumultus,& ſuper eis poſtea compromiſſum in Reuerendiſſimum Raphaelem de Rouirola Epiſcopum Barcinonæ tunc Regium Cancellarium,& Magnificos Ioannem Caſtello Regentem Regiam Cancellariam,Ioan.Gallego, Hieronymum Aſtor,Hieronymum Seniuſt,Franciſcum Bonet, & Iacobum Puigmija Doctores Regij Concilij, fuit tandem cum ſententia arbitrali lata 17.Auguſti † 1604. dictum Regium priuilegium *reuocatum* cauſis,& motiuis in ea expreſis:remanſerunt ita què dicti ciues ſicuti antea erãt abſque adiunctione nouæ dignitatis, ac noui priuilegij, vidi ego proceſſum dictæ cauſæ, in quo ſupradicta continentur, qui eſt penes Hieronymũ Boſch not. & nullum aliud priuilegium ad hoc propoſitum reperi: verũ eſt quod ibi leguntur plures depoſitiones teſtium, qui dicebant eſſe eos in poſſeſſione gaudẽdi priuilegio militari: ſunt item in eodem aliquę creationes in vicaria Gerundæ dẽ ciuibus honoratis factæ, ſunt etiam plures manuleutæ,treugæ,& alia procedimenta coram vicario, & ſubuicario Gerundæ contra dictos ciues cum preſixione termini 26.dierum,ſicuti in militaribus ſolet fieri, facta, & finaliter ſunt in eodem quædam priuilegia militaria diuerſis perſonis ciuium honoratorum Gerundæ conceſſa,in quibus enunciatiuè dicitur quòd ipſi gaudent priuilegio ciuium honoratorum Barcinonæ,quæ omnia indicare vidẽtur gaudere ipſos debere dicto priuilegio: Cæterum ex alia parte reperiuntur in eodem proceſſu plures manuleutæ, treugæ, inquſitiones, & alia procedimenta, cum præfixione termini ordinarij conſtitutionum, facta contra dictos ciues coram baiulo,& ſubbaiulo Gerundæ proprio iudice plebeiorum: Sunt item in eodem proceſſu plures impetrationes particulares Regiorum priuilegiorum, quibus particularibus meritis fuit quibuſdam ciuibus conceſſum, q̃ gauderent priuilegijs ciuium honoratorũ Barcinonæ,quę indicant id ex ſe non habere ſtamẽtum ciuium honoratorum Gerundæ: quid in hoc ſit tenèndum ego non diffinio, quia ad me non ſpectat,ſatis arbitror fuiſſe quod hæc paucula præfatus ſim, quibus cuilibet facile eſt venire in cognitionem huiuſce rei.

97 Quid autem † de Burgenſibus opidi Perpiniani præſentis principatus eſſet dicendum in propoſito de quo agimus,gauderent ne ſcilicèt vel non, priuilegijs militaribus, dubitatum aliquãdo vidi.Qua in re omiſſo,quòd ante curias anni 1599.eſſet,& obſeruaretur,ſeu eſſe,& obuari deberet, quod forſan non eſſet admodum facile his burgenſibus monſtrare, licèt præclarum ſui ſtatus habeant teſtimonium apud noſtrum Iacobum Marquil. in vſat.ciues, & Burgenſes,verſ.ſed quæro. pag.38. col.2.qui de eis loquens in hęc verba prorupit *Burgenſes villa Perpiniani ſunt maiores,& honorati,& gaudent priuilegio huius vſatici,nec non deaurati incedunt, & alijs vtuntur prahemineniijs,ſicut ciues honorati Barcinonæ.*Hoc(inquam)omiſſo,ſcias quòd tempore curiarum dicti anni 1599. Burgenſes prędicti quoddam à Regia Mageſtate impetrarunt priuilegium Dat. Barcinonæ ſub die 13.Iulij 1599. quo eis fuit conceſſum poſſe,& debere gaudere omnibus priuilegijs, gratijs, & prærogatiuis, quibus ciues honorati ciuitatis Barcinonæ, & alię perſonę militares gaudent,vtuntur,& fruũtur,gaudere,vti,frui,poſſunt, & debẽt &c. tàm tempore dicti priuilegij eis conceſſi,quàm poſteà forſan concedendis,excepto quòd non vocentur ad conuocationes curiarum, prouti de ciuibus honoratis Barcinonæ ſuprà dictum fuit, quorum priuilegium ſuprà ennarratum communicatum video iſtis Burgenſibus, ac ferè de verbo ad verbum,ſaltem in clauſulis ſubſtantialibus,in hoc,de quo agimus, eorundem priuilegio tranſcriptum,incutijs quibusdam demptis commiſſis per eum,qui dictum priuilegium ordinauit,ſeu minutauit,quæ non leguntur in priuilegio ciuium honoratorum Barcinonæ quod tranſcribebat,inter quas notabilis eſt, quòd loquendo de ſeruitio facto per dictos Burgenſes deffendẽdo opidum Perpiniani tempore, quo obſeſſum illud erat ab inimicis, dicatur in eo, quòd viribus prętutę fuit per eos deffenſum,& amparatum,quaſi ipſi omnes prætores eſſent, qui viribus prętutę vti poſſent.

Et quia circa dictum priuilegium ſtatim atque fuit conceſſum,dubium extitit ſubortum, nunquid eo gauderent, & gaudere deberent omnes,& quicunque in matricula Burgenſium Perpiniani impoſterum deſcriberentur eo modo, quo antea deſcribi ſolebãt in vim Regij priuilegij,ſeu ſententiæ arbitralis,quæ fuit per ſereniſſimam Reginam Mariam in fauorem vniuerſitatis villę Perpiniani lata ſub die 18.Auguſti 1449.an verò ſolum matriculandi per quoſdam Burgenſes in *dicto* priuilegio nouiſſimo nominatos, cum expreſsè exprimeretur quòd eis,& ab eis matriculandis tantùm dictum priuilegium cõcedebatur, fuit poſteà per ſuam Mageſtatem ſua Regia mens,& intentio declarata

cum

cum alio priuilegio Dat. Madriti ſub die 23. mẽ ſis Decembris eiuſdẽ anni 1599. quòd non fuiſſet ſuæ intentionis dicto priuilegio, ſeu ſententiæ arbitrali Reginæ Mariæ velle derogare, ſed imò, eo in ſuo robore permanente, priuilegia ciuium honoratorum Barcinonæ eis concedere, & qui in forma dicti priuilegij Reginæ Mariæ in poſterum matricularentur, & ſuis deſcendentibus per lineam maſculinam.

98 Fuit item † circa idem priuilegium poſtea ſubortum & aliud dubium, nunquid eo gaudere deberent Doctores V. I. eiuſdem opidi Perpiniani, & eorum filij, qui per diuerſa priuilegia Regia habent, quòd ſint, & habeantur pro Burgentibus dictæ villę Perpiniani: mouebat difficultatem, quòd dictum priuilegium ſolùm cõcedatur nominatis in eo, & eis, qui impoſterũ deſcriberentur in matricula, ij autem nec ſunt de nominatis in priuilegio, nec ſunt in matricula deſcripti, ergo &c. propter quam difficultatẽ ſoliti ſunt plures ex doctorib⁹, qui nunc ſunt in dicto opido Perpiniani ſe à dicto anno 1599. in matricula deſcribi facere ad tollendam omnẽ difficultatem gauderent ne, vel non gauderent vti doctores gratijs, & prę rogatiuis huiuſcè vltimi, & nouiſſimi priuilegij, quod anteà facere non conſueuerant, ſed vt tales vigore priuilegij ſuprà enarrati ſic habebantur pro Burgenſibus, vt nulla inter eos, & verè matriculatos dignoſceretur differentia.

His non obſtantibus ego cenſeo quòd doctores prędicti, & eorum filij gaudent, & gaudere debent priuilegio prędicto, nec opus habent quòd matriculentur, & deſcribantur in matricula, ratio eſt, quia priuilegia conceſſa per Sereniſſimos Reges Aragonũ doctoribus villę Perpiniani, & eorum filijs, ſunt ſub talibus verbis concepta, quæ clarè, ac manifeſtè hanc veritatẽ commonſtrant: Primò quidem principale priuilegium conceſſum per Regem Ferdi. ſub die 27. Maij 1499. his vtitur verbis. *Item per donar forma al conſell general de dita vila Statuim, ordenãy prouehim, de aqui auãt aquell ſia de aqueſta manera, ço es dels Conſols, è de tres mans, major, mijana, è menor, ſegons ſera acoſtumat, en axi que per la major ſia de tots los Burgeſos caſats, ho que auran agudа muller, è matriculats en ſemps ab los Iuriſtes, qui ſeran doctors, ò licenciats, los quals Iuriſtes, perque en la ciutat de Barcelona, è en les altres ciutats de noſtres Regnes ſon collocats en lo ſtament de ciutadans, è, tenguts, è reputats en totes coſes per ciutadans, axi en dita vila volem, è ordenam que de aqui auant ſien tenguts è reputats axi en lo dit conſell apres que ſeran caſats, com en tots altres actes caſats, è no caſats per Burgeſos ſens altra habilitatio, ò matricula ipſo facto, è no res menys ordenam que los fills de Iuriſtes ſien aguts per fills de Burgeſos, tractats en totes coſes com a fills de Burgeſos &c.* Hoc eſt. *Item dando formã conſilio generali dictę villę Perpiniani ſtatuimus, ordinamus, & prouidemus, quòd illud in poſterum ſit, & fiat forma ſequenti, Hoc eſt ex conſulibus, & tribus manibus, ſiuè ſortibus hominum, maiori ſcilicèt, media, & minori, quemadmodum eſſe ſolebat, ſic quòd pro manu maiori ſit, & fiat dictum cõſilium generale ex Burgenſibus, qui ſint, vel fuerint vxorati, & matriculati vnàcum Iuriſperitis, qui doctores erunt, aut licenciati, quos Iuriſperitos, quia in ciuitate Barcinonæ, & reliquis ciuitatibus noſtrorum Regnorum collocantur in ſtamento ciuium, & pro talibus habentur, & reputantur in omnibus, ſic in dicta villa volumus, & ordinamus imposterum haberi, & reputari tam in dicto conſilio, poſtquàm duxerint vxorẽ, quàm in omnibus alijs actibus ſiue fuerint vxorati, ſiue non, pro Burgenſibus ipſo facto abſq; alia habilitatione, aut matriculatione. Et nihilominus ordinamus quòd filij Iureſperitorum habeantur pro filijs Burgenſium, & tractentur in omnibus pro filijs Burgenſium:* Quibus planè verbis datur planè intelligi quòd dictis doctoribus, & eorum filijs competunt omnia Burgenſium priuilegia tam conceſſa iam tempore dicti eorum priuilegij, quàm poſt, quocunque tempore, ex quo dicit † ſereniſſimus Rex velle ſe, eos in omnibus haberi pro Burgenſibus, & filijs Burgenſium reſpectiuè, ex notabili doctrina Bal. in l. omnia num. 3. C. de Epiſcopis & Cler. quem ſequuntur Pan. in cap. fin. extra ne cler. vel mona. Alex. num. 9. & alij in l. 1. ff. de leg. 1. & ibidem pulchrè loquens Rippa num. 5. Ioan. Crot. in conſ. 14. nu. 45. quatenus habent priuilegia nouiter conceſſa ſtudio Pariſienſi cenſeri etiam conceſſa, & communicata ſtudio Toloſano, cui antea fuerat conceſſum quòd per omnia gauderet priuilegijs ſtudij Pariſienſis: benè tamen eſt quòd ad tollendam omnem difficultatem conſulendum ijs foret, quòd matricularentur, ſi id obtinere poſſent, & ita ex abundanti ego facerem, & ſemper conſulerem, licèt non exiſtimem neceſſarium, ex ſupradictis. 99

Maior autem † difficultas verſatur, nũquid dicto priuilegio gaudeant, & gaudere debeant ſoli filij primi gradus dictorum doctorum, de quibus tantùm videtur loqui, an verò etiam comprehendat nepotes? Reſolutiuè dicẽdum cenſeo, quòd licet regulariter appellatione filiorum in priuilegijs ij non veniant, ex doctrina Bar. in l. liberorum ff. de verb. ſig. cum alijs relatis per Antho. Gab. in com. concl. lib. 6. de verb. ſig. concl. 1. nu. 59. hoc tamen non procedit quandò ex tali priuilegio, prouti in noſtro caſu, nullus lædereretur, Alex. in l. etiam nu. 3. ff ſolut mat. ex Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. ita Gab. vbi ſuprà n. 60. 100

Imò † in beneficijs Principum, quę decet eſſe mãiura, quæque propterea ſui natura perpetua cenſentur eſſe, iuxta l. beneficium, de 101

conſt.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

const.prin.& reg.decet,de regu. iur.in 6. tenet intrepidè Ioan.Gutier.in prac.lib.2.q.92. nu.4. appellatione filiorum nepotes semper venire.

102 Et † nedùm nepotes cõprehendit hoc priuilegium,sed & pro nepotes, & reliquos descẽdentes in infinitum: talis enim fit interpretatio in beneficijs Principum, Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum, num.39.de constitu.& in cap.1.vers. & si clientulus, nu.6.de alie. feud. Alexan.in l. gallus §.instituens nu. 8. ff. de lib. & posthum. cum alijs, quos refert,& sequitur Mar.Anton. Nat.in cons.64.num.13.adde Gutier.vbi suprà, conducit quod docet Alex.Raud.decis.pisa.32. num.319.& 334. dicens in fauorabilibus appellatione filiorum venire nepotes,& alios descẽdentes,pulchrè Gasp. Thezau. quęstio. toren. lib.1.q.91.& 92.per tot.

103 An autem † hoc idem priuilegium censeatur concessum quibuscunque doctoribus in villa Perpiniani commorantibus, vbicunque graduati sint,an verò solùm ijs, qui gradum in vniuersitate dictæ villæ receperunt,vbicũq; cõmorentur, dubitatum quandoque vidi, & signanter per quendam satis eruditum aduocatũ, qui extra villam prędictam commorabatur:existimabat tamen se, & filios suos gaudere dicto priuilegio ex quo gradum in ea vniuersitate receperat, propterea quòd ità sibi tunc dictũ fuisset aquibusdam doctoribus eiusdem villæ: Consultus tamen ego super hoc casu respondi,quòd solis Iurisperitis hoc priuilegium competebat, qui in villa Perpiniani commorabantur,& suum domicilium faciebant vbicunque graduati essent,& non ijs,qui gradũ in dicta vniuersitate recepissent, ex eo q; ibi recepissent,ac per consequens non posse eo gaudere extra eã villã cõmorantes, etiã si doctores essent per illam vniuersitatem, vel etiam ex eadem oriundi:mouebar,& moueor,quòd non videam priuilegium concessum vniuersitati, seu Collegio Doctorum,sed imò vniuersitati hominum dictæ villę,& sic illis tantùm hominibus, qui sunt de vniuersitate: tales autem non sunt nisi qui in ea habent domicilium, & habitationem, ergo,&c.

Et licèt filij dictę vniuersitatis videantur dè iure gaudere debere dicto priuilegio vbicunq; habitent cum dici debeant doctores villę Perpiniani,de quibus priuilegium loquitur,cum †
104 ciuis propriè dicatur is, qui est loci originarius ex traditis per Caldas à Pereyra in toto illo cõsilio edito pro nobili Ioanne de Tassis, quod legitur in fine repetitionis l.si curatorem habens C.de restitut.in integ. Nat. in cons. 139. & Andreã Gayl. obserua. 36. lib. 2. post Afflict.& ibi Vrsil.decis. 384. & alios, qui ab eis allegantur, nihilominùs omitendo dictam difficultatem, quæ in nostro casu necessaria non est quòd discutiatur, cum sine ea possit haberi certa nostrę quæstionis resolutio, dico quòd ex eodem ipso priuilegio clarè colligitur loqui Serenissimum Regem Ferdin. de solis doctoribus habitantibus,& domiciliatis in villa Perpiniani,quibus priuilegium concedere voluit, & non de alijs: Ad quod notandum primò est,prętet id, quod suprà in fauorẽ huius opinionis tam aliàs consideraumus,quòd in dicto priuilegio agitur đ illis Iurisperitis,ex quibus confici debet cõsilium generale dictæ villę Perpiniani, quique cum Burgensibus efficiunt in dicta villa manũ maiorem, quibus tributum fuit priuilegium quòd haberentur pro Burgẽsibus cum eorum filijs: hos autem constat non posse esse nisi incolas,& domiciliatos in dicta villa, quia consilium non conficitur ex extetis,ergo,&c.

Habet item eadem vniuersitas villę Perpiniani & alia priuilegia de his loquentia,quibus id clarè datur intelligi:adest enim priuilegium, seu sententia Reginæ Marię,de qua superiùs loquuti fuimus,quæ fuit lata 18.Augusti 1499. in qua in quodam capitulo dando formam consilio generali, statuit illud conficiendum pro manu maiori ex Burgensibus,& Iurisperitis dictæ villę vt Burgensibus, qui forte extrahantur ex collegio Iurisperitorum eiusdem villę per Priorem illius,postea addit quòd si aliquis Iurisperitus aliundè venerit ad habitandum in dicta villa, ponatur eius nomẽ cum alijs in archa, seu capsa collegij Iurisperitorum, vt æqualiter cum illis concurrat in sorte prędicta,postquàm tamen habitauerit in dicta villa per quinque annos, & fuerit vxoratus &c. Quæ sanè si non indicant dari priuilegium Iurisperitis ratione habitationis, non video ego quomodo clariùs dici in priuilegio potuisset.

Alia sunt etiam priuilugia,prętet supradicta, vniuersitati villę Perpiniani concessa de his tractantia, ex quibus idem probatur, quæ ego,ne inutiliter membranas repleam, consultò omitto postquàm ea omnia cum his,quæ suprà retulimus,legi possunt,acà quocunq; videri in processu causę vertentis in Regia Audientia ad relationem egregij Hieronymi Torner tũc illius doctoris,postea autem in eadem Regentis Regiam Cancellariam inter Burgenses villæ Perpiniani ex vna,& syndicum eiusdem villæ,partibus ex altera,sciba Ortoneda.

Aliæ sunt in Cathalonia ciuitates, & opida quæ priuilegia etiam habent pro suis ciuibus, & populatis certi generis, quibus simili modo concessum est quòd gaudeant priuilegijs ciuiũ honoratorum Barcinonæ, & Burgentium opidi Perpiniani, sed eas omitto: non enim possũ de omnibus agere, sufficiat quòd ex suprà traditis facile sit in omnium, quæ dicenda forent, venire cognitionem perfectam.

In supra-

In supradictis omnibus, melioris sunt condi
tionis milites, & qui eorum priuilegijs gaudent
plebeis, in alijs autem particularibus quibus-
107 *dam casibus, maximè secundum nostra iura*
patriæ, deterioris sunt illi conditionis, quàm
isti.

Inter eos † non infimum tenet locũ quòd
105 *prohibentur possidere immobilia, & redditus*
in terris Baronum, si illi nouiter à Rege creen-
tur, cum essẽt vassalli alicuius Baronis, nisi fuis-
sent in exercitu, in quo personaliter sua Mage-
stas fuisset, imò tenentur taliter milites creati
intra annum ea bona vendere, & alienare, aliàs
applicari deberent domino territorij, prouti dis-
ponit priuilegium Regis Ferdin. 2. Dat. Montis-
soni 2. Septembris 1510. & habetur in 2. volum.
constit. tit. de priuileg. militar. cap. 5. incip. Item
108 *molt alt.*

Cuiquidem Regio priuilegio licèt nostras
Cancer. in 3. parte var. resolut. quę nuper post
hæc scripta, prodijt in lucem, in ca. 5. de priuile.
& rescrip. numer. 312. tribuat binas declarationes
†† *in nostro senatu diuersis temporibus factas, al-*
teram quidem contra Petrum Castellarnau de
la Bastida militem, alteram verò cõtra Bene-
dictum Bassedas Burgensem villę Figueriarũ,
quarum nos paulò infrà ad aliud meminimus:
Cancer. (inquam) existimat, in vim dicti priuile-
gij Regij factas fuisse declarationes prędictas,
verùm si contextum earum legeris forsan me-
† *cum conuenies, quòd non fuerit is casus decla-*
ratus, sed alius, de quo infra dicetur: benè igitur
eas declarationes considerabis si quãdo illis ad
propositum vti volueris.

106 *Circa hoc priuilegiũ † nihil est annotemus,*
prętereaquàm quòd existimamus illius dispositio-
nem quãtumuis sit aliàs stricti iuris, comprehẽ-
dere nedum milites armatæ militiæ, sed etiam
milites inermis militiæ, de qua loquitur glo. in
l. diuus, verbo, militarem ff. de Fer. & Imper. in
l. his quidem, qui milita. post. vel non, lib. 12. C.
hoc est, eos quibus conceditur quòd gaudeant
priuilegio militari, ex eo quòd priuilegium prę-
† *dictum post verba, Nofassan Canallers, hoc est,*
non faciant milites, postea addit, ni tribuescan, ò cun
sentan priuilegi, ni orde de militia ha algun home,
hoc est, nec tribuant, aut consentiant priuilegium,
nec ordinem militiæ alicui homini, qui &c. Et post
verba, sera fet Canaller, hoc est, fuerit factus miles,
addit, ò dat priuilegi, ò orde de militia, hoc est. aut
datum priuilegium, aut ordo militiæ, quæ sanè ver-
ba satis, meo iudicio, clarè iudicant com-
109 *prehendere voluisse Serenissimum Regem ne-*
dùm veros milites, sed & quoscũq; etiam alios,
qui militum priuilegio gauderent, & est ratio,
quia æquè per vnos, atque per alios fit præiu-
ditium Baronibus, quod fuit consideratum in
impetratione dicti priuilegij, de cuius interpre-
tatione agimus, atque ita ego aliquãdo in facti
contingentia respondebam.

Adnotamus † secundò circa idem priuile-
107 *gium, de quo aliàs in facti cõtingentia vidi du-*
bitari in hac ciuitate, nunquid illius dispositio
habeat locum in bonis alienari prohibitis, hoc
est an illa possint, & debeant vendi in terminis
dicti priuilegij, vel domino applicari, qua de re
vide Iul. Clar. in prax. crim. §. fi. quæst. 78. versi.
Item quæro, & ibi Bayar. in additione a num.
24. cum pluribus sequent. latè Pet. Anthon. de
Pet. in tracta. de fideicom. quæstio. 8. num. 110.
cum pluribus sequent. & num. 255. 388. & 389.
latissimè Farina. de delic. & pœn. quæstio. 25. a
num. 22. cum mult. sequent. tom. 1. suorum ope-
rum.

108 *Secundus casus, † in quo in hac prouintia*
sunt milites, & qui eorum priuilegijs gaudent,
deterioris conditionis, quàm plebei, est quòd
non sunt habiles ad possidendum bona, quæ
teneantur sub directo, & alodiali dominio al-
terius, tùm propter seruitutes, ad quas domino
directo dictorum bonorum tenentur, & sunt
stricti eorum possessores simul cum sacramen-
to, & homagio, tùm etiam quia solita sunt hu-
iusmodi bona stabiliri à principio rusticis, &
plebeis, ac infimæ conditionis hominibus, &
suis consimilibus: quales non sunt dicti milites,
& eorum priuilegio gaudentes, Ob id die 18.
† *April 1556. fuit in nostro senatu declaratum ad re-*
lationem egregij tunc senatoris Bernabæ Setra
cõtra Petrũ Castellarnau, aliàs de la Bastida, ex
quo esset domicellus, & de genere militari, nõ
fuisse personam habilem, vt in eum legittimè
transferri, seu transportari potuisset mansus de
la reula per rusticos, & homines plebeiæ con-
ditionis possideri solitus, qui tenebatur sub di-
recto, & alodiali dominio Prioris de tribus põ-
tibus &c. ideò fuit condempnatus ad alienan-
dum in personam habilem &c. Est hæc declara-
tio inserta in processu Abbatis Balneolarum
contra Benedictum Bassedas de quo infrà. Idẽ
† *ego postea sub die 24. Octobris 1605. vidimus, in*
eodem senatu pro Reuerendo Abbate Balneo-
larum contra Benedictum Bassedas, qui in cu-
tijs anni 1599. creatus fuerat Burgensis villæ Fi-
gueriarum, & posteà successerat in quibusdam
mansis sitis intra Abbatiatum Balneolarum,
qui tenebãtur sub directo, & alodiali dominio
dicti Abbatis, relator erat egregius senator Ia-
cobus Puigmija, scriba Cesilles.

109 *Nec † in hac vltima causa, quam ego patro-*
cinabar pro Reuerendo Abbate Balneolarum
fuit habita ratio de firma, & laudatione domi-
nij rationc, vel alijs concessionibus factis in fa-
uorem prædecessorum dicti Bassedas, & suorũ
successorum, quasi inde dici debuisset non po-
tuisse personam dicti Bassedas nouæ successoris

reprobari,

reprobari, quæ iam aliàs approbata veniebat per antiquas concessiones, & seu laudationes sub nominatione successorum, quia fuit dictũ huiusmodi concessiones, seu laudationes factas intelligi, ac intelligendas esse in fauorẽ successorum aliàs habilium, non autem in fauorẽ eorum, qui inhabiles reperiuntur cum succedit casus, prouti, præterquàm quòd verba, & suis cõsimilibus, quæ anteà põderabamus id satis clarè demonstrãt, Senatus etiã noster † *approbauit, & declarauit* in terminis, referente egregio olim Senatore & postea Regente Regiam Cancell. Francisco Descamps, sub die 12. Decembris 1594. in causa Syndici, & procuratoris Confratrię Sartorum ciuitatis Barcinonæ, contra procuratorẽ fiscalem baiulię generalis Cathaloniæ, vidi conclusionem in Archiuo Regio in lib. conclu. illius anni. Et cum his finem huic glos. facimus.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta à patre filio in potestate constituto non valet.*

2 *Georgius Viennen. insectatur quòd integram columnam Eman. Suar. eius suppresso nomine, transcripserit.*

3 *Donatio vniuersalis omnium bonorum præsentium, & futurorum non tenet.*

4 *Donari non potest filijs non natis, sed contra est, num. 12.*

Primi genium non potest conferri collegio, quod nondum est, ibidem.

Donari non potest monasterio, quod nondum est constructum ibidem.

5 *Donatio sine affectu, & animo accipientis non consistit.*

6 *Donatio facta à patre filio in potestate constituto fauore matrimonij tenet, & num. sequenti, vbi decis. senat. Sabuf.*

7 *Socin. an fuerit auctor libri regularum, & fallentiarum iuris, vertitur in dubium.*

8 *Donationes à patre in filium in potestate constitutum collatas fauore matrimonij, generaliter confutando approbat.*

9 *Pactum de succedendo absque iuramento sit validum ex consuetudine.*

10 *Donationes, quæ fiunt fauore, & contemplatione matrimonij pars, & portio censentur esse illius.*

11 *Donatio vniuersalis cum reseruatione valet.*

12 *Acceptatio in donatione nõ est necessaria, nisi respectu contrahentium, non respectu tertij.*

14 *Iuramentum facit valere donationem sine acceptatione.*

15 *Iuramentum operatur vt per illud queratur actio omnibus quibus interest, etiam si sint absentes, & vbi decis. senat. Neapol.*

16 *Iuramentum importat idem quod stipulatio notarij, & quòd donatio nullatenus reuocari valeat, & vbi decis. senat. Pedemon.*

17 *Notarij, & parentis stipulatio facit valere donationem sine alia acceptatione.*

18 *Donatio acceptata per patrem, vel notarium nomine donatarij absentis, an suspensa interim maneat, vt reuocari possit donec acceptetur.*

CLAVSVLA. IIII.

Primo dicti N. & N. Pater & mater dicti N. filij sui &c.

1 HÆC † Clausula donationis materiã continet, arduam, & profundam, vti ex eius inspectione apparet, quam licèt nos in explicatione singulorũ verborum illius longè, latèque per sua mẽbra principaliora prosequi intẽdamꝰ, nihilominꝰ in hac præfatione, vt aliqualis cognitio eorum omniũ, quæ in dicta clausula continentur, ante explicationem singularum illius particularum habeatur, hæc pauca præfari libuit.

Donatio igitur hæc, qua de agimus ex triplici præsertim capite videtur non sustinenda.

2 Primò † quidem quia facta à patre filio in illius potestate constituto, iuxta tex. in l. donationes, quas parentes C. de dona. inter vir. & vxor. l. 2. C. de in offi. dona. l. Pomponius Philadelphus, ducto indè argum. ab special. ff. Fam. Ercis, ornat latè Menoch. de presump. lib. 3. præsump. 19. num. 1. cum alijs per eum relatis, & de arbit. iudic. lib. 2. Centu. 2. casu. 132. Iacob. Can. var. resol. 1. parte cap. 8. de dona. num. 51. cõmunẽ dicunt Ioan. Cror. in l. frater à fratre. ff. de codi. indeb. Iul. Clar. de dona. quæstione 8. in prin. Fran. Viui. in comu. opin. verbo, donatio lo. 2. Eman. Soar. à Ribey. in Thesau. recep. senten. verbo, donatio à patre in filium, nu. 194. & nouissimè Geor. Viennen. in prima parte suorũ Schematis. seu tabul. in 4. lib. institu. titu. de dona. num. 13. pag. mihi 299. qui tamen † tacito nomine, integram columnam scriptorum Eman. Soarez vbi supernus de verbo ad verbum fidelissimè transcripsit, nisi dicamus ipsum potiùs Eman. à Viennen. suam columnam mutuasse ne forsan si postea contingeret librum hunc ab ipso Viennen. videri, is pro sui honoris defensione numerando puncta, & horas, quibus ambo scripserunt, posset nobis ostendere falsò se furti accusatum, cum imò ipse Eman. ea accusatione dignus foret, sicuti in casu similis accusationis fecit Fran. Viui. dec. 399. num. 19. verũ certè in dubio qui scripta legerit Eman. Soar. & huius Viennen. licèt ignoret quis eorum priꝰ scripserit, facilè dijudicabit esse verum quod

nos

nos in principio huius breuis digressionis diximus, Iacob. de Carolis praxis iuridicæ to. 1. quã gemmatum pauonem appellauit, Colore 9. n. 30. Tiber. Decia. qui hãc sententiã indubitatã, & communẽ appellat, in respons. 74. n. 1. vol. 2.

* Secundò quia † vniuersalis omniũ bonorũ, ad
3 * communiter notata per Doctores in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. &
4 in l. fin. C. de pac. per ea iura. Tertiò, (& † hoc quoad filios donatarij, in quorum fauorẽ concepta etiam fuit donatio) quia nõ videtur fieri posse donatio ijs, qui nondum nati sunt, argu. tex. in c. ad audiẽtiã 2. illius nominis, & ibi glo. verbo, non possumus, de Eccles. ædifi. vbi collegio, quod nondum est, priuilegium conferri non posse, desciditur, & tex. in c. Abbate sanè, de re iud. in 6. vbi donationem fieri non posse monasterio, quod nondum constructum est, statuitur: quod videtur probari hac satis vrgenti ratione. Namque † donatio sine affectu, & a-
5 †† nimo recipientis nõ consistit, l. in omnibus 54. ff. d act. & oblig. *In omnibus rebus* (dicebat l. C.) *quæ dominiũ transferunt, concurrat oportet affectus ex vtraque parte contrahentium: nam sine ea venditio, sine conductio, sine alia qualibet causa contrahẽdi sit, nisi animus vtriusque consentiat perduci ad effectum id, quod inchoatur, non potest.* adeò vt disputatũ sit in l. 3. C. de acquir. possess. & in l. si quis 26. C. de dona. an infanti emancipato, cuius affectus nullus est, vtiliter donaretur: nascituris autem nullum esse affectum, nec animum, nemo nõ videt. Propter has & alias rationes Fran. Othoma. obserua. lib. 4. inductus fuit ad credẽdum donationem fieri non posse his, qui non-
6 dum nati sunt. Cæterum † (& tollitur primum contrariũ ex quo facta fuit hæc nostra donatio fauore, & cõtẽplatione matrimonij de proximo contrahẽdi, valida est omninò, latè Guid. Pap. in decis. Parlam. delphin. q. 145. per tot. vbi Ranchin. in addi. Cassane. in cõsuetu. Burgũ. tit. des droits & apparents in rub. n. 36. Boer decis. 169. n. 10. latè Nat. in cons. 609. n. 3. Rolan. à Vall. in cons. 44. n. 1. & in cons. 70. n. 3. vol. 4. & alij p eos
7 relati, Socin. in lib. regul. (si tñ illius † libri ipse auctor fuit, de quo dubitat Neuis. in silua nup. pag. 88. in antiq. & Tiraquel. de retrac. cõsan. §. 1. glo. 1. n. 142. & §. 35. glo. 4. n. 20. & alibi sæpè, & purè negat Socin. Iun. in cons. 24. lib. 3. asserens audiuisse à patruo, falsò sibi fuisse eum librũ ad scriptũ, vt refert Ieder. Scot. respons. 5. n. 2. & 3. tom. 1 lib. 5.) in verbo, donatio facta à patre filio, fallen. 6. n. 103. Nauar. in manu. c. 17. n. 145. plenè Crot. in l. frater à fratre in q. 12. in 1. limit. nu. 71. ff. de de condic. indebiti, Tib. Decia. in cons. 31. n. 69. & cons. 41. n. 22. vol. 1. prac. noster Marq. in vsat. auct. & rogatu pag. 219. col. 2. Vin
† cen. de Fran. decis. 436. nu. 5. ita *decisũ* in senat. Sabusia. refert Auro. Fab. in suo Codice lib. 8. tit. 34. de dona. diffi. 1.

8 Quæ † scribentium tradito maxime robora-
* tur generali consuetudine, & cõmuni obseruãtia, quæ huiusmodi donationes semper approbauit, fouit, ac fomentauit, de qua attestatur Guid. Pap. in allega. decis. 145. n. 2. Nat. in d. cõs. 609. n. 3. circa mediũ, & Rolan. à Vall. in cõs. 70 n. 4. vol. 4. & alij per eos relati, optimè in simili Bal. in l. pactũ ꝙ dotali C. d. coll. in 2 oppositio-
9 ne ante nu. 1. vbi dicit † propter consuetudinẽ fieri validũ pactũ de succedendo absq; iuramẽto; eandem cõsuetudinẽ in Regno Neapolis, vigere asserit Vincen. de Franc. decis. 436. nu. 5. id quod nos etiam attestari possumus in nostra Cathalo. obseruari intrepidè, quippequi nõ-
10 tempore mille id gen^s donationes factas, & quotidie fieri, nunq; tñ de earũ, propter id, validitate dubitatũ, aut disceptatũ, imò sæpissimè in arduis, & grauissimis causis circa eas (ad aliud tñ) motis, & agitatis, pro earũ validitate fuisse à celebri senatu, *iudicatũ*, & audierimus, & viderim^s, cui^s traditionis ratio † ea est elegans, ꝙ huiusmodi donationes, vti ex Guid. Pap. in d. decis. 145. & Bereng. Fernan. in repiti. c. vnici de filijs nat. ex matrim. ad Morgan. contrac. c. 6 preludiorũ n. 2. circa finẽ, & alijs docebim^s, in inferiorib. pars, & portio cẽsẽatur esse ipsius contractus matrimonij, & cõfundãtur cum toto ipso cõtractu, & fingantur esse vnus cõtractus, vnde cũ contractus dotalis valeat fauore matrimonij, & donatio pro dote à patre filio facta, iux. tex. in l. Põponius philadelph. ff. fam. Ercis. quæ ratio suadere potest quòd huiusmodi donationes, quæ à parentibus filijs fiunt cõtẽplatione matrimonij, cũ naturã cõtract^s matrimonij, cui cohærẽt, reti neãt, ad nota. in l. etiã ff. d inoffi. testa. l. Marcellus, d dona. causa mortis, & seruãda sit omnino inter istos æqualitas, ad l. illud §. ad hæc C. d colla. l. fi. C. vtriusq; iudi. maximè in cõtractibus dotalibus, vt in auctẽ. d æqual. dot. in rub. & in nigro, & quorum occasione parentes videntes huiusmodi donationes genẽris futuris fieri, solẽt, vt plurimũ, ampliores dotes filiabus, quas illis tradũt, constituere, quæ (inquam) ratio suadere potest ꝙ huiusmodi donationes inualidę, & vitib. carere dicantur: certè ex huiusmodi in æqualitate filię nupturæ patrẽtes egregiè decipe rẽt, merito igit^r ab ónibus approbatur hæ donationes: & hæc est vna ex falẽtijs regulæ, quæ docet, nõ valere donationẽ à patre filio, in eius potestate cõstituto, factã, vti inferiùs trademus.

11 Ad secundũ † cõtrariũ facilis est respõsio, ꝙ in hac donatione iã fuerit facta certa reseruatio ad testãdũ, vndè licet vniuersalis sit, nõ propterea de iure improbatur, imò per dictã reseruationẽ omninò sustinetur, quia tunc cessat ratio prohibitionis, Bar. in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta n. 5. de verb. oblig. vbi, & in d. l. fin. C. de pact. cõmuniter dd. Iul. Clar. de dona. q. 19. n. 8. Viui.
* in cõmu. opi. verb. donatio n. 4. Rolan. a Valle.

in conſ.39.n.3.vol.1.Cel Hugo. in conſ.37.n.3.
* & latè Anton.Gom.ad l.69.tau.n.1. qui omnes cũ mille alijs, quos refferunt cõmuniſſimã hãc dicunt ſententiã,à qua nemo hucuq; receſſit: & hæc eſt alia ex limitationibus, quæ à doctorib⁹ traditur ad regulã illã,q̃ nõ valeat donatio vniuerſalis omniũ bonorũ,de qua inferiùs(Deo cõcedente)latiſſimè agetur dum materia donationis vniuerſalis tractabitur.

12 Ad tertiũ † deniq; & vltimũ cõtrariũ reſpondetur,q̃ imò poteſt optimè filijs naſcituris donari,& legari l.gall⁹.§.ille caſus, & ibi Bart.quẽ omnes ſequũtur ff.de lib.& poſthu.tradunt cõ-
* muniter dd.in l.placet, eo.tit. Necquicq̃ obeſt tali donationi quomin⁹ valeat, q̃ filij no ſint in rerũ natura,tempore quoſit, vt eã acceptare,& ſuũ cõſensũ eidẽ præſtare poſſint: Nã † præter-
13 q̃ q̃ *acceptatio* de iure neceſſaria nõ eſt in donatione,niſi tantũ reſpectu partiũ cõtrahentiũ, ſe cùs verò reſpectu tertij, per tex. in l.quoties C. de donatio. quę ſub modo, vbi notat Salicet.& alij,ſequitur Iaſ.in l.qui Romæ §.Flaui⁹, n.22.ď verb.oblig.Aymõ Craue.in cõſ.19.n.9. Cauarr. Var.reſol.lib.1.c.14.n.11.in prin.& practicus noſter Iaco.Marq.in vſat.ď inteſtatis q.26. verſ.ad ſecundã regulã,notat Rebuff.conſ.161.in fin.q̃ vel maximè procedit qñ ille tertius erat infans, vel,vt in noſtro caſu,nõ natus,vt plenè vtrunq; caſũ p̃ſequitur Molina de primoge. Hiſpa.lib. 4.c.2.n.74.cũ multis ſequẽtib.& ita intelligunt allegatã in contrariũ l.in omnibus,de actionib. & oblig.Sanè † in nro caſu adeſt iuramẽtũ,q̃
14 deffectũ p̃culdubio ſuppleret acceptationis caſu quo neceſſaria foret,cũ ex iuramẽto ſaltẽ de æquitate canonica,qua in hac patria vtimur,ius quęratur abſenti,& ignoranti,ita glo.in can.quotiens cordis oculus 1.q.7.Bart. in l. ſi quis p̃ eo n.4.de fideiuſ.laſ.in l.ſtipulatio iſta §. alteri, de verb.oblig.Corne.in cõſ.327.incip.in præſenti,
15 n.4.lib.1.dicens † q̃ p̃ iuramẽtũ quęritur actio omnib.quorũ intereſt,etiã abſentib⁹, Afflic.de deciſ.155.& 164.vbiq; n.3 dicens ita fuiſſe in ſenat. † Neapol.*declaratũ*, Alex.in conſ.131. & 185.lib.6. Tib.Dec.in conſ.1.nu.22.vol.3.viden.Gutier.in c.quãuis pactũ de pac.in 6.in prin.n.55.p̃ut ipſe ſe ipſũ refert,& cõmẽdat in trac.de iura.cõſuet.1. p.c.8.in prin. Iacob.Cancer.var. reſol.1.p.c.8.n.
16 23.& 2.p.c.8.n.64.imò † iuramẽtũ importat idẽ q̃ ſtipulatio notarij, Rolan.à Val.in cõſ.19 à n. 29.ad n.33.vol.1.& facit q̃ hæc donatio nullatenùs reuocari poſſit,plurib⁹ id, & quæ ſuperiùs de vtrib⁹ iuramenti tradita ſunt, p̃bat Theſau. deciſ.70.n.8.dũ tñ ſit in dicta donatione interpoſitũ iuramentũ p̃miſſoriũ, nõ aſſertiuũ, atq; † ita dicit *ind. caſũ* fuiſſe in ſena.Pedemõ.de anno 1584.quę omnia in hoc,& trib⁹ præcedẽtibus n. tradita,egregiè p̃bãtur per Seraphi.de priui.iu-
17 ramẽ.priuileg.24.per tot.Adeſt † etiã,& id omnẽ tollit difficultatẽ,patris, & notarij,ſeu tabellionis cõſenſus,& ſtipulatio,qui optimè potuerunt p̃ dictis filijs naſcituris ſtipulari,& donationẽ p̃dictã acceptare,& eis acquirere: de patre loquitur l.C.in l.q̃cũq; 45.& ibi Bart. & fuſiùs idẽ Bart.in l.q̃ dicitur 130.de verb.oblig. nu.12. clarus eſt tex. in d. l. q̃cũq; cuius verba ſunt, q̃ *cunq; ſtipulatur qui in alterius poteſtate eſt, p̃ eo habetur ac ſi ipſe eſſet ſtipulat⁹*,in d.l.q̃ dicitur, loquitur l. C.in hæc verba, *q̃ dicitur patrẽ filio vtiliter ſtipulari quaſi ſibi ille ſtipuletur:hoc in his reb⁹ eſt quæ iuris ſunt,quæq; acquiri patri poſſunt*,latè Pereg. de fideicom.ar.51.n.6 de notario,q̃ is poſſit p̃ naſcituris ſtipulari,& eis acquirere, tradit ita in p̃prijs terminis Guid.Pap.deciſ.267.n.1.& 2.vbi reſpõdet ad c. ad audiẽtiã 2. de eccleſ. ediffică. in contrariũ allegatũ,& tenent etiã alij latè relati per Rolã.in allega.cõſ.19.n.19.vol.1.Bartazol. in trac.de clauſ.inſtrum. clau.18.glo.5. per tot. Iacob.de Carol. in trac.quẽ gẽmatũ Pauonẽ in
* ſcripſit tom.2.colore 16.n.13. vbi dicit q̃ id tot⁹ mũd⁹ ſeruat,& admittit,latèidẽ cõprobat l ib. Decia.reſpõ.1.n.23.vol.3.& id in Catha.eſſe expeditiſſimũ tradit Ludo.à Pegue.deciſ.crim.48 n.11.& colligitur clariſſimè ex conſtitu. 5. incip. encara ſtatuim ſub tit.de obſer. conſt. vbi conſtituio fauore abſentiũ,vt dñs Rex eis obligaret cũ p̃miſſione de qua ibi,ſimili notarij ſtipulatione vtitur,his verbis, *encara à major cautela promẽ en bona fe à tots qui à aq̃lla dita general cort vinguerẽ,è encara à altres de Cathaluña qui abſents ſon, e,al notari denaſſcrit de nos per aquells, è per tots los altres,de quis pertany,ò pertanyer ſe pot,o pora legitimament puctant,eſtipulant y rebent:* quod nos inferiùs ſuo loco latiùs, Deo concedẽte,& cõprobabimus,& examinabim⁹,vbi agetur ď veritate cuiuſdum traditionis Boer.in deciſ.172. n.4. de qua meminit Ranchin. in addi. ad Guid. Pap. deciſ.267.& Mathe.in addi.ad eundẽ Guid. de
18 ciſ.505.quatenùs † ait non obſtante ſtipulatione patris,& notarij talẽ donationẽ ſuſpenſã remanere donec naſcatur filius,vbi etiã examinabitur nunquid hæc donatio poſsit ad libitũ reuocari reſpectu filiorũ naſciturorũ ante acceptationẽ,de quo p Surd.deciſ. 111. vbi *deciſ.* ſena.
† Mantua.p̃ negatiua opinione,vidẽ.eſt etiã eiuſdẽ deciſ.206.& p Gratia.deciſ.39.n.8.et 9.iã igit adeſt cõſens⁹ donatarij vt ſatisfiat legi in omnibus de actio.& oblig. præſtitus per patrẽ, & notariũ nomine illius:Præter quaſquidẽ, & alias, quę adduci poſſent,rationes, inualuit lõgo vſu hic mos, vt eõualeſcãt huiuſmodi donationes, quæ filijs naſcituris fiunt,idq; in vim cõſuetudinis eas ap̃bãtis,Guiler.Bened.in c.Raynunti⁹ verbo,duas habens filias n.197.& in verbo,ſoboles q̃ geſtabat in vtero n.50.Boer.d.deci.172. num.4.Guid.Pap.d.deciſ.267.& 505.vbi Matthe.& Ranchin.in addi.& Stephan.Bertran.in

conſ.

cõſt.1.vol.2. in Cathalonia nullũ eſt dubiũ circa huiuſmodi donationũ validitatẽ: fiunt ñ.in ea quotidie,vel informa,qua contrahentes matrimoniũ omnia bona ſua donant filijs ex eo matrimonio naſcituris,de qua nos etiam ſuo loco latè agemus,Deo dãte,vel aliàs,quibus caſibus validæ intrepidè iudicãtur, niſi aliud obſtet iuris
†† impedimẽtum, vti ex variis *deciſionibus*, quæ in toto hoc tractatu,ad alia inſtituta,adducentur, fiet perq̃ manifeſtũ.His generaliter pręcognitis veniam iam ad explicationẽ ſingulorũ verborum huiuſce noſtrę clauſulæ, perq̃ donationis, quam tractamus, materia magis particulariter omnibus nota fiat.

SVMMARIA.

1 *Donatio quæ ſit fauore, & contemplatione matrimonij,an dicatur eſſe illa donatio,quæ de iure dicitur propter nuptias.*
2 *Argumentũ,quod deducitur à rubrica, eſt validũ.*
3 *Donatio propter nuptias qua dicatur.*
4 *Denominatio nõ mutat naturã actus etiãſi aliter fiat.*
5 *Intellectus l. fin. C. de dona. ante nup.*
6 *Conſt. 1. tit. de pupil. & alijs ſubſti. & c. 36. privilegij recognouerunt precedere,intellectus.*
7 *Donatio ppter nupt. ſũ ab aula receſſit,nec ſolet fieri.*
8 *Donatio ppter nup. adhuc eſt in vſu in dict. Gerũdæ. Tantundem quid ſit in diœceſi Gerundæ,ibidem.*
9 *Donatio propter nup. ſi ſtipulatur filijs, illorum eſt, vbi deciſ. Senatus.*
10 *Sponſalitium,quod ſit in Cathalonia,non eſt donatio illa propter nup. quæ eſt de iure communi, imò multum in differunt.*
11 *Sponſalitium,ſiue ſirex in Cathalonia quid ſit.*
12 *Arrha, & donatio propter nup. valdè differunt.*
13 *Matrimonium an dicatur cauſa finalis,vel impulſiua donationis,quę eius fauore,vel cõtemplatione fit.*
14 *Donatio ob cauſã tũc propriè dicitur,quando cauſa, propter quam fit,eſt finalis illius donationis, ſecus vero ſi impulſiua*
15 *Cauſa eo tantum propriè dicitur,qua finalis eſt.*
16 *Matrimonium eſſe cauſam impulſiuam donationis, quæ pro eo fit,tenent plures,qui enumerantur, alij vero contrarium.*
17 *Auctoris opinio conſiliatrix ſuperiorum, & diſtinguens inter eas.*
18 *Filius donatarius non poteſt retrodenare patri quod ſibi ab eo donatum extitit fauore certi matrimonij.*
19 *Donatio fauore certi matrimonij pars, & portio cenſetur eſſe contractus illius, & cum illa confunditur.vbi deciſ. Senatus Neapoli.*
20 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
21 *Donatio fauore certi, & determinati matrimonij non eget inſinuatione.*
22 *Priuilegia conceſſa alicui actui,quia fiat ob cauſam matrimonij,intelligitur ſi ob cauſam certi & deter-*

minati matrimonij,non aliàs.
23 *Melioratio filiorũ aliàs de ſua natura reuocabilis, fit irreuocabilis ſi fiat fauore certi matrimonij.*
24 *Donatio propter merita,ſi exprimantur in ſpecie,dicitur ob cauſam,ſecus ſi ingenere.*
25 *Cõditio importat cauſã finalẽ, modus vero impulſiuã.*
26 *Cauſa finalis dicitur ea,quę reſpicit fauorem donantis non ea quæ recipientis, & num 28.*
27 *Cauſa finalis dicitur qua eſt neceſſaria,liberalitatem excludens,ſecũ contra.num 33.*
29 *Filius in Cathalonia, & in Regno Caſtellæ liberatur à poteſtate patris per contractum matrimonij.*
30 *Donatio,quæ ſit filio fauore matrimonij,non reſpicit ſolum fauorem donatarij,ſed aliorum.*
31 *Donatio,qua vltra cõmodum donatarij reſpicit etiam fauorem alicuius tertij,ſemper dicitur ob cauſam.*
32 *Matrimonũ ſemper dicitur cauſa finalis,quãdo illud requiritur ad validitatem donationis.*
33 *Mater nõ tenetur filiam dotare,quomodo intelligatur*
34 *Pater non tenetur filiam diuitem dotare.*
35 *Donatio vt dicatur ob cauſam quid ſufficiat.*
36 *Fauor matrimonij ceſſat illo ſoluto, remiſſiuè,vbi deciſ noſtri ſenatus.*
37 *Collatio quas ſignificationes habeat,remiſſiuè.*
38 *Collatio quid ſignificet in iure, & quomodo diffiniatur.*
39 *Collationis materiam qui traxerunt.*
40 *Donatio fauore matrimonij an ſit conferenda.*
41 *Dictio,alius,alia,aliud, eſt repetitiua ſimilium.*
42 *Liberalis nemo in neceſſitatibus exiſtit.*
43 *Iuramẽtũ efficit vt donatio à patre in filiũ, fiat ſtatim valida,& per cõſequens ſit conferẽda,& vbi deciſ. noſtri ſenatus.*
44 *Collatio quando fiat.*
45 *Collationi bonorum faciendæ non ſubiacent quæ ſine dolo,vel culpa conſumpta fuere.*
46 *Deteriorata ſine dolo,& culpa, cõferũtur prout ſunt, vbi deciſ. ſenatus Neapoli.*
47 *Collaterales an conferam, & filij in hũ, qua dantur eis vltra portionem hereditariam,remiſſiue.*
48 *Donatio,quæ ſit fauore matrimonij,in legitimam imputatur.*
49 *Argumentum an valeat à collatione ad imputationem in legitimam.*
50 *Donatio ob cauſã matrimonij an valeat ea nõ ſequuta*
51 *Donator ſi aliàs donaturus erat, donatio non dicitur ob cauſam,ſed imò pura, & ſimplex.*
52 *Cauſa impulſiua efficitur ſemper finalis,quando aliàs actus geſtus non fuiſſet.*
53 *Donatio ob cauſam matrimonij non ſubſiſtit ea non ſequuta, ſiue fiat à patre,ſiue ab extraneo, & num. 57. vbi deciſ. noſtri ſenatus, & num. 63. Ceſſante cauſa finali ceſſat effectus, ibidem.*
54 *Donatio fauore matrimonij habet conditionem, ſi matrimonium ſequatur.*
55 *Dotale inſtrumentum nunquam habet paratam executionem,quando petitur dos,ſed imò eſt illigandum donec conſtet matrimonium fuiſſe contractũ, vbi deciſ. Audientiæ Baren.*

56 *Iuramentum recipit omnes conditiones, quæ sunt ex natura contractus, cui interponitur.*

57 *Condictio ob causam cõpetit ex defectu causæ finalis.*

58 *Clausula, quæ apponuntur de stylo Notariorum non sunt in consideratione.*

59 *Verba, titulo pura, & perfecte donationis, nõ faciunt donationem simplicem, si causa sit in ea expressa.*

60 *Donatio ob causam matrimonij, euanescit, si matrimonium non sequatur, quamuis sine culpa donatarij.*

61 *Declaratur vt præcedat in cõditione nuptiarũ in vltima volũtate apposita, nõ in cõtractu, sed contrauertitur.*

62 *Donatio ob causam matrimonij an euanescat si facto tertij impediatur matrimonium, remissiuè.*

64 *Donatio ob causã matrimonij etiam euanescit si illud post contractum, nullis declaretur propter aliquod impedimentum.*

Impedimentum non prosit, quod de iure non sortitur effectum, ibidem.

Paria sunt non fieri, & minus legitimè fieri.

65 *Maritus an repetat donata vxori ob causam matrimonij si illud declaretur nullum.*

66 *Fiscus capit donata ob causam matrimonij per virũ vxori si nullister fuerit contractum per ambos conscios impedimenti: idq; an sit semper verum, vide n. 70. vbi decis. senatus Lusitã. & Rotæ Auenion.*

67 *Scientia quomodo probetur.*

68 *Legatum relictum vxori ignoranti impedimentum inter ipsam, & maritũ existens, vxori acquiritur.*

69 *Sed quid in contractibus, vbi decis. senat. Neapolita.*

71 *Donatio, seu retrodonatio rerum a patre donatarum non potest ab eodem filio eidem patri postea fieri, vbi decisiones nostri senatus, & aliarum.*

72 *Constit. vni. tit. de promis. dot. & dona. propter nup. intellectus, & ratio illius.*

Fraudibus est obuiandum, ibidem, & quomodo ei fiat fraus non sequent.

73 *Donatarius prohibitus retrodonare patri, prohibitus etiam censetur eidem vendenti, vel alias alienanti consentire.*

74 *Prohibetur etiam vendere eidem donatori, nec confessionibus, quæ fiunt inter ipsos, ait standum.*

75 *Confessioni debitis inter personas prohibitas non standum, & num. sequen.*

76 *Confessio dotis recepta an probet.*

77 *Prohibitus retrodonare, prohibetur etiam iniusto, & vili ori pretio vendere.*

78 *Fraus quibus modis fiat cõstitut. vni. tit. de præmis dot.*

79 *Alienatione prohibita, censetur etiam omnis actus prohibitus, propter quem deuenitur ad eam.*

80 *Donatarius, qui prohibetur retrodonare, non prohibetur in testamento relinquere, & nos sequentes, & vbi decis. nostri senatus.*

81 *Constit. vni. sub tit. de promis. dot. intendit remouere potentiam contractus inter viuos, non dispositionem per vltimam voluntatem fiendam.*

82 *Constitutio predicta solum prohibet diminutionẽ hereditamenti per factum fiendam nõ per legem, & casus necessarios, vbi exempla.*

83 *Donatio, & hereditamenta, quæ fiunt fauore matrimonij subiacẽt reuocationi, quæ fit vigore l. si vir qua C. de reuo. dona. vbi decis. nostri senatus, sed an in totũ, an vero in eo, quod excedit causã, vide ibid.*

84 *Subiacet etiam reuocationi quæ fit propter ingratitudinem, vbi decis. nostri senatus.*

Nisi esset data operam in fraudem prohibitionis ingratitudo procurata, ibidem.

85 *Donatio, & hereditamentum, quæ fiunt fauore matrimonij subiacent reuocationi, quæ fit vigore l. si totas C. de inoffi. dona.*

86 *Reuocatio retrodonationis, quæ fit vigore consti. vni. de premis. dot. & dona. propter nup. an fiat cum fr. ẽ libus remissiuè.*

GLOSA. I.

Et fauore, & cõtẽplatione matrimonij.

1 HORVM † verborũ ocasione existimarũt nõnulli grauissimi viri, quos nos suo loco referemus, donationẽ hãc, de qua in hac clausula agitur, donationẽ illam esse, quæ de iure cõmuni donatio propter nuptias appellabatur: nihil ñ. aliud videtur ex verba (fauore & contẽplatione matrimonij) sonare, q̃ ꝙ propter nuptias fiat donatio, & nobis præcipuè non modicã præbet dubitandi rationẽ, ꝙ passim in iure nostro municipali propter nuptias donatio appellatur, vti de præhẽditur ex consti. vni. vbi de huiusmodi donatione, fauore, & cõtemplatione matrimonij facta, tractatur, de promis. dot. & donati. prop. nup. in 1. vol. cõstit. argumento † ducto à rubri.

2 dictæ cõstitutionis, à quo intellectũ sumere debet, iux. tex. in l. 1. & ibi not. Bar. Bal. Ang. Salicet Alex. & Iaso. ff. de rebus cred. ex quo ñ. aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex eo iudicatur illius esse naturæ, cuius est rubrũ, glo. not. in c. 1. verbo, cõseruatores, & c. fug gratiosa, verbo, principalis, de offi. & potesta. iud. delega. lib. 6. prosequitur late Euerar. in topi. legal. loco à rubro, n. 4. vers. 3. potest, & apertiùs idẽ deducitur ex priuilegio seu pragmatica ciuitati Barc. concessa p̃ sereniss. imũ Regẽ Petrũ III. Kalen. Martij 1543. in 2. vol. cõstitu. sub. tit. de legiti. & illius diuis. c. 2. quæ postmodũ per serenissimũ Regẽ Philipum II. Comitẽ Barc. tũc verò Hispaniarũ Principẽ Locũtenẽtẽ Caroli Imperatoris illius patris in cur. Montissoni Cathalanis celebratis de anno 1547. redacta fuit in constitutionẽ generalem totius principatus, vti apparet ex constitu. 1, eo. tit. de legit. y diuis. de aquella in. 1. volu. constitu. Cæterum his non obstantibus veritas est, quòd propriè hęc donatio non potest donatio propter nuptias dici in ea significatione, in qua Romani Cæsares, & Iurisconsulti in iure nostro diuersis in locis de ea fasi sunt, quia

3 quia † illa fit vxori, & ad illius vtilitatē per ma
ritū, patrē, vel alium pro eo in recōpēsam dotis,
& ad illius maiorē cautelā, & securitatē, & effi-
citur vxoris constante matrimonio, & eo solu-
to, ad maritū reuertitur, l. fina. C. de dona. ante
nup. hæc verò fit à patre filio qñ vult matrimo-
niū contrahere, vt magis honorificè contrahat,
quæ semper filij est, nunq̄ vxoris, vti ex concep-
tione verborū illius deprehenditur, & ex infrà
tradendis fiet manifestū, atq; ita tenent Guid.
Pap. decis. 145. n. 1. Stepha. Bertran. in cons. 4. in-
cip. donatio quam, à n. 1. cū sequen. in 1. p. secun
dum meā impressionem, quod idē resumit in
quatuordecim alijs consilijs, quæ, ne ad nauseā
prouocemus lectores, consultò omittimus, An
ton. Gom. in l. 50. tau. n. 11. circa finem, Dida. in
epito. ad quartū decreta. p. 2. c. 5 §. 7. n. 12. Petr.
Gregor. in syntag. iur. vniuer. lib. 8. c. 7. nu. 13. &
sequen. benè Tell. Fernan. in l. 17. taur. 2 nu. 77.
vers. iuxtus, cum sequen. & licèt à nostris con-
trahentibus in verbis, quę explicamus, donatio
propter nuptias videatur appellari, id nihil ob-
est, quia ex tali denominatione natura rei imu-
4 tari non potest, postq̄ constat effectū ipsius cō-
uenire non posse cū huiusmodi verbis, l. insulā,
de prescrip. verb. not. Cagnol. in l quoties idem
sermo n. 2. ff. de reg. iur. Paris. cons. 83. n. 33. vol. 3.
Aymon Craue. in cons. 85. n. 5. vnde proptiè do
nationis propter nuptias nomē nō meretur, vt
Aymon considerat in d. cons. 83. nu. 4. Roder.
Suarin l. quoniā in prioribus in declara. l. regni
q. 5. n. 10. C. de inoffi. testamento. Gomez in l.
50. tau. n. 11. circa finē, Couar. in cap. Raynaldus
§. 2. n. 7. de testam. imò ab ea plurimùm differt,
Nat. in cons. 609. nu. 1. & 3. & nouissimè Mart.
Monter decis. 10. Regiæ Reg. Arago. Aud. nu. 5.
dicit tñ poterit donatio propter nuptias abusi-
uè, & largè in ea significatione, qua, quę fauore
matrimonij, & ob causam illius fiunt, propter
nuptias fieri dicūtur, hoc est causā nuptiarum,
inquo † sensu dicunt Imperatores doté ꝓpter
5 nuptias fieri in l. fin. ibi, *sicuti enim dos propter
nuptias fit*. C. de dona. ante nup. quod sensisse
visus est Couar. vbi proximè, idq; deducitur mi
rificè ex alijs constitutionibus, quæ augmentū
dotis donationē etiā ꝓpter nuptias appellant,
prouti est const. 1. tit. de pupil. & alijs substitu. &
in c. 56. priuilegij, recognouerunt proceres, in 2.
vol. constitu. ex quibus constitutionibus appa-
ret, nec in vno, nec in alio casu constitutio-
nes nostras nomen donationis propter nup-
tias, in propria significatione sumpsisse: alias en.
eius naturam donationi causa matrimonij si-
mul, & augmento dotis, inter sese tantopere
discrepantibus, non tribuissent.

Cæterū † cum huiusmodi donatio propter
6 nuptias antiqua iam ā ab aula recesserit, & nō
sit in vsu, glos. in aucten. æqualitas, verbo, pari
C. de pa. & conuen. Gom. in l 50. tau. numer. 12.
circà finem Berengar. Ferdinan. in repeti. l. in
quartam in art. 13. tertij cap. nu. 10. Mar. Mont.
in alleg. decis. 10. nu. 4. circa fin. cum alijs, quos
loco mox allegando, refferemus, dubitari me-
ritò poterit num saltem hæc nostra donatio, de
qua verba facimus, in illius locum successisse di
ci possit. Hanc dubitationem (quæ infructuosa,
& inutilis non iudicatur, imò apprimè ad mul-
ta vtilis, & necessaria postquàm enodata fuerit)
nos suo proprio loco in particulari explicatio-
ne clausulæ donationis propter nuptias in his
pactis matrimonialibus contentæ, latè pertrac-
tabimus, eò remittimus lectores.

Aduertētes tñ † interim ꝓ oportunitate ma
7 teriæ, quæ pulchra est, non esse absolutè verum
quòd donatio propter nuptias omninò abierit
in Cathalonia in desuetudinē: est enim ad huc
in dicec. Gerunden. vndè ego sum oriundus, in
vsu huiusmodi donatio, in illa clausula capitu-
lorū matrimonialiū, qua solet dici maritū affer
re, & portare vxori tantundē de bonis suis, quā
tum illa attulerat sibi in dotem, quam in alte-
ro volum. huius operis videbimus, &, Deo con
cedente, latiùs prosequemur, estq; ratio, quia
donatio propter nuptias dicitur illa, quam ma-
ritus, pater, vel alius proco expressè facit vxori
propter matrimoniū in recōpensā dotis, & ad
eius maiorē cautelā, & securitatē, quæ efficitur
vxoris constante matrimonio, & eo soluto re-
uertitur ad maritū, iuxta l. fina. C. de dona. ante
nup. cū alijs allega. p Anto. Gom. in l. 50. tau. vbi
benè naturā huius donationis declarat, à nu. 9.
cum sequen. istud autē nostrū tantundē, prout
ex eius constitutione apparet, donatio est, quæ
fit vxori à marito propter nuptias ad solam cau
telā, & securitatē dotis eidē æqualis, soletq; ad
maritū, vel eius hæredes reuerti soluto matri-
monio (præterquàm † qñ, prout sæpè fit, stipula
8 tur filijs, dicēdo quòd doté, & donationē prop
ter nuptias prędictā teneamus, & possideam⁹ in
simul cū infantibus, vel sine, post verò obitū no
strū sint infantiū ex nobis procreandorū: tunc
infantib⁹ solet adiudicari propter stipulationē
prędictā, prouti ego interminis *obtinui* in sena-
† tu de mense Ianuarij 1607. refferente egregio
senatore Iosepho Ferrer in causa T T. Amfosas
contra Petrū Ioānē Amfos villæ Bisulduni, scri-
ba T. Pla) donatio ergo propter nuptias est di-
cenda non alia.

Vndè † ego in facti contingentia valde mi-
9 rabar de anno 1611. quòd quidam, certè non in-
ductus, huius ciuitatis aduocat⁹ vt Assessor do-
minorū Inquisitorū contra Hæreticam praui-
tatem, sibi persuasisset donationem hanc huius
tantundem, de qua agimus, nō esse hanc, q̄ dici
mus iuris cōmunis propter nuptias donationē,
sed imò esse illud sponsaliū, & augmentū dotis,

quod nos, ſcreix, appellamus, cuius vigore iuxta notoriã conſtitutionem, Hac noſtra, ſub titu. de iur. dot. in 1. volum. conſti. mulier orbata viro debet remanere in poſſeſſione bonorum illius, & facere fructus ſuos, donec illud ſit ſibi † ſolutum, & ſatisfactum: *declarauit* ſi quidem de menſe Maij 1608. in cauſa Anthonij Ioannis Prat contra Petrum de la Re, quæ ducebatur in Audientia Ciuili Sancti Officij Inquiſitionis, ſequendo, vt audiui, doctrinam Iacobi Cancer parte 1. Var. capit. 9. de dot. & donatio. propter nuptias numer. 47. vbi videtur nullam facere differentiã inter noſtrũ ſponſalitiũ, & do nationẽ propter nup. quæ erat de iure cõmuni: declarauit (inq̃) cõpetere vxori beneficiũ dictæ conſtitutionis pro dicto tantundẽ, taliter quòd debet in poſſeſſione manere, & fructꝰ ſuos facere hereditatis mariti, donec in quantitate, quæ cõpręhẽditur ſub conſtitutione dicti tantũdẽ, quæ ſolet eſſe æqualis cõſtitutioni dotali, eſſet plenè ſatisfacta ab heredibus viri: appellauit tñ dictꝰ Prat, qui ſubcubuerat, ad cõſiliũ ſupręmũ ſanctę Inquiſitionis, vbi ſperat obtinere reuocationẽ ex his, quæ ego de hac re conſultus ꝓ eo parauerã: dicebam ñ. vt ſupremis illis iudicibus mores terrę patefacerẽ, in quibus ipſi non ſunt inſtructi, quòd † in Cathalonia habemus ſpon 11 ſalitiũ, & augmentũ dotis, ꝙ vocatur, ſcreix, ꝙ lucratur vxor ſuperuiuens marito, daturq; ei ꝓpter laudabilẽ virginitatẽ, q̃ cum illo amiſit, ad ſimilitudinẽ arrarũ, quæ frequentantur in Regno Caſtellę, de quibus loquũtur Dida. & Gom. allegati per Aluar. Velaſ. conſulta. 1. & conſul. 3. & illud poſſident mulieres dum viuunt, & poſt mortẽ earũ, & virorũ, filij cõmunes, niſi declaret mulier in vita velle ſe medietatẽ, nam tunc poteſt de illa diſponere: ſed nõ vniformiter lucrãtur iſtud ſpõſalitiũ mulieres in Cathalonia, nec ipſum eſt ex ſe vniforme: nã ſolùm in ciuitate Barc. illud cenſetur debitũ etiã ſi non conſtituatur, & pactetur inter partes, & eſt medietas dotis, in alijs autẽ Cathaloniæ partibus non debetur niſi ſi, & prout pactatur, & conuenit inter partes, prouti reſoluunt practici noſtri Cathalani doctores, Mier. in alleg. conſtitutione Hac noſtra, à n. 117. cum ſequent. Anto. Oliba in poſteriori relec. 5. fuerat. inſti. đ ac. n. 29. & 42. in. 1. tom. de actio. Deſpuiol, in additionib. ad Mier. in d. cõſti. hac noſtra n. 110. & quos ipſi allegãt.

12 Ex quibus † abſq; inductione aliqua, patet manifeſtè differentia inter vnã, & aliã donationem, & inter vnũ & aliũ caſum, quam optimè idem noſtras Mier. agnouit vbi ſuprà nu. 118. & in terminis legũ Caſtellæ inter arras (quæ ſunt vt noſtrum ſponſalitium, vt diximus) & donationem propter nuptias, eandem differentiam agnouerunt Dida. & Gom. vbi eos Velaſ. allegat in cita. conſulta. 2. n. 5. cum ſequent. & conſulta. 3. quod ſi ita eſt, provt reuera eſt ita, ĩdè ſequitur videri minùs rectè fuiſſe cum dicta ſententia declaratum, dando huic donationi propter nuptias priuilegia ſponſalitij, & augmẽti dotis quaſi ſponſalitium eſſet, & dotis augmẽtũ. Sed hæc omittamus tradenda ſuo loco, vbi vberiùs, & ad magis propriam huius gloſ. materiam tranſeamus.

Circa eadem igitur verba (fauore, & cõtemplatione matrimonij, &c.) alia ſtatim ſe offert nobis explicanda non minus vtilis, quàm neceſſaria, ad huiuſmodi noſtræ donationis perfectam intelligentiam, dubitatio. Nũquid † cauſa hæc nuptiarum, propter quam fit donatio, finalis dici debeat, vel impulſiua. Cuius inueſtigationis vtilitas, quam prædiximus, non modica erit: deſeruiet enim nobis ad intelligendũ an verè donatio ob cauſam dici poſſit: ſi enim 14 † cauſa finalis dicatur, tunc propriè ob cauſam donatio huiuſmodi appellabitur, ſi verò eſt cauſa impulſiua, tunc ſimplex donatio dicetur, vti ex omnium ore aduertit Beci. in conſ. 10. nu. 9. lib. 1. & Iacob. Cancer. qui eum allegat, & ſequitur var. reſol. par. 1. c. 8. nu. 61. verſ. effectus, & poſt eos Mart. Mont. in ſæpè allegata deciſ. 10. n. 14. circa medium, ratio eſt in promptu, licèt eam non tradiderint prædicti Doctores, quia cauſa tantùm propriè dicitur, quæ finalis eſt, impulſiua autem abuſiuè, & impropriè cauſa dicitur, vti ex Ariſtot. lib. 2. Phyſico & ex alijs latiſſimè comprobat fecundus Tiraqu. in tract. ceſſãn. cau. limita. 1. n. 5. cum ſequen. indè etiam percipiemus num conferenda ſit, & filio in legitimam imputãda, inſinuanda vè, & nunquid ea cauſa non ſequuta detur donatori cõdictio ob cauſam ad rem repetendam, nec ne, & ad alia multa ea inſpectio deſeruiet, quæ ipſe exitus per ſe indicabit. In † qua diſceptatione duæ 15 reperiuntur contrariæ doctorum opiniones, altera, quæ tenet eſſe cauſam impulſiuam, cui ſe ſubſcripſerunt Bertran. in conſi. 1. numero. 3. volu. 1. ſecundum meam ipreſſionem, Decius conſil. 259. numero 2. Craue. conſil. 114. numer. 17. Oldrad. conſil. 5. Nat. conſil. 609. numero 9. Bombin. conſil. 61. num. 9. relati per Cancer. vbi ſuperiùs, quibus adde Decia. reſpon. 7. nu. 12. vol. 1. Surd. deciſ. 322. num. 84. Altera verò eſt opinio quòd imò cauſa matrimonij ſit finalis, & non impulſiua, quam tenẽt Cyn. & Salicet. in l. generaliter. C. de Epiſc. & cler. Bal. nouel. in tract. de dote par. 6. priui. 76. Neuiſa. conſ. 45. in cauſa, nu. 27. relati per eundem Cancer. ibidem, qui eos ſequitur.

Nobis † autem (ſi licet noſtrum in his de- 16 promere iuditium) ſummoperè placet elaborata diſtinctio Mart. Mont. in alleg. deciſ. 10. n. 11. cum ſequen. differentiam conſtituentis inter hoſce duos caſus, quando videlicet huiuſmodi

modi

modi donatio fit contemplatione alicuius certi matrimonij iam tractati, & de proximo contrahendi, prouidit nostro casu, quo in ipsis pactis nuptialibus, & in eodem ipso actu sponsaliorum fit hæc donatio, & quando nō in specie fit fauore alicuius certi matrimonij de proximo contrahendi, sed genericè fauore matrimonij, vt primo casu causa matrimonij dicenda sit finalis, posteriori verò impulsiua, quæ sanè distinctio summa nititur ratione, ex varijs ad id per eundem Mōter, eruditè satis, congestis, quæ, ne videamur illius labores cum iniuria nobis adscribere, consultò omittimus, hoc vnum addentes quòd ex eo summā habere rationem nobis videtur huiusmodi distinctio, q videamus non esse nouum in iure nostro, differentiam sepissimè constitui inter hosce duos casus, quando videlicet aliquid fit ob causam alicuius certi, & determinati matrimonij, vel quando sic ob causam matrimonij in genere: 18 hinc videm' † Doctores in illa ancipiti quæstione, num filius rem à patre sibi donatam fauore matrimonij, & causa nuptiarum, possit eidē postea retrodonare, securè respondisse, nō posse, si huiusmodi donatio facta fuerit fauore, & ob causam alicuius certi, & determinati matrimonij cum certa, & determinata muliere contrahendi, secus verò esse quando non fauore, & ob causam alicuius certi matrimonij, sed in genere, fauore, & ob causam matrimonij, rationem reddunt Doctores, quæ mirificè nostram 19 distinctionem probat, quia † primo casu istæ donationes pars, & portio censentur esse ipsius contractus matrimonij, in quo fiunt, & cum toto ipso contractu confunduntur, vtilitatemque concernunt nedum donatarij, sed & mulieris secum contrahentis, & illius parentum, qui videntes eiusmodi donationes generis futuris fieri, eneruant patrimonia sua filiabus amplas dotes dantes, alijs nō daturi, vt ditioribus eas nuptui tradant, quod secus esse quādo donationes in secundo casu fiunt, nemo non videt, latè Guid. Pap. decis. 145. nu. 1. vers. his non obstantibus, Nata in cons. 115. n. 2. Rolan. à Valle in cons. 44. nu. 20. 21. & 24. & in cons. 70. nu. 3. & 4. vol. 4. Dec. in allega. cons. 10 nu. 14. & 15. & Iacob. Menoch. in cons. 206. n. 19. quod idem † in Senatu Neapol. *obseruari* tradit Vincen. de Franch. decis. 105. nu. 2. Id quod apertius confirmatur ex cōstitutione vni. tit. de promis. dot. & don. prop. nup. in 1. vol. constit. quatenus habet, non valere chartam, vel retrodonationem à filio patri factam in præiudicium hæreditamenti, & donationis tempore nuptiarum eidē filio per patrem factæ, ponderando dictā constitutionem in verbo, *en temps de noces*, hoc est *tempore nuptiarum*, cui iungitur verbum, *donatio fera, ce fut dera*, hoc est *donatio facta, aut facienda*, 20 quod importat actum disponendi, ideò † debet esse qualitas in eo tempore dispositionis, vulga l. Titius, vbi not. Bar. de milit. testam. l. in delictis. §. extraneus, de noxal. actio. cum simil. Ex quibus deducitur manifestè probandum esse in terminis dictæ constitutionis factæ fuisse donationē à patre filio tempore nuptiarum, & sic ob causam certi in specie cōtrahendi matrimonij, vt nulla dici possit retrodonatio in præiuditium dictæ prioris donationis, quasi cōtrà nē de necessitate sit constituendum, vbi prior donatio nō fauore alicuius certi matrimonij, sed ob causam matrimonij in genere cōtrahendi facta fuisset, vti latiùs suo loco dicetur.

21 Inde etiam † videmus in illa dubitatione, num nam donatio causa matrimonij facta sit insinuanda, necne, dispositum fuisse in constitutione 1. tit. de don. co. vol. 1. cōstitutionum, eas nunquam fore insinuandas, si factæ fuerint fauore matrimonij, & cōtinuatæ in capitulis matrimonialibus, ibi, *donations que sun per contemplacio de matrimoni continuades en capitols matrimonials*, quasi contrariū omnino securè tenendum sit in donationibus, quæ non sint continuatę in capitulis matrimonialibus, hoc est, quæ non sint factæ fauore alicuius certi matrimonij, ex ratione in præcedenti casu perpensa, vti inferiùs, dū ā his ex professo agemus, latius pertractabimus, quod idē esse in Aragonia ex speciali illius regni foro, tradit Marti. Mont. in sæpè allegata decis. 10. in princ.

22 Indè † etiā ex eadē ratione videmus passim in iure nostro priuilegia, quæ alicui actui ob causam matrimonij, & illius fauore, facto conceduntur, tunc demum procedere, quādo talis actus fit ob causam alicuius certi, & determinati matrimonij, nō verò quando ob causam matrimonij in genere, vti deducitur ex l. diui, ponderando verba, *pactis, quæ matrimonij tempore*. C. de nat. lib. c. 1. ibi, *quādixerit tempore sponsaliorū*, de fil. nat. ex matrim. ad Morgan. contract. in vsib feud. & c. quamuis pactum ibi, *dum nuptui tradebatur*, de pactis in *G*.

23 Indè † finaliter videmus priuilegiū illud fauore matrimonij per ll. 17. & 44. tau. tributū, vt maioratū, & melioratione filio factam alias de sui natura reuocabilem, reddat irreuocabilem, tunc demū procedere, quādo huiusmodi maioratus, & melioratio frāt fauore, & ob causam alicuius certi, & determinati matrimonij, non verò quādo simpliciter ob causam matrimonij in genere, vt resolut Tell. Ferdinan. in d. l. 17. tau. nu. 72. & aduertit Molin. de primog. Hispan. lib. 4. c. 2. nu. 16. & 17.

Quæ omnia ea sic, prolixiùs forsan quàm multi requirerent, adducta sunt, vt indè subderemus lectores, ne mirentur, huius nostræ distinctionis, & differentiæ, quàm cum Marti-

Mont. inter hoſce duos caſus conſtituimus.

24 Quibus † accedit quod in ſimili tradũt doctores de expreſſione meritorum in ſpecie in aliqua donatione facta, & de expreſſione meritorũ in genere, vt primo caſu donatio dicatur ob cauſam licèt in ea ponantur verba, *titulo meræ, puræ, perfectæ, & irrevocabilis donationis*, Alex. cõſ. 40. *ſuper primo* in 7. dubio vol. 4. Decius in l. ſi donatione nu. 24. C. de collatio. & nouiſſimè Vincen. Carof. *deciſ. ſeu caſ.* 86. num. 19. & 20. Secundo verò caſu dicatur pura, propria, & verè donatio, Oldra. d. conſ. 5. idem Caro. vbi ſuprà, & in his nullatenus videtur trepidandum poſtquàm videmus huiuſmodi donationes, quæ ob causã alicuius certi matrimonij fiunt, ideò fieri communiter, quia *ita conuentum* antea extitit inter contrahentes, & illorum parentes, quos qui in *his ſæpè interfuimus*, quotidiano experimẽto verum eſſe docemur, & in aliquibus partibus prouidi notarij tractatum huiuſmodi, & conuentionem, vt cauſam finalem, in principio ipſius donationis apponunt, apponique ab omnibus, vt nullus ſcrupulus remaneat, clareq; mens contrahentium percipiatur, optimum eſt conſilium: indèque conditionaliter videtur partibus iniunctum ab his, qui ex parte mulieris ſunt, vt talem donationem filio faciant, ſi volũt ipſam in nurum, filiúmque vxorem habere, aliàs non habituri, quod ſecus eſſe quando non ob cauſam alicuius certi matrimonij fiunt huiuſmodi donationes, nemo tam cæcus eſt qui non

25 videat, vndè † ſuccedit proculdubio in his caſibus diſtinctio. l. C. in l. 2. §. fi. ff. de dona. vbi Bar. diſtinguentis inter conditionem, & modum, vt conditio in donatione appoſita cauſa finalis illius cenſeatur eſſe, modus verò impulſiua, latè proſequitur nouiſſimè Lean. Galgane. in tracta. de condi. & de monſt. parte 2. cap. 4. quæſt 9. per tot.

Obſtare tamen fortiter videntur ſuperiori diſtinctioni, & ſecurè conſtitutę reſolutioni, quæ de donatione ob cauſam tradunt dd. vt

26 videlicet † ad cognoſcendum an ea talis ſit, attendatur num commodum reſpiciat donantis, an verò donatarij, vt primo caſu dicatur ob cauſam, ſecundo verò ſimplex, & pura, Aymõ Crae. conſ. 85. num. 2. conſ. 136. num. 1. & conſ. 301. num. 1. & nouiſſimè ex Dec. in aucten. ex teſtamento, C. de collatio. & in §. prętereà. inſtit. de actio. & ex Tiraquel. in l. ſi vnquam, ver. donatione largitus, num. 124. tradit Vincen. Caro. in allega. deciſ. ſeu caſu 86. num 21. & ex alijs refert. Rolan. à valle in conſ. 44. num. 2. volum. 4. plures alios congerit Tiraquel. in tract. ceſſan. cau. limita. 1. num. 52. quæ videntur probari per tex. in l. Titio. centum in prin. ff. de cond. & demonſt. quatenus habet ea quæ fauorem tãtum legatarij, non legantis concernunt, non dici cauſam finalem, ad idem eſt tex. in l. ſecunda §. fi. de dona. & in l. ſi mulier C. de iur. doti. & ibi hoc not. Bar. Et rurſus † ea obeſſe videntur quæ 27 alij dd. adducunt de eadem donatione ob cauſam, quòd videlicèt ſola ea talis dicatur, quæ fit ob cauſſam neceſſariam, liberalitatem excludẽtem, nec à liberalitate procedit, necnon iure cogẽte fit, quos latè refert Rolan. à valle in d. cõſ. 44. n. 25. & conſ. 70. n. 7. Angel. in l. ſed & hoc ff. de re iud. *Ial. in* l. inter eos, eo. tit. Ioan. Fab & Ioan. de Plat. §. prętereà in inſtit. de actio. Deci. *in aucten. ex teſtamento* C. de collatio Tiraq. in l. ſi vnquàm, verbo. donatione largitus, n. 124. C. de reuocan. donatio. Decia. reſpon. 3. nu. 13. volum. 1.

His tamen non obſtantibus non eſt recedẽdum à noſtra diſtinctione, quia facilis eſt reſpõ

81 ſio ad contraria. ad primum enim † omiſſa ſolutione Nat. in ſæpè allega. conſ. 69. num. 29. negantis omnino aſſumptum in dicto contrario, quòd videlicèt, cum donatio reſpicit commodum tantùm donatarij, dicatur ſimplex, & non ob cauſam, quia ea ſolutio (vt aduertit Rolan. in d. conſ. 44. num. 19. volum. 4.) multos habet contradictores reſolutionem prędictam ſecurè conſtituentes, & vltra allegatos, eandem ſequitur Bar. in l. 2. §. fin. num. 2. & ibi Poma. in additione in litera d. ff. de donatio. & in allega. l. ſi mulier C. de iur. dot. à cuius opinione dutum eſt recedere, niſi euidenter appareat in ea decepţum fuiſſe, adeò vt dicat Tiraq. in allega.

82 tract. ceſſan. cauſ. limi. 1. num. 51. ſe vſq; tunc neminem reperiſſe qui contrarium dixiſſet, omiſſa etiam alia ſolutione Rolan. à Val. vbi ſuprà num. 20. dicentis donationem hanc non reſpicere ſolùm commodum donatarij, ſed & donãtis, cum ad ipſum ſpectent fructus dotium datarum marito, & ſic donatario eius filio, ex doctrina Bar. in l. cõtra nurũ §. quoties ff. rer. amot. & dd. in l. ſicum dotem §. tranſgrediamur ff. ſolu. matrimo. quoniam ſi examinanda foret ex profeſſo, non minores forſan haberet contradictores, quàm & illa Nattæ, id tamen oneris ſubterfugimus quia licèt ea propoſitio Rolan. vera ſit in ſe, nullius tamen cõmodi & vtilitatis poſſet eſſe in noſtra Cathalonia, nec in toto

29 Regno Caſtellæ vbi † per contractũ matrimonij filius liberatur à patria poteſtate, nec ea amplius durat, & ad id nos habemus Conſtit. vni. ſub tit. de emancipa. in 1. vol. conſtitu. & in Regno Caſtellæ adeſt lex 47. tau. quam ſubtilibus comentarijs ornarunt Anto. Gom. Pala. rub. & Tell. Ferdinan. & de ea etiam meminit Roder. Soarez in l. 9. titu. de los pleytos, & ibi additio ad eum, & nos forſan aliquando latius agemus: acquiſitio autem huiuſmodi fructuum dotis filio conſtitutæ effectus eſt patriæ poteſtatis, ad l. placèt de acquiren. hered. cum ibi nota.

Secure

30 Securè † igitur aliàs respondebimus prædicto contrario, si concederemus libenter contenta in eo, quòd videlicet quando donatio cõmodum tantùm continet donatarij, simplex dicatur, & pura, negamus tamẽ donationẽ hanc nostram solum commodum, & vtilitatem donatarij respicere: cõtinet enim, præter commodum donatarij, vtilitatem etiam vxoris illius, & parentum, quorum maximè interest generum, & maritũ respectiuè habere diuitem: sic enim honorificentius viuent, sic mulier securiorem habebit dotem: sic filij securum habebunt vnde viuant, & alia commoda reportabunt omnes, quę cuiq. facile est considerare: experimẽto enim quotidiano comperimus, quę vtilitas vxoribus, & earum filijs, nec non & suis parentibus contingat, si eorum mariti diuitijs abundent, & ècontrario, quæ infortunia, quæ incõmoda, si paupertate laborent, huc spectãt quæ superiùs in hac eadem glos. numer. 19. traditа fuere, & quæ latiùs in fine huius glo. de retrodatione in patrem pertractabũtur. Ad hæc, huiusmodi donatio eo modo, quo in nostra clausula, concepta, magis speciale respicit, & continet commodum filiorum ex eo matrimonio procreandorum, propterea quòd eis etiã post mor-

31 tem parentis facta extitit donatio, vnde † succedit in his proculdubio secura dd. traditio, quòd quoties donatio respicit vtilitatẽ donatarij, & alicuius tertij, tunc ob causam dicitur, & non simplex, Bar. in allegat. l. 2. §. fin. num. 2. ff. de donatio. Tiraquel. in allegat. tractat. cessan. cau. nu. 52. & quàmplures doctores longissima serie per eum relati, vbi dicit se neminẽ in hoc inuenisse contradictorem, præter Bal. in cons. 460. lib. 3. cui tamen benè respondet ibidem nu. 53. quibus additur Nat. in sepius alleg. cons. 609 num. 13. Rolan. à Vall. in allega. cons. 44. num. 21. Franciscus de Albergotis in consi. 51. incip. Lambertus, num. 6. inter consi. ad vlti. volum vol. 1. & Onophrius Bartholin. in consi. 82. n. 5. in eo. vol. Barbosa in l. 1. n. 41. ff. solu. matrimo. in 7. parte.

32 Et licèt † causa hæc matrimonij solum commodum accipientis contineret, adhuc tamen finalis nihilominus foret iudicãda, ex quo huiusmodi causa matrimonij necessariò requirebatur ad validitatem huiusmodi donationis à patre in filium in potestate cõstitutum collatæ, vti in eodem hoc tractatu, dum de his agemus, fiet manifestum, & hæc est vna ex limitationibus Tiraq. adductis vbi supra num. 55. & anteà † num. 42. ad dictam propositionem, quòd quãdò causa respicit solius legatarij commodum, & fauorem iudicanda sit impulsiua, & nõ finalis, quam ante eum animaduerterat Bar. in iam allegat. l. 2. §. fina. num. 2. de donatio. ex l. sed si mors, circa finẽ, cum l. sequen. de dona. int. vir. & vxo. Quod si statim obijciat quis, hanc limitationem æquè militare in causa matrimonij in genere, atq. in specie, indèq. videri dicendum vtroq. casu causam esse censendam finalem, ex quo ipsa necessariò requiritur ad substantiam, & validitatem actus, respondebimus, ex causa matrimonij in genere non sustineri donationẽ à patre filio eius potestati subiecto factam, sed solùm ex causa matrimonij certi cum certa muliere contrahendi, vt inferius, Deo dante, resoluemus.

33 Ad † secundum contrarium respondemus resolutionem in eo firmatam, vt videlicèt ad hoc, vt aliquid dicatur ob causam gestum, requiratur fieri ob causam necessariam, liberalitatẽ excludẽtem, iure probari non posse: aliàs enim donatio à matre in filiam collata causa dotis ob causam dici non posset, cum mater non faciat huiusmodi donationem ex causa aliqua necessaria: non enim ad id tenetur, saltè quando filia est diues, ad not. per scribentes in l. 1. ff. solu. matrim. & in l. neq. mater C. de iur. dot. quod repugnat tex. in l. vt liberis & in l. penul. C. de collatio. vt resoluit Pic. in l. in quartam

34 num. 196. ad l. falci. quod † idem dicendum est de patre, quòd non teneatur filiam diuitẽ dotare, vti ex Bar. resoluit latè Dida. ad quartum decreta. 2. p. §. 8. cap. 3. num. 8. & tamen si ei donationem causa dotis faciat, talis donatio ob causam iudicatur, l. fin. vers. vtramq. C. de dot. promis. ita ex prædictis, & alijs eam resolutionẽ probat Dida. in cap. Raynald. §. 2. n. 6. vers. præfata verò, circa finem, de testament. & latissimè Rolan. à Valle in sæpè dicto consil. 44. num. 30. cum duob. sequen. & in allegat. consil. 70.

35 num. 13. cum alijs duobus seq. sufficiet † igitur, vt dici possit ob causam, quòd fiat donatio impellente instinctu naturæ, & ratione naturali, prout hæc, de qua agimus, ad quam faciendam inuitatur pater stimulo naturæ vt filius honorabiliùs contrahat, & ditiorem vxorẽ ducat, benè Dida. & Rolan. vbi supra & pulchrè Angulo de melio. l. 9. glo. 4. num. 17. versi. nec obstat quòd non sit vera donatio. Vera igitur remanebit nostra distinctio, & superius constituta resolutio quòd quando donatio fit fauore certi, & determinati marrimonij cum certa, & determinata muliere contrahendi, tunc verè dicatur finalis causa matrimonij, licèt secus sit, quãdo non ob certum matrimonium, sed matrimonij causa in genere facta reperitur, quam opinionem *sequuta fuit* † nostra Regia Audientia, vti apparet ex declaratione, quam, post hæc scripta, vidi, de qua valde gauisus sum cum reperierim omnia ferè motiua superius à nobis in confirmationẽ nostrę opinionis tradita, ab eadem Regia Audientia amplexa, fuit facta ea declaratio die 8. Martij anni 1604. in causa Gasparis Grau agri-

colæ

colæ parrochię ſancti Iacobi de Viladtoer contra Anthoniam Planes,& Mecha de Montſeny in aula admodum Reuerendi Cancellarij ad relationem egregij tunc Senatoris, & nunc in ſupremo Aragonum Senatu Regentis Saluatoris Fontanet vertenti, in qua cum ageretur de reuocatione cuiuſdam donationis fauore certi matrimonij factæ,propter ingratitudinem donatarij,fuit declaratum non eſſe locum prætenſæ reuocationi,quia ea donatio nõ erat ſimplex donatio, ſed imò ob cauſam,his verbis, *Attamen conſtat donationem prædictã &c. fuiſſe factam in pactis nuptialibus, & ſeu capitulis matrimonialibus propter nuptias tunc contrahendas, & cum effectu contractas interdictos N. & N. & ex conſequenti ob cauſam matrimonij certi cum perſona certa de proximo contrahendi, & effectam fuiſſe partem ipſius contractus, & cum toto ipſo contractu fuiſſe confuſam, quinimò neq; verisimile eſt abſq; donatione prædicta, matrimonium effectum habiturum fuiſſe, nec dictos N. & N.(ſocrum & ſponſum donatariæ) tot pactis, nedum in fauorem N. donatariæ, verum & eiuſdem N. donatoris adiectis conſenſuros &c. Indè conſequitur donationem per dictum N. dicta N. filiæ ſuæ factam nedum ex cauſis ſupradictis eſſe veram donationem ob cauſam, verum & quia facta fuit ad dotandum filiam, ad quam pater de iure tenetur &c.* & rurſus in illis verbis, *cum huiuſmodi donationes ob cauſam non poſſint eo pretextu ingratitudinis reuocari, & in caſu præſertim, de quo agitur, in quo per dictum N patrem dicta bona ob cauſam matrimonij certi cum certa perſona de proximo contrahendi, imo ob cauſam data, donata fuerunt &c.* erat huius cauſæ ſcriba N. Vilella,nunc Tio,cuius deciſ. meminit nouiſſimè nob. Ludoui à Pegue. in 2.vol.deciſ.22. Idem poſtea reperi fuiſſe antiquitùs in eodem Senatu *declaratum* de anno 1537.die 9.Maij,in cauſa Anthonij Cathala,cõtra Ioanam Cathalanam,ad relationem Anthonij Piquer, cuius cauſæ concluſionem vidi in archiuo Regio in libro concluſionũ eius anni, vbi donatio ob cauſam apellatur hæc, de qua agimus,reuocationi non obnoxia propter ingratitudinem,quod fuit dicere,matrimonium eſſe cauſam finalem,aliàs enim donatio ob cauſam non diceretur,iuxta ea, quæ ſuprà docuimus.

Verùm enimverò cum ab eo,qui ſubcubuerat in ſupradicta cauſa Gaſparis Grau contra Anthoniam Planes,& Mecha,interpoſita fuiſſet ſupplicatio ad aliam aulam Regentis Regiã Cãcellariam, *declaratum fuit* ad relationẽ egregij Iacobi Puigmija illius relatoris,die 18. Martij 1606.donationem prædictam ob cauſam dicendam vſq. ad 200. libras tantùm, attenta conſuetudine in illa terra probata,quòd homines conditionis donatoris, non ſolebant plus dare pro dote filiarum ſuarum, vel etiam vſq. ad legitimam filiæ,ſi plus forſan valeret, & in eo quod excedebat,purã fore,& eſſe,& reuocationi propter ingratitudinem obnoxiam.Diuiſa igitur eſt donatio prædicta, & quoad vnum, ob cauſam declarata, quoad aliud verò, pura, cęterùm an id iure probetur,difficultatis eſt nõ modicę.

36 Arbitratur † noſter Cancer,qui in cauſa cõſuluerat,in 3 p.var.c.2.de inuen.nu. 221. ex eo id fuiſſe, quòd cum ageretur d reuocatione donationis,ceſſabat iam matrimonij fauor, quod erat ſolutum per mortem viri:vidua enim erat tempore quo ingratitudo dicebatur commiſſa,propter quam reuocabatur donatio: & ſic ceſſabat etiam pręiudicium mariti, & filiorum,qui non erant, propter quorum fauorem impedita aliàs foret reuocatio, multa adducit is doctor,quæ ego non reffero,ne eius labores tranſcribere videar:exſpectet tamen ipſe paululũ,& videbit quòd in tertia aula,vbi nũc cauſa ducitur refferente egregio Franciſco Bonet, me aduocato,& ſtrenuè, cõtra reuocationem, licèt non ex ſola reprobatione doctrinæ Cancerij in hoc loco,ſed imò eius doctrina ferè admiſſa,ex alijs rationibus,puguante, circa hæc fuerit declaratum:ſpero enim,quando hæc ſcribo,de proximo ſententiæ prædictæ, refferente Iacobo Puigmija latę,reuocationẽ, faxit Deus vt ita ſuccedat,ſi contigerit fieri antequam hęc pręlo dentur,ſcribã ſucceſſum: Alia huc cõferentia pro ſuſtentatione dictę declarationis factæ refferẽte Puigmija, videas in glo.de decim. & primi.vbi non nihil de hoc tetigimus, & dictam ſententiam retulimus.

Ex quibus facilis fiet reſponſio ad ea, quorũ cognitionem diximus ſupernùs pẽdere ex vera reſolutione proximæ præcedẽtis inſpectionis, ſi tamen prius aliqua in genere de ipſis,ne illotis (vt aiunt)manibus eorum tractationẽ agredi videamur,præfati fuerimus.

37 Et primo † quod attinet ad collationem, omiſſis illius varijs ſignificationibus, vtpote noſtro inſtituto minimè accommodatis, nec proficientibus,quas latè tradit Antonius Gõm. in l.29.tau.num.1. & ante eum Iaſo.& Deci.in rub.C. de collatio.& Cagnol.in l.ſi emancipati C. eo tit.omiſſa etiam ridicula illa collationis ſignificatione à Decio vbi ſuprà, reliquis illius ſignificationibus, quæ vulgò circunferuntur, addita,qua collationem ſumi dicit pro confectione vini,& confectione, quam faciunt ſcholares in iure examinati, omiſſa etiam alia nõ minùs faceta quàmſint traditæ per Deci. & Iaſo. addita à Cagnol.vbi ſupernùs num. 15. pro collatione, quam faciunt ieiunãtes tempore quadrageſimali,in noſtro propoſito,collatio hæc,

38 † de qua agimus, ſumitur pro contributione propriorũ bonorũ, de qua loquuntur tituli ff. & C.de

& C. de colla.bonorum,& diffinitur,vt ſit propriæ rei in cõmune inter hęredes latio pro hæreditarijs portionibus diuidenda,l.1. ff. de colla.bonor.ibi,*vt ſua quoq. bona in medium conferãt qui appetunt paterna* & ibi,*nam ſi bona à patre relicta,& emancipatorum in medium conferuntur, & ita viriles partes ſumantur*.l.filiæ dotem, l. illam C.eo.tit.quá diffinitionem, licèt ſub compendio verborum, tradit glo.in rub.ff.de colla. bonor.& ibi communiter DD.Ant.Gom.in alleg. l.29.tau.nu.1.cum multis per eum adductis.Dicitur in diffinitione(rei propriæ)ad differentiã rei teſtatoris,vel deffuncti,& communis hæreredum, quæ non conferuntur,ſed diuiduntur, vt in l.filiæ licet,C. de collatio. & in l.cæterum. C.famil. herciſcun. cum ſimil. & ad differentiã rei alienæ,quæ nec etiam confertur, l.ea,demũ C.eo.tit.de collatio.Gom.vbi ſuprà verſ. vnum tamen,& ante eum Decius in rub. C.de collat. Dicitur(inter hæredes)quia ij tantùm, qui titulo vniuerſali ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato accipiunt, conferunt, non qui titulo legati, aut alio particulari, l.à patre,iuxta verum illius ſenſum C.de colla.l.fin.ff.de colla.dot.Vital.in tract.de colla.in prin.n.17. Decius in l. emancipati n.35.C.eod.tit.de colla.dicitur(pro hęredi tarijs portionibus diuidẽda) ad differẽtiã ſocietatis,quę licèt ſit propriorũ bonorũ in cõmune latio l.1.& per tot.ff.pro ſocio. l.1. & per tot. C. eo.tit.& §.1.& per tot.tit.inſt.de ſocieta. non tñ ea bona inter ſocios diuiduntur pro hæreditarijs portionibus,ſicuti inter hæredes bona,quæ conferuntur.

39 His pauculis tantũ præmiſſis: † reliqua enim conſultò omittimus,videnda latè per Iaſ.Deci. Cagnol.in locis ſuprà citatis, & ordinarios ibidem,& in rubro,& nigro titulorum.ff.& C. de colla.& vltra eos per Vital.& Pet.Stel.in peculiaribus tractatibus,quos de colla.ediderẽ,Anthon. Gom. in d.l.29.tau.per tot. Micha.Cras. qui ad ſaturitatem vſque per 21.quæſtiones de his agit,in tract.de ſucceſſ.1.part.articulo collationis bonorum,Andr.Fachine. controuer.iur. lib.5.à cap.77. cum multis ſequen. Hier. à Lauren.in repeti l.emancipati. C.de colla. quæ habetur poſt eius deciſ. Auenionen. & Ariſmi. Tepa. qui omnium latiùs caſus materię collationis bonorum magis contingibiles, coacernauit,propter quemque nos multa hic tractare omiſimus in materia vtilia,quia ea poſſunt nullo negotio penes ipſum videri,is (inquam) in compen.var.iur.ſenten.tom.2.tit.colla. dot. & aliorum bonorũ,& per alios,quos ipſi allegant, in præſenti conſultatione,an donatio hæc,quæ ſit cauſa matrimonij, ſit conferenda,nec ne,di-
40 cimus † varia emanaſſe à clariſſimis viris cõtraria,& admodum diuerſa reſponſa, vti apparet, ex Aymon. Crauc. conſi.85. Moffa apud Port. Imol.conſi.81.Por.conſi.36. Decia. conſi.3.nu. 13.& conſi.31. num.67. vol.1.Torniel.conſi.82. apud eundem Port.quos reffert Mar. Antho. Pereg.in tract.de fideicom.art.36.num.134.& rurſus idem elicitur ex Iaſo. in conſi. vlt. lib.2. Bec.conſi.20.Burſa.cõſi.179.Bertran.cõſi. 337. lib.3.Rolan.conſi.70.lib.4.Oſaſ.conſi. 62. Nata.conſi.609.Maſuer.ad Papien.informa libel. pro hered.vel re ſingu.diuiden.ſuper verbo, cõmuniter,& pro indiuiſo,quos reffer Anto. Thefau.decis.Pedemon.46.nu.11.& eoſdẽ ferè omnes ſupra citatos retulit etiam Marti. Mont. in allega.deciſ.10.per tot. quibus adde Fachineũ controuer.iur.lib.5. cap. 82. per tot. Cæterum hęc diſſenſio, & diſcrepantia inter hos Doctores,vti ex eorum dictis conijcere licet, indè eueniebat,quia non concordabant, nec conueniebant, numnam cauſa matrimonij finalis eſſet donationis,an verò impulſiua, ac pro indè qui finalem eam exiſtimabant, collationi ſubjacere donationẽ reſpondebant, qui verò impulſiuam,ècontra, Nos vero qui ſecurè reſoluimus matrimonium eſſe cauſam finalem donationis,quando ea fauore certi matrimonij de proximo contrahendi fit,negare nullo modo poterimus,quin collationi loc' ſit in huiuſmodi donationibus: ratio eſt in prõptu,quia donationes ob cauſam collationi ſunt obnoxiæ,vt probat tex.in auct. ex teſtamento C. de collatio.his verbis. *Ex teſtamento, & ab inteſtato ceſſat dotis,& aliorum datorum collatio,ſi a demum ſi parens hoc deſignauerit expreſsim*, ergo à contrario ſenſu,ſi pater nihil dixit,benè fit collatio dotis,& aliorum datorum:datorum(inquam)ſimilium ipſi doti,ſcilicet ob cauſam, quia † dictio
41 * alius a,ud,eſt repetitiua ſimilium,ex glo.cõmuniter recepta iunc.tex.ih l.ſi fugitiui C. de ſer. fugit. id quod latiùs explicãt Pet. de fideicom. q.11.nu.545.Sanchez de matrim. lib.3. diſp. 10. nnm.2.& 3.Caputaquen.deciſ.298. num.3. in 2.p.Viui.deciſ.193.lib.1.Azor in inſti.moral. lib. 5.cap.28.verſ. alius,alia,aliud,par.1.Farina.to.1. tit.3.de delictis q.17.num.51.Idem,quòd donatio ob cauſam ſit conferenda,probat textus in l.1.ff.de donatio.tex.in l.cum multa, verſi fin. C.de dona.ant.nup.& melior cæteris,in l.illud C. de colla. quatenus ſimplicem donationem non conferri, niſi in duobus caſibus, quos ibi enumerat Imperator, ſtatuitur, ergo donatio ob cauſam ſemper conferretur, tenet hanc reſolutionem Bal. in l. omnimodo §. imputari num.8.C.de inoffi.teſta.& Iaſ.in l. quoniam nouella,eo.tit.num.3.& latè Antho.Gom.qui materiam proſequendo hos, & alios quamplures citat,in ſepè allega.l.29.tau. num.11.& ratio rationis eſt, quia cum donatio ſimplex ex mera liberalitate donantis procedat, præſumitur patrem voluiſſe,quòd eam filius cum cæteris fratribus

tribus non comunicaret, sed præcipuam haberet, quia si *donaretur, vt conferretur*, non esset simpliciter, & ex liberalitate donata, quod in dote, donatione propter nuptias, vel alia ob causam, cum necessariè sint, non procedit, cum
42 † nemo in necessitatibus liberalis existat, vul. l. diuus pius de reg. iur. l. in necessitatib⁹ eo. tit. quare pater donando filiæ, seu alicui ex filijs ob causam intelligitur voluisse eam donationem conferri, ita rationem hanc ex Ripa in l. in quartam num. 148. ff. ad l. falcidi. & alijs tradit Dieg. Gom. Corneio, in additio. ad cómenta. Anton. Gom. ad d. l. 29. tauri ad nu. 29. Viden. Tel. Fernan. in ll. 26. & 29. tauri num. 3. Hanc autem nostram donationem, veram esse donationem ob causam, securè superiùs resoluimus. Ad hæc, propter aliam quoq. *rationem* venit hæc dona
43 tio conferenda, quia † propter iuramentum, quod *in ea* apponitur, sit statim valida, docet Craue. in consi. 102. num. 4. Micha. Graf. de succes. par. 2. art. collatio bonorum, qu. est. 20. num.
* 4. versi. similiter, communè dicit Vital. de colla.
† memb. 2. num. 17. ita *declarauit* Senatus die 8. Iulij 1572. in causa Hieronymæ de Crudilis, & de Colle, contra Elisabetem de Pruneta, & Vilarix coram Adriano Vilana vertenti, ibi, in sententia Regia, *quo vero ad quintam portionem*, vidi hanc declarationē insertam in processu causę nobilis Geraldi de Crudillis quondam Comitis de Monteacuto, contra nobilem Dalmatiū de Rupebertino, coram egregio Senatore Hieronymo Astor, actuario Bosch, vertenti, vbi expressè dicitur donata à patre filio cum iuramēto, siue emancipatus sit, siue in potestate patris constitutus, collationi esse subiecta.

Indè inferas teneri filium bona, quę sibi per patrem fauore matrimonij donata fuere, conferre, idest in comune ferre cum reliquis bonis hæreditarijs, si in eis vult patri succedere vnà cū
44 fratribus, quod † quomodo fiat, vide per Gomez. in sæpè allega. l. 29. tau. num. 36. imò & cōpelli ad id potest officio Iudicis implorato, vel actionum hęreditariarum denegatione, pro vti
* tenent omnes dd. in l. si soror ff. de collatio. vt testatur Vital. Nemaus. in tract. de colla. num. 25. tutior tamen est prior via, quia actiones diutius denegari nō possunt quam quoad ille, qui non vult conferre, cōsilium mutauerit l. 1. §. 10. & l. 8. pater ff. de colla. quod mutare autem sibi licebit perpetuum, secundū Iaso. & Deci. quos sequuntur alij in l. posthumo C. de collatio. ita docet expressis verbis Micha. Graf. in allegato. tract. de succes. par. 2. artic. colla. bonor. q. vlt. num. 5. si tamen vult, vt suprà dictum est, in hęreditate paterna vnà cum fratribus suis succedere: si enim vellet magis cum bonis donatis remanere, & successioni paternę renuntiare, vtiq. ei liceret, Graf. vbi superiùs q. 4. num. 2. &
Gomez. in d. l. 29. tau. num. 31. per tex. in l. fin. ff. de colla. dot. & ibi notatur per ordinarios, quorum aliquos refert Gomez. vbi suprà adducens quasdam huius dicti limitationes per te ipsum videndas, atq. hęc de collatione bonorū quantùm attinet ad nostrum institutum, dicta sint satis.

45 Vnū † tātū interim notes velim, nō teneri filiū bona hęc tibi à patre donata cōferre, nec illorū æstimationem, vel valorem si consumpta sint sine dolo, vel culpa ipsius: imò tunc admitti debet ad successionē absq. collatione, per tex. in l. 2 §. de illis ff. de colla. bonor. & in auctē. quod locū, verū. his cessantibus C. de collatio. & *si* † non reperiuntur consumpta, sed deteriorata, 46 præter tamen dolum, & culpā ipsius filij, tunc, & eo casu satisfacit filius conferendo ea eo modo, quo reperiuntur tempore mortis, ita eleganter docet Mathe. de Afflict. decis. Neapol. 247. per totū dicens ita vt suprà fuisse in eo † Senatu *iudicatum*. An autem † in successione 47 collateraliū possit aliquādo habere locū collatio, & an filius teneatur cōferre bona sibi à patre donata, vt illa haberet vltra portionem hęre ditariam, pete tibi ab Antho. Fab. in suo Codice tit. de colla. diffi. 1. & 2. in 2. tom. lib. 6. tit. 4.

Quo verò † ad imputationem in legitimam 48 eodem modo respondemus, hanc, de qua agimus donationem causa nuptiarum factam in eam imputari, propter eam rationem, quam circa collationem cōsiderauimus: omnia enim ex illo principio manant quod secutè in superioribus constituimus, hanc donationem vtè donationem esse ob causam, quæ de iure in legitimam filio imputatur: hanc conclusionem ponit Bar. in l. in quartam ff. ad l. falcid. quam à cæteris quoq. probari ait Beten. Ferd. in repeti. eiusdem l. 3. ar. 3. cap. n. 11. benè loquitur Rippa in ea l. in quartam nu. 148. vbi rationem ad id adducit eandem, quam suprà circa collationē ex eod. Rip. perpendimus, eandem resolutionem, quòd hæc donatio imputetur in legitimā tenet Antho. Thesau. decis. Pedemon. 46. nu. 11. qui ad id allegat Iaso. in consi. vlt. lib. 2. & supradictos alios, quos suprà ex eo. Thesau. circa collationum materiā, citauimus, quibus adde Peregri. in tract. de fideicom. art. 36. num. 134. vidi multò post hæc scripta 2. tom. decis. nob. Ludo. a Pegue. quæ nouissimè prodierunt in lucem, inter quas reperi decis. 15. in qua disputat hunc articulum, & pro non imputatione
† bis in Senatu, *decisum* tradit, de annis scilicet 1608. & 1609. quia nostra hæc donatio non sit ob causam, sed imò simplex donatio, quæ nō video quomodo stare possint cum his, quę Senatus resoluerat in eadē aula in ea decisione, quā suprà retulim⁹ nu. 31. cuius q. meminerat isdē nob. à Pegu. in eodē vol. decis. 22. ac quomodo

com-

tur cum hic securè in fauorem opinionis, quòd nostra donatio sit ob causam, resolutis ex auctoritate grauissimorum doctorũ, conuenit tamẽ cum hac nouissima nostri Senatus opinione, & Senatus Sabusia apud Anthõ. Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 19. de inoff. testam. diffi. 30. vbi ait *decisum* quòd siquid in contractu matrimonij, & nuptiarum fauore donatũ sit, magis est, vt simplex, quàm ob causam donatio facta videatur, ergò (inquit) in legitimam non imputabitur, sed qui tenent donationẽ esse ob causam eã, de qua tractamus, necesse habẽt confiteri imputationẽ, addit idẽ Fab. in fine diffin. si nõ expressim id dictũ sit. per quod videtur in Carhalonia cessare debere imputationis quæstionem, cum in omnibus ferè donationibus, quę fiũt fauore matrimonij, addatur, quòd etiam fiũt pro omni parte hęreditatis, legitimæ paternæ, & maternæ &c. quę verba videntur expressim importare necessariam imputationem.

† Cæterum quia ex supradictis, in quibus ea, quæ collationi subiacent, in legitimam etiam imputari docuimus, dubitare † meritò quis 49 posset nunquid valeat argumentum de vno ad aliud, operę prętium nos facturos existimauimus si id, quantũ in nobis esset, explicaremus: dicimus igitur quòd licèt valeat argumentum ab imputatione legitimæ, ad collationem, sitq. propterea certum ea omnia, quæ imputationi subiacent, collationi etiam esse obnoxia, vt probat tex. in l. illud §. 1. C. de colla. & docet Dec. ibidem num. 5. & alij quos refert Thesau. in allega. decis. 46. num. 3. non tamen procedit argumentum ècontra, vt quęcunq. cõferuntur, in legitimam imputẽtur, ex ea. l. illud versi. hęc autem regula, & tradit glo. ibid. quia multa cõferuntur, quæ in legitimam non imputãtur: facilius enim fit collatio, quam imputatio, cum ea, quæ imputantur in legitimã sint magis onerosa, & ab hęreditate excludant: ea verò, quæ conferuntur, habeant recompensationem, & ad successionem viam aperiant, hanc rationem tradit Decius in d. l. illud C. de collatio. & pluribus de his agit Graf. in sępe allega. tract. de successio. par. 2. art. colla. bonor. q. 8. per tot. exẽpla ponens huius differentiæ, inter imputationem, & collationem, constitutæ.

Quantum verò ad tertium caput insinuationis, sit ne hæc donatio insinuanda, vel non vt valeat, si quingentorum aureorum summam excedat, non est quòd in præsentiarum explicemus: commodior enim se nobis inferius offeret locus de his agendi, cum de insinuatione 50 agemus. Quod † verò attinet ad vltimum caput, nunquid videlicet hæc donatio causa matrimonij facta valeat eo nõ sequuto, Matt. Mont. in allega. decis. 10. à num. 17. cum sequent. quia (vt inquit) ex traditis per dd. circa rem hanc, nõ potest certa decisio colligi, distinctione opus esse censet pro huius quæstionis resolutione, & dd. concordia: aut enim (inquit) donans alias donaturus erat, aut non. primo casu dicit eam valere matrimonio non sequuto, secundò verò casu, minimè, & postea quasdam coniecturas adducit, ex quibus percipiatur nunquid donans alias donaturus fuisset, vel non: Mihi verò hæc distinctio in casu proposito nullatenus placere potest, nec videtur aptè quæstioni, quã tractamus, posse accommodari: nos enim agimus de donatione causa matrimonij facta, cuius ipsum est causa finalis, ac proinde de donatione ob causam, in qua propterea cadere non potest ea distinctio, nũ donans alias donaturus fuisset, vel non, quia certum est in omnibus donationibus ob causam donatorem alias donaturum non fuisse, quia † si alias donaturus fuisset, iam dici non posset ea donatio ob causam, 51 sed imò pura, & simplex, vt docet Bar. in l. titio cẽtum §. titio genero, num. 3. ad fin. in ver. prędicta vera sunt, de cond. & demonst. & tradit idem Monter d. decis. 10. num. 28. Vnde non videtur posse cum qui resoluit in donatione causa matrimonij certi facta, ipsum matrimonium esse illius causam finalem, supradicta postea vti distinctione, vt quæstionẽ decidat, num ea donatio, matrimonio non sequuto, valeat, 52 nec ne. Nec obest quod dd. pet Monter vbi supra allegari eam distinctionem adducant: nam id est ex eo quòd non dum resoluerãt num ea donatio esset simplex, vel ob causam, & sic benè poterant ea distinctione vti, quæ seruiebat ad decidendã eam quæstionẽ: Cõducit † quod Bal. scribit in l. falsam C. si ex falsis instrumen. & sequitur Rol. à Valle. cons. 44. num. 24. vol. 4. quòd causa impulsiua efficitur semper finalis quando aliter actus non fuisset gestus, non ergo in causis finalibus illud est quærẽdum, num nam alias actus gestus fuisset, nec ne, quia semper verum est, quòd no fuisset gestus, niũ propter illam causam.

Nostra igitur † opinio est (omissis his, quæ 53 ad propositũ longè, lateq. tradit vbi supra Mõter, non tamen illis spretis, quia summe conducere, ac adiuuare possunt ad primam quæstionem à nobis resolutam, num nam hæc, quam tractamus, donatio dici debeat simplex, vel ob causam, intelligendam;) est (inquam) mea opinio hanc donationem, si matrimonium nõ sequatur, innalidam esse, & ad nihilum resolui, quod, meo iudicio, alia cõfirmatione nõ eget, quàm quòd dicamus id ideò esse, quia de natura causæ finalis est, vt ea cessante cesset effectus, de quo mirè per Tiraquel. in tracta. cessan. cau. limita. 1. num. 41. post Bar. Imol. & Ruina. in l. 2. §. fin. de dona. Peret. vbi inferiùs allegabitur versi. fuit enim, post hæc scripta habitus, qui vi-

detur

detur nobiscum in hac opinione concurrere dum simpliciter ex eo quòd matrimonium sit causa finalis donationis, arguit absq. alia distinctione, quòd eo non sequuto corruat & ipsa,
54 nec obligationem pariat. Item quia † vt antea dicebamus, huiusmodi donatio censetur sub cõditione facta, si matrimoniũ sequatur, quod vltra supradicta, probatur ex l. publi' mæuius, in prin. ff. de cond. & demonst. l. si ego in prin. ff. de iur. dot. l. promitendo ff. eo. Bar. per illum tex. in l. titio centum §. titio genero num. 1. ff. de cond. & demonst. vbi Pau. de Cast. dicit cõ-
* munem sententiam, Barbo. in l. si cum dotem in prin. num. 51. ff. solu. matri. pluribus probat Cald. à Percy. in respon. 6. pro Roderico de Silua, & Mendoça, post 5. tom. de nomin. emphi. versi. accedit etiam quoniam, quo in loco, & toto illo in responso est omninò videndus pro hac materia: satagit enim fundare opinionẽ, quòd non sequuto matrimonio, non potest peti certa quãtitas donata in casu, huic nostro, nõ multum dissimili, quia videlicet fuit facta donatio vt nuberet cum quadam nobili muliere ibi nominata, & ea contemplatione, & est illud respõsum magnæ auctoritatis ex eo quod dicatur in illius principio ei se subscripsisse vniuersitatem Conimbricẽsem, benè Tel. Fernan. in l. 17. tau.
55 n. 76. cum sequẽt. quod † est adeò verũ vt dicat Carani. super ritu. mag. cur. Neapol. ritu 167 n. 5. quẽ refert, & sequitur Carol. de Graf. in tract. de excep. ad mat. statut. exclud. omn. excep. excep. 36. nu. 3. instrumentum dotale numquam habere exequutionem paratam quando petitur dos, sed imò esse illiquidum, donec constet matrimonium fuisse contractum, pulchra est in proposito decis. Vinij 39. lib. 1. vbi ipse te-
† statur ita *decisum* in Audientia Baren. de anno 1589. quod tamen quomodo intelligẽdum sit, declarat Bal. in rub. C. de priuileg. dot. num. 9. & Parlador. rer. quotidia. lib. 2. cap. fin. 1. p. limi. 5. nnm. 49. §. 11.

56 Nec obstat † iuramentum in donatione appositũ, vt docet Bal. in l. indubitati, versi. 5. inest num. 3. C. de non nume. pecun. quia iuramentum sequitur naturam contractus, super quo interponitur, vulg. l. fin. C. de non num. pecun.
* vbi Bar. & cõmuniter scribentes, & recipit omnes conditiones, subauditiones, limitationes, & exceptiones, quas habet ille contractus, ex celebri doctrina Panor. in cap. quemadmodũ §. Illud autem, num. 8. extra de iure iurando, & in disput. incip. stãte statuto n. 12. versi. ad partẽ, pro quo est tex. in l. eum qui, de iur. iuran. l. adigere §. fi. de iur. patrona. & l. si quis inquilinos §. fin. de lega. 1. & sic non obstante iuramento etiam hæc donatio sub conditione, si nuptiæ sequantur, censebitur facta, exornat pluribus non contemnendis discursum hunc Caldasa Percy. in respon. supra allegato, versi. quæ sententia vera est, omninò in proposito videndus, ad
57 † vide ad saturitatẽ vsq. quæ dicemus infrà hac eadem clausula, glo. vlt. in materia donationis, ac proindè † defectus cõditionis, & causæ finalis parere debet donatori cõdictionem ob causã l. 2. §. fin. vbi dd. ff. de donatio. Tiraquel. de retract. cõuen. §. 2. glo. 1. nu. 55. ad fin. Percy. vbi supra versi. quæ sententia, circa finem, Barbo. in l. si cum dotem n. 50. ff. solut. matri. Scio, dum hæc scribo, hac de re causam pendere in decisam in Regia Audientia ad relationẽ egregij Senatoris Ioãnis Gallego inter fratres Roigs, & nunc Ioannem Franciscum Rossell medicinæ doctorem Ciuem Barcin. & Paulũ Amat de çauall domicellum Barcin. domiciliatum, actuario nunc fontana, antea Biosca: quid in ea causa acciderit, scribam, Deo dante, si antequã hæc prælo dentur, contingat eam declarari.

Venit post hæc scripta dies 4. Septembris 1606. quo fuit declaratum indicta causa pro
† sustentatione donationis, ex eo quòd non fuerit Senatus arbitratus matrimonium fuisse causam finalem illius donationis, quia aliæ erant expressæ causæ, propter quas hebat, & sic considerauit, quòd donator alias erat daturus sequendo in hoc doctrinam Monter allega. decis. 10. à nu. 27. meminit huius declarationis nostras Cancer. lib. 3. var. c. 7. nu. 114. Cæterum pẽdet ab ea causa supplicationis ad relationem egregij Senatoris Hieron. Seniust, in qua qui in hac instãtia succubuit, putat obtinere ex eo quòd verba, titulo puræ, & perfectę donationis in donatione inter viuos ob causam dotandi, ac pro iuribus legitimę, in quibus videtur fundari illa declaratio, vt declararet matrimoniũ non fuisse causam finalem illius donationis, existimet non sufficientia ad mutandum, & alterandum naturam donationis: si enim constat illam fauore matrimonij de proximo contrahendi factam fuisse, non desinit matrimonium dici illius causa finalis, & sic esse donatio ob causam, quòd dicatur fieri titulo puræ, simplicis, & perfectæ donationis, quia
58 † verba prædicta solent potiùs apponi de stylo notariorum, quàm de voluntate partium, vnde succedit quòd non sint habenda in consideratione, ex doctrina Rip. in l. si vnquã. q. 16. n. 37. C. de reuocan. dona. quẽ sequitur Bec. cons. 20. num. 21. versi. 3. dico, docentis quòd ad cognoscendum quæ clausula abundet, quando in aliquo instrumento leguntur duæ, quæ inuicẽ non compatiuntur, inspiciendũ sit quęnam ex ipsis soleat apponi, licèt nõ dicatur a partibus, de stylo notariorum, & quę non, nisi exprimatur, vt prior censeatur abundare, & de stylo notariorum apposita, posteriori verò non, qua doctrina attenta nemo non videt quin verba,

titulo

titulo puræ,& perfectę donationis, apponantur de ſtylo notariorum,cauſa tamen matrimonij non,niſi a partibus exprimatur, & quando illius occaſio ſuccedit, vide Stepha. Gratia.diſcepta.Foren.c.96.per tot.

Accedit quòd antea ex Caro.dicebamus caſu, ſeu dec.i.86.num.19.& 2c.poſt Alex.in conſ. 40.dub.3.vol.4.& Dec.in l.ſi donatione n.24. C.de colla.ad cognoſcendum nunquid donatio ſit dicenda remuneratoria,nec ne, inſpiciẽdum eſſe nunquid fiat certorum meritorum in ſpecie mentio, vel genericè, ſic vt priori caſu donatio dicatur remuneratoria, & ſic ob cauſam,licèt ſint appoſita verba,titulo puræ,perfectæ,& ſimplicis donationis.Item † verba prædicta 59 non faciunt donationem ſimplicem,quãdò cauſa eſt in ea ſpecialitèr expreſſa,vt hic cauſa matrimonij.Bec.d.conſ.10.num. 21. conducit quod Viui.docet deciſ.404. num. 23. lib. 3. quòd propter verba,puræ,meræ &c. non deſinit dici donatio ob cauſam ſi alia ratio aſſignari poteſt.Sed hæc omittamus,quia noſtrum nõ eſt nunc inter hæc iudicare:ſi interim cauſa ſupplicationis fiat,dicam quid ſucceſſerit.

Die 16. Nouembris 1610. contigit in dicta cauſa ſupplicationis declarari referente egregio Senatore Hieronymo Seniuſt,in qua primitiua ſententia † *fuit in melius commutata, & declaratum*,prouti ego in ſuperioribus dixi,quòd matrimonium erat cauſa finalis, quo ceſſante ceſſauit etiam diſpoſitio:nec fuit habita ratio cõcilij Philip.Dec.35.quod allegabatur ad iuſtificandum ſententiam primitiuam, dicẽdo quòd deffectus cauſæ finalis non inducebat ipſo iure reuocationem,& anullationẽ donationis, ſed parabat tantùm condictionem indebiti, & ſic erat neceſſaria expreſſa reuocatio, quę nõ fuerat facta in caſu occurrenti, non (inquam) fuit de his habita ratio,ſed imò habitum pro conſtanti non fuiſſe neceſſariam reuocationem, ex his,quæ diximus in ſuperioribus,quæq.egregiè docet Caldas à Perey.in conſ.ſuperiùs allega.cui° dicta audiui ab vno ex egregijs Senatoribus fuiſſe ad vnguem ſequutum,in prædictæ cauſæ deciſione,Senatum.

60 Supradictam † reſolutionem veram dicit Cald. à Perey.in conſ.ſuperiùs allega. verſ. veram,etiam ſi per filium nõ ſtetiſſet quo minùs ſuum matrimonium ſortiretur effectum, ſed per eam,cui nubere debebat:adhùc enim dicit eo non ſequuto,in nihilum reduci donationẽ, quia licèt regulariter nuptiarum conditio habeatur pro impleta, quandò non ſtat per eum, qui implere tenetur quominùs impleretur, vulga.l.1.C.de inſtitu.& ſubſtit.l.ſi ideò §.preſenti & l. ſi dictũ fuerit §.ſi præſente ff.de euictio. l.vter ex fratribus meis cum l.ſequenti ff.de cõdi.inſtitu. l. mæuiam nepotem, de annu. lega.

* cum mille ſimil.& ibi communiter ſcribentes, exornat latè Manti.de coniectu.vlti.volun. lib. 11. tit. 18. num. 37. Menoch.de præſump.lib.4. preſump.18.n.25.Moli.lib.2.de primogen. c.13. nu.14.alter Moli. ſocietatis Ieſu de luſti. & iur. diſput.206.& 207.&Peregri.de fideicom.ar.16. num.154.

61 Id tamen † intelligitur tantùm procedere quandò in vltima voluntate,non tamen quandò in contractu inter viuos fuiſſet talis conditio appoſita,ita interpretantur dd.in d.l.1.C.de Inſtitu.& ſubſtitu.& ſignãtèr Alex.nu.10.Emanuel a Coſta in l.cum tale §.ſi arbitratu, limit. 6.nu.18. de condi. & demonſt. Moli.vbi ſ. à n. 19.& alij,quos vbi ſuperiùs reffert Perey. Quę extenſio an vera ſit,nec ne, & an verè probari poſsit differentia inter contractus,& vltimas voluntates,quam aſsignant ſupradicti dd. videatur apud eos,quia nobis non permittitur omnia adamuſim explanare, hoc vnum aduerto quòd Moli. in loco ſuprà allegato nu.19. dicit plures per à Coſta allegatos contrariam tenere ſententiam,quòd imò idem ſit in contractibus,quod in vltimis voluntatibus eſt ſtatutum, quorum opinionẽ aduerſùs cõmunem nõ modicam inquit præ ſe ferre æquitatem, quamuis cõmunis opinio, rigore conſiderato, probabilior eſſe appareat. Quid autem † ſi facto tertij, 62 vel caſu,vel aliàs,alioq.modo impediatur matrimonium,ſit dicendum,vide per dd. ſuprà citatos latiſsimè tibi hæc,& fusè explicantes.Eandem † reſolutionẽ veram arbitratur, & procedere dicit Barbos. in allega.l.ſi cum dotem nu. 52.ff.ſolu. matr. nedum in extraneo dotem dãte,vel promittẽte, qui aliàs ad id nõ teneretur, ſed & in ipſo patre,cuius oneri hæc in cumbebant,ex deciſsione tex.quem ita in fine proba re dicit, in l.ſi extraneus ff.de condict. ob cauſam,contra Decium in conſ.35. nu.3. &6. Ferd. Loazes in l.filiusfamil.§. diui nu.34.ad finẽ, de lega.1.Pala.Rub.& Tell.l.17.tau.ille.nu.46. hic verò 78.circà quod tamen diligentèr ſunt animaduertẽda quæ docet.Matti.Mont deciſ. 10. à nu.31. cum ſequent.

Sed quid, † ſi contrahatur quidẽ matrimo- 64 nium,illud tamen poſteà declaretur nullum propter aliquod iuris impedimentũ, quod vetaret illud contrahi:in hoc caſu idem cenſeo in diſtinctè quòd in ſuperiori,poſſe ſcilicet donatorem condicere rem donatam, ſi tradidiſſet, vel retinere,ſi penes ſe haberet,ex deffectu cauſæ finalis,propter quam facta extitit, quia non preſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum,cap.non preſtat,de reg. iur. lib. 6.& paria ſunt aliquid non fieri,vel minùs legitimè fieri. l. hęc conditio ff. de condi. & demonſt. l. quoties ff.qui ſatisda.coga.quod elegantèr in alio propoſito perpendit And. Gayl.

practi.

practi.obſerua.lib.1.obſerua.105.num.13.plura ad propoſitum cõgerit Iado.Damhaud. in Enchirid.par.& ſimil.verſ.maritus inutilis, & hæc procedere cenſeo nulla facta differentia, vel diſtinctione num ambo donator, & donatarius conſcij, vel ignari eſſent impedimenti, vel † etiam alter eorum conſcius, vel ignarus eſſet in caſu de quo mox dicemus, nam in noſtro caſu non loquuntur iura, quæ eam diſtinctionem faciunt, & admittunt.

65 Quid autem † in marito ob cauſam matrimonij vxorem dotante, an ſi poſtea illud declaretur nullum, poſſit bona donata repetere, vel retinere tanquam ceſſante cauſa donationis, vt in proximo caſu dicebamus in ſuperioribus. Licèt hęc quęſtio ad noſtram hanc glo. pertinere non videatur, tamen quia per eam ſperatur fieri facilior, & clariot deciſio caſus ſupra proximè à nobis propoſiti, ideò breuiter quid in ea

66 tenendum ſit, aperiemus: hac in re † diſtinguntur communiter dd. plures caſus: aut enim vterq. fuit conſcius impedimenti, quod obſtabat ne nuptiæ inter eos fierent, & tunc non eſt locus repetitioni, ſed fiſcus poteſt rem donatam vindicare l.cum hic ſtatus §.fin.in fin. ff. de dona. inter virum, & vxorem, ibi, *ſed ſi Senator libertinum deſponderit, vel tutor pupillam, vel quis alius ex his, qui matrimonium copulare prohibentur, & duxerit, an donatio quaſi in ſponſalibus facta valeat? & putem etiam ſponſalia improbanda, & quaſi ab indignis ea, quæ donata ſunt, ablata, fiſco vendicari.*

67 Et hæc ſcientia † probanda eſt eo modo, quo docet Angel.Areti.in §.ſi aduerſus inſt.de nup. vbi eum optimè loqui dicit Velazq. conſul. 15. in prin.aliàs ignorantia præſumeretur. Aut ve-

68 rò † alter ipſorum ſciebat impedimentum, & alter ignorabat, & tunc adhuc diſtinguntur dd.inter vltimas voluntates, & contractus, concludentes in vltimis voluntatibus fieri quidẽ rem legatam ipſius legatarij impedimentum ignorantis, per tex.in l.fin.de lega.1.& in l.præfectus

69 de rit.nuptia.in contractibus verò † duæ reperiuntur dd.contrariæ ſententiæ, vt apparet ex glo.in l.qui contra, verſ.fiſco, de inceſt. nup. & ex Dida.de matr.2.par.c.7.§.1.nu. 8. & Thom. Sanchez diſputa.2.num.3.& 4.lib.6.vbi indubitanter tenet in vtroq. caſu rem donatam fieri coniugis impedimentum ignorantis, cum non poſſit commodè inter eos caſus ratio diuerſitatis aſſignari, & per alias rationes, quas ipſe tradit: aut donatarius impedimentum noſcebat ignorante donatore, & tunc licèt etiam adſint contrariæ dd. ſententiæ differentiam cõſtituẽtium inter contractus, & vltimas voluntates, vtroq.tamen caſu legatum, & donationem eſſe nullius momenti tenent Eman.à Coſta, Molin. & Sanchez vbi infra: aut finaliter vterq. ipſorũ impedimentum ignorabat inter eos eſſe quo minùs matrimonium contraherent, & tali caſu hincinde donata repetuntur. l.1. C. de condic. ob cauſam: cum iſte caſus tam in donatione, quam in legato contigiſſet diſputari in Senatu Neapol.in eo tradit Vincen.de Franchis, deciſione 52.num.10.& 11.*declaratum* donationem, & legatum à marito vxori facta ambobus ignorantibus impedimentum, propter quod matrimonium poſtea nullum extitiſſet declaratum, nullius eſſe momenti: qui plura ad hanc materiã ſcire voluerit, recurrat ad Franch. vbi ſuprà Eman.a Coſt.in cap.ſi pater.de teſta.in 6.par.2. ſuper ver.vxor.Dida.de ſponſa.2 parte cap.6.§. 8.num.22.cum ſeqq.& cap.7.§.1.nu.8.Bal.Nouel.de dote par.11.per tot.Ludo.Molin.Societ. Ieſu to.1.de Iuſt.& Iur.tract.2.diſpu.200.& ad, omnium latiſſimè de his agentem, Tho. Sanchez eiuſdem ſocietatis in diſpu. de matri. lib. 6.diſpu.2.per tot.& non nulla tradit etiam in propoſito in eo.lib.diſpu. 20. qui ſupradictos, & alios allegat. Ex his enim doctoribus hauriet proculdubio lector materiam, qua facilitèr quemlibet in ea caſum occurrentem, decidat.

70 An tamen † in omni caſu, quo hereditas relicta vxori indignę, propter impedimentum videlicet conſanguinitatis, vel aliàs, non poteſt ei adquiri, veniat applicãda fiſco, vel veniẽtib⁹ ab inteſtato, diſputat Aluar. Velazq. in allega. conſulta.15.vbi abſq. diſtinctione aliqua tenet fiſco applicari, atq.ita dicit *deciſum* in Sena.Luſita. quem tamen obſecto attẽte legas ne ſupradictam diſtinctionem per plures, eoſq.graniſſimos viros firmiter fundatam faciliter ledas: Aliter, ſed valdè doctè, in hac materia procedit Hiero.a Lauren.deciſ.11.a num.9.cum ſequen. tradens tandẽ *deciſum* in Senatu Auenionen. hæreditatem, quæ auferetur ab hærede, tãquam indigno, putà quia infirmo non adhibuerit medicum, aplicãdam fore, & eſſe Regio fiſco, non filio defuncti, ſalua tamen ei legitima.

71 Hæc, matrimonij † contrahendi, noſtræ donationis cauſa (vt ad materiã redeamus, eamq. feliciter abſoluamus) facit, vt filius ſic hæreditatus, ac cui fauore certi matrimonij, eſt facta donatio, non poſſit retrodonationem parentibus facere, vel aliud inſtrumẽtum, vel chartam in prędudicium, derogationem, vel diminutionem donationis, & hęreditaméti, imò ſi fiant, ſunt ipſo iure nulla, vulga.conſti.vni.ſub tit.de promiſ.dot.& dona.propter nup.in 1.vol.cõſti. quod idem eſſe de iure commuui plurib⁹ probant Vincen.de Fran.deciſ.Neapol.205.& Annæ. Rober. rer. iudica. lib. 1. c.2. per tot. vbi ſiẽ *deciſum* in illis egregijs Senatibus refferũt, quorum determinationes ſcribunt.

In noſtra Cathalonia, hæc in viridi ſunt obſeruantia: quotidiè enim huiuſmodi retrodonationes inualidę declarantur, ac nullę, obti-

nenturq.

nenturque reuocationes in Senatu, & signanter memini me sic *declaratum* vidisse referente egregio olim Senatore Anthon. Oliba in causa Hieronymæ Gorina, contra Bernardum Gori matalapherium præsentis ciuitatis, sub die 1. Appril. 1594. scriba Sebastia. Morato. Causam † huic prohibitioni dederunt fraudes, quę quotidie in his fiebant, vt eadem ipsa constitutio in proemio exprimit, quod solet causam finalem denotare: contingebat enim sæpè quòd pater, vel alius, filio, vel alij, in contracta matrimonij, vt melius nuberet, & honorabilius, aliquid donabant, sed reuerà non animo donandi, vt effectus denotabat, quia ex alia manu, in vim conuentionis forsàn iam ante donationem inter eos factæ, vel aliàs, donatarius retrodonationem secretam donatori de eisdem bonis faciebat, ob quod vmbratilis pactio poterat meritò ea donatio appellari iuxta l. vniuersi, de lega. lib. 10. C. ex qua retrodonatione vxor, & eius filij, quique ex eorum parte matrimonio affuerant, remanebant decepti, & frustrati: His fraudibus voluit obuiã ire constitutio, & ideò propter eas vitandas fecit prohibitionem, de qua suprà.

Hæc de plano procedunt in casu, quo fit retrodonatio patri donanti, vel hæreditanti per filium donatarium, vel hæreditatum: cum enim nota sit eius natura, & conceptio, facilè cognitu est quando contra constitutionem, & ius commune censeatur per filium patri retrodonatum: cum autem presupponat nostra constitutio alitèr, atque aliomodo, ac per alios actus, quàm per expressam retrodonationem posse fieri fraudem hæreditamentis factis fauore matrimonij, quos actus æquè constitutio prohibet, & anullat, atqui expressam retrodonationem, difficultas consistit in cognoscẽdo qui sint actus, quos intendit constitutio prohibere, ac anullare vltra proprias, & manifestas retrodonationes, ex eis ego nonnullos vsu frequentiores in medium proponam, ex quibus non erit forsàn difficile ad aliorum cognitionem deuenire, maximè si eis adiungantur quæ Anthon. Fab. docet in suo Cod. lib. 2. tit. 23. qui, & aduersus quos &c. diffini. 3. num. 8. in allega. & lib. 4. tit. 37. de reb. alien. diffini. 2. & 3. & Rosentall de feu. c. 9. memb. 1. conclu. 14. à num. 7. vbi quidam casus adducuntur, in quibus, dicunt ij doctores, æquè militare prohibitionem alienationis, quamuis reuerà manifestæ alienationes non appareant, ac si tales omninò fuissent, absq. fuco aliquo celebratæ.

73 Vnus † ex his casibus, quos ego adducere decreui, esset, quando filius patri vendenti, vel aliàs alienanti res donatas consentiret, quia per huiusmodi consensus præstationem æquè fieret fraus hæreditamentò, quam constitutio prohibere voluit, vltra quod, consentire alienationi alienare est, & prohibitus alienare, vel donare, prohibitus etiam censetur alienationi, vel donationi consentire, prouti pluribus probat Tiraquel. allega. à Moli. vbi infra, Tiraquel. (inquam) in repeti. l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num. 279. & Molina de primoge. lib. 4. cap. 3. num. 24. tex. expressus in l. quoties C. de fideicom. vbi vendere per se, & consentire venditioni, quæ per alium fiat, idé sunt, benè Surd. decis. 264. n. 15. & Cæs. Barz. decis. 94. num. 14.

74 Alius † casus esset, quando pater emeret à filio eadem res donatas, nec aliter constaret de prætij solutione, quàm per confessionem ipsius filij: tunc enim locum haberet dispositio nostræ constitutionis ex regula, quę dictat, in personis prohibitis non esse standum confessionibus, per quas fieri posset fraus prohibitioni, nisi reuera constet de veritate illius, sic in proprijs nostris terminis in persona prohibita donare, quòd non valeat confessio prætij soluti facta in fauorem illius, cui donare non poterat, nisi de veritate constet, contra glo. in l. qui testamẽtũ, verbo, modũ, ff. de proba. secure resoluunt Ias. in l. si is, qui ex bonis, num. 11. ff. de vulga. Dec. in cons. 311. Calcane. in cons. 58. per tex. in l. 11. C. de natura. lib. eis adde Pinel. in l. 1. parte 3. nu. 23. C. de bon. mat. accommodantur quę pluribus inferiùs in glo. donationis inter patrẽ & filium, docuimus, dum resoluimus in personis prohibitis non sufftragari assertionem meritorum ad sustinendam donationẽ aliàs inualidam, nisi illa probentur.

75 Ex eadem † resolutione manare videtur, quòd si aliàs quoquomodo fiat aliqua confessio debiti etiam iurata à filio in fauorem patris, cuius veritas, & realitas probari non possit, ei standum non foret, quia sic per indirectum fieret fraus constitutioni, & hæreditamentis fauore matrimonij factis, in cuius rei comprobationem faciunt, primo tex. in d. l. qui testamentum ff. de proba. & quæ doctores tradunt in hac materia, quos (vt vnica allegatione plures habeas) cũ diligẽtia retulerunt Pinel. in alleg. l. 1. par. 3. n. 23. C. de bon. mater. & Mãti. de coniec. vltim. volun. lib. 10. tit. 4. n. 3. conducunt † finaliter quæ de confessione receptę dotis per maritũ vxori facta, vbi numeratio probari nõ põt, docet Pater Sanchez de matrim. li. 6. de dona. inter vir. & vxor. disput. 9. nu. 6. dicens quòd in omnib⁹ casibus, in quib⁹ donatio inter virũ, & vxorẽ est inualida, inualida etiã est huiusmodi cõfessio, nisi de veritate numerationis alitèr cõstet, adde Barbosa in l. 1. par. 6. nu. 29. ff. solu. mat. qui multa adducit in huius rei cõprobationem.

76

concinnunt quæ pluribus,circa confeſſionem per filium patri factam de receptis mille, quæ ei donauerat,ſeu donare promiſerat in capitulis matrimo.probat noſtras Cancer. in 3. parte var. reſolu. c. 2.à num. 209. cum pluribus ſequent. & ſignantèr num. 218. vbi poſt hæc ſcripta vidi, quia poſt hæc ſcripta in lucem prodijt opus.

77 Idem † eſſet quando conſtaret de receptione prætij realiter,& de facto,ſi tamen venditio viliori prætio celebrata comperiretur, quia tunc illud, quod deeſſet de iuſto prætio, donatum cenſeretur,ex l. ſi quis donationis, de contrahen. emp. & l.ſi Sponſa,circa fin. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ioan. Lup. de Pala. Rub.in rub.de dona. inter vir. & vxor. §. 29. num.2.&.R oder. Suar.in l.1.tit.de las arrhas in §.not.ad fin.in verſ.2.

78 Multis † alijs modis in fraudem conſtitutionis poteſt his hęreditamentis fieri præiuditium,quos poteris per te ipſum colligere ex varijs doctorum reſolutionibus huic negocio applicabilibus,quos omnes non poſſum ego hoc loci recenſere:id ſolùm aduerto nihil poſſe excogitari per quod faciliùs fraus hęc deprehendatur, ac derogatur, quàm ſi inſpiciatur num actus qui fit à filio in patrem,ſit talis, qui ſi clarè,& apertè non ſapiat retrodonationem in fauorem illius,vel manifeſtum pręiudicium, & derogationem contineat hæreditamenti, per cum tamen quoquomodo deueniatur ad dictam retrodonationē pręiudicium, & derogationem, ſeu ipſa ſequantur, quia tunc pari modo talis actus cēſeretur prohibitus, ſicuti quilibet alius,qui directè,clarè,& manifeſtè dictam retrodonationem,pręiuditium, & derogationē contineret,quod argumento eorum probatur,

79 quæ doctores docent, prohibita † alienatione cenſeri prohibitum omnem actum, per quem deueniatur ad ipſam,per quemq. ipſa ſequatur ex l.codicillis §. mater, & ibi Bar. ff. delega.2. l. ſi ad reſoluendam,vbi Bar. & Salice. C. de præd. minor. Tiraquel. de retrac. ligna. §. 1. glo. 14. num. 14. qui plures concor. allegat, Menoch.conſ.101. num. *22.* Bec. conſ.25. nu. 2. Peregrin. de fideicommuni articu. *14.* num. 31. Surd. deciſio.154. numer. 20. & deciſ.326. num.27.

80 Declaratur † hæc conſtitutio,& eius diſpoſitio vt tantùm habeat locum in his, quæ fiunt in fauorem donantis per donatarium per actū inter viuos,non verò in his, quæ per vltimam voluntatem,& in teſtamento, quia cum dicta conſtitutio fundetur in fraudibus, quæ in his fieri ſolent, emanaueritq. in earum excluſionem,pro cauſa finali diſpoſitionis,iuxta l.final. vbi Bat. & reliqui ff. de hæred. inſtitut. & l. cum hi ff. de tranſac. ipſæ autem, & earum ſuſpiciones non poſſint coniecturari in teſtāte, & moribundo, indè fit vt dici nequeat emanaſſe prohibitionem, vt facultatem teſtādi,alioquin liberam, & ampliſſimam, reſtringeret,eſt hæc expreſſa doctrina noſtratis Thomę Mier. ſuper dicta conſtitutio. quæ legitur apud eum in cur. Perpiniani Reg. Pet.3. cap. *26.* de his, quæ fiunt in fraud. contrac. nup.

81 col.6. num. *6.* pag.142. dicentis † conſtitutionem hanc, quam explicamus, intendiſſe remouere potentiam contractus inter viuos,non diſpoſitionem per vltimam voluntatem fiendam, quę eſt ambulatoria vſque ad mortem, eandem opinionem ſequitur noſtras etiam Antho. Oliba de actio. tom. 1. in ſecunda interprætatione §. Item ſiquis in fraud. num. 3. verſ. ſed an, qui eundem Mier. allegat vbi ſuprà in num. 3. vbi tamen nihil de hoc,præterquàm quòd ceſſante fraude poſſit fieri alienatio, non obſtāte conſtitutione, numerus enim *6.* eſt, vbi de hoc Mier. tractat. coaceruat poſteà is doctor in comprobationem huius opinionis plures doctores tenentes quòd prohibitus alienare, nō cenſeatur prohibitus alienare per actum vltimę voluntatis, ſed per actum ſolùm inter viuos,ſic reperio pro hac noſtra declaratione antiquitùs in Senatu *deciſum*, die ſcilicet 20. Iulij 1560.in cauſa in eo vertenti ad relationem N. Vilana inter Catherinam Caſtellonā, & pupillos Caſtellons,ſcriba Sacares.

82 Declaratur † ſecundò eadem conſtitutio,vt tantùm procedat in diminutione hæreditamēti, quæ procederet facto hominis, non verò quę facto legis procederet,& ex illius diſpoſitione, quod probatur ponderando verba dictæ conſti. ibi, *alguna carta ſera feta*,hoc eſt, *aliqua charta fuerit facta*,item ponderādo quòd conſtitutio prædicta, vti anteà dicebamus, emanauerit ad tollendum fraudes, quæ in his fieri ſolebant, quas certum eſt per legem fieri non poſſe, & ex illius diſpoſitione, rationem reddit Mier. in ea.conſti.num.8. & 9. vbi hanc reſolutionem ſequitur, dicens,quòd per hanc conſtitu. prohibentur contractus, & inſtrumenta tantùm,& quia eius diſpoſitio eſt exorbitans,non eſt trahenda ad crimina, vel alios caſus neceſſarios,in quibus donatio reuocatur inuito donatario, ne videantur per eam tot iura corrigi,ſeu tolli,quæ de reuocandis donationibus agunt,& ad id fuerunt edita, argum. l.ſi quando, C.de inoffi.teſtam.

83 Exemplum † huius rei poteſt poni in reuocatione,quæ fit vigore l. ſi vnquam C.de reuo. dona.quando donatori,& hæreditanti in capitulis matrimonialibus naſcerentur alij filij (intelligendo in terminis,in quibus eius legis diſpoſitio procedit) tunc enim in fauorem dictorum

rum filiorum fieret proculdubio diminutio hæreditamenti beneficio legis,& ex illius dispositione,quia quæcunq. donatio, etiamsi sit ob causam,huic reuocationi de iure subiacet, Rip.in l.si vnquam, quæst.13.num.24. cum sequent.Corn.in cons.11.vol.3.& cons.30.vol.4. viden.Tiraquel.in repeti. d.l.si vnquã, verbo, donatione largitus,num.68.& 69. qui videtur donationem remuneratoriam excipere, quod an sit intelligendum in excessu tantùm, ideſt in eo,quod excedit causam,aut verò in totum, non est quòd ego hic disputem, id te docebũt doctores suprà relati,& nos iam aliàs tradidimus,& secundum hanc,quam firmamus resolutionem,reperio in quibusdam antiquis exẽplaribus manuscriptis in volumine constitutionum Cathaloniæ admodũ reuerendi N.Ma negat olim huius principatus dignissimi,ac doctissimi Cancellarij,quod penes me habeo,& propter multam illius egregij viri eruditionem summi facio, reperio(inquam) fuisse in Senatu in causa viduæ Parades contra N. Pujades de † anno 1538. *decisum* per natiuitatem filiorum fuisse,& esse locum reuocationi donationis fauore,& contemplatione matrimonij factæ vigore d.l.si vnquam C.de reuo.dona.

84 Secundum exemplum rei, quã tractamus, potest constitui in reuocatione,quæ fit propter ingratitudinẽ donatarij vigore l. fi.C. de reuo. dona.ei enim similiter & nostra donatio subiacet, vt Mier. tradit in allega. nostra consti. num.8.intelligẽdo tamen in eo, quod excedit causam,vt declarant Corn.in cons.45.lib.4. & Rip.in d.l.fi.num.149.iuxta quam opinionem reperio etiam in exemplaribus manuscriptis † suprà relatis *declaratum* in Senatu de an. 1499. 9.Augusti in causa Galcerãdi Fabra,& Dalmatij Despalau referente Iacobo Des torrent.

Quod est intelligendum, vt Mier.aduertit,& quilibet etiã sine eo ex verbis cũstitutionis aduertisset,dummodo ingratitudo prædicta non fieret data opera in fraudem prohibitionis.

85 Idem † dicendum foret quando hereditamentũ esset inofficiosum,& in preiuditium legitimæ cæterorum filiorum : cum enim eo casu permissa sit de iure reuocatio vsq. ad metas legitimæ,iuxta l.si totas C.de reuo.dona. l.titia in §.Imperator,de lega. 2. eadem etiã in nostra donatione locum habebit,ex rationibus suprà ponderatis.

86 Quibus † omnibus in casibus obseruandũ est iustã propriam,& particularem cuiusq. reuocationis naturã, numnam ipsæ fiant etiam cum fructibus,quod tibi declarabũt doctores, qui dicta iura commentati sunt,quod ego non possum hoc loci prosequi,ne, plusquàm oporteat, in his immoratus dicar,& videar.

Plura alia in ornatum omnium supradictorũ, quæ pulchra quidẽ sunt,potuissẽ hoc loci ego recensere,sed quia ea sunt talia,quæ quisq. vel mediocritèr solùm eruditus perseipsum facili negocio colligere poterit,ea consultò, silencio prætereo.

SVMMARIA.

1 *Filijfamilias non poterant olim sine consensu parentum matrimonium contrahere.*

2 *Ius canonicum in nuptijs potissimùm expectatur. Filijfamilias de iure canonico validas possunt, absq; consensu parentum,nuptias contrahere,ibidem.*

3 *Filiumfamilias qui dicit non posse sine consensu parentum nuptias contrahere, anathemate à Sacro Triden.cons.damnatur.*

4 *Consensus parentum,in matrimonijs filiorum,de honestate requiritur.*

5 *Virginalis pudoris non est maritum eligere, sed parentum iudicium expectare.*

6 *Matrimonium contrahere,absq. consensu parentum, mortale aliqui arbitrantur.*

7 *Quod non procedit,si consilium sit petitum, licèt non sequutum.*

8 *Cons.Triden.de reforma.matrim. c. 1. sessio.24.intellectus, & num.3.*

9 *Exempla plurium,qui sine consensu parentum, matrimonium contrahere noluerunt,remissiuè.*

10 *Filia in Cathalonia non potest sine consensu parentũ matrimonium contrahere,aliàs potest exheredari, nisi sit etatis 24.annorum,& num. 22. vbi decis. nostri Senatus.*

Intellectus Consti.2.& 3.sub tit de Sponsal.in 2. vol. consti.ibidem.

11 *Libertas matrimonij nullo modo minuũ potest, aut infringi.*

12 *Lege permittente quod fit,penam non meretur.*

13 *Leges seculares non possunt statuere circà matrimonij Sacramentum.*

14 *Doctores enumerantur,qui statuta non valere asserunt,imponentia panas contrahentibus matrimonia sine consensu parentum.*

15 *Filia, quæ sine consensu patris nubit,rem inhonestam facit,ac patrem iniuria afficit.*

16 *Leges seculares possunt filiæ culpam, & peccatum,in contrahendo matrimonium sine consensu parentum,contracta,ac iniuriam illi illatã, punire pena exheredationis.*

17 *Princeps faciendo statutum priuationis hereditatis respectu filiæ, quæ nubit inscio patre, non dicitur disponere circa substantiam matrimonij, sed imò circà bona temporalia.*

18 *Quod venit in quandam consequentiam, & remotè non attenditur,sed quod principaliter.*

19 *Pena consistens in lucro non acquirendo non aduersatur libertati matrimonij.*

20 *Legitima non dicitur reuera debita filijs, sed quasi*

debita in vita parentum.

21 *Legitima filij non potest penes patrem pro debito ipsius filij publicari.*

22 *Parentes exheredantes filias propter contractum matrimonium sine eorum consensu, non esse absoluendos, vult Veracruz.*

23 *Nepotes non possunt primari hereditate avi, ex eo quòd eorum pater matrimonium contraxisset sine illorum consensu, vbi decis. Senatus Parisien.*

24 *Factum patris non nocet filijs ex propria persona vocatis, vbi decisio nostri Senatus.*

25 *Renuntiatio matris, dote contenta, non nocet filijs, si illa prior decedat.*

26 *Libertas matrimonij semper remanet læsa ex statutis priuantibus filios hereditate, qui insciis parentibus illud contrahunt.*

Opinio auctoris in hac materia, ibidem.

27 *Statuta priuantia filios hereditate, quòd matrimonium contraxerint sine consensu parentum, inualida iudicantur, vbi decis. Rotæ Bononien.*

28 *Filia digne nubens, non potest exheredari, quamuis sine consensu patris, vbi decis. nostri Senatus.*

29 *Consilium, quando cum eo est aliquid faciendum, nõ oportet quod sequatur.*

30 *Dispensare non potest Episcopus, vel eius vicarius super denuntiationibus, sub prætextu quòd si matrimonij conscius foret pater, timor esset, ne illud impediret.*

31 *Statuta disponentia ingredientem religionem sine consensu parentum priuari hereditate, & bonis, an sint valida, vbi pro affirmatiua decisiones nostri Senatus.*

Intellectus priuilegij Regis Iacobi 1. de ingredientibus religionem sine consensu parentum, ibidem.

32 *Dispositio c. in præsentia, de proba. non habet locum in Catholonia, sed monasterium succedit in legitima tantùm, vbi decisiones nostri Senatus.*

33 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, non procedit data disparitate rationis.*

34 *Condicio in maioratibus, vt non succedant in eis monachi, vel sacro ordine initiati, sustinetur de iure, vbi decisiones Rotæ Florenti.*

35 *Mulier, cui relicta sunt ducentum, si nuberet, & & centum si monasterium ingrederetur, an integra ducentum habeat si vltimum eligat.*

36 *Monasterium non excludit substitutum datum sub conditione, si hæres moreretur sine liberis ex legitimo matrimonio natis, vbi decisiones Senatus Pedemont. & nostri etiam Senatus alia.*

73 *Mors naturalis monachi est expectãda, vt admittatur substitutus in casibus, in quibus non excluditur per monasterium, & interim fruitur bonis fidei commissi.*

38 *Filius per contractum matrimonij de consensu patris, liberatur ab illius potestate.*

39 *An id sit etiam respectu curatoris, vt similiter liberetur ab illius potestate, vbi decisiones Senatus.*

GLOSA. II.

Quod de expressis volũtate, & assensu illorum facere, & contrahere, seu contractare debet, facit, & contrahit, ac contractat cum dicta N. futura vxore sua.

1 TANTA † fuit olim apud maiores nostros, paternæ in filios auctoritatis habita tatio, vt existimauerint nõ posse eos, si filijfamilias essent, sine parentum voluntate, & assensu iustas contrahere nuptias, ità sanxit Impera. Iustinia. in l. vni. C. de rap. virgi. & in prin. institu. de nup. Pau. I.C. in l. 2. de rit. nup. cum simil. hoc etiã obseruasse patres illos veteris testamenti, sacræ literæ testantur, & signanter in Isaac, Iacob, & Sansone seruatum legimus. Et non solum prohibebantur filij familias matrimonium, vt supràdictum est, contrahere, sed etiam direptum inconsultis parentibus renouare l. nuptiæ inter, de rit. nup. plenè Gasp. Anthon. Thesau. q. foren. 70. nu. 4. lib. 1. Anthon. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 2. de nup. defini. 2. Verùm huiusmodi leges, & ciuiles constitutiones per ius pontificium (quod †in nuptijs potissimum expectatur
2 c. Euphemium 2. q. 3. & cap. vlt. de secun. nup. & plutibus probat Mar. Antho. Peregri. de fideicom. artic. 24. num. 56.) posteà abrogatæ fuere, adeò, vt iam hodiè nulli dubium sit posse filios familias, absq. parentum consensu, nuptias cõtrahere, ac mattimonio iungi, illudq. validum esse, & efficax matrimonium, c. cum virum, de regular. c. sufficiat. 27. quæst. 2. c. hoc sanctum 32. q. 2. cap. 1. de desponsa. impub. latè rem hanc probat ex Theologis Belarmi. lib. 1. de sacram. matri. cap. 19. & 20. Dida. in Epito. ad quartum decreta. 2. par. cap. 3. §. 8. in prin. vbi signanter Ioan. Corras. Missellan. iur. ciuil. lib. 1. cap. 17. Cassane. in Catalo. glor. mund. Duaren. Oldendorp. & alios contrarium tenentes reprehendit, ac refellit, quibus adde Siluest. Aldobran. eadem reprehensione dignũ, propterea quòd in adnota. ad primum lib. institu. in titu. de nup. super versi. dum tamen filij, eandem conatus est defendere opinionem, nec erubuit dicere se existimare deceptos esse canonistas, qui putarunt per ius canonicum abrogata fuisse iura ciuilia supràdicta, eandem hanc nostram opinionem tenet Nicolaus Bello. in lib. Antino. iur. lib. 2. in 3. contrarieta. pulchrè Riminal. Iunior consi. 131. vol. 1. per tot. Iacob. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 24. de filijs qui matri. &c. in prin. Thom. Sanchez societ. Iesu in trãct. de matrimo. lib. 4. dispu. 22. num. 3. Ioã. Gutier. in ptac. lib. 2. quæst. 5. & alij

5 5.& alij plures,quos ipſi allegant,& † hodie ad tollendam omnimodam dubitationem habemus decretum SacroSancti conſi. Trident.de refor.matrim.cap.1.ſeſſio.24. quod anathemate damnat eos,qui falsò affirmant matrimonia à filijsfamilias,ſine parentum conſenſu,contracta,irrita eſſe,pro cuius decreti interpretatione videndus eſt Hieronymus Ceuallos in ſpecu. pract.qq.com cont.com.lib. 2.q.604.nu. 31.cũ ſequent.Antho.Fab.in ſuo Cod.lib. 5. tit. 2.de nup. defi. 2. Qui plura de his habere voluerit legat Antho.Guiber. Coſta. quęſtionum iuris lib.1.cap.12.por tot.vbi copioſè de hac re.

4 Sed † ſi hæc vera ſunt,quòd nó ſit neceſſari⁹ cõſenſus parentũ in filiorũ matrimonijs, quare in noſtris capitulis ponuntur verba, de quibus in noſtra glo.demonſtrãtia matrimonium hoc fuiſſe cõtractũ ſcientibus, & cõſentiẽtibus parentibus?Reſpondetur quòd licèt in matrimonijs contrahendis non ſit de neceſsitate requirendus conſenſus patentum,eſt tamen de honeſtate,quòd filij,& maximè filiæ illum requirant,vt ſic illud ,quod de iure ciuili erat neceſſitatis,ſit de iure canonico honeſtatis, vt dicebat Lancello.in inſtitu.Cano.§.nuptias,in titulo de nup.& ibi glo.in ver.honeſtè, & hoc eſt, quod dicebat glo.in cap.cum virum,de regula. & in cap.fin.32.q. 2. & in ſuprà allega. c. ſufficiat 27.q.2. & hoc eſt etiàm, quod ſuperiùs in Iſaach,Iacob,& Sanſone ſeruatum legimus,requiſitum fuiſſe parentum conſenſum in eorum 10 nuptijs,de honeſtate tamen,non de neceſsitate:Alijs etiam in locis in ſacris literis parentibus tribuitur hoc munus tradẽdi filias nuptui, vt Eccleſiaſ.7. da filiam tuã viro prudenti,& D. Pau.ad Corin.1.cap.7.idem copioſè docet:non
5 enim † ſecundum honeſtatem virginalis eſt pudoris maritum eligere,ſed parentum iuditium expectare,vt dicebat D.Ambroſius, cuius di-
6 ctum reffertur in cap. honorantur 32. q. 2.Et † hoc adeò certum eſſe exiſtimant aliqui, vt arbitrentur peccare mortaliter, qui matrimoniũ contrahunt inuitis parentibus, Alfon. a Veracru.in ſpecu.coniug.3. par. artic. 10. conclu. 3. Micha.Salon.de iuſti. & iur. q.5. de domi.art. 11
5.tit.poſſint ne parentes, filios contra voluntatem eorum cõtrahentes matrimonium, ex hæredare,conclu.1.Nauar. in Manua. cap. 14. nu. 15.Pet.Barbo. in l.1.pat.4.num.37.ff. ſolu.matri. & Gaſp.Antho.Theſau.q.foren.70.nu.7.lib.1.
7 poſt Gutier.canon.qq.c.20 num.3.quod † tamẽ intelligit verum Sanchez de Matr.lib.4.diſputa.23.num.10 niſi conſilium petijſſet filius à patre,licèt datum nõ ſequereturtunc enim abſq. peccato, inquit , poſſet filius matrimonium cõtrahere inuito parre, qua de re amplius non ago , quia non multùm atinet ad noſtrum inſtitutum, videatur per Sanchez,& alios dd. ſupràcitatos,vbi de his latiſſimè, & ſignanter videatur Ceuallos in ſpecu.prac.qq. comu.cont. comu.lib.2.q.604.num.34. conſtantèt ex Menoch.conſi.69.nu.23.& 25.lib.1.& de arbitra. lib.2.caſu,453.num.6.Gutierrez in cano. quæſtio.cap.20.num.3.Cepha.in conſi.421.nu.64.
8 & alij plures † aſſeuerans per conſilium Tridentinum non excludi honeſtatem conſilij paterni,& ſic non cenſeri, per dictã Conſilij diſpoſitionem,correctam veriſimam illam opinionem,quam ſuprà ex Sanchez firmauimus, peccare mortaliter filios, qui ſine licentia,& conſilio parentum, cõtrahunt matrimonium. Hinc ille Cirus,quem reffert Barba.in ſuo libel. de re vxor.cap.1.ſummè extollitur ab antiquitate ,quòd cum præſantiſſima auri copia, ampliſſimaq. dote,ad mulierem ſuſcipiendam inuitaretur,non autem ſe velle dixit,quàm à parentibus collaudari.cerior eſſet, refert Dida. Spino in ſpecu.teſtament.glo.14.prin. de lega. ſub condi.num.80. de hac honeſtate loquitur latè Dida.in Epito.ad quartum decreta. 2. par. cap. 3. §. 8. num. 1. verſi. honeſtum, vbi † plu-
9 ribus exemplis priſcorum, & ęnnicorum , ac aliorum hominum, qui ſine conſenſu parentum nuptias contrahere noluerunt, eam opinionem commendauit: Hæc igitur honeſtatis ratio potuit in cauſa eſſe,quòd hoc loci,de huiuſmodi parentum conſenſu, & voluntate,fieret mentio.

In † fęminis alia poteſt eſſe ratio huiuſmodi expreſſionis conſenſus paterni in earum matrimonijs, ne aliàs quaſi parentibus inſcijs, vel inuitis, contrahentes pœnam incurrerent priuationis ſucceſſionis paternæ,ac maternæ, & legitimæ,ſi id facerent ante vigeſimum quartum ętatis annũ, iux. conſti.2.& 3. tit.de Sponſa. vol.1.conſtitut. quod idem procedit etiam in filijs maſculis in ciuitate Barcinonæ,per priuilegium locale Regis Iacob.1.in 2.vol. conſtit. ſub titu. de Sponſa. de quorum priuilegij,& conſtitutionum validitate , eſt, quòd in præſentiarum aliquid dicamus ne difficiles quęſtiones iniuſtè ſubterfugiſſe videamur.

Imprimis † igitur pro huiuſmodi ſtatutorũ inualiditate facit,quòd per ea videatur infringi,ac minui libertas matrimonij, videnturq.ea ſtatuta refrigerare,& retardare homines à contractu matrimonij,contra cap.1.& cap.gemma cum ſimil.de Sponſal.admirabilis eſt ad id Cõſilij Tridentini diſpoſitio in decre.de refor.matrim. ſeſſio.24.cap.9.præcipiens ne quouis modo,directè , vel indirectè , cogatur quis , quo minùs liberè matrimonium contrahat , & certè per huiuſmodi humanas leges, & conſtitutiones vix dici poteſt,quòd non cogantur filij, minus liberè, matrimonia contrahere, quod videtur eſſe,ſaltèm indirectè,libertatem

matrimonij impedire, quod damnat dicta Synodus.

12 Secunda ratio, quia posteà fit mulier id, quod est nubere, sine consensu parentum, satè permittente facit, vt supra dictum fuit, non videtur esse vbi elocati valeat pœna exheredationis, argumento l. Gracchus, ad l. Iul. de Adulter.

13 Tertia ratio quia ad potestatem secularem non spectat leges condere circa matrimonij contractum, c. cum de ord. cogn. & cap. causam 2. qui filij sint legitimi, ergo &c.

Ad has tres rationes, reduntur omnes, quæ dd. in proposito adducunt, licet ipsi plurimis ex eorum, quarum efficacia conijcere quamplures, tam ex antiquis quam ex nouioribus, asseruerunt constanter has leges minimè fore seruandas, imò per ius canonicum fuisse abrogatas, quos omnes nos hic non referemus: id enim pœnis seruiret, vt tædio lectores afficeremus, quam quod aliquid subtilitatis continere posse videretur, sed nonnullos tantùm ex nouioribus, qui tem hanc fusius pertractarunt, quæ cum diligentia reliquos retulerunt: fiet enim fiet, vt brevissima quadam allegatione omne illud comprehendatur, quod in materia

14 deliderare posse diliges lector. In primis itaq. hæc opinio multum auctoritatis habet quod eam amplexus fuerit doctissimus Præses Dida. de Couar. in Epito. ad quartum decretal. 2. par. cap. 3. num. 3. & D. Rodet. Suar. in l. 22 for. tit. de los fundamentos num. 20. Gutier. 2. pract. qq. quæst. 1. num. 18. & quæst. 5. per tot. Iul. Clar. in practicarum. q. 82. ibi statutū 3. vers. sed nunquid, Aphonsus Vetactu. in specul. conjug. 3. par. art. 2. dub. 3. Molin. de primoge. Hispano. lib. 2. cap. 10. num. 8. Matienzo in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordinamento. glo. 4. num. 4. & ibi Azebe. num. 6. Tiber. Decia. in tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 34. nu. 4. Cenual. lib. 2. pract. quæstionum comu. cont. communes, quæst. 604. num. 33. & Thomas Sanchez Societ. Iesu lib. 7. disput. 15. num. 2. eandem opinionem tenet Ioan. And. in cap. statutum 1. de hæret. in 6. licet referat contrarium

† fuisse tentum in publica disputatione Bononiæ, referri id Felc. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 59. vers. sed contra istam, dicens decisionem Ioan. Andr. esse ordinariam, & communiter approbatam, Pater Azor Societ. Iesu in institu. Moral. lib. 7. cap. 20. vers. præterea, & vers. leges ciuiles, & cap. 25. vers. de nouerca quæritur, plene Alberic. Malcar. de interpreta. statu. concilu. 1. num. 177. hi omnes cum alijs, quos vidimus, quibus ipsi allegant, hanc sequuntur sententiam, & opinionem.

Alij sunt non pauci, qui rationibus supradictis nihil mod, contrarium tenent sententiam, valere huiusmodi leges, & statuta, nec ex per

ius canonicum fuisse modo aliquo abrogata: ij

15 sequentibus veruntur medijs, perquæ etiam cessent contrarijs fuisse satisfactum.

Prima ratio, huius opinionis manifestatur, si præsupponetimus quòd licet ius canonicum matrimonia huiusmodi, quæ contrahuntur sine consensu parentum, approbet quò ad substantiam matrimonij, non tamen illa approbat quoad modum contrahendi, imò prædictum modum expresse improbat, & minus honestum reputat, dicens expresse quod ita contrahendo filia vsurpat officium patris, c. honorantur 32. quæst. 1. c. nostrates 30. quæst. 1. & cap. 1. de desponsa impubet. & proinde dicitur grauare patrem afficere iniuria, Hostien. in sum. titu. de clandesti. matrimo. num. 5. & lædere ius patriæ potestatis, Paluda in 4. distinct. 28. quæst. 1. nu. 10. imò (quod fortius est) lethaliter dicitur peccare, vt superiùs latè probatum extitit. Hoc præsupposito, nullū mirū videri posse, aiunt huius opinionis asseclæ, quòd dicatur, legem ciuilem hanc filię culpam, & peccatum, hunc patris contemptum, & iniuriam, punire posse pœna exheredationis filiæ hic contrahentis, nihil tamen circa matrimonij substantiam disponendo, vel statuendo, pro qua consideratione facit notabiliter in simili doctrina Panor. in cap. fin. de secund. nup. num. 3. hæc ratio (ne quem fualaude fraudemus) est Barbosæ in allega. l. 1. 4. par. num. 36. ff. solut. matrimo. qui supradictos allegat.

Secunda ratio, per quam videntur sustinenda huiusmodi statuta, & leges, est, quia tali casu Princeps nihil disponit super matrimon. illud inualidando, vel aliàs, quia ad ipsum non spectat, sed super bonis temporalibus, & secularibus, de quibus iudicare, statuere, & disponere legem condendo, & alias dispositiones faciendo, non pertinet ad Ecclesiam, sed ad Principē secularem, cap. per venerabilem, qui filij sint legit. Felc. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 58. & 59. vbi de his latè, & † licet huiusmodi statuta, & dispositiones videantur aliquantulum in detrimentum, & diminutionem libertatis matrimonij vergere, tamen id venit inquandam

17 consequentiam remotam, & quod principaliter agitur, est, disponere super rebus temporalibus, & secularibus contrahentium matrimonium, in pœnam iniuriæ, quæ patri infertur ex neglectu, & contemptu filij nubentis contra eius voluntatem, ideò illud attendi debet, & non illud, quòd in consequentiam remotam venit, l. 1. de auctor. tutor. Planè rationem ad iustificationem horum iuris in patriæ, de quorū validitate agitur, post reliquos nostros pract. adducit, & latissimè extendit Antho. Oliba. in vsat. alia nq. de tut. fiscal. 7. a n. 37. cū sequent. dicens per hanc rationem eq iura sustineri, quæ

aliàs

aliàs nõn possent tanquam infrigidantia, ac retardantia homines à contractu matrimonij.

19 Tertiâ ratio † quia pœna consistens in lucro non acquirendo, non aduersatur libertati matrimonij, ideòq. ei apponi potest, quia tunc non est vera pœna, sed potiùs est spe lucri cõparandi ad matrimonium inuitari, quod fieri posse manifestè docet I.C. in l. titio §. 1. de cond. & de monst. Dida. ad 4. decreta. 1 par. cap. 3. §. 3. num. 1. latè propositionem hãc ex multis probat Sanchez in sæpè allega. tracta. de matri. lib. 1. disputa. 33. nu. 3. legitima autem † non dicitur reuerà debita filijs, sed quasi debita, & ità iudicatur de ea quasi de lucro captando, vt docet glo. in † l. emancipatâ, ver. fine C. de Iur. & fact. ignorã. & ibi Bar. num. 3. & plures scribentes, & in alijs locis relatis per Sanchez loco infertiùs allegando, & signanter Tiraq. in repeti. l. si vnquã. ver. susceperit liberos, nu. 113. & 114. C. de reuocan. 21 dona. Quod † si è contra esset, publicari posset legitima superstite patre propter delictum filij, & teneretur ipse pater ex ea, vti de bonis filij, condemnationem soluere, cuius contrarium est de iure, vt docet Padilla in d. l. si emancipata nu. 33. & 34. signum ergo est quòd legitima nõ potest dici filio debita in vita parentum, & sic quòd de iure iudicari de ea debet vt de lucro quærendo, & per cõsequens quòd, à primo ad vltimum, non erit prohibitum pœnam exheredationis apponere filijs contra voluntatem parentum contrahentibus, quia non aduersatur ea pœna libertati matrimonij; ex supradictis latè rationem hanc extendit Sanchez de matri mo. lib. 4. disputa. 25. nu. 1. licèt eam postea dissoluat nu. 3.

Per has rationes plures grauissimi viri hanc tenent opinionem, quorum nos aliquos tetteremus, reliquos penes eos videndos relinquẽtes, qui allegabuntur, Bal. in c. tenor in fin. de senten. & re iud. & in l. omnem, ad finem C. ad Sena. con. tertul. Bal. nouel. de dot. 6. par. priui. 16. nu. 6. Ioan. Lup. in cap. per vestras, de dona. int. vir. & vxo. not. 3. §. 3. nu. 9. & tot. §. 8. Ferdinan. Vasquez de succesio. crea. par. 1. lib. 1. §. 10. nu. 628. & sequen. Ludo. Moli. societ. Iesu. to. 1. de Iusti. tracta. 2. disputa. 176. Barbo. in l. 1. par. 4. num. 36. ff. solu. matrimo. Michael Salon de Iusti. & Iur. quæstione 5. de domi. art. 3. & alij quamplures relati per Thom. Sanchez vbi supertiùs num. 1. qui licèt hanc sententiam non sequatur, eam tamen dicit probabilissimam, in ferens indè non esse audiendum Veracruz in 22 3. par. specu. art. 26. concl. 3. dicentem non † esse obsoluendos parentes, qui in casu per leges sibi concesso, exheredant filias, sed imò asserit Sanchez fore absoluendos cum probabiliorem sententiam sequantur: supradictis adde Iacob. Cancer, qui eandem tenet opinionem par. 1. var. resol. titulo, de fil. qui mat. &c. in prin. & nostros practicos Cathaloniæ per eum, & per Antho. Oliba in vsati. alium namq; cap. 7. à nu. 37. de Iur. fisci, qui eos sequitur, allegat. Idem Cancer. in 3. par. var. c. 11. de Sponsal. & matrim. num. 3. post hęc scripta in lucem edita defendit eandem opinionem in terminis nostrarum constitutionum, imò de eis expresè loquens Cel. Hugo. cons. 38. nu. 7. (in quo sibi placuisse, dicit Gasp. Antho. Thesau. quæstio. foren. 70. num. 9. lib. 1.) plura alia, quę hic desiderari possent, multis prosequitur verbis, & Antho. Guiber. Costa quæstio. Iur. lib. 1. cap. 12. num. 43. vbi ita *decisum* fuisse testatur in Sena. Tolosano in contradictorio iudicio de anno 1553. ita etiam inconcusè in Cathalonia obseruari, & practicari hanc opinionem asserit Cancer. in d. c. de filijs qui &c. num. 6. cui est quod in hoc fidẽ adhibeamus, licèt casum particularem non alleget, in quo sit ita practicatum, quia Cathalani obseruantissimi sunt suarum legum, & in dubio securè potest credi pro earum obseruantia, & in individuo ego vidi † *declarationem* Senatus ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor in causa Alduncię Arenys, contra Monserratum Grau Ciuem honoratum Barcinone, die 7. Octobris 1603. actuario Hieronymo Bosch, ad id factam.

23 Et quidam, † nedum filios, qui sine assensu parentum matrimonium contraxerunt, exhæredari propterea posse, existimarunt, sed & filios eorum, qui ex tali matrimonio processissent, si fortè filium contingeret mori ante patrem eis relictis, contra quos tamen in facti contingentia † *declarauit* Sena. Parisien. de anno 1584. vt testatur Annæ. Rober. rer. iudica. lib. 2. cap. 9. in fine.

24 Necid quidem † mirum cum regulariter generale sit, facta parentum filijs non præiudicare, prout in pulchro casu Senat⁹ † *declarauit* referente egregio Senatore Hieronymo Astor, & scriba Hieron. Bosch, sub die 22. Martij 1603. in causa Stephaniæ Ferrera viduæ contra Gratiam Gualbes, dicendo 9. quando sunt filij substituti post mortem patris, ipsi non debent hæreditate priuari, quamuis probetur eorum patrem non obtempetasse mandatis testatoris, imò eis expresè cõtraueniss̃e, perquam cõtrauentionẽ incurrebat priuationẽ hęreditatis ex dispositione testatoris: dictum enim fuit, factum patris, & si sit sibi nociuum, non tamen filijs, pro qua declaratione stat in terminis Peregrin. de fideicom. art. 18. numero 16. non nihil dicit ad propositum Vincen. de Franch. decis. 169.

25 Indè etiam fit † quòd factum matris, quæ renuntiauit dote contenta, non noceat filijs, si contingat matrem ipsis filijs prædecedere, prout multis doctrinis fundat nostras

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cancer.lib.3.var.c.15. de renun. a num.47. vbi † *decisionem* reffert nostri Senatus, quæ nostris tẽporibus facta extitit, refferẽte egregio Senatore Hieronymo Torner de anno 1598. (licèt ego aliam *videtur* in alia aula anteà in contrarium factam, & in Senatu Parisien. sic etiã fuisse contra nepotes *declaratũ* de anno 1569. reffert Anneus Robertus rer. iudica. lib. 1. cap. 5.) egregiũ † est Ludoui. Morot. conf. 12. per tot. vbi latè de his agit. Sed hæc omittamus pro nunc.

Hæc sunt quę dubitabilem reddunt rem hanc, quæq. nisi videremus has nostras constitutiones cum maxima maturitate à viris huius principatus vndique doctissimis simul ac prudentissimis confectas, *ni* etiam probè sciremus pro earum validitate per sacrum Senatum (quem *nulli orbis* postponi debere fatẽtur qui illum tractarunt) fuisse sępissimè in facti contingẽtia, & quoties de eo incidit quæstio, iudicatũ, occasionem dabant non modicam dubitandi quænam harum opinionum verior deberet censeri, & multos forsan induxissent ad credendum longè veriorem esse priorem opinionem, super quo ego homunculus aliud non loquor, doctioribus relinquens iuditium super his suũ 28
26 proferendum, benè † verum est (vt hoc vnum verbũ liberè proferam) quòd ego attentiùs rationes pro vtraq. parte doctissimè à doctoribus excogitatas perpendi, ac cõsideraui, & semper reperi videri quomodocunq. rem hanc considerent doctores, ex huiusmodi legibus, & statutis læsam, ac diminutam remanere libertatem matrimonij, quod prohibent Iura canonica, & † damnat Sacrosancta Tridentina Synodus, etiã si id indirectè fiat, vt superiùs dictum fuit, cuius † considerationis efficatia, cui nequiui respõsum repetire, quod intelectui meo satisfaceret, vix abfuit quin opinionẽ contrariã statutis, ęquiorem, & veriorem iudicarem, & illis adhærerem doctissimis viris, qui eam sequuntur, benè † videbo quòd id esset contra stimulum calcitrare: ex eo enim quod nos amplectamur hanc opi- 29
nionem, non existimamus quòd propterea in Cathalonia a contraria, quæ recepta ibi est, facilitèr recedendum sit, nec forsan foret iustum quòd ità fieret, vt docet Iul. Clar. in prax. §. fina. post quæstionem 82. statu. 3. circa matrimonia, in verti. sed nũquid, in fine, verùm id me parùm mouet: ego enim meo satisfeciſſem muneri, si ita liberè, quod sentio, in medium protulissem, nemini proindè auferens libertatem quod sibi magis arrideret, tenendi. Hoc vnum omnes vo 30
lo habere pro cõperto quòd si Senatui nostro placeret in facti cõtingentia, spreto constitutionum prędictarum, vtpotè libertatem matrimonij notabiliter minuere apparentium, rigore, hanc, de qua loquimur opinionẽ amplecti, non foret ipse primus Senatus, qui eam sequutus fuisset: est siquidẽ † Senatus Bonon. qui in pro- 27
prio casu alterius, & similis statuti Ciuitatis Bo- †
nonien. contra illud *sensit*, & eam opinionem * magis cõmunem, & à qua in iudicando nõ erat recedendum, dixit, vt reffert Cęsar Barzius decis. 29. per tot. & signanter num. 10. 12. & 19. facit non ineleganter decisio Viuij 480. lib. 3. vbi † in confirmationem eius quod *declaratum* tradit, mulierem habere debere quantitatem legatam, si cum licentia, & consensu alicuius nuberet, quamuis conditioni non pareat, multa adducit, quæ ad huius, de qua agimus, opinionis corroborationem faciunt, eandem hanc opinionem *sequutum* fuisse in facti contingentia † Senatũ Siciliæ reffert dõ Gar. Mestril. decis. 165. num. 20. lib. 2. quamuis (inquit) consistorium cẽsuerit priorem opinionem magis iuridicam, & veriorem esse, hanc tamen in praxi magis receptam nihilominus dixit idẽ Senatus, sed minorem esse dandam, & taxandam dotem filiæ, quæ sine cõsensu patris nubit, propterea quòd vt plurimum indigno nubit, qui minori dote, quam alius, contentus esse debet: sed de his satis.

Limitant † aliqui ex tenentibus priorem 28
opinionem dummodo fœmina dignè nubat glo. in c. de raptoribus, verbo, excusata 36. q. 1. Montaluus, & Suar. relati per Sanchez d. disputa. 15. lib. 4. num. 3. qui tamen cum Iaso. Ioan. Lup. Campe. Dida. Gregor. Lopez, Nauar. Dec. Moli. & alijs pluribus ab ea recedit, quia eædẽ rationes id probant, adde Cancer. lib. 3. var. c. 11. de Sponsal. & matrim. num. 6. vbi *decis.* reffert † nostri Senatus, dicens ex eius mente intelligi nostras constitutiones in eo tantum casu, quo filia nubit indigno, Viden. Gasp. Anthon. Thesau. q. foren. 70. num. 10. lib. 1. ac Ioan. Gutier. allega. c. 20. lib. 1. Cano. quæstio. eandem limitationẽ tenet Antho. Fab. in suo Cod. lib. 5. de nup. defini. 2. vbi dicit ita sępiùs *decisum* in † Senatu Sabusia.

Limitant † secundò aliqui eandem senten- 29
tiam in statuto prohibente contrahi matrimonium sine consilio patris: tunc enim cum non teneatur illud sequi, nõ videtur illud statutum minuere libertatem matrimonij, hæc limitatio videtur iuridica, quam cum alijs amplectitur Sanchez vbi superiùs num. 4. & latè eam comprobat Ceual. in pract. quæst. com. con. comu. lib. 1. quæst. 604. num. 34. & nos suprà iam retigimus num. 7.

Quæ † suprà, de consensu paterno in matri- 30
monijs filiorum requirendo, docuimus, adeò vera, & iusta existimauit Menoch. vt in consi. 69. lib. 1. constanter tenuerit, ac multis rationibus probauerit, non posse Episcopum, vel eius vicarium (qui vigore consilij Triden. sessio. 24. de reforma. matri. cap. 1. facultatem habent dis-

pensandi

penſandi in denuntiationibus ante matrimonium faciendis ex iuſta cauſa, quando poſſet malitiosè matrimonium impediri) non poſſe (inquàm) nec Epiſcopum, nec eius vicarium propterea in dictis denuntiationibus diſpenſare ex eo quòd timeat filius, eius matrimonium per patrem ſuum, ſi eius ſit conſcius, impediẽdum: melius enim arbitratur Menoc. fore quòd per huiuſmodi denũtiationes detur occaſio quòd matrimonium per patrem impediatur, quàm quòd filius ſine eius conſenſu nubat, videatur ipſe, & attentè legatur in propoſito, quia benè explicat quam obligationem habeant filij parentes in conſulendo de matrimonijs contrahendis, vt autem totalis habeatur huius rei diſputatio videatur Tom. Sanchez de matrimon. lib. 3. diſputa. 9. num. 10. cum ſequen. nec omittatur Ioann. Gutier. qui pulchrè de hoc lib. 1. Cano. qq. c. 20 per tot. vbi latiùs, quàm ego, omnia probat quæ hic dixi.

31 Eadem † difficultas, quæ de ſuprà allegatis conſtitutionibus tit. de Sponſa. eſt etiam de priuilegio Regis Iacobi primi, quod legitur in 2. vol. conſtitu. ſub tit. dels que entren en religio, contra ingredientes religionem ſine conſenſu patris conceſſo, vt huiuſmodi filij non poſſint aliquid pro legitima, vel hæreditate ipſius petere, nec habere, quia videtur notabiliter libertatem matrimonij ſpiritualis minuere, ac propterea, & quia eſt remouens ab amplexu vitæ contemplatiuę, nullum dicendum, nec obſeruandũ § ſed & hoc præſenti, in auct. de Sanctis. Epiſcop. iunc. c. erit autem lex 4. diſtinctio. & ideò forſan non immeritò de huiuſmodi priuilegij validitate dubitauit pract. Marquil. in vſati. exhęredare, verſi. quæro ſecundum Iacobũ de Valleſica, pag. 225. & ſimilia ſtatuta nulla eſſe conſtanter aſſeruit Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ in 1. conclu. 6. quæſtione princip. nu. 78. de conſtitu. Alex. in conſi. 139. in 1. volum. Paul. Caſtren. in conſil. 337. alràs 335. incip. in Xpi. nomine Primum dubium, Anchar. conſi. 107. incip. in Xpi nomine Iudex Ferrariæ, & vt vnica allegatione plures habeas, vide Mathe. Mateſſilla. ſingula. 144. & ibi addentes, à quibus plurimum lucis hauries ad huius materiæ veriſſimam, ac certiſſimam cognitionem habendam, & ſignanter ibi plures allegatos reperies, qui hanc communem prędicant ſententiam, verio rem eandem, & receptiorem dicit Hieronym⁹ Ceuallos in pract. qq. com. con. commu. lib. 1. quæſtione 423. ex multis, quos allegat, plures etiam ad idem cumulauit Aldera. Maſcard. in tract de interpręta. ſtatu. conclu. 1. numer. 14. & certè ſi verum eſt quod plures tenent, in matrimonio carnali, de quo ſuprà latè loquuti ſumus, non valere ſtatutum remouens, ac retardans aliquem ab eo, multò magis idem dicere licebit de ſtatuto, quod homines retardabit à matrimonio ſpirituali, quod altero valdè præſtantius eſt: benè verum eſt quòd non deſunt quamplures, ac illi quidem grauiſſimi viri, qui pro validitate huiuſmodi ſtatutorum reſponderunt, in quorum numero videtur eſſe Bar. in l. fin. num. 6. C. de pact. Ioan. Lup. in repeti. rub. de dona. int. vir. & vxorem §. 16. nu. 4. & 14. & ſeq. Guiller. Benedict. in c. raynuntius verbo, dotem quàm ei, num. 32. & ſequen. de teſtam. Dida. var. reſolu. cap. 19. nume. 11. cum aliquibus prędecent. lib. 1. Moli. de primog. Hiſpa. lib. 2. cap. 12. num. 54. & Antho. Oliba in vſat. alium namque ca. 7. num. 40. de iur. fiſci, vbi per eandẽ rationem, quam reddidit, validitatis illarum conſtitutionum, quæ filiosfamilas priuant hæreditate paterna, ſi matrimonium contraxerint ſine eorum conſenſu, hoc etiam defendit Reg. Iacob. 1. priuilegium contra ingredientes monaſteria, inuitis parẽtibus, indultum, verùm id parum mouere debet vnum doctum, vbi enim eſt in contrarium rationum efficacia, parum facit quòd vnus, aut alter ex doctoribus eam opinionem ſequutus fuerit: quod maximè prędmit, & conſtringit, eſt, videre quòd noſter Senatus in facti contingentia pro opinione † Bar. *declarauerit*, & ſignanter communiter allegatur ita declaratum fuiſſe in cauſa cuiuſdam monachi Carthuſiani in monaſterio Schalę Dei ad relationem primò egregij Senatoris poſtea Regentis Regiam Cancellariam Franciſci Deſcamps: verùm ego volui videre proceſſum, & reperi non fuiſſe ea in cauſa declaratum caſum noſtrum: ſolum enim ibi dubitabatur de ſecundo caſu ſupradicti priuilegij ciuitatis Barcinonæ, quo diſponitur, quòd ſi quis ſuis mortuis patre, vel matre, ingreſſus fuerit religionẽ, bona eiuſdem liberè reuertantur illis, quibus vinculata fuerint, vel proximioribus eiuſdem, per quod † ſit quòd in ciuitate Barcinonæ non 32 habeat locum diſpoſitio cap. in prędentia, extra de proba. & auct. niſi rogati C. ad ſena. conſul. trabel. & aliorum *iurium diſponentium* mona † ſterium excludere ſubſtitutum, & *declaratum* extitit in dicta cauſa in fauorem fideicommiſſarij, qui à patre erat ſubſtitutus poſt mortem ſine liberis eius, qui religionem ingreſſus fuerat, contingentem, & *contra* hæredem dicti monachi ab eo inſtitutum in teſtamento per eum condito de licentia ſui ſuperioris antequàm profeſſionem feciſſet: idque attento ingreſſu, & profeſſione dicti monachi, ſatisfacta tamen legitima hæredi illius in dictis bonis ex ſua perſona competenti: Eſt ſcriba dictę cauſę Franciſcus Palau, fuit facta declaratio die 29. Ianuarij 1593. in cauſa Eliſabethis Ioannæ Ferrera cõtra Mariannam Serra: Allegatur etiam pro dicti Regij priuilegij obſeruantia, & approbatione quæda

alia

† alia *declaratio* in ſenatu facta referente egregio olim ſenatore Anthonio Oliba, die 16. Iulij 1598. in cauſa Prioris, & conuentus monaſterij ſancti Hieronymi Vallis de Hebron territorij Barcinonæ, contra Franciſcum de Argenſola, actuario Onophrio Michaele Puigferrer: verùm nec dicta declaratio id probat, quod quærimus: facta enim fuit non in primo caſu dicti priuilegij, ſed imò potiùs in ſecundo, vt de præcedenti declaratione dicebamus, in quo non videtur militare ratio nullitatis, & inualiditatis, quam ſuperiùs, pro primo caſu, cõſiderauimus, & ideò non facit ad propoſitum, quia tamen ſingularis eſt ea declaratio, & doctiſſima, ad veram, & perfectam cognitionem dicti priuilegij in dicto ſecundo caſu, ideò libuit breuiter hic totam eius diſpoſitionem enarrare: fuit igitur in ea cauſa declaratum, monaſterio, vt hæredi per monachum ante profeſſionem inſtituto, adiudicandas fore, & eſſe legitimas tantùm, quæ illi competebant in bonis patris, & matris ſuorũ, necnõ propria bona ex propria induſtria, & aliàs forſã acquiſita, quàm à parentibus ſuis, non autem reliqua bona dicti monachi, quæ ei obuenerãt à parentibus ſuis, vel ab altero ex ipſis, & hoc propterea, quia ex tenore dicti priuilegij tàm ex verbis illius, quàm mente ſupplicatium, & concedentis, conſtare dicebatur diſpoſitum, & ordinatum eſſe, quòd ordo, quem intraret ciuis Barcinonæ mortuis patre, & matre, non poſſet ſuccedere ex teſtamento, nec ab inteſtato, monacho in bonis, quæ illi obuenerunt à patre, vel matre, ſed quòd dicta bona, ſi vinculata nõ eſſent, deuenirent ad proximiores, in quorum fauorem lex, ſupplendo voluntatem deffuncti, diſpoſuit, faciendo dictum ordinem omninò incapacem ſucceſſionis dictorum bonorum, excepta tamen legitima filijs monachis in parentum bonis, iure naturæ, etiam cõtra eorum voluntatem, competente, de qua certum eſt, ac de alijs bonis propria induſtria acquiſitis in fauorem dicti ordinis diſponere poſſe, cum deprædictis nihil dicat dictum priuilegium, & ſic remanent in diſpoſitione iuris communis, eaſdem declarationes retulit Iacob. Cancer. lib. 3. var. cap. 11. num. 199. 200. & 201. vbi de hoc priuilegio plura non contemnenda.

Hæ ſunt declarationes Senatus, quæ quotidie per aduocatos, circa materiam hanc, in hac patria ducuntur in exemplar, verùm vt eædem ipſæ demonſtrant, non fuit in eis primus caſus priuilegij declaratus, vti ſuperiùs animaduertebamus, nec ego, licèt cum diligentia exquiſiuerim talem declarationem, potui reperire, non dubito tamẽ quin Senatus, ſi caſus cõtingeret, pro validitate priuilegij in dicto primo caſu declararet, ſicuti in ſecũdo, & certè, ſi verum fari liberè liceat, ego non video rationem, quæ vr- ††

geat, propter quam inualidum debeat huiuſmodi priuilegium iudicari: Nec † quicquam ob 33
eſt argumentum de minori ad maius, vel ſaltẽ à pari, quod ſuperiùs ad id adducebamus: Eſt enim alia atque alia ratio, quæ militat in matrimonio carnali, quæ non poteſt huic matrimonio ſpirituali accommodari: ibi enim timor ille perdendi bona paterna, & materna, ſi contra parentum voluntatem filius contraheret, eius libertatem notabiliter minuebat, vt quiſque, perſeipſũ dijudicare facili negotio poteſt, ſi forsàn contingeret, quòd eius parentes vellent eũ nuptui tradere cuidam puellę, quæ ſibi minùs placeret, maximè quando ipſe in aliam oculos conuertiſſet, certè illum timorem, probabiliter credi poteſt, hoc operaturum, vt relicta ea muliere, quæ magis placeret, inclinetur filius ad eam ducendam, quam velint parentes: hic verò in matrimonio ſpirituali is timor non poteſt conſiderari: cum enim filius ſpiritu Dei ducitur ad relinquendum mundum, & cum eo bona, non poteſt timeri, quòd ex eo, à propoſito retrahatur, quòd ſciat monaſterium in eis nõ ſuccеſſurum, ſi contra volũtatem parentum illud ingreſſus fuerit, vel etiam ex eo quòd videat non fore poſtea ſibi licitum de dictis bonis parentum in fauorem religionis, vel alterius perſonæ diſponere, cum ad id monaſterium ingrediatur, vt ſæculo, & bonis tẽporalibus per tria vota renuntiet, ita in propoſito, inter alia, conſiderabat Sanchez de matri. lib. 1. diſputa. 34. n. 11. & in alio, poſt Dida. Barboſ. in l. 2. pa. 1. n. 153. ff. ſolu. matrim. per quæ corruit omninò argumentum prędictum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale: verè enim in primo dicitur per huiuſmodi ſtatuta minui libertas matrimonij, non ſic in ſecundo libertas ingredien di religionem, vt ſupradictum eſt, quibus accedit quia ingreſſus religionis non reſpicit illud bonum publicum, quod matrimonium in liberis procreandis, ſed imò particulare ipſius ingredientis, vndè nihil mirum ſi ius non ità fauet matrimonio ſpirituali, ſicuti carnali.

Sic † videmus ſuſtineri cõditiones in maio- 34
ratibus Hiſpaniæ apponi ſolitæ, vt in eis nec monachi, vel ſacro ordine initiati ſucedere poſſint, quæ aliàs ſuſtineri non poſſent tanquàm detrahentes à religione, Dida. lib. 1. var. cap. 19. num. 11. Moli. de primog. Hiſpano. lib. 2. cap. 12. num. 54. Sanchez de matrimo. lib. 1. diſputa. 34. num. 14. quorum allegatione contentus, reliquos, qui plures ſunt, omitto, quia qui ſupradictos legerint, latiſſimè ibi reliquos citatos videbunt, non eſt omittendus Franciſcus Marzã. in epit. fideicom. quęſt. 31. qui aſſerit ita bis fuiſſe in Rot. Floren. *declaratum* de annis 1562. & 1563. verum eſt quòd ſupradicti doctores pro dictis conditionibus ſuſtinendis, addunt, quòd

ex non

ex non eò tendant, vt eam à religione retrahant, sed vt familia conseruetur, quod vtique licitum dicunt.

35 Per hæc † facilè resoluit Sanchez vbi suprà num. 2 cum ipsem tenuisset huius quæstionem, numquid mulier ingrediens religionem consequatur sola centũ, quæ ab eius patre, ei relicta fuerant sub eius quo religionem ingrederetur, an verò ducenta habeat, quæ ei idem pater legauerat, si nubat, monium contraheret, resoluit (inquam) Sanchez dictam quæstionem, vt arbitretur sola centum habituram huiusmodi filiam, quia conditio religione retrahens non est inualida, nec contra expressam testatoris voluntatem est recipienda, vt antea idem Sanchez latè probauerat num. 11. vide Cancer. qui idem etiam antea tractauerat lib. 1. var. cap. 14. de filiqui, &c. nam de qua quæstione si plura alia egregia certè in ea materia videre voluerit adsaturabitur vtique, vide Gaspar Anthon. Thesaur. lib. 1. quæstio. foren. 60. per tot. vbi videbis cautelas, quas nonnulli excogitarunt, vt hanc difficultatem, si contrahens matrimonium spirituale debeat habere quod sibi legatur, p carnali, subterfugeret, citra quæ aliter non immoror, quia exactissimè ab his pertractantur: iam enim sæpissimè in hoc opere dixi, nolle me tempus inutiliter in his conterere, quæ ab alijs optimè pertractata fuere, vt tam in quibus ij libri in promptu nõ erunt (scio enim plures esse, qui eos nõ viderunt) aliquid habeant lucis, quo in casu occurenti accedere valeant ad illius veram cognitionem habendam, libuit hic breuiter nonnullos referre ex illis, qui exactius materiam pertractant, inter eos est Eman. à Costa in Ieum tale §. si arbitratu, amplia. 11. num. 5. ff. de cond. & demonst. Anto. Gab. lib. 4. com. opinio. tit. 1. de lega. concl. 1. Beliac. Soar. & M. Chenan. in volum. com opin. tom. 3. loco. 7. tit. 5. cap. 17. de dot. lega. circa finem, And. Fachin. contro. iur. lib. 5. cap. 54. Dida. lib. 1. var. resol. cap. 19. num. 9 Hiero. Ceuallos in specul. pract. quæst. com. cõtra comu. lib. 1. quæstione 141. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 85. Manr. de conjectu. vlt. volun. lib. 11. tit. 18. Rofian. à Valle. consil. 35. vol. 3. Mar. Anthon. Peregri. de fideicom. art. 28. per multos nu. & signanter n. 75. Ludouic. de Beia Augustinian. in decis. casu. cõsc. cas. 67. per tot. Hi sunt præcipui doctores, qui exactissimè materiam hanc, & dubitabilem quæstionem pertractant, quorum plures opinionem, quam tenuit Sanchez vbi supra, cõmuni vsu, & consuetudine *receptam* dicunt. Pro qua † conducũt, quæ 36 late tradunt Octauia. Cachera. decis. Pedemõ. 146. & Vincen. de Franchis decis. 29. per tot. & signãter facit ad propositum quod ab illis egregijs Sena. in facti contingentia referunt hi doctores † fuisse *declaratum*, monasterium excludi à substituto, quando is erat datus casu quo decederet hæres sine liberis ex legitimo matrimonio nato, propter claram voluntatem testatoris, qui per ea verba, visus est voluisse excludere monasterium, ergo benè probatur quòd quando clarè, pro vt in quæstione proposita, testator disposuit, est eius voluntas adimplenda, idem *declaratum* noster Senatus de anno 1576. in substitutione facta filiæ, si sinè liberis legitimis, & naturalibus decederet, vt refert Michael Ferrer. in 3. parte obseruan. cap. 401. aliam, post longam disputationem, refert Cancer. lib. 1. var. cap. 14. de filijs qui, &c. nu. 21. eiusdem nostri Senatus *decisionem* in certa causa factam, facit decisio Capi. 204.

Circa hæc † existimo, fore non modicæ vtilitatis scire Senatum nostrum egregium in quæstione, quam in hac materia disputant doctores, nunquid quando aliquid relinquitur alicui, & substituitur eidem, vt suprà, quo casu dixim, per substitutionem excludi monasterium, an (inquam) statim atq; legatarius ingreditur monasterium, aùt saltem statim atque emisit professionem, admittatur substituitus tanquam iam tunc deficiente conditione, cum certum sit eum, qui professionem emisit, non posse filios habere, qui possint excludere substitutum, an verò sit expectanda mors naturalis instituti, vel legatarij, quam latè examinat Ioan. Gutier. Canoni. quæstio. lib. 1. cap. 32 num. 60. & non nihil tradit Hieronymus Ceuallos in comu. contra comu. lib. 1. quæst. 63. Senatum (inquam) nostrum in dicta quæstione sequi opinionẽ, quòd sit mors naturalis monachi expectanda, & interim bonis fideicomissi frustratur monasterium, quando est captax bonorum: ità *declarauit* die 28. April. 1593. referente egregio olim Senatore Guiller. Suñer in causa curatorum Franciscæ de Berthomeu contra Nob. Fracisc. Despes, scriba Vilosiæ, vidi tenentiam auctenticam in processu causæ Ioann. Lanzeri Ortells contra Micha. Fuster ad relationem egregij olim Senatoris Michaelis Ferrer, scribæ Raphael. Pasqual, quæ est eadem illa declaratio, & decisio, de qua vbi suprà meminit noster Cancer. vbi benè loquitur ad declarationem huius materiæ. Adde Peregri. de fideicom. artic. 28. num. 81. Adde Ioseph. de Sete nouissimè de his agentem multùm latè in decis. 44. à num. 5. vbi plures affert Senatus Aragonen. in materia *factas declarationes* per quas benè intelliguntur omnes casus, qui circà hanc contingere possent dubitabiles.

Operæ pretium † (vt ad id redeamus, quod in principio nostræ glosæ tractabamus) quòd de consensu patris, prout dicitur in nostro rex. sit matrimonium contractum, quòd filius per illud censeatur, & fiat emancipatus, ac à patria potestate liberatus de iure nostro, iuxtà const. 1.

sub

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſub titu.de emancipa.in ·.volum. conſtit.quod idem obſeruatur in multis alijs mũdi partibus, vt videbis ſi legeris Roder.Suar.in l.9. titul. de los pleytos,& ibi additionem, Anthon. Gom. in l. 47. tau. & ibi eius additio. Coſtan. de dot. cap.5. nu. 9. Cæſ.de Graſ.deciſ.180.Azeue.lib. 5.de los caſamiẽtos l.8.per tot.& Parlador. rer. quotidia.lib.1.capitu.12. & alios,quos ipſi allegant.

39 Sed † an idem ſit reſpectu curatoris, vt ab eius poteſtate ſimilitèr liberetur minor, ideſt poſſit ne ſine eius conſenſu,& auctoritate contrahere, ſi cum illius conſenſu matrimonium inijeſſet(loquor quandò ipſe taceret, nec quicquam diceret,an vellet habere curatorem, vel non, ſed contraheret ſine eius conſenſu: nam ſi diceret nolle ſe curatorem habere, non poſſet cogi,& dubium res non haberet §. Item inuiti,inſti.de cura.) grauis eſt difficultas, quam ex profeſſo pluribus diſputat noſter Ludouic.à Peguera, olim egregius Senator,deciſ. 134. per tot.poſt Parlador.loco ſuperiùs allega.vide longam remiſſionem penès additionatorem ad Anthonium Gom.ad l.47.tau.num.2. Reperio doctores,qui dicant,in contrarias quandòque, iuiſſe noſtrum Senatum, ſentẽtias:reffert enim Nob. Ludouicus à Peguera vbi ſuprà quòd in illo caſu fuit *declaratum* non liberari:Guillerm. † tamen Suñer olim eiuſdem noſtri Senatus egregius etiam Senator in adnota.ad d. conſtitut. 1. de emancip.reffert quòd cum hæc quæſtio agitaretur in Senatu, fuit *viſum* doctoribus vtriſ- † que aulę,verius eſſe,per hanc conſtitutionem, eius mente conſiderata,finitam eſſe curatoris poteſtatem per contractum matrimonij,pergit vlteriùs,& poſteà dicit quòd ſic in terminis Senatus *declarauit* inter T.Campaña,& Federicũ † Roig de Soler refferente egregio Senatore Frã ciſco Deſcamps ſub die 16.Decembris 1592.Sed ego vidi in archiuo regio concluſiones & huiꝰ cauſæ,& illius,quam reffert Nob.à Peguera,& reperi quòd nullum verbum nec in vna, nec in in alia factum extitit de hac quęſtione,ſed alios articulos Senatus diſputauit, & decidit valdè ab hoc diuerſos, poteſt eſſe quòd ſecreto fuiſſet plus reſolutum in Senatu, quàm ſcriptum in ſententijs regijs, ſicut pluries fit, quandò nõ oportet pro deciſione caſus occurrentis ponere in motiuis: ſed hæc ego ignoro, cum tamen id,ad quod allegantur,dictę declarationes non dicant,non ſunt ad hoc propoſitum tradendę, plures, eaſque egregias, ad materiam, quotidiè contingibiles quæſtiones, vide per doctores ſuprà citatos,quibus adde noſtrum Cancer. lib.3.var.cap.1.de actio.& obliga.nu. 226.

SVMMARIA.

1 *Donatio cauſa mortis indicatur ea,in qua fit mentio mortis.*

2 *Donatio non eſt cauſa mortis,ſed inter vinos, quandò mentio mortis fit demonſtratiuè, non diſpoſitiuè.*

3 *Quod ſemper præſumitur.*

4 *Donatio cauſa mortis nõ eſt,ſed inter vinos, quando mentio mortis fit per modum taxationis temporis, in quo habitura illa eſt effectum,vbi deciſiones diuerſorum Senatuum.*

5 *Mortis mentio quomodo cognoſcatur,an fiat in modum cauſę finalis,an in modum dilationis.*

6 *Donatio dicitur inter vinos,ſi in ea dicitur,titulo puro,perfecte,& ſimplicis donationis inter vinos,quã uis fiat in ea mentio mortis.*

7 *Donatio dicitur inter vinos quando fit reſeruatio ad teſtandum,licèt fiat in ea mentio mortis.*

8 *Donatio non dicitur eſſe cauſa mortis,propter mortis mentionem,ſi fiat ex alia cauſa expreſſa,veluti fauore matrimonij.*

9 *Mortis mentio in donatione,quæ aliàs remanet inter vinos,operatur tacitam reſeruationem vſusfructus de vita.*

10 *Item vbi aliàs reſeruatur iam vſusfructus expreſsè, mentio mortis operatur,vt ille non finiatur,niſi per mortem.*

11 *Donatio fauore matrimonij facta cum mentione mortis,an fiat caduca deſcedente donatario ante donatorem.*

12 *Donatio cauſa mortis euaneſcit,per mortem donatarij,ante donatorem,contingentem.*

13 *Conditionalis non dicitur diſpoſitio,niſi quando conditio importat cauſam finalem.*

14 *Donatio fauore matrimonij,in qua per modum demonſtrationis ſit mentio mortis,dicitur in diem.*

15 *Dies incertus facit conditionem in vltimis voluntatibus,non in contractibus,& de qua incertitudine dici intelligatur.*

16 *Intellectus §. ex conditionali,inſti.de verb.obliq.*

17 *Poſſeſſio transfertur per clauſulam conſtituti,& reſeruationis vſusfructus.*

18 *Conſtitutum,in re promiſſa poſt mortem, an aliquid operetur,& num.20,vbi contraria deciſ.Senatus Pedemon.& Sabuſia.ſub eodem Principe.*

19 *Conſtitutum,& precarium regulantur ſecundum naturam actus,cui apponuntur.*

21 *Conſtitutum morte conſtituentis extinguitur.*

22 *Clauſula,ex nunc prout ex tunc,quid operetur in conſtituto vbi deciſ.Senatus Pedemon.& num.23.& 26.*

24 *Donatio fauore matrimonij poſt mortem facta,non eſt conditionalis,ſed pura,ſolo illius effectu,in tempus mortis,ſuſpenſo.*

25 *Iuramentum operatur, vt deſcedente donatario ante donatorem,non caducetur donatio,quæ aliàs caduca fieret.*

Clauſula

27 *Clauſula, ex nunc prout extunc, facit diſpoſitionem puram quæ alias eſſet conditionalis, vbi decis. Senatus, Neapol.*

GLOSA III.

Poſt tamen obitum dictorum coniugũ donatorum, & alterius ipſorum ſuperuiuentis, & non ante.

HÆC verba occaſionẽ imprimis præſtant dubitandi, num nam donatio, de qua in noſtra clauſula, cum mentione mortis, per verba, de qua in † hac gloſa, facta, inter viuos, vel cauſa mortis do †† natio cenſenda ſit, & iudicãda: Cuius diſcuſſionis non modica erit vtilitas: ſi enim donatio inter viuos iudicãda eſt, tunc irreuocabilis omninò manebit, ſi verò cauſa mortis, è conuerſo ad nutum reuocabilis, ac proindè poſſet pater, vel alius donator, poſteà moriens, illam reuocare, & alium hæredem inſtituere, vel eidem donatario ſubſtitutum dare, aut aliàs prolibito de bonis donatis diſponere.

1 Et in † primis quòd hæc donatio, propter ſuprà dicta verba, cenſenda ſit donatio cauſa mortis, videtur probari ex veriſsima illa regula, qua docemur, quòd quotiès in donatione fit mentio mortis, donatio cenſetur cauſa mortis l. Seia. ff. de dot. præleg. per quem tex. ità tenet glo. in l. quę dotis, verbo, tenebitur, ff. ſolu. mat. pluribus, poſt antiquos, id comprobant Viuius in volum. com. opin. verbo, donatio cenſetur, Micha. Graſ. de ſucceſſio. verbo, donatio cauſa mortis, quæſtio. 10. numer. 2. vbi de donatione poſt mortem expreſsè loquitur, & Alex. Raud. reſpon. 52. num. 36. infinitos penè ad propoſitum cumulauit Carro. deciſ. 84. num. 1. cum ſequent.

2 Cæterum † ſupradictis non obſtantibus in contrarium eſt veritas, quòd imò ſit donatio inter viuos, quia licèt in aliqua donatione fiat mẽtio mortis, ſi tamẽ ea ſit demonſtratiuè, vel per modum demonſtrationis, nõ per modum cauſæ, & diſpoſitionis (quod † ſemper in dubio eſt
3 præſumendum, Bar. in l. Centurio num. 31. ff. de vulga. & in l. cum pater §. menſe, nume. 8. ff. de lega. 1. pulchrè Roman. conſ. 345. prout hos omnes in propoſito teſſert Aymon conſ. 214. num. 6.) tunc non dicitur donatio cauſa mortis, ſed imò inter viuos dicitur nihilominùs, Carro. vbi ſuprà num. 9 pleniſſimè.

4 Item † quandò mentio mortis ſit in vim, & per modum dilationis, & taxationis temporis, in quo donatio effectum eſſet habitura, prout in noſtro caſu, tũc donatio dicitur inter viuos, non cauſa mortis, non obſtante quòd de ea fiat mentio, ità docuere in proprijs his noſtris terminis elegantèr Boer. deciſ. 353. per tot. Aymon Craue. in conſi. illo 214. quod totum pro deciſione huius noſtræ quæſtionis videtur compactũ, Dida. in rub. de teſta. parte 3. c. 25. Menoch. in tracta. de præſump. lib. 3. præſump. 35. num. 11. pulchrè Anthon. Gam. deciſ. 103. numer. 4. & 163. num. 2. vbi iura, & doctores allegat pro hac opinione, & magis ad caſum noſtrum acomodatè Vincen. de Franh. deciſ. 436. Aluar. Velaſquez conſul. 102. nu. 10. Celſus Hugo conſi. 53. num. 1. Rolan. à Valle. conſi. 8. per tot. volum. 1. pulchrè, præter omnes, Caualcan. qui eſt omninò videndus deciſ. 42. de contract. parte 1. vbi † præter *dec.* Fiuiſanenſem, de qua ibi, idem dicit etiam fuiſſe *deciſum* in Rot. Luca. Peruſ. Roma. ac taurina, eis adde Petrũ Berboſa in l. quæ
5 dotis num. 108. ff. ſolut. matrimo. Quomodo † autẽ cognoſcatur an mentio *mortis* fiat in modum cauſæ finalis, vel in modum dilationis, docet Bal. in addi. ad Specu. titu. de inſtrum. edi. §. fina. col. fina. verſi. ſi quis donat, & Barboſa vbi ſuprà num. 109. viden. ſuper omnes, in his Cald. à Perey. de nomina. Emphyteu. tom. 3. capit. 1. à num. 46. qui pulchrè loquitur, ac plures in propoſito reffert.

6 Et id † quidem in noſtro caſu nullam videtur poſſe habere dubitationem, primò quia ante verba prędicta, poſt tamen obitum &c. dictum fuerat, titulo puræ, & perfectę donationis, quæ dicitur inter viuos, quo caſu etiam ſi poſteà ſequatur mentio mortis, nihilominùs inter viuos remanet donatio, cuius exequutio, per dicta verba, dicitur conferri poſt mortem, Aymon Craue. in allega. conſi. 214. in prin. Vincẽ. Caro. deciſ. ſeu caſu 84. nu. 14. Barboſ. vbi ſuprà num. 113.

7 Secundò † quia donatores in noſtra donatione reſeruarunt ſibi plura ad teſtandũ, quòd fuiſſet ſuperfluum in donatione cauſa mortis, ergo illorũ animus erit iudicandus fuiſſe, quòd voluerint donationem facere inter viuos, non cauſa mortis, argumento tex. in l. hæc ſtipulatio §. diu' ff. vt legato. nom. cauea. l. ſi fundum ſub conditione §. ſi libertus, vbi Iaſ. in 1. notab. de lega. 1. in quibus locis, ex forma legandi colligitur voluntas teſtatoris, ità arguit Aymon vbi ſuprà num. 11.

8 Tertiò hæc † donatio nõ poteſt iudicari cauſa mortis in noſtro caſu, in quo habemus cauſam expreſsam, quare ea fiat, contemplatione videlicèt matrimonij, cui conuenit eſſe irreuocabilem: aliàs enim hoc matrimonium non potuiſſet habere effectum, prouti latè ſuperiùs in præcedẽti glo. tradidimus, ita in propoſito rem hanc conſiderauerunt Boer. & Franch. ille in allega.

allega decis.351.num.10.hic verò decis.436 nu. 4.plura alia ad idem considerarunt ijdem doctores in locis suprà relatis, & signantèr Craue. & Canalcan.omninò videndi,quæ tamen nos consultò omittimus,ne videamur illorum labores transcripsisse.Hæc,& alia,quæ doctores supràdicti aduertunt, faciunt quòd licèt mentio *mortis* fiat *in substantialibus*, sit nihilominùs donatio inter viuos irreuocabilis, non causa mortis.Plura alia,quę donationem faciunt esse inter viuos,licèt mentio mortis in ea fiat,reperies penes Carro. allega .decis. seu casu 84. per tot.omninò in materia viden.

9 Operabitur † igitur mentio mortis in nostra donatione (ne aliàs concedamus in ea esse verba aliqua superflua, & *absq;* operatione) quòd donatores toto tempore vitæ suæ retinebunt vsumfructum bonorum donatorum,quæ tunc demum ad donatarium peruenient, cum ipsi decesserint,Craue.in d.consi.214. nu.11. Surd. consi.450.num.54. lib.3. Alex.Rauden.respon. 52.num.36. & sic licèt aliàs in nostra donatione *non fuisset facta vsusfructus* reseruatio,nihilominus is,per verba hæc, reseruatus censeretur, atque ita ego deffendebam in quadam causa in Regia Audientia ad sustinendam quandam *donationem* vniuersalem, *in* qua valdè modica erat facta reseruatio: contendebam si quidē vlteriùs reseruatum fuisse vsumfructum per similia verba in ea donatione apposita.

10 Operabitur † *item* mentio mortis, vbi aliàs expresè facta fuisset vsusfructus reseruatio,pro vti in nostro casu, quòd per eam censebuntur donatores voluisse,quòd licèt vsusfructus multis modis finiri possit,non aliter sit finitus eo casu, quàm sequuta morte ipsorum donatorū,& sic ea verba,post obitum tamen nostrum,& nō ante,refferuntur tantùm ad vsumfructum,non ad proprietatem bonorū donatorum, pulchrè considerauit Aymon in allega.consi.214.nu.11. ex Bal.in consi.107.lib.2.& Alex.consi.78.nu.3. lib.4.

11 Cæterum † an saltem hæc donatio retineat naturam donationis causa mortis, vt sic ipsa,sicut illa, donatario ante donatorem descedēte, caduca fiat,& euanescat, *non* est quòd in præsentiarum nos examinemus,cum iam in nostra donatione,sicut in omnibus, quæ in Cathalonia fiunt,vltra plura verba, quæ in eis leguntur id declarantia, quæ à quolibet nullo negotio comprehendi possunt, satis idem prouisum legamus: solet enim in omnibus donationibus apponi clausula, quòd si donatarius moriatur sine liberis, reuertantur bona donata ad ipsum donatorem,si tunc vixerit, sin minus ad illum, vel ad illos,ad quem, vel ad quos reuerti ordinasset, per quam clausulam clarè censetur prouisum, quid de bonis donatis sit faciendum, donatario descedente in vita donatoris: aut enim moritur sine liberis,& tunc reuerti debent ad donatorem,aut cum eis,& tunc vadūt quò voluerit donatarius, cum id permissum sibi videatur per donatorem, ex quo ad se ea reuerti in casu tantùm contrario, quandò scilicèt descederet donatarius sine liberis, voluit, ac prouisit idem donator, vel,prout *in* nostra donatione,si filij essent expresè vocati,ipsi in dictis bonis tali casu succederent,& hæc nullā videtur habere in donationibus, quæ in hoc Principatu frequentantur,dubitationem,nec aliud requirere examen circà plurima, quæ in hoc ar * ticulo confusè satis inuoluūt communitèr doctores, qui de caducatione donationis, vel alterius dispositionis in mortem collatę agūt, cum in nostris donationibus ex clausula supràdicta, & propter illam,vix talis caducatio considerari valeat.

Et quamuis talis clausula non apponeretur in donatione,nec aliquid in ea legeretur, per quod casum hunc descessus donatarij ante donatorem prouisum auguraremur, adhuc existimo ociosam esse quæstionem caducationis: ratio est,meo iuditio,clara:aut enim mentio mortis fit *in* donatione *in* vim causæ finalis, putà quandò in substātialibus eiusdem donationis, & intra eandem orationem, vt superiùs explicuimus, & tunc cum sit donatio causa mortis, 12 nemini † dubium esse potest, quin euanescat per obitum donatarij contingentem ante donatoris descessum, iuxta naturam talis speciei donationis l. non omnis, vbi omnes ff. si cert. * pet.& *in prin,inst.* d dona. vbi glo.& *doctores*: aut mentio mortis fit in executiuis, & per modum causæ impulsiuæ,tali modo quod nō possit dici qualificare ipsam donationem, nec eius naturam alterare, sed *nihilominus* remanere ipsam inter viuos,non obstante mortis mentione,prouti etiam superiùs diximus de nostra donatione,& clariùs probat Barbos.quàm ego dicere possem,in allega. l. quæ dotis numer.108. versi. 3. limita, & in hoc casu non potest disputari an descedente donatario antè donatorem, tanquàm deffecta conditione per eius obitum, donatio censeatur caduca, nec ne, quia tunc non potest dici conditionalis donatio, l. quidam testamento, & ibi Bar. & doctores ff. de lega.1.Alex.in l.quæ dotis num.11. versi.7.fallit ff.solut.matrimon. cum alijs allega.à Ces.Barz. decis.Bonon. 80. numer.3. conditionalis enim tunc dicitur dispositio,cum illud, quod interpretatur conditio,denotat causam finalem, nō quando impulsiuam,pro vti ex Bar.in l.demonstratio §.quod autem num.13.ff. de cond.& demonstra.Pau.Castren.in l.2.§. fina. de dona.& pluribus alijs probat Tiraquel.in tracta.cessante causa limi.1.n.60.& sequitur Surd.decis.232. num.7.

num. 7. ecce ergo quòd quomodocunq. res hæc consideretur, nunquam, cum iudicio, dubitari poterit, nunquid donatio inter viuos post mortem facta euanescat descedēte prius donatario, quam donatore, quia se inuicem non compatiuntur, quòd huiusmodi donatio sit inter viuos, & cōditionalis, cum statim atq. conditionalis esset, iam desineret esse inter viuos, quia id, quod conditionalem eam faceret, efficeret etiam eandem causa mortis, non inter viuos donationem, vt dd. supra relati docent, & signanter Barbo. in d. l. quæ dotis, num. 108. vers. 3. limita, ad quod intelligendum, est quòd paululùm speculeris quæ suprà diximus de mentione mortis in modum causę finalis, vel in modum impulsiuæ, cum quibus deuenies ad cognitionem eorum, quæ hic dicuntur, facili negotio.

14 Erit † ergo in diem nostra donatio, de cuius natura est, quòd ex ea oriatur statim, & immediatè actio, l. cedere diem, de verb. sig. & l. vni. C. vt actio. ab hęred. &c. vt dicebat in terminus Cel. Hugo in cons. 115. numer. 1. vers. sed nec.

15 Cęterum † statim dubitabis, cum dies mortis sit incertus, & dies incertus faciat conditionem, l. 1. & l. dies incertus ff. de condi. & demōstra. cur in nostro casu non erit conditionalis dicenda donatio: respondebo tamen quòd supradicta procedunt in vltimis voluntatibus, in quibus loquuntur leges allegatæ, non in contractibus, vt glo. aduertit in ea l. dies incertus, sed replicabis, quòd imò & in cōtractibus ij conditionales efficiantur ex indictione diei incerti, per l. stipulatio ista §. inter certam ff. de verb. oblig. respondeo tamen dupplicem esse diem incertum: aut enim est omninò incertus, an, & quando futurus sit, veluti quando promittitur aliquid in diem, vel tempus, quo aliquid factum fuerit, id conditionem proculdubio importat, aut verò licèt sit incertus, quando sit futurus, est tamen certum quòd aliquando erit, prouti in die mortis, & is proculdubio conditionem non importat, sed imò pura nihi lominus remanet dispositio, quæ post mortem concipitur, quod probant l. quòd si ea, de condic. indeb. & l. si pupillus §. 1. de noua. vbi I. C. sic ait, *Qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari.*

16 Hec † sufficere forsàn potuissent ad huius rei, quam tractamus, declarationem, absq. eò quod recurere deberemus ad refugium §. ex conditionali, insti. de verb. oblig. permitentis transmissionem ad hæredes in stipulationibus conditionalibus, descedente eo, in cuius fauorem facte sunt ante conditionis ſeuentum, circà cuius quidem tex. interpretationem in hoc nostro casu dispositionis post mortem inter viuos facte, variè sensa contorserunt Alua. Velas. consul. 112. vol. 2. Pereg. de fideicom. art. 51. nu. 20. & nostras Cancer. non pœnitentèr, post supràdictos, in tertia parte var. c. 21. de transmiss. à nu. 96 cum pluribus sequent. De eis nihil dico pro nunc, commodiorē expectans locum in fine huius libri, vbi agam de clausula, quòd si donatarius moriatur ante donatorem, reuertātur donata ad eum, si vixerit, sin minus &c. vbi promitto adducenda: habe interim in domino patientiam.

Clausulæ etiam reseruationis vsusfructus, & constituti in huiusmodi donationibus apponi solitæ aliquid forsan ad huiusmodi trāsmissionem ad hæredes, quam tractamus, quādo necessum foret, iuuarent, cum eius naturæ sint 17 vt per † eas statim censeatur translata possessio in donatarium, adeò vt à die donationis sit verus rerum donatarum dominus, prouti de clausula reseruationis vsusfructus disponit tex. in l. quisquis C. de dona. & ornat latè Mascar. de proba. conclu. 1189. per tot. & in terminis sic † Sena. *declarauit* in causa Anthoniæ Planes, & Mecha contra pupillos Graus, referēte egregio olim Senatore, nunc Regente in supremo Aragonū, Saluatore Fōtanet *sub die 8. Mar. 1604.* scriba tunc Vilella, nunc Tio, vbi vsus Senatus fuit eisdem omninò verbis, quibus Impera. in allega. l. quisquis C. de donat. ad probandum id, quod nos in præsenti probare satagimus: Et de clausula constituti sunt iura tex. in l. quòd meo ff. de acquir. possess. ornat Mascar. de proba. concl. 1212. per. tot. indè enim consequitur non videri posse dici, quòd per mortem donatarij, ante mortem donatoris cōtingentem, caduca fiat donatio.

18 Et † licèt hæc maximā videantur habere difficultatem ex his, quę docet Cel. Hugo in consilio 53. num. 6. vers. fateor, constitutum post mortem translatum antè purificatam conditionem nihil operari, nec possessionem aliquā transferre posse verè, vel fictè, neq. etiam inducere, priusquàm donator descedat, quod sic nō tabilitèr dicit Celsus decidi per Oldra. in cons. 139. ad habendam, dicentem ante conditionis euentum non adesse abligationem aliquam, Decius in cons. 247. in causa mag. Baronis de Alez in primo dubio vol. 2. per tex. in l. qui absenti. §. 1. ibi, *neq; aliter accipientis fiunt, quam conditio extiterit* ff. de acquir. possessio. l. cedere diem ff. de verb. sig. cum simil. sicut enim (inquit) per conditionem suspensa fuit principalis dispositio contractus, ita etiam constitutum huiusmodi contractui appositum fuisse suspensum, sine dubio dicendum est, facit † nota. doctri. Bal. in l. ex testamento num. 2. C. de fideicom. dicentis clausulas constituti, & precarij debere regulari secundum suam principalem dis-

dispositionem, optimè Rippa in respon. 142. per tot. Vincen Caro. decis. seu casu 3. numer. 12. furd. decis. 157. nume. 5. pluribus idem Celsus Hugo, vbi superiùs, traditionem hanc ornat, quæ sunt omninò videda: pro quibus † etiã facit notab. decis. Thesau. 38. securè resoluentis, constitutum collatum post mortem, non operari, nec transferre possessionem vtpotè collatum in eum casum, vndè incipere non poterat cum fuerit collatum post constituentis mortẽ, qui non poterat, illo tempore euenientis casus possidere pro constitutario. Dec. in l. cõtractus numer. 12. de reg. iur. Nat in cons. 189. numer. 1. & alij latè relati per Menoch. in trac. de recuper. possess. remed. 14. num. 64. & per Thesau. vbi superiùs: constitutum † enim morte constituentis extinguitur, videantur Menoch. & Thesau. vbi proximè: contra quos tamen in hoc posteà scripsit Antho. Fab. in suo Codice lib. 7. tit. 7. de acquir. possess. diffin. 39. vbi de cõtraria Sena. Sebusia. *obseruãtia* videbis, sed nihilomin⁹ pro sua opinione *decisum* in Sena. Pedemon. dicit vbi suprà Thesau.

† 20 21

22 Quod † adeò verum existimat is doctor, vt arbitretur idem etiam esse dicendum licèt in constituto adesset clausula, ex nunc prout ex tunc: adhuc enim (inquit) nec eo casu constitutum operaretur suum effectum: quamuis hoc non transeat sine contradictione: contrarium enim tenent relati per eundem Thesau. in alle ga. decis. 38. nume. 2. quibus adde Cesar. Barzi. Rot. Bonon. decis. 49. num. 29. & Hieronymũ Marilia. in repeti. l. quoties num. 259. C. de rei vendicatione, quibus tamen respodet Sylua. in cons. 97. num. 6. & 21. lib. 1. & pro hac opinione optimas rationes adducit: adde etiam quæ traduntur per Thesau. vbi suprà, qui benè loquitur in materia, concludens tandem ità fuisse in Senatu Pedemon. *decisum*, cuius dictis in hac materia iniuriam non leuem mihi viderer intulisse, si quid addere vellem, sufficiat igitur ad eum remissio, vndè hauriet lector quid in his sit securè tenendum. Qui † quidem posteà cũ Menoc. quid operet, docet, ea clausula, ex nũc pro tunc, in constituto, ne dicatur superfluè, & absq. effectu aliquo apposita, quod tantopere iura abhorrent l. si quãdo de lega. 1. Menoch. quidem d. remed. 14. num 67. & Thesau. d. decis. 38. nu. 5. dicentes non operari, vt constitutarius dicatur statim post mortem constituentis possidere, sed possit officium iudicis implorando, petere possessionem sibi dari, & non poterit ei denegari missio: aliàs non posset constitutarius rem propria autoritate occupare, pro quibus citant Afflic. decis. 335. num. 5. Anchar. iun. lib. 2. quæstionum famil. quæst. 23. num. 4. & Nat. in cons. 453. num. 3. plura qui de constituto nouè videre voluerit, cõsulat Antho. Fab. in suo C. allega. lib. 7. tit. 7. de acquir. possessione à diffinitione 10. cum sequent.

† 23

24 Licèt † (inquam) vt ad nostram argumentationem reuertamur, supradicta difficultatem mouere videantur aduersus ea, quæ in nostri fauorem dicebamus de clausula constituti, ad hoc vt ipsa iuuet ne possit dici caduca fieri donatio descedente donatario ante donatorem, nihilominus in nostro casu ea omnia cessant, in quo dispositio non est cõditionalis, sed imò pura, solo illius effectu in tempus mortis suspenso, quo in casu clausulam constituti suam retinere naturam, & solitum effectum translationis possessionis operari, docuerunt Tiraquel. de consti. amplia. 16. & Tel. Fernan. in l. 17. tau. num. 39. 40. & 41. sed hæc omittamus, quia necessaria non sunt ad nostram quæstionem, sufficiat quòd omnibus, per supradicta, viam aperuerimus, qua ad perfectam clausulæ, & eius effectuum cognitionem peruenire nullo negotio valeant.

† 25

Iuuaret † item, si oporteret, nostram traditionem virtus iuramenti, quod solet in huiusmodi donationibus apponi: per illud enim sustinentur donationes etiam premoriente donatario, vbi aliàs per illius mortem ante obitum donatoris contingentem, corruerent, ex celebri doctrina Aymon. Craue. in cons. 102. per tot. Dida. in rub. de testa. parte 2. nu. 10. Gutier. de iura. cõfir. par. 1. c. 4. num. 8. Gayl. prac. obser. lib. 2. obser. 40. num. 5. Thesau. decis. 32. numer. 13. Seraphi. de priuileg. iurament. priui. 71. num. 47. & nos latè infra dicemus hac eadem clau. par. 2. glos. 7. num. 62. sic etiam Cancer docet in tertia parte var. ca. 21. de transmiss. numer. 105.

26 Si autem † in huiusmodi donationibus apponerentur dictiones, nunc pro tunc, veluti dicendo, sicuti in nostra donatione dicitur, dono, post tamen obitum, & non ante, & nunc pro tunc, tali casu id summè iuuaret ad tollendam caducationem, imò id solum efficeret, ne per mortem donatarij ante donatorem cõtingentem, fieret caduca donatio, sed ad hæredes transiret, prouti pluribus comprobant Borgnin. Caual. decis. 19. numer. 100. lib. 3. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. capitulo 20. num. 11. & Alex. Rauden. respon. 52. nu. 49. lib. 1. Quod ijdem doctores procedere dicunt, nedum in contractibus, sed etiã in vltimis voluntatibus, licèt in hoc contradicat Bar. in l. is qui pro emptore. num. 55. de vsucap. quem sequitur Graf. de successio §. legatum, quæst. 51. dicens ità tenuisse Franciscum Tuzan. in cõmu. opinio. cõclu. 178. & communem hanc esse opinionem asseueratse, cum tamen id non dicat, nec aliquid affirmet, sed sola remissione ad Bar. & Iaso. in d. l. is qui, contrarios, contentus ab ea se

*

disputa-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

disputatione expediuit.

27 Ratio † huius resolutionis est in promptu, quia per eam clausulam, dispositio, seu contractus censetur purè celebratus, & absq. conditione aliqua, cum significet præsentem verbi actum, sed futurum effectum, l. lecta ff. si cert. pet. tradit Bal. in rub. de mil. vasal. qui contumax est, vers. sed pone clericus, & fit translatio dominij à die inhiti donationis contractus, ex decis. Bal. in auctен. contra rogatus, in prin. C. ad trebel. pluribus idem probat Vincen. de † Franch. decis. 213. in prin. dicens *id fuisse per virum, consilium habitum pro indubitabili*: Et si, & vbi hunc, sine hac clausula, effectum in constituto admittere in superiotibus aliqui dd. noluerunt, diuersitatis tamen ratio satis colligitur ex per nos traditis, dum de constituto ageremus, quia videlicet nō sunt compatibilia, quòd nunc ego constituam me possidere pro eo, cui post mortem meam dederim, ibi hæc videantur: non enim oportet quòd nos vlteriùs in his immoremur, cum absq. his considerationibus, ex solis illis, quæ in initio clausulæ adduximus, à caducatione nostra donatio saluetur, & liberetur.

Qui plura de his dictionibus scire voluerit recurrat ad Bal. in allega. rub. de mil. vasal. qui contu. est, in vsib. feudo. in vers. sed pone clericus, Feli. in cap. licèt num. 6. de proba. Ludou. Gom. in §. rursus, insti. de actio. num. 16. & alios latè relatos per Mathe. in addi. ad Guid. Pap. decis. 588. nec sunt omittendę glo. in clem. vni. verb. ex nunc, de concess. præben. & in clem. vni. eo. verb. de iur. patro. Tib. Decia. respon. 91. num. 4. vol. 3. Surdus decis. 113. num. 10. & nouissimè Antho. Fab. in suo C. lib. 7. titul. 7. de acquir. possess. diffin. 10. & 35. vbi signanter † ex *determinatione* Senatus Sebusiani dicit clausulā hanc nihil operari post decennium ab eo tempore numerandum, quo constituarius potuit apprædendere possessionem, & neglexit, quod tamen plenius posteà declarat diffin. 27. & † ante eum idem *ex mente Senatus Pedemon.* docuerat, & quomodo procedat declarauerat Thesau. decis. 105. numer. 3. viden. etiam Pet. Barbos. in l. diuortio in 2. par. principij num. 12. ff. solu. mat. cum sequent.

SVMMARIA.

1 *Clausula, nunc pro tunc, quem sensum habeat.*
2 *Clausula, nunc pro tunc, nihil operatur post decennium, vbi decis. Senatus Sebusia.*

GLOSA IIII.

Et nunc pro tunc.

1 INTER † alia, quæ in præcedenti glo. pro oportunitate materiæ de dictionibus, nunc pro tunc, dicebamus, hoc vnum erat, quod per eas solas, quando necessum foret, hæc nostra donatio fieret pura, & absq. conditione aliqua, obligatioq. induceretur à die illius celebrationis, sola commoditate fruendi ad mortem donatoris dilata, & transmissioni fieret locus, prouti tradūt optimè Borgni. Caual. Alex. Rauden. & alij, quos in calce præcedentis glo. commemorauimus, quoſq. ipsi non sine diligentia refferunt, quia tunc dies ille, in quem donatio cōfertur, reffertur quidem quoad fructus, non quoad substantiam dispositionis, ibi, ex nunc dono pro tunc, scilicet post mortem meam: hęc clariora sunt, quàm debeant à nobis longiori oratione prosequi.

SVMMARIA.

1 *Conditionum materiam, qui doctores scripserint, & tractarint.*
2 *Didaci Spino, circa conditionum materiam, lapsus.*
3 *Conditiones quæcunq;, quas non prohibent iura, possunt in donationibus apponi.*
4 *Conditiones in donatione debent apponi in eodem ipso actu, vel saltem incontinenti, non ex interuallo.*
5 *Dictio, posteà, interuallum denotat, & significat.*
6 *Incontinenti quæ fiunt, in esse videntur.*
7 *L. perfecta donatio intellectus secundum Sarmien. reprobatur.*
8 *Incontinenti, quomodo intelligatur, vbi varia significationes.*
9 *Incontinenti quæ facta dicantur declarare, est in arbitrio iudicis.*
10 *Conditiones, & vincula possunt apponi in donatione ex interuallo quando à principio ità tractatum esset, vbi decis. nostri Senatus.*
11 *Declarari donatio dubia ex interuallo potest, quia quis declarat nihil de nouo dat, vel inducit, & num. 18. vbi decis. nostri Senatus.*
12 *Declaratio, quòd disponens de filiis censeatur disposuisse de masculis, potest fieri.*
13 *Pater, qui promisit dotem filiæ, num possit declarare quod promisit eam de bonis materni.*
14 *Declaratio non habet locum in casu claro, sed in eo, qui dubius est.*

Pater promittens dotem filiæ præsumitur de propriis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bonis promittere, ibidem.

15 Retrotractio fit in declaratione dubia dispositionis ad tempus illius, etiamsi extrema non sint habilia, & num. 19. vbi decis. nostri Senatus.

16 Retrotractio quando fiat in præiuditium tertij.

17 Declaratio censetur inesse ipsi dispositioni ex eo tempore, quo facta fuit.

18 Consti. fin. tit. de dona. intellectus, & ibi decis. nostri Senatus.

Donatio causa matrimonij non insinuatur, ibidem.

19 Declaratio an possit fieri per patrem in præiuditium filij, cui fauore matrimonij donauit, obstante consti. à foragitar fraus, sub tit. de dot. promis.

20 Princeps an possit suis donationibus modum, vel conditionem ex interuallo adijcere.

21 Potest in vim legis, non ex vi contractus.

22 Princeps potest derogare legibus.

23 Princeps in Cathalonia non potest conditionem, vel modum suis contractibus apponere ex interuallo, vbi intellectus consti. vnic. tit. de renoca. dona.

24 Rex in Cathalonia ex dispositione cuiusdem pragmaticæ, potest, restituto pretio, res quomodocunq. à se alienatas, recuperare.

25 An idem esset de iure communi, remissiuè.

26 Rex in Cathalonia an possit facere pragmaticas solus.

27 Rex an possit priuilegia à se concessa, donationes, ac alienationes à se factas reuocare, remissiuè.

28 Donator non potest ex interuallo donatarium heredem instituere in bonis donatis, & vinculo, & conditiones apponere, nisi donatarius consentiat.

29 Legitima nullum potest poni grauamen, nisi filius cõsentiat.

30 Donatarius heres postea a donatore institutus, & grauatus non compellitur tam donata, quam alia restituere, vbi decis. vnius Senatus.

31 Donatarius in re donata postea à donatore nominatim heres institutus, & grauatus, tenetur in omnibus obseruare voluntatem defuncti, secus si non nominatim, vbi decis. Sena. Mantua. & nu. 55. vbi decis. nostri Senatus.

32 Testator potest rem propriam heredis legare, vel aliàs de ea disponere, & eius voluntas est seruanda, siue scienter id fecerit, siue etiam ignoranter, & nu. 35. vbi decis. Sena. Neapol. & nostri.

33 Legatum rei alienæ an valeat, distinguitur inter testatorem scientem esse alienam, & inter ignorantem.

34 Hæres tenetur approbare factum defuncti.

35 Hæres adeunda hereditatem censetur quasi contrahere, vbi decis. Sena. Neapol.

36 Bona donata computantur extra bona testatoris, & ideò non veniunt in generali institutione.

37 Additio hereditatis quomodo dicatur fieri expressè, & quando tacitè.

38 Additio hereditatis tacitè fieri dicitur per actum, qui citra ius, & nomen heredis fieri non potest, vbi decis. nostri Senatus.

39 Hæres tenetur approbare factum defuncti siue inuentarium confecerit, siue non.

40 Inuentarium malè dicitur herba Bethonica ad omnes infirmitates.

41 Gramma. carpitur quòd decisionem tribuerit Senatus Neapol. quæ non fuit illius.

42 Inuentarium facit, vt non teneatur heres vltra vires hereditarias, secus si nõ fit, & nu. sequenti, vbi decis. nostri Senatus.

43 Hæreditas præsumitur locuples, quando non est confectum inuentarium, & nu. 47.

44 Inuentarium vnius ex heredibus an prosit alijs, vel cuipiam tertio, vbi decis. nostri Senatus.

45 Minor restituitur aduersus non confectum inuentarium si constat de lesione, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.

46 Inuentarium potest confici per procuratorem specialem, licèt non per generalem, vbi decis. Senatus Pedemon.

47 Inuentarium non tenetur heres conficere quando hæreditas est certa, vbi decisio nostri Senatus.

48 Hæres in quibus casibus non teneatur approbare factum defuncti, remissiuè.

49 Hæreditatem esse, vel non esse soluendo, quando testator legauit rem propriam heredis, cui incumbat onus probandi.

50 Dictio, quatenus, importat conditionem.

51 Hæreditas non præsumitur locuples quando adest inuentarium.

Heredi, an mulieri potius, incumbat onus probandi non esse sibi promissum pro arrhis vltra decimam partem bonorum, ibidem.

52 Testator in dubio non præsumitur voluisse rem heredis legare, quia nõ præsumitur voluisse testari de alieno, vbi latè per discursum.

53 Obligatio generalis bonorum per defunctum facta non comprehendit quæ sunt heredis, vbi decis. Senatus Mantua.

54 Obligatio, qua defunctus se, & heredes obligat, adhuc nõ intelligitur de bonis ipsius heredis, vbi decisiones Sena. Neapoli.

55 Testator potest rem heredis obligare expressim, vbi decis. Senatus Neapoli.

56 Donatarius acceptans hereditatem donantis, post donationem, sibi testamento relictam, tenetur ad debita testatoris indistinctè, si inuentarium non confecerit.

57 Donatarius vniuersalis, qui postea à donatore in eisdem bonis instituitur heres, non potest, relicto donationis titulo, vt trebellianicam lucrifaciat, aut aliàs, ex testamento hereditatem capere, vbi decis. nostri Senatus, & nn. 66. vbi contraria decis. eisdẽ Senatus.

58 Res mea an iterũ possit ex titulo pinguioris effici mea, & num. 67.

59 Clausula reseruationis, quòd moriente donatario sine liberis, possit testator de bonis donatis disponere, nihil operatur in fauorem eiusdem donatarij, si is postea

postea sub eadem conditione hæres instituatur.

60 *Substitutio regulatur ad institutionem, vt ea tantùm bona comprehendat, quæ institutio.*

61 *Substitutio est secunda institutio.*

62 *Substitutus in testamento, vigore reseruationis facta in donatione, quòd descedente donatario sine liberis reuerterentur bona ad donatorem, vel ad illũ, ad quem disposuisset, capit bona donata vigore donationis, & reseruata vigore testamenti.*

63 *Electio censetur facta per institutionẽ hæredis, quando testator ad aliqua bona poterat aliquem eligere, vbi decis. nostri Senatus.*

64 *Idem est si alicui facta fuerit donatio vniuersalis, vbi decis. nostri Senatus.*

65 *Electo an possint poni conditiones, & grauamina per eum, qui facultatem habens eligendi, elegit.*

66 *Cancerij opinio contraria his, quæ resoluimus à nu. 57. vbi decis. nostri Senatus.*

67 *Meum quod est commutabiliter, iterùm meum essis potest incommutabiliter, & supra num. 58.*

GLOSA V.

Cum pactis tamen, vinculis, conditionibus, & reseruationibus infrascriptis, & non sine illis, aliter nec alio modo, &c.



FECIT Per verba huius glo. mutari videamur, vt de conditionis natura, & eius speciebus, & de modo, nec non & de pactis, & legibus in genere, quæ tàm in donationibus, & alijs contractibus, quàm etiam in vltimis voluntatibus apponi solent, longiori oratione ageremus, quia tñ id videretur aliquantulùm à nostro instituto alienum, cui satis, superq. factum iudicari debemus, si pactorum, conditionum, & legum, quæ in his nostris capitulis matrimonialibus apposita fuerant, quæq. in similibus apponi solent, tractationem, & explicationem non omiserimus, eò præsertim maximè, quòd quamplures grauissimi, ac eminentissimi viri, de his longè, latèq. scribendo, hoc labore nos subleuarint: est enim iam proindè nunc earum dictionum, earumdemq. specierũ natura adeò cognita, & ab omnibus perspecta, vt superfluè, & absq. vtilitate aliqua tempus contriuisse iudicari meritò deberet qui ex professo harum rerum tractationi se accingeret. Cæterum vt iunioribus iter præmonstremus, vndè id haurire valeant, quoties opportuerit, operæ prætium me facturum fum arbitratus, si doctores, qui de his agunt, referrem.

1 In primis † igitur materiam hanc pertractant doctores Legistæ in rub. de cond. & demonst. de dona. quæ sub modo, & de institu. sub cõd. fact. & doctores Canonistæ in rub. de cond. appos. pertractat eandem materiam lõgè, latèq. Dida. Spino, in specul. testam. glo. 14. princip. de lega. sub cond. per tot. cum decem & nouem doctoribus, quos, præter ordinarios in locis suprà citatis, de his agentes, singulari studio commemorat n. 3. cuius † tamen 2 alioqui viri grauissimi, & nostris temporibus in totius Europæ famigerato Salmanticensi gymnasio priùs vesperorum cathredæ, postea verò primariæ moderatoris, quò nõ solent conscendere, nisi qui fuerint in scientia consumatissimi, & in litteris quasi attriti, dolendus est misere in hac materia lapsus, dum loco suprà citato num. 1. de conditionibus agens, inter eas commemorat conditionem indebiti, causa nõ sequuta, furtiuam, ob turpem causam, ex lege, & triticariam, dicens conditionum alia est conditio indebiti, alia conditio causa data, & sic de reliquis, quod sanè mihi non parùm timoris incussit cogitanti quid futurum esset in arido, ieiunoq. ingenio nostro, si in vegetib⁹, vberibusq. summorum virorum ingenijs tantum deprehenderetur erroris, sed quicquid sit iam in arenam descendimus, nec possumus terga vertere, vel etiam recusare laborem, faxit Deus, vt omnia prosperè succedãt: Redeamus ad rem, eandem hanc conditionũ materiam, præter supradictos, pertractant Moli. de primog. Hispa. lib. 2. cap. 12. 1. & 14. fusiùs Thom. Sãches, tom. 1. dispu. de matrim. qui de his multas facit integras disputationes, & signanter tot. lib. 5. per 19. disputa. Peregri. de fideicom. art. 16. & multis alijs in locis in eo opere, Michael Graf. de successio. §. legatum q. 46. 47. & 48. Antho. Gom. tom. 1. var. c. 12. de lega. à n. 59. cum multis sequentibus, & nouissimè Galgane. in tracta. de condi. & demonst. qui post hæc scripta prodijt in lucem, per totum, cum alijs quamplurimis, quos longiùs esset recensere, quàm vtile. His animaduertis, quod ad nostram materiam pertinet, vt tractetur, est, quæ conditiones, & pacta, & quando possint in his donationibus apponi.

Quò ad primum, † in donatione omnes, & 3 quæcunq. conditiones, & pacta possunt à donatore apponi, quæ nõ sint de iure reprobata, l. donatio siue directa 25. C. de dona. vbi Imper. *donatio siue directa sit, siue mortis causa instituta, siue conditione faciendi, aut non faciendi suspensa, siue ex aliquo notato tempore promissa, siue animo donantium, accipientiumue sententijs (quantum ius fingit) cognominata sub hac fieri obseruatione, vt (quas leges indulgent) actiones, conditiones, pactionesq. contineat,* idem probant l. in traditionibus

ff. de pact. l. legem. C. eo. aucten. excipitur C. de bonis quæ liber. & cap. verum de cond. appo.

4 dum † tamen apponantur in ipso actu donationis, dictis iuribus, non post eam perfectam, vt probat Imper. in l. perfecta C. de dona. quæ sub mod. *Perfecta donatio conditiones post ea non capit*, cõsonat tex. in l. si ad resoluãdã C. de pręd. minor. l. Itẽ labeo. §. sed si purè ff. fam. ercis. l. cũ dos, & pact. dota. & l. post nuptias de iure dotũ,

5 nisi id fieret in continenti, tum, † quia dictio, postea, in d. l. perfecta, apposita ex propria vi, & natura interuallum inducit, seu ostendit, iux. tex. & ibi glo. verb. postea, in l. in bonę fidei C. de pac. l. qui procuratorem ff. de procura. l. iuris gentiũ §. quinimo ff. de pact. cum alijs iuribus, quę refert Dida. loco inferiùs allegando, tum

6 etiam, † quia quę incontinenti fiunt inesse videntur, l. lecta vers. dicebam ff. si cert. peta. l. petens C. de pact. Bar. in d. l. lecta num. 21. in fi. & ibi additio in litera E. Viuius decis. 107. num. 13. pulchrè Carol. de Gras. in tracta. de excep. ad mar. statu. exclu. omnes excep. excep. 7. num. 7. id quod non obscurè deducitur ex ea. l. perfecta. in 2. par. ibi *post aliquantulum tẽporis*, quæ verba non excludunt, nec prohibent, quin ea, quę tractamus, in continenti fieri possint.

7 Nec † placet sententia Sarmienti de reddi. eccles. par. 1. cap. 4. num. 10. contrarium tenẽtis, & sentum, & intellectum ad d. l. perfecta, accommodãtis, vt sit, perfecta donatio, postea quàm perfecta est, non capit conditiones, cum is intellectus repugnet verę constructioni literę illius tex. imò & secundæ illius parti, vbi exẽplificando Imper. quod in prima dixerat, loco dictionis, postea, vtitur verbo, post aliquantulum tẽporis, quòd sanè illi intellectui, & interpretationi accommodari, vel etiam conuenire non potest, ac proindè hanc sententiã defendunt latè Socin. in cons. 66. vol. 1. col. vlt. circa finem Ripa. respon. 143. num. 4. & Dida. var. resol. lib. 1. cap. 14. num. 1. cum alijs, quos ipsi allegant.

8 Cæterùm † quomodo intelligemus istud, in cõtinenti, num sicut Imper. in l. fin. C. de error. aduoca. ibi, incontinenti, idest triduò, in l. fin. C. de iud. ibi, illicò autem, idest intra triduum, pulchrè inter alios Sanchez tom. 1. lib. 1. disput. de matrimo. disputatio. 51. num. 14. Gras. in allega. tract. de excep. excep. 7. num. 5. vel sicut aliàs diuersimodè ea dictio, incontinenti, diuersa temporum spatia significat, prouti latè tradit Octauia. Vulpel. de propos. aduerb. & coniunct. signi. ver. incõtinenti, certè non, sed imò

9 † arbitrio iudicis ea dictio erit intelligenda, ac interpretanda, vt tantum temporis contineat, quantum negotij natura, vel qualitas expostulat, benè Vulpel. & Gras. vbi suprà ille in prin. num. 4. hic verò num. 8. vbi plures ad id allegant, qui communem hanc dicunt sententiam, plenè Iaco. Menoch. de arbitra. iud. casu 7. & casu 9. 10. 11. 12. 13. & 14. lib. 2. cent. 1. Franc. Viui. decis. 107. per tot. & Cęsar Barz. post hęc scripta habitus, decis. 132. latissimè, sicut nouissimè, multò post hęc scripta, Ioseph. Sese decis. 16. per tot. in quibus locis, quomodo ea dictio in quacunq. materia accipiatur, docetur, & in hac nostra materia, debere tunc iudicem arbitrari conditionem esse incontinenti in donatione appositam, quando vel in ipso actu donationis, vel post ipsum successiuè, nullo medio temporis interuallo, veluti eodem die, coram eisdem testibus, & notario, conditio apponeretur, censent Socin. in allega. cons. 66. circà fin. vol. 1. Rip. in d. respon. 143. num. 4. Couar. in allega. cap. 14. in prin. lib. 1. var. Cel. Hugo in cons. 58. num. 15. faciunt quæ ex Bal. in l. petens C. de pac. tradit Vulpel. vbi superiùs num. 5. quòd tunc actus verè dicitur in cõtinenti fieri, quando fit eodem loco, & cotã eisdem testibus.

Limitantur † tamen quæ suprà diximus de non apponendis ex interuallo conditionibus, vinculis, vel pactionibus donationi perfectæ, vt non procedant, quando à principio tractatũ fuisset de conditione, pacto, vel modo adhibendis in donatione, quę postmodum simpliciter facta extitisset, ex reg. tex. in l. item quia §. fin. de pact. l. titia §. 1 de verb. obliga. ita Alciat. respons. 7. lib. 8. & *probat* noster Senatus, vt mox dicetur in sequenti limitatione.

11 Limitantur † secundò suprà dicta, vt procedant cum modus, vel conditio adhibentur, nõ ità quando donans vellet declarare obscuram, vel ambiguam donationem: id enim vtiq. licet ex interuallo facere, etiam post donationem perfectã: quia qui declarat nihil de nouo dat, l. hæredes palam §. si quid post, de testa. cap. cum tu, de vsur. plures ad id allegat Decia. respon. 7. num. 100. vol. 1. & Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 75. ibi plura ad id exẽpla affert, per te ipsum videnda, ne eius labores transcribamus, benè Nicol. Boer. decis. 172. fetè per tot. Item qui declarat non dicitur aliquid noui inducere l. adeò §. cum quis in fin. ff. de acquir. rerum dominio, plures ad propositum allegat Surd. decis. 70. num. 1. & ideò prohibitus corrigere, addere, vel emendare, non est prohibitus declarare, & interpretari quod dubium erat Bal. in 1. consil. C. §. in quibus in l. edita num. 10. C. de eden. & in l. cum in testamento C. de manumis. alios allegat Decia. vbi suprà num. 101. pulchras ex hac regula resoluit Rot. Genuen. dubitationes apud Flamin. Carthar. decis. 16. & 129. resoluens signanter d. decis. 16. declarare posse post terminũ qui post eum facere non poterat.

Per

12 Per hæc † in facti contingentia respondebat Decia.d.resp.7.nu.99. licuisse coniugibus, de quibus ibi,post perfectam donationem per eos filijs,& descendẽtibus factam, ex intervallo declarare alio cum instrumento , quòd in tellexerint tunc temporis de masculis,propter dubietatem,quam continebant ea verba,filijs & descendentibus, num nam eorum apellatione venirẽt tam masculi,quã fœminæ, & num genus masculinum conciperet fœmeninum, licèt etiam ex quibusdam coniecturis in instrumento donationis id innueretur.

13 Et licèt † his contradicere videatur Aym.in cons.112.num.11.dicens ex Ang.in cons.209.patrem,qui simplicitèr dotem pro filia promisit, non posse postea ex intervallo in præiuditium filiæ,declarare quòd eam promiserit de bonis

14 maternis,nihilominus † non est propterea à nostra limiratione recedendum,quia casus prędictus,de quo Ang.& Aym.non erat dubius, qui posset declarationem admittere,vel etiam qui ea egeret,cum ex dispositione tex. expres. in l.fin.C. de dot. promis.ea doris constitutio simplicitèr à patre facta censeretur facta de bonis paternis,& non de alijs:nos autem loquimur in casu dubio,inquo propriè cadit declaratio,pulchrè Bec. in cons. tertio, num. 44. & Surd.decis.29.num.7. qui alios ad idem allegant,& Menoch.vbi suprà num. 22. hanc responsionem optimis exemplis ornans.

15 Et hæc † quidem declaratio retròtrahitur ad tempus donationis , d. l. hæredes palam §. sed si notam ff.de testa.& ibi Pau.Ang. & Imola,not.Bal.in l.non dubium C.de legibus,Torniel.inter respon.Decia.respon.8.num.111.Carthar.alleg.decis.16.num.31.etiamsi extrema nõ sint habilia,contra not.per.dd.in l.si is qui pro emptore ff.de vsucap.Areti. in l. 1. §. siquis ita, de verb.oblig.plures allegat Surd .& simul pulchra exempla tradit in alleg.decis.29. numer.8. quia non est propriè fictio,sed declaratio,quæ

16 † refertur ad voluntatem præcedentem , & tollit ius,medio tempore,tertio quęsitum,Castren.in d.l. hęredes palam § siquis post, Deci' in cap.fin.num. 13. de constitu. Bec.in allega. cons.3.num.44.& Surd.vbi suprà num. 7. imò

17 † declaratio censetur inesse ipsi donationi,& eodem tempore,quo donatio, emanasse , plures ad id probandum congerunt Torniel.inter respon.Decia.d.respon.8.num.111.& Surd. in allega.decis.29.nu.5.

18 Vndè † inferas intellectum ad constitutionem fin.tit.de dona.quatenus habet non esse necessariam insinuationem in donationibus fauore matrimonij factis,& in capitulis matrimonialibus continuatis , vt procedat etiam si fiãt extra dicta capitula,dum tamen fiant altero de duobus modis in præcedentibus limitationibus expræssis,videlicet vel quia in confectione dictorum capitulorum iam ita tractatum fuisset,vel etiam per modum declarationis,per rationes in dictis limitationibus adductas, & est de mente Senatus vt mox dicemus.

Hæ duæ limitationes non modicã recipiunt auctoritatem à quadam declaratione nostri Senatus de anno 1595.die 5 Septembris, in causa Ioannis Gerardi Roig , contra Paulum Amat de çauall,ad relationẽ olim egregij Senatoris Anthonij Oliba,facta, in qua cum Eleonora Amat mater dicti Pauli postannum, & quinq. menses à die contracti per eam matrimonij , & firmæ capitulorum matrimonialium ,donationem fecisset filijs ex eo matrimonio procreandis,in executionem eius,quod in contractu sui matrimonij (vt asserebat) inter partes tractatũ fuerat,& à notario omissum,fuit *declaratum* id † ei licuisse,quia constabat id inter partes tractatum fuisse tempore contractus matrimonij , & à notario omissum,additq. postea sentẽtia eam declarationem per dictam Eleonoram factam trahi ad tempus firmæ capitulorum matrimonialium, & partem illius contractus esse censendam,& ab illis accipere robur , & vires &c. Et licèt oppositum fuisset pro parte dicti Roig de deffectu insinuationis,quia tamen de iure nostro municipali ea non requiritur in donationibus,quæ fiunt in capitulis matrimonialibus,vulga.consti.fin.tit.de dona. & hanc censuit Senatus partem illorũ esse,per suprà dicta, nulla propterea de ista exceptione fuit habita ratio,actuarius erat N.Guardia.

19 Cæterùm † an regulariter omnia suprà de declaratione donationis tradita procedant in ea,quæ fit fauore, & contemplatione matrimonij obstante consti. à foragitar fraus, posita sub tit.de promis.dot.in 1.vol. consti. disputat nostras Cancer.in 3.par.var.resolu.c.1.à num.223. cum sequent.post hæc scripta in lucem emissa, sed aduerte num.229.in fin.vbi dicit contra suã opinionem per tres doctissimos Aduocaros huius ciuitatis,vt arbitros, arbitratũ fuisse in casu proposito.

20 An † autem Principi liceat suis donationibus perfectis modum,pactum,vel conditionẽ adijcere ex intervallo?Nõnulli tenuerũt quòd sic,inter quos est non modicæ auctoritatis vir Roder.Suar.allega.per Pinel.in l.1.par.3. num. 62.vers.infertur 15.C.de bon. mater. & Dida. lib. 3. var. cap. 6. num. 10. versic. quod verò obiter,in eãdem etiam opinionẽ videtur inclinari noster Mieres in constit. vni. tit.de reuo.dona.quæ est constitu. Alfonsi secundi in cur.Montisso.cap.34.col. 3. pro quibus videtur facere tex.in l.qui fundos, de om. agro. deser. lib.11.C.vbi Princeps ex intervallo concessionem à se factam modificat: Alij verò tenuerũt

quòd nullo modo id Principi liceat, inter quos est Bal. in conſ. 327. pridiè enim conſului, vol. 1. Pinel. vbi ſuprà, ex generalitate tex. in ſuprà allega. l. perfecta C. de dona. quę ſub modo &c. quam in Principe etiam donante locum habere volunt, quibus ſuffragatur tex. in l. ſi donationem ibi, *auctoritate reſcripti noſtri* C. de reuoc. dona. vbi prohibetur Principi reuocatio donationis perfectæ, Peregri. de iu. fiſ. tit. habẽtes iura fiſci, num. 50. benè Anthon. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 22. de rei vendica. diffi. 12. vbi nu. 1. Principem in ſuis contractibus vti iure communi, dicit, & probat.

21 In hac † difficultate obtinuit quędam aliorum opinio, quæ diſtinguendo, ſicut fieri ſolet, ſuprà dictas duas contrarias conſiliauit, quòd videlicet non poſſit Princeps conditionem, pactum, vel modum donationi perfectæ, vel etiã alteri cuicunq. contractui, ex interuallo, adijcere ex vi contractus, poſſit tamen ex vi legis, quæ hanc poteſtatem Principi competentem
22 minime impedit, cum his † legibus derogare poſſit, quia omnis legum poteſtas eſt in pectore ſuo, ita Dida. d. c. 6 l. b. 3. var. num. 10. verſ. quod verò obiter, Ema. à Coſta in l. cum tale §. ſi arbitratu, limi. 2. num. 7. de condi. & demõſtra. Pala. rub. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 69. num. 13. & Ludo. Moli. plenè de primoge. Hiſpano. lib. 4. cap. 3. per multos numeros, & ſignanter num. 17. qui alios allegant, & l. qui fundos, in hoc ſenſu eſſe inteligendam, præter alios intellectus non pœnitendos, quos ei accommodant, tradunt, & docent, viden. Alber. Bcun. in conſ. feud. 1. numer. 30. cum ſequent.

Per hęc deffendi poſſunt quamplures leges Caſtellę, quas commemorant ſuprà dicti doctores, quibus Rex ex interuallo, leges poſtea,
23 & conditiones adiecit. Iuxta † quã doctrinam habe quòd cum nihil Rex poſſit in Cathalonia in vim legis ſtatuere, niſi in curijs generalibus, & cum conſenſu in eis congregatorum, vt abundè diximus in glo. 3. domicelli, clau. 3. nu. 68. indè fit quòd dicere debeamus non poſſe ipſum ſolum ſuis donationibus, & contractib⁹ ſemel perfectis, ex interuallo legem, vel conditionem apponere. Vndè ſequitur quòd id, quod legitur in conſti. vni. tit. de reuocan. dona. diſpoſitum, & ſtatutum per Sereniſſimũ Regem Alphon. circa hanc materiã, ni fuiſſet in curijs generalibus factũ, vix deffendi poſſet.

24 Cęterum † quomodo ſuſtineri valeat regia eiuſdem Regis Alphon. Pragmatica data Fibutię die 8. Maij 1447. qua expreſsè diſponitur quòd bona, & res regij patrimonij, certo prętio alienata, ſiue de facultate luendi, reſtituto prætio, cautum fuerit, ſiue non, facta dicti prætij reſtitutione, & vbi renuerint recipere, facta illius conſignatione, ſtatim reſtituantur, & in poſſe, & dominio dicti regij patrimonij reducãtur, quę proculdubio eſt in eiridi obſeruãtia in preſenti Principatu, prouti mille Senatus *declarationibus* poſſem cõprobare, niſi ſat eſſe arbitrarer, in re tam manifeſta, & nota, vt vna, aut altera referretur: ſunt igitur binæ huiꝰ generis declarationes in proceſſu cauſæ, quã ſyndicus del Arbos, ad relationem egregij primò Senatoris, poſteà Regentis Cancellariam Hieronymi Torner ducebat contra Iacobum de Aguilar, actuario Paulo Darocа: altera quidem facta 3. Auguſt. 1598. altera verò 13. Februarij 1602. eſt alia declaratio in cauſa ſyndici villæ de Sitges contra Capitulum Canonicorum Barcino. die 28. Iunij 1595. ad relationem egregij itidem primò Senatoris, poſtea Regentis Cancellariam Franciſci Deſcamps, vbi de hac pragmatica, & alijs iuribus ad idem faciẽtibus fit mentio, ſcriba cauſæ N. Palau: alias adducit Cancer. in 3. par. var. poſthæc ſcripta in lucem emiſſa, cap. 3. de priuileg. num. 363. & cap. 13. de iu. Caſtr. nu. 184. mouet difficultatem quòd iſta pragmatica nõ fuerit facta in vim legis, cum non poſſit eam Rex facere in Cathalonia, prętерquam in curijs generalibus, prouti ſuperiùs dicebamus.

Omiſſa † reſponſione, quam huic quæſito
25 ex noſtro Cancer. in allega. par. 3. var. c. 3. de priuileg. num. 363. dare poſſemus, vbi dicit ad cautelam huiuſmodi pragmaticam fuiſſe factam, quaſi non eſſet neceſſaria, cum aliàs iam Regi liceret facere quæ in dicta pragmatica continentur. Reſpond. vt † generaliter materiã pragmaticarum, quæ quotidie à Rege emanant, cõprahendamus, cum noſtro Mier. in conſti. 1. tit. de vſat. conſti. quę eſt apud eundem c. 17. cur. Barcino. Reg. Petr. 2. col. 2. fol. 11. pag. 1. quòd dominus Rex in Cathalonia ſolùm eſt prohibitus facere ſtatuta generalia, & pragmaticas, quę ſint contra conſtitutiones Cathaloniç, & capitula curiarum, cum autem ſupàdicta pragmatica nõ ſit contra conſtitutiones, indè fit quòd licitum Regi fuerit eam in Cathalonia facere. Viden. noſtras Oliba de actio. tom. 1. par. 1. lib. 3. ca. 3. à num. 48.

26

27 Huc † pertinebat explicatio quęſtionum, nunquid poſſit Rex priuilegia à ſe ſemel conceſſa ex cauſa, vel ſine ea, ex interuallo reuocare, maximè in Cathalonia, vbi particularibus legibus viuimus à iure communi valde diſtinctis, ac diuerſis, An item poſsit Rex donationes, vel alienationes à ſe ſeparatim factas, quæ licèt ſingulæ de perſe ſint modicę, ſimul tamẽ iunctę tendunt in magnum ſui patrimonij detrimentum, reuocare, ſed quia de eis plenè agit noſter Cancer in tertia par. var. cap. 1. de actio. & obliga. à num. 153. & c. 3. de priuileg. à num. 150. & alijs etiam in locis, vbi ille ſeipſum

citat,

citat,ideò consultò omittimus,ibi hæc videantur,& latissimè etiam per Ioseph. de Sese decis. regni Arag.79.per tot.vide longam doctorum remissionem de hoc agentium apud Arisminum.Tepat.in compen.var.iur.senten.par.1.de Princip.potesta.col.6.in fi.& col.7.in ptin. fol. 42.& 43.

28 Sed † an pater possit, post factam donationem, filium in bonis donatis hæredem instituere,& vincula, & substitutiones apponere? Respondeo quòd non,per supràdicta, nisi filius consentiret patrem de dictis bonis testari, & eius testamentum approbaret,Paris.in cons. 2.per tot.vol.3. Cur.iun.in cons.54. Peregri.de fideicom.art.6.num.47.faciunt quę latè tradit idem Peregrin. in eo. tracta.art. 44.à num.32. cum seqnent.

29 Quæ † resolutio optimè confirmari potest * per ea,quæ tradunt communiter dd. de legitimalicèt enim ei onus, vel grauamen aliquod imponi filio nõ possit,vulga.l.quoniam in prioribus,C.de inofficioso testamento, quam amplissimis, & vtilissimis commentarijs ornauit Roder.Suar.Hispanus, si tamen ipse consenserit,tenet grauamen, latè, & pulchrè Dida. in cap.Raynaldus §.1.num.3.cum sequent. extra de testamentis.Circa quæ tamen aduertas velim ad ea,quę Anthon. Fab. docet in suo Cod. lib.3 tit.19.de inoffi.testam. defi.10.vbi dicit in † Sena.Sabusia.*decisum*, filium,qui sine protestatione agnouit legatum à patre sibi factũ,quod sit minus legitima, posse nihilominus petere supplementum,nec sibi agnoscendo præiudicasse,quæ videntur contraria his, quæ supràdicta sunt, non possunt tamen à me adamusim examinari,quia ad præsens nõ attinẽt institutũ, sed,sic incidenter,vt vidistis, adducta fuere.

30 Sed † quid si donator hæredem suum vniuersalem instituerit donatarium, & eum per fideicomissum vniuersale de restituendo grauauerit, isq. posteà hæreditatem adierit ex testamento,an tunc teneatur bona donata cum reliquis restituere,an verò ea præcipua habere debeat ab eo grauamine immunia, dubitationis est non modicę propter aditionem filij simplicitèr factam:nam si ipse nollet esse hæres donatoris,eiusq. fideicomissum agnoscere, tunc nulla esset dubitatio, quòd non posset donatarius ad id compelli,& sic non teneret grauamen,propter ea,quæ ex l.perfecta C.de dona. quæ sub modo,latè superiùs tradidimus,& cõprobat Peregri.d.art.6.num.49.vbi dicit se ita † *obtinuisse.*

31 In hac † dubitatione (omisso quòd Franciscus Marcus docet decis.329.330.& 331.qui disputat an per acceptationẽ institutionis cẽseatur renũciatũ donationi)duos cẽseo fore casus distinguẽdos:aut enim testator nominatim, & expressè donata fideicomisso vniuersali subjcit,aut simplicitèr,nulla de ea facta mentione, fideicomissum vniuersale instituit: primo casu tenet fideicomissum, & tenetur hęres tam in re donata,quàm in alijs illius bonis obseruare voluntatem defuncti, posteriori verò casu minimè. Hanc distinctionem probat clarioribus verbis,quàm a nobis explicari possit Pau.I. C.in l.sequens quęstio ff.de lega.2.benè Peregri.vbi suprà num.48.Iulius Clar.de testa.q.71. num.fin.pluribus optimè distinctionem hanc probat Surd.decis.93.per tot.adeò vt eius scriptis in hanc materia non videatur quid posse addi,vel suppleri, & tandem dicit pro ea *iudicasse* † Sena.Mantua.concludendo,quòd hæres, adeundo hæreditatem, non præiudicat sibi in bonis emphyteuticis,quæ aliàs habitatus erat, nisi nominatim de eis disposuerit testator.

32 Ratio † primi casus,est, quia testator potest rem propriã hęredis legare, vel aliàs de ea disponere,l.vnum ex familia §.si rem ff.de lega.2. §.non solum inst.de lega.Bar.in d.§. si rem, & * hanc esse communem doctorũ opinionẽ docuit Antho.Gom.var.resol.to.1. cap. 12. nu. 14. † est *decisio* nostri Senatus in causa Bartholomei Terre reiolerij præsentis ciuitatis contra Paulã Oriola sancti Martini de prohensals, facta ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor die 8.Iulij 1604. actuario Martino Ioanne Carmona.

Quod procederet, siue sciret testator rem esse hæredis,siue etiam ignoraret,vt probant iura superiùs allegata,& dd.adducti, quib⁹ addo Graf.de succesio.§.legatum quæst.14. numer. † 7.pro quo dicto singularis est *decisio* causæ Bartholomei Terre,de qua suprà, in qua testator ignorabat rẽ esse hęredis, imò arbitrabatur ad se pertinere,cum in legato expresserit titulum, siue causam,quibus opinabatur ad se spectare: 33 quod † dictum fuit ad differentiam legati rei alienæ,in quo ea distinctio scientiæ, & ignorãtiæ de iure constituitur l.cum rem alienam,vbi glo.C.de legatis,Graf.vbi suprà nu.2.quam plu * res per eum allegati dicunt communiter receptam.

34 Secunda ratio † quia hæres tenetur approbare factum defuncti, l.ex qua persona ff. de reg.iur.nec potest contra illud venire l.cum à matre C.de rei vendica. ob id hæres nominatim in bonis donatis institutus, & grauatus tenebitur eius voluntatem adimplere, si adierit hæreditatem.

35 Tertia † ratio est,quia hęres adeundo hæreditatẽ videtur quasi contrahere, & obligare se actione personali,cui personali accedit hypothecaria l.1.in fin.de pignor. actio. vndè quando testator grauat hæredem de propris bonis, vel alias, per actum aditionis videtur

hæres ratificare illam dispositionem testatoris, pulchrè rationem hanc extendit Afflict. decis. 111.num.16. dicens per eam totum consilium † *fuisse in opinione* quòd valebat obligatio rei hæredis per testatorem facta,& quòd ei tenebatur hæres stare,eandem rationem tradit Surd. in allega.decis.93.numer.9.& Barz.decis. Bonon. 64. numer.43.qui plures pro ea doctores allegant.

36 Secundi verò † casus ratio ea esse potest, quia quando hæres non instituitur,nec grauatur nominatim in bonis donatis,tunc ea extra bonorum defuncti causam cõputari debent, vt dicebat I.C.in d.l.sequens,& ideò titulus institutionis ea non includit de necessitate,cum † in illis habeat iam hæres alium titulum,& quia inducta ad augmentum non debent operari diminutionẽ,l.legata inutiliter,de lega.1.hanc rationẽ expendit Pereg.d.art.6. n.1.ac proindè licèt donatarius hæres institut' simplicitèr adire hæreditatẽ,nõ propterea tenebitur res donatas restituere.

Et quia hæc valdè(nisi nos fallat opinio)vtilia sunt,ideò altiùs fore repetenda arbitramur, & particulatitèr vnumquemq.ex dictis casib' exponendum:quòd igitur primò notamus circa primũ casum est,eum procedere non solum quando expresè,sed etiam quando tacitè donatarius hæres institutus hæreditatem adijsset, veluti actum faciẽdo,per quem tacitè inducereture aditio:tunc enim cum idem operetur tacita aditio,quòd expressa,quia de iure, præter expressam declarationem animi hæredis,qua 37 † propriè dicitur fieri aditio,veluti dicẽdo,gerere me pro hærede,l.pro hærede ff.de acquir.hæred.*vel accipio*,vel apprehendo,agoſco,vt per Bal.in l.gerit,num.9.de acquir. possef.& Mascar.de proba.conclu.41.nu.2. adinuenti sunt etiam & alij modi, quibus aditio tacitè facta probetur,de quibus ad nos non spectat lõgiùs per tractare,videantur tamẽ,si casus ocurrerit, per Menoch.de præsump. lib.4.præsump. 99. cum sequen. Mascar.de proba.à con.40. ad 52. Michae.Graſ.in 2.par.de succes.arti.acquisitio hæreditatis,à questione 5.ad 15.Rober.Maran. in repe.1.is potest, à nu.42.cum multis sequenti.ff.de acquir.hæred. & Manti.de coniec. vltim.volun.lib.12.à tit. 9. cum sequẽt. fusissimè, ac latissimè de his agentes.

38 Inter † alios autem modos, quibus tacitè inducitur aditio hæreditatis *is vnus est*, qui visus est dignus commemoratione, propterea quòd circa eum in Senatu dubitatũ viderim, quando videlicet hæres fecisset actum, qui citra ius & nomen hæredis fieri non potuisset, l.pro hærede,vbi glo.& doctores ff. de acquir. hæred.Craue.in consi.200.num.2.Menoch.de presump. lib. 4. presump. 101. num. 21.Micha. Graſ. vbi suprà quæst. 12. num. 22. Surd.decis. 303.num. 11.ac proindè cum in Regio Senatu disputari contigisset, numnam per donationẽ, cessionem,translationem,renunciationem, ac perpetuam relaxationem per Michaelem de Montagut, Petro Galcerando Torro factam de hæreditate,& bonis Mariannę de Montagut quondàm vxoris suę, reseruatis sibi quibusdam rebus mobilibus, & immobilibus dictæ hæreditatis,probaretur eius aditio per dictum Montagut facta, de qua aliàs non constabat, tandem ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor in causa dicti Montagut,contra œconomum Monasterij Sanctissimæ Trinitatis,fuit *declaratum* die 22. Augusti 1603. quòd sic; per rationem supradictam in sententia expressam,Actuarius Marti.Ioan.Carmona:simile habet hæc decisio aliam Rot. Roman. apud † Veral. caputaquen. 26.par.2.vbi *declaratum* legitur adire visum fuisse hæreditatem qui rem hæreditariam alienauit.

39 Aduertimus † secundò circa eundem primum casum,illum procedere, siue hæres cõfecerit inuentarium,siue non: cum enim vtroq. casu teneatur factum defuncti approbare, & adimplere,vti ex infrà tradẽdis fiet manifestũ, † & probat *decisio* Senatus superiùs adducta in causa Bartholomei Terre cõtra Paulam Oriola * factam:reprobata est enim communitèr opinio dicentium contrarium, non teneri videlicet hæredem,qui inuentarium confecit, approbare factum defuncti, sed imò posse cõtra illud venire, quos longa serie refert Pinel.in l.1.par. 3,paulò ante nu. 82.C.de bon. mater. vbi † in- 40 uehit contra errorem multorum, qui existimãt beneficium inuẽtarij esse sicut herbam bethonicam, quæ confert ad omnes imbecillitates, cum hoc solùm fauoris contineat,vt faciat hæredem non teneri vltra vires hæreditarias, ac signantèr reprobat Thom. Gram. in decis. 93. num. 10. eam opinionem tenentem, dicens eum omnium deteriùs loqui, refert eosdem Vincen.de Franch.decis.83. nu. 4. & de Gram. 41 † vbi suprà,verba faciens dicit, pro certo credendum esse eam decisionem non fuisse decisionem sacri consilij,cum suo tempore tanquã aduocatus,& consiliarius semper viderit *iudicatum* contrarium,Moli.de primoge. Hispano. † lib.4.cap.1.num.24. Petr. de fideicom. quæst. 14.num.317. Verum igitur erit quod superiùs *tradidimus*,teneri hæredem,siue inuentarium cõfecerit,siue non,approbare factũ defuncti.

42 Cæterũ † ea erit inter hosce duos casus differentia, quòd,si absq. inuentario hæres hæreditatem adierit, tenebitur tunc omninò absq. distinctione aliqua factum defuncti approbare,etiamsi bona hæreditaria nõ sufficerent,(hic est ordinarius doctorum modus loquendi dicentium

centium,quòd hęres,qui inuentariũ non confecit,tenetur vltra vires hæreditatis, cũ potiùs dicere debuissent quòd nõ potest hæres opponere desfectum bonorum,ex eo, quòd inuentario non confecto, semper hæreditas præsumatur sufficiens:si enim constaret aliàs quanta fuisset hęreditas,certum est quòd vltra contẽta in ea,non teneretur,vt inferiùs dicetur) tenebitur (inquam) factum deffuncti approbare, etiam si bona hæreditaria non sufficerent,idest absq. eo quòd possit opponere exceptionẽ defectus bonorum si esset hæres vniuersalis solus institutus,si verò cum alio,vel alijs,pro ea portione, pro qua esset hæres quotitatiuè, veluti pro dimidia,tertia,vel quarta, etiamsi tãtundẽ ex bonis deffuncti ad illum non peruenisset,
43 quia † non confecto inuentario lex præsumit hæreditatẽ locupletem,in §. sancimus in auct. de hæred.& falcid.Nat. in cons.238.nu.9.Barz. in fæpè allega.decis.64.num.53. videndus Molin.vbi superiùs:si verò inuentarium confecerit hæres,tunc pro ea solùm quantitate tenebitur approbare factum deffuncti, quæ ad illum peruenit,& non vltra,probant omnes doctores suprà citati,quib⁹ adde Vincen. de Franch. decis.151.num.16.Aluar. Velasq.consul.69. nu. 12.& 13.Barz.decis.Bonon.42. nu. 2. Mathe. de
* Afflict. qui hanc dicit esse cõmunẽ opinionẽ, & indubitatam,in cap.1.an agna.vel fil. num.32 & cap.1.§.hoc quoq.de succes.feud.num.22.& 74.& alios,quos longa serie refert Moli.d. lib. 4.cap.1. num. 24. atq. ita *declarauit* Senatus in
† suprædicta causa Bartholomei Terre cõtra Paulam Oriola,vbi ipsa,quatenus sufficerent vires hæreditariæ,& nõ aliàs,fuit condempnata obseruare factum deffuncti.

44 An autem † inuentarium vnius ex hæredibus prosit alijs non conficientibus, vel etiam, propriùs accedẽdo ad materiam,an iste noster donatarius hæres institutus possit iuuari inuẽtario per alium tertium confecto, veluti, sicuti quotidie fit in Cathalonia, inuentario vxoris deffuncti per eam, pro conseruatione suorum iurium, vigore constitutionis hac nostra, tit. dotsolt lo mat.quin dicet pertany a la viuda,cõfecto,adhoc vt non teneatur factum deffuncti approbare,nisi quatenus suppetunt vires hæreditatis:In hac difficultate tres reperiũtur doctorum opiniones,prima est Bar. in l. scimus §. fin. & in l. in ratione §.quod vulgo.nu. 9. ff. ad l.falcid.& sequatium tenentium inuentarium hæredis non prodesse fideicõmissario absque illius cessione, contrariam tamen opinioem, quòd imò prosit absq. cessione, tenet Alex. in l.centurio num.38.de vulga.& qui eum sequuntur,tertia fuit opinio Bal.in auctẽ.sed cum testator num.9.C.ad l.falcid.& sequatium, quasi distinguens inter has duas cõtrarias opiniones, vt prior vera sit in agendo, quòd videlicet inuentarium vnius non prosit alteri ad agẽdum absq. cessione,ex eo quòd quæ hæres habet ex sua prouisione, non videantur posse in fideicommissariũ trãsire,nisi cedantur,l.si hæres pecuniam ff.ad trebel.multò minùs id fieri posse videtur in alio tertio, qui inuentarium confeciisset,secunda verò opinio affirmans procedat quoad excipiendum:ad id enim(inquiunt huius opinionis auctores)prodesse poterit hęredi inuentarium ab alio confectum, cum in iure excipiendi non requiratur cessio l.rescriptum §.fin.ff.de pact.

In hoc opinionum conflictu verior omninò est secunda affirmans opinio, quòd inuentarium vnius alteri prosit ad effectum, de quo quęrimus,nulla habita distinctione, an hęres ageret,vel excipiret,idq. ea eleganti ratione, quam tradit Bal.in d.l.scimus §.& si præfatam num.3.& in l.filium num.38.C.fam.hercis.quia inuentarium semper est ius excipiendi, an teneatur hæres vltra vires hæreditarias, in iure autem excipiendi non quęritur cessio, vt suprà dicebamus,plura,& plures doctores pro vtraq. ex istis opinionibus recensent Craue.in cons. 897.per tot.& Micha.Graf.de succes. par.2.art. inuentarium,num.13.viden. Monti .de inuen. memb.5.num.66. And. Fachine. qui eandem opinionem tenet,controuer.iur. lib. 6 .cap.31. pulchrè eandem opinionem pluribus probat Ioan.Gutier.in tract.de tut.& cur.par. 2. cap.1. à num.49.cum multis sequent .& Franciscus Muñoz de Scobar in tract. de ratiocin. administ.cap. 9. num. 20. viden. Ayora de partitio. cap. 2. num.22. Hæc nostra opinio æquitatem habet,ne sumptus inuentarij toties conficiẽdi hęreditatem minuant,& pro ea in propria nostra materia,in qua testator rem hæredis legauerat,qui cum inuentarium non confeciisset voluit iuuari inuẽtario per vxorem deffuncti,pro suis iuribus,sequuta illius morte,confecto: *de-*
† *clarauit* Senatus in suprædicta causa Bartholomei Terre,id ei licuisse,proindeq.non fuit cõdempnatus reus,nisi quatenus sufficerent bona hæreditatis,vt sæpiùs diximus. Pluribus idẽ probat nostras Cancer.in 3. par. var. c. 2. de inuen.à num. 106. cum multis sequent.

45 Sed † quid si iste hęres est minor vigintiquinq. annorum,an possit restitui aduersus non confectionem inuentarij:breuiter respõdeo quòd sic,si docuerit de læsione,& sic quòd hæreditas non est soluendo,non aliàs,nec alio modo, Guid.Pap.decis.141.vbi testatur de duabus *de-*
†† *clarationibus* in Senatu Gratianopol.factis,quibus fuit minoribus denegatum beneficium ob non probatam læsionem , idem postea tenet idem Guid.decis.473.num.4.& decis.571.num. 2.Mauri. de restitu.in integ. cap. 129. Cald.à

Percy.

Perey. in l. ſi curatorem habens, verb. læſis. nu. 54. C. de in integ. reſtitu. dicens cũ Guido. pro hac opinione eſſe caſum expreſſum in aucten. de hæred. & falcid. §. fin. verſ. pupillis, & Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 64. num. 51. verſi. nec de petita, vbi per hanc rationem principaliter dicit motum fuiſſe ſacrum illud conſilium, vt de petita aduerſus non confectionem inuentarij reſtitutione, nullam rationem eſſe habendam,

† *declararet*, quia videlicet non conſtabat de læſione: in noſtro Senatu in ſupràdicta cauſa Bartolomei Terre incidenter, quatenus inuentarium viduæ, de quo ſuprà loquebamur, hæredi minori prodeſſe non poſſet, fuit conceſſa reſtitutio aduerſus læſionem ex non confectione inuentarij contingentem, etiam ſi non docuiſſet de læſione, cæterũ ego valdè dubito quòd Senatus principaliter, vbi heres aliud non habuiſſet, quo iuuaretur, reſtitutionem hanc cõceſiſſet, obſtantibus ſupràdictis.

46 Item † an proſit hæredi ad effectum, de quo agitur, inuentarium per eius procuratoré ſuo nomine confectum, & ſic an inuentarium poſſit cõfici per procuratorem, quæſtionis eſt dubiæ, dic quòd non regulariter, præterquàm in caſu, quem tradit Imp. in l. fin. in prin. §. fin autẽ à locis C. de iur. delib. tenet Graſ. de ſucceſ. lib. 2. art. inuentarium, quæſt. 4. num. 11. vbi ad idem Caſtren. reffert, & hoc frequentiùs receptum

* eſſe tradit, cæterùm in caſibus in quibus poteſt id fieri per procuratorem, non ſufficit mandatum generale, ſed neceſſum eſt ad id ſpeciale, laſ. in l. fin. in prin. num. 4. verſi. 6. quæritur C. de iur. delib. latè Theſau. probans id quatuor optimis rationibus, deciſ. Pedemon. 155. & ſignanter ex eo quòd vbi agitur de magno præiuditio, & de re grauiori, requiritur ſpeciale mandatum iux. tex. in l. qui ita §. 1 ff. ad trebel. vbi Bar. & reliqui, clement. non poteſt, de

† procura. atq. ita tradit *deciſum* fuiſſe in eo Senatu de anno 1580.

Supràdicta omnia de inuentarij confectione procedere videntur de plano in hæredibus inſtitutis à teſtatore, qui patrimoniũ reliquit incertum, & de cuius hæreditate meritò proindè dubitari poteſt, num nam ſit ſoluẽdo, nec ne, quo caſu oportet hæredem conficere inuẽtarium, vt id certũ fiat, aliàs ſibi imputaretur, prouti probant quæ latè ſuperiùs tradidimus: videamus nunc an quando hæreditas eſt certa, prouti in noſtro caſu, quo teſtator ſibi reſeruaſſet centum, ponamus, ad teſtandum, an tali caſu teneatur etiam hæres inuentarium conficere, ne poſſit compelli ad obſeruationem voluntatis deffuncti, & illius facti, etiam vltra vi-

47 res hæreditatis: Hæc dubitatio, † meo iuditio, d plano ꝓcedit, facillimaq. eſt ad eam reſpõſio, ꝙ non oporteat hæredem conficere inuentariũ ſed imò eodẽ modo, quatenus vires hæreditatis ſufficiunt, tenebitur tantum, ſicuti ſi illud confeciſſet, ratio eſt in promptu, quia propterea heres non confecto inuentario tenetur vltra vires hereditarias, quia eo caſu lex præſumit contra hæredem, quòd ſubtraxerit, ſurtipuerit, vel occultauerit res hæreditarias, & fingit hæreditatem eſſe locupletem, vti ex tex. in §. ſancimus in aucten. de hæred. & falcid. & Nat. in conſi. 238. num. 9. & alijs ſuprà dicebamus, quibus adde Alex. latè de his agentem in rub. de acquir. hæred. & Surd. deciſ. 316. nume. 7. quæ ratio, & præſumptio legis ceſſant in noſtro caſu, in quo certa eſt hæreditas teſtatoris, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, ita tenet noſter Mier. in conſti. hac noſtra, quæ eſt Reg. Pet. 3. in cur. Perpinia. col. 6. num. 142. pag. mihi 155. ſub tit. diſſolt lo mat. quin dret pertany a la viuda, qui alias, ibi, huiſ opinionis tradit *rationes per te ipſum videndas*: Hanc opinionem in facti contingentia amplexus fuit noſter Senatus de anno 1598. die 2. octobris in cauſa nobilis Iudociui de Queralt contra nobilem Petrum de Queralt Comitem de Queralto ad relationem nob. Ioannis Sabater, qua extitit

† *declaratum* hæredem matris, cuius hæreditas conſiſtebat in ſola dote per eam viro ſuo conſtituta, poſſe detrahere falcidiam *non obſtante* (& ſunt verba ſententiæ) *quòd dictus heres inuentarium non fecerit de hæreditate, & bonis dictæ teſtatricis, attento patrimonium illius certum erat, & fraudari non poterat, quippe conſiſtebat in dictis decem mille libris dotalibus*. Actuario N. Ceſilla, cuius deciſionis meminit Iacob. Cancer. poſt hæc ſcripta viſus in tertia parte var. reſol. c. 2. de inuen. num. 114. vbi de his multa.

Verũ igitur erit ex ſupràdictis (vt iam tandẽ receptui canamus) principale noſtrũ aſſumptum, quòd donatarius, ſi inſtituatur poſteà hæres à donatore, & nominatim grauetur in bonis donatis, iſque eius hæreditatem adierit ſiue cum inuẽtario, ſiue ſine eo, tenebitur ſemper voluntatem deffuncti adimplere, diuerſi modè tamen, vti in ſuperioribus latè docuimus.

48 Non me † latet quamplures eſſe limitationes dictæ regulæ (quòd hæres non poteſt venire contra factum deffuncti) quarum quatuordecim coniecit eleganter Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 83. C. de bon. mater. ex quibus materiã paſſim deſumunt doctores, vt ſupradictam noſtram reſolutionem inpugnent, ſuper quibus ego aliquid dicere ſtatueram, quia tamen poſteà reperi Aluar. Velaſq. conſulta. 69. Surd. deciſ. 93. & Barz. latiſſimè in deciſ. 64. per tot. multum temporis, nec inutilitèr, in proponendis, & ſimul diſſoluendis argumentationibus, quæ ex dictis limitationibus cõtra noſtram reſolutionem

nem confici possunt, consumpsisse, ideò id laboris subterfugere & vtiliùs, & vrbaniùs duxi: in ea enim ipse sum sententia, sicuti sæpe dixi, vt existimen non licere cuiquam, citra iniuriã, in rebus benè, & commodè per alios digestis, & tractatis, manum imponere, ad eos recurrat lector quoties casus occurrerit.

49 Vnum † tamen pro axacta, & totali huius primi casus nostrę superiùs propositæ distinctionis expeditione omittendum non duximus inuestigare, cui incumbat probare, extare, vel nõ extare in hæreditate bona æquiualentia rei hęredis legatæ, vel aliàs alteri relictæ, quando hęres cum beneficio inuentarij adiuit, quo casu, vt superiùs dicebamus, tãtùm tenetur inquantum sufficiunt vires hæreditarię, an ipsi hereditas extare, quia præsumatur semper hęreditas soluendo, aut ipsi legatario, extare, tanquam hoc videatur esse fundamantum suæ intentionis: In hac difficultate tres tradit Franciscus Marzan. in epito. defideicom. par. 2. q. 46. nume. 2. opiniones, alteram Craue. in consi. 225. cit. fin. Alex. in l. sæpe nu. 27. de re iud. Nat. in cõsi. 214. num. 4. & aliorum dicentium legatario id oneri sincumbere, alteram verò Pau. Cast. in consi. 11. incip. subscripta omnia, in 3. dub. quòd imò hæc onera hæredi cedant, tertiam verò, supradictas dissidentes opiniones concordantem, quæ distinguit quis sit actor, vel reus, vt semper ad actorem supradicta probare spectent, siue is sit hęres, siue legatarius, quam dicit esse de mente Nat. in consi. 238. num. 21. versi. præterea dato, & aliorum, quos refert, & sequitur Cæsar Barz. decis. 35. num. 7. Ego tamen in sæpe dicta causa Bartholomei Terre indubitã tẽ censui ad legatarium pertinere probare valorem bonorum contentorum in inuentario æquare legatum, propter dictionem illam, quatenus, in condempnatione appositam, ibi, *quatenus sufficiunt bona hereditatis*, quæ † conditionem cum importet l. Stichum, qui meus erit, de lega. 1. & ibi scribentes Bar in l. 1. num. 20. ff. de condi. & demonst. pulchrè Bero. in consi. 14. n. 1. vol. 3. nouissimè Galgane. in tracta. de condi. & demonstra. par. 1. c. 89. num. 10. elegantèr Rota Roma. apud Veral. caputaquẽ. decis. 343. in tertia par. de clausula, quatenus in vsu sit, verba faciens, verificanda priùs venit, antequam sententię petatur exequutio, prouti aliàs in alio proposito dicebat Rota apud eundem Caputaquen. decis. 37. in tertia par. maximè cum in ea huius capitis, & aliorum non liquidorum reseruata extitisset liquidatio: quibus accedit quod licèt non facto inuentario hæreditas præsumatur locuples, prouti sæpe ex §. sancimus, in auctẽ. de hæred. & falcid. diximus, ea tamen

50

51 † præsumptio tollitur per inuentarium, vt per tot. l. scimus C. de iur. delib. & ex eo. §. sancim⁹ constat: vndè consequitur, quòd is teneatur sufficientiam probare, qui in ea fundat suam intentionem, ac proindè ego, qui aduocatus erã actoris in supradicta causa, statim statim in causa liquidationis petij eligi æstimatores, & expertos, qui & rem legatam, cuius etiam valor erat incertus, & bona descripta in inuentario, æstimarent, vt indè appareret num ea bona sufficierent, nec ne, quem quidem modũ probandi me docuerunt in hac materia superiùs allegati doctores pro ibidem relatis tribus dissidentibus opinionibus, de quibus mox egim⁹, cum quibus in hoc consentire videntur qui inferiùs statim statim adducentur. Qui plura circa materiam hanc videre voluerit recurrat ad Dida. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 7. Roder. Suar. in l. 1. n. 5. tit. de las arthas lib. 3. for. Anto. Gom. in l. 50. tau. num. 13. Matien. lib. 5. recopila. tit. 1. l. 2. glo. 2. num. 9. Azebe. co. lib. 5. recop. tit. etiã 2. l. 2. nu. 19. Mieres de maior. prima par. quæst. 52. num. 15. & 17. Ioan Gutier. de iura. confir. par. 1. cap. 1. num. 23. & in pract. quæstionibus quęst. 4. à num. 13. lib. 3. & omnium fusissimè ad partes arguendo, ac optimè discurrendo, Thom. Sãchez Socie. Iesu. disputationũ de mat. tom. 1. lib. 6. disputa. 35. per tot. quatenùs ibi quæstionem illam circa l. 1. tit. 2. de las arthas lib. 3. for. Regni Castellę, qua disponitur maritum non posse vxori vltra decimam partem bonorum suorum promitere non tarò contingentem, nunquid mulieri arrhas petenti, eam partem nõ excedere, vel potiùs hęredi, quod excedat, incumbat probatio, disputantes, pulchra vtilia tradunt in ornatum huius quæstionis, et aliarũ per sæpè in praxi occurentium: nec sunt omitendi Mascar. & Menoch. ille conclu. 203. hic verò de præsump. lib. 6. presump. 26. per tot. qui suis ibi scriptis multum luminis huic materiæ attulerunt.

Transeamus iam ad secundum casum superiùs propositę distinctionis, cuius disputatio non minorem forsan continebit vtilitatẽ, quã quę latè circa primũ fuit prosequuta, sed quia disputando primum casum longè recessimus à secundo, & illius materia, opportere propterea existimo, quòd breuitèr quæ de eo dicebamus repetantur, vt prosequi possint: dicebamus igitur quòd quando donator nõ nominatim grauat donatarium in bonis donatis in suo testamento, sed in genere in bonis suis, in quibus eum relinquit hęredem, tali casu donatarius, licèt simplicitèr adeat hæreditatem, nullatenus sibi præiudicat in bonis donatis, quia ea tali casu extra bonorum defuncti cautam computari debent, ac propterea titulus institutionis ea non includit de necessitate, cum in eis habeat iam hæres alium titulum, hæc dicta suprà

52 fuerunt nu. 31. & 36. quibus † adde quòd in dubio

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bio teſtator non præſumitur rem hæredis voluiſſe legare, Bal. in l. in teſtamento, in prin. C. ad l. falcid. quia non præſumitur teſtari de alieno, Cepha. in conſi. 516. num. 23. maximè vbi teſtator diſpoſitionem reſtrinxit (pro vti ſemper fit) ad bona ſua: cum non dicantur ſua ea, in quibus non habebat dominium, quãdo deſceſſit l. quintus §. argento, vbi Bar. & alij ff. de aur. & arg. lega. & teſtator videtur ſolùm relinquere ius, quod habet, l. ſerui electione §. fina. ff. de lega. 1. fuſiſſimè hæc probat Surd. in ſæpe allega. deciſ. 93. num. 19. 26. 27. & 28. & ferè per tot. quæ ſunt adeò vera, vt procedant, etiam ſi diceret teſtator in genere, quòd grauabat hæredem ad reſtituendum quidquid ad eum peruenisſet: adhuc enim in tali fideicõmiſſo non venirent ea, quæ teſtator priùs hæredi inter viuos donaſſet, Iul. Clar. de teſtam. quæſt. 71. in fin.

53 Eiuſdem † argumenti ſunt quę tradunt doctores de obligatione generali bonorum per deffunctum facta, vt ea non cõprehendat propria bona ipſius hęredis, per tex. expręſsũ in l. Paulus. ff. de pignor. & ibi Bar. & Angel. & docet Surd. deciſ. 315. num. 4. dicens ita fuiſſe cõ-
† muni omnium voto *concluſum* in Sena. Mãtua.

54 Quod † adeò verum arbitratur Afflict. deciſ. 200. vt num. 1. & 3. dicat idem procedere etiã quando deffunctus obligaſſet bona ſua, & amplius ſe, & hęredes, quaſi hæc poſteriot obligatio reſtringatur ad perſonam hæredis, non autẽ ad bona, atq. ita dicit bis fuiſſe in Sena. Nea-
†† pol. *iudicatum*, licèt † potuiſſet, ſi voluiſſet, teſta-
55 tor expreſsè, & nominatim rem hæredis obliga re, ſm̃ Bal. in l. aſſiduis n. 5. ver. quid autẽ, & ibi. Angel. C. qui potior. in pig. habean. quorum opinionem veriorem ſibi videri dicit Surd. in allega. deciſ. 315. nu. 10. quam & nos ſequimur, quippè qui videamus non poſſe rationem aliquam apparentem reddi, cur potiùs poſſit teſtator rem hęredis legare, quàm obligare, vel cur hæres teneatur adimplere, & ſtare facto deffuncti in legato, & grauamine bonis hæredis impoſito, & non in obligatione, quæ fiat de illius bonis, docet optimè Franch. deciſ. 53. n. 7.
† & 11. vbi ita *deciſum* fuiſſe non ſemel in Sena. Neapol. tradit. Ex his exiſtimo deffendi poſſe
† Senatus noſtri *deciſionem* factam 16. Octobris 1555. in cauſa Vicecom. de Canet, contra Vicecom. de Euol, cuius meminit Iacob. Cancer. var. reſolu. 3. par. c. 3. de priuileg. num. 297. poſt hæc ſcripta viſus, licèt ipſe eam alijs rationibus deffendat; cum enim donator in eo caſu nihil in inſtitutione de bonis donatis nominatim dixiſſet, propterea illa præcipua debuit habere hæres, & donatari⁹ immunia ab omni ęre alieno, quamuis ſimplicitèr ex teſtamento hæredi tatem adiuiſſet.

56 Verũ eſt, † quod illud, quòd ibi dicitur, quòd hæres acceptans hæreditatem abſq. inuentario non tenetur ad debita per donatorem, poſt donationem, contracta, ego ſimplicitèr non admitterem, niſi in caſu, quo hęres de iure, etiam non confecto inuentario, non tenetur vltra vires, veluti quando illud nõ oportet quòd fiat, vt eſſet quando hæreditas eſt certa conſiſtens in centum, vel mille reſeruatis ad teſtandum: tunc enim, quia cum hęreditas ſit certa, non tenetur hæres inuentarium conficere, ideò non luit pænas non conficientium inuentarium, & propterea ad dicta debita non tenebitur, & in his terminis procedit declaratio prædicta Senatus, verùm ſi hæreditas eſſet incerta, putà quia reſeruatio foret incerta, vtpotè quando vſusfructus, & acquiſita ex eo reſeruata eſſent ad teſtandum, vel aliàs: tunc ego tenerem ad debita poſt donationem contracta hæredem, & donatarium teneri, non quia potuerit donator poſt donationem bona donata obligare, ſed quia hæres non facto inuẽtario vltra vires tenetur etiam de proprijs bonis: hæc omnia clara redduntur in omni ſui parte ex his, quę in ſuperioribus adduximus, adeò vt non expediat pluribus circa ea verbis vti.

57 Per hæc † ego dicebam facillimam mihi videri reſpõſionem ad illam dubitationem, quę multorum grauiſſimorum virorum præſentis ciuitatis in cauſis arduis, & grauiſsimis ingenia torſit, & in qua contrarię, & ex diametro pugnantes dicuntur in *Senatu, in diuerſis cauſis,*
† ſequutę *declarationes*, nunquid donatarius, qui poſteà ſit à donatore hęres inſtitutus generalitèr in omnibus illius bonis cum eiſdem vinculis, conditionibus, & ſubſtitutionibus, de quibus in donatione, poſsit, vt trebellianicam habeat, caſu quo eueniat caſus, vel aliud commodum, quod potiùs importet ſucceſsio ex teſtamento, quàm ex cõtractu, quorũ aliqua reffert Surd. deciſ. 144. num. 22. & 23. poſsit (inquam) relicto titulo donationis iuuare ſe titulo inſtitutionis ad ſupràdictos, vel alios effectus donatario vtiliores: tenendum enim omnino eſſe, non poſſe id per donatarium fieri, indubitantèr exiſtimo, ex ſupràdictis, quod ex ſolutionibus rationum, quæ pro contraria parte adducuntur, in quibus nos paulisper inmorabimur, fiet ſole clarius, ac luce meridiana dilucidius, atq. ita cum in Regia audientia contigiſſet hæc quæſtio in cauſa, quæ in ea ducebatur ad relationẽ Michaelis de çalbà, & de Valleſica egregij tunc Senatoris, nunc Regentis in eadẽ Cãcellariam inter Vrſulam Argenter vxorem Ludouici Argẽter Villę Franchę pæniten. ex vna,
† & Paulum Llances, ex altera, *declaratum* in ea extitit die 1. Maij 1601. Paulę Llances, cui in capitulis matrimonialibus facta fuerat donatio

omnium

omnium bonorũ, reſeruatis donatori tercẽtũ libris ad teſtandũ, eo pacto, & cõditione adiectis, quod ſi ipſa deſcederet ſine liberis, bona donata ad ipſum reuerterẽtur, ſi viueret, ſin minus, ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos ordinaſſet verbo, vel teſtamento, quæq. poſtea per donatorẽ in ſuo teſtamento generaliter in omnib⁹ bonis ſuis hæres fuerat inſtituta, ſubſtituẽdo eidẽ, vigore facultatis in donatione reſeruatæ, caſu quo ſine liberis moreretur, qui poſteà locũ habuit, Vrſulã Argentet filiã donatoris, fuit (inquam) declaratum nõ cõpetere quartam trebellianicam, niſi tantum in 300. libris reſeruatis ad teſtandum, *attento* (& ſunt verba ſententiæ) *vt cæteris alijs bonis ſucceſſit ex contractu*, nec voluit Senatus vllam habere rationem de eo, quod opponebatur, dictam Paulã adijſſe hęreditatem ex teſtamento, declaraſſeq. perſępè velle ſe ex teſtamento, non ex contractu ſuccedere, quæ deciſio iuridica eſt, vt docent à nobis ſuprà latè tradita.

58 Nec † obeſt quòd in contrarium dici ſolet, rem ſemel meam poſſe mihi de nouo acquiri, ſi ſecunda acquiſitio ſit plenior, & titulus ſuperueniens pinguior, qua de re vide Craue. in cõſi. 16. numer. 6. poſt Ordinarios in cap. cum perſonæ §. quòd ſi talis, de priui. in 6. quod tradũt doctores pro limitatione regulę, quòd meum eſt ampliùs meum effici non poteſt, de qua in §. ſic itaque diſcretis, inſtitu. de actio. vbi ſignanter plura dicunt Iaſ. num. 16. cum ſequent. & Ludo. Gom. à num. 8. ac noſtras Anthon. Oliba num. 8. Reſpõdemus enim facilitèr, verum eſſe aſſumptum in contrario, idque libentiſſimè concedimus, & fatemur: cęterùm negam⁹ in noſtro caſu alium in bonis donatis prętèr ipſam donationẽ, adeſſe titulum vel pinguiorẽ, vel deteriorem, quo ſe donatarius iuuare valeat: cũ enim, vt in ſuperioribus dicebamus, bona donata extra bona deffuncti eſſe dicantur, cum item in dubio per inſtitutionem generalem non cenſeatur teſtator de rebus inter viuos donatis diſponere, indè conſequitur, quòd titulus inſtitutionis ſuperueniens ea non includit diſpoſitiuè, ac proindè non poteſt dici quòd donatarius dupplicem ad illa habeat titulum, ſuccedet autem donatarius teſtatori vigore inſtitutionis in bonis reſeruatis, & alijs, quæ haberet extra cõtenta in donatione, prout hęc omnia mirè deducũtur ex ſuprà tradita declaratione Senatus.

59 Et vbi † aliquis mihi replicaret, non poſſe dici bona donata omninò extra bona deffuncti in caſu dicti Llances, & Argẽtet, cum in caſu, qui ſucceſſit, quòd donatarius moreretur ſine liberis, *reſeruaſſet ſibi donans facultatem diſponẽdi de eiſdem bonis verbo, vel in ſcriptis, inter viuos, vel in vltima voluntate*, propter quod videtur ſuſtinenda vlteriot de eiſdẽ bonis in teſtamento per eundem donatorem facta diſpoſitio, vbi (inquam) quis id mihi repliçaret, ego reſponderem facilitèr, quòd donator prædictus potuit de dictis bonis diſponere in caſu reſeruato, quòd donatarius deſcederet abſq. liberis, vel etiam potuiſſet, ſi voluiſſet, grauamem illud in donatione appoſitum auferre, ac tollere, & quoad hęc non poterant omninò bona hæc donata dici extra bona teſtoris, quoad reliqua autem ſic: conſtat autem hunc donatorem non diſpoſuiſſe de bonis donatis, nec diſponere voluiſſe cum dicta inſtitutione vigore facultatis ſibi reſeruatę in donatione vel ex eo ſolo quòd eundem donatariũ hæredem inſtituerit ſub eadem conditione appoſita in donatione, niſi velimus dicere potuiſſe eundem donatarium hęredem inſtituere, & iubere bona donata ad eum peruenire in caſu, quo de eiſdem diſponere poterat, deſcedentiæ eiuſdem donatarij abſq. liberis, quod nemo non videt quàm foret abſurdum: quantùm igitur ad inſtitutionem hæredis, quam fecit teſtator in fauorem donatarij, dicendum eſt diſpoſuiſſe de bonis, quę erant extra proprium patrimonium, & ſic eam inſtitutionem non eſſe in cõſideratione, quemadmodum nec eſſet eo caſu, quo ſimplicitèr alium hæredem donator in teſtamento inſtituiſſet.

60 Solùm remanet ſcrupulus, ſi donator noſter *non potuiſſet diſponere in teſtamento de* bonis donatis, nec aliàs in dubio cenſendus eſt voluiſſe, cum bona donata eſſent extra propria bona tempore diſpoſitionis, quomodo, quæſo ſubſtitutus in teſtamento obtinuit in Senatu per regiam ſentẽtiam ſuperiùs relatam nedum bona teſtatoris non compræhenſa in donatione, vt potè quia reſeruata: ſed & bona etiam donata? Dices vigore reſeruationis factę in donatione, quòd caſu, quo donatarius deſcederet ſine liberis, res donatæ reuerterentur ad donatorem, ſi viueret, ſin minùs ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos verbo, vel ſcriptis, in teſtamento, vel inter viuos ordinaſſet ac diſpoſuiſſet reuerti debere, ſed nec id põt eſſe, cũ ad hoc, vt ſuprà reſoluimus, neceſſum fuiſſet quòd expreſsim d dictis bonis diſpoſuiſſet, vel aliàs, alioq. modo, qui de iure importaret diſpoſitionẽ reſeruatã, quam non videtur importare poſſe ſubſtitutio prædicta: ea enim † regulanda ſemper eſt ad inſtitutionem, ſic vt ea tantùm bona compræhendat, quę inſtitutio, ex l. cohęredi in §. qui diſcretas, & ibi omnes ff. de vulga. rationeq. † manifeſta, quia nihil aliud ſubſtitutio dicitur eſſe, quàm ſecunda inſtitutio, d. l. 1. cum ſimil. ff. eo tit. de vulga. cum autem inſtitutionẽ hanc noſtram, qua de agimus, in ſuperioribus reſoluerimus, bona tantum reſerua

ta com-

ta comprahendere,non donata,indè consequi videtur non posse substitutum ex vi substitutionis ad bona donata venire: hæc mihi occurebant dicenda cum hæc considerarem,quæ difficultatem continent aduersus ea, quæ superi⁹ ex mente Senatus diximus:non enim apparet quomodo inter se isthæc compati possint, quòd scilicet institutus hęres bona donata habeat ex donatione, & in eis per donationem succedat, bona autem reseruata habeat ex testamento,& per illud in illis succedat: substitutus autem in testamento habeat vigore substitutionis omnia bona tam donata,quàm reseruata, & sic plusquàm habeat hęres vigore institutionis,vt fateri nos oportebit,si Senatus declarationem approbauerimus.

62 Verùm enimuerò † his nõ obstantibus ego existimo quòd si maturiùs hæc considerentur non efficient modo aliquo,quòd à Senatus nostri doctissima resolutione,quam totis viribus in superioribus defendimus, discedere propterea habeamus:prętensum enim illud inconueniens,quod magis, magisq. conturbabat, tanquam de necessitate videretur nos cogere, vt fateremur,plus capere substitutum, quàm institutum,plusq.in substitutione comprahendi, quàm in institutione,nullatenus in nostro casu considerari potest: quia id strenuè negamus, asserentes quòd si institutus vigore institutionis succedit tantùm in bonis reseruatis:sic substitutus vigore substitutionis in eisdem tantùm succedit:in reliquis verò donatis, sicut & ipse donatarius,vigore donationis,& reseruationis in ea factæ per donatorem: sed quomodo hæc: ego explicabo;donator reseruauit sibi in donatione quòd si donatarius decederet sine liberis,res donatę reuerterentur ad ipsum, si viueret,sin minùs ad illum,vel ad illos, ad quem, vel ad quos in testamento, vel aliàs peruenire disposuisset, & fecit postea testamentum, quod dupplicem operatur effectũ, primò dispositionem de bonis reseruatis, & non comprehensis in donatione, de quibus disponere poterat,illa non obstante,secundò nominationem personę,ad quam res donatæ peruenturæ erant,decedente donatario absq. liberis: certum † est enim de iure quòd quando quis potest aliquem eligere,& nominare ad bona donata vigore reseruationis in donatione factæ, tunc,si faciat testamentum, cẽsetur per illud in persona hæredis electionem, & nominationem fecisse, vt est approbata docti.Bar. per illũ tex. in l.vnum ex familia §.si duos nu.3.ff.de lega.2. † quod noster Senatus *approbat* intrepidè,vt apparet ex obserua.Michael.Ferrer 319. par.3.imò 64 † & per aliam donationem vniuersalem, quá donator de bonis suis alteri postea faciat, vidi † *declaratum* per eundem Senatũ de anno 1609. sub die 9.Feb.in causa Baptistæ Ferrer contra nobilem Petrum Belluer ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola, actuario Marciali Reig, censeri factam electionem,& nominationem,vt suprà,reseruatam, quod idem † *approbatum* post hęc scripta reperi per Senatum Aragon.vt auctor est Iosephus de Sese decis.53. num.7. vbi antea latè articulum disputauerat, de quo tamen puncto latiùs forsan alio in loco agemus:hos duos effectus testamentum prędictum operatum fuisset in persona hæredis,si alius,prętet eundem ipsum donatarium, fuisset hæres institutus:cęterùm cum in illo nominatio,& electio prædictę verificari non potuerint propter impossibilitatẽ,quæ est,quòd quis sibi ipsi succedat per dispositionem sub ea conditione,si ipse decesserit sine liberis,conceptã, ideò dispositio, quæ in primo instituto verificari non potuit,verificatur proculdubio in secundo instituto,qui est substitutus: si enim instituendo hæredem vniuersalem censetur quis eum eligere in casu de quo suprà, cur non idẽ dicemus de eo substituente vniuersaliter etiã? certè nulla est discriminis ratio, imò Senatus noster in casu illo, quem Michael Ferrer vbi suprà adducit, hanc doctrinã tã respectu substituti,quam instituti visus est expressè approbasse:succedet ergo noster substitutus vigore testamenti in bonis,in quibus hæres,& vigore, donationis,vt electus,& nominatus in testamento in reliquis bonis comprahensis in donatione,& hoc modo nulla reperietur in his repugnantia.

65 Et si † dixeris quòd ex supradictis non concluditur succedere substitutum ex donatione, sed imò ex testamento,induxerisq.ad id,quòd huic sic substituto nominato,& electo poterat testator quęcunq.voluisset vincula,& grauamina in testamento apponere,ad trad. per Segur. in repeti.l.vnum ex familia §. sed si fundum n. 208.de lega.2.& Beren. Ferdin. in prælud. ad cap.1.defil.nat.ex matrim.ad morgan. contracto cap.9.nu.14.quos, & alios citat Cancer.in 3.par.var.cap.7.de pac.num.119.cõducunt quæ isdem Cancer.in eadem materia adducit in eo. cap.7.de pact.à num.374. vbi multò post hęc scripta vidi, quod non foret si ex donatione successio daretur: Respondebo quod egregiè in hoc dicipiaris: non enim sequitur,potes in testamento grauari,ergo succedis ex testamento,quia tolle reseruationem in donatione factam, & videbis quomodo poteris succedere? certè nullo modo, quia res donatæ donatarij forent absolutè,imò totum illud, quod est posse testatorem te eligere, & nominare in testamento,vinculaq.& grauamina apponere effectus sunt reseruationis ex eò quòd facta illa sit,& eò modo facta, & concepta, quo locum

habere

habere potuerit appositio grauaminum,& vin culorum:aliàs enim si facta non fuisset,nec nominationi,& electioni,nec grauaminum appositioni locus esse potuisset:ecce ergò quod a primo ad vltimum concludatur successionem dari substituto in bonis donatis,non ex testamẽto *in vim dispositionis*,licèt adiuuet *in vim nominationis*,& electionis,sed imò ex ipsa donatione vigore pactorum,& reseruationum in ea factorum:ex quibus plana meo iuditio redditur,& facilis nostri Senatus resolutio,quam defendimus.

66 Reperi † post hæc scripta Iaco.Can in 3. par. var.resol.nuper in lucem emissa in cap. 7. de pact.à num 310.cum mult.sequent. hanc eandem quæstionem tractasse,de quo valdè gauisus sum,maximè cum reperierim ipsum num. 312. eandem illam difficultatem, quam ego mox proponebam,attigisse,ipsumq. eam pro vno ex principalior̃ fundamẽtis suæ opinionis,quã cõtra hanc Senat⁹ sentẽtiã tenet,sumpsisse,& summè lætabor si cõtigerit quæ in difficultatis prædictæ dissolutionem excogitaui,lectoribus placuisse: ipse igitur Cãcer.vt dixi,cõtrariam nostræ tenet opinionem,alteriusq. aulæ *decisionem* affert in alia causa factam in cõtrarium eius,quod in causa Llances, & Atgenter diximus declaratum:cæterùm ego non propterea à mea recedo opinione,quippè qui videam satis superq.posse argumenta Cancerij dissolui ex his,quę nos suprà in corroborationem nostrę opinionis adduxim⁹,& certè pinguedo tituli institutionis respectu donationis ego nõ video in quo considerari valeat, & sustineri possit:sicut enim primus donationis titulus conditionalis erat,& reuocabilis,si donatarius decederet sine liberis, sic secundus institutionis, vtpote sub eadem conditione conceptus:consurgeret autem pinguedo tituli potuisset , si,vt poterat,rem donatam reliquisset testator donatario in testamento absq. aliqua conditione, 67 & tunc † meum quod semel effectum fuerat commutabiliter , iterum meum efficeretur in cõmutabiliter, & irreuocabiliter , respectu scilicet eius quod deerat , nempè incommutabilitatis l.apud Iulianum §.si filius,de lega.1.Bal.in l.1.num.3.C.si fetu. exter.Tiraq.de retract.cõuen.§.1 glo.vni.num.12.Decius in *l. neq. pignus* num 2.de regul.iur.Surd.consi.113.numer. 19.cum sequẽt.vol.1.& Ludo.Cassana.qui hos, & alios refert, consi.10.nu.166.respectu igitur substantiæ rei, quæ donata fuerat , nihil plus commodi continet institutio , quàm donatio, cum vtraq.sub eodem vinculo, grauamine, & cõditione sit concepta,licèt in accessorijs, veluti in detractione trebellianicæ,si quando contingat conditionem habere locum,& substitutum admiti,potior sit institutionis titulus, quã donationis, cum in illo fiat detractio,in hoc verò minimè,sed huiusmodi commodum est valdè incertum,vtpotè dependens ab implemento conditionis casualis per tristem euentum, qui non solet esse in consideratione: ego latissimè extendissem,ac particulariter cuiq.argumento nostri Cancerij respondissem,nisi viderem ex suprà à nobis traditis esse eisdem satis superq.responsum,& signanter ex eo quod dicebamus negantes postremum institutionis titulum bona donata compræhendere, & ficinficiantes dupplicem , quo ad bona donata,cõcurrere titulum, alterum quidem donationis debilem,alterum verò institutionis pinguem

---

SVMMARIA.

1 *Hereditamentum merum contractum , scilicet donationem inter viuos,importat de iure nostro municipali, vbi decisiones nostri Senatus.*

2 *Hereditamentum quid significet de iure communi.*

3 *Hereditamentum appellatur donatio inter viuos, quę fit in pactis nuptialibus,quia per eam censetur donator præuenisse diem supremi iudicij,& in 5.par.glos.9.num.29.*

GLOSA VI.

Faciunt donationem, & hereditamẽtum.

AMETSI suscepti à nobis muneris ratio expostulare videretur vt in hac glo. quantumuis breuiter, saltem aliquid de donatione in genere diceremus, ad eius naturam,& essentiam perfectè intelligendam,ac capescendam:quia tamen hæc plana sunt omnia,& adeò plana vt sepetuacaneus omninò videri,nec immeritò,deberet labor , qui in eis à nobis consumeretur, quia etiam natura donationis iã aliàs ex traditis à nobis *in alijs glo*, magna ex parte fit nota,ac manifesta,ideò eius in genere particularem disputationem consulsultò omitimus.

Circa verbum verò, *hereditamentum*, in nostro tex.appositum, quod non reperitur facilitèr à doctoribus explicatum,paulisper insistẽdum duximus,declaraturi nimirum,quid illud significet.Hereditamentum † igitur hoc loci merum contractum,donationem scilicet inter viuos,importat,ex doctrina Bar. in l.quæsitum §.si seruus,de lega.1.not.Deci.in l. fin. num. 35. C.de pact.Socin.iun.in consi.102.num. 7. & 8. & in consi.143.nu.20.vol.3. viden. Borgnin.Caual.decis.34.par.4.qui duo de verbo , hæretitare, in alia loquendi formula, veluti quòd filij

nos

nos hæreditent, loquuntur, & per illud succes-
sionē particularem ex cōtractu inter viuos sig-
nificari demonstrant, Craue. in consi. 19. num.
7. & latiùs in consi. 139. num. 6. & id in nostra
Cathalonia nullam habet difficultatem: vti-
mur enim intrepidè verbo, *hæreditare, facere he-
reditamentum, pacisci quòd filius sit heres*, maxi-
mè in pactis nuptialibus, pro donare, facit tex.
in consti. à foragitar fraus, ibi, *del heretament, o, do-
natio*, in tit. de promissione dotis, & dona. prop.
nup. & tex. in c. si vasall, ho Castella. in comme.
Pet. Alber. atq. ita tenet ibi expressè Socarras
n. 5. & 6. fol. 251. & in c. habito, num. 33. fol. 346.
impropriè tamen, & ex vsu, & consuetudine
terræ, quæ in expositione vocabulorum obser-
2 uanda est, not. Socar. vbi suprà: alia † enim atq.
alia est propria eorum verborum significatio,
vt declarat Cel. Hug. in consi. 58. num. 1. consi.
60. num. 11. licèt postea ibidem dicat in Catha-
lonia donationem importare, & signanter in
d. consi. 58. num. 5. sicuti & in alijs casibus, ex
coniecturis, tradunt doctores impropriari ver-
bum, heres, vt non significet hæredem, quem
quis habiturus est post mortem, sed imò illius
filium, veluti in vocatione titij & eius hæredis:
licèt enim tali casu mens testatoris censeatur
esse, vt non simul vocati succedant, sed ordine
succes siuo, cùm viuens nō habeat hęredem, vt
latè probat Menoch. de præsump. lib. 4. præ-
sump. 70. num. 27. si tamen ex aliquibus conie-
cturis elici valeat, quòd voluerit testator titiū,
& eius filios simul vocare, tunc impropriatur
verbum, hæres, & propriā naturā amittit, Socin.
in l. gallus §. etiam si parente num. 5. de liber. &
posth. Craue. in consi. 131. num. 2. nihil igitur
mirum quòd in Cathalonia huiusmodi im pro
priam dictorum verborum significationem ex
vsu, & consuetudine terræ admitamus. Hanc
†† intrepidè sequitur Senatus, prouti ex varijs *de-
cisionibus*, quę à nobis referentur in sequen-
tibus, clarissimè apparebit, Iacob. Can. li. 1. var.
c. 8. de dona. num. 87. & nob. à Pegue. in nouis-
simis, decis. 19.

3 Dicitur † autem hęreditamentum, licèt re-
uera contractus sit inter viuos, propterea quòd
censeatur pater donando filio in contractu
matrimonij præuenire diem suprem i iudicij,
& illius dispositionem, l. parētibus C. de inoffi
testa. l. si filia §. si pater ff. fam. herciscun. Oldra.
consi. 231. Vt eius de quo quæritur, Bal. in cap. 1.
§. item sacramenta, num. 10. & 22. de pace iura-
men. firman. in vsib. feud. Tiraquel. de iur.
primoge. q. 8. num. 1. & Molin. de primog. His-
pan. lib. 1. cap. 12. num. 5. plura inferiùs habebis
in glo. & filijs suis: iuxta quæ hęc dicta censeā-
tur, si aliquando inter se contrariari modo ali-
quo videbuntur: atq. hæc de his pro nunc dic-
ta sufficiant: dabitur enim in sequentibus per
sępè ocasio, vt de hæreditamentorum materia
plura dicantur, quibus fiat perquàm manifes-
ta.

SVMMARIA.

1 *Donatio à patre in filium in potestate cōstitutum col-
lata non valet.*

2 *Obligatio naturalis contrahitur inter patrem, & fi-
lium in potestate constitutum, & numer. 73. vbi
explicatur.*

3 *Anton. Gom. reprehenditur quòd dixerit ex donatio-
ne inter patrem, & filium non oriri obligationem
naturalem.*

4 *Obligatio naturalis dupplex est.*

5 *Donatarius est obligatus donatori ad benefacien-
dum, obligatione naturali.*

6 *Testamentum minus solempne continet adhuc obli-
gationē naturalē, vt illud nihilominus sit obser-
uandum, & num. 7.*

7 *Obligatio naturalis solutis repetitionem impedit, &
num. 14. vbi declaratur an sit intelligendum quā-
do per errorem iuris, vel facti est solutum.*

8 *Obligatio naturalis operatur retentionem secundū
aliquos.*

9 *Obligatio naturalis facit teneri obligatum in foro
conscientiæ, & num. 12.*

10 *Hæres institutus in minus solemni testamento tene-
tur in foro conscientiæ ad legata.*

11 *Obligatio ad amidora multa habet priuilegia.*

13 *Obligatio naturalis, & in foro conscientiæ pari pas-
su ambulant.*

15 *Error iuris quid sit, & quando dicatur, & quid error
facti.*

16 *Pupillo, licèt naturaliter obligetur, conceditur tamen
repetitio quocunq. errore soluerit, & num. 21. vbi
declaratur.*

17 *Pupillus contrahens absq. tutoris auctoritate an na-
turaliter obligetur, remissiuè.*

18 *Error iuris impedit repetitionem in his personis, cū
quibus is contrahere potest.*

19 *Mulieri conceditur repetitio ob iuris errorem.*

20 *Error iuris quibus personis non noceat.*

22 *Repetitio non conceditur in solute eo, quod natura-
liter debebatur, siue sit solutum per errorem iuris,
siue per errorem facti. si id, agnoscendo debitum
naturale, factum sit.*

23 *Condictio in debiti, siue repetitio semper cōceditur in
indebito vtriq. iure, siue per errorem facti, siue etiā
per errorem iuris, sit solutum.*

24 *Adducūtur rationes contra communem.*

25 *Ignorantia iuris omnibus nocet, non ignorantia fa-
cti.*

26 *Soluuntur rationes cōmunis opinionis in quæstione,
de qua num. 24.*

27 *Error, verbum simpliciter prolatum intelligitur de
errore excusabili, & sic de errore facti.*

28 *Obligatio naturalis respectiua importat repetitio-
nem fiendam ab eo, qui prius implenit.*

Fide-

29 *Fideiussor potest accedere obligationi naturali.*
30 *Fideiussor accedens obligationi naturali nedum obligatur naturaliter, sed etiam ciuiliter.*
31 *Fideiussor non potest in plus, & in duriorem causam obligari, quã principalis, & n. 37. vbi declaratur.*
32 *Fideiussoria obligatio est accessoria ad principalem.*
33 *Fideiussor, qui accessit naturali obligationi, si fit exactus, nõ potest effectualiter agere postea cõtra principalem naturaliter tantùm obligatum, & nu. 41. vbi declaratur.*
34 *Fideiussor non potest molestari nisi excusso principali, fallit vt num. 40.*
35 *Naturalis obligatio non producit actionẽ, & nn. 49.*
36 *Fideiussori nõ possunt cedi actiones à principali contra debitorem naturaliter tantùm obligatum, & num. 41. vbi declaratur.*
37 *Fideiussor quot modis dici possit obligatus in plus, quã principalis.*
38 *Fideiussor potest arctiùs, & fortiori vinculo obligari, quam principalis.*
Sed magna difficultas in hoc p auctorẽ mouetur, ibi.
Fideiussor potest in plus obligari, non quoad substantiã, & radices obligationis, sed quoad accessoria, & extrinseca, vbi decis. Senatus Bonon. ibidem.
39 *Fideiussor potest cũ instrumẽto guarentigio, cũ hypoteca, & cũ iuramẽto obligari, licèt cũ his nõ sit principalis obligatus, vbi decis. Senatus Sabusie.*
Fideiussor propter iuramentum tenetur in omni quãtitate promissa, licèt non appareat in ea tota teneri principalem, ibidem, vbi decis. Iosephi. Ludouis.
40 *Excussionis beneficiũ non habet fideiussor, qui se obligauit pro debitore naturaliter tantùm obligato.*
41 *Fideiussor potest obligari ad panam, licèt principalis debitor non sit ad eam obligatus.*
42 *Fideiussor nõ põt accedere obligationi iam extinctæ.*
Fideiussor condemnatus cũ principali nec appellans an possit, ne exequatur, iuuari appellatione illius, ibi.
43 *Cõpẽsatio põt fieri de eo, quod naturaliter tantùm debetur cũ eo, quod vtroq; iure, vbi deci. Sena. Sabu.*
44 *Compensatio an fiat de debito naturali cum debito vtroq; iure, si huic vltimo adsit iuramentum.*
45 *Cõpẽsari nõ possunt quæ per exceptionẽ perimi valẽt.*
46 *Naturale debitũ non est ex illis, quæ exceptione elidi dicuntur.*
47 *Constitutum habet locum in debito naturali.*
48 *Constitutũ nõ habet locũ in debito ciuili tãtũ, & quare, & quæ sit in hoc differẽtiæ ratio inter debitũ naturale tantùm, & ciuile tantùm, vbi declaratio in contradictorio iudicio.*
49 *Obligatio naturalis licẽt actionem non producat, producit tamen exceptionem.*
50 *Obligatio naturalis admittit nouationem actiuè, & passiuè, vbi declaratur.*
51 *Nouatio non fit nisi expressè dicatur.*
52 *Obligatio naturalis operatur, vt possit pign⁹ retineri.*
53 *Iuramentum efficit, vt ex naturali obligatione oriatur efficax actio ad agendum vtroq; iure.*
54 *Obligationis naturalis plures effectus traduntur à Per. in prin. insti. de oblig.*
55 *Obligatio naturalis, quæ oritur ex donatione patris in filium, non est quę oritur ex honestate tantùm, sed ea, quæ ex legis vinculo, & vbi declaratur.*
Obligatio naturalis ex legis vinculo est vbiq; adest cõsẽsus, et hac habet effect⁹, de quib⁹ supra satis, vbi.
56 *Pater qui donauit filio in potestate, tenetur in foro cõscientiæ, nec potest repetere cõdictione indebiti, nec aliàs, nisi interuenisset error facti, & operatur eius donatio effectus alios naturalis obligationis.*
57 *Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex actu, cui lex resistit.*
58 *Fideiussor non accedit contractui, cui ius resistit.*
59 *Obligatio naturalis vt non oriatur ex contractu, cui lex resistit, non est necesse decretum irritans.*
60 *Donatio patris in filium in sua potestate constitutũ qua ratione prohibeatur, & num. 62. & sequent.*
61 *Stipulatio, quæ fit alteri per alterum habet naturalẽ obligationem.*
63 *Pater & filius vna & eadem persona reputantur.*
64 *Quod procedit siue filius sit in potestate patris, siue non, & num. sequenti. vbi examinatur.*
65 *Mater, et filius an reputẽtur p vna, et eadẽ persona.*
66 *Patris persona, & vox propriè, & verè non est persona, & vox filij.*
67 *Penè, verbum diminuit.*
68 *Maritus, & vxor dicuntur eadem persona, & vna caro, & vna penè anima.*
69 *Filius quicquid acquirit, acquirit patri.*
70 *Donare nemo potest sibi ipsi, nec obligari.*
71 *Donatio inter patrem, & filiũ non prohibetur propter aliquam iuris prohibitionem, sed imò propter quandam iuris impossibilitatem.*
72 *Obligatio nulla potest consistere inter patrem, & filiũ nisi naturalis.*
73 *Patria potestas nõ attẽditur quoad iura naturalia.*

GLOS. VII. PARS I.

Dicto Ioanni filio suo.

De nullitate, & inualiditate donationis inter patrem, & filiũ, & illius rationibus.

1 IN † hac materia donationis inter patrẽ, & filiũ, de qua futura est disputatio in hac glo. sit cõclusio. Donatio à patre filio facta in illius potestate constituto de iure non valet, nec tenet.
Hanc conclusionem probant clarissimè iura in initio huius 4. clau. in illius confirmationẽ latissimè perpensa, nec non & dd. ibidem fusissimè allegati.

2 Declaratur † hæc conclusio, vt intelligatur non valere quoad inducendam obligationem ciuilem, quæ ex huiusmodi donatione, sicuti nec ex quocunq; alio cõtractu inter patrem, & filiũ celebrato, oriri potest, vulga. l. frater à fratre, vbi omnes ff. de condic. indeb. naturalis tamẽ procul dubio ex ea donatione nascitur, Bar.

in d.l.frater à fratre num.57. & ibi Ias.num.44. Iacob.Menoch.de præsump.lib.3.præsump.29. num.1.Ioan.Gutier.de iura.confir.1.par.c.41.in prin.Andre.Gayl.obserua.38.n.8. & n.9. lib.2. Ioan.Coras.Miscellane.lib.4.c.3 num.4. cõmunem dicunt Guid.Pap.decis.146.nu.1. Vilallobos in commu.opi.& ibi Ficar.in verbo,donatio,num.131.Ema.Soar.à Ribey. in thesau. recep.senten.in eo.verbo, donatio, num.195. & nouissimè Georg. Vienne. in prima p. suorum schema.seu.tabul.in 4.libros institu.tit. de dona.pag.mihi 299.

3 Vndè cauebis ab Anto.Gom.qui in l.17.tau. nu.4.absq.iure,& ratione docet,ex donatione inter patrem,& filium in illius potestate constitutum,nullam induci obligationem nec ciuilem,nec naturalem:conuincitur enim ea opi
* nio ex communi sententia superiùs in contrarium relata,& ex traditis per doctores in illa cõfirmationẽ, & ex his,quę inferũ adducẽtur.

4 Cæterùm † cũ obligatio naturalis,iuxta Bal. sentẽtiã in l.1.C.d Sacrosanctis Ecclesijs,sequũ turFortun.Garcia in l.1.§.ius autẽ naturale,illatione 10.de iusti.& iure,Dida.in c.cũ esses,vers. 3.quod,de testamẽtis & in c. quamuis pactũ 2. p.§.4.n.5.Iacob.Menoch.de præsump. lib.1.q. 80.n.19.& Thob.Non.in prin.inst.de obliga. à n.6.cũ sequẽt.Par.Sanch.de matri.lib.1. disp.7. n.15.dupplex sit,altera quidẽ,quæ oritur ex honestate,& debito morali,quę ad honestã quãdam obseruationẽ,nõ necessariã ex vi legis,sed
5 ex vi honestatis moralis,pertinet, cuiusmodi † est illa obligatio,qua donatarius erga donantem tenetur,vt si vnquã dabitur occasio repẽdat acceptũ beneficium, iuxta tex. in l. sed & si lege §.consuluit,de peti.hæred.Fortun.& Menoch.vbi superiùs, videndus D. Tho. secunda
6 secundæ q.106.ar.4.5. & 6.Eiusdem † generis est etiam ea obligatio, quam naturaliter dicũt doctores ex testamento minùs solemni oriri, Bal.Dida. & Menoch. in locis superiùs citatis, & alij etiam per eos relati (licèt in hoc de testamento minùs solempni contradicere videatur Bar.in l.nemo potest, num. 18. ff. de lega. 1. & alij,quos teffert Micha.Graf.de success.§.1. nu. 13.in 1.par.& Cal.à Perey.in l. si curatorem habens,verbo lęsis,num.71.C.de in integ.restitu. quatenus obligationi, quæ ex eo testamento oritur,tribuunt effectum retentionis, vt videlicet possit is,cui res legata in testamento minùs solempni tradita est, exceptione retentionis se tueri aduersus legitimum hæredẽ,qui effectus proprius est alterius obligationis naturalis,de qua inferiùs dicturi sumus, quod an verum sit,mox examinabimus.)

7 Huic † naturali obligationi vnicum tantũ tribuit effectum Iacob. Menoch. vbi superiùs num.21.ex mente Fortun. Garcia in allega. §. ius autẽ naturale,illatione 10.vt videlicèt soluti repetitionem impediat, cui consentit Dida. in allega.c cũ esses n.9. versi. 3.quid,de testam. & in cap.quamuis pactum 2.par.§.4.numer.8.
8 Bar. † tñ in l.nemo potest,nu.18.ff. de lega.1.& alij,quos teffert,& sequitur Micha.Graf.de succes.§.1.n.13.in prima par.& Iul.Clar. d testam.
* q.90.& cõmunis opinio,de qua prędicti doctores attestãtur,aliũ huic obligationi tribuũt effectum,retentionis videlicet, cẽsentes posse eũ, cui res legata in testamẽto minùs solempni tradita est,tueri se exceptione retẽtionis aduersus legitimũ hæredẽ.Sed hæc opinio reprẽhẽditur à Fortu.Dida. & Menoch. vbi suprà,idẽ Dida. in eo.x.cum esses nu.10.vers.3.ex hoc, & videtur apertè conuinci ex tex.in l.si creditoris, C. de fideicom.argumẽtãdo à contrario sensu,cuius verba sunt, *si creditoris voluntas iure subnixa liberari te debito volẽtis doceri potest: etiã antequam solemniter ibi liberatio à successore præstetur,exceptionem tibi ex voluntate defuncti descendentiẽ cõpetere manifestum est*,ergo si huiusmodi creditoris vltima volũtas nõ fuerit iure subnixa, idest, vt interpretatur glo.iuris solẽpnitate vallata, vbi adsint quæ adesse oportet, & absint quę abesse cõueniat,tunc nõ cõpeteret debitori exceptio retentionis aduersus hæredem.

9 Abb. Panor. † in d.c.cũ esses,n.10.& sequẽt. & alij,quos teffert Dida.in.eodem c.cum esses
* nu.4.cũ sequẽt.& cũ eis cõmunis doctorũ opinio,vt testatur idẽ Dida.nec negat Iul.Clar.de testam,d.q.90.n.4. tertiũ huic obligationi naturali tribuere effectũ,vt videlicet faciat, q̃ is, qui sit obligatꝰ,teneatur in foro cõsciẽtiæ obligationi satisfacere, exẽplũ cõstituunt prædicti doctores in obligatione hęredis in minꝰ solemni testam.instituti,cẽsentes ipsum teneri in animæ iudicio, sub læthalis culpę pœna, legata in eo testam.persoluere:Cæterũ nec iste effectus ꝓpriꝰ est huiusmodi obligationis,vt latè,& doctè cõprobat Dida.vbi superiꝰ quatuor inuinci bilibꝰ rationibꝰ,& cõtrariæ opinionis argumẽta radicitùs euellit,quibꝰ vtpotè à viro doctissimo, & sũma iuris diuini,& humani peritia prædito, traditis,nihil omninò addi posse arbitramur.Hoc tñ † vnũ in proposito nõ omittimus
10 quæstionẽ illã, num hæres teneatur in cõsciẽtia soluere legata absque iuris solempnitate facta, optimè,vt nihil vltra,pertractari, & negatiuè, sicut suprà,resolui per Reuerẽdum Par. Ludoui.de Beia.ordinis Eremir.Sancti August. in aureo illo lib.responsio.casuum conscientię par. 1.cas.53.per tot.& pulchrè per Mago. multa in huius rei confirmationem adducentem decis. Floren.58.per tot.ac Hierony.à Lauren. decis. Auenio. 87. per tot.laudatissimè Ceual. in com. con.com.q.71.& 137. per tot.in 1. vol. & Ioan. Gutier.in Canoni.quæstio.lib. 2. c. 25. à nu.11.

Thob.

Thob.Non.in tub.inſt.de obliga. alios quã plurimos tribuit huic obligationi effectus, ſex enumerat Ioan.Fab.in ea.tub.num.3.alios refert Iaſ.in d.l.ſi non fortem,§.liberrus de condic. indeb. & quindecim adducit Claudi. de Seyſel.in l. ex hoc iure, de Iuſti. & iur. & tres alios ipſe diuerſos à ſuprà dictis tradit ibidem,

11 Verùm † nec prædicti effectus huic obligationi naturali accommodari poſſunt, ſunt enim effectus obligationis ad antidora,& remunerationis, non quatenus in ea ineſt naturalis obligatio,quod noſtrũ eſt inſtitutum,ſed quatenus aliàs de iure ſummè priuilegiata repetitur ad faciendum, vt ſuſtineantur quàmplurima illius fauore,quæ aliàs corruerent, de quibus nos aliqua inferiùs dicemus, vndè fit non poſſe effectus prædictos cõmodè tribui huic, de qua agimus,obligationi.

Altera eſt naturalis obligatio,quæ ex legis, ac iuris naturalis vinculo oritur, ſeu,vt alij dicunt,ex conſenſu,& æquitate naturali,quę ſua dat vt pacta ſeruẽtur,de qua loquitur I. C. in l. cũ amplius §.is natura debet ff.de reg.iur. *is natura debet,quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſequuti ſumus* in l.ſtichum.§.naturalis ff. de ſolut.§.debitor, inſti. de excep. l. ex hoc iure, vbi glo.verbo, obligationes, ff. de iuſti. & iu. Fortun.Dida.& Menoch.vbi ſuperiùs.

12 Hæc † eſt propria obligatio naturalis, & habet quamplurimos effectus, primus ſit quòd obliget in foro conſcientiæ, & in animæ iuditio obligatum ad adimplendum id,quod pro-
* miſit,Bar. cõmunitèr receptus in extrauagan. ad reprimẽdum,verbo, denũciationem, Abb. in c.plerique.num.fin. de immu. Eccle. Dida. in c.cum eſſes,num.5.de teſtam.& in relec.c.quãuis pactum 2. par. §. 4. num.6. Anchar.in reg. poſſeſſor, de reg.iur.in 6.Natar. conſ. 2.nu.4. lib.1.de pac.& in conſ.5.num.14.lib.3. de emp. & vendi.Menoch.de præſump.lib.1.q. 80. nu. 18.Ludo.Moli.Societa. Ieſu de cõtrac.diſputa. 257. in prin. Thom.Sanchez de mat. diſpu. 7. num.14.lib.1.tom.1.Adeò † vt obligatio natu-
13 ralis,& obligatio in conſcientię foro pari paſſu ambulẽt,Ferdin.Vaſqui.quęſtio. vſufrequent. c.10.nu.16.

14 Secũdus † effectus huius naturalis obligationis eſt cõmunis cũ altera obligatione naturali, vt impediat ſoluti repetitionẽ,l. fideiuſſor §. fideiuſſor ff.de fideiuſſ. l.naturales ff.de actio.& oblig.l.Iulianus, & l.frater à fratre, §. quæritũ de condic.indeb.cũ mille ſimil. Fortun. Dida. Menoch.& Molina vbi ſuprà,Caldas à Perey. in repetitione l.ſi curatorem habens, verbo, cum non abſimilis, num.26.licèt hoc de repetitione indebiti ſoluti rarò nunc practicetur, & rarò illi* caſus accidat,quia homines vix ſoluunt verè debita, & ideò dicebant Salice. & Alex.vbi eos allegat Catel. Cota in memorabili. verbo, condictio indebiti, tractatum de condictione indebiti hodie receſſiſſe ab aula. Vbi autẽ de hoc contingeret diſputari, intelligendum foret quod ſuptadictum eſt, quando id,quod eſt naturalitèr debitũ,eſt ſolutum per errorem iuris,ſecus verò ſi foret ſolutum per errorem facti,iux.Cęſar.diſtinctionem in l. error.C.ad l.falcid.l.cum quis, vbi doctores,C.d iur.&fac.ignor.Tob.Non.in prin.inſti.d oblig. num.55.& Ferd.Vaſqui.controuer.vſufrequẽt. c.63.num. 36. alios allegat Tepa. in compen. var.iur.ſenten.tom.2.tit.de condic.indeb.col. 7.ferè in prin.

15 Vocatur † autem error iuris quando quis credit ſe teneri ex aliquo actu,ex quo nulla oritur obligatio iuris, error autem facti dicitur, quando quis credit actum pręceſsiſſe, qui iure eum obligaret,& tamen non præceſsit, vt explicatur in l.1. de iur. & fac. ignor. extantq. huius erroris,aut ignorantiæ tituli ff. & C. de iur. & fac.ignor.

16 Obſtat † tamen fortitèr I. C. reſponſum in l.quod pupillus, de cõdic.indeb.vbi I.C. *Quod pupillus* (inquit) *ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit,& ſoluerit,eius repetitio eſt*, & tex. in l.interdum,eo.tit.vbi I.C. *interdum perſona locum facit repetitioni,vt puta ſi pupillus ſine tutoris auctoritate ſoluerit: nam in his perſonis generaliter repetitioni locum eſſe non ambigitur:* Pupillum autem ſine tutoris auctoritate contrahentem naturalitèr obligari,probant clarè iura tex.in l.1.ff.de noua. ibi, *dummodo ſequens obligatio aut ciuiliter teneat,aut naturaliter,vt puta ſi pupillus ſine tutoris auctoritate promiſerit*,& tex.in l.cum illud §.1.ff. quando dies lega.cedat, ex quibus iuribus deducitur manifeſtè pupillo naturalitèr obligato concedi repetitionem eius, quod ſoluit, ſiue per errorem iuris,ſiue per facti errorem ſoluiſſet, quod demonſtrat verbum illud(generaliter)poſitum in d.l.interdum.Hoc † contra-
17 rium lauſsimum nobis parabat campum diſputandi, & diſcutiendi difficilem illam iuris quæſtionem,quę valdè doctos contorſit,& defatigauit, nunquid videlicet pupillus contrahens abſq.tutoris auctoritate naturalitèr obligetur,quãdo eſt proximus pubertati: nam antea nullum eſt dubium,quòd non obligatur, illam tamen,quia abſq.eo labore contrarium hoc facilitèr diluere poſſumus, inpræſentiatũ omittere cõſultò ducimus, ſperantes quòd inferiùs in hoc eodem trac. commodior forſan, & acommodatior ſe ſe nobis offeret locus illã examinandi : ſin minus contentetur lector quòd cum remittamus ad doctiſsimum Cald. de Perey.in repeti.d.l.ſi curatorem, verbo, cũ non abſimilis, à numer. 26. cum ſequent. qui præ cæteris latiſsimè,ſimulq. & diligentiſsimè

de ea agit,& latiùs post eum eandem quæstionem disputauit Par. Sanchez de matrim. lib. 6.disputa.38.per tot.

18 Ad † obiectionem igitur respondemus id, quod dicimus,iuris errorem impedire repetitionem, intelligendum esse in his personis, quibus is nocere potest, pupillo autem non nocet iuris ignorantia, vel error,vulga.l.regula ff.de iur.& fact.ignor.cum simil. vndè nihil mirum si ei cõcedatur repetitio aduersus solutionem iuris errore factam,sic † videmus mulieri 19 concedi eandem repetitionem aduersus iuris errorem in l. quamuis §. interdũ ff. ad Velleya. quia nec ei nocet iuris ignorantia, d l. regula, 20 sic † finaliter eadem ratione videmus alijs similibus personis,quibus huiusmodi iuris error non nocet, concedi repetitionem in l. cum de indebito §.fin autem ff.de proba.

Cæterùm hæc solutio non satisfacit : repugnat enim ei ex diametro tex.in l. si eius in prin. ff.ad trebel. vbi cum pupillus mutuam pecuniam sine tutore accepisset,eiusq. hæres eandẽ creditori soluisset, repetitio eidẽ denegatur,*nõ repetã* (inquit tex.) *quia ab eo in me naturalis obligatio erat sicut intelligitur*,ex tex. in l. si pupillus ff.ad l.falcid. ibi, *nihil repetare potuit.*

21 Vera † igitur solutio est,quæ omnem tollit difficultatem,quòd pupillus iure ordinario repetere non possit quod errore iuris soluerit,& ita intelligatur tex.in d.l. si eius ff. de treb.& tex.in d.l.ii pupillus ad l. falcid. repetit tamen iure extraordinario,scilicet per restitutionem in integrum,ita hæc inter se te consiliat Caldas Perey.in allega.l.ii curatorem,verbo,cum non absimilis, nu.30.vers.vel aliter, & latiùs in verbo,lætis,nu.69.quam responsionem cõprobat clarè tex.in l. 2. C. si aduersus solu. vbi Cæsar, *tua debita negare,ut ei per errorẽ iuris,minore soluto,repetitionẽ ex decreti* (*si nec dum tempus quo restitutionis vtibitur,annalium excesserit*) *actionis est*: firma igitur remanet superiùs tradita distinctio inter errorem iuris,& errorem facti, vt solutũ priori casu repeti non possit,quando debitum est naturale, secus verò quando adest error facti:tunc enim intrepidè cõceditur repetitio.

22 Nec † finaliter his obstant iura tex. in l.naturaliter,& in l si quid ff.de condic. indeb.per quæ iura relati à Bar.in d.l.i.nu. 17. de condic. indeb.dicebant contra communem nullo modo repeti posse id,quod solutum est,si naturali tèr deberetur,siue errore iuris,siue errore facti fuisset solutum,ea moti ratione,quia ibi, cũ naturaliter debeatur, adest naturalis obligatio,quæ impedit repetitionem, dictis iuribus, ergo in ea specie sẽper cessabit repetitio, neq. contraheretur re obligatio: nam respondemus, ideò in dictis iuribus repetitionẽ cessare, quia solutum est agnoscendo naturale debitum, vt dicitur in d.l.si quod,ibi,*quia naturale debitum agnouit*.& patet ex.d.l.naturaliter, vbi qui pro seruo soluit,sciebat ipsum seruum debere quæ soluit,in qua specie certum est repeti non posse:quia qui soluit nõ errauit: verè enim debitũ naturale erat: in hac autẽ materia sine errore cessat repetitio,& ita in illorum iurium specie cum ibi debitum soluatur, non indebitum eo modo quo agnoscitur,nihil mirum si cessat repetitio, & hæc iura potiùs faciunt ad nostri primi effectus naturalis obligationis confirmationem, quàm ad huius,verissimè, declarationis constitutæ destructionem.

23 Circa † materiam hanc disputant aliqui,nũ nam eadem distinctio,& differentia superiùs constituta inter errorem iuris,& facti, locũ habere debeat quando soluitur quod vtroq.iure, & ciuili,& naturali est indebitum,quia tamen * communis,& receptissima est doctorum sentẽtia,quòd in indebito vtroq.iure non habeat locum distinctio suprà firmata:cẽsent enim semper dandam esse condictionem,& repetitionẽ indebiti,siue illud per errorem iuris, siue per facti errorem fuisset solutum,glo.1.in l.1. ff. de condic.indeb.in l.cuius per errorem ff.de reg. iur.& in allega.l.cũ quis C.de iur.& fac. ignor. refert latè Padilla in d.l.cum quis,num. 23.licèt ab ea opinione recedant vltramõtani, hoc est Galli,vt refert Iaſ.in d.l.1.num.23. de condi. indeb.qui suam fundant opinionem in d.l.1. ff.de condic.indeb.in §.1.inst.quib.mod.re cõtrahi.obliga.& in iuribus similibus dicentibus simpliciter per errorem solutam pecuniam repeti posse absq. distinctione erroris superiùs tradita,viden.Vlui.decis.218.per tot.vbi de huiusmodi indebiti soluti repetitione pluribus agit,quia (inquam) sic,vt suprà dictum est,resolut communissima doctorum sententia,& dutum est cõtra tam receptas opiniones venire, ideò lõgiorẽ examinationẽ eius disquisitionis consultò decreui omittere, si tamẽ priùs retulero quod memini me aliquãdo,dum in scholis essem, contra hanc receptissimam opinionẽ à doctissimis præceptoribus, vt sua,& scholarium,cum his,ingenia exercerent, audiuisse, non quòd propterea existimẽ recedendum à communi opinione, sed vt habeant, qui voluerint, materiã super re hac disputandi.

Dicebant ergo periculosam videri cõmunẽ nolẽtẽ obseruari distinctionẽ superiùs traditã 24 inter † errorem iuris, & errorem facti in indebito naturaliter,& ciuiliter simul,quæ in indebito ciuiliter tantùm,ex eo quòd iure constitui non posse videatur differentia in hac materia inter supradictas duas indebiti species: quoniam si differentia esset inter eas, necessariò iura illam proponerent, cum aliàs non rectè simpliciter docerent, at nullo iure inuenitur

tur talis distinctio, ergo in hac materia nō procedet: vndè genericè teneri non iniuria, posse idem ius statuendum esse, siue vtroq. iure indebitū sit, siue tātū ciuili, addebāt rationē esse manifestā, quia cū tituli iuris, quibus hæc repetitio indebiti conceditur, sint iuris ciuilis, in eis tantùm curatur de indebito ciuili: neq. enim est cur ius ciuile, in eis titulis, loquens de indebito, intelligat aliud, nisi ciuile, atq. ita idem est quoad hanc materiam, esset tantùm ciuiliter, vel esset vtroq. iure indebitum: Ex qua resolutione procedit quòd distinctio posita in legibus huius materiæ inter soluentem iuris ignorantia, & ignorantia facti, locum habeat in quocunq. indebito, siue vtroq. iure, siue ciuiliter tātùm: nam cū idem ius in vtroq. indebito versetur, ex suprà obseruatis, necessariò distinctio proposita à legibus in materia indebiti soluti, locum habebit quomodocunq. iure ciuili indebitum sit.

25 Quam † sententiā dicebant primò probari ex notissimo iuris principio tradito in l. regula, de iu. & facti ignor. vbi proponitur, iuris regulam esse, ignorantiā iuris omnibus nocere, ignorantiam autem facti, nemini, ergo cum perpetuum sit iuris ignorantiam nocere, non minùs nocebit ei, qui vtroq. iure indebitum, quàm qui iure ciuili tantùm, soluit, & ita cum ignorantia facti non noceat, ex regula illa, soluens errans in facto semper repetet, errans verò in iure nunquā, cum inexcusabilis sit ea iuris ignorantia.

Secundò eandem sententiam ita manifestissima iuris dispositione probari dicebant in 28
l. cum quis C. de iur. & facti ignor. vt nihil apertius dici posse videretur: ait namq. tex. in prima parte, quòd si quis ius ignorans indebitam pecuniam soluerit, non poterit recuperare, ergo simplicitèr procedit illa doctrina, pro vt ibi proposita est, absq. eo quòd distinguamus, an vtroq. iure, vel ciuili tātū indebitum sit, quod apertiùs comprobatur in secunda tex. par. vbi docetur solutum per ignorantiam facti posse repeti indebiti condictione, quibus verbis planè ostenditur repetitionem indebiti soluti, de qua agimus, locum habere tantū quando quis ignorātia facti soluerit, nullo autē modo quādo ignorantia iuris: Ex quibus non tantùm iuris dicatione, sed etiam expressa l. comprobatū videtur, vt errore iuris soluens indebitam pecuniam nunquam repetat, sed tantùm locum habeat indebiti repetitio in quocunq. indebito, quando errore facti fuerit solutum.

26 Qua † constituta, & comprobata sententia, remouere curabant fundamenta cōtrariæ opinionis, dicētes, quòd doctores argumento tex. in d. §. 1. inst. quib. mod. re cōtrahi. obligatio, & l. 1. ff. de cōdic. indeb. iuriumq. similiū decentium simplicitèr per errorem solutā pecuniam repeti, vt cōponerent cum d. l. cum quis, quæ distinguit inter errores, credebāt iura prædicta, quę omni casu videbantur concedere repetitionem, loqui in vtroq. iure indebito, at d. l. cum quis, quæ distinguit, tantùm loqui in indebito ciuili. Sed fallūtur ingenuè, cum, vt manifestè apparet ex d. l. cum quis, illa generaliter in omni indebito loquatur: nec tunc obest tex. in d. §. 1. inst. quib. mod. re cōtrahi. oblig. & similia iura: nam, præterquam quòd intelligēda sunt necessariò iuxta dictam distinctionem
27 erroris positā in d. l. cum quis, in his †omnibus, & alijs huius materiæ, in quibus agitur de repetenda pecunia per errorem soluta, verbum, error simplicitèr prolatum intelligi debet de errore excusabili, hoc est facti, quoniā error iuris non excusat, quæ doctrina manifestè probatur ex d. l. regula §. si quis, de iur. & facti igno. vbi in principio ait legatum solutum vltra dodrantem per errorem iuris repeti non posse, & statim subdit, quòd si tale legatum soluatur, si non per errorem fuerit solutum, cessat repetitio, ergo quandocunq. in causa repetitionis adest verbum, error simplicitèr, de errore facti intelligendum est, cum ex eo tex. constet illud legatum per errorem iuris non repeti, & tamē per errorem simplicitèr repetitioni locum esse, quia semper error simplicitèr pro errore facti accipitur, ex quo cōpetit repetitio, ad d. l. cum quis C. de iur. & facti ignor. & d. l. error C. ad l. falcid. sed hęc omittamus his, qui versantur in scholis, quorum propria sunt, latiùs speculāda.

Rursus † (vt iam eò redeamus, vndè digressi sumus) hic noster secundus effectus huiusce naturalis obligationis intelligendus est in obligatione naturali simplici, quo casu quis repetere non potest prætextu indebiti id, quod soluit propter naturalem obligationem præcedentē, vti in iuribus superiùs allegatis, secus verò est in respectiua ob implendā aliquam causam de futuro: nam tunc is, qui impleuit pro sua parte, si tale sit factū, quod repeti valeat, potest repetere, si nō cōdictione indebiti saltē ex eo quod antequam aduersarius adimpleat, permissum est ei pœnitere, quod sępè contingit in cōtractibus innominatis (in quibus ante adimplementum ex vna parte oritur naturalis obligatio, vt ex multis securè resoluit Gom. var. resol. to. 1. c. 8. n. 3.) per tex. in l. 3. §. 1. & in l. si pecuniā, ff cōdi. causa. dat. ca. nō sequu. & in l. naturalis §. 1. ff. de præscrip. verb. Atq. hæc de hoc secūdo effectu, & de repetitione indebiti dicta sint satis.

29 Tertius † huius naturalis obligationis effectus est, vt ei possit accedere fideiussor, l. 1. & per tot. tit. ff. de fideiuss. l. 1. & tot. tit. C. eo. apertiùs I. C. in l. fideiussor obligari §. fideiussor accipi, de fideiuss. *Fideiussor* (inquit) *accipi potest*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quoties est aliqua obligatio ciuilis, vel naturalis, cui applicetur, l. si pupillus ff. de arbit. §. in omnib⁹ inst. de fideiuſ. vbi communiter ſcribẽtes, Antho. Gom. var. reſol. tom. 2. c. 12. de fideiuſſor. in prin. Tob. Non. in alleg. prin. inſt. de oblig. nu. 35. Georg. Vien. ſecunda par. ſuorum ſchema. 30 co. tit. de obliga. num. 5. pag. mihi 91. Et † talis fideiuſſor nedum tenebitur naturaliter, ſed & ciuiliter etiam, d. §. 1. inſt. de fideiuſ. optimè Molina Societa. Ieſu de contrac. diſputa. 539. per tot. & ſignanter num. 9. plenè Anthõ. Hering. in tracta. d fideiuſſ. c. 10. in quibus cauſ. fideiuſ. interponatur, in prin.

31 Sed † his obſtat quòd fideiuſſor non poſsit in plus, & in duriorem cauſam obligari, quàm principalis debitor maneat obligat⁹ l. grecè §. illud ff. de fideiuſ. vbi I.C. *illud* (inquit) *cõmune eſt in vniuerſis qui p̃ alijs obligantur, quòd ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti, placuerit eos omnimo dò non obligari*, idem diſponit Iuſtinia. Imper. in §. fideiuſſores inſt. eo. *fideiuſſores* (inquit) *ita obligari nõ poſſunt, vt plus debeant, quã debet is, pro quo obligantur*, vbi communiter ſcribentes: ratio † 32 eſt elegans, quę additur ab Imper. in d. §. fideiuſſores, quia cum obligatio fideiuſſoris acceſſoria ſit principali, eiq; inniterens nõ poteſt plus ſe extendere, quàm obligatio debitoris principalis, exornat Ludeu. Molin. diſpu. 541. in prin.

33 Aliam † Borgnin. Caual. adducit rationem de contrac. deciſ. 31. num. 2. tom. 1. quia non poſſet agere poſt ſolutionem contra principalem effectualiter, & ſic obſtaret ſibi exceptio cedẽdarum, vt videtur probari ex tex. in l. ſi ſeruus ff. ſi quis cautionib. Eſt † & alia ratio, quia cum 34 fideiuſſor non poſsit conueniri niſi poſt excuſſum, & diſcuſſum principalem, & eo non reperto ſoluendo tantùm, vulga. aucten. præſente C. de fideiuſſo. & in corpore vndè ſumitur, & is nunquã excuti poſsit, quoniã naturaliter 35 tantùm obligatus eſt, quia † ea naturalis obligatio non producit actionem, vt ex ſupradictis apparet manifeſtè, & probat in terminis Anthon. Hering. de fideiuſſ. c. 27. de benefi. fideiuſſor. n. 16. vndè dicendũ proculdubio eſt, nõ poſſe fideiuſſorẽ intercedere obligationi naturali, quia nulli⁹ eſſet effectus. Adeſt † & 4. ra- 36 tio, quia cum creditor teneatur actiones cedere fideiuſſori aduerſus principalem debitorẽ, vt ab eo recuperet quod ſoluit, vulga. l. 2. l. cũ alter, & l. ſicut C. de fideiuſſo. quomodo hoc caſu, dando quod non habet, & transferendo plus iuris quàm ſibi competat, poterit creditor actiones cedere fideiuſſori efficaces, vt poſſit, quod ſoluit, recuperare, pluribus de hoc articulo agit Anthon. Hering in d. tracta. de fideiuſſ. c 24. num. 31. vbi infinitos propè doctores reffert eundem articulum tractantes.

37 His † tamen non obſtantibus veriſſima eſt in hoc tertio effectu firmata reſolutio per certiſſima iura in ea allegata: nec obſtant quæ in contrarium adducebantur: quod enim dicitur, fideiuſſorem non poſſe in plus obligari, quàm principalis debitor, intelligitur quòd non poſſit in plus obligari aliquo ex illis quatuor modis, quos tradit Impe. in §. plus, inſt. de actio. ie videlicet, loco, tempore, & cauſarie, vt ſi obligationi de ſoluendo quinq. intercederet fideiuſſor promittens ſoluere decem: loco, veluti ſi cum debitor eſſet obligatus ſoluere in ciuitate Barcinonę loco commodiori ipſi fideiuſſori, prommiſiſſet idem fideiuſſor ſoluere in vrbe Romana loco longè eidem grauiori: tempore, vt quia fideiuſſor ſe obligaret ſoluere intra annum quod debitor principalis tenetur tã tùm ſoluere intra biennium: & deniq. cauſa diceretur obligari fideiuſſor in plus quàm principalis, veluti ſi fideiuſſor data electione creditori promitteret eidem ſeruũ, aut decem dare, cum tamen debitor principalis ſimpliciter ſeruum aliquem indeterminatè, aut decem dare promiſiſſet, quo caſu de iure electio erat debitoris, non † tamen intelligitur quòd non 38 poſſit in plus obligari alio modo, hoc eſt obligando ſe arctiùs, & efficatiori vinculo, quàm debitor principalis, ita declarant communitèr doctores, & proſequitur latè Antho. Gom. var. reſol. tom. 2. c. 12. nu. 2. & Ludou. Molina de cõtrac. diſputa. 541. nu. 1. cum ſequent.

In noſtro autem caſu non poteſt dici obligari fideiuſſor in plus quã principalis, ſed benè arctiori, & efficatiori vinculo, quod nõ eſt prohibitum, ita reſpondet in propoſito Gom. vbi ſuprà.

Ego in hanc interpretationẽ libenter conſcenderem propter grauiſſimorum doctorum eam tenentium auctoritatem, requirerem tamen ab *eis* rationem, quare fideiuſſor non poſsit obligari in decem, quando principalis debitor eſt obligatus in quinq. tantùm, & tamen poſsit obligari ciuiliter, & naturaliter, qñ principalis eſt tm̃ obligat⁹ naturaliter, certè vtroq. caſu in duriorem cauſam obligatur fideiuſſor, & in plus, quàm principalis, imò poſteriori caſu longè durior eſt conditio fideiuſſoris quàm in priori: in hoc enim perdere, & amittere tantùm poſſet fideiuſſor quinq. quę ſunt ſuprà alia quinq. in quibus obligatus eſt principalis, cum ad reliqua quinq. iam detur ei actio mandati ex natura fideiuſſionis, vt recuperet à principali, altero verò caſu ipſa decem amittere poterit fideiuſſor, qui pro eo, qui ea debet naturaliter tãtũ fideiuſſit, cum, poſt ea ſoluta, nulla detur ei aduerſus principalem debitorẽ actio efficax ad agendum, quia eam non parit naturalis obligatio, ideò cogitãdum. Alijs etiam modis, veluti quo ad vſuras, & pro eo etiam, qui

per

per ſtatutũ obligari non poteſt,& generaliter quo ad acceſſoria poſſe fideiuſſorem in plus obligari,quàm principalis docet Marſil. de fideiuſ.n num.291.& ſequent.inter tract. de mercatur. vbi omnia etiam ferè, quæ ſuprà tradita ſunt, comprobat, pulchrum caſum adducit Barz.3. deciſ.78.in quo dicit dilationem cõceſſam debitori non prodeſſe fideiuſſori, quãuis videatur ſic remanere in plus obligatus, quàm principalis,quia id non reſpicit ſubſtantiam,& radices obligationis,ſed eſt quid extrinſecũ ab
† ea, atque ita *deciſum* in Rot. Bonon. aſſerit.

Ex hac interpretatione,& declaratione ſuperiꝰ tradita,quòd videlicet non poſſit fideiuſſor in plus obligari, quàm principalis, poſſit tamẽ arctiori,& fortiori vinculo, Gom.& poſt eum Molina in locis ſuprà citatis loco rationum diuerſitatis pluta inferunt, quibus ea cla-
39 nior, ac facilior appareat,1. quòd † indè oritur poſſe fideiuſſorem obligari cum inſtrumento guarentigio,licèt cum illo nõ ſit obligatus principalis. 2. quòd poſſit fideiuſſor obligari cum hypotheca, licèt principalis nõ ſit cum ea obligatus. 3. quòd poſsit cum iuramento obligari fideiuſſor,licèt ſine eo eſſet principalis obligatus, quo mediante poteſt fieri principalis vt Fab.docet in ſuo C.lib.8.tit.27.de fideiuſ.diffi.
† 14.vbi *deciſ.* Senatus Sebuſ.circa quod vide elegantem deciſ.Ioſeph.Ludou.peruſi.57.per tot.
† vbi reſoluit,& dicit *iudicatum*, quòd propter 43
iuramentum tenetur fideiuſſor in quantitate promiſſa,licèt non conſtaret quòd principalis
40 tantam quantitatem deberet. 4. quòd † poſſit contra fideiuſſorem agi recta via, non diſcuſſo principali, quoniam is pro debitore naturaliter tantùm fideiuſſit, & per hoc tollitur difficultas illa,quam ratione excuſsionis principalis debitoris anteà põderabamus aduerſus noſtrum hunc effectum,quia ea,vt dictum eſt,ne ceſſaria nullatenus eſt in hoc caſu, latè Berthazol. in tract. de clauſul.inſtrumen. clauſu. 40. glo.4.nu. 6. atq. ità Ioachim. Mynſinger. ſingul.obſerua.centu.2.obſerua.15.num.9. inter limitationes illius regulæ, quòd fideiuſſor non poſsit conueniri ante diſcuſſum principalem, hanc adducit, quando videlicet is fideiuſſiſſet pro eo,qui erat naturaliter tantùm obligatus, ad quod allegat Cyn.in auctẽ.preſente C. de
41 fideiuſſor.5.tandem,† & vltimò inferunt præ- 44
fati doctores,quòd poterit obligari fideiuſſor ad pœnam ſi non ſoluerit,licèt principalis debitor ad nullam teneatur. Harum omnium illationum rationem tradunt doctores ſupradicti, quia per eas non obligatur fideiuſſor in plus, quàm principalis, quod eſt prohibitum, ſed actiori,& fortiori vinculo,quod eſt permiſsũ.

42 Nec illud † etiã obſtat,quod de ceſsione actionum dicebamus; faciet enim eam creditor † fideiuſſori vti habet,& licèt per eam non poſsit agere fideiuſſor aduerſus principalem, cum tantùm cedatur ei naturalis obligatio, nihilominùs id non eſt inconueniens, ſicuti nec eſſe anteà dicebamus,quòd fideiuſſor conueniatur ante principalis excuſſionem: hęc enim plena ſunt omnia fauore maximo erga creditorem, acri tamen odio verſus fideiuſſorem.

Nec ſinaliter obeſt quod anteà dicebamus, non videri iuſtum,quòd fideiuſſor poſsit huic obligationi accedere,poſtquam non poteſt regreſſum habere aduerſus principalẽ, quia reſpondetur nullum id eſſe inconueniens, imò illud ſibi imputare debet fideiuſſor, qui ſic ſe voluit obligare,& ſe voluntariè in dicto periculo ponere,ad not.per.dd.in l.fideiuſſor §.ne ceſſaria ff.qui ſatisda.cog. indè Iacob. Cancer. var.reſol.par.2.c 1.de minor.num.49. cum ſeq. in illa dubitatione, nunquid fideiuſſor minoris pro contractu,in quo ipſe nec ciuiliter,nec naturaliter tenetur,remaneat obligatus naturaliter,& ciuiliter,reſpondet quòd ſic,licèt nõ poſsit habere regreſſum aduerſus principalem debitorem: ſed poſſe aliquando habere fideiuſſorem regreſſum aduerſus minorẽ not. Bar. in l. cum poſt §.1.n.3.ff.de admin.tut. & aduertit Pet.Barbo.in l.maritum,nu.88. ff. ſolu. mat. ad quos memineris recurrere ſi tibi caſus ſucceſſerit.

43 Ex † quibus veriſsimus remanebit hic tertius effectus naturalis obligationis, quòd videlicet ei poſsit accedere fideiuſſor,qui tamen intelligendus eſt,vt procedat,niſi ea obligatio fuiſſet tunc extincta:tali enim caſu ei fideiuſſor accedere nõ valet,Bar.in d.l.1.nu.1.de fideiuſſ. per tex. expreſſum in l. ſiquis poſtquam ff. eo. tit. vbi I. C. *ſi quis* (inquit) *poſtquam tranſacto tempore liberatus eſt,fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur,quoniam erroris fideiuſſio nulla eſt*, ex ſupradictis vide num poſſis quæſtionem difficilem reſoluere,quam Anthon.Fab. mouet in ſuo codice lib.1.tit.10.vt lite pendẽ. diffi. 21. num appellatio debitoris impediat excecutionem cõtra fideiuſſorem eadem ſententia condemnatum nec appellantem, circa quam nihil ego in præſentiarũ dico,poſtquam locum tibi commoſtraui vndè eius reſolutionem haurire poteris.

44 Quartus † eiuſdem naturalis obligationis effectus eſt,vt in ea habeat locum cõpenſatio l.etiam ff.de compenſa.verba ſunt clara, *etiam quod natura debetur,venit in compenſationẽ*, Thob. Non.in ſæpè allega.§.1.nu.35.inſt.de obliga.Ludou.Molina Societ.Ieſu de cõtrac. diſput. 560. nu.6.Maran.de ordi.Iudi.par.4.diſtin. 6. nu.2. Caldas Perey.in repeti l.ſi curatorem habens, verbo,leſis,nu.70.Antho.Fab.de cõpẽſa.tit.23. li.4.diffin.1.vbi ſic *deciſ.* aſſerit in Sena.Sebuſia.

quicquid in contrarium dicat nouissimè Carol.de Grassis in tracta. de excep.ad mater.statu.excluden.om.excep.excep.16. num. 43.sine iure enim,& ratione loquitur,& absq. doctorum auctoritate:solùm enim allegat Cremen. in singul.117.qui tamen contra ipsum est,& no
44 strum hunc effectum cõprobat, preterquàm † in vno casu,quando videlicet super debito ciuili,& naturali simul,cuius est cum naturali tãtùm fienda compẽsatio, foret interpositum iuramentum:tunc enim ait non esse admitendam compensationem,ex doctrina Bal.quam dicit aureis literis scribendam, in l.2.ff. de iur. iuran.& hęc est vna ex limitationibus huius 4.effectus: circa quam tamen nõ foret ita siccè, & ieiunè pertranseundum postquam Dida. in c.quamius pactum par.1. §. 4. num. 9. Osas. decis.pedemon.92.Ioan Gutier.de iura.cõfir.3. par.c.6.per tot.Ludou.Molin. dispu. 560.à nu. 9.Caual.decis.31.& 2.in ordine de contrac.to. 1.Seraphi.de priuileg.iura.priuileg.74.à nume. 36.cum sequent.& alij per eos latè relati multùm temporis in illius explicatione contriuerunt,nisi videremus id non esse nostri instituti, sufficiat igitur ad prædictos doctores remisisse lectorem, qui litissimè de his agunt.

45 Viget † tamen fortiter contra hunc effectum tex.in l.quæcunq. ff. eo. tit. de compensa. vbi I.C. *quæcunq;* (inquit) *per exceptionem perimi possunt, in compensationem non veniunt*: debitum autem naturale,non est qui dubitet,quin pos-
46 sit exceptione elidi si peteretur: Glo.ibi,† verbo,non veniunt,respondet debitum naturale non perimi per exceptionem, cum actionem non pariat,quod foret necessarium, vt exceptione elideretur, cum, secundum Philosophos,priuatio præsupponat habitum,vndè nihil mirum si non obsit tex. prædictus quominùs debitum naturale veniat in compensationem:Hanc responsionem sequitur Ias.in addi. ad Christopho.Por.in prin.inst. de oblig. dicẽs non posse aliter benè ad eum tex. respondeti.

47 Quintus † effectus est,vt possit debitũ hoc naturale in cõstitutũ deduci, vt sic, ꝙ antea in exigibile erat,exigibile fiat l.1. §. debitũ ff. de cõsti.pecu. *Debitũ antẽ* (inquit) *ex quacũq; causa põt cõstitui, id est ex quocunq; cõtractu,siue certi,siue incerti,& si ex causa exceptionis pretium debeat,vel ex causa tutelæ,vel ex quocunq; alio contractu,debitum autem vel natura sufficit*, tex. in §. in personam inst.de actio.& vtrobiq. scribentes.

48 Obstat † tex.in l. quòd si maritus §.1. versi. quia debita &c. ff.de cõstitu.pecu.vbi reddens rationem.I.C.quare in debito ciuili tãtùm nõ habeat locum constitutum,respondet, id ideò esse,*quia* (& sunt verba tex.) *debita iuribus non est pecunia,quæ constituta est*,quibus verbis probari videtur necessum esse deberi pecuniam vtroq.iure & ciuili,& naturali,vt ibi interpretatur glo.vt constitutum locum habere valeat, proindèq.nõ sufficere quòd naturalitèr debea tur.

Breuitèr in hac difficultate, omissis quæ ad illi⁹ enodationẽ tradũtur per Mathe.Vuecem. in commenta. ad tit.de constitu. pecu. numer. 9.& lib.2. actionum c. 26. placet interpretatio Bar.ad ea verba,quia iuribus non debetur pecunia,quæ omnem tollit difficultatem, absq. eo quod ad alia sit recurrendum: Bar.igitur in effectu ait, quòd propterea in eo tex. pecunia, quæ iure tantùm ciuili debetur iuribus non deberi dicitur,quia quod ciuiliter tantùm debetur deffensione perpetua potest deffendi, vti antea in prin.d. §. 1. dicebat I.C. facit vulga.l. Marcellus cum simil.de reg.iur.vndè non poterit indè inferri necessarium esse, vt constituto locus fiat,quòd debitum sit naturalitèr, & ciuilitèr simul debitum,sed quòd sit debitum simplicitèr,quod idem tradit I.C.in reliquis legibus eiusdem tituli, proindèq. cum id, quod naturalitèr debetur,debitum simplicitèr dicatur,in l.si is cui §.flauius,qui ad literam de debito naturali loquitur,ff.de solu. & libera. meritò constitutum in eo locum habere poterit.

Quare autem debitum naturale tantùm constituti possit,debitum verò ciuile tantùm non,plures rationes tradit Ludo.Gom. in §.in personam à nu.28.cum sequent. inst. de actio. quem vide pro dissolutione huius difficultatis:non enim videtur inter hæc posse constitui differentia,maximè cum in fideiussione videamus eam non admitti, imò in vtroq. modo debito locum habere,vti antea dicebamus.

Ex supradictis ego in facti contingentia respõdebam in quadã causa, coram baiulo de Sabadell,& suo assessore vertente,non posse condemnari meum clientem ad solutionem pecuniæ,quam aduersans dicebat ipsum constituisse pro alio se soluturum, licèt de his constaret, quia non curauerat aduersans, nec eius aduocatus,qui præsentis ciuitatis erat,& magnæ experiẽtię,probare,&iustificare quòd principalis debitor in aliquo sibi teneretur: dicebam (inquam)quòd ad hoc vt constitutor teneretur, oportebat quòd principalis obligatus esset saltem naturalitèr:in nostro verò casu non constabat de tali obligatione,ac proindè non poterat constitutor condempnari, per supradicta, assessor istiusmodi causæ vir erat valdè peritus, & doctus,ac propterea non fuit difficile, nec laborioſum hanc veritatem sibi persuadere, † quo factum fuit vt meus cliens *absolueretur* de anno 1604.

49 Sextus † effectus est, quòd licèt actionem non

non producat debitum iſtud naturale exceptionem tamen parit, famigerata l. iuris gẽtium §. ſed cum nulla, verſi. igitur nuda pactio ff. de
* pactis, & ibi communiter ſcribentes. Hic effectus clarior, & facilior eſt, quàm quòd debeat à nobis longiori oratione vel ornati, vel declarari.

50 Septimus † effectus eſt, vt naturalis hæc obligatio nouationem admitat actiuè, & paſſiuè: poteſt enim debitum naturale, & ciuile ſimul, per expreſſam nouationem, naturale tantùm fieri, veluti ſi animo nouandi is, qui naturaliter tantùm obligari poteſt, debitum aliàs ciuile, & naturale promiſerit: poteſt item debitum naturale tantùm effici debitum ciuile, & naturale ſimul, veluti ſi is, qui ciuiliter, & naturaliter 55 obligari poteſt, promitat quod ab aliquo naturaliter tantùm deberur, rex. eſt expreſſus in l. 1. ff. de noua. vbi I. C. diffinitẽdo nouationem ait, *nouatio eſt prioris debiti, ſeu obligationis in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, aut, translatio, ita vt prior perimatur.* Neq. intereſt qualis obligatio præceſſerit, num naturalis tantùm, an ciuilis, & num verbis, re, aut cõſenſu contracta.

Qualiscunq. igitur obligatio ſit, quæ præceſſit, nouari verbis poteſt, dummodò ſequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter: vt putà ſi pupillus tutoris auctoritate promiſerit:
51 Quod † intelligendum eſt ſi per contrahentes expreſsè dicatur quòd fiat nouatio prioris obligationis: aliter enim hodie nõ fit, nec præſumitur nouatio l. fin. C. de noua. ibi, *niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem obligationem, & hoc expreſſerint, & ſecundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus voluntate ſolùm eſſe, non lege nouandum, etſi non verbis exprimatur, vt ſine nouatione cauſa procedat,* §. præterea verſi. ideò noſtra, inſtitu. quib. mod. ſol. obligatio, &
* vtrobiq. communiter ſcribentes, Molina diſputatione 559. num. 4.

52 Octauus † effectus eſt quòd pro ea poteſt pignus retineri l. vnica C. etiam ob chirographa. pecu. pig. reti. poteſt, Bal. in l. ex hoc iure col. 4. ff. de iuſti. & iu. relatus à Thob. Non. in allega. prin. inſt. de obligationibus, num. 35. qui hunc effectum adducit, eiuſdẽ meminit Gom. tom. 2. var. c. 9. num. 2. circa finem.

53 Nonus † tandem, & vltimus effectus eſt, vt ſi huic naturali obligationi apponatur iuramẽtum, naſcatur ex ea actio efficax ad agendum tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, latè Dida. in relec. c. quamuis pactum par. 1. §. 2. Ludoui. Molina diſputa. 256. per tot. videndi omninò Seraphi. de priuileg. Iura. priuileg. 19. per tot. & Ioan. Gutier. de iur. confir. prima parte cap. 34. etiam per tot. vbi de his agunt latiſſimè
54 Alios † effectus tradit Port. in d. prin. inſt. de oblig. & ibi Iaſ. in addi. quos per te ipſum videto.

Cum (inquam) vt receptui canamus, poſtquàm ſatis, ſuperq. vagati fuimus, non tamen, vt arbitramur, infructuosè, & abſq. vtilitate: conducent enim hæc ad multa, quæ ſæpe in iure, circa huiuſmodi naturalis obligationis ſpecies circumferuntur, intelligenda, & præſertim ad noſtram hanc donationem, de qua agimus, vti inferiùs videbim⁹, dupplex ſit naturalis obligatio, altera quæ tantùm oritur ex honeſtate morali, altera verò, quæ ex legis vinculo, videamus quænam ex ipſis ſit obligatio hæc, quam ex noſtra donatione à patre filio facta in eius poteſtate conſtituto naſci dicimus, Et quidem † nõ eſt prior illa obligatio quæ ex honeſtate tantùm morali oritur, ſed ea, quę ex legis vinculo: quod confirmatur optima ratione, quia obligatio hęc naturalis, ex ſui natura, oritur ex conſenſu, & proindè vbicunq. is adeſt, ibi etiã & ipſa reperitur? ad l. 1. ff. de pac. & l. 1. ff. de conſtitu. pecu. vbi ęquum viſum fuit prętori quòd pacta ſeruentur, imò nihil eſſe tam congrum humanæ fidei, & naturali ęquitati, quàm vt ea ſeruentur, quæ ſemel placuerunt l. ſticum §. naturalis ff. de ſolu. Cal. à Perey. in l. ſi curatorem habens, verbo, cum non abſimilis, num. 27. circa medium Mencha. controuer. vſu frequent. lib. 1. c. 10. num. 2. circa medium. Indè fit quòd in omni pacto, & in omni contractu, ſiue illi iuris gentium ſint, ſiue ciuilis, naturalis inſit obligatio, cum nullus ſit contractus, qui in ſe conſenſum nõ habeat. l. 1. §. adeò ff. de pac. benè Thob. Non. in rub. inſt. de obliga. num. 7. vndè cum in hac noſtra donatione adſit cõſenſus paternus, indè proculdubio dicendum eſt ex ea naturalem oriri obligationẽ, quæ eſt ex legis vinculo, & iuris neceſſitate, atq. ita tenuerunt doctores ſuperiùs allegati in confirmationem declarationis principalis huius noſtrę concluſionis, quatenùs dicebant, ex hac donatione paterna naturalem oriri obligationem, qui licèt apertè non declarent de qua naturali obligatione loquantur, tamen ex eorum verbis, & traditis de hac obligatione, quæ ex legis vinculo oritur, intelligendos eſſe, cuilibet vel mediocriter erudito facilimum erit haurire.

56 Ex qua † veriſſimè conſtituta reſolutione (ne videamur extra inſtitutum, & abſq. vtilitate aliqua tot effectus naturalis obligationis recenſiſſe) infertur, & deducitur manifeſtè patrem, qui talem fecit donationem, teneri in foro conſcientiæ rem donatam filio præſtare, Itẽ nec poſſe eundem poſteà repetere cõdictione indebiti, nec aliàs, rem prędictam donatam, à filio, cui tradita fuerit, præterquàm ſi interueniſſet error facti: Rurſus poterit huic donationi acce-

ni accedere fideiussor, qui & naturaliter, & ciuiliter filio tenebitur: quartò poterit filius debitū hoc naturale ex hac donatione resultans cū alio debito efficaci cōpensare: quintò poterit ista donatio exigibilis fieri, & oriri ex ea obligatio efficax, si ab aliquo in constitutum deducatur: sextò quòd licèt filius non possit agere aduersus patrem ad rem donatam tradendam, poterit tamen exceptione se tueri aduersus eundem: septimò poterit nouari per aliam obligationem efficacem, naturalem scilicet, & ciuilem, vel poterit ipsa aliam nouare, si inter contrahentes id actum sit: octauò poterit pro hac donatione pignus à filio retineri, quod eidem pro alia obligatione efficaci traditum fuisset: nonò tandem, & vltimo ex supradictis infertur, quòd si huic donationi adijciatur iuramentum, tunc efficax oritur ex ea actio ad agendum, vti in, & cum nouem illis naturalis obligationis, quos suprà adduximus, effectibus, latè traditum, & comprobatum extitit.

Et cum his ego libenter huic materiæ finē imponerem, nisi viderē remanere adhuc scrupulum, & quidem non leuem, quomodo fieri possit quòd ex hac donatione inter patrē, & filiū naturalis oriatur obligatio, postquā lex ciuilis eam reprobat: de iure † enim quasi certissimum tradunt communiter doctores, quòd quando lex resistit alicui actui, tunc ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligato, ex l. cum lex, & ibi Bar. ff. de fideiuss. l. non dubium C. de legi. ibi, *nullum enim pactum, nullam conuentionē, nullum contractum inter eos volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente.* l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obliga. & l. si non sortem in prin. ff. de condi. indebit. vbi Bar. complectens breuibus, quæ longioribus verbis ibi tradiderat I. C. ait quòd quando lex obligationi non assistit, nec resistit, contrahitur naturalis, quæ impedit repetitionē indebiti soluti, sed quando lex resistit, impeditur etiam naturalis obligatio, & solutū repetitur, ita tenent quos latè refert Mencha. controuer. vsufrequent. lib. 1. c. 10. num. 1. Borgni. decis. 21. num. 64. par. 3. Dida. Spino in specul. testam. glo. 15. de fil. legitim. nu. 50. Dida. in relec. c. quamuis pactum 2. par. §. 4. num. 6. vers. 3. Ioan. Gutier. de iuram. confirma. 1. par. c. 1. numer. 40. Cæs. Barz. decis. 106. num. 26. Magon. decis. Floren. 137. num. 3. vbi dicit communem, & nu. 13. idem etiam anteà probauerat.

57 * 58 Quod † adeò verum est, vt nec fideiussor accedere possit huiusmodi actui, cui lex resistit, d. l. cum lex, de fideiuss. *cum lex* (inquit) *venditionibus occurrere voluerit, fideiussor quoq; liberatur*, idē probat tex. in allega. l. 1. §. siquis ita, ff. de verb. obliga.

59 *Huic difficultati* † respōdēt aliqui, quòd aut lex simpliciter actum reprobat tantùm, & prohibet, aut verò, vltra prohibitionem, vlterius progrediendo illum anullat, primo casu dicūt isti, quòd tunc licèt impediatur ortus obligationis ciuilis, *non tamen impeditur naturalis*, & talem dicunt esse nostram donationem, posteriori verò casu vtriusq. obligationis & ciuilis, & naturalis ortum impediri, & ita loqui aiunt contrarium suprà propositum.

Hęc tamen solutio, & distinctio substineri nullatenus potest: conuincitur enim manifestè ex tex. cui repugnat, in d. l. non dubium C. de legibus, vbi quoad impedimentum ortus obligationis parificantur supradicti duo casus, ibi, *licèt legislator fieri prohibuerit tantùm, nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est.*

60 Respondemus † igitur ad istud contrarium omissis quàmplurimis, quę ex traditis circa materiam hanc per Fortun. Garcin trac. de vlt. fin. iur. cano. & ciuil. in multis locis ad illius solutionem adduci possent, ius ciuile nec assistere, nec resistere huic donationi à patre filio factæ, nec tale quicquam in iure reperiri dispositum, vel statutum: non enim hæc donatio (vt pulchrè tradit Ema. Acos. in repeti. l. qui duo §. cum in bello, versi. patrem prius mortuum, num. 16. circa prin. ex Accur. in l. donationes, quas parentes, verbo, in liberos, C. de donatio. inter vir. & vxo.) inualida dicitur propter aliquam iuris prohibitionem, sed propter quandam iuris impossibilitatem ex eo resultantem, quòd quicquid acquirat filius, patri acquirat, & sic idem esset donator, & donatarius, & donator sibi ipsi donaret, vti inferiùs tradetur, dū rationes assignabimus huius nostræ, quam tractamus, donationis, vndè propterea dici non potest, quòd ex hac donatione non oriatur naturalis obligatio. Hæc responsio in effectu est Bar. in allega. l. si non sortem, de condic. indeb. vti antea dicebamus.

Nec obsunt quæ superiùs, circa inualiditatē huius donationis, tradita fuere: ea etenim procedunt quoad ciuilem, non quoad naturalem obligationem, vt ex ea nec ciuilis actio, nec obligatio ciuilis oriatur, & detur, benè tamen naturalis, vti expresse disponitur in sępe allega. 61 l. frater a fratre, de condic. indeb. sic † respondet Dida. in d. c. quamuis pactum 2. par. §. 4. numer. 9. ver. 11. hac in eadem &c. in materia stipulationis, quæ alteri per alterum fiat, quòd ex quo ei ius nec assistit, nec resistit, saltem nō resistit quo ad naturalem obligationem, propterea illa ex ea stipulatione oritur.

62 Supradictæ † nostrę principalis conclusionis, doctores varias adducunt rationes, Ias. in l. frater à fratre num. 44. de condic. indeb. & ibidem Corras. idem Corras. lib. 4. Miscellan. c. 5.

Ioan.

Ioan.Gutier.de iuramento confir.par. 1.cap.4. in prin.Rolan.à Val.in ſæpe allegat.conſ.44.& 70.vol.4.Antho.Gom.in l.tau.17.nu.4.& to.2. var.reſol.c.de dona.nu.fin.Bereng. Fernan. in repeti.l.ſi vnquam nu.1.C. de reuo. dona. Iul. Clar.de dona.q.8.nu.1.Thob. Noa. in §. 1. nu. 19.inſt.de oblig.Andre. Gayl. practic. obſerua. lib.2.obſer.38.Nauar.in manua.c.17. num. 145. Iacob.Menoch.de arbitra. iudi.lib.2. centu.2. caſ.132.& de præſump.lib.3.præſump.29. num. 1. cum ſequent. Hieronymus Ceuallos ptac. quæſtionum communium contra communes lib. 1. queſt. 163. tres tradit rationes, quarum * quamlibet appellant doctores cõmunem. Addendus Corduba in repeti.l. ſi quis à liberis in prin.à num.44.

65

63 Inter † has rationes Menoch.& reliquis ferè doctoribus ſuperiùs allegatis (præter vnum Coraſ.qui omnes repræhẽdit,& cuidam nouæ à ſe excogitatæ adhæret,quę tamen licèt vt noua ab eo vendatur, vna tamen eſt ex his, quas doctores præfati tradunt)illa placet quòd videlicet prohibeatur huiuſmodi donatio inter patrem,& filium propter vnitatem illam,quę intercedit inter ipſos, cum filius cenſeatur pars corporis patris fictione iuris,l.cum ſcimus §. fi. de agricol.& cenſit. lib. 11. C. & vna,& eadem perſona cum illo.l.fin.C.de impub.& vna caro c. contradicimus §. 1. 35. quæſt.3.de iure autem neceſſum eſt quòd ſit differentia inter perſonã obligatam,& obligantem l.2.de ſtipula. ſeruo. l. ſi quis pro eo ff.de fideiuſſoribus,quam vnitatem perſonæ inter patrem,& filium plurib⁹ exemplis ornat Pet.Koyz.deciſ.Lirua.3.à num. 362. & adeò veram, & indubitatam eam vnitatem ex aliquorum opinione tradit, vt dicant 66 ex ea fieri,quòd filius ieiunandi neceſſitate ſuo ieiunio ſoluat patrem,quaſi quibus abſtinet filius,ijſdem abſtinere pater videatur, qua in re an potuerint iſti aliquid abſurdius,ac magis ridiculum dicere,tu ipſe videas.

Cæterùm hæc ratio (meo inditio) tuta non eſt,nec deſino mirari quòd Menoch. alioqui vir grauiſſimus immemor eorum, quę docuerat in tracta.de præſump.lib.4. preſump.18.nu. 36.rationẽ hanc,inter alias, potiorem elegerit: repugnant enim ea inter ſe ſe ex diametro:inibi enim Menoch. poſt Corn. & Coraſ. quos reffert in allega.l.fin.C.de impub.ſecurè conſ- 67 * tituerat communem appellando eam opinionem,quòd † pater vna, & eadem ſit perſona 64 nedum cum filio in illius ſacris conſtituto, ſed & cum filio emancipato,quod idem etiam docuerat Dec.ibidem num.2.& colligitur id verum eſſe ex latè traditis per Tiraquel. in prin. repeti.l. ſi vnquàm à nu. 15. cũ multis ſequentib.& ex eodem ipſo tex.in d.l.fin. qui in ſuo caſu loquitur tàm de filijs emancipatis,quã de cõſtitutis in patria poteſtate,ad quod ſubtilitèr Menoch.poſt doctores prędictos perpendit verba illa in d.l. fin.appoſita,*cum natura pater,& filius eadem eſſe perſona penè intelligantur*, ponderando verbum (natura) quę ſanè locum habent etiam in filijs emancipatis,cum ſignificẽt naturalem coniunctionem, quæ eſt inter patrem,& filium,ſecundũ Dec. vbi ſuprà: Indè † dicunt aliqui matrem etiam, quę filios in poteſtate non habet,vnam, & eandem etiam cẽſeri perſonam eum eis,Maſcar.de probati. cõclu.1151.num.18.quod ſi ita eſt, eadem etiam ratione prohibita cenſenda foret donatio inter patrem,& filium emancipatum, cũ vtroq. caſu militaret ratio vnitatis perſonarum à doctoribus perpenſa.

Et licèt non deſint doctores, qui vtrumq. controuertant,& quòd filius emancipatus nõ dicatur eadem perſona cum patre, inter quos eſt Laſ.in d.l. fin. nu. 3.reffert Maſcar.in allega. conclu.1151.num.23.idẽ Menoch. vbi ſuperiùs num.37. Lara in l.ſi quis à liberis in prin. à nu. 45.cum ſequen.ff.de hb.agnoſcen.& quòd mater non dicatur eadem perſona cum filijs ſuis, Coraſ.in d.l.fin.num.20. Gom. in §. actiones numer.9.inſt.de actio.vbi latiſſimè de his agit, quę tractamus,& alij, quos reffert vbi ſuprà Menoch.numer.39. certè hoc idem ſufficere debebat, vt doctores vnitatem hanc perſonarum inter patrem,& filium in ualiditatis huiuſce donationis cauſam non conſtituerent:non enim iurium deciſiones tanta maturitate, & conſilio ſecurè conſtitutæ in principijs, & rationibus incertis, & in ſe controuerſis fundari debent.

Quibus † accedit quòd verè,& propriè perſona,& vox patris non eſt perſona, vel vox filij,nec talis identitas perſonarum patris, & filij ſic generalitèr capi debet, vt in omni caſu dicantur eadem perſona, ſed in aliquibus tantũ caſibus,dictę videlicet l.fin.& alijs ibi nota.per glo.verbo, intelligantur, in quibus reperitur expreſſum in iure,quòd lex fingat talem identitatem,& hoc voluit ſignificare Imper. in d.l. fin.per illud verbum,penè,ibi,*cũ natura pater, & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur*,quod † ſanè verbum ibi diminuit,ſecũdum Dec.ibidem num.1.iuxta tex.in l.1.§.largius,ibi,(de filijs reſpectu parentum,& de parentibus reſpectu filiorum loquendo) videlicet *quia arctandi non erant qui penè ad bona propria veniunt* ff. de ſucceſſedic.§.ex hoc iure inſt.de iure naturali, gen.& ciuil. *ex hoc iure gentium* (inquit Iuſtin.) *omnes penè cõtractus introducti ſunt*,ita Socin.ſen. in conſ.117.num.23.vol.1.quem reffert Hypol. Rimi.in §.1.num.24.inſt.per quas perſo. nob. acqui.benè Vulpel.de præpoſi.aduer. & coniunc.ſignifi. in verbo, penè.

Eiſdem

68 Eiſdem † item accedit quòd etiam maritus, & vxor dicuntur vna, & eadem perſona, & vna, & eadem caro, Geneſ.c.2.& Mathe. 19.Mar.10.D.Paul.ad Epheſ.5. cap.debitũ, debiga.c.portò de diuor.cum alijs latè relatis per Ioan.Niuicellen.Abb. in concordantijs Bibliæ & Canonum ad c.2.Geneſ.& vna penè anima, vt ait Tiraquel.ad l.ſi vnquam,verbo, libertis, num.91.& tamen non propter eam vnitatem carnis,& perſonarum prohibetur inter eos donatio,ſed alia,atq.alia admodum diuerſa ratione,de quibus in l.1.2.& 3.ff.de dona. inter virum,& vxorem,& in l.1.C.eodem.

69 Erit † igitur (meo iuditio) cauſa huiuſce inualiditatis donationis patria poteſtas: propter id enim in concluſione non dicitur ſimpliciter inualidam eſſe donationem, quæ fit à patre filio,ſed eam,quæ fit filio in poteſtate conſtituto,patria igitur poteſtas neceſſariò ratio,& cauſa dicitur noſtræ concluſionis,idq.vel propter eam rationem,quia patria poteſtas efficit, vt quicquid filius acquirit,patri acquiratur,l.1. ff.ſi à parente quis fuerit manumiſ. l. placet.ff. de acquir.hęred.& in §.2.inſti.per quas perſonas nobis acquiritur,& l.cũ oportet C. d bon. quæ lib.ſi igitur valeret hæc donatio,patri non
70 filio ius quæreretur, & proindè † pater ſibi ipſi donaret,contra l.ſiquis pro eo §.1.ff.de ideius:differentia enim eſſe debet inter dantem, & accipientem, quia ſibi ipſi nemo obligatur Bal.in d.l.2.num.1. C.de inoffici.dona. & ibi
* communiter doctores,& Bar.in d. l.frater à fratre numer.12.ne igitur hæc abſurda ſequantur contra firmiſſimas iuris noſtri regulas,& principia, optimè conſtitutũ fuit non valere huiuſmodi donationes à parentibus filijs in eorum poteſtate conſtitutis factas, hæc fuit in effectu ratio Ioan. Corraſ.in d.lib.4.Miſallan.c.3. licèt alijs fucata, & compoſita verbis forſan non neceſſarijs:quia veritas fucis nõ indiget, eandem amplectitur Andreas Gayl.d lib.2. practic. obſerua.obſerua.38.num.2.Ioan.Gutier. de iura. confir.lib.1.c.4.num.1.benè Emanu. à Coſ.in repeti. l.qui duo §.cũ in bello,verſi.patrẽ priùs
71 mortuum,num.16.circa prin.addens † poſtmodum (vti antea dicebamus) ex Acur.in d.l. donationes,quas parẽtes, verbo,in liberos,donationem hanc non eſſe inualidam propter aliquam iuris prohibitionẽ,ſed imò propter quãdam iuris impoſſibilitatem ex ſuprадictis reſultantem, ad quod allegat l.nec cum filio familias ff.de fur.& Iul.Clar.de dona. quæſt. 8. nu. 1.& 7. Tib.Decia.reſpon.74.num.1.vol.2.eandem communem dicit, & amplectendam (licèt laſ.in d.l.frater à fratre in prima lectur. nu. 44.& in repeti.nu.43.reprobet,& aliam aſſignet) Antho. Gom plures allegans in l. 17. tau. num.4.idem Gom.tom.2.var.reſol.c.de dona. num.25.Gutier.de iura.confir.ea.parti.c.41.nu. 2.circa fin.Capy.deciſ.56.num. 2.eandem ante eos tradiderat Bar.in d.l.frater à fratre, n.57.& ibi docto.Bal.in allega.l.2.n.1. C. de inoffi.dona: & Dec.in conſ.432.num.4.

72 Vel † etiam propter eam rationem patria poteſtas cauſabit inualiditatem donationis, quia inter patrem, & filium nõ emancipatum nulla iure ciuili conſiſtere poteſt efficax obligatio,& per conſequens nec ſine obligatione donatio,iuribus vulgaribus,quę latè commemorat Guid.Pap.deciſ.145. & luſiùs Antoni⁹ Fab. in ſuo Codice lib. 8. tit. 34. de donatio. diffini.1.

73 Sed † inſtabis,eadem etiam ratio patriæ poteſtatis,& acquiſitionis,quę ex ea cauſatur obſtare debet ortui obligationis naturalis in hac donatione inter patrem, & filiũ, ne fateri cogamur patrem ſibi ipſi obligari naturaliter, iuxta ſuprадicta: Reſpondetur tamen quòd hæc patria poteſtas de iure ciuili cũ ſit, tex. in prin. iuſt.de pat.pot.l.nam ciuium ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.non poteſt iura naturalia tollere,& ſic nec ortum obligationis naturalis impedire,vulga.§.ſed naturalia,inſt.de iu.nat. gent. & ciui.ita Bar.licèt alia addat,in d.l.frater à fratre nu. 11.eandem rationem cõſiderauit Gayl. vbi ſuperiùs num.10.addens ratione huius naturalis obligationis non cenſeti patrem ſibi ipſi donare,ſed eſſe quandam inter donantem, & accipientem differentiam. Vbi ergo non eſt patria poteſtas,prout in Gallia,vt colligitur ex ſcriptis per Pinel.in l.1.par.1.num.9.C.de bon. matet.& in Arago.vt ſcribit Seſe deciſ. 50. nu. 3.ibi non eſt prohibita donatio inter patrem, & filium, cum ceſſet cauſa prohibitionis.

Hæ ſunt rationes,propter quas ex donatione à patre filio facta in eius poteſtate conſtituto,non oriatur obligatio ciuilis,licèt oriatur naturalis, qui alias videre voluerit, recurrat ad Ioan.Gutier.in d.tracta.de iura confir.1. par.c. 41. per tot. & ad reliquos doctores ſupra citatos.

SVMMARIA.

1 *Donatio patris in filiũ, fauore matrimonij, valet.*
2 *Donatio inter patrem,& filium propter benemerita valet,contrarium num.6.*
3 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio,ſed quædam accepti beneficij compenſatio.*
4 *Donatum à patre ob remunerationẽ ſeruitiorum cenſetur aduentitium.*
5 *Donatum a patre filio in remunerationem ſeruitiorum non conferetur,nec in legitimam imputatur.*
6 *Filius an poſſit ſic benè mereri de patre,vt poſſit dici ſibi propterea ad aliquid obligatus,& num.10.*

7 Filiorum plura exempla, qui de parentibus sunt insigniter benemeriti.
8 Filiorum exempla, qui de parentibus malemeriti fuere.
9 Filius, qui primò patrem occidit, quis fuerit, & quis qui primo matrem.
10 Filius manus violentas in matrem injiciens fuit à nostro Senatu condemnatus, ut manu prius aliquantulũ in ligno affixa, seruiret in regijs triremibus remigando per decennium.
11 Filius occidens patrem qua pœna puniatur.
12 Filijs de parentibus benemerẽtibus plura à Deo promittuntur præmia.
13 Filij officia in patrem exercita quæ sint, quæ remunerationem merentur, & num. 26.
14 Maritus potest sic insigniter de vxore mereri, & è contra vxor de marito, vt alter alteri remuneratione debeat, & qualiter, & num. 26.
15 Donatio vt dicatur remuneratoria non est opus merita fore talia, quæ actionem pariant, & numer. 26.
Arius Pinel. reprobatur ibidem, & num. præcedentibus vsq; ad num. 6.
16 Assertio patris de benemeritis filij non sufficit ad sustinendã donationem remuneratoriam absq; alia probatione, sed opus est quòd merita aliàs probentur.
17 Etiam si merita exprimerentur in specie.
18 Merita sunt semper probanda, nec sufficit assertio in actibus, nisi propter merita, fieri prohibitus, vbi de eis. Senatus Sebusiani.
Cessio licèt valeat sine interuentione alicuius prætij, si fiat propter merita, procedit tamen id, si merita probentur, ibidem.
19 Sufficiunt tamen coniecturæ.
20 Assertioni paternæ iuratæ de meritis filij an stetur.
21 Heres tenetur stare assertioni iuratæ defuncti.
22 Consiliatio opinionum dissidentium in materia assertionis paternæ iuratæ, si iuramentum apponitur genericè in donatione, vel specificè in assertione meritorum ex Grat.
23 Reprehenditur hæc consiliatio à Seraphi. qui opinioni affirmatiuæ adhæret, standum esse assertioni patris iuratæ.
24 Auctoris opinio.
25 Merita in foro cõscientiæ ad validitatem donationis non sunt probanda.
26 Merita qualia debeant esse, an æquivalentia rebus donatis, vt remuneratoria dicatur donatio, & an obsequialia sufficiant.
27 Donatio exrantibus filij benemeritis, de eis tamẽ nulla facta mentione, an præsumatur ob illorum remunerationem facta, an verò propter sanguinis affectionem.
28 Donatio, quæ aliàs valere non potest, præsumitur remuneratoria, etiamsi de meritis nulla in ea fiat mentio, si ipsa probentur.
29 Donatio inter patrem, & filium confirmatur morte, vbi decis. Senatus Baren.
30 Traditio an sit necessaria, vt donatio à patre filio facta confirmetur morte, contraria sunt sententiæ.
31 Argumentum procedit à donatione inter virum, & vxorem ad donationem inter patrem, & filium, & num. 43.
32 Corras. notatur magnæ iactãtiæ vir, & quòd solitus sit alienos labores sibi adscribere.
33 Opinio auctoris affirmans circa necessitatem traditionis, vt donatio inter patrem, & filium morte confirmetur.
Declaratur tamen num. 36.
34 Promissio à marito vxori stipulãti facta, verè donatio est.
35 Intellectus l. cum hic status, § si ambo, de dona. inter vir. & vxor.
36 Traditio, ad validitatem donationis confirmatæ per mortem patris, non est necessarium quòd à principio sit facta, sed sufficit quocunq; alio tempore.
37 Non est semper necessaria vera, & realis traditio, sed sufficit quòd fiat per actum fictum.
38 Donatio inter patrem, & filium est valida quando ambo simul pereunt, quia pater præsumitur prius mortuus, & num. 42. vbi declaratur.
39 Interpretatio est facienda vt actus magis valeat, quam pereat.
40 Donatio causa mortis convalidatur per mortem donatoris, etiam si pereant eodem tempore, & donator, & donatarius.
41 Idem est de donatione inter virum, & vxorem.
43 Donatio inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem, an æquiparentur, & suprà numer. 31. & 45.
44 Pater quòd præsumatur prius mortuus, quàm filius an procedat tantùm quando agitur de ei succedendo ex legis dispositione, & non quando ex dispositione hominis, & suprà num. 42.
45 Pater præsumitur prius mori, quàm filius, ne turbatus dicatur ordo naturæ.
46 Donatio causa mortis in dubio non præsumitur revocata.
47 Filius impubes præsumitur prius mortuus, quàm pater, quando ambo eodem casu perierunt, vbi decis. Senatus Neapoli.
48 Retrotractio an fiat ad tempus factæ donationis quãdo confirmatur per mortem.
49 Auctoris opinio.
50 Donatio est doni datio.
51 Ratihabitio operatur retrotractionem quoad dominium.
52 Donatio, quæ confirmatur morte debet esse insinuata, sicut alia si excedat quantitatem quingentorũ aureorum.
53 Donatio non insinuata valet tantùm in excessu.
54 Donatio, quæ confirmatur morte, habet vim relicti, & vltimæ voluntatis.
55 Falcidia detrahitur ex donatione, quæ confirma-

tur

tur morte.

56 *Donatum causa mortis quando petatur, an vt legatum, aut aliàs, remissiuè.*

57 *Iuramentum facit valere donationem inter patrem, & filium, vbi diuersorum Senatuum decisiones.*

58 *Rationes huius traditionis, remissiuè.*

59 *Marcus Anthonius Marius reprahenditur quòd contra omnes nouè tantare voluerit donationem inter patrem, & filium non firmari iuramento.*

60 *Donatio inter patrem, & filium non sustinetur ex clausula, omni meliori modo &c.*

61 *Argumentum ab equiparatis procedit affirmatiuè, non negatiuè, vbi exempla.*

62 *Donatio inter patrem, & filium firmatur iuramento, etiãsi filius priùs decedat, vbi decisiones plurium Senatuum.*

63 *Iuramentum, secundum aliquos, non facit validam donationem inter patrem, & filium, sed patrem obligat ad obseruantiam.*

64 *Iuramentum, vt donationem inter patrem, & filium sustineat, quomodo debeat esse interpositum, an sufficiat quòd simpliciter, an verò expresse super promissione de non reuocando.*

65 *Iuramentum firmat quoscunq. contractus, & conuentiones inter patrem, & filium.*

66 *Iuramentum in donatione inter patrem, & filium, an suppleat plures defectus, scilicet defectũ propter patriam potestatem, & defectum insinuationis simul, vbi contrariæ doctorum opiniones, & Senatuum decisiones.*

67 *Donatio inter patrem, & filiũ ex quibus aliis causis sustineatur, remissiuè.*

68 *Donatio inter patrem, & filium iurata, an conferatur, & in legitimam imputetur, remissiuè.*

GLOS. VII. PARS II.

Quibus casibus valeat donatio inter patrem, & filium.

1 PRINCIPALIS cõclusio † quã supra fundauimus de inualiditate donationis inter patrem, & filium, quàmplures recipit limitationes, quarum prima est, vt non procedat quando fit donatio à patre filio fauore alicuius matrimonij contrahendi; tunc enim proculdubio subsistit huiusmodi donatio, licèt filius sit in potestate patris cõstitutus: Hæc limitatio alia non eget confirmatione præter eam, quam superiùs in prin. clau. 4. tradidimus.

2 Secunda † limitatio est, vt non procedat in donatione, quæ fit à patre filio in eius potestate constituto propter illius benemerita: tunc enim ea donatio subsistit, & ex ea oritur vtraq. obligatio tam ciuilis, quàm naturalis. Huius opinionis * auctorem faciunt communiter doctes Acursium in aucten. vndè si parens C. de inoffi. testamen. ego verò qui rem maturè consideraui, non reperi in meo Codice Acur. tale dicentem, & glo. in l. si donatione C. de collatio. tenent eandem opinionem communiter * omnes doctores in allega. l. frater à fratre ff. de condic. indeb. & in d. aucten. vnde si parens, & in d. l. si donatione, refert quãplures Iul. Cla. de donatione, quæst. 8. Rolan. à Valle conf. 98. num. 45. vol. 1. Iacob. Menoch. in sepè dicta præsump. 29. num. 4. lib. 3. præsumpp. Andre. Gayl. practic. obser. lib. 2. obseruatione 38. nume. 5. Fran. Vini. in commun. opin. verbo, donatio, n. 4. Mathe. ibidem eo. verbo, donatio, numer. 1. Eman. Soares à Ribey. in thesau. recep. senten. verbo, donatio, nu. 198. Ferdin. Vasq. controuer. vsufrequent. lib. 3. c. 46. num. 8. Ioan. Gutier. de iura. confir. 1. par. c. 5. inprin. vbi latè tractat, Tib. Decia. responsa. 27. num. 30. vol. 3. Ioan. Garcia in trac. de donatione remunera. num. 42. vers. modo ex dictis iuribus, omnium latissimè, alios referẽs, Tiraquel. in l. si vnquã, verbo, donatione largitus, num. 20.

3 Rationem † tradit Gayl. vbi superiùs, quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed quædam accepti beneficij compensatio. Bar. in l. frater à fratre num. 57. & in l. 1. ff. de dona. num. 1. & in l. Aquilius num. 3. ff. eo. vbi dicit differentiam esse inter donationem, & remunerationem, per tex. in l. si verò non remunerandi ff. manda. Pan. in rub. de dona.

4 num. 3. & † propterea censetur esse aduentitium, & non profectitium peculium, atq. ita ratio prohibitionis cessat, Bar. in d. l. frater à fratre num. 57. & alij, quos refert idem Gayl. loco allegato, & ratio rationis est, quia in aduentitijs obligatio existere potest inter patrem, & filiũ,

5 Osas. decis. 44. num. 17. Ex † qua ratione infertur quòd cum id, quod ex hac donatione filio acquiritur, dicatur aduentitium, ideò nõ confertur, nec in legitimam imputatur, ita Bar. in l. in quartã ff. ad l. falcid. & pleniùs in aucten. vndè si parens C. de inoffi. testã. Micha. Graf. de succes. §. legitima, quæst. 23. num. 8. tom. 1. & in §. collatio bonorum, q. 20. num. 3. qui refert Pic. & Ruin. in d. l. in quartam, & Ferdin. Vasq. de succes. crea. § 30. num. 256. eam opinionem * communem dicentes, idem tenet Peregrin. de fideicom. ar. 36. num. 126. per tex. in l. scimus, §. repletionem C. de inoffi. testam. vbi probatur aduentitia, quę per filium acquiruntur, in legitimam non imputari.

6 Hæc † limitatio, licèt Menoch. vbi superiùs num. 11. dicat hactenus neminem extitisse, quẽ sciat, qui ab ea recesserit, nihilominùs tamen acerrimum contradictorem & tunc habebat, & nunc

& nunc habet Arium Pinel. cū alijs, quos allegat in tertia par. l. 1. C. de bon. mater. num. 62. vers. *infertur vndecimo*, quem forsan si vidisset Menoch. eius opinioni accessisset, & à cōmuni recessisset: id enim vt faceret, egere solùm duce, qui ei iter prēmóstraret, satis superq. eius scripta indicare videtur, quibus adde Politū in l. filiū, quem habentē, C. fam. hercis. n. 132. Hāc
7 † opinionem fundat Pinel. in obligatione filij, qua omnia patri debet, vndè quamuis omnia, quæ in homine possent præstari, cōferret filius in patrē, non propterea de illo benemeritus dici posset: Finge (inquit) quæcunq; seruitia, obsequia, curationes in infirmatibus: totū id, quic quid vè maius excogitari queat, parentibus debetur, ad quod allegat l. veluti ff. de iust. & iur. & l. filia tua C. de patri. potest. proindèq; asserit non posse sustineri, quòd possit pater in remunerationem seruitiorum donationem filio facere, cum remunerationem non exposcant seruitia, adquę quis de iure tenetur: plura in idē argumentum congerit Menoch. vbi supernus.

8 Cæterùm † his non obstantibus existimo
* non esse recedendum à communissima, & receptissima opinione in nostra limitatione cōprobata: nec arbitror ex obligatione, qua filius patri tenetur, posse inferri non posse filium aliqua in patrem exercere officia, & obsequia, quæ digna sint remuneratione: quid enim de obsequijs Aeneæ in patrem Anchisem? quid de obsequijs Aphinomi, & Anapię, aut, vt alij apellant, Emanciæ, & Critonis fratrū in parentes suos? quid de obsequijs cuiusdam Pinensis iuuenis in patrem, quos ex grauissimorum virorum fidis historijs refert Tiraquel. in allega. si vnquàm, verbo, donatione largitus, num. 20. & ante eum Annę. Seneca de benefi. lib. 7. c. 31. quem benè, nostris hisce temporibus, traduxit Gaspar Ruyz Montianus illustris Benedictinæ religionis monachus, & hæc refert li. 3. suæ traductionis, quæst. 5. horum primus patrem Anchisem humeris suis imponens inter flammam, & hostes, illum à morte liberauit: suā interim mortem contemnens, secundi, cū Aetnæ incendia in cretinensem agrum se protulissent, sublatos parentes humeris per medios ignes euexerunt, propter quod egregium facinus ita posteritas illorum sepulchrum venerata est, vt illud campum piorum nominarent, tertius verò, cum Roma. Imperator in bello patrem eius captiuum in conspectu ipsius cōstitutū, districtis mulitum gladijs, circundedisset occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, is in hostes, qui patrem victum tenebant, solus impetum fecit, ex eorumq. manibus patrem rapuit: non ne hęc officia digna
10 sunt remuneratione: certè nemo negabit: quid deniq. de alijs beneficijs, quæ in parentes conferri per filios quotidie videmus. Ego quendā *in hac ciuitate cognosco adeò matri suę iam se*nē decrepitæ obsequētem, vt ipsam, præ ætate, mouere se haud valentem, festiuis diebus ad Ecclesiam, vt rem sacram audiat, & in hyeme, dum frigora magis vigent, in aprica loca, vt calefiat, proprijs humeris, dum aliud non habet, vehat, memini etiam de hoc eodem me vidisse tempore, quo serenissimi Reges nostri Hispaniarum in anno 1599. in hac ciuitate Barcinonæ adessent, ipsum proprijs humeris matrem suam è domo, quæ valdè distabat, ad viā latam ducentem, vt potentissimos Reges illac transituros, & ludos, & faculas, quę illis fiebāt, videret, & eis lætaretur: Hunc quis indignum iudicabit remuneratione tanti officij, si forsan matri esset quo ei benè faceret? certè nemo.

8 Quę † maximè vigebunt, si cōtrapositim
quamplurimos tam immanes, & de patrētibus suis tam malè meritos, vt eos multi occiderint, alij alios iniurijs, & contumelijs affecerint, quę licèt notoria sint, & quotidiè (quod vtinam nō esset) experiamur, nihilominùs operæ prætium erit in memoriam reuocare facinora illa grauissima L. Estij, & P. Malleoli, quorū primus, pri-
9 mus † fuit qui patrem interfecit, secundus verò prim⁹ qui matrē necauit, vt de L. Estio scribit Plutar. in vita Romuli, & d. P. Maleol. Paul. Oros. lib. 5. Histor. & referunt Ioan. Corras. Micellan. lib. 1. c. 5. nume. 2. & Tib. Decia. in tract. crim. tom. 2. lib. 9. c. 7. num. 5. De alijs quam plurimis, qui parricidium commiserunt, scribit latè idem Decia. in d. trac. crim. tom. 2. à c. 5. vsq. ad c. 17. & signantèr c. 6. num. 11. 16. & 24. & c. 12 num. 2. quos recensere laboriosum potiùs, quā vtile foret. Sed quid in istis antiquitatibus *immoramur? nonne nostris quoq. temporibus* parricidia quamplurima *videmus: non ne quā*plurimos quotidie audimus parentes de filijs querelātes, ex eò quòd abeis malè tractentur? nonne quæstiones criminales à parentibus cōtra filios parentes malè tractantes institutas quotidie experimur? *nonne in anno 1589.* casum horrēdum & *vidimus, & audiuimus*, qui in parrochia de Salt dioc. Gerunden. cōtigit, quo quidam agricola eius parrochiæ patrem suum proprijs manibus occidit, & solus iuxta aream domus suæ sepeliuit, propter quod enorme scelus, & facinus ab spectabili Petro à Cardona tunc vicesgerente generalis gubernatoris in præsenti principatū exitit dictus parricida eōdem pnatus in anno prædicto, vt, abscisa prius manu, iugularetur per collum, & eius corpus in quatuor partes, seu frustra scinderetur, deniq. illius caput poneretur certo loco, vt ab
omnibus videri posset: Nonne † etiam 19. Iulij anni 1603. vidimus fuisse cuidam publicè in

logia

logia maris clauo in ligno confixam manum dexteram pro exequutione cuiusdam sententiæ criminalis qua ad id, & ad remigandum in regijs tirremibus per decenninm fuerat condempnatus, ex eò, quia manus violentas in matrem suã inijcere ausus fuerat: nonne alia quã plurima facinora per filios in parentes comissa quotidiè & videmus, & audimus? nonne iã hac ætate eò ventum est, vt dicatur communitèr nullum ferè esse filium, quem non tedeat longeuæ vitę parentum, nullum etiam, qui eis-
11 dem obsequia debita libẽtèr præstet? De † quodam, qui parricidium commiserat cum veneno cõmemorat Vincẽ. de Fran. decis. 230. quòd de anno 1580. fuerit per Sena. Neapoli. *cõdempnatus* ad amputationem capitis, quodq́. deinde ei⁹ corpus includeretur in sacco, seu dolio, & in mare proijeceretur, licèt minor esset decem & octo annorũ qui delictũ commiserat, idq́. propter illius atrocitatem.

Ex his proculdubio inferri debet remuneratione dignissimum esse filium, qui, pręter id, quod communitèr filij facere solent, aliqua insignia officia in parentes exercuerit, & eo casu posse quidem parentes tali filio, etiam si sit in patris potestate constitutus, validè aliquid donare, vt tenet communis opinio superiùs tradita: Nec est absurdum quòd concedamus filios, qui aliàs parentibus omnia debent, ita de eis mereri posse, vt ipsi parentes ad remunerationem adigantur, quia neq́. id absurdum, vel inconueniens visum fuit Imperatori in §. 1. in aucten. de non eligen. secun. nuben. ibi, *plurimumq́, à filio experta fauorem, existimauit oportere, ne relinqueret eũ sine remuneratione*, & ratio erat, si glo. ibi, in verbo, experta, credamus, quia filius, cui verba prædicta diriguntur, plus matri
12 seruierat, quàm filia. Nec † itẽ propterea quòd filij parẽtibus omnia post Deũ O. M. debeant, desijt Deus superbenedictus præmia promittere, quasi in remunerationem, ijs, qui parentibus debita obsequia exhiberent: legitur enim Eccles. c. 3. *qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum vita viuet longiore: & qui obedit patri refrigerabit matrem*, Rursus, *honora patrem tuũ vt superueniat tibi benedictio à Deo*, Item, *fili suscipe senectam patris tui & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da: & ne spernas eum in virtute tua: elemosina enim patris non erit in obliuione*, Et exo. cap. 20. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longeuus super terram, quã dominus Deus dabit ibi*: Quinimò docet Seneca, multisq. rationibus probat dicto lib. 3. de benefi. c. 29. cum sequent. posse filios maiora in parentes conferre beneficia, quàm ab ipsis receperint.

13 Præter hæc † quæ fuerunt superiùs in cõfirmationẽ nostrę limitationis tradita, Ioan. Garcia in tracta. de dona. remunera. nu. 42. vers. 10. pro receptissima sententia, quamplura adducit iura, quibus eadem sententia confirmetur, necnon & quædam officia recenset, quæ, si à filio in patrem conferantur, dignissima existimat remuneratione, veluti tunc maximè cum ea procedunt ex artificio, aut exercitio impenso à filio, vel in patrem, vel in rem paternam, exempli causa, si curator, si administrator, si tutor, si faber lignarius, aut ferrarius, aut scriba operas venales filius patri impendat, quas quidem operas filius patri non debet, iuxta tex. in l. penul. ff. de obseq. à lib. pat. & patro. prestan. ibi. *nam pietatem debent liberi parentibus, non operas*. Idem † etiam antè docuerat idem Garcia
14 nu. 28. cum pluribus alijs procedere inter maritum, & vxorem, vt valeat inter ipsos donatio remuneratoria, quo loci quędam officia remuneratione digna recenset, quę possunt ab vxore in maritum conferri, veluti (inquit) si fœmina nobilis marito ægrotanti cibum paret, medicamenta apponat, excubet pernox, fricet, vngat, torũ sternat ipsa, vt molliùs cubet, lauet, nec abstineat à coquinaria opera, & seruilibus ministerijs: per hęc, & alia tenet in dictis locis Garcia contra Pinel. valere quidem donationem remuneratoriam inter patrem, & filium, & inter maritũ, & vxorẽ, eũdẽ cõsulito, si casus aduenerit, velim tamen interim notes nõ fuisse supradicta à nobis animaduersa quasi existimemus necesse fore, vt huiusmodi donationi remuneratoriæ locus sit, quòd vno, aut altero modo ex suprà relatis mulier marito, vel filius patri seruiant: multis enim alijs modis possunt de eisdẽ benèmereri, quib⁹ digni fiãt huiusmodi donatione, eos tamen non arbitror dinumerari posse, sed imò totum id consistere in arbitrio iudicantis, cuius erit, re benè perpensa, & cõsiderata, secundum facti contingentiam diiudicare, numnam ea officia, quæ per filium pręt endantur patri, vel per vxorem marito, impensa, digna sint remuneratione: suprà tamen relata exempla ei seruient, & lumen afferent, vt recto in his vtatur arbitrio.

15 Illud † perpetuò notes velim non esse verũ quod Pinel. asserit in allega. l. 1. par. 3. à num. 59. C. de bon. mat. talia debere esse merita, quæ actionem producant, vt remuneratoria possit dici donatio, & vt talis sustineatur: id enim est cõtra communem opinionem, quæ clarè in contrarium elicitur ex latè suprà relatis, atq́. ita *tenuerũt* domini de Rota, vt testatur Cæs. de Gras. decis. 150. numer. 18. quę est sub tit. de dona. 2.

Dubitandum igitur nullatenus erit de validitate huiuscemodi donationis à patre filio in illius potestate constituto, propter benemerita, factæ,

16 ta,facta;† illud ſolùm eſt dubitatione dignũ, nunquid huiuſmodi benemerita probãda ſint, nec ne, an verò ſufficiat patris aſſertio de eis atteſtantis in donatione,&qualia debeant eſſe ea benemerita, vt huic donationi locũ faciãt. Inqua dubitatione,quantùm ad probationem meritorum,id communiter tenetur ea proban da eſſe à filio,vt donatio ſubſiſtat, nec eo caſu ſtandum eſſe aſſertioni patris, vti ex Iul.Clar. de donatione quæſt. 3. num. 2. & quæſt. 8. nu. etiam 2.Socin.ſen.conſ.67.nu.12.cum.ſequent. & num.15.vol.1.incip. fruſtra plenitudini, refert Gayl.vbi ſuperiùs num.6.& ex alijs quam plurimis Iacob.Menoch.præſump.29.num.24. lib.3.Ioan.Gutier.de iura.confir.prima par.c.5. num.16.Fran.Veg.in conſ.31.num.4.Seraphi. de priuileg.iuramen. priuileg.40. num.2. per nor.à doctoribus in l.ſi donatione C.de colla. tex.in l.ſi fortè ff.de caſtren.pecul.ibi,*veritatem*
17 *enim ſpectamus,non quod quis finxit*,etiã ſi † pater in ſpecie exprimeret filij benemerita,veluti dicendo ſe redemptum ab hoſtibus, Menoch. ibidem,viden.Hieronym⁹ à Lauré.deciſ.Auenion.23.à nu.10.vbi pulchrè loquitur,& Rimin.in prin.inſt.de dona. nu. 86. quos ſequitur Seraphi.de priuileg.iuramen.priuileg.40.nu.5. & ratio eſt,quia alioquin facilè fieret fraus legi,& eſſet ſemper in patris donantis facultate poſitum,facere, vt donatio, quæ ab ipſo fieret, iure ſubſiſteret,quod iurib⁹ permiſſum nõ eſt, d.l.ſi fortè ff.de caſtrẽ.pecul.& eſt tex.not. in l. 1. C. de dona. ante nup.ibi,*vt videatur accepiſſe, quod non accepit* latè ratione hanc extendit Menoch.vbi ſuperiùs nu.25.cum ſequẽt. & eandẽ conſiderauit Gayl.loco ſuperiùs allegato nu.6.

18 Per hæc † Antho.Fab.in ſuo Codice tom.1. lib.4.tit.29.de hered.& actio.vend.diffini.6.di
† cebat *deciſum* in Senatu Sabuſia.ſolam meritorum aſſertionem in actu ſuſpecto,& prohibito,ne fiat aliàs,non probare,ac propterea dicit quòd licèt ceſſio valeat,quamuis facta nullo interueniẽte prætio,ſi propter merita fiat,neceſſum tamen vult quòd de meritis alitèr appareat,quàm per aſſertionem cedentis,idem in terminis donationis remuneratoriæ docet li. 8.tit.36.de reuocan.dona.diffi.3.

19 Non † tamen eſt ſemper opus plena probatione in hac materia: nam aliquando ſufficiũt coniecturæ cum aſſertione patris, *ità reſoluit*, ex multis,Menoch.vbi ſuprà nu. 31. vbi vſq. ad num.40.varias rationes ad id confirmandum adducit,Maſcar.de proba. concl.185. per tot. quę quidẽ cõiecturę arbitrio iudicis relinquũtur,Tiraquel.in l.ſi vnquam,verbo, donatione largitus,nu.102.in fine,Maſcat.vbi ſuprà nu. 5.

20 An autem † aſſertio paterna de benemeritis filij facta iuramento vallata ſufficiat ad huiuſmodi donationis validitatem abſq.alia probatione meritorum,dubitant doctores, quam dubitationem exactiſſimè, præter inferiùs allegandos,examinat Seraphi.de priuileg.iura. priuileg. 40. per tot.quidam enim tenent nullatenus eſſe ſtandum huiuſmodi aſſertioni paternæ,etiam ſi ſit iurata,quos lõga ſerie refert Tiraquel.in ſæpè allega.reperi.l.ſi vnquam,verbo,donatione largitus,nu.9. & tradit Gutier. in d.tracta.de iura.confir.prima par.c.5.nu. 20. pluribuſq.hanc opinionem cõfirmat, eandem opinionem tenet Ioan.Crot.in conſ.76.nume. 6.Rimin.in prin.inſt.de dona.num.87.alij verò ſtandum omninò eſſe huic paternæ aſſertioni iuratę,& ſic per iuramentum patris probari filij benemerita;hui⁹ opinionis auctor eſt Bal. in l.ſi donatione,num.1.C.de colla.per tex. in
21 auctẽ.quod obtinet C.de proba.vbi † diſponitur hęredem teneri ſtare aſſertioni iuratę defuncti, Bal.ſequũtur complures relati per Tiraquel.vbi ſuprà num.88.Maſcar.de proba.conclu.184.num.13.& per Gutier.loco ſuperiùs allega.nu.22.verſ.contrariam tamẽ opinionem.

22 Hierony.† Grat.in conſ.63.num.2.lib.2. vt in hac dubitatione certa ab incertis, quæ doctores *hic ſine delectu paſſim confundũt*,ſecerneret,duos diſtinguendos fore caſus arbitratus eſt,alterum quando ſimpliciter ſuper donatione ob benemerita facta interponitur paternũ iuramentum de ea non reuocanda,alterum verò quando huiuſmodi iuramentum non interponitur ſuper ipſa donatione,ſed ſolùm ad probationem meritorum,*veluti* dicendo, propter quamplurima officia, vel beneficia &c. per N. filium meum mihi diuerſimodè impenſa, quæ medio iuramento ita eſſe aſſero &c. primo caſu nemini dubium eſſe poſſe dicit, quin propter iuramenti religionem huiuſcemodi donatio valeat inter patrem,& filium,licèt aliàs merita non probentur:certiſſimi enim iuris eſt donationẽ inter patrẽ,& filiũ, ſi iurisiurãdi religione roboretur, validè fieri poſſe,vti inferi⁹ *in* 4. limitatione latiſſimè probabitur:*poſteriore* verò caſu nõ,atq.ita inquit Grat.ſi doctores ſecũdæ opinionis loqũtur *in terminis* primi caſus, prouti eos loqui vult,certè eorũ opinio veriſima eſt,& certiſsima, ſecus verò ſi aliter.

23 Cæterùm † hæc Grat.diſtinctio,& opinionũ conſiliatio reprehenditur à Seraphi.vbi proximè n.20.dicente eam non poſſe ad *præſentem* diſputationem benè acommodari:quia in hac dubitatione clarè agitur quando iuramentum fuit appoſitum tantùm ſuper aſſertione meritorum,& tamen doctores inter ſe maximè pugnant:vndè ipſe ſecundã ex ſupradictis opinionibus,quòd videlicet ſtandum ſit aſſertioni patris iuratæ,cenſet de iure veriorem, per ea quæ in illius corroborationem fuerunt ab *ipſo ib.* dẽ adducta,quib⁹ exiſtimat nõ poſſe cõmodè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

responderi, tu ipsum videto.

24 Ego † verò, vt superiùs traditę doctorum contrariæ sententiæ consiliarentur, si casus occurreret, sequeretur distinctionem Roma. Cæs. in aucten. quod obtinet C. de probatio. distinguentis inter hęredem, & creditores, vt illis noceat quidem defuncti iurata assertio, ijs vero minimè, atque ita in proposito dicerem hæredem donatoris, qui propter benemerita, cũ assertione meritorum iurata, donauit, teneri omninò ei stare, tertium vero, cui per eam præiudicari posset, minimè: Nec singularis sum in hac opinione: eam enim sequitur additio ad Guid. Pap. decis. 95. in litera G. verbo, iuramentum. In foro † autem conscientię non est necessarium merita probari, sed sat est quòd de

25 eis donatario constet, Sanchez de mat. dispu. 6. num. 3. circa finem lib. 6. Gutier. de iura. confir. prima parte cap. 5. nu. 18. Nauar. in manua. c. 17. num. 145.

26 Qualia † autem esse debeant hæc benemerita, quę huiusmodi donationi inter patrem, & filium locum esse faciunt, an æquiualentia rei donatæ, & an sufficiant obsequialia, nec ne, id omne relinquendum censeo arbitrio iudicantis, qui, pro subiecta materia, & qualitate facti id diiudicabit, ita Iul. Clar. de dona. quęst.

* 3. num. 4. & quęst. 8. num. etiam 4. qui communem dicit hanc opinionem, Socin. sen. in alleg. cons. 67. num. 12. cum sequent. & num. 15. vol. 1. Gayl. vbi superiùs lib. 2. prac. obseruationũ ob seruatione 38. num. 6. Sanchez de matri. dispu. 6. num. 10. lib. 6. quicquid cõculquet Menoch. variè in materia distinguendo, loco superiùs allegato, & Gutier. de iura. confir. prima parte cap. 5. quorum tamen diligentia non erit inutilis: dux enim erit iudici quò recto vratur, in his dicernendis, iudicio.

27 Supradictis † accedit & illa pulchra dubitatio, nunquid si, extantibus filij benemeritis, pater simpliciter donet, nulla facta meritorum mentione, præsumatur donasse propter sanguinis affectionem, an verò propter ipsa benemerita? cuius inuestigationis notoria est vtilitas: si enim propter sanguinis affectionem facta præsumatur, non valebit quidem, vtpotè quia simplex donatio inter patrem, & filium, si verò ob benemerita, tunc valebit proculdubio. In qua dubitatione, quam latissimè disputat Menoch. de præsump. lib. 3. prę sump. 29. à num. 41. cum

* multis sequent. receptior, & communior est doctorum opinio, quòd donatio prę sumatur facta ob benemerita, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, quam tenent doctores, quos latè refert, & sequitur Menoch. vbi superiùs, ad quem sufficiat remissio, quia latè, & ex professo rem hanc pertractat, viden. Rimin in prin. Inst. de dona. num. 84. idem Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 83. nu. 53. Sãchez latè de mat. disp. 6. nu. 3. lib. 6. pulchrè Pet. Barbo. in l. quæ dotis nu. 57. ff. solut. mat. hanc † opinionẽ cõcedens in donatione paterna, quæ aliàs valere nõ posset, secus dicens esse in donatione, quæ ab alio fiat, Alex. Rauden. decis. Pisa. 1. num. 77. post Tiraquel. qui antiquiores refert, & rem hanc optimè declarat, in repe. l. si vnquam, verbo, donatione, num. 59. cum sequent.

29 Tertia † limitatio nostræ principalis conclusionis est, vt non procedat quando pater ipse, post factam donationem, perseuerasset in eadẽ voluntate vsque ad mortem: tunc eius morte confirmaretur ea donatio tex. formalis in l. donationes quas patentes C. de dona. inter vir. &

* vxor. Bar. Ias. & communiter doctores in d. l. frater à fratre ff. de condic. indeb. & alij, quos refferunt Menoch. loco superiùs allegato, nu. 66. & Iacob. Cancer. prima par. var. resolu. c. 8. de dona. nu. 52. Iul. Clar. de dona. quęst. 8. nu. 7.

* communem dicit Tiber. Decia. in resp. 74. nu.

† 2. vol. 2. atque ita in facti cõtingentia *declarauit* Senatus Baren. vt auctor est Franciscus Vini. de cis. 514. num. 1. cum sequent. lib. 4.

30 Vt autem † huic limitationi locus sit, aliqui exigunt traditionem, ex tex. in l. cum hic status, in prin. & in §. si ambo, ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. Papinianus eo. tit. & ibi glo. c. fin. extra eo. tit. ducto argumen. à donatione inter virum, & vxorem ad donationem inter patrẽ,

31 & filium, quod † in iure validum esse docet nos Imper. in sæpè allega. l. donationes quas parentes C. eo. tit. de dona. inter vir. & vxorem, benè Azo. in rub. C. eo. & ibi additio super verbo, parentes, quam opinionẽ tenent, & sequũtur Bar. & ibi additio verbo, Papinianus, in d. l. Papinianus, Ludo. Roma. in cons. 277. num. 1. Aymon. Craue. in cons. 955. nu. 6. Dida. in rub. de testam. 3. par. num. 3. Pala. rub. in repeti. tub. de dona. inter vir. & vxorẽ §. 86. num. 1. Ludo. Molina de primoge. Hispa. lib. 1. c. 11. num. 9. & Seraph. de priuileg. inita. priuileg. 72. numer. 6.

* communem dicit Ema. Soar. à Ribey. in thesau. recep. senten. verbo, donatio, nume. 196. & Iacob. Cancer. var. resolu. par. 1. c. 8. de dona. nu. 53. cum alijs latè per eos relatis, pulchrè Thom. Sanchez omninò viden. de mat. disput. 14. à num. 6. lib. 6. Fran. Marc. decis. 326.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem, quòd imò ad validitatem huiusce donationis non sit necessaria traditio, sed imò quòd sufficiat sola perseuerantia patris in eadem voluntate vsq. ad mortem, tentauit defendere Ioan. Corras. lib. 5. Miscella. iur. c. 1. quem sequitur Iacob. Menoch. in sæpè allega. lib. 3. præsump. prę sump. 29. num. 68.

32 Mihi † (si quòd sentio liberè proferre licet) sicuti summè displicet Corras. iactantia,

ne dicam

ne dicam arrogantia, qua, quasi quid à se dictũ, quod non possent capere reliqui, postquàm suam in his protulit sententiam, in hæc, iactantia plena, verba prorupit, *hic appello doctos, & emunctæ naris viros, quos adstipulaturos mihi nihil dubito, &c.* eos, qui cõtrariam tenebant sentẽtiam, sciolos vocans, & crassis auribus, nulloq. iudicio viros &c. & alia dicens, quæ sine dubio non nocuisset honori, tacuisse, maximè si vera sunt quæ de eo scribit Feder. Scor. respons. to. 1. lib. 4. respons. 14. num. 11. vbi eum sui fœtus plagij accusat, quòd paucis mutatis, & additis ex suo commẽtario in rub. de noui oper. nuncia. integrum caput facere non erubuerit, illudque assuere libro suo epistolicarum quęstionũ c. 22. vndè forsan nõ è re esset telum ab ipso in alios, iure ne an iniuria, nescio, contortum, in ipsum meritò retorsere, vt dicit Scot. ibidem: sicuti
33 †(inquam) ea iactantia displicet, ita nec eius, & sequatium opinio placere potest: prętereà quòd enim id suadere vidẽtur verba illa c. fin. extra de dona. inter vir. & vxor. *vel qui donatum accepit*, & illa l. cum hic status, §. si ambo, *si prior vita decesserit qui donatum accepit*, quibus locis Roman. Pont. & I. C. de cõfirmatione huiusce donationis, per mortẽ donatoris, agentes eiusmodi verbis vtuntur, quæ præsupponere absq. difficultate videntur donatario fuisse factam rei donatæ traditionem, nihilominus ego ad hoc propositum magni facio tex. in allega. l. Papinianus ff. de dona. inter vir. vxorem quo loci I. C. per illa verba. *Deniq; si stipulãti vxori suæ sponsam fisset* (maritus) *non putabat* (Papinianus) *conueniri posse hæredem mariti, licèt durante voluntate maritus decesserit*, clarè demõstrat simplicem donationem à marito vxori factã ante traditionẽ non confirmari per mortẽ donatoris: cui textui licèt respondere tentauerint Corras. vbi superiùs, num. 6. dicendo inibi non fuisse factã donationem, sed solummodò promissionem, & Azo. in summa C. eo. tit. de dona. inter vir. & vxor. dicens tex. in d. l. Papinianus, corrigi per l. cum hic status ibidem postea sequentem, ac proindè ad cõfirmationẽ eiusmodi donationis nõ esse necessariam traditionem, nihilominus tamen nihil egerunt, quo nos ab hac opinione mouerent: nam primò quòad responsionem Corrasij dicimus, quòd imò inibi vera fuit facta donatio vt tenet Bar. & cõmuniter ibi scri- 35
* bentes, idq. satis suaderi potest argumento ducto à rubr. sub qua illa lex collocatur, quibus
34 †accedit quòd promissio à marito vxori stipulanti facta verè donatio est: aliàs enim non improbaretur ab Vlpiano in l. 3. nec ratio §. sciẽdum, vers. & si stipulanti ff. eo. tit. de dona. inter vir. & vxor. *Etsi stipulanti* (vxori) *promissum sit, vel accepto latum, nihil valet*: quod si ita non esset, facilè foret cuique in fraudem legalis prohibitionis, res suas in vxorem, vel cõtra, transferre, & quòad opinionem Azo. dicimus eam esse omninò falsam, quia imò ex eisdem legibus constat decisionem d. l. Papinianus posteriorem fuisse decisione d. l. cum hic status, atque ideò post eam debuisse collocari: in d. enim l. Papinianus, simpliciter fit mentio de oratione diui Seueri, de qua ex professo tractauerat in d. l. cum hic status, vti optimè aduertit Antho. Gom. qui huic nostrę principali opinioni adhęret, in l. 50. tau. nu. 65. circa medium.

Vlteriùs in huius opinionis confirmationẽ adest tex. à Corras. non consideratus in l. si inter ff. de reb. dub. quo loci Pau. I. C. de hac, quam tractamus, agens confirmatione donationis inter vir. & vxor. respondet (& sunt verba tex.) *si inter virum, & vxorem donatio facta fuerit priore defuncto, cui donatum est: ad eum res redit, qui donauerat*. Et rursus in ea quæstione, quam mox & nos disputabimus, nunquid videlicèt valeat donatio inter virum, & vxorem si simul perierint tam is, cui datum est, quàm is, qui donauerit, respõdet (& sunt verba tex.) *quæstionis descidendæ gratia magis placuit valere donationem eo maximè quòd donator non superuiuat, qui rem condicere possit*, ex quo tex. notabilitèr hæc opinio probatur, si enim per mortem donatarij ante donatorem sequutam res redire debet ad donantem, ex sententia I. C. in eo. tex. & donatario, & donatore simul pereuntibus confirmatur donatio, eò quia non superuiuat donator, qui rem condicere possit, luce clarius erit, pręsuppositum fuisse ibi à I. C. quòd traditio fuerat sequuta: aliàs nec res donata redire posset ad donantem, nec ab aliquo condici, cum hæc necessariò præsupponant traditionem antea factam.

Nec me mouet consideratio eiusdem Corras. ad tex. in allega. l. cum hic status in fin. principij in illis verbis, *quasi sit testamento confirmatũ, quod donatum est*. dicẽdo ab Vlpia. eo loci decisum fuisse donationes inter vir. & vxorem confirmari morte, silentioq. donatoris, quasi sit testamento confirmatum quod donatum est, in testamento autem ad confirmationem legatorum, & eorum, quę in eo disponuntur, solus testatoris interitus desideratur, c. cum Marthæ §. ceterũ, de celebra. missar. ad eũ enim tex. facilis
35 est responsio, quòd † videlicet sit alius illius sensus, quam putet ipse Corras. non enim est sensus, quòd eo modo confirmetur donatio, qua de agimus, per mortem donatoris, quo confirmatur testamentum per obitum testatoris, nec tale quid ex eo textu colligi potest, sed imò eam donationem censeri testamento donatoris confirmatam per illius mortem, hoc est haberi atqui si in testamento confirmata extitisset, & propterea in-

inquit ibi Conſultus falcidiam ex ea detrahi poſſe,& hic eſt verus illius tex.ſenſus, & intellectus, vt prętet quàm quòd ſatis eius littera indicat, idem declarat Bar. & reliqui ibidem.

Quæ omnia ſi animaduertiſſet (vt debuerat) Corraſ.non ita facilè in eos, qui contrariũ tenebant,duriuſculis verbis inſurrexiſſet, & dubio procul à contumelijs abſtinuiſſet. Parcat mihi doctus ille vir,quia cõtinere me non poſſum quominùs in huius farinæ viros iraſcar,dũ eos video ita facilitèr abſq. ratione aliqua reliquos, qui ipſorum opinioni adhærere noluerunt,contemnentes,& iniurijs, atq. contumelijs afficientes,quorum aliquoties ipſi digni nõ ſunt ſoluere corrigiam calceamenti.

Primam igitur opinionẽ,vt ſcilicet ad cõfirmationẽ huiuſce donationis,per mortẽ donatoris,requiratur traditio veriorem exiſtimo.

36 Quæ † tamen ſanè intelligenda eſt, vt nõ ſit neceſſariũ quòd ea traditio fiat ſemper tẽpore donationis: ſufficit enim quòd fiat poſteà, viuente tamen donatore, Bal. in c.1.§.ſi quis in ſi. de feu. dat.in vim legis communis in lib. feu. Palat.Rub.in allega. tub. de dona. inter vir.& vxor.§.76.nu.1.ad id eſt optima additio ad Bar. in allega.l.Papinianus,ſuper verbo,vera,vel ficta ff.de dona.inter vir.& vxorem.

37 Rurſus † eadẽ opinio eſt ſanè intelligenda, vt non ſemper ſit neceſſaria vera traditio, ſed ſufficit quòd fiat per aliquem actũ fictum,putà per conſtitutũ,vel aliàs,ita Bar.in d. l. Papinianus,& ibi optima additio verbo,vera,vel ficta, quæ allegat Bal.in allegato §. ſi quis,latè Palat. Rub.vbi ſuperiùs in alleg.§.76. Iul.Clar. de donatione.c.5.n.6.plures ad idẽ allegat, & ſequitur Sanchez de mat.diſp.14.num.12.lib.6.

Dubium tñ maximũ eſt,& quidẽ difficile ex Iuriſconſulti ſentẽtia in §.ſi ambo l. cũ hic ſtatus de dona.inter vir.& vxor.quos nos enuclea re oportet antequam ab hac tertia limitatione diſcedamus,nunquid ſi pater, & filius ſimul in bello,ruina,vel naufragio pereãt, ita vt nõ appareat quis cui ſuperuixit,an tunc cẽſeatur cõualidata huiuſmodi donatio à patre filio facta,

38 nec ne:In qua † dubitatione concludẽdũ exiſtimo conualidari, ſiue quia pater præſumatur prius mortuus,quàm filius,quãdo ambo ſimul pereunt,ex famigerato §.cũ in bello l.qui duos ff.de reb.dub.*cum in bello* (inquit)*pater cum filio periſſet,materq; filij quaſi poſtea mortui bona vendi caret: Agnati vero patris quaſi filius ante periſſet: Diuus Adrianus credidit patrẽ prius mortuũ*, vbi * tradunt cõmuniter ſcribentes,& eam præſumptionẽ latè exornat laco.Menoch. de prẽſum. lib.6.præſumptione 50.à nu.21.cũ ſequent. aliqua non pænitenda tradit Dida.lib. 2. var.c.7. per tot.& Ema.à Coſta in repeti.d.§. cũ in bello,qui rationes adducunt huiuſce præſumptionis.Ego pro ea,quòd locũ in noſtro caſu habere debeat,magni facio quòd ſuffragetur validitati actus,ita vt ea ſtante ſuſtineatur,ea verò nõ

39 ſuffragãte corruat,quòd † ſciam in dubio eam eſſe faciendã interpretationẽ,& prẽſumptionẽ ſumẽdam,vt actus potiùs valeat,quàm pereat, vulga.l.quoties 2.ff.de reb.dub.& præſumptionem hanc pro validitate actus reliquas omnes vincere,vt tradit Rippa in l.Centurio nu. 166. ff. de vulga. & latiſſimè, & laboriosè exornat Menoch.de præſump. lib. 6. præſump. 4.varia ad hoc propoſitũ ità doctè,ſicut & ſubtiliter,vt

40 idem ipſe dicit,cumulans.Hac † præſumptione motus I.C.in l.ſi ij qui inuicẽ ff.de mor.cau. dona.ſi credamus Accur.ibi verbo,ſuperuixit, ad confirmationẽ donationis cauſa mortis à duobus ſibi inuicem factæ, cum ambo pariter deceſſiſſent,reſpondit neutrius hæredẽ repetere poſſe,quia neuter alteri ſuperuixit.

Siue etiam quòd hæc donatio à patre filio facta quòad confirmationem ęquiparetur, & pari paſſu ambulet cũ donatione,quæ fit inter virum,& vxorem, iuxta Roma.Cæſar. ſententiam in allegat.l.donationes,quas parentes C.

41 de dona.inter virum,& vxorem: hęc † autem conualidata cenſetur per mortem vtriuſq. pariter,& eodem tempore contingentem, tex.expreſſus in l. cum hic ſtatus §. ſi ambo ff. de dona.inter vir.& vxorem l.ſi inter,de rub.dub.l.ſi ij qui inuicem ff.de dona.cauſ. mor. vbi communiter doctores. *

42 Hanc † traditionẽ reprobat Ema.Acoſta in d.§.cum in bello l.qui duos de rebus dub. verbo,patrem priùs mortuum,num. 16. dicens eã nec ex primo,nec ex ſecundo capite ſuſtineri poſſe:Ex primo quidem,quia quòd pater prẽſumatur prius mortuus,quàm filius, locum tãtùm habet quando agitur de legis diſpoſitione,vt quando filius ex legis diſpoſitione patri ſucceſſurus foret,& ita dicit procedere tex.in d.§.cum in bello,ſecus verò quãdo de hominis diſpoſitione tractatur, vt quia ex hominis diſpoſitione ſuccedere filius patri deberet: tunc enim nõ prẽſumitur filius patri ſuperuixiſſe,quæ quidẽ diſtinctio anteà fuerat Bar.in l. quod de pariter ff.eo.tit.de tub dub.& aliorum quos refert idem Acoſta vbi ſuprà num.1. ſeptima ſo-

43 lutione,& in verſ.quare cũ & d.nu.16.Ex † poſteriori etiã capite eã traditionẽ procedere nõ poſſe perſuadere ſatagit Acoſta in d.num.16. ex eo quòd exiſtimet ęquiparationi factæ inter donationem inter virum, & vxorem, & donationem hanc inter patrem, & filium, in hac materia, locum eſſe non poſſe,propterea quòd non militet eadem ratio in vtraque: ex eo enim (inquit) prohibeantur huiuſmodi donationes inter virum, & vxorem

ne mu-

ne mutuo amore ſpolientur donationibus nõ parcentes, quæ ratio prohibendi cum ceſſet in vltimis vitæ momentis, cum tunc iam ipſi pauperiores vix fieri poſſint, nihil mirum ſi lex fingat, prouti fingit, cõiugem donatarium donatori ſuperuixiſſe, cęterũ in donatione inter patrem, & filium, cum ea non improbetur propter aliquam iuris prohibitionem, ſed imò propter quandam iuris impoſſibilitatẽ, ne dicamus patrem donantẽ ſibi ipſi donare, & acquirere, vti ſuperiùs in principio præcedentis glo. latè deduximus, quæ ratio militat etiam in vltimis vitę momentis quando ambo pariter, & eodẽ momento pereunt: quoniam durat adhuc patria poteſtas, & effectus illius acquiſitio, nihil mirum ſi dicamus in ea locum non fore huiuſmodi pręſumptioni.

44 Cæterùm, †meo iudicio, rationes Acoſtę parum vrgent, vt à ſuperiori firmitèr firmata opinione diſcedamus: quod enim attinet ad diſtinctionem inter diſpoſitionẽ hominis, & diſpoſitionem legis, vt primo caſu non præſumatur pater priùs mortuus, quàm filius, poſteriori verò caſu ſic, ea iure non probatur, licèt Bartholi ſit, vti optima ratione comprobat Dida. d. c. 7. lib. 2. var. reſol. num. 7. Peregri. de fideicom. art. 43. num. 53. verſi. Accurſius autem, & Meno. d. pręſumptione 50. num. 19. lib. 6. quibus additur Purpura. in conſ. poſito inter deciſ. Oſaſ. poſt deciſ. 108. nu. 5. ex Socin. in l. ſed & in illo nu. 3. ff. de reb. dub. Ratio eſt elegans, quia vtroq. caſu militat ratio, quam conſiderarunt doctores, huiuſmodi pręſumptionis prioritatis mortis pa-
45 tris, quàm filij, quę† eſt, inter alias, ratio ordinis inter patrem, & filium: aſcendentes, & deſcendentes quantùm ad ſucceſſionem propter cõmune votum parentum, quæ facit, vt priùs aſcendens præſumatur mortuus, quàm deſcendens, ne naturæ ordo turbatus dicatur, ad d. §. cum in bello, & §. fin. l. qui duos ff. de reb. dub. & l. cum pubere eo. tit. l. nam etſi parentibus ff. de inoffi. teſta. Dida. in allega. c. 7. nu. 8. verſ. his obſtare videtur, Oſaſ. deciſ. 108. nu. 4. Purpu. in d. conſ. poſito inter dictas deciſ. Oſaſci poſt dictam deciſ. 108. nu. 5. Acoſ. in d. §. cum in bello, verbo, Diuus Adrianus credidit, nu. 3. Peregri. de fideicom. art. 43. n. 53. verſ. fallit in aſcẽdẽte, qui omnes ad id allegant Socin. qui antè eos hanc rationem tradiderat in d. l. ſed & in illo nu. 7. ff. eo. tit. de reb. dub. & in §. cum in bello nu. 2. & in §. ſi lucius nu. 1. d. l. qui duos: Et quod attinet ad ęquiparationem donationis inter patrẽ, & filiũ, cũ donatione inter virum, & vxorem, fictam, non video quomodo poſſit eam reprobare Acoſ. poſtquàm primus omnium Imper. eam probauit in hac eadem materia cõfirmationis vtriuſq. donationis in ſæpè allega. l. donationes, quas parentes C. de dona. inter vir. & vxorem, & ideò nos optima ratione in-
* propoſito eas inter ſe ſe ęquiparauimus, vtpotè quia militet in hoc noſtro caſu donationis à patre filio factæ, quando ſimul perierunt, eadem illa ratio, quæ donationem inter virum, & vxorem facit ſuſtineri, quando etiam ambo eodem caſu interempti ſunt, quia videlicet verè dici poteſt eo caſu donantem nõ ſuperuixiſſe donatario, poſtquàm non conſtat quis eorum priùs deceſſerit ad l. ſi inter ff. de reb. dub. vel (q. idem eſt) quia dici non poteſt q. is qui donatũ accepit, prior vita deceſſerit, ad l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo, vel finaliter quia dici non poteſt alterum alteri ſuperuixiſſe ad. l. ſi ij qui inuicem ff. de dona. cauſ. mor. quæ ſufficiunt, per dicta iura, ad huiuſmodi donationis inter vir. & vxorem confirmationem quando ſimul ambo eodem caſu perierunt, exornant Dida. & Menoch. vbi ſuperiùs, ille num. 4. circa finẽ, hic verò nu. 8. nec video quid hoc caſu importare poſſit ratio diuerſitatis prohibitionis inter has donationes ab Acoſta conſiderata, quia ratio huis confirmationis donationis inter virũ, & vxorem quæ fit per mortem vtriuſq. eodem tempore contingẽtem, nõ eſt propterea quòd ceſſet tunc ratio prohibitionis, & ea quam ſuperiùs aſſignauimus, vti ex iuribus ibi allegatis clarè liquet, imò, ſi verum eſſet quod aſſeuerat Acoſta pari modo dicendum foret validam futuram etiamſi ambo eodem tempore non deceſſiſſent, imò etiam ſi clarè conſtaret donatariũ priùs mortuum fuiſſe quàm donatorem, quia etiam tunc ceſſaret ratio prohibendi. Minus videtur ſuſtinenda quòad donationem inter patrem, & filium conſideratio Acoſtæ quòd ex eo non conualidetur per mortem vtriuſq. pariter, & eodem temporis ſpacio ruina, vel naufragio, vel aliàs contingentem, quia id nõ patitur impoſſibilitas acquiſitionis inter ipſos, quę non ſert poſſe patrem aliquid à filio, nec filiũ, ſi eſt in eius poteſtate conſtitutus, à patre acquirere: nihil (inquam) valet huiuſmodi conſideratio, quia ſi vera foret nec poſſet hæc inter patrem, & filium donatio conualidari per mortem donatoris ante donatarium contingentẽ, quia tunc eodẽ modo cõſiderari poſſet impoſsibilitas acquiſitionis inter ipſos ab Acoſ. perpenſa, quod eſt contra tex. in d. l. donationes quas parentes, & communem doctorum opinionem ſuperiùs ſecurè cõſtitutam.

Vera igitur erit noſtra ſuperũ tradita opinio, quòd videlicet cõfirmetur huiuſmodi donatio à patre filio facta per mortẽ vtriuſq. pariter, & eodẽ tẽpore cõtingẽtẽ, pro qua, vltrà ſupradicta, ego cõſidero quòd Imp. in d. l. donationes quas parentes, præter id, quòd non excedat quantitatem legitimam, tantùm requirit ad illius cõfirmationem ſilentiũ donatoris, quod

nemo dicet non duraſſe vſq.ad vltimum vitæ ſpiritum in noſtro caſu,poſtquàm non conſtat de pœnitentia donatoris : conſidero finaliter verba l.C.in d.l.cum hic ſtatus in fine principij,ibi.*quod ſi in obſcuro ſit proclivior debet eſſe iudex ad comprobandam donationem &c.* per quæ verba Iureconſ. agens quomodo, & quãdo donatio inter vir.& vxorem cenſeatur per pœni-
46 tentiam reuocata,tradit † quòd ſi de ea clarè apparet,infirmatur donatio, ſin minùs in dubio ,p validitate donationis iudicandum eſt.

47 Temperanda † autẽ eſt prædicta præſumptio, quòd pater præſumatur priùs deſceſſiſſe, quàm filius quãdo ambo ſimul in bello,ruina, 50
vel naufragio perijſſent,vt non procedat in filio impubere:is enim, propter imbecillitatem ætatis,priùs deſceſſiſſe præſumeretur l.qui duos 51
§.vlt.in fin.ff.de reb.dub.& l.ſi mulier eo.tit.l. inter ſocerum,in prin.de pac.dotal. benè Menoch.allega.præſumptione 50.numer.30.lib.1. pro qua limitatione in matre,& filio impubere
† ſimul pereuntibus *declarauit* Senatus Neapol. de anno 1589.teſte Vincẽ. de Frãch.deciſ.454.

Qui plura circa hanc præſumptionem,quæ 52
ad multa non leuia in arduis cauſis ſeruire poterunt,videre voluerit,recurrat ad Dida. Purpura.Oſaſ. Acoſta,& Peregri. in locis ſuperiùs allegatis,qui, præterquàm quòd mirificè materiam hanc pertractant, doctores etiam allegant omnes,qui de ea egerunt, & ſignãtèr magni facienda in his eſt doctrina Dida. vt aduertunt,& valdè commendant Menoch. nume.1. in allega. præſumptione 50. Acoſta verò in d. 53
verſ.patrem priùs mortuum, in final. verb. & Oſaſ.deciſ.108.etiam circa finem.

48 An † autem huiuſmodi confirmatio donationis per mortem donatoris contingens traha tur retrò, vt cenſeatur valuiſſe ab eo die, quo facta fuit,an verò à die mortis patris, doctores
* communiter diſtingũt:aut enim quæritur de retrotractione reſpectu dominij, aut reſpectu fructuum perceptorum,primo caſu non retrotrahitur,poſteriore verò caſu ſic,Palat.Rubeos 54
in rub.de dona.inter virũ,& vxorem §.72.n.1. Dida.in rub.de teſtam.3.p.nu.5.Iul.Clar.de donat.q.9 n.7.qui allegant Ioan.Crot.in l. ſi quis pro emptore ff. de vſucap. apud quem dicunt
* eſſe huiuſce quæſtionis diligẽtẽ diſputationẽ, benè Bar.in l.1.§.ſi pater in prin.ff.pro dona.& in alijs locis per ſupradictos allegat.Ioſeph.Ludo.deciſ.peru.66.nu.35.qui omnes eam opinio
* nem ſequuti ſunt ex glo.cõmuniter recepta in d l.donationes,quas parẽtes,verbo,refferatur, C.de dona.inter vir.& vxorem.

49 Verum † ego tex.video ſatis apertum in allegata l. donationes,quas parentes, in verſi. ſi verò C.de dona. inter vir. & vxor, qui nedum quòad fructus,ſed etiã quòad dominiũ dona-

tionẽ hanc retrotrahi probat:*ſi verò* (inquit Imper.) *vel non amplior ſit donatio , vel cum amplior eſſet,in actis inſinuata ſit, tunc & ſilentium donatoris,vel donatricis, vel ſpecialis confirmatio ad illud tempus referatur,quo donatio conſcripta ſit ſicut & aliàs ratihabitationes negotiorum geſtorum ad illa reduci tẽpora oportet,in quibus contracta ſunt*,quem quidẽ tex.vt id probet, dupplicitèr inducit Fachine.controuer.iur.lib.3.c.75. primò quia ſimplicitèr,& abſolutè diſponit donationem referri ad illud tẽpus,quo conſcripta eſt : hic eſt autẽ effectus donationis vt dominiũ rei donatæ per eam transferatur in donatarium, quia † donatio eſt doni datio l.Senatus ff.de dona. & qui donationẽ habet,fructus quoq. cõſequitur l.& ex diuerſo §.vbi autẽ ff. de rei vendica. l.1.& 2.C.de pig.actio. ſecundò † quia tex. vtitur exemplo ratihabitionis:cõſtat autẽ ratihabitiones ita retrotrahi vt dominiũ retrò fingatur acquiſitũ,l.ſi hac mẽte.ff.de nego. geſt. viden.Pinel.in l.2.C.de reſcinden.vendi.1.p.c.4. nu.51.viden.Vini.deciſ.421.nu.4 lib.3. qui non audet ſuam in his dicere ſententiam.

Supradicta† tñ omnia,circa huiuſmodi donationis inter patrẽ,& filiũ cõfirmationẽ, ſanè intelligẽda ſunt,vt procedant dummodo non excedat donatio quãtitatẽ præſcriptã ab Impe. in l. ſancimus C.de dona.vel *ſi excedit* , dummodo in actis inſinuetur: aliàs enim non confirmatur per mortẽ patris ante filiũ cõtingẽtẽ, probat manifeſtè tex. in d. l. donationes quas parentes C.de dona.inter vir.& vxorẽ.

Cæterũ † an in totũ vitietur huiuſmodi donatio non inſinuata,an verò in exceſſu tantũ, aliter,pro nunc,non eſt cordi examinare,locũ expectans cõmodiorẽ in hoc tractatu , videto interim Andre.Franchine.controuer.iur.lib.3. c.72.per tot.qui in propria noſtra materia tenet non vitiari niſi tantùm in exceſſu,& reſpõdet allegatæ l.donationes quas parentes, quæ videtur contrarium ſtatuere , idem tenet Iul. Clar.de dona.c.17. num.3.

Vltimò † pro huius materiæ complemento annotandum eſt donationẽ hanc patris in filium,quę morte confirmatur,vltimę voluntatis ſequi naturam,& quod ex ea capitur, vim obtinere relicti,tenent cõmuniter ſcribẽtes in
* l.in donationibus C.ad legem falcid.& in alijs mille locis relatis per Tiraquel.in repeti.l.ſi vn quàm verbo,libertis,à nu.119. C. de reuocan. dona.Iul.Clar.§.donatio c.9. nu.6.Molina de primoge.Hiſpa.lib.1.c.12.nu.9.& 10. Pala. rub. in repeti.rub.de dona.inter virum , & vxorem §.69.in prin.& alij per eos allegati.

Vnde † infertur quòd propterea ex huiuſmodi donatione ſic confirmata deducitur,& detrahitur falcidia,ſicuti de alijs, quæ ex relicto capiuntur,d.l.in donationibus C. ad falcid.

l.cum

l.cum hic ſtatus in fin.prin.ff.de dona.inter vir. * & vxor.ita tenent communiter doctores ſuperiùs adducti.

56 Quo modo † autem petatur donatio,quę morte confirmatur,an vt legatum, an verò vt fideicomiſſum, vel quo iure Guid. Pap. deciſ. 212.nu.3.

57 Quarta † limitatio principalis noſtræ cõcluſionis eſt,vt non procedat quando huiuſmodi donationi à patre filio factę, fuiſſet appoſitum iuramentũ:tunc enim ea donatio ſtatim valeret: * hæc opinio eſt communiſſima, & eam tenent ferè omnes,quos longi' eſſet recenſere, quàm ſubtile,quã plurimos refferunt Iul.Clar. de dona.queſtio.8.circa fin.ineptum dicens fore aduocatum, qui eam vellet in diſceptationem deducere, quia in practica nullã ſolet habere difficultatem,Rimin.in §.1.inſt. per quas perſonas,nu.98. Viui. in commu. opin. verbo, donatio,lo 2.& deciſ.514. num.36. Ficar. inter cõmunes opiniones,Baptiſ. Vilallobos nu.131. Eman.Soarez à Ribey.in theſau.recep.ſenten. verbo,donatio, nu. 197. Mathe. in eiſdem cõmu.opin.eo.verbo,donatio,nu. 2. Ioſeph. Ludoui.deciſ.peruſ.71.num.19. latè Ioan. Gutier. de iura.confir.par.1.c.4.in prin. qui ſignanter reffert Iaſ.in l.frater à fratre in 1.lectu.num.44. & in repeti.num.43.ff.de condic. indeb.dicentem temerarium eſſe ab hac opinione tam in iudicando,quàm in conſulendo recedere,& Iacob.Menoch.in ſæpè allegã.præſumptione 29. num.fin.lib.3.latiſſimè Dida à Segura in repeti. §.ſed ſi fundum l.vnum ex familia ff. de lega. 2.à nnm.133.cum ſequent.& ibi additio Dida. Perez,plures allegat Micha. Graſ. de ſucceſ.§. legitima, quæſt.13.num.11.Carroc.deciſ.62.nu. 10.latè Seraphi.in trac.de priuileg. iuram.priui leg.72.num.1. Camil.Bortel.in addi.in Bellug. in ſpecul.Princip.rub. 12. §. quædam,in littera O.Decia.reſp.74.nu.3.vol.2.

† Atq.ita pro hac opinione *deciſum* fuiſſe in Senatu Grationopoli.de anno 1469. teſtatur Guid.Pap.deciſ.146.circa fin.& de anno 1540. Raboc.in additione ad Guid. in eadem deciſ. *deciſum* dicit,& in Sena. Pedemon. de annis † 1563.& 1589. teſtatur *declaratum* Antho. The- †† ſau.deciſ.32.num.10.& fin.ſimiliter idem *deci-* † *ſum* fuiſſe in Sena. Beren. auctor eſt Franciſcus Viui.deciſ.514.numer.1.& num.36.lib. 4. & in Sena.Sabuſ.fuiſſe itẽ idẽ *reſoluũ*,& determinatum reffert Antho.Fab. in ſuo Codice lib.8. tit.34.de dona.diffini.1.

58 Rationes † huius receptiſſimæ opinionis tradunt Iul.Clar.Gutier. & Seraphi. vbi ſuperiùs & additio ad Guid. Pap.ad allega. deciſ. 146. verbo,naturalis obligatio,& verbo,tenet: alias quinq.rationes ad eiuſdem communiſſimę traditionis corroborationem adducit Segura vbi ſuperiùs ſimul cum tribus alijs rationibus ad *illius impugnationẽ*,quas tradit,& ſoluit 2 nu. 139.cum ſequent.quas ego libens pertranſeo, quippe qui neminem exiſtimem futurum, qui in ea dubitare,ne dicam ab ea recedere, poſt quàm videat à tot, tantiſq. doctoribus eam receptam,& à tot,tantiſq. grauiſſimis Senatibus approbatam, audeat.

59 Verum eſt † quòd poſt hęc ſcripta prodijt in lucem var.reſol.liber Marij Anthonini Maceraten.qui lib.2.reſolu.49.num.6.7.8.& 9.tenet nullo modo poſſe donationem hanc iuramento confirmari,vel validã fieri, & eam opinionẽ dicit veriorem, veriſimã,& equiſimã, duabuſque vtitur rationibus ad illam confirmandam,quarum nos primam omittemus, quia ſatis,ſuperq.doctores pro noſtra opinione allegati ei reſpondent:ſecundã, vti nouã, nouè diluemus:eſt igitur ratio quòd iuramẽtũ habet vim clauſulæ,omni meliori modo &c. prouti non ſemel docuimus in hoc libro,dum de donatione omnium bonorum ageremus, ſed

60 donatio † inter patrem,& filiũ facta nihilominus nulla dicitur etiam ſi clauſula in ea apponatur, vt valeat *omni meliori modo* &c. Ang.conſ.17.col.4.ergo etiam inualida dicetur licèt iuramentum fuerit in ea *interpoſitũ*: peſſima argumentatio licèt noua: argumentatio

61 enim † ab æquiparatis licèt affirmatiuè procedat, vt quod competit ei,cui fit æquiparatio,competat etiam æquiparato,non tamen procedit negatiuè, vt quod priori non competit,nec etiã competat poſteriori; ſolent enim huiuſmodi argumenta fieri ad augendam, ſeu magis demoſtrandam vim æquiparati, non ergo debent operari contrarium effectum diminutionis,vt propterea dicere valeamus æquiparatum non habere niſi id tantùm,quod illud, cui æquiparatur:exemplum ſubijciamus, quo clarior res fiat,plures ciuitates,& opida habent priuilegia in hac prouincia,quòd gaudeant omnib' priuilegijs,quibus Ciuitas Barcinonæ illi' caput,ergo quòd propterea diceremus nõ habere, nec habere poſſe alia priuilegia,quàm quæ ciuitas Barcinonæ,quid,quæſo, abſurdius dici poſſet? itẽ habem' *in iure* doctores gaudere priuilegio militari,ergo non habent nec habere poſſunt alia priuilegia,præter ea,quę milites habent, non eſt bona cõſequẽtia,ergo nec bona etiam erit,quã Mar.Antho.facit de æquiparatione iuramẽti cum clauſula,omni meliori modo &c. hęc clariora ſunt quã quòd debeam' amplius in eis immorari.

62 Ampliatur † hæc limitatio, vt procedat licèt filius, cui facta fuit a patre huiuſmodi donatio iurata,deceſſerit viuẽte patre: nõ enim proindè reuocatur,ſed *firma manet*, *Dida. in rub.* de teſtam.pat.2.nu.10.& lib.2.var.reſolu.c.7.nu.5.

Gayl.practi.obseruа.lib.2.obser.40.nu. 5.Ioan. Gutier.de iura.confir.par.1.c.4.num.8. Craue. in cons.102.per tot.Thesau.decis.32.n.13. Seraphi.priuileg.71.nu.47.

Et licèt hæc opinio controuersa sit: contrarium enim tenet Bal.in cons.19.& 398. lib.1.& 294.lib.3.Dec.in cons.240.Gramma.decis.103. num.75.Rip.respons.4. lib. 3. latissimè Meno. cons.84.vol.1.dicens num.9.hanc opinionem
* sine difficultate receptiorem fore, & alij, quos reffert Thesau.vbi suprà,ea tamen est omninò tenenda,quia aliàs nihil operaretur iuramentum, si ad donationis iuratę validitatem requireretur,quòd donator priùs moreretur, quàm donatarius,cum id sufficiat in donatione non iurata, vti superiùs firmitèr constitutum fuit,
† atq.ita *declarauit* Senat.Pedemont.die 29.nouembris 1563.vt auctor est Thesau.vbi superi', † & anteà ita *iudicauerat* Senatus Grationopol. de anno 1543.vt testatur Craue.in d. cons.102. † & posteà ita *decidit* Senat.Apuliæ, vt auctor est Fran.Viui.(quem apud multos virum timoratæ conscientiæ reperij nominatum)decis. 421. lib.3.dicens eam declarationem fuisse ordinatè Spiritu Sancto duce,factam, ibi, sivis,plures leges rationes in huius opinionis confirmationem,reffert postea idem Viui. in num. 16. infin.idem sæpenumero fuisse *iudicatum* in Rot. † Senen.& Florentiæ,& etiã *iudicasse* Sena. Neapoli.reffert Vtil. in addition. ad Afflic. decis. 315. in fin.prouti postea de anno.1575.ita etiam † *decisum* fuisse iunctis consiliarijs duarum aularum testatur Vincen.de Franchis decis.59.& † finalitèr ita *decisum* in Sena.Sabusia.auctor est Anthonius Fab.in suo Codice lib.5.tit.11.de dona.inter vir.& vxor.defini.2.

63 Declarat † tamè hanc limitationem Iacob. Menoch.vbi superiùs ex sententia Coras.in sępè allega.l.frater à fratre circa fin. de condic.in deb.q.anteà dixerat Fulgos.in cõs.199.Auster. in additione ad capel.Tolos.quæst.262.& Mathe.in additione ad decis. Guid. Pap.146.vt intelligatur,non quòd per iuramentum fiat valida huiusmodi donatio, sed q. pater teneatur ad illius obseruantiam:Cęterùm ego, qui effectum potiùs,quàm modum obseruandum arbitror, parui facio an isto, vel alio modo subsistat nostra limitatio.

64 Eandem † limitationem alij declarant, vt tantùm procedat,quando pater non simpliciter iurauit donationem, sed quando iurauit expressè eam non reuocaturum,nec bona donata à filio,ratione patriæ potestatis, repeturum,tenet Segur.in allega.repeti.§.sed si fundum l.vnum ex familia ff.de leg.1.numer.139. & ibi Dida.Perezin additione, qui propè infinitos ad id allegat,Menoch.tamen vbi superi' ex sententia Alcia.in c. cum contingat, nume. 108.vers.quartò infertur,de iure iur. non ita simpliciter limitationem hanc nostram intelligit,sed eam multò magis procedere dicit, quãdo iuramentum prædictum de non reuocando,nec repetendo,foret in huiusmodi donatione interpositum.

65 Ampliatur † etiam hæc limitatio,vt procedat nedum in donatione inter patrem, & filium facta,sed in quacunq.conuentione, & cõtractu inter ipsos initis, quę proculdubio firmantur iuramento, vti ex Alex. in cons. 8.& in cons.157.vol.1.tradit Seraphi. de priuileg.iura.priuileg.72.nu.4.

66 An † autem iuramentum,quod interponitur huic donationi suppleat deffectum nedum patriæ potestatis,sed & insinuationis nõ factæ, casu quo quingentorum aureorum summam excedat,disputat benè Tel.Fernan.in l. 17. tau. à numer.108.cum sequent.vbi quòd sic, quando appositum foret iuramẽtum non limitatè, putà de non contraueniendo ratione minoris ętatis,vel aliàs,sed generaliter de non contraueniendo ex quacunq. causa, idem antea tenuerat Dec.in cons 239.nu.13.Rimin.in §.1. insti.quib.aliena.licet,vel non,à numer.259.Mago.& ab eo citati decis. Floren. 64. numer.17. contrarium tamen tenet Antho.Fab.in suo Co † dice lib.5.tit.11.diffini.3.atq.ita *declarasse* Senatum Sabusianum docet, tu istos consulito quã do continget hac de re fore disputandum.Adde Cęsar.Barz.benè,& pulchrè primã opinionem stabilientem decis.Bononi.25. numer.64. † vbi habes ad id illius Rotę *decisionem*.

Ex quibus infertur,quòd cũ hodie ex generali cõsuetudine vbiq.ferè terrarum,ac præsertim in nostra Cathalonia, prętèrquàm in pauciss imis casibus per nostras constitutiones expressis, receptissima, soleant contrahentes suos contractus iurisiurandi religione munire,& de eis non reuocandis, vel etiam de non contraueniendo eodem iuramento solẽpnitèr promittere(id quod vtiq.obseruant notarij,huiusmodi contractus recipientes, absq. aliqua præuentione partis) indè dicendum est dubitationi de validitate huiusmodi donationis à patre filio, in eius potestate existẽti,factæ, locũ nullatenus esse posse, quando de ea (quod fit ferè semper) cõficitur instrumentũ.

67 Vndè & consequentèr licèt alij sint casus, præter supradictos, in quibus patris in filium donatio de iure sustinetur,quorum quinq. recenset Menoch.vbi superius, causa videlicet dotis,studiorum,& legitimæ, (in quibus tamẽ duobus casibus proximioribus Hieronymus * Ceuallos communem contra communem reffert doctorum opinionem in prac. quæsti. cõmu.contra commu.lib.1.q. 245.& 268.) quando pater est princeps, quando consentit vni filiorum

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

filiorum donanti bona vel profectitia, vel alia bona patris,& alij alios,quãdo videlicet patet donat,vel remittit filio vſumfructũ, quem habet in bonis aduentitijs ipſius filij, pro quibus ſunt viden. Segura vbi ſuperiùs à num.117.cum ſequent.Socin.& Duen.& alij in volum.regul. iuris,verbo,donatio,qui plures alias limitationes,& ampliationes huiuſce noſtrę concluſionis,& declarationis ad ſaturitatem vſq. adducunt: licèt(inquam)alij ſint caſus in quibus ſuſtinetur hæc donatio,in eis tamen ampliùs inſiſtendum non exiſtimo, poſtquàm præcipuum caſum,quando videlicet interponitur iuramẽtum,quod in omnibus ferè huiuſmodi donationibus interponi ſolet,ſatis ſuperq. explicani: valdè enim otioſum foret per mẽdicata ſuffragia validitatem huiuſce donationis ex alijs cauſis quærere,poſtquàm hanc claram,& expeditam interpoſitionis iuramenti in omnibus ferè donationibus habemus.

68 An † autẽ hæc donatio iurata, & quæcunq. fiat à patre filio ſtatim valituta,collationi inter fratres faciendę,ſit ſuppoſita, & in legitimam imputetur, diximus ſuprà hac eadem clau. glo. 1.num.43.& 48.

SVMMARIA.

1 *Bona filijfamilias aut ſunt caſtrenſia,aut quaſi, aduentitia,aut profectitia.*
2 *Bona caſtrenſia quæ ſint.*
3 *Bona quaſi caſtrenſia quæ.*
4 *Filiusfamilias ſuper caſtrenſibus,vel quaſi,ad libitũ poteſt contrahere.*
5 *Mulieres an poſſint habere bona caſtrẽſia,vel quaſi, remiſſiuè.*
6 *Bona profectitia quæ dicantur.*
7 *Profectitia bona ſunt patris tàm quòad proprietatẽ, quàm etiam quòad vſumfructum.*
8 *Bona profectitia non confiſcantur propter delictum filij*
9 *Bona profectitia quando in peculiũ, vt adminiſtrẽtur,ſunt per patrem filio conceſſa, poteſt filiusfamilias ſuper eis contrahere,& obligat patrẽ quatenus eſt in peculio.*
10 *Bona aduentitia quæ dicantur,& ſunt filij quòad proprietatem,patris autem quòad vſumfructum.*
11 *Patria poteſtas eſt cauſa quod in aduentitijs habeat pater vſumfructum.*
12 *Vſusfructus bonorum aduentitiorum filij non ceſſat per mortem illius,vbi deciſiones noſtri Senatus.*
13 *Pater an teneatur ex vſufructu aduentitiorum alere filium,vbi deciſ.Sena.Sabuſ.*
14 *Pater in omnibus caſibus,in quibus habet vſumfructum in bonis filij,eſt etiam illorum legitimus adminiſtrator.*
15 *Filiusfamilias extra patris conſenſum non poteſt ſtare in iudicio, etiam ſi ſit maior,vbi deciſ. Senat. Gratianopol.*
16 *Filiusfamilias non poteſt ſine dicto conſenſu bona ſua alienare.*
17 *Bona aduentitia,in quibus pater habet vſumfructũ, non confiſcantur.*
18 *Filijfamilias in Cathalonia ex iure municipali non poſſunt vllum contractum facere,ſiue ſint in poteſtate,ſiue non,& ſiue maiores,ſiue minores ſint,& num.41.vbi deciſiones noſtri Senatus.*
19 *Pater pro vſufructu bonorum aduentitiorum filij nõ tenetur cauere,nec aliàs rationem reddere.*
Sed an teneatur conficere inuentarium, ibidem remiſſiuè,& num.65.
20 *Pater non ſemper habet vſumfructum bonorum aduentitiorum filij,remiſſiuè.*
21 *Pater non habet vſumfructum in dote aduentitia.*
22 *Pater non habet vſumfructum quando filius relinquitur aliquid ea conditione,quòd patri non quæratur.*
23 *Prohibitio tacita ſufficit,vt patri non quęratur vſus fructus.*
24 *Patri non cenſetur prohibitus vſusfructus aduentitiorum filij per prohibitionem adminiſtrationis, vbi deciſiones noſtri Senatus.*
25 *Vſusfructus nec tacitè,nec expreſsè cenſetur patri prohibitus,niſi id,& non aliud,verba importent.*
26 *Prohibitionis adminiſtrationis bonorum filij, quæ fit patri,ratio eſt damni vitatio filij,vſusfructus autẽ lucri captatio.*
27 *Patri non cenſetur prohibita adminiſtratio de bonis filij,licèt ſit prohibitus ſibi vſusfructus, & nu.36. & 37.vbi deciſ.Rot.Marchi.in contrarium.*
28 *Pater ſemper præſumitur optimum capere pro filio conſilium,& ei eſſe fidelior amicus.*
29 *Adminiſtrandi ius non competit patri ratione vſus fructus,ſed imò patria poteſtatis.*
30 *Mater non eſt legitima adminiſtratrix bonorum filij,vbi quædam deciſio reprahenditur, & alia noſtri Senatus laudatur.*
31 *Mater non habet filios in poteſtate,nec vſumfructũ in illorum bonis.*
Intellectus tex.in l.fin.§ ſin autem in ſecunda etate C.de bon.mat.ibidem.
32 *Intellectus tex. in prin. auctẽ. vt liceat matri, & auiç.*
33 *Pater tenetur rationem reddere adminiſtrationis bonorum filij,quando in eis non habet vſumfructum.*
34 *Bona,in quibus pater non habet vſumfructum,inſtar peculij caſtrenſis,filij ſiunt.*
35 *Donationes Regum, & Principum multis gaudent priuilegijs.*
38 *Vſufructu prohibito an cenſeatur etiam prohibita commoditas,remiſſiuè.*
39 *Prohibitio vſusfructus an operetur reſpectu legitimę, remiſſiuè.*
40 *Prohibito vſufructu,an cenſeantur prohibita alimẽta.*

41 Consti.1 & 2.de minor. 25. annorum intellectus vt procedant tam in castrensibus,vel quasi,quàm in alijs.

42 Pater in bonis filiorum emancipatorum nihil habet.

43 Consensus quando censeatur requiri ad integrandam personam alicuius.

44 Statutum quod prohibet,nihil omninò posse filios sine consensu parentum contrahere,non videtur aliud facere,quàm prohibitionem Macedoniani, qua loquitur in mutuo, ad alios contractus extendere.

45 Lex noua addens,vel detrahens antiquæ legi recipit omnes restrictiones,& interpretationes, quas lex antiqua,vbi multa exempla.

46 Auctoris opinio circa quæstionem,an cõstitutio.prima,& secunda de min.habeãt locum in castren. vel quasi.

47 Minor de iure contrahere potest,& obligari ciuiliter,& naturaliter.

48 Filius familias de iure contrahit,& obligatur.

49 Statutum,quod ius commune corrigit,non recipit illas restrictiones,& limitationes.

50 Lex noua an dicatur conformis iuri communi,quando,si non concordat cum regula generali, saltẽ cõuenit cum aliqua illius limitatione.

51 Lex noua,vt dicatur antiqua conformis,vel contraria,oportet quòd neget,& contrarietur alicui regulæ generali,& legi vniuersaliter anteà latæ,vel eam confirmet respectiuè, non atendendo ad limitationes illius.

52 Lex semel ex aliqua iusta causa lata,non cessat quãuis in aliquo casu particulari locum illa causa habere non posse videatur, vbi exempla.

53 Causa impulsiua legis cessante non cessat lex.

54 Causa finalis legis non dicitur quæ est ipsa lege strictior.

55 Consti.1.& 2 de minor.an habeãt locum in filijs fam. minor.qui publicè soluti sunt negociari, quasi tunc habeantur pro patribus familias,sicut & iure cõmuni,vbi decis.nostri Senatus.

56 Filius familias,vt pro patre familias habeatur circa negociationem, quid requiratur.

57 Filius familias habetur pro patre familias in eo,quod recipit ab aliquo vt alteri solueret,& circa hoc cõtrahens remanet obligatus, non obstãtibus nostris consti. vbi decis.nostri Senatus.

58 Carceratus iniustè non potest detineri prodebito,proquo capi non potuisset.

59 Filij maiores 25. annorum quamuis non uxorati,si publicè pro patribus familias habẽtur, possunt contrahere, si sunt aliàs emancipati,nec in eis habẽt locum constitutiones.

60 Consti.dels impubers intellectus, an scilicet nõobstãte quòd pater non succedat filio in bonis matris, retineat tamen usumfructum de uita sua, & numer. sequent. vbi tres decisiones nostri Senatus.

61 Dictio,sola,omnia alia videtur excludere.

Dictiones,dumtaxat,& tantummodo, alia excludunt,ibidem.

62 Vsusfructus non dicitur patri obuenire à filio.

63 Pater non dicitur filio in usufructu succedere, quem sibi lex defert.

64 Lex noua non præsumitur voluisse in dubio beneficia antiquorum auferre.

65 Pater non tenetur cauere pro usufructu bonorum filij, quãdo sunt illa filio restituenda,secus si tertio, vbi bina decisiones.

66 Pater non habet usumfructum, post mortem, filij in bonis vinculatis.

67 Mulier non habet tenutam in bonis vinculatis.

Maritus non habet beneficium,ne egeat,in bonis vinculatis,ibidem,vbi decis.nostri Senatus, vbi etiã alij casus remissiuè,in quibus propterea quòd bona sint vinculata,cessant priuilegia.

68 Pater an possit iudicium sine consensu filij agitare in aduentitijs,vbi quædam decis.

69 Pater an in bonis aduentitijs possit indistinctè procuratorem constituere sine filij consensu,quando illorum est legitimus administrator,vbi decis.Senatus Lusitæ.

GLOS. VII. PARS III.

De iure alteri quærendo ex contractu filijfamilias.

QVÆ dicta huc vsq. sunt in alijs partibus huius septimæ glos. filiosfamilias respiciũt quòad acquisitionem per eos fiendam ex cõtractibus aliorum in sui fauorem factis, superest vt, pro oportunitate materiæ, de iure alijs quærendo ex ipsorum contractibus,paulisper agamus,quo huic glosæ finem imponamus.

1 Proquo † est sciendum quòd filiusfamilias potest habere bona quadruplicis generis, castrensia scilicet,quasi castrensia, profectitia,& aduentitia,ex l.fin.C.de inoffi. testam. & glo. * quæ diuisionẽ hanc tradunt, & post eas communiter doctores in l. frater à fratre, ff. de condic. indeb. & alibi sæpè & signanter, vt vnica, aut altera allegatione, omnes ferè habeas,qui hanc distinctionem adducunt,declarant,& probant exactissimè,nec sit opus in infrà dicendorum confirmationem sæpè illos repetere,videas Caldas à Perey. in l. si curatorem habens,verbo,læsis,à num.90.ver.peculiũ autem,cum multis sequent.C.de in integrum resti. Surd. de aliment.tit. 4. quæst. 11. per tot. Tho. Cormer. in suo codice iuris ciuilis lib.2. tit.1.cap.1.cum sequent.Rimin. in §. 1.à nu.53. cum sequẽt.insti.per quas person. nob.acquir.

Ludoui.

Ludoui.Gom.in §. actiones à num.14.cum sequent.inst.de actio.quicquid contra huiusmodi receptissimã distinctionem molitus sit Emã. Mendez de Castro in repeti.l.cum oportet par. 1.nu.2.C.de bon.quæ lib.

2 Castrensia † sunt quę à filiofamilias existente in castris,vel eunte ad ea, vel etiam ratione militiæ sic acquiruntur,quòd nisi militaret,acquisiturus non fuisset,*sic* peculium castrẽse definit I.C.in l. castrense ff. de castren. pecul. & Imp.in l.1.de castren.pecul.mili.lib.12.C.

3 Quasi † castrensia bona, quæ ad similitudinem castrensium introducta esse docet Iustinia.in l.fin.§.in his lo 2.ibi,*ad imitationem peculij castrensis* C. de inoffi.testam.& in l. cũ oportet ibi,*ad instar peculij castrensis* C.de bonis quæ lib. dicũtur, quæ acquirit filius ex publica causa,scilicet administrationis,vel publico salario, vel ex Principis liberalitate,l. fin. C. de inoffi. testam.glo.in l.cum oportet C.de bon. quę li. l.cum multa eo. tit. Apellatur etiã quasi castrẽse quod acquiritur per doctores,& aduocatos ex suo patrocinio Bar.in l.fin.C.de aduoca.diuer.iud.Percy.latè vbi suprà num.99. & Surd. num.13.Gom.num.15.

4 Hæc † castrensia , & quasicastrensia bona cuiq.sine dubio acquiri possunt ex contractu filijfamilias: cum enim in eis nullum pater ius habeat,nec etiam vsumfructum,sed omninò filij fiant,& ei plenissimè acquirantur l. 3. C.de castrẽs.pecul.lib.12.& §.1.per quas perso.nob. acquir.in instit.ciuil.habeaturq.in ipsis pro patrefamilias ipse filius, nec aliquod patri cõpetat administrãdi ius,ex.l. 2. ff. ad Macedo.indè fit, quòd possit filius de eis quomodocunq. contrahere, & per consequens acquisitioni *ipsorum* per alios ex contractu filij faciendæ locum facere, vt ex dictis iuribus clarè probatur.

5 Circa † quæ quidẽ bona,si pulchram scire volueris disquisitionem, numquid scilicet possit mulier peculium castrense , seu quasi habere, vide Quesada diuer. quæstion.iur.c. 7. vbi plenè disputat.

6 Tertia † bonorum filijfamilias species est, & esse potest profectitiorum,quæ sunt ea, quæ immediatè ex re patris proficiscuntur,vel alterius cuiuslibet , contemplatione tamen patris, sic glo.docet in l.cum oportet,verbo,exceptis, iuncto versi.ex eius substãtia,& in §.igitur,verbo,ex re,inst.per quas perso.nob. acquir.& ibi * communiterè scribentes docent, ac illi etiam, quos nos suprà retulimus,per quos infiniti allegitur,qui hac de re agũt, quicquid in cõtrariũ, conatus probare,quod ab aliquo in filium confertur contemplatione patris, non dici profectitiũ, sed imò aduentitiũ, moliatur Mendez vbi suprà nu.7.

7 In his † bonis totum habet pater & proprietatem,& vsumfructum,nihilq.filius habet: nihil enim circa ea immutatum est,sed in eis vetera iura locum habent,l.certũ C.fam.hercis.§. igitur versi.sancitũ,inst.per quas perso.nob.acquir.& colligitur ex l. cum oportet *in prin.* ibi, *non ex eius substantia*,à contrario sensu, C. de bon.matet.l.sed si plures §. in arrogato ff. de vulg.& in l.placet,de acquir. hęred. Farina. de delic.& pæn.q.24.num.3.tom.1. Percy. in verbo,læsis num.118.versi.quibus explicatis, vndè cõsequitur , quòd ea filius non possit alienare, quamuis concessa sit ei eorum, quasi in peculiũ, administratio, ex l. creditor §.lucius ff.mãdati l.conuenire,de pac.dotal.Percy. vbi suprà versi.hinc non minor,circa fin.

8 Ex qua † traditione resultat & illa,quam doctores secutè constituunt, quòd quemadmodum ea bona non possunt per filium alienari, sic nec possunt,nec debent per eius delictum confiscari,latè opinionem hanc fundat Farina. * d.q.24.de delic.& pæn.nu. 3. vbi de communi testatur,ac plures refert,qui in hoc conueniunt,adeò vt superfluum iudicem aliquid aliud fore per nos,traditis per ipsum,addẽdum, post quàm nostra hæc non est materia.

9 Benè † verum est, quòd propter administrationem,quę filio concessa sit in istis bonis, quæ tunc peculium profectitium appellantur, potest filius(& hæc est nostra materia) super illis contractus facere,& negociari,quorum ratione ius contrahentibus cum eis acquiritur cõtra patrem,quatenus est *in peculio*, §.actiones autem,insti.de actio.& ibi omnes,& signãtèr obseruanda sunt quę noster Oliba ibidem tradit, quæ cum mille alijs , quę *in materia* tractant doctores, nos consultò omittimus, quia perrarò contingunt *in praxi*, nos autem de his prouinciam suscepimus tractandi,quæ frequẽtiora sunt, frequentiùsq. occurrunt.

10 Quarta † filijfamilias bonorum species est aduentitiorum, quę sunt quę filiusfamilias sua industria,suouè labore,aut prospera fortuna acquisiuit,non à patre,neq.militiæ occasione verè,vel fictè,cuius proprietas est filij,vsusfructus verò patris,ex noua Impera.constitu. l. cum oportet,& *l.fin.*C.de bon. quæ lib. §. 1. inst. per quas perso.cum simil. per quas veterũ legum rigor correctus legitur,quibus pleno iure patri acquirebantur bona aduentitia filiorum , tam quòad dominiũ,& proprietatẽ , quã etiã quòad vsumfructum,de qua acquisitione latè Pinel.in l.1.par.1.n.19.cum sequent.C. de bõ.mater. Castillo Sotomaior de vsufructu lib. 1. c.3. *in prin.* Hanc † acquisitionem causat patria potestas ex.l.1.C.de bon.mater.l.cum oportet C. de bõ.quæ lib.& §.igitur inst.per quas person. nob.acquir.plura ad propositum tradit Sotomaior

11

maior vbi ſuprà num.8.

12 Quę tamen † non ceſſat dicta poteſtate patria, per mortem, finita, imò durat etiam poſt mortem filij, l.vltima C.ad Tertul.l.vlt.C.com. de ſucceſ.l. 4. C. de bon. quæ lib. Sotomaior vbi ſuprà num.44.& pleniſsimè c.63.per tot.ſe
†† quitur noſter Senatus, prouti non ſemel *declaratum* vidi, primò referente egregio quondàm Senatore Ioanne Caſtello die 6. Iulij 1591. in cauſa Anthonij Oſſet, aliàs Serra contra Anticam Serra, quæ fuit poſteà ad relationem Hieronimi Aſtor eiuſdem etiã Senatus egregij Senatoris in cauſa ſupplicationis *confirmata*, ſcriba Fontana, ſecundò verò referẽte eodem Aſtor die 7. Iunij 1605. in cauſa Pauli Gallines ciuitatis Vici contra Franciſcum Balle, ſcriba Viloſſa.

13 Et † eſt adeò plena, & libera huiuſmodi acquiſitio vſusfructus, vt non ſubiaceat oneri alendi ipſum filium de dicto vſufructu, licèt aliàs iure ſanguinis ad id teneatur pater, ex l. fin.§.ipſum autẽ, & ibi Bal.& Salice.C.de bon. quę lib.& Crot.in conſ.67.num.38.& ſequent. tenet.Surd.de alimen.tit.1.q.24.num. 10. contradicit tamen Antho. Fab. in ſuo Codice lib.
† 6.tit.33.de bon.quæ lib.diffi.13.vbi dicit *diffinitum* in Senatu Sebuſia.de anno.1595.fuiſſe, patrem ita demum debere habere vſumfructum de bonis filij, ſi paratus ſit ex eo filiũ alere, cogita igitur.

14 Propter † eandem patriam poteſtatem in omnibus caſibus, in quibus ſibi quęritur vſusfructus, efficitur pater bonorũ filij legitim⁹ ad miniſtrator, allega.l.1.C.de bon.mater.& l. cũ oportet §.fin.C.de bo.quę lib. Sotomaior vbi
15 ſuprà num.10.& tam in iuditio quàm extra omnia poteſt pro filio gerere, iur. ſuprà allega.& Sotomaior loco citato: vndè † fit quòd filius abſq.patris conſenſu non poſſit ſtare in iudicio l.fin.§.neceſſitate C.eo.tit.de bon.quæ lib. Sotomaior vbi ſuprà num.13.etiam ſi maior ſit 25.annorum, ad quod pulchra eſt deciſ. Guid.
16 Pap.54.nec † bona ſua alienare, vel etiam de eis modo aliquo diſponere abſq.dicto conſenſu, allega.l.fin.§.penul.ipſum autem, verſi.filijs
* autem C.de bon.quæ lib.vbi communitèr do-
17 ctores, per quem †tex.arguẽdo de alienatione ad confiſcationem Farina.tom.1.tracta. crimi. tit.de delic.& pænis q.24.nu.5. circa fin. tenet probari, neq.poſſe pro delicto filij huiuſmodi
18 peculium confiſcari: & nos † de iure noſtro municipali habemus binas conſtitutiones in 1. vol.conſtitution.ſub.tit.de minor. 25. annorũ. quibus nedum contractus, & obligationes fiẽdæ ſuper iſtis bonis aduentitijs prohibentur, ſed & quæcunq.aliæ, de quibus infrà latè dicemus.

19 Habet † iſte patris vſusfructus, præter alios, id particularitatis, quòd non teneatur pater pro eo cauere, nec rationem reddere, ſicut alij vſufructuarij, ex l.cum oportet §.nõ autem & l.fi.§.fin autẽ lo 2.C.de bon.quę lib. latè Pinel. in l.1.par.2.num.20.C.de bon.mat. Perey. in l. ſi curatorem habens verbo, læſis, num.134. & Sotomaior de vſufruc.lib.1.c.3.num. 85. ſed an ſaltem teneatur conficere inuentarium pete ti bià doctor.ſuprà citat. Ecce ergo quomodo ex hoc breui diſcurſu peruenimus ad id, quod optabamus, videre ſcilicet de acquiſitionibus fiẽdis tertio ex contractu filijfamilas: fiunt enim ſicut ſupràdictum eſt, & vlteriùs in inferiorib⁹ declarabitur.

* Hęc communitèr docent doctores, & in eis facilitèr conueniunt, circa quæ tamen oportet quòd nos pauliſpèr immoremur declaraturi quaſdam dubitationes, quę circa eadem frequentiùs oriuntur.

20 Ac † imprimis videamus ſit ne perpetuũ, ideſt ſemper verum, quòd pater habeat vſumfructum in bonis aduentitijs filijfamilias? certe non: plures enim ſunt caſus, in quibus id non procedit, quos paſſim referunt doctores, ac illi præſertim, quos nos ſuprà retulimus, quib⁹ glo.elegantem addas in aucten.idem eſt C.de bon.quæ lib. Ariſmi. Tepa. qui plures refert hac de re agẽtes in var.iur.ciuil.ſenten.cõpen. lib.2.tit.de bon.quæ lib.per tot.& Hypoli. Rimin.qui omnes caſus in quibus patri non quęritur vſusfructus cum diligentia & tradidit, & examinauit, in §.1.inſt.per quas perſon.nobis acquir.à nu.91 cum ſequent. idem laboris ſuſcepit Caldas à Perey. in repet. l. ſi curatorem habens, verbo, læſis, à num. 140.cum ſequent. Surd.in conſ.116.

21 Caſum † habes in quo pater non habet in aduentitijs vſumfructum apud eundem Surd. de alimen.priuileg.74.num.5. quem forſan nõ vulgò reperies apud alios, in dote ſcilicet aduẽtitia filiæ, quem pluribus examinat Pet.Barboſa in l.2.§.quod ſi in patris, num.18.ff.ſolu.mat. & in l.ſi cum dotem §.tranſgrediamur, nume. 25. Vnum tantùm magis frequentem nos hic refferemus, ac eius materiam pro viribus exa-
22 minabimus, is eſt † quando filiofamilias relinquitur hæreditas, vel legatum cum cõditione, quòd patri non quęratur vſusfructus: hæc prohibitio potẽs eſt vt cum nõ habeat pater, vulga. aucten. excipitur C. de bon. quę lib. & in
23 corpore, vndè ſumitur: Ea autem † prohibitio non eſt neceſſarium quòd ſit expreſſa, ac verbis expreſsis facta: tacita enim ſufficit, ac quòd tacitis verbis ſit facta, ſintq.coniecturę, ex quibus id deprehendatur, ita videtur probari ex l.ſi vſusfructus, §.ſi ita, iũcta glo.verbo, repellẽdus, ff.quan.dies lega.cedat, ſic ibi tenet forma litèr Bar.& Pau.de Caſtro in aucten. excipitur

num. .

num.12.Velaſ.conſulta.108,num.14.tom.2.pleniſſimè Caldas à Perey.in l.ſi curatorē habens, verbo,lęſis,à num. 146. Bec. qui communem dicit conſ.97.nu. 15. & reffert Sotomaior allega.c.3.à nu.54.Surd.conſ. 116. nu. 51. qui infinitos penè doctores de his agentes allegāt,quos operæ prætium duxi hic ſilentio prætere, ne eius dicta traſcribere viderer: ijdem plenè cōiecturas adducunt ex quibus hæc tacita prohibitio inducatur.

24 An autem † ſufficiat ad id coniectura prohibitionis adminiſtrationis, ita vt ex ea inferatur ad prohibitionem vſusfructus,ſic vt per prohibitionem illius cenſeatur hic prohibitus, magna in Senatu noſtro aliquando fuit altercatio, verùm ea fuit tandem in fauorem patris *declarata*,quòd ſcilicet per prohibitionē adminiſtrationis nō cēſeretur prohibitus vſusfruct⁹,teſſerēte egreg.Sena Ioſepho Dalmau ſub die 30.Iulij 1598.in cauſa Petri Lledo Candelerij contra adminiſtratores hæreditatis Ioannis Vidal etiā Candelerij præſentis ciuitatis Barcinonæ,ſcriba Viues,vbi aliud etiam reperies alterius *declarationis* exhibitum exēplar.Ratio † eſt quia quamuis ſufficiant coniecturæ, vt dici poſſit voluiſſe teſtatorē prohibere patri vſumfructū, id tamen verum eſt quando verba talia ſunt ex quibus nihil aliud,quàm perceptionis vſusfructus prohibitio deduci poſsit,vt poſt plures antiquos doctores relatos in idem concurrentes,tenet Moli.de primog. lib. 1. c. 19. à nume. 31.Caldas à Perey. in l. ſi curatorem habens, verbo,læſis,num.145.Sotomaior allega.c.3.lib. 1.nu.57.qui ſupràdictos,& alios allegat, Surd. d.conſ.116.num.12.verba autem prohibitionis adminiſtrationis non ſunt talia ex quib⁹ neceſſariò inferenda ſit volūtas teſtatoris quòd voluerit vſumfructum prohibere,cum † rationes ſoleant eſſe diuerſæ propter quas huiuſmodi prohibitiones fiant: in adminiſtratione enim conſideratur quòd teſtator non confidit de patre,putà quia videt eum diſsipatorem, & patrū in negocijs cautum,ac propterea,ne bona filij ſui perderet,noluit quòd ea adminiſtraret,vndè fit quòd ratio huiuſcemodi prohibitionis communiter eſſe ſoleat dampni ipſius filij vitatio:in vſufructu autem cōſideratur quòd propterea voluit teſtator eum prohibere patri,vt filius illū lucri faceret,& ſic ratio huius prohibitionis cōmuniter eſſe ſolet lucri captatio eiuſdem filij: ſi ergo rationes harum prohibitionum ſunt inter ſe ſe tam diuerſæ,propterea nō eſt dicendum quòd ex vna ad aliam inferatur. Hæc vera videntur quicquid inuoluere videatur Maſtril.in contrarium deciſ. Siciliæ 59. per tot.qui eſt attentè legendus,ac videndi doctores,quos allegat an id probent,ad quod adducuntur.

27 Vndè † ego ſimilitèr è conuerſo dico in prohibitione vſusfructus, vt ex ea non cenſeatur prohibita patri adminiſtratio,licèt multos habeat hæc opinio contradictores, vt videbis ex doctoribus,qui allegabuntur,& ſignantèr Anthon.Fab.in ſuo C.lib.6.tit.33.de bon.quę lib. defi.6.ratio enim lucri captandi pro filijs, quā ſolent teſtatores præ oculis habere, qui huiuſmodi prohibitionem faciunt,non militat quo ad adminiſtrationem:nihil minus enim filius conſequetur ex adminiſtratione paterna, quā ex aliena,imò præſūptio eſt pro patre, † quòd optimum pro filio capiet conſilium, & meliùs quàm alius bona illius adminiſtrabit,& deniq. fideliorem ei, quàm alius erit amicus, in quarum propoſitionum cōfirmatione ego non immorabor,cum paſsim apud doctores legantur, & ſignantèr pluribus probat Titaquel.in l. ſi vnquam,in præfa.ex num.25.cum ſequent. & alij relati per Pinel.in l.1.par.2.num.20.C.de bon. mat. & Sotomaior d.c.3.num.86.quare ergo ex prohibitione vſusfructus dici debeat adminiſtratio prohibita,ego nō video, maximè † quia ius adminiſtrandi non competit patri ratione vſusfructus,ſed imò ratione patriæ poteſtatis, quæ illud patri tribuit,vt colligitur ex.l.cum oportet §.non autem C.de bon.quę lib.& hunc præcipuum patriæ poteſtatis effectum, inter alios,teſſert Aſcan.Clemen.in tracta.de pat.poteſ.effectu.12.poſt plures ab eo relatos,egregiè loquitur in propoſito Antho.Fab.in ſuo codice lib.6.tit.33.de bonis,quæ liberis diſſi.11. dicens non magis recuſare patrem poſſe, vt ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij, quàm vt ſit pater,rationem numer.2.reddit,cum nec alia ratione ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij,quàm quia ei pater eſt, & habet filiū in poteſtate.

30 Vndè † obiter velim notes quàm graviter illi errent,qui matri conſulunt quatenùs bona filiorum,vt illius legitima adminiſtratrix,in iuditio petat,prouti ego conſultum,& petitum, ac vtinam non iudicatum, vidi de anno 1600. coram quodā magnæ auctoritatis iudice, quē honoris cauſa taceo,cum autem idem contigiſſet *T. Anſoſa viduæ villę Biſulduni* contra Petrum Ioannem Anſos in cauſa inter eos vertēti in Regia noſtra audientia ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Ferrer, repulſam d anno 1607.paſſa fuit dicta Anſos in legatis, quæ vt legitima adminiſtratrix bonorū filiarū ſuarum petebat,fuit ita in hac cauſa *concluſum* de menſe Ianuarij anni prędicti 1607. concluſionem vidi in archiuo regio in lib. concluſionū illius anni.

31 Ratio † eſt manifeſta quia cum mater non habeat filios in poteſtatē,nec etiam vſumfructum in eorum bonis, fieri propterea nō poteſt

quòd

quòd ipſa habeat à lege adminiſtrationē, quę à patria poteſtate cauſatur, docet Craue. in con. 39. num. 6. Hiero. Gab. conſ. 36. nume. 31. vol. 1. Cancer. in 3. par. var. c. 21. de tranſmiſ. numer. 68.

Pro ſuprædicta reſolutione, quam firmauimus, quòd per prohibitionem vſusfructus nō cenſeatur prohibita adminiſtratio citatur cōmuniter tex. in l. fin. §. ſin autem in ſecunda ęta te C. de bon. quæ lib. quatenùs ibi ſtatuitur, ꝙ ſi velit pater, erit legitimus adminiſtrator bonorum filij etiam eorum, quæ eius acquiſitionem, in vſufructu, effugiunt: cui textui licèt Rimin. in §. 1. num. 101. inſtit. per quas perſon. nob. acquir. Perey. in ſæpè allega. l. ſi curatorem habens, verbo, læſis, num. 147. & Sotomaior. de vſufruc. lib. 1. allega. c. 3. num. 62. ac Meſtril. vbi ſuprà, ſequuti Salice. in d. aucten. excipitur, nō gloſam, nec Pau. de Caſtro, quos ad id allegat Rimin. cum nihil tale dicant: licèt (inquam) velint ij doctores illi textui reſpondere, id ideò eſſe quia pater voluntariè renunciauerat vſum fructum, quo caſu lex eum non fingit ſuſpectum, vt adminiſtratione priuet, ſecus tamen eſſe quando ipſe non voluntariè vſumfructum dimitit, ſed imò à teſtatore eius acquiſitio ei prohibetur, quo caſu lex patrem fingit ſuſpectum, quę ſuſpicio efficit vt adminiſtratione etiā priuatus cenſeatur, ego tamen non video quo modo huiuſmodi reſpōſio iure probetur, nec talem legis præſumptionem, vt per prohibitionem teſtatoris de non vtendo, & fruēdo patri factam, lex eum præſumat ſuſpectum, repetire vllibi potui, nec Salice. quicquam allegat, quo id probet, vndè nos, qui in eius verba minime iurauimus, impunè exiſtimamus poſſe ab eo recedere, poſteaquàm nihil adducit quo nos cōuincat, & certè cuiq. rectè iudicanti multùm videretur à iuſto deuiare ea opinio, quæ vult quòd lex, quę tantopere aliàs confidit de patre erga filium, eum ex tam leui cauſa, qualis eſt prohibitio vſusfructus, quæ ad alium finem ſemper fieri ſolet, vt ſcilicet totum ipſe filius habeat, nec pater quicquàm acquirat, ſuſpectum præſumat, ac à debito patris officio deuiaturū, dijudicet. Et ſi † & vbi ad hanc opinionem ſtabilire velint aliqui tex. in prin. aucten. vt liceat matri, & auię, eos tamen animaduertere vellē, quòd ibi non dicitur ſimpliciter quòd pater non adminiſtret quando filio eſt aliquid relictum ſub conditione, quòd pater non habeat in eo vſumfiuctum, ſed additur, quodlibet penitùs participium, & ſic duo copulatiuè requiruntur, vt prohibitio adminiſtrationis inducta dicatur, quòd ſcilicet ſit patri prohibitus vſusfructus, & præterea omne in re legata participium vt in d. prin. aucten. vt liceat matri, & auiæ, aut totalis communio, vt dicebat Iuſtin. in Nouel. 117. quæ de hoc tractat, non ergo ex ſola vſusfructus prohibitione infertur ad prohibitionem adminiſtrationis.

Nec Perey. rationes in contrarium adductę tanti ſunt faciendæ, quaſi non ſint, qui poſſint eas facili negocio diſſoluere: inprimis enim illud de eluſione prohibitionis vſusfructus, quam conſiderat is autor, ſi ſimul etiam adminiſtratio nō cenſeretur prohibita, ex quo cum pater non teneatur adminiſtratorum rationē reddere, ex l. fin. §. ſin autem lo 2. vers. hoc proculdubio C. de bon. quæ lib. eſſet in manu ſua vti dictis rebus, ac ſi prohibitus vſusfructus nō eſſet, ſciens non poſſe rationem earum ab eo peti, euitatur † ſi conſiderauerimus, quòd licèt antea docuiſſet, vt infrà dicetur, nō animaduertit Perey. ꝙ in caſibus in quibus patri nō quęritur vſusfructus, nō procedit diſpoſitio d. §. hoc proculdubio, imò teneatur is adminiſtratorum rationes, ſicut quilibet alius, reddere, Pinel. in reperi. l. 1. par. ſecunda num. 29. C. de bon. mater. Burſa. in conſ. 133. num. 32. vbi plures de cō muni atteſtantes refert, quòd idem antea docuerat idē Caldas à Perey. d. verbo. læſis, n. 138. Gutier. de iur. cōſit. par. 1. c. 4. num. 19. & cap. 41. num. 12. & Sotomaior allega. c. 3. lib. 1. de vſufruc. num. 107. qui infinitos penè tibi refertū, qui idem probent: l. cum multa † C. de bonis quę lib. & l. Imperator ad Trabel. quæ à Perey. inducūtur ad probandum quòd ea, quæ patris vſumfructum effugiunt inſtar peculij caſtrēſis filij fiunt, in quo cum pater non habeat adminiſtrationem iuxta l. 2. ff. ad Macedon. ſic (inquit) nec in noſtro caſu, in quo patri ſit prohibitus vſusfructus, adminiſtratio ei competere poterit, intentum non probant, cum † ſpeciatim loquantur de donationibus, quæ fiunt ab Imperatore, & magnis Principib⁹, quas hoc priuilegio, cum alijs pluribus, quæ habent, vt dicitur in eadē l. cū multa, & not. ibi glo. cōſtat particularitèr fuiſſe donatas, vt eas inſtar peculij caſtrenſis filij habeant, nec in eis parentes habent vel vſumfructum, vel adminiſtrationem, hoc autem priuilegium non eſt ad alias acquiſitiones trahendum.

Nec † caret noſtra opinio, qua diximus prohibito vſufructu, non cenſeri prohibitam adminiſtrationem ſi adminiſtrare pater vellet, doctoribus, quorum auctoritate illuſtretur, ex quibus aliquos referemus, qui te ad alios omnes, idem tenentes, manuducent. Burſa. igitur qui ab infrà referendis allegatur, dicitur huius opinionis acerrimus defenſor in allega cōſil. 133. à nu. 31. cum multis ſequent. vol. 1. Vincen. de Fran. deciſ. 10. num. 8. Franciſcus Milanen. qui quandam diſtinctionem Cornei affert inter filium legitimę ætatis, & ſanæ mentis, & inter eum, qui talis nō eſſet, vt primo caſu pater

non

non sit administrator, secũdo verò sic si vellet, quem ego examinare hic non possum, Milan. (inquam) decis. 3. num. 33. & rursus num. 97. cũ alijs sequent. lib. 2. Ioan. Fran. à Ponte in cons. 19. num. 29. & cons. 31. num. 3. & 4. &, magis in terminis nostræ quæstionis, Sotomaior allega. c. 3. num. 59.

Benè tamen crederem quòd si appareret patrem priuatum à testatore vsufructu eo quòd suspectus ei visus esset, non propter merum fauorem filij, tũc patri censeretur prohibita etiã administratio, & in hoc concurro cum consiliatione Sotomaior allega. c. 3. nu. 69. nolo tamen credere quòd ex sola, & simplici prohibitione vsusfructus præsumatur pater suspectus à lege, vt vult Caldas, & volunt qui eum sequũtur, quod superiùs satis apertè docui. Prodijt, post hæc scripta, opus decisionum prouinciæ Marchię à Stepha. Gratia. compactum, qui decis. 76. num. 19. & 20. tenet, contra nostram opinionem, patrem non habere administrationé quando est ei prohibitus vsusfructus, sed apud filium esse, si legitimæ sit ætatis, aut dandum esse ei curatorem, verùm quia is ijsdem vtitur rationibus, quibus alij, quibus iam fuit abundè per nos satisfactum, ideò ampliùs non immoramur.

38 An † autem, quando patri est prohibit⁹ vsusfructus, censeatur etiam ei prohibita commoditas, tractant Franch. d. decis. 10. & decis. 161. num. 8. Molin. de primoge. Hispa. lib. 1. cap. 19. num. 33. Perey. d. verbo, lęsis, nu. 145. ver. licèt, Rimin. in §. 1. num. 133. initi. per quas perso. nobis acquir. Fran. de Ponte cons. 31. num. 5. Surd. cons. 116. num. 73. vol. 1. & Sotomaior, qui plures alios reffert allega. c. 3. num. 58. Gratia. d. decis. 76. nu. 12.

39 An † item ea prohibitio operetur respectu legitimæ, docent ijdem doctores suprà relati, quibus adde Antho. Gom. in l. 48. tau. nu. 11. & Boer. decis. 194.

40 Et † finalitèr, an prohibito vsufructu, censeantur prohibita etiam alimẽta, docet Iacob. de Fran. in q. 1. de his, qui feud. dare pos. nume. 54. inter decis. Vincen. de Frã. Et quid si expressè, simul cum vsufructu, forent etiam prohibita alimẽta, tractat Ioan. Pet. Surd. in trac. de alimen. tit. 1. q. 17. nu. 16.

41 In nostra † tamen Cathalonia videtur dicendum quòd siue bona sint Castrensia, siue quasi castrensia, siue etiam profectitia, siue aduentitia, & siue in eis habeat patet vsumfructum, siue non, siue item sub potestate patris, siue extra eam sit filius constitutus (de minoribus loquor, in quibus hęc procedunt, nam in maioribus forsan non sic esset, cum in eis prohibitio locum tantùm habeat donec sunt in sactis ipsius patris) prohibitũ sit ei, donec vxoratus non fuerit, contractus, & obligationes aliquas facere sine consensu ipsius patris, ex cõst. 1. & 2. tit. de minor. 25. an. in 1. vol. conlti. quarũ dispositio intrepidè in Senatu seruatur, quoties se casus offert declarãdus, vt scilicet nulli huiusmodi contractus filiorumfamilias declarentur, ac iudicentur, prouti retferẽte egregio Senatore Iacobo Puigmija die 25. Iunij 1602. in causa Iosephi Maduxer, cõtra administratores † pupilli Agell *declaratum* vidi in archiuo Regio in lib. conclusionum, & rursus die 18. decemb. 1603. in causa Anthonij Ioannis Riquer parrochiæ de Rubi, contra Anthonium Roig burgẽsem villę Perpiniani, sciuba Cesilles *declaratum* Senatus ad instantiam parentum dictorum filiorumfamilias. Ratio est quia constitutiones generalitèr loquuntur, nec modo aliquo concernunt præiudicium, quod indè posset patri inferri in vsufructu, sed imò alia, atque alia ratione generaliori mouentur, ad huiusmodi prohibitiones faciendum, omnia bona filij, quæcunque illa sint, ęquè complectente: prior enim constitutio rationem prohibitionis reddit esse, *Per preuehir à molts desordens, que ses vist son estats fets per molts homens joues, qui per jugar, è altres causes desonestas han manllevats violaris, è fetes altres obligacions, &c.* idest *ad prohibendum, & obuiandum pluribus inuenum sine vllo ordine, & modo, factis excessibus, quos pro ludo, & alijs causis inhonestis visum est vendidisse violaria, ac alias obligationes fecisse, &c.* postea sequitur prohibitio generalis, quòd non possint facere aliquos actus obligatorios, secunda verò constitutio, addendo primæ, absque expressione alicuius rationis, extẽdit eam ad filios famil. etiam maiores 25. an. de quib. prior non loquebatur, & addendo disponit, quòd nulla scriptura publica, vel priuata per ipsos firmata aliquam habeat roboris firmitatem, nec in iudicio, vel extra faciat aliquam fidem.

Ex quibus apparet constitutiones prædictas non atendisse ad præiuditium patris, quod per similes alienationes sibi inferri posset, sed imò consensum parentum *in eis* requisiuisse ad integrandas *personas* filiorum, ad excludendam fraudem, & consulendum fragilitati: quod vltèriùs demonstratur ex eo quòd constitutiones prędictæ comprehendant tam filios emancipatos, quàm etiam in potestate parentum constitutos, vt in eis expressè dicitur: In† filiorum autem emancipatorum bonis (loquor de eis, quæ illis obuenjunt post emancipationem) pater non habet de iure vsumfructum, nec partem vsusfructus, licèt dimidium retineat in bonis, quæ filius habebat tempore emancipationis in illius præmium, probantur hæc, non obscurè, ex l. cum oportet §. cum autem C. de bon. quæ li. & §. hoc quoq. inst. per quas perso. nob. 42

acquiritur,

acquiritur, eſtq. rationis ratio, quia vſusfructus acquiſitio nō datur abſq. patria poteſtate, imò hæc illius eſt baſis, & fundamentum, vt ſuperiùs diximus, ſi ergo conſtitutiones conſenſum patris exigunt in alienationibus, & obligationibus filiorum, etiamſi ex fiāt ſuper bonis, quæ acquiſitionē patris effugiūt, indè ſequitur manifeſtè non fuiſſe illas, propter præiudicium patris, factas, ſed imò ad integrandam perſonā filiorum, & ad excludēdā fraudem, & cōſulendum fragilitati, quod idem pluribus probat Cācer. qui benè hac in re, circa interpretationē harum conſtitutionum, loquutus eſt in cap. 1. de minor. num. 7 & 23. verſi. ſic, & alibi ſæpē in 2. par. var. conducunt quę pulchrè docet Hieronymus Gab. in conſi. 2. num. 3. vol. 1. quem idem Cancer. ſequitur vbi ſuprà nu. 90. tunc

43 † cenſeri conſenſum requiri ad integrationē perſonæ, vel actus, ad excludendum fraudem, vel conſulendum fragilitati, quando eius nihil intereſt actum fieri, vel non fieri, cum ergo noſtræ conſtitutiones procedant tā in filijs, quos parentes habent in poteſtate, quàm etiam emancipatis, circa quos patris nihil intereſt, fiāt contractus, vel non, cum in eorum bonis nihil habeat, indè fit quòd non cenſeantur conſtitutiones factę propter præiuditiū patris, ſed imò ad integritatem perſonę, & ex conſequenti quòd cenſeantur habere locum tam quoad bona caſtrenſia, ſeu quaſi, quàm quoad aduentitia, & alia quæcumq. cum earum generalitas omnia vniuerſim compræhendat.

44 Vidi † hanc quæſtionē diſputatā apud Ioan. Gutier. in caſu ſimilis ferè ſtatuti, ſeu legis Caſtellæ in repeti. auct. ſacramēta puberū C. ſi aduer. vēd. nu. 49. concludentē filiū familias, non obſtante lege prædicta, poſſe cōtrahere de bonis caſtrēſibus, ſeu quaſi, rationem reddit eſſe quia dicta lex nihil aliud facit, quàm extendere prohibitionem Macedoniani, quæ tantùm loquitur in mutuo, ad omnes alias res: Macedonianum autem ceſſare conſtat, quādo filius familias habet peculium caſtrenſe, ſeu quaſi, ad quod vſque poteſt cōtrahere, cum in eo, & illius reſpectu, pro patre familias reputetur, indè ſequitur quòd etiam non obſtante dicto ſtatuto, & lege municipali poterit filius contrahe

45 re. Hæc Gutierrez, quibus † ego addo, vt eius ratio maiores vires reaſſumat, quòd lex noua addens, vel detrahens antiquæ legi recipit omnes reſtrictiones, & interpretationes, quas recipit lex antiqua, pleniſſimè Ludo. Roma. qui exēpla ponit, primò in l. Iulia de adulterijs, quę primum caput adulterij introduxit puniens ſolùm alieni thori violatorem, præfigens quinquennium ad accuſandum l. quinquennium cum ſimil. ff. de adult. poſteà verò ſecundum caput addidit primo, volēs de adulterio poſſe accuſationem inſtitui etiam aduerſus eum, qui domum perhibuit, in qua illud commiteretur l. quidomum cum ſimil. ff. eo. tit. & cum quæreretur an huic ſecundo caſui cenſeretur etiam præfixum quinquennium ad accuſandum, reſponſum fuit quòd ſic, ex ratione ſuprà tradita: ſecundum exemplum ponit Romanus de l. vt tantùm §. 1. ff. de ſet. corrup. quæ quoad pœnā æquiparauit corrūpentem filium cum corrūpente ſeruum, ſuperuenit lex noua in l. ſi quis ſeruo C. de ſuit. addens antiquę, ac ſtatuens pœnam corrumpentis ſeruum locū habere nedū in cum effectu corrumpente, ſed etiam in tentante corrumpere, licèt cum effectu non corrupiſſet, dubitatum fuit an idem haberet locum in corrumpente filium, reſpondet glo. in ea l. verbo, corrumpi, quod ſic, eſtq. ratio id quod ſuprà diximus: tertium exemplum ponit idem Roma. de quęrela inofficioſi teſtamenti, quæ filijs competit præteritis, aut iniuſtè exheredatis, ac de l. ſiquis filium in fin. C. eo. tit. de inoffi. teſta. cum ſimil. quę huic quęrelæ proponendæ quinquennium præfixit, ac de lege, quæ antiquę addit querelam inofficioſę donationis in tot. illo tit. de inoffi. dona. vt ſcilicèt quemadmodum propter inofficioſum teſtamentum datur filio quærela inofficioſi teſtamenti, ſic propter inofficioſam donationem detur quærela inofficioſę donationis, & cum poſſet dubitari an pro hac vltima quęrela proponenda præfixum etiam cenſeretur quinquenniū, ſicut pro prima, decidit Roma. Imp. quòd ſic in l. fin. C. de inoff. dona. hæc (inquam) & alia plura per iocunda in materia tradit Roma. in conſi. 345. à num. 18. ad probandum quod ſuprà propoſuimus, legem videlicet nouam addentem, vel detrahentem legi antiquæ, eaſdem recipere reſtrictiones, ac interpretationes, quas lex antiqua recipit, cui adde don Gar. Maſtril. deciſ. 112. num. 34. quæ ideò ſic latè referre libuit, quia perpulchra viſa ſūt ad illud propoſitū, ac ad multas alias, quæ paſſim occurrunt, decidēdas difficiles iuris quæſtiones, ſequitur Rippa in l. moribus nu. 18. ff. de vulga. ſequitur noſter Cācer. var. reſol. par. 2. cap. 1. de minor. num. 165. in terminis noſtrarum conſtitutionum, addens ſibi ex eo Gutier. ſententiam valdè placere, quòd non ſit veriſimile filium, qui fuit diligens in acquirendo peculium caſtrenſe. vel quaſi, fore vt illud vanis hominum illecebris, aut falſis perſuaſionibus perdat, atq. dilapidet.

46 Mihi † tamen rigorem, & generalitatem noſtrarum conſtitutionum conſideranti ea opinio placere non poteſt, &, vt vnico verbo traditis per Gutier. & Cancer. reſpondeam, dico, quòd ego non diſputo, an in terminis illius legis Caſtellæ vera hæc opinio ſit, ſed cum eis libenter

benter pro nunc in hoc pertranseo, posse tamẽ casum illius ad nostras cõstitutiones applicari, id est quod nego: quod, vt facilius percipiatur, aduertite, quòd Gutier. ideò legẽ illã Castellæ recipere limitationes, quas ius cõmune recipit, dicit, quia est ampliatiua, & extẽtiua legis ciuilis, vt suprà diximus: nostræ autẽ cõstitutiones nõ sunt eius cõditionis, vt idẽ cõtineant, quod ius cõmune, & aliquid præterea, extẽdendo, & ampliãdo, ei addãt, sed imò nouũ ius cõtinent cõtra cõmunes regulas iuris ciuilis, prohibẽdo ne minores 25. annorũ, siue emãcipati sint, siue in potestate patris cõstituti, dum tñ nõ fuerint vxorati, possint cõtractus aliquos, vel obligationes facere, q̃ de iure nullibi reperitur prohibitũ,

47 imò † minores, dũmodo puberes sint, contrahere de iure possunt, & obligari ciuiliter, & naturaliter, l. puberes de verb. obliga. l. si curatorẽ habens C. de in integ. restit. & vtrobiq; scribẽtes, & peculiariter Antho. Gom. to. 2. var. resol. c. 14. de restit. minor. in prin. Fran. Cald. à Perey. in allega. l. si curatorẽ habens, in prin. à nu. 5. C. de in integ. resti. & Iacob. Can. var. resol. c. 1. de minor. num. 245. in 2. par. qui benè multa explicant, & alia plura in materia tradunt, quæ ego sciens prætereo, cũ nõ sint huius instituti:

48 Idẽ † est d̃ filijsfamilias, quibus integrũ est posse cõtrahere, & cõtrahẽdo obligari ex l. filiusfam. 38. ff. de actio. & obliga. l. tàm ex cõtractibus ff. de iud. l. quoties ff. de noxa. actio. l. 2. & per tot. ff. ad S. C. Maced. ducto indè argum. ab speciali, Antho. Gom. allega. to. 2. var. cap. 1. de person. quæ pos. cõtrahe. nu. 2. Antho. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 20. ad Sena. Consul. Macedo. defini. 3. nu. 10. nõ ergo põt dici q̃ nostrę cõstitutiones recipiãt oẽs limitationes, quas recipit ius cõmune, quia id tunc tantũmodò verũ esset q̃n ipsæ idẽ illud cõtinerẽt, q̃ ius cõmune cõtinet, quã-

49 uis præterea ei aliquid superadderent, non † q̃n illud corrigũt, pulchrè Bar. in l. Cæsar nu. 26. ff. de publica. & vectiga. quem sequit noster Can. var. resol. par. 2. c. 1. nu. 256. & deducitur manifestè ex eisdẽ doctorib⁹, qui ꝛ relati sunt in cõprobationẽ eius, q̃ dicebamus, legẽ nouã recipere easdẽ restrictiones, & limitationes, quas antiqua recipit: patet id ad sensum, quia imò limitationes, & ampliationes, quas recipiebat lex antiqua sunt naturaliter cõtrariæ, & nõ applicabiles, vt tales, legi nouæ: exẽplũ, dicit lex antiqua, nullus homo defferat tormẽta manualia in ciuitate Bare. est alia lex, quæ, limitãdo priorem, vult non habere locũ in militibus: fit alia generalis lex noua, q̃ quilibet in ciuit. Bare. defferre

51 possit id armorũ genus, certũ est q̃ hęc vltima lex nõ põt recipere limitationẽ de militibus, q̃ habebat lex antiqua, quia nõ est ei applicabilis: ecce ergo q̃ doctrina supradicta intelligitur in lege noua cõformi antiquæ, nõ in illi cõtraria, cumq̃. nostræ cõstitutiones nõ sint iuri cõmuni in hoc, q̃ tractam⁹, cõformes, sed cõtrariæ, indè infertur videre quod minùs aptè doctrina Gutierrij eis aplicet: nõ ducit doctrina Flam. Chartar. decis. Rot. caus. executi. Genuæ 66. n. 14. vbi dicit quòd q̃n dispositio statuti est cõtraria dispositioni iuris cõmunis, tũc attẽdi nõ debet ius cõmune, nec ab eo, à quo abhorret, recipit interpretationẽ, sed simpliciter, prout iacet, intelligi debet, addit postea q̃ quoties statutum aliquid addit, vel detrahit tacitè, vel expressè iuri cõmuni efficit ius municipale, nec iubaudiũ intellectũ recipit à iure cõmuni, quia lex quæ corrigitur nouã legẽ nõ interpretatur, l. fin. C. de indic. viduita. tollen. allegat ad suprãdicta probãda Bal. in l. maximũ vitiũ C. de lib. præter. in l. properãdũ in prin. C. de Iudi. l. ita pudor C. de adulter. & in c. cũ nõ licerat⁹ de præscrip. Rolan. à Val. in cons. 62. nu. 47. lib. 3. & alios plures per te ipsum videndos.

50 Replicabus † cũ eodẽ Gutier. q̃ licèt cõstitutiones prædictæ sint sic, vt dictũ est, cõtrariæ in cõmuni, possunt tñ alio respectu ei dici cõformes, & præterea aliquid eidẽ esse addẽtes, quaten⁹ scilicèt cõcordãt cũ limitationib⁹ Senatus cõsulti Macedon. ratione mutui, voti, & aliorũ, in quibus filiusfam. obligari nõ põt, ac cũ alijs etiã limitationibus regulæ, quòd minor nullo modo, nec in aliquo casu potest obligari, quo respectu videtur dici posse constitutiones prædictas recipere sublimitationes, quas huiusmodi limitationes recipiunt, & sic quòd super bonis castrẽsibus, seu quasi, possint isti cõtrahere, & obligationes facere.

Respon. tñ id nos nihil mouere, vt à ꝛ traditis recedam⁹, nec enim arbitramur dici posse q̃ ex eo lex noua dicẽda sit cõformis iuri cõmuni, q̃ cõcordet cũ aliqua alicui⁹ regulę generalis, quã omnino abrogat, ac negat, limitationes: si enim ita dicẽdũ foret, nũquã daretur lex noua, neq. statutũ cõtrariũ iuri cõmuni, quantumuis generaliter, ac vniuersaliter cõtra aliquã legẽ, ac dispositionẽ vniuersalẽ iuris cõmunis disponeret, ratio est in prõptu, sm̃ doctrinã Gutier. quia, cũ nulla sit regula tàm generalis, quę aliquã nõ habeat exceptionẽ, cũ qua lex noua, antiquã corrigens, cõformaret, ac cõueniret: cũ enim negaret vniuersaliter oẽs cas⁹ legis antiquę clarũ est q̃ cõcederet, ac approbaret ei⁹ limitationes, & exceptiones particulares, indè dicẽdũ foret, q̃ semper lex noua, vel statutũ dici deberent cõformia iuri cõmuni, & nunquam cõtraria, quo

51 nihil esset absurdius: Melius † est ergo dicere quòd ad hoc vt dicatur lex noua contraria, vel conformis iuri communi respectiuè, inspiciendum sit an vniuersaliter neget, & contrarietur alicui regulæ generali, ac legi vniuersaliter antè latę, vel confirmet eandem, & cũ ea concor

det,nõ attendendo ad limitationes,seu exceptiones,quas prior illa lex patiebatur: cum ergo constitutiones nostræ negent vniuersaliter dispositionẽ vniuersalem iuris cõmunis permittẽtem filijsfamilias,& minoribus contrahere, & obligari,indè dicendę sunt ei cõtrariæ,& illud corrigentes,ac nõ posse propterea recipere restrictiones,& limitationes iuriscõmunis, absq. eo quòd attendamus ad limitationes illius regulæ,cum quibus cõcordant nostrę cõstitutiones sub illa generali negatione omniũ casuum cõtentorum sub regula, & lege vniuersali. Nec Cancerij ratio,quòd non sit verisimile filium, qui diligens fuit in acquirẽdo peculiũ castrense,seu quasi,fore,vt illud vanis hominũ illecebris,aut falsis persuasionibus perdat,ac dilapidet, quicquã mouere posse videtur,per quod à suprà latè per nos traditis sit recedendũ: sufficit † enim (vt vnico verbo argumẽtationi respondeamus) semel fuisse legem ex causa illa,& ratione iusta, ne malè patrimonia sua,sicut sæpè visum fuerat,dilapidarent,latã,quæ licèt aliquãdo cesset,putà quãdo ipse filiusfamilias est diligens,& sagax,in quo præsumptio non sit dilapidationis,& malæ consumptionis, nihilominus lex non cessat,sed durat, ac perpetuò manet,argum.l. Arrianus C.de hęret. & manichæ. per hanc rationẽ respondet Antho.Gom. to.2. var.c.6.de cõtra.mutui nu.2.hodie non cessare dispositionem Senatus consulti Macedoniani quamuis videatur cessare ratio illius introductionis inter Christianos,cum inter eos non sit præsumendũ tàm detestabile crimẽ,quale Macedo ille commitebat,propter quem Senatus consultum emanauit.

Et hoc † est quod cõmuniter dicimus, cessante ratione impulsiua legis, nõ cessare ipsius dispositionẽ,sed tantũ ratione finali cessante, vul.l.1.§.sexum ff.de postu.cũ simil.Alex.Rauden.de analog.c.28.nu.54.cũ sequent.rationes autẽ,quæ nostrarũ cõstitutionũ,de quibus agimus,condendarũ occasionẽ dederunt, prouti in eis exprimitur,non finales dici possunt, sed impulsiuę, quia † ipsis generalior est dispositio, cũ cõprehendat nedum filiosfamilias, qui pro ludo,& alijs causis inhonestis vendiderunt vilaria,aut alias fecerunt obligationes,qui solùm expressi sunt pro causa,& ratione dispositionis, sed alios etiã quoscunq; : hęc ita pulchrè,& extensè,præter alios,declarãtur per Nicho. Euer. in top.lega.loco à cessatio.rationis nu.4.& 5.vt valdè superfluum mihi,& omnibus,videretur, velle aliquid aliud in hoc dicere: hunc ergo sufficit quòd videat lector,qui desideret in perfectam huiusce rei cognitionem deuenire.

His † tñ repugnare manifestè videtur decisio Senatus referẽte egregio Senatore Ioanne Gallego facta sub die 9.Decẽb.1606. quatenꝰ in causa Bernardi Puig cõtra Eulaliã Ginoues, & Iacobũ Ginoues eius virũ,Scriba Dominico † Fontana, *declarauit* remansisse dictũ Puig licèt minorẽ,ac in patris potestate constitutum, nec adhuc vxoratũ,obligatũ ratione certi cãbij, ꝙ à dictis Ginouesos acceperat, ex eo ꝙ cõstaret tẽpore receptionis dicti cãbij solitũ fuisse dictũ Puig palã,& publicè negotiari,iux.dispositionẽ l.3.ff.ad Sena.con.Maced.& doctrinã Bal. in l. Macedoniani C.eo. tit. quã refert, & sequitur Thom.Corne.in suo C.eo. tit. cap. 3. quando cesset Macedonianũ nu.11.in eandẽ sententiã † *visum fuisse inclinari* Senatũ ad relationẽ egregij etiã Senatoris Iacobi Pineda de anno 1597. auctor est nostras Cancer.tom. 2. var. cap.1.de minor. nu.164.

Cæterũ respõdeo huiusmodi Senatus declarationes minimè obstare his,quę suprà resolui mus,quia ipsæ nõ fundãtur principaliter in eo, ꝙ isti filij,qui sic negociabãtur,haberentur pro patribusfamilias, quia id nullo modo sufficeret,cũ nostrę cõstitutiones quantũ ad minores, de quibus loquimur,ęquè ꝓcedãt siue illi sint filijfamilias,siue etiã patresfamilias, id est siue sint in potestate patris cõstituti,siue etiã emãcipati,dummodo nõ sint,nec fuerint vxorati,sed principale fundamẽtũ in dictis declarationibꝰ, vt rectissimè Cãcer.vbi suprà dicit,sit in cõmuni errore,nõ ex eo ꝙ iste minor haberetur pro patrefamilias,& extra patriã potestatẽ cõstituto tãtũ,quia id nõ sufficeret cũ illis etiã,qui tales sunt,faueant cõstitutiones nostræ,sed ex eo ꝙ etiã,vt dicit allega.l.3.ff.ad Macedo. sic vt paterfamilias publicè agebat, sic cõtrahebat, sic muneribꝰ fungebatur,ꝙ est clarè dicere ex eo validos iudicari huiusmodi cõtractus minorũ etiã sine statuti solẽnitatibꝰ factos,quia publicè tales personæ reputabãtur,quæ poterãt, sicuti solebãt,absq.dictis solẽnitatibꝰ cõtrahere, vndè resultat dici debere nõ posse dolũ,vel culpã imputari ei,qui cũ huiusmodi minore cõtrahit etiã sine solẽnitatibꝰ ab statuto requisitis, & p cõsequens non debere ex re,citra omnẽ dolũ, & culpã,facta,damnũ sentire: nõ est ergo minũ ꝙ cõtractꝰ horũ filiorũ iudicẽtur validi, etiãsi absq.solẽpnitate cõstitutionis celebrati existãt, ex rationibꝰ suprà dictis, secùs verò est in filijs minoribꝰ respectu peculiorũ castrẽsiũ, in quibꝰ licèt ij habeãtur ꝓ patribꝰ familias,cũ tñ id non sufficiat,vt circũscriptis cõstitutionis solẽpnitatibꝰ,possint cõtrahere,nec in eis adsit alia qualitas,quæ illius dispositionẽ faciat cessare, indè fit quòd contrariũ prędictũ nihil aduersus ea, quę suprà,circa peculium castrense,dicta sunt, obstare videatur.

Vt tamen nihil penitus ignores, quod aliquando prodesse possit,scias, quòd quãuis suprà relata causa dictorum Puig, & Ginouesos, fuerit

fuerit ſic, vt ſuprà dictum eſt, ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego in prima inſtãtia declarata, nihilominus in ſecũda ad relationem egregij etiam Senatoris Franciſci Ferruz ſub die 5. Maij 1608. fuit commutata *declarando* retinendum dictum Puig in Regijs carceribus, in quibus mancipatus fuerat pro exequutione literarũ cambij, quod acceperat à dictis Ginoueſos, nõ quidem pro dicto cambio, ſiue
56 quia † non habuerunt Senatores pro conſtanti quòd ex probatione receptionis duorũ, vel trium, vel etiam quatuor aliorum cambiorum cenſeretur contra dictum Puig militare diſpoſitio d.l.3.ff.ad S.con maced. vtpotè quia non contentetur ſimpliciter quòd filiusfamilias publicè, ac palàm negocietur, ſed quòd paterfamilias credatur, non per deceptionem, quæ contingat ex vana ſimplicitate, vel iuris ignorantia, ſed quia publicè paterfamilias pleriſq. videbatur, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur &c. ſiue etiam ex alia ratione clariſsimorum Senatorum animos mouente, nobis, qui illuc non ingredimur, vbi cauſæ deciduntur, prorſus ignota: non (inquam) prodicto cambio fuit iuſſum retineri captum, ſed
57 imò propter † quaſdam raupas, ſcilicet petias ſericas, quas receperat à quibuſdam mercatoribus, ad quorum vtilitatem aſſerebatur cambiũ receptum per dictum Puig, vel ab eiſdem ipſis coniugibus Ginoueſos, qui eas habuerant à dictis mercatoribus principalibus debitoribus: receperat (inquam) dictus Puig dictas petias ſericas, vt eas venderet, dictiſque Genoueſos ſatisfaceret in dicto cambio, ac etiam propterea quòd recepiſſet dictus Puig quaſdam pecuniæ quantitates, quæ dictis mercatoribus principalibus debitoribus deberentur, erantq. pro ſoluendo cambio dictorũ Ginoueſos cõſignatę, ad quas raupas, & pecuniæ quantitates reſtituẽdas fuit per dictã Regiã ſentẽtiam dictus Puig condemnatus, eo motiuo, quia in dictis rebus debebat dictus Puig teneri vt maior, & paterfa
58 milias, cum vt talis in eis ſe geſſiſſet, &c.

Cui tamen † ſententiæ non deſunt difficultates, ſicut & priori, primò quidem difficile eſt cognitu quomodo pro dictis raupis, & pecunię quantitatibus receptis per hunc minorem, pro quibus non erat obligatus in perſona, nec natura actus promptam in ea exequutionem poſtulabat, & (vt clariùs loquar) pro quibus capi non poterat, potuerit retineri in carceribus contra ea, que docet Farina. de Carcer. & carcera. quæſt. 27. num. 156. ſecundò verò difficultatem habet quomodo iſte minor debeat in dictis rebus teneri vt maior, & paterfamilias exiſto ſolo actu, item quomodo, & vndè inferri poteſt, quòd in eo ſe vt paterfamilias (vt dicit Regia ſententia) geſſiſſet, cum repugnent quæ ſuperiùs latè docuimus, item non videtur cõcludens ratio quòd ex eo iſte filiusfamilias teneatur in his rebus, quòd in eis debeat haberi vt maior, & paterfamilias, cum vt talis ſe geſſiſſet in eiſdem, quia id non ſufficere in terminis noſtrarum cõſtitutionum, vt ceſſet diſpoſitio, imò nec quamuis reuera maior eſſet, & paterfamilias, ſi nunquam, ſicut iſte, habuiſſet vxorem, ſuprà reſoluimus: & ego per contrari vellẽ, vt res clarior redderetur, quænam eſt differentia, quòd in receptione cambij iſte minor filius familias nõ obligetur obſtãte cõſtitutione, obligetur tñ ex receptione rauparũ, & pecuniarum pro ſatisfaciẽdo creditori in dicto cambio.

Hæc ſanè difficultatem non modicam habent, cuius tamen diſſolutionem ego, ad alia vocatus, alijs relinquo: audio, quod has, & aliàs forſan difficultates aduerſus ea, que in dicta declaratione concludebantur, animaduertit quidam eius aulæ egregius Senator, qui propterea forſan eidẽ cõtradixit: ſed hæc omittamus: coegit nos ea ſcribere, quia ſic animaduertimus conſulti ſuper iuſtitia Regię ſententię prędictæ.

Ad propoſitum autem dico, quòd ſupradicta digna forſan ſunt quæ animaduertantur ad maiorem declarationem, & intelligentiam noſtrarum conſtitutionum de minoribus, circa eorum contractus, & obligationes, loquentiũ, quæ, quando non placeant, ſeruient tamen ſaltem vt ingenioſiores moueantur ad alia præſtantiora, & doctiora in materia excogitanda, quibus nos aliquando dignos faciant.

59 Non † procederẽt tñ ſupradicta in cõtractibus filiorum vigintiquinque annis maiorum quamuis non eſſent vxorati: cũ enim in eis expreſsè requirat conſtitutio 2. de minorib⁹ quòd ſint in poteſtate patris conſtituti, & ſic filijfamilias ad hoc vt eorum contractus non teneant, indè ſequitur, quòd in omnibus actibus, in quibus de iure haberentur pro patribusfamilias, ceſſaret conſtitutio.

Alias circa dictas duas conſti. 1. & 2. de minor. 25. an. vtiles & practicab. quæſt. vide apud noſtrum Cancer in 3. par. var. c. 1. à num. 82. & à num. 112. c. 15. à nu. 159. & c. 21. à nu. 20. quas ego hic cõſultò omitto, quia benè per eum ſunt pertractatę.

60 Eſt † ſecundò circa ea, quæ ſuprà in diſcurſu reſolutiuo, quem de bonis aduentitijs confeci mus, diximus circa vſumfructum patris, quòd ſcilicet remaneat penes ipſum, etiam poſt mortẽ filij, animaduertendum ad interpretationẽ conſtitutu. 2. ſub tit. de pupil. y alt. ſubſti. quæ vulgariter *la conſtitutio dels impubers* appellatur, nunquid procedat ea diſpoſitio in terminis dictæ cõſtitutionis: ſciunt enim omnes eam conſtitutionem diſponere, quòd mo-

riente filio in pupillari ætate ſuperſtite patre, matre verò prædefuncta, eidem is non ſuccedat in bonis, quæ dicto filio obuenisſent à matre, vel ab alijs ex linea materna, ſed propinquiores in gradu ex parte matris (idem eſt quãdo moritur filius habens bona à patre, vel alio ex eius linea reſpectu matris quòad diſpoſitionẽ ſuprà dictã, licèt diuerſum ſit quoad ea, quæ inferiùs ſunt dicenda) quando igitur patet filio ſuperuiuit habenti bona materna, dubitatum fuit nõ ſemel, inter noſtrates, interminis conſtitutionis prædictæ, nunquid ea non obſtante habeat, & ſeu retineat pater de vita ſua vſumfructum in dictis bonis, qui ei fuerat iam acquiſitus in vita filij, & licèt videretur dubium hoc contra patrem decidendum, quòd ſcilicet non remaneat ſibi vſusfructus ex eo quòd conſtitutio expreſsè diſponat bona reuerti debere ad proximiores ex linea, vndè filio obuenerunt,
61 ſola legitima parenti teſeruata, quæ † dictio, ſola, omnia alia videtur excludere, quæ ſunt præter legitimam, vt de dictione, dumtaxat, & tantummodo, quæ idem ſũt, dicit Bar. in l. ſi enim §. iniuriarum ff. ſi quis cautio. & in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtem. Vulpel. in tract. de præpo. & aduer. in explicatione earundem dictionũ in literis D. & T. Euer. in top. lega. loc. à natu. dictio. taxat. num. 2. nihilominus obtinuit quòd poſſit pater, præter legitimam, retinere ſibi vſũfructum, quem ante mortem filij habebat, tum ex generalitate l. fin. C. ad Tertul. & ſimil. quæ
62 hunc vſumfructum patri concedunt poſt mortem filij, tum etiam quia conſtitutio ſolùm loquitur de bonis, quę ad filium peruenerunt à matre, vel ab alijs ex linea materna, is † autem noſter vſusfructus non poteſt dici vnquam peruenisſe ad filium nec, ſolo mométo, apud eum fuiſſe, ſed ſemper apud patrem, quia recta via fuit etiam à principio acquiſitus, l. placet cum
63 ſimil. ff. de acquir. hęred. nec † dicitur pater filio in dicto vſufructu ſuccedere, cum illum dicatur habere ſibi de iure, in vita filij, quęſitum iure patriæ poteſtatis, & non iure ſucceſſionis, vt in legibus ſuprà allegatis probatur, indè nõ poteſt dici conſtitutionem prouidiſſe hunc caſum, ſed reliquiſſe diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quam patri remanet vſusfruct',
64 vt dictum eſt: nec † eſt veriſimile quòd conſtitutio voluerit iura de vſufructu condita, vnico verbo, tollere l. ſi quando cum ſimil. C. de inoff. teſta. ſic noſter Mier. in d. conſt. 2. quæ eſt capit. 1. Reg. Pet. 3. in curia Montiſo. col. 6.
†† num. 16. & 31. ſic ter *declarauit* Senatus, in cauſa Anthonij Oſſet, aliàs Serra cõtra Anticam Serra, primò in prima inſtantia refferente egregio quondàm Senatore Ioanne Caſtello 6. Iulij 1591. ſcriba N. Fontana, ſecundò verò in ſecunda inſtantia, & cauſu ſupplicationis ad relationem egregij etiam Senatoris Hieronymi Aſtor, vt in eodem proceſſu apparet, & vltimò poſtea, eodem Aſtor refferẽte, in cauſa Pauli Galliners ciuitatis Vici contra Franciſcum Balle, ſcriba Viloſſa 7. Iulij 1605.

65 Eſt tertiò † circa ſupradicta diſcutiendum nunquid quę etiam in eodem diſcurſu de bonis aduentitijs filij facto diximus, quòd pro vſufructu nõ teneatur pater cauere, ſint perpetuò vera. Qua in re diſtinguẽdos arbitror fore duos caſus, primus quando reſtitutio eſt fiẽda eidem filio, quo in caſu certum eſt non teneri ex l. cum oportet C. de bon. quæ liber. & ex rationibus, quas ad id doctores adducunt, ſecundus verò quando facienda eſt reſtitutio extraneo, veluti quando moritur filius, & tũc quia ſumus extra caſum d. l. cum oportet, nec ſuffragantur rationes, quæ militant quando eidem ipſi filio eſt reſtitutio facienda, indè dicimus ceſſare dictę legis diſpoſitionem, & ſuccedere l. 1. & l. vſufructu C. de vſufruc. quę in quo libet vſufructuario cautionem exigunt: is caſus quotidie cotingit, & contingere poteſt in terminis conſtitutionis impuberum, præſuppoſito quòd pater in bonis, de quibus ibi, retineat ſibi vſumfructum etiam poſt mortem filij, vltra legitimam, quo caſu cum reſtitutio ſit extraneo, non filio, facienda, dubitari meritò poteſt, num nam teneatur pater ad cautionem
†† præſtandam, & obtinuit quod ſic, prouti non ſemel noſter Senatus *declarauit* refferente egregio Senatore Hieronymo Aſtor, primò in cauſa Anthonij Oſſet aliàs Serra, ſecundò verò etiam in cauſa Pauli Galliners ciuitatis Vici, quarum paulò ante, ad aliud propoſitum, meminimus.

66 Supradicta † autem omnia, quę de uſufructu remanſuro penes patrem, poſt mortem filij, in ſuperioribus diximus, ſanè intelligenda ſunt in bonis filij liberis, non verò vinculatis, imò in eis vſumfructum pater nõ haberet poſt filij mortem, quia ea non computantur in patrimonio filij, ſic Mier. in allega. conſti. dels im pubers num. 16. verſi. ſed pone, ſic etiã noſtras Anthon. Oliba hæc pulchrè docet, vt exiſtimem non minima me iniuria affecturum eius ſcripta, ſi vellem aliquid ei in hoc vel addere, vel detrahere: is (inquã) id optimè docet in cõmẽ. de actio. p. 1. li. 3. in peſterior. ſchol. ad §.
67 fuerat, inſti. eo. tit. de actio. à nu. 33. vbi † plures alios caſus recẽſet, in quibus priuilegia ceſſant propterea quòd bona eſſent vinculata, veluti in muliere prætendente tenutam in bonis viri, quę poſt eius mortem ad alium ex vinculo peruenium; in marito prętendente beneficiũ, ne egeat, in bonis vxoris ſimilitèr ex vinculo ad alium, poſt eius mortem, peruenturis, in quo vltimo caſu reffert ad ſui relationem, ſic *deciſum*
† in noſtro

in noſtro Senatu in cauſa nob. Iſabellæ,& Ioãnis Burgues prætendentium dotem à nobili Plicamando de Marimon,& idem alijs etiam pluribus in caſibus poſteà docet procedere per te ipſum videndis.

68 Vltimò † circa ea,quæ à nobis in ſuperiotibus dicta ſunt de poteſtate patris circa aduentitia filij bona,annotandum duxi,non ſatis cõuenire inter doctores,nunquid teneat iudiciũ cum patre adminiſtratorio nomine, ſine conſenſu filij (maioris ſeptennio:de hoc enim loquimur,quia ſi minor foret,inanis eſſet dubitatio)agitatum: qua in re, vt reliquos omittam, quos nullo negotio ex inferiùs allegandis habere poteris,Blaſ.Flor.de Mena in addi. ad deciſ.77.Anthon.de Gam. tenet quod ſic, dicitq. * eam eſſe communem doctorũ opinionẽ, atq. ita in praxi ſeruari,licèt (inquit) contra eam apertè faciat tex.cui nullum bonum reſponſum accommodari poteſt,in l.fi.§.vbi autem C.de bon.quæ lib. Hieronymus verò Marilia.deciſ. 49.per totam, contrariam, & negatiuã opinionem tenet dicens ſe propterea 2. nouẽb. 1578. † *abſoluiſſe* reum ab obſeruatione iudicij quòd pater eſſet adminiſtratorio nomine conuentus abſq. filij conſenſu,poſteàque addit fuiſſe eam † ſententiam in cauſa appellationis *confirmatam*. Ego libenter in hanc opinionẽ cõcurro propter diſpoſitionẽ tex. allegati, qui videtur clarè eam probare,atq.ita ſemper conſulerem,quòd filius cum patre citaretur,ac cõtra vtrumq.ageretur,prouti aliàs conſuluit Salice. in l.1. C. de bon.mater.Lege Marilia.qui vnà cum Pinel.in d.l.1.num.66.par.2.Sotomaior allega.c.3.num. 18. & 19.ac reliquis, quos ipſi allegant, latè quæſtionem hanc examinant.

69 An autem† poſſit pater procuratorem indiſtinctè conſtituere in his bonis filij,quorum eſt legitimus adminiſtrator,non expectato eiuſdẽ filij conſenſu cuiuſcunq; ætatis ille ſit, non eſt quòd ego hic tempus conteram in diſputãdo, ſed te remittam ad Atium Pinel. vbi proximè allegatus eſt,qui non videtur velle indiſtinctè concedere,quòd poſſit,& Aluar. Velaz. cõſul. 57.nu.2.circa fin.qui contrarium indiſtinctè te† net,& *iudicatum* refert,plures de eadẽ re agentes adducit Sotomaior allega.c.3.nu.21.quorũ allegationibus contentus,finem huic materiæ facio,reliquas quæſtiones,circa eam contingẽtes,apud eos videndas relinquens, cũ vacabit.

SVMMARIA.

1 *Præſentia probatur ſi patrem præſentem fuiſſe narratur in inſtrumento,niſi per aliam ſcripturam, vel teſtes,omni exceptione maiores,probetur cõtrariũ.*

2 *Facta non præſumuntur.*

3 *Donatio facta abſenti,quod præſumitur quando nec enarratur præſentiã,nec probatur, renocationi ſubiacet donec acceptetur.*

4 *Hæres non poteſt renocare donationem, qua aliàs ex aliqua cauſa renocari poſſet,vbi deciſ. Sena. Neapoli.*

5 *Hæres donatarij poteſt acceptare donationem factã deffuncto,vbi deciſ.Sena.Pedemon.*

6 *Donatio abſenti facta à principio valet,& tenet,etiã ante acceptationem,licèt ante eam renocari poſſit.*

7 *Theſauri lapſus circa renocationem donationis, qua ſit præſenti.*

8 *Donatoris,& donatarij voluntates ſi vnita non ſunt antè donantis obitum,nec poſt vniri poſſunt, cum mortui nulla ſit voluntas.*

9 *Præſentia partis præſumitur in actu,qui ſolet fieri inter præſentes.*

10 *Præſentia partis præſumitur quando in actu adeſt ſtipulatio.*

11 *Verbum,promitto,poſitum in ſcriptura facit præſumi partis præſentiam,vbi noſtri, & Senatus Mantua.deciſ.*

Præſentia partis quibus aliis modis præſumatur, ibidem remiſſiue.

12 *Verbum,promitto,an in quacunq; ſcriptura,tam priuata,quàm publica faciat præſumi præſentiam.*

13 *Verbum,promitto,importat ſtipulationem etiã quãdo per teſtes probatur aliquem eo fuiſſe vſum, vbi deciſ.Senatus Neapoli.*

14 *Cathalanã nationẽ ſine cauſa,& ratione increpantes reprehendantur,& reprehenſionis cauſa,& ratio redditur manifeſta.*

15 *Cathalanos eſſe fidefragos dicunt, non tamen iuſtè aliqui,qui reprehenduntur.*

16 *Cathalanos appellari fidefragos vndè originem duxerit.*

17 *Cathalani fideliſſimi ſemper fuerunt ſuis Regibus.*

18 *Cathalana natio integritatis,& fidelitatis fuit ſemper plenisſima.*

19 *Cathalani tempore Regis Petri vocati ab eo obediũt, & ad bellum ſequuntur,quod nõ faciunt alij.*

20 *Reges in Cathalonia promittunt omni tempore fidem ſe ſeruaturos.*

21 *Barcinonenſis ciuitas eſt quæ per mare,& terras fuit potens,& celebris in Orbe, magiſtra diſcretionis, & honeſtarum viuendi normarum, & quæ dat leges fidei,& fidelitatis.*

22 *Ioan. Bonand.reprehenditur,quòd peſſimè de Cathalanis loquutus fuerit.*

23 *Acceptatio donationis an præſumatur ex ſola præſentia donatarij,quamuis de ea mentio nõ fiat.*

24 *Tacens conſentire cenſetur in his, quæ ad eius utilitatem ſpectant,& num.26.*

25 *Theologi plures, qui iurisprudentiæ rebus immiſcere ſe volunt,egregiè lapſi notantur.*

26 *Letrados,quare apellentur Iurisperiti.*

27 *Donatarij ſcientia ſufficit pro acceptatione.*

28 *Præſentia partis vi habeatur pro acceptatione in donatione,non eſt neceſſarium,quòd enarretur in ea,*

sed sufficit probari quòd ambo eodem die fuerint in eadem ciuitate, vel loco.

29 *Acceptatio donationis præsumitur, si donatarius reperitur in possessione: præsumitur enim eo titulo possidere.*

GLOS. VIII.

Præsenti, & inferiùs acceptanti.

1 MAXIMÆ † vtilitatis est quòd de præsentia partis in his donationibus, & alijs contractibus, quãdo ipsa est præsens, fiat mentio, quoniam per huiusmodi verba præsentia probatur l. optimã C. de contrahen. & comit. stipul. versi. etsi non per seruũ, & ver. & si inter præsentes, docet Bertazol. de clau. instru. clau. 17. glo. 3. nu. 2. & Iaco. Canc. loco inferiùs allegando, & faciunt quæ tradunt doctores mox citandi, nisi aliàs probaretur contrarium, quod esset fiendum per aliam scripturã, vel testes omni exceptione maiores, vt statuit vbi suprà Imp. in versi. nisi is qui, Bertazol. vbi superius, & idèò donatio eo casu dicitur fieri præsente parte, & irreuocabilis omninò redditur iuxta naturam ipsius donationis satis notã: si verò de præsentia nihil dicatur in instrumento, cum ea regulariter, quia † est quid facti, non
2 præsumatur. vulg. l. 2. C. de statu. & imagin. ibi, *sua probet accessisse præsentia*, & tenent ibidem Bal. & Alber. quos refert Boer. decis. 353. num. 3. tenet Craue. in consi. 240. num. 3. Surd. decis. 215. num. 2. & in consi. 425. num. 44. lib. 3. Mascar. de proba. conclu. 7. num. 1. Bartazol. vbi superiùs, Sanchez in disputa. de matri. to. 1. lib. 1. disput. 6. num. 11. Iaco. Menoch. de præsump. li. 6. præsump. 18. num. 1. Iaco. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 29. licèt contrariam aliqui tenere voluerint, quos refferunt Borg. Caual. decis. 42. num. 18. par. 1. & Sanchez, & alij in locis iam allegatis, moti ex dispositione tex. in allega. l. optimam C. de cõtra. & comit. stipula. ibi, *credidi omnimodo seruum adfuisse*, quæ tamen nihil tale probat, cum ibi ex senten. Bal. & Alber. quam sequuntur Sanchez, & Cancer. vbi superiùs constaret per scripturam de præsentia serui, prouti ex eo. ipso tex. non obscurè colligitur, nec etiam alijs reluctantibus, quę in contrarium adduci possent, quibus satisfaciunt doctores suprà citati. & signanter Thom. San-
3 chez, ideò † tunc talis donatio absenti facta dicetur, & reuocationi subiecta, donec acceptetur l. absenti ff. de dona. l. nec ambigi C. eo. ti-
† tulo, prouti *conclusum, & decisum* in Sena. Pedemon. de anno 1600. fuisse refert Gasp. Anthõ. Thesau. in addi. ad decis. Patris decis. 70. vers. cæterùm, quod verum vult, & procedere Anthon. Fab. atque ita *decisum* asserit in Sena. Sabusia. de anno 1594. in suo Cod. lib. 8. de reuocan. dona. defin. 19. etiamsi notarius fuisset pro absente stipulat⁹, & iurisiurãdi religione fuisset donatio munita: adhuc enim existimat locũ esse reuocationi ante veram, & realẽ donatarij acceptationem: quę tamen repugnare videntur his, quę *sunt* à nobis traditta suprà hac eadem clau. 4. in prin. à num. 14. vsq. ad fin. quod nos consiliare conabimur, cum ad propriam clausulã, stipulationis notarij, glosandã
8 peruenerimus.

4 Quam † tamen reuocationem donationis non potest hæres donatoris facere, si contingat *ipsum*, antè acceptationẽ, descedere, quia facultas reuocandi non transit ad hæredes Dida. lib. 1. var. cap. 14. num. 17. Iul. Clar. §. donatio, q. 13. ad finem, Moli. qui alios refert, de primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 77. Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit, par. 2. con. 99. num. 276. Sanchez in sæpè allegata disputa. 6. num. 5. plenè Antho. Thesau. decis. 70. num. 9. Guid. Pap. decis. 214. & ibi optimæ additiones, ità fuis-
† se de *mente Senatus Neapol.* tradit Vincen. de Franch. decis. 339. licèt donatarij hæredibus permitatur eam donationem acceptare, vt docèt Tiraquel. Caual. Cassa. Plo. & Soar. quos refert Thesau. in allega. decis. 70. nu. 9. quos ibi sequi-
† tur dicens ita fuisse in eo Senatu *declaratũ*, docent etiam Dida. *in tub. de testa.* 3. par. num. 13. paulò ante finem, Moli. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 77. Sanchez in allega. disputa. 6. n. 6. quicquid *in* cõtrarium dicãt allegati per Thesau. n.
6 9. & Sãches n. 6. vbi superiùs, quia † cũ huiusmodi donatio absenti facta valeat à principio, licèt possit reuocari dum in pendenti est, & non fuit acceptata, vt expressè habetur *in* l. nec ambigi C. de donatio. Boer. in allega. decis. 353. num. 3. Moli. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. numer. 58. Mier. de maiora. quæst. 36. Angul. de ll. Reg. de melio. l. 1. glo. 8. numer.
* 18. vbi hanc dicit communem opinionem, sequitur manifestè quòd eam possit hęres donatarij, eius personam repręsentans, antè reuocationem, acceptare, Thesau. d. decis. 70. nu. 9. versi. hæc tamen opinio, qui benè loquitur
7 (licèt † posteà nonnihil labatur circa interpretationem tex. in l. si inter ff. de reb. dub. quem pro cõtraria opinione adduxerat, dicens ideò in eo tex. disponi donationem etiam præsenti factam per donatarij obitum reuocari, quia donatio non erat iurata, & postea addit, nota benè illum tex. quia est singularis, & mirabilis in casu suo: labitur (inquã) Thesau. circa eius tex. interpretationem non aduertens eum loqui in donatione inter virum, & vxorem, quæ cum prohibita sit de iure, tantummodo eo casu sustinetur, quo donatarius superuiuit donatori,

vti latè ſuperiùs in precedenti glo. extitit probatum,& ſic ex eo tex.nihil poteſt inferri contra noſtram reſolutionem, nec quid mirabile continet,ſed imò id,quod eſt ſatis peruulgare, hic poteſt optimè dici,quis eſt mortalium qui omnibus horis ſapiat , quemque ſuffenum videri aliqua in re non liceat) & Dida. vbi ſuperiùs.

Item & ipſi donatario mortuo donatore licitum eſt, & permiſſum donationem acceptare Moli.d.lib.4.de primog.cap.2.numer.77. & Sanchez d.diſputa.6.num.5. propter eandē rationem,quam paulò antè in confirmationē proximè præcedentis reſolutionis adduximꝰ, item etiam & quia quod ſuperiùs ſecurè , ex multis,reſoluimus , hætedes donatoris non poſſe donationem non acceptatam reuocare inutile prorſus foret,niſi hanc teneremus opinionē, quòd poſt mortē poſſit acceptari , cum aliàs ipſa iam,morte donatoris,eſſet reuocata:

† *ſequitur* Senatus Sabuſia.vt auctor eſt Anthon. Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.36.de reuocan.dona. defin. 19. Cui tamen reſolutioni reluctantur quam plures relati à Moli.& Sanchez vbi ſuperiùs,Theſau. in alleg.dec.70.n.9.Iaco.Can.

8 d.cap.8.de dona.nu.25.per eam † rationē, quia volūtas donatoris,& donatarij vnitę non ſunt antè donantis obitum,nec poſt vniti poſſunt cum mortui nulla ſit voluntas, cap. ſi gratioſe, de reſcrip.in 6.ergo nec per eam ratificationē perfici poterit donatio:Cæterùm hæc ratio parum vrget:militaret enim etiam quando hęres donatarij vellet,viuente donatore,donationē acceptare,& tamen eo caſu ſecurè cum multis reſoluimus id fieri poſſe:nec etiā obſtant alia quæ doctores ad idem adducunt , pro quibus videātur Moli.& Sanchez vbi ſuperiùs. Dida. tamen in rub.de teſta.par.3.num.13. Gutier. in cap.quamuis pactum in prin.nu.57.& Ludou. Moli.ſociet.Ieſu de contract.diſputa.264.verſ. iuxta hactenus dicta, intelligunt ſupradictam noſtram reſolutionem procedere quando antè donatoris obitum acceptata fuerat donatio per tabellionem,qui de ea rogatus fuerat : In huiuſmodi opinionum conflictu tu ipſe maturē conſiderabis quæ nam ex ipſis ſit verior: ego enim à priori nec proindè recedo quòd rationes per doctores aliarum adductas viderim, quia mihi ſemper iuſtior nihilominus videtur.

Vtile igitur(vt eò reuertamur vndè diuertimus)ac valdè vtile erit quòd de præſentia contrahentis,per verba noſtri tex.vel aliàs,mentio fiat,quia aliàs is abſens præſumeretur: Vndè conſultus à quodam doctore valdè familiari quid declararet in cauſa,cuius ipſe iudex erat, † in qua ad excludendum præſcriptionis exceptionem oppoſitam aduerſus quoddam cēſuale exhibita fuerat pro actore quædam appocha de recepto,per ipſum ipſi reo,nulla facta mentione de abſentia,vel præſentia illius,facta, cōſului quòd declararet exceptioni præſcriptionis locum fore,& eſſe , ex eo quòd cum nihil diceretur de præſentia debitoris in appochę confectione,illa non præſumebatur , qua non exiſtente non proficiebat appocha ad probādam interruptionem præſcriptionis, quia aliàs in poteſtate creditoris eſſet ſic quamcunque præſcriptionis exceptionem facilitèr elidere.

Supradicta † tamen reſolutio , quòd non 9 præſumatur præſentia,niſi ea probetur, limitatur per dd. multis modis , inter quos non eſt modicę conſiderationis ille , quem tradit Immol.in l.titia in §.idem reſpondi cum ſeptitius ff.de verb.ſig.relatus per Surd.deciſ.115. nu. 3. & ſequuntur ibi Aret. & Iaſ. nec non Rimin. conſ.52.num.104.vt quando actus eſt talis , qui conſueuit fieri inter præſentes , tunc præſentia præſumatur,quando autem etiam inter abſentes,tunc minimè præſumatur,concordat Stepha.Gratia.deciſ.36.nu.23.& 24.vbi dicit fuiſſe † in Rot.March. *admiſſam* allegatam præſumptionem præſentiæ,licèt de ea non conſtaret , quia agebatur de re,quæ non erat ſolita , niſi inter præſentes,fieri,de monitionibus ſcilicet ad ſententiam , quæ ſolent fieri per iudices partibus preſentibus,addit poſteà id quod ſeruiet ad maiorem confirmationem eorum,quæ in ſequētibus num.dicentur,colligi , & præſumi in ſuo caſu præſentiam , nedum ex eo quod dictum eſt,quia videamus non eſſe ſolitos eiuſmodi actus fieri niſi inter præſentes , ſed etiam & ex vi verbi,monitio,quia quando dicimus monitionem, præſentiam præſupponimus niſi contrarium probetur.

Alium † caſum adducit Surd. vbi ſuperiùs 10 nu.6.ex doctrina eiuſdem Immol.in d. §.idem reſpondi,in quo præſumitur præſentia, quādo videlicet adeſt ſtipulatio,quia cum ipſa nō poſſit fieri niſi inter præſentes l.1.§.qui præſens ff. de verb.oblig.neceſſum eſt quòd præſentiam partis præſumamus vbi ea *ſcripta legitur* , vndè † infert idem Surd.quòd cum verbum,pro- 11 mitto,importet ſtipulationem §. ſi ſcriptū inſt. de inut.ſtipul.l.1.C.de contrahen.ſtipula.& tenent infiniti pene doctores relati per Surd. vbi ſuprà num. 4. vltra quos non ſunt omittendi Maſcar.de proba.concl. 1336. Moli.d.cap.2. numer. 76. lib. 4.Gutier. de iura.confir. par.1. cap.28.nu.2.quòd propterea vbi promiſſio legitur,ibi præſentia partis præſumitur, & hanc * dicunt eſſe communem opinionem relati per Sur. vbi ſuprà num. 6. & ita poſtea dicit fuiſſe *declaratum* in Senatu Mantuæ. in caſu , de quo ibi:alios caſus in quibus præſentia præſumitur vide per dd.ſuprà citatos:nobis enim non licèt omnia tradere.

† Sic noſter etiam Senatus *declarauit* 2. Maij 1598. in cauſa in eo vertenti ad relationem Saluatoris Fótanet tunc eiuſdē Senatus egregij cō ſiliarij, & nunc apud ſupremū Regni Aragonū Regentis inter Ioannem Anglada, & Martinū Mollo, actua. N. Palau, vbi expreſſiſsimis verbis hæc probantur, cuius declarationis repetio q poſteà meminit noſter Cancer. lib. 3. var. c. 7. de
12 pac. num. 198. vbi † deindè diſputat an id procedat tam in ſcriptura priuata, quàm in publica, ſic vt in quacunq. verbum, promito, reperiatur, cenſeatur importare ſtipulationem.

13 Idem † quòd verbum, promito, importet ſtipulationem, non pactum nudum, procedere inquit Afflic. deciſ. 120. quando per teſtes probaretur eo aliquem *fuiſſe* vſum, dicens in fine ſic Senatum Neapoli. in occurrenti caſu
† *pronunciaſſe*, quam deciſionem plurib⁹ ornat ibidem Vrſil. in additione, cuius pulchra dicta
14 ſumm è mihi placent: Vnum † tamen non parùm diſplicet, quòd contra Cathalanos protulit verbum, non tam quia in eorum cedit opprobrium, quàm quia video ipſum abſq. cauſa aliqua, & occaſione, (quę tamē iuſtificata ſolet aliàs non modicam dicti tribuere excuſationem) Cathalanos voluiſſe infamare: ad quid enim, quæſo, iudicabis eum numer. 4. poſt Baldi doctrinam traditā, qua docet nihil intereſſe an verbum, promitto, à teſtibus prolatum dicatur importare ſtipulationem, vel pactum nudum, cū æquè ex vno, ac ex alio agatur, & poſt Baldi auctoritatem relatam, adiunxiſſe verba ſequentia, *qui etiam ait iſtud non procedere in Cathalanis, à quibus propterea cauendum ſecundum eum*, niſi vt ignominia Cathalanos afficeret? certè non ad aliud, cum ſine fructu, & abſq. eo quòd expediret legentibus *ſcire*, talia verba protulerit, quibus valdè lędit⁹ Cathalanorum, apud omnes nationes aliàs magni ſemper habitorum, debitus honos, ſplendor, & decus.

Vt autem nemini impoſterum idem contingat, omnibusq. præcludatur occaſio de hac natione maledicēdi, ex his, quæ cōtra eam apud aliquos legerunt, ſtatui, pro patriæ amore, breuiter oſtendere, ac omnibus patefacere quàm ſint hæc, quę Cathalanis imponūtur, à veritate
15 aliena: dicūt † igitur aliqui Cathalanos eſſe fide fragos, ideſt fidem non ſeruare, vt dicit Boer. deciſ. 179. in fin. Gom. in §. ſic itaq. nu. 18. inſti. de actio. Vrſil. vbi ſuprà, & eò (quòd peius eſt) res eſt perducta, vt iam ab aliquibus id pro inſignijs quaſi naturali⁹ nationis tradatur, prout à Meno. de arbit. iudi. caſu 57. numer. 49. ſed qualiter in hoc decipiantur, audi pauliſper: hęc
16 † aliud non habent fundamentum niſi quòd Bal. quem omnes allegant, ità dixerit in proē. decretal. numer. 44. & in c. 1. numer. 5. extra de pac. ſi tamen is legatur, reperietur proculdubio ipſum non habuiſſe aliam rationem, vt id diceret, quàm quòd ità Ioan. Andre. anteà dixiſſet in eo. proem. decretal num. 29. is autem nihil allegat, quo intentum contra Cathalanos probaret, ſed ſequentibus tantùm verbis vtitur, *Raymundum virum religioſum, & valdè literatum oriundum à Cathalonia, vbi non datur actio ex promiſſe: teneri tamen debet Cathalanus, qui variis promiſſionibus & inutilibus inuitationibus detinet viatores, ſaltē de dolo, l. ſi actio ff. ſiquis cautio &c.* hæc Ioan Andre.

Si propter hæc, ex capite horum doctorum abſque ratione aliqua excogitata, ſine alicuius approbati auctoris teſtimonio, meretur gloriosa Cathalanorum, apud omnes, natio tanta infamia notari, iudicet cuius nullus mentis oculos liuor obducit: ego enim vti non modicum in hoc intereſſe habens, obmuteſco, hoc
17 ſolùm † omnibus teſtarū volens, quod non negant qui noſtros tractarunt, tantam in Cathalonia, & per Cathalanos omnibus, quibus datur, fidem ſeruari, quanta apud quaſcunque omnes mundi nationes ſeruari poteſt, & ſignanter id habent Cathalani, in quo plurimùm glorientur, cum ſit quod magis eluceat in probis viris, quòd fideliſſimi ſemper ſuis Regibus fuere, nunquàm eis fidem ruperunt, vt mille teſtimonijs, niſi timerem quòd extra propoſitū nimis vagarer, poſſem hoc loci cōprobare, ſufficiat pro nunc vnū Hieronymi Blancas Aragonenſis Hiſtorici grauiſſimi, qui
18 † in commētar. rer. Aragonen. vbi de ſereniſſimo Rege Ioan. 2. agit pag. 259. de Cathalanis loquens ipſorum aſſerit nationem fuiſſe ſemper, & eſſe integritatis, & fidelitatis pleniſſimā, & quāuis ibidem iſdem Blancas contra eoſdem Cathalanos pauliſper inuehat, aliqualis infidelitatis eos incuſando, propter ea, quę circa prędictum ſereniſſimum Regem Ioannem geſſerunt tempore turbationum huius principatus, tu tamē lector lege, cum vaccauerit, quæ benè in deffēſionem Cathalanorum eo in caſu tradit doctor Onophrius Meneſcal in eo libello, quem *ſermo del Rey don Iaume ſegon* inſcripſit fol. 58. & ibi videbis quomodo maiorem fidelitatis actū exercere exiſtimantes Cathalani id tunc fecerunt, quod multis fuit viſum abſonum.

19 In † eiuſdem fidelitatis comprobationem libet etiā adducere (quod neſcio qua ratione, niſi forſan quia cedebat in dedecus Aragonenſium, ſubticuit Hieronymus Blācas in cōmen. ſuperiùs allega. vbi de ſereniſſimo Rege Petro tertio, & rebus, id quod dicturi ſumus, nō modicū tangentibus, agebat) id quod eiſdem Cathalanis contigit facere in ſignū maximæ eorū fidelitatis tempore Regis Petri prędicti: cum etenim ipſis, & Aragonēſibus priuilegia perſe

ipſum,

ipsum, ac per glorioſos ſuos prædeſceſſores cõceſſa nollet obſeruare, imò ea eiſdem fregiſſet, & concremaſſet, ob idque factum fuiſſet quòd Aragonenſes vocati per ipſum in ſui adiutoriũ, & ſubſidiũ, dum eis maximè egebat ad bellũ, quod cum Gallis habebat, adiuuaturi ipſum noluiſſent accedere, Carhalani tamen eorum (pro innata fidelitate) obliti, quæ alios mouere potuiſſent, prout Aragonenſes mouerunt, quo minus ad eius iuuamen accederent, duxerunt potiùs Regi ſubuenire, quàm alicuius, quantumuis modicæ, infidelitatis labe notari: Hæc prolixiùs reffert Meneſcal vbi ſuperiùs fol. 53. col. 4. Quid plura? ſi ſcire cupis quàm fideles à ſuis Regibus habiti ſint ſemper, præ alijs, Cathalani, lege fratrem Franciſcum Diago Ordinis Prædicatorum religioſum in hiſtoria Comitum Barcinonæ lib. 2. cap. 7. vbi ſcribens Carolus Imperator Barcinonenſibus totam epiſtolã in laudando, & extollendo eorum fidelitatem
20 conſumit: Et † certè graui nota digni Cathalani forent ſi, cum ipſi feciſſent quòd eorũ Principes, qui eis dominarentur, ſinceram fidem omni tempore ſe ſeruaturos promitterent, vt habetur in vſat. quoniam per iniquum in primo vol. conſti. ſub tit. de Saluaguar. ipſi eſſent, qui fidem non ſeruarent, & verbis ac promiſſionibus ſe ligatos non exiſtimarent: Accedit
21 † his egregium Petri Anthonij Beuter in Chron. Generali Hiſpan. par. 1. c. 14. teſtimonium, vbi de noſtra inſigni Barcinon. ciuitate (& cum ea de tota Carhalonia, cuius illa eſt caput) loquens ait eam eſſe, quę per mare, & terras fuit potens, & celebris in orbe: magiſtra diſcretionis, & honeſtarum viuendi normarum, & quæ dat leges fidei, & fidelitatis: ſileant igitur qui aliud de Cathalanis cenſerunt, & videant quã iniuſtè infidelitatis nomen ipſis impoſuerunt:
22 † Vnus ſupereſt mihi, contra quem agerem, Iacobus Bonaudi I.C. Gallus ex eo quòd peſſimè de Cathalanis ſit loquutus in ſuo illo panegyrico ad Franciam, Franciæq. Regem, inter tractatus Ioannis de Tetratubea, quos ipſe cõmentatus eſt, ſed veniam meretur quia ſcripſit quod protſus ignorabat, in nihiloq. propterea veritatem dixit, quod probè cõmonſtrat, dum plurimus miſerè ſe crutiat in inueſtiganda ratione cur Cathalani marrani appellentur abſq. eo quòd curauerit perpriùs probare quòd ita denominarentur: inuſitatum enim, ac protſus inauditum eſt nomen marrani in hac prouintia. Sed hæc omittamus rogantes detur venia ſi pro patria diutiùs forſan in his fuimus immorati, quàm rei argumentum ferebat.

23 Cęterùm † (ad propoſitũ redeundo) an ſufficiat quòd de præſentia donatarij fiat mentio in inſtrumento, abſq. eo quòd aliquid dicatur de acceptatione, vel vtrumq. requiratur, vt dici poſſit donatio acceptata, non eſt tam facile quin repetiantur doctores pro vtraq. parte: Dec. enim in rub. de pac. Tiraquel. in l. ii vnquã verbo, libertis, num. 54. C. de reuo. dona. cum alijs, quos ipſe reffert num. 68. tenent quòd quando donatio fit præſenti, ſi ipſe taceat, & donationem non acceptet expreſsè, ea non valeat, idem tenuerunt ex Theolog. Angles floribus 2. par. q. 1. de vot. art. 2. difficul. 3. con. 2. fol. 90. Man. Rodrig. 2. to. ſum. c. 29. de las promeſas conclu. 4. num. 4. licèt eum alleget Sanchez in c. 27. vbi nihil de hoc: verùm eam ſententiam falſam eſſe dixit Dida. in rub. de teſta. 3. p. n. 14. verſ. verùm, cũ alijs quos reffert, quem ſequũtur Moli. de primog. lib. 4. c. 2. nu. 76. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 42. numer. 4. Iul. Clar. §. donatio q. 14. num. 5. Craue. conſ. 261. Sanchez de matrimo. tom. 1. lib. 1. diſpu. 6. num. 11. & Theſau. in ſæpè allega. deciſ. 70. nu. 11. Caldas à Petey. de nominatione, & electio. Emphy. tom. 3. cap. 6. num. 6. vbi contrariam opinionem dicit rigore, & aſperitate plenam, & Ioſeph. Ludo. deciſ. Petuſ. 9. nume. 22. vbi dd.
* enumerat qui hanc dicunt communem cum penè innumeris doctoribus, quos ipſi allegãt, pro quibus facit ratio, quam ponderat Dida. vbi ſuperiùs, quia videlicet hæc donatio eſt ex preſſa ex parte donantis, & non tacita, nec præſumpta, & ideò ſat erit præſentem donatariũ tacere l. qui patitur ff. manda. nec glo. in l. illud. C. de Sacroſanc. Eccleſ. exigit aliud, quàm præſentiam donatarij, qui
24 † tacens conſentire cẽſendus eſt in his, quæ ad eius vtilitatem ſpectant. d. l. qui patitur, vndè ſufficit ſola præſentia hæc Dida. cuius rationem reaſſumpſerunt poſteà omnes doctores, qui poſt eum ſcripſerunt illud ad idem addentes carmen.

Quis niſi mentis inops oblatam reſpuat aurum.

Surd. deciſ. 111.

Nec his oberũt rationes, quas in cõtrariũ adducit Rodrig. vbi ſuperiùs quòd imò donatarius tacendo reſpuere videtur donationẽ, cũ moris ſit recipiẽtẽ beneficiũ ſtatim gratias agere: cũ ergo donatarius tacuerit, nec gratias egerit, dicendum videtur eum donationem non acceptare: Item quia cum ſit contractus inter homines ea externa acceptatio exigitur, quæ donãti conſtare poſsit, at taciturnitas nec eſt ſignum cõſenſus, nec diſſenſus; quarum rationum diſſolutionem relinquamus alij Theologo Thomæ Sanchez vbi ſuperiùs, qui benè eis reſpondeat: liceat tamen nobis (citra cuiuſpiam iniuriam) circa rationes has, hoc vnum præfati non arbitrari me vnquã in ea opinione falſum fuiſſe, aliquos † eſſe Theologos, qui quoties (falcẽ
25 multoties in meſſem alienam immittendo) noſtrę iuris prudentiæ, & rebus ad eam pertinentibus ſe immiſcere volunt, per ratò articuli, quem

li,quem tractant,veritatem attingunt, vel saltem non ita opinionem suam fulciunt quin facilitèr argumenta à quolibet destrui valeant, vtuntur enim in his persæpè adeò friuolis rationibus, quibus quilibet iurisperitus magno dedecori duceret si vteretur, cuius rei clarissimum habemus testimonium in his,quæ suprà audistis à magno Theologo dicta in rebus ad iurisprudentiam merè spectantibus,quod indè prouenire existimo, quia ipsi nō norunt quàm textui debeat adhærere iurisprudentiæ studiosus, vel rationibus, quæ ex eo deducuntur ad suas confirmandas opiniones, vt non liceat ei, nec latum quidem vnguē, ab his discedere:

26 propterea † enim apellatur in nostra Hispania *Letrado* per Anthonomasiā quasi litteris deditus,& eis inhærens,id est non habens facultatē opinandi iuxta suam mentem, sed obnoxius sequi,de necessitate, compositionem literę, & iuxta eam sensum regulare, prout in terminis Bouadil. tradit in sua politica tom. 1.lib.2 c.10. num.8.Per hæc tamen non est cordi à cuiusquam fama,& debito honore detrahere,quippe qui sciam quamplures esse sacræ Theologię *professores, qui adeò optimè* de rebus ad iurisprudentiam pertinentibus agunt,& discerunt,vt multis eam profitentibus,videantur esse præferendi,nulli ex ipsis post ponēdi. Plena manu rem hanc,an scilicet præsens, & tacens, & quando,censeatur consentire, tractat Castillo Sotomaior de vsufruct.lib.1.c.2.à numer. 101.vbi signāter plures doctores refert, qui in eundem laborem multum temporis cōsumpsere.

27 Et † non solùm sufficit presentia donatarij ad validitatem donationis, vt ea acceptata dicatur,sed etiam sola scientia, & notitia illius, Crauc. in allegat. consil.261. numer. 5. Petrus Nuñez de Auenda. de exequen. mand. Reg. par. 2. cap. 1. numer. 2. cum alijs latè relatis per Thesau.in sæpè dicta decis.70. nu. 12. vers.

28 quinimò, qui † postea idem extendit etiam si in donatione nulla fieret de presentia mentio, dum tamen probaretur quòd tempore factę donationis vterq.& donans,& donatarius erāt in eadem ciuitate,& eodem die, & coram eisdem testibus alter alteri donationem fecisset: tunc asserit donationem valituram absq. ratificatione,per ea,quæ in simili tenuit Bello. in

† cons.5.numer.14.& 19.atque ita dicit *declarasse* Senatū Pedemon.de anno 1587. iunctis classibus.Alium casum, inquo præsumitur ratificatio,& acceptatio tacita donationis ponit Thesau.vbi suprà num.12.

29 Et est ali⁹, si prim⁹ donatarius reperiatur possidere,quia presumitur ratificasse,& possidere ex causa preambulę donationis,quem quidem casum dicit Thesau.apud se nullā habere difficultatē attenta reg.tex.in l.quoties C.de rei vēdi. id tenent doctores latè per Thesau.ibi enarrati,quem adeas, quoties tibi casus occurrerit.

SVMMARIA.

1 *Filij vocati cum patre an censeātur vocati simul cum eo,an verò post eū ordine successiuo,& an per vulgarem,vel fidei commissariam,remissiuè,vbi decisiones nostri Senatus.*

2 *Filij non nati vocati cum patre in donationibus censentur vocati ordine successiuo,vbi decisiones nostri Senatus.*

3 *Donationem filijs nascituris importat pactum inter patrē,& auum initum,quòd filij nascituri habeāt esse hæredes,vbi decisiones nostri Senatus.*

4 *Filijs nō natis quæritur ius ex stipulatione patris acceptantis donationem,quæ sibi fit,& filijs suis,vbi decisio nostri Senatus.*

5 *Donatio filio,& filijs suis facta non potest,etiam de consensu donatoris, & donatarij, in præiuditium filiorum,reuocari,& num.sequent.vbi plures decisiones Senatus.*

6 *L.quoties C.de dona.quæ submodo,intellectus.*

7 *Filijs an aqualiter per donationem eis factam quæratur ius,an verò possit nihilominus pater, quem ex eis elegerit,hæredem instituere,vbi pro affirmatiua decisiones nostri,& aliorum Senatuum,& nu. 139.in.4.par huius glo.*

8 *In precedenti quæstione aliquando doctores Regij cōsilij in diuersa vota scisi sunt.*

9 *Filijs aqualiter quæritur ius ex grauamine, de restituendo filijs, hæredi iniuncto.*

10 *Pater recipiens emphyteusim prose, & filijs suis, an possit vni totam emphyteusim relinquere.*

11 *Filij, quando eis,& patri fuit ab ascendente aliquid donatum,nihil dicuntur habere à patre.*

12 *Reseruatio facultatis disponendi facta in certo casu particulari excludit facultatem in alijs disponendi.*

13 *Filij,& nepotes de iure vocantur æqualitèr ad hæreditatem parentum.*

14 *Parentes semper censentur voluisse æqualitatem seruari inter liberos.*

15 *Æqualitas est semper inter filios seruanda, & semper indubio iudicāndum vt seruetur.*

16 *Mater,qua filijs tenetur seruare,qua habuit ex primo marito,satisfacit si vni ex eis relinquat.*

L.fœminæ C.de secund.nup.intellectui,ibidem.

17 *Pater, qui est granatus filijs suis relinquere,satisfacit vni relinquendo,propter factum, & ministerium patris,quod in hoc exigitur.*

18 *Cessio,quæ fit patri, & filijs non censetur vnica, & simplex, sed duplex concessio,vna videlicet pro patre,& alia pro filijs.*

19 *Filij vocati in donatione,quæ fit ab auo filio,& filijs suis,fauore alicuius certi matrimonij,an cēseantur*

tur vocati tàm illius, quàm etiam alterius cuius cunq; matrimonij, & num. 37. vbi decis. nostri Senatus.

20 Filiorum mentio simpliciter facta intelligitur de filijs primi matrimonij.

21 Matrimonij mentio simpliciter facta intelligitur de primo, vbi decis. Senatus Lusitani.

22 Donatio facta sub mentione liberorum reuocatur per superuenientiam filiorũ secundi matrimonij, quia de eis non censetur cogitatum.

23 Vxoris secundi matrimonij, & illius filiorum non habetur consideratio, nisi expressè dicatur.

24 Filijs secundi matrimonij non prosunt pacta, in eorũ fauorem in primo matrimonio facta, secundũ Bereng. Ferdin.

25 Filiorum mentio, quòd comprehendat filios vtriusq; matrimonij, tenent plures, & allegantur decisiones ad id nostri Senatus.

26 Testi deponenti extra articulum non creditur.

27 Differentia cõstituitur inter donationem, quæ fit alicui, & filijs suis simpliciter, & eam, quæ fit alicui, & filijs suis, fauore, & contemplatione alicuius certi matrimonij.

28 Causa finalis restringit dispositionem aliàs generalem, vt solùm comprehendat id, quod est intra causam.

29 Legatum vsusfructus restringitur ad solam habitationem, quando habitandi causa est factum.

30 Donatio facta alicui, & suis descendentibus restringitur ad filios masculos, ex eo quòd illi esset apposita clausula conseruationis nominis, & armorum.

31 Matrimonium est causa finalis donationis, quæ fit illius fauore, vbi decis. nostri Senatus.

32 Donationes in capitulis matrimonialibus facta sunt pars, & portio illorum.

33 Donationes in capitulis matrimonialibus facta censentur priùs tractata ab vtraq; parte.

34 Donationes in capitulis matrimonialibus factę sunt irreuocabiles, sicut & ipsum matrimonium.

35 Tristes euentus non sunt expectandi.

36 Filij secundi matrimonij, priùs contrahentibus matrimonium, sunt regulariter odiosi.

37 Filij secundi matrimonij censentur comprehensi sub hæreditamento filiorum primi matrimonij, si ex primo non nascuntur, secũdum aliquos, qui tamen reprobantur.

38 Annus parem affectionẽ censetur habere ad nepotes, cuiuscunq; sint matrimonij, & quamuis filijs primi matrimonij donauerint censentur tamen nihilominus in subsidium voluisse donare filijs secundi matrimonij.

39 Primogeniti ex primo matrimonio vocatione venit primogenitus ex secundo, non existente primogenito ex primo.

40 Primogeniti appellatione venit secundogenitus non existente primogenito.

41 Primogeniti masculi ex quadam muliere appellatione non venit secundogenitus, quamuis ille sit de medio sublatus.

42 Vxori legatum factum an censeatur tam de prima, quàm etiam de secunda vxore.

43 Filiorum appellatione vnà cum patre vocatorum, an veniant nepotes.

44 Filij quoties vocantur cum aliqua qualitate, quæ non potest verificari in nepotibus, tunc nepotes non veniunt appellatione filiorum.

45 Consti. secunda sub tit. alissolt lo matrimoni &c. intelle ctus.

46 Filij maioris, vel primogeniti appellatione non veniunt nepotes.

47 Filij nominati per proprium nomen appellatione non venit nepos.

48 Filiorum appellatione an veniant nepotes, distinguendi sunt duo casus per discursum, vbi decis. nostri Senatus.

GLOS. IX. PARS I.

Et filijs ex eo procreandis.

De donatione quæ fit nepotibus.

1 OMissis † multis, quę circa vocationem filiorũ simul cum parentibus suis factam, an videlicet omnes admitãtur simul, an verò vocati cẽseantur ordine successiuo, primò pater, & post eum eius filij, an id sit per vulgatẽ, an verò per fideicomissariam, de quibus plenè agunt ordinarij in l. Gallus in §. quidam rectè ff. de lib. & posth. & præter eos, Dida. in cap. Raynuntius §. 2. per tot. de testa. Iul. Clar. ver. testamentum q. 76. num. 13. & q. 80. per tot. Moli. de primog. Hispa. lib. 1. cap. 6. à num. 4. Pet. de fideicom. q. 5. à nume. 152. vsque ad finẽ per 31. numeros, Peregri. in eo. tract. art. 17. & 18. Osas. decis. 81. per tot. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 69. & 70. per tot. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 7. etiam per totum, Fran. Vi ui. decis. 214. lib. 2. nec omittendus est Iacob. Canc. var. resol. 1. par. cap. 1. de subst. à num. 44. cum mult. sequen. & Ludoui. à Pegue. decis. 101, per. tot. vbi plures in proposito refert nostri Senatus *decisiones* cum innumeris alijs doctoribus, quos ipsi allegant, adde Surd. decis. 346. per tot. Simo. de Præt. de interpræta. vltim. volũ. li. 3. dubita. 1. solu. 5. à n. 38. Omissis (inquã) his disputationibus, vtpote quæ ad nostrum instutum non pertineant, & quando pertinerent, possent nullo negocio ex his, quæ doctores supradicti tradũt, resolui, in nostro † casu filij vnà cum patre vocati, cẽsẽtur proculdubio ordine successiuo vocati, sic, vt primò parer de

2 vita

†† Senatus

vita ſua bonis donatis potiatur, filij verò illius, poſt eius mortem, eſt ad id celebre Dec. conſilium 607. num. 10. in 5. par. conſil. & reffert Mathe. inter communes opiniones verbo, donatio num. 19. dicens, ex Decio, ita eſſe communem obſeruantiam, plures reffert Canc. par. 1. var. reſol. cap. 8. de dona. numer. 62. idq. confirmat argumento ducto ab vltimis voluntatibus ad cõtractus, Tib. Decia. reſpon. 41. n. 89. vol. 1. dicens quòd quãdo fit vocatio filiorũ nõ natorum, tunc ipſi per fideicõmiſſum admituntur indubitanter, & in hoc nõ eſt trepidandum: id enim incõcuſſè *recipit* noſter Senatus, vti ex variis *deciſionibus, quas inferiùs commemorabimus*, colligere licet, & ſignanter ſic expreſſiſsimè Senatus noſter *declarauit* in inſtitutione de filio, & filijs ſuis facta, in cauſa Mariæ Micona viduæ contra Ioſephum Maduxer, & alios, referẽte egregio Senatore, Hieronymo Aſtor. 17. ſeptemb. 1602. ſcriba Micha. Puigſerrer, videnda ſunt quæ circa vocationem ſuorum dicimus infrà in hac eadem glo. in fine tertiæ partis.

3 Et nõ ſolùm † ſupradicta procedũt quãdo, modo prædicto, pro vti in noſtra glo. facta fuit vocatio filiorum, ſed etiam alio modo per pactum inter donatorem, & donatarium initum fit ea vocatio, veluti dicendo. *Item eſt pactatum, quòd ſit ij, vel filiæ, ex donatario procreandi, ſint, vel eſſe habeant, aut debeãt hæredes hereditatis, & bonorum donantis*, quo caſu ea conuentio cũ donatoribus inita, modo prædicto, in eodem inſtrumento donationis per eoſdem factæ filio, & reſpectiuè eorum patri, idem importat, ac ſi dicti donatores eodem contextu, eodemq. capitulo bona prædicta dictis filijs naſcituris donaſſent, hoc adiecto modo, quòd obitu dicti donatarij eorum patris ſequuto, huiuſmodi bona donata filijs naſcituris reſtituerentur, prouti ex eodem ipſo pacto clarè apparet, atq. ita in eiſdẽ, & proprijs terminis *declarauit* Senatus die 1. Octobris 1601. ad relationem primò egregij Senatoris, poſtea Regentis Reg. Cancel. Hieronymi Torner in cauſa Bernardi Duran, aliàs Llimona contra Petrum Ioannem Durá aliàs Llimona de Oleſa, actua. Stepha. Colell: cuius, cum iam hæc prælo darentur, vidi meminiſſe nob. Ludoui. à Pegue. deciſ. 31. in 3. par. idem, ſed non ita expreſſis verbis, fuit *declaratum* in cauſa Eliſabetis Maſoliuera contra Narciſam Maſmijana, de qua mox dicetur.

4 Et † quocunq. modo fiant hæc hæreditamẽta, & donationes, valent in fauorem tertij, & filiorum naſcicturorum, licèt per ipſos filios, ſeu alium tertium, vel eorum nomine non fuerint acceptata, nec aliàs ſtipulatione, & iuramento vallata, eodem modo, quo valent in fauorem eorum patris primi donatarij, quia ſufficit illi[9] acceptatio, vulg. l. quoties C. de dona. quæ ſub modo, de qua agunt Dida. var. reſol. lib. 1. cap. 14. nu. 2. Iul. Clar. in §. donatio q. 13. circa prin. Antho. Gab. lib. 3. com. opinio. tit. de dona. cõclu. 5. Oſaſ. deciſ. Pedemon. 85. Alex. Rauden. de analog. cap. 30. num. 4. Aluar. Velaſ. de Emphy. q. 5. num. 44. videndus, præ omnibus, Dida. vbi ſuperiùs num. 11. qui pulchrè loquitur in materia, & alios ad idem allegat, adde Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus in declar. l. Reg. q. 8. nu. 8. & And. Angulo de melior. l. 1. glo. 8. num. 21. ita his eiſdem verbis *declarauit* Senatus in ſupradicta cauſa Bernardi Duran.

5 Nec † poteſt modo aliquo reuocari, nedum à ſolo donatario, quod ex infrà tradendis manifeſtè apparebit, ſed neq. ex vtriuſq. & donãtis, & donatarij conſenſu, iuxta veriorem doctorum ſententiam, quam pluribus comprobat Dida. d. cap. 14. lib. 1. var. Roder Suar. in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Reg. q. 8. Antho. Gom. in l. 40. tau. num. 29. Moli. de primoge. lib. 4. cap. 2. num. 73. viden. Peregrin. de fideicom. ar. 51. à num. 43. cum ſequent. cum in finitis per eum relatis, magis communem dicit hanc opinionẽ Guiler. Benedict[9] in cap. Raynuntius, verb. abſq. liberis 2. num. 23. in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quicquid in contrarium teneat Bar. in l. qui Romæ §. Flaui[9] ff. de verb. oblig. & Senatus Sabuſia. qui pro opinione Bar. † *declaraſſe* dicitur de anno 1592. vt auctor eſt Antho. Fab. in ſuo Cod. li. 8. tit. 35. de

6 dona. quæ ſub modo &c. defin. 2. Nec † obeſt tex. communiter à contrarium tenentibus põderatus in d. l. quoties C. de dona. quæ ſub modo &c. ibi, *iuxta donatoris voluntatem*, quia ea verba non ſunt referenda ad liberam modi reuocandi facultatem, ſed potiùs ad acquiſitionem iuris introductam in fauorem tertij, quia donans voluit, & id fuit lege roboratum. Quæ ſaltem opinio erit tenẽda in his donationibus, de quibus agimus, tùm fauore matrimonij, tùm propter ſtipulationem patris, & notarij, nomine nepotum, acceptãtium, & iuramẽti interpoſitionem, prouti latè Cancer. var. reſolu. lib. 1. cap. 8. num. 30. cum ſequent. & in Cathalonia hæc opinio eſt indubitata ex conſti. 1. ſub. tit. de promiſſio. dot. & dona. prop. nup. de qua nos aliqua inferiùs trademus, Deo cõcedẽte, ita *declarauit* Senat[9] in d. cauſa Bernardi Duran his verbis, *& conſtat non poſſe huiuſmodi donationes contemplatione, & in fauorem matrimonij factas iuxta generales conſtitutiones Cathalonie reuocari, &c.* cuius, vt iam dixi, meminit noſter Ludoui. à Pegue. deciſ. 31. in nouiſſimis: quatuor alia ad idem exemplaria adducit noſtras Cancer. in tertia parte var. reſolu. poſt hęc ſcripta in lucem emiſſa. c. 7. de pac. num. 258.

7 Dubium † tamẽ eſt, an filijs per huiuſmodi donationem

donationem censeatur ęqualiter ius quæsitum in bonis ab auo donatis, ita quòd postmodum pater donatarius non possit alio modo inter filios disponere, an verò nihilominus habeat facultatem bona prędicta, pro vt voluerit, inter filios suos distribuēdi. Quęstio hæc prima fuit, quę mihi valdè iuueni, & recèns ab scholis reuerso, in patria cōtigit in praxi: cum enim quidam Pater filio suo, fauore, & contemplatione matrimonij, quod contrahebat, donationē fecisset de omnibus bonis suis, certa facta reseruatione ad testandum, cum pacto quòd filij ex eo procreandi haberent esse hæredes bonorū donatorum, ipseque filius postea, mortuo patre donatore, inæqualitèr de bonis donatis inter duas filias suas postea natas disposuisset, alteram ex ipsis hæredem vniuersalem de omnibus bonis instituendo, alteri verò quędam legata tenua relinquendo, cōtigit quòd, mortuo testatore, hæres voluit legata prędicta legatarię persoluere, quę cum ad me accessisset, vt ei cōsulerem de dictis legatis recuperandis, videns sorores ipsas esse, ac propterea oportere dissentiones, & discordias inter ipsas, quæ procul dubio ex litibus oriūtur, sedare, effeci cum aduocato dictę hæredis, viro quidem summo ingenio, & doctrina prædito, qui licèt in pago commoretur, nulli tamen ex ijs, qui in ciuitatibus, & palatijs versantur, est secundus, vel tertius, vt prædictas sorores amicabiliter intersese cōponeremus: Conuenimus certa die in vnū, cæpimus de his agere, & mihi petenti legata prędicta pro parte dictæ legatariæ (non enim eram conscius donationis prædictæ per patrem filio, & filijs suis factæ) opposuit fortiter aduocatus hæredis de donatione prædicta, dicens vigore illius patrem donatarium habuisse tantùm facultatem nominandi vnum ex filijs suis ad bona donata, qui ea haberet vigore donationis auitę, & nullo modo, obstante dicta donatione, licuisse eidem alijs filijs quicquam relinquere de bonis donatis: ego qui, vt dixi, de prædicta donatione notitiam aliquam non habebam, volui eam videre, priusquam obiectioni aduersarij satisfacerem: qua visa, & maturè perpensa, & considerata respondi me iam legatis non contentari, sed quòd imò petebam nomine dictæ legatarię medietatem bonorū compræhensorum in donatione, quæ multa erant, & magni valoris vigore dictę donationis, filias omnes dicti donatarię, æqualitèr cōpręhendentis: irridebat mihi aduocatus dictæ hæredis quasi innuens me id dixisse vti parum expertum, & in praxi versatum, & decreta Senatus ignorantem, quæ intrepidè, vt asserebat, suam opinionem, meæ contrariam, amplectebatur, ad quod ostendit mihi locum Cancerij (quem nec videram adhuc, nec noueram) in prima par. var. resol. cap. 8. de dona. num. 65.

† asserentis sic *iudicasse* Senatum: timui tunc valdè, & dubitaui de victoria quippè qui scirem parū mihi profuturū optimis (vt arbitrabar) legū decisionibus, & doctorum auctoritatibus meam habere fulsitā, & fundatā opinionem, si Senatus, à cuius decisionibus Ordinarij nō audent, nec iustum est, latum vnguem, recedere, & in quo forsan causa posteà veniret finienda, contrariam amplecteretur: non desperaui tamen propterea, imò vt de his certior fierem decreui per litteras integerrimum illum virum Antonium Oliba quondàm eiusdem Senatus doctorem consulere, qui vires, & animum addidit respondens me fouere iustitiam, & pro mea opinione solitum fuisse Senatum *declarare*, ac præsertim in quadam causa, inter quosdā Bisuldunenses in eodem Senatu vertenti, eandemq. meam opinionem quibusdam argumētis, quæ postea proponentur (digna enim sunt tanti viri opera, que ab omnibus videantur) confirmauit: his receptis litteris, cum non potuerimus partes componere, decreui statim litem mouere contra dictam hæredem, qua medietatem bonorum donatorum peterem, & cum postea Barcinonem, vbi nūc vitam dego, venissem, causam prædictam ad Regiam Audientiam euocaui, in qua tandem die 16. Martij 1601. pro mea opinione in fauorem Elisabetis Masoliuera contra Narcisam Masmija, adiudicando eidem medietatem bonorum donato-
† rum, extitit *declaratum* refferente egregio tunc Senatore Iosepho Benach in aula Regentis Cancellariam, actuario Michaele Puigferrer, & hęc opinio non fuit tunc nouiter in Senatu
† recepta: idem enim antea *declarauerat* in eadē aula ad relationem egregij etiam quondam Senatoris Monserrati Guardiola, qui nunc Regentis officio fungitur in supremo Regni Aragonum consilio, die 16. octobris 1595. in causa Iacobi Fabregues contra Ioannem Mas, actua-
8 rio Raphahele Pasqual, & † idem etiam anti-
† quitùs *declarauerat* isdem Senatus in causa Michaelis Boxadors, & Bernardi fratrum, vti habetur in quodam libro valdè antiquo exemplarium Regiæ Audientiæ, quem multi doctores habent in hac ciuitate, inquo, & in quadam additione manu scripta ad Bereng. Ferdi. de filijs nat. ex matrim. ad morga. contract. penes Saluatorem Pi quondàm huius ciuitatis non pænitendæ doctrinæ aduocatum existenti signanter reperi annotatum in dicta causa fratrum Boxadors vota Senatorum scisa fuisse in tres partes: alij dicebant omnes filios venire vocatos, & isti fuerunt in maiori numero: alij patrē habere electionem, cui postea filiorum vellet relinquere: & tertij deniq. venire primum ordine primogeniturę: & hodie ea opinio quòd

quòd omnes censeantur vocati iam effecta
* fuit communis vtriusque aulæ, vti apparet ex
† alia simili *declaratione* in aula admodũ Reuerẽ
di Cãcellarij facta in causa supplicationis inter
positæ ad relationem egregij olim nostri Sena-
tus Senatoris, & nunc in supremo Aragonum
Regentis Saluatoris Fontanet, per Narcisam
Masmijana à sententia supradicta contra eam
lata referente egregio Senatore Iosepho Be-
nach, quæ in ea causa fuit confirmata quoad
dictũ caput die 5. Iulij 1604. actuario N. Rou-
re, de qua inferiùs latè verba faciemus, & ex
ϟ *alia* in eadem aula admodum Reuerendi Cã-
cellarij referente quondàm egregio Senatore
Ioan. Castello, facta, cuius meminit nob. Ludo
ui. à Peguera decis. 39. in nouissimis. Et quam-
uis Cancer. vbi suprà dicat contrariam solitam
fuisse Regiam Audientiam amplecti opinio-
nem, ego tamen nunquam similem reperi de-
clarationem, & videtur quòd nec ipse reperijt
vnquàm, postquàm nec ibi, nec etiam in 3. par.
var. resol. cap. 7. de pactis num. 115. vbi de eadẽ
† quæstione agit, aliquam adduxit. Idem *decisum*
fuisse de anno 1529. in curia Grationopol. au-
ctor est Raboc. in addi. ad Guid. Pap. ad quæst.
ϟ 184. super verbo, *credo quod sic*. Hanc no-
stram opinionem tenent quamplures docto-
res Bar. Bertran. Ias. Dida. & Alex. in locis per
Cancer. vbi suprà num. 64. allegatis, adde Iul.
Clar. in §. feudum q. 9. n. 3. & in §. emphyteusis
* q. 16. nu. 1. vbi de materia tractat: cõmunẽ ean-
dem resolutionẽ prędicant Sylua. Socin. Iun.
Ioan. Dilect. Vincen. Anan. Menoch. & alij rela
ti per Vilallobos in vol. com. opin. ver. emphy
teusis nu. 61. versi. amplia 3. & postea per Can-
cer vbi suprà.

ϟ Nec † desunt iura, & rationes, quibus id cõ-
probetur, vltra ea, quæ legere poteris apud Be-
renga. Ferdi. in cap. 1. de filijs natis ex matrim.
ad morga. contract. c. 9. prælud. à nu. 13. cum se-
quent. adest enim inter alia tex. in l. hæredes
mei §. peto & l. fin. ff. ad Trebellia. quatenus in
illa deciditur, per eam dispositionem, peto vt
filijs meis restituas, censeri fideicomissariam
substitutionem inter filios æqualiter factam, in
hac verò grauatum de hæreditate restituenda
ei, vel eis, qui supererent, non satisfacere si vni
restituat cum plures essent.

Rationes antequam proponamus, quia do-
ctores, qui contrariam nostræ, tenent senten-
tiam, vt infrà commemorabimus, eam probare
conantur argumento ducto ab ea opinione,
ϟo qua † quidam tenent patrem, qui recepit em-
phyteusim pro se, & filijs suis posse eam vni ex
filijs relinquere, & alijs præiudicare, libet prius
animaduertere separandũ omnino fore casum
prædictum patris recipientis pro se, & filijs suis
emphyteusim à casu nostro: in primo enim ca-
su ideò dicunt aliqui doctores posse patrem tò
tam emphyteusim vni ex filijs relinquere, quia
filij nihil tunc habent à concedente cum eis nõ
fuerit facta concessio, sed solùm à patre, cui cũ
solùm facta fuisset, ipse eam acceptauit pro se,
& filijs suis, atq. ideò, dicunt doctores, qui eam
tenẽt opinionem, nihil mirum si pater posset,
modo quo voluerit, inter filios suos disponere:
secus verò est in nostro casu, vbi filij nihil ha-
bent à patre, sed totum ab auo donante, per cu
ius iuramentum in donatione appositum, &
stipulationam notarij, vt sępè diximus, fuit eis
ius quæsitum, vndè nihil mirum si in primo ca-
su docuerint aliqui posse patrem vni ex filijs
emphyteusim relinquere, & alijs præiudicare,
non tamen propterea licebit idem dicere in
nostro casu, propter supradictam rationem di-
uersitatis. Hanc differentiam optimè animad-
uertit Surd. decis. 324. num. 6. cum sequent. (li-
cèt posteà sibi non placere dicat) ex Bar. in l.
Gallus §. si à paréte num. 4. asserente quòd vbi
conceditur aliquid Titio, & hæredibus, tunc si
verba illa exprimuntur à recipiente tantùm,
omnes veniunt hæredes, etiam extranei, si ve-
rò à concedente, aliter distinguit, & licèt idem
Surd. posteà dicat sibi eam differentiam nõ pla
cere, nihilominùs tamen nõ propterea iustum
est quòd nobis displiceat postquam ea summa
nititur ratione, vt & superiùs aliquantulum
confirmauimus, & inferiùs aliter comprobabi-
mus, & postquàm ea placuit Bar. & visa est non
displicuisse Didaco lib. 2. var. cap. 18. nu. 2. Quę-
stio igitur de patre recipiẽte emphyteusim pro
se, & filijs suis non potest modo aliquo ad no-
strum ca sum protrahi, nisi casu quo teneatur
etiam nec in ea facti specie posse patrem filijs
in emphyteusi præiudicare, quæ proculdubio
est verior opinio ex tex. in l. si cum dotem in §.
si pater ff. solut. mat. quo loci disponitur non
licere patri filiæ præiudicare in dote ex eius
stipulatione filiæ quæsita, nisi tantundem ipse
eidem de bonis suis reliquerit, & probant do-
ctores superiùs adducti: tunc enim licebit à
fortiori ab eo casu ad nostrum arguere, si in eo
quod filijs quæritur ex stipulatione paterna tã-
tùm, non potest pater eis prędiudicare, quantò
magis idem dicendum erit vbi filij habent nõ
à patre, sed à concedente, & donante.

11 Ex † hac differentia oritur nostra prima ra-
tio, quòd ex quo filij nihil habent à patre in
nostro casu, sed ab auo donante, nulla certè
potest esse ratio, quæ suadere valeat posse pa-
trem alicui ex filijs suis, in reb⁹ ab auo eis æqua
liter donatis, prędiudicare: Hanc rationem per-
pendit Dida. in allega. cap. 18. nu. 2. lib. 2. var. re
sol. & multis comprobat, nec non & Cald. à Pe
rey. de nomi. emphy. ordin. l. 4. tit. 62. §. 3. q.
15. num. 3. cum Bal. & alijs quamplurimis, quos

allegat

allegat dicens quòd propter eam pater in emphyteusi sibi,& filijs suis concessa non potest eis præiudicare,& hanc dicit esse communem opinionem.

12 Secunda † ratio est,quam ponderauit in casu simili pract.noster Marquil.in vsa.de intestatis,quæst.16.vers.præterea in pactis,fol.352.col.3.quia in instrumento donationis fuit dictum quòd si dictus N.donatarius decederet sine liberis,tunc bona donata reuerterentur ad N. donatorem,si viueret,sin minus ad illum, vel illos,ad quem,vel ad quos ipse disposuisset,reseruatis dicto N.donatario mille libris,de quibus tali casu posset disponere,ex quo igitur donator sibi,& donatario in vno tantum casu,videlicet non existentię liberorum,reseruauit facultatem disponendi,& testandi de bonis donatis,ergo in alio casu,scilicet existentiæ liberorum,dicendum omnino est stari debere donationi,quæ æqualiter filios vocat, & propterea non potuisse patrem donatariũ inter filios aliter disponere.

13 Tertia † ratio desumitur ex regula illa iuris notissima,quæ filios,& nepotes vocat æqualiter ad hæreditatem parentum l.inter filios ff. vbi glo.vers.*æquo iure*,& ver.*expliciti*, C.famil. hercis.& sunt ibi iura concordantia.

14 Quarta † tandem, & vltima ratio indè oritur quòd parentes semper præsumantur velle æqualitatem seruari inter liberos,l. cum pater 79.§.cuictis,de lega 1.& l.fin C.vtriusq.iuditij Manti.de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit.11.nume. 8.& tradit optimè Fernan.in allega.repeti. cap. vni.de filijs nat.ex matrim.ad morga. contract. in cap.4.prælud.num.4. adeò vt † si eorum vo 15 luntas sit obscura,& dubia ita est obseruanda, vt, quãtum fieri possit, æqualitas inter filios cõseruetur,auctor est Alex.in cons.7.vol.2. optimè Fernã.vbi suprà:ex hac præsumptione æqualitatis seruandæ inter liberos plura inferunt doctores,quos longa serie refert Fran. Viui.de cis.189.nu.23.lib.2.quæ dicit esse de pane quærendo.

Aliæ quam plures possent in proposito adduci rationes,quę tamen consultò omittuntur, quia eas latissimè prosequntur doctores suprà citati,ac præsertim Ias.omniũ fusissimè in alleg. l.2.C.de iur. Emphy.

Non inficior quam plures esse, qui contrariam nostræ teneant sententiam, ex eis quosdam refert Can.vbi superiùs Guid. Pap.decis. 184.num.3.Nat.cons.475.per tot. & cons.501. num.14.Cel.Hug.cons.16.num.14.Marquil.in 18 vsat.de intestatis,quæst.33.quibus postea idem Can.in 3.par. var.cap.7. de pactis numer. 117. addidit Surd.decis.209.num.16.& Bereng.Ferdin.de fil.nat.ex matrim.ad Morgan. contrac. cap.9.nu.14.nihilominus tamen nõ propterea est à priori nostra opinione recedendum, quia melioribus,& de iure verioribus fulcitur rationibus,ac proindè Can. licèt contrariam teneret opinionem,non potuit tamen negare hanc nostram in pũcto iuris esse veriorem, & magis * communem,vt ipse tradit in allegato capite 8. de donatio.num 65.

Superest nunc, vt quædam argumenta,quæ contra nostram opinionem vulgò circumferuntur,dissoluamus:in primis arguunt dd.de l. 16 fœminæ 5.C.de secund.nup.† quatenus habet matrem,quæ tenetur filijs primi matrimonij reseruare ea,quę ex illo habuit, satisfacere si vni ex pluribus filijs restituat:Cæterum respondet Bar. *in* allegat. l. vt iurisiurandi §. liberi de oper. liber. & in allega. cons. 60. quæstio ista vol.1.quem sequitur Ias.in l.2.num.211. in fine * C.de iure emphy.& communiter alibi doctores,diuersum admodum esse casum d. l.à casu nostro:in eo enim non tenetur mater filijs primi matrimonij lucra prędicta restituere ex cõuentione aliqua cum tertio inita,sed ex eadem ipsa legis dispositione,quæ ei facultatẽ tribuit eligẽdi:eadem enim lex allegata, fœminæ, statuit teneri matrem reseruare lucra filijs, & statim declarãdo quomodo sit faciẽdũ,dicit sufficere quòd vni ex eis donet, vel relinquat, his verbis,*Fœmine &c.id totum,ita vt perceperint, integrum ad filios,quos ex precedente coniugio habuerint, transmittant, vel ad quemlibet ex filijs*, ex quibus apparet casum ab.Impera. non decidi in d.l.fœminę,qui modo aliquo similis sit huic nostro,ac proindè non est illius dispositio in cõsequentiam trahenda.

17 Vel etiam † respondemus cum Alex. Rauden.decis.pisa.22.num.25.quòd ideò mulier in casu illius textus potest vnum ex filijs eligere, quia lex non vocat filios immediatè,sed requirit factum mulieris,quòd eis relinquat, vt ibi patet in prin.verbo,*transmittant*,& in §.fin. verbo,*relinquant*,quando autem quis grauatur filijs suis relinquere,certum est quòd potest vnum ex eis eligere,ac satisfacere vni relinquendo,vt Rauden.ibidem confirmat,& ego memini me aliàs non semel in hoc opere,ad alia proposita,dixisse:in nostro autem casu donatio nõ fit patri vt *filijs relinquat*, nec aliquod in his ministerium,respectu filiorũ,habeat:sed æqualiter eis,ac pariformiter cum patre, ordine tamen successiuo,fit ab auo donatio:non ergo est bona argumentatio, quæ ex dicto tex. desumitur contra nostram opinionem.

Ex † hac responsione videbis quam facilitèr corruat argumentum,quod noster Cancer. contra nostram opinionem dicit irrefragabile in 3.par.var.resolu.cap.7.de pact. num. 117. id enim, quod præsupponit mentem donatoris fuisse,vt pater post mortem relinqueret filijs

nos

nos protsus neganus constanter asserentes quòd mens fuerit voluisse donare filijs post patrem absque aliquo illius ministerio, cum id verba donationis clarè importent, vt suprà probauimus, & suffragatur elegans doctrina Angeli in l. apud Iulianum §. siquis alicui ff. de lega. 1. quam refert, & sequitur doctissimus Lusitanus Anthon. de Gam. decis. 174. nume. 11. dicentis, quòd quando aliquid conceditur alicui & filijs suis, vna concessio est in persona patris, & alia in persona filij, & sic deinceps, quod proculdubio nō foret, si verum esset, quòd solùm vnica concessio consideraretur facta respectu patris, cum eo tamen quòd ipse teneretur postea filijs suis similiter donare reliqua argumenta, quæ contra nostram opinionem adduci solēt, dissoluuntur à doctoribus suprà citatis, ac præsertim à Iaso. omnium fusissimè, atque ideò nos amplius in his non immorabimur.

19 His † statim succedit & aliud dubium non minoris difficultatis, quàm prius, nunquid videlicet quando donatio facta est filijs, in terminis nostris, non exprimēdo huius, vel alterius matrimonij: nā si id exprimeretur, res esset sine difficultate, an tūc per eā donationem censeantur vocati tā filij secundi, quàm primi, vel alterius matrimonij, an verò solū filij primi matrimonij, cuius fauore, & contemplatione fuit facta donatio. Hanc quæstionem disputat latè Iaco. Menoch. in cons. 41. lib. 1. per totū, Surdus cons. 72. etiā lib. 1. & alij, quos citat Castillo Sotomaior cōtrouer. quotidia. de vsufruc. lib. 1. c. 2. n. 75. quę mihi de facto accidit disputanda in Senatu in causa supplicationis, in aula admodū Reuerendi Cancellarij, ad relationem egregij olim Senatoris, & nunc in supremo Arag. Regentis Saluatoris Fōtanet, per Narcisam Masmijana à Regia sententia contra ipsam, & in fauorem Elisabetis Masoliuera in alia aula ad relationem egregij etiam quondàm Senatoris Iosephi Benac lata, de qua anteà verba faciebamus, vbi defēdere conabar in terminis nostræ donationis, eam solùm cēseri factam filijs prioris matrimonij, cuius contēplatione facta fuerat, non alterius, idq. probabam varijs medijs:

20 quoties enim † in aliqua dispositione fit simpliciter mentio filiorū, tunc ea solùm intelligitur facta de filijs primi matrimonij, & ij solùm, & non alterius matrimonij cēsentur per eam vocati, vulg. l. si inter virum, de pact. dot. l. si quid

21 earum §. fin. de leg. 3. ad instar † mentionis matrimonij simpliciter factæ, quæ semper intelligitur de primo matrimonio, non de alijs, vulg. l. boues § hoc sermone, cum simil. ff. de verb. sig. atq. ità tenet Bar. in l. cum vir ff. de cond. & demonst. Rolan. de lucr. dot. q. 42. nu. 1. Signorol. cons. 29. num. 37. & cons. 68. & 69. & Hiero. Gab. cons. 13. nu. 2. lib. 2. Tiraquel. in l. si vnquā in prin. C. de reuo. dona. n. 100. aliàs est in præfatio. nu. 103. Cald. à Perey. latissimè omnium, ac doctissimè in tract. de nomina. Emphy. q. 15. per tot. vbi dicit se ex multis rationib⁹ pro hac nostra opinione adductis, fecisse per sacrū cōsilium Lusitanum *reuocari* quandam sentētiam in contrarium latam, & Bereng. Ferdi. in repeti. c. vni. de fil. nat. ex mat. ad morga. cōtract. c. 6. prelud. num. 11. & alij relati per Can. in 3. par. varia. c. 7. de pact. num. 101.

22 Vndè † dicebat Tiraquel. vbi 3. ex multis, quos allegat, donationem factam sub mentione liberorum, reuocari per superueniētiā filiorum secundi matrimonij, ex eo quòd ij nō censeātur cōprahēsi sub mētione prædicta filiorū.

23 Et † indè etiam dicebat Cald. à Perey. loco superi⁹ allegato, regulare esse quòd de secunda vxore, & illi⁹ filijs nulla sit habēda cōsideratio, nisi illorum exprælsa fuerit facta mentio.

24 Quod † adeò verum existimat Fernan. vbi superiùs; vt arbitretur nec posse pacta in capitulis matrimonialibus licèt in fauorem filiorum secundi matrimonij expræssè cōcepta, veluti dicendo si ex hoc matrimonio non nascuntur filij masculi, sed tantùm fœminæ, volumus quòd bona nostra sint filiorum secundi matrimonij: nō posse (inquam) ea pacta dictis filijs secundi matrimonij prodesse, per rationes, quas ibi ipse allegat, quę doctrina licèt scrupulo non careat, & (vt clariùs dicamus) licèt nobis valdè displiceat, eam tamen adducere voluimus, vt intelligeretur quàm certam, & in dubitatam hic doctor nostram existimauerit opinionem, quòd videlicèt apellatione filiorū in casu, quem tractamus, non veniant filij secundi matrimonij, sed tantùm primi.

25 Non † me latet quam plures esse, qui cōtrariam teneant sententiam, & opinionem dicentes vocationem filiorum simpliciter factā tàm secundi, quàm primi matrimonij comprahendere filios, nec ignoro quin aliqui dicant in nostro Senatu fuisse sepiùs pro hac opinione declaratum (licèt ego huc vsq. cum maxima diligentia tales declarationes, vel aliquā ex ipsis reperire nō potuerim) & signātèt egregius olim Senator Anthonius Oliba in quadā respōsione mihi in hoc proposito, tacitis nominib⁹ partiū, in scriptis Olorum, quę patria mihi est charissima, vbi tunc degebam, de anno 1597. missa, dixit, & testatus est, ita fuisse in aula Regētis Cācellariam, in qua ipse eo tempore sedebat, diebus tunc proximè elapsis inter quosdam Bisuldunenses † *declaratum* Item & Saluator Fontanet eiusdem Regię Audientię Senator, nunc verò in supremo Aragonum consilio Regens dum pro hac mea opinione de iure informarem in causa, de qua antea feci mentionem, obiecit mihi de quadam, in contrarium, se referente,

ferente, facta *declaratione* in causa Michaëlis Subirats contra Ioānem Termens die 26. Septembris 1597. actuario Raphaële Balle.

Hæc tamen me mouere haud valuerunt, quominùs meam hanc sequerer opinionem. Primò quidem non mouit auctoritas doctorum contrariam tenentium sententiam, quia etiam & nos doctores habemus pro nostra opinione, & fortiora argumenta: Item nec mouerunt declarationes, quæ contra nos dicuntur in Senatu factę, quia non esset inconueniens quòd, licèt factæ aliquando sic essent, nunc tamen aliter fierent: ego (iam dixi) nunquam talem declarationem in proposito vidi, præter illam, quę ad relationem Saluatoris Fontanet in causa Michaelis Subirats contra Ioannē Termens facta fuit: quę tamen mihi probare non videtur id, ad quod allegatur: licèt enim ibi vigore cuiusdam donationis huic nostræ similis, fuerint bona donatoris æqualitèr quatuor filijs donatarij, ex diuersis matrimonijs procreatis, adiudicata, id tamen factum iudicare possumus, quia in toto processu non fuerat oppositum per partes eos fuisse filios diuersi matrimonij, nec quicquam circa id exiterat deductum, sed solùm quòd donatarius decesserat quatuor relictis filijs legitimis, & naturalibus, & in hoc concordabant partes, etsi & vbi testes super hoc deponentes dixissent duos ex ijs filijs esse vnius matrimonij, & 26 reliquos alterius, non † tenebatur tamen Senatus eis fidem in hoc adhibere, cum extra articulum deponerent, ex Bar. & ibi communiter scribentibus, per illum tex. in l. si duo patroni §. idem Iulianus ff. de iur. iuran. latè Mascar. in tract. de proba. in conclu. 1366. per tot. & latiùs Farina. de oppos. con. dic. tes. q. 71. oppos. 24. per tot. maximè cū de hoc partes nō cōtēderent, atque ita potuit optimè Senatus dictis quatuor filijs æqualiter bona donata adiudicare, absque eo quòd examinaret an vnius, an verò diuersi matrimonij omnes essent, postquam partes in hoc non insistebant: Item ex tenore donationis prædictę clarè constabat (meo iudicio) eam donationem factam fuisse filijs tam secundi, quàm primi matrimonij, teste eodem processu, quem ego vidi, & diligenter perlegi, vt huius rei perciperem veritatem, vndè non potest in consequentiam ea declaratio trahi, nec nos à nostra opinione separare.

27 Pro † qua ego considero quòd hic nos non agimus, quandò simpliciter fit donatio, vel legatum filijs alicuius, in quibus terminis loquuntur doctores, qui contrariam tenent sententiam, arbitrantes huiusmodi donationem, vel legatum comprædendere non minùs filios secundi, quàm prioris matrimonij, sed loquimur quando filijs fit donatio in capitulis matrimonialibus, & fauore certi, & determinati matrimonij cum certa, & determinata muliere contrahendi, quo casu arbitramur, propter cohærentiam ipsius matrimonij (quicquid sit quando aliàs simpliciter fit donatio filijs) censeri ea donatione, qua de agimus, vocatos filios tantùm illius matrimonij, cuius contemplatione fit, exclusis, à rebus donatis, quibuscunq. filijs alterius matrimonij, idq. probo hac, meo iudicio, incōuincibili ratione.

28 De iure † enim certum, & expeditum est, eam esse causę finalis naturam, vt dispositionem aliàs generalem, & aptam comprædendere multa, restringat, vt tantùm comprædendat id, quod includitur sub causa finali, ad id habemus tex. expressum in l. si habitatio §. 1. ff. de vsu & habita. certum

29 † est vsusfructus legatum multò plus comprædendere, quàm legatum habitationis, & tamen quia in eo tex. legatus fuerat vsusfructus habitandi causa, quę vt finalis ibi à I.C. consideratur, ideò legatum illud aliàs generale restringitur à dicta causa finali, vt solam habitationem contineat, ad idem est tex. in l. cum eiusdem §. cum interdum, ibi, *cum manifestum erit*, de ædil. edict. l. vtrum, de verb. obliga. ibi, *vtpotè cum aliter*, cap. tua, de Simonia, & c. consuluit, de vsur.

30 Indè † respondebat Decia. respon. 7. vol. 1. à numer. 13. cum sequent. in donatione facta Titio, & eius descendentibus, quæ ex se est apta comprędendere tam masculos, quam fœminas, vt de se patet, censeri tantùm vocatos masculos, ex quo pro causa finali fuerat in dicta donatione adiectum, quòd volebat per eos conseruari nomen, & arma, quæ per fœminas non conseruantur, pluribus id, ex vi causę finalis, probat ibi Decia. & idem etiam propter eandem rationem respondebat aliàs idem Decia. dicēs quòd causa finalis, seu illud, quòd pro causa finali ponitur hoc operatur quòd regulet contractum, vt secundum illam, & *illud* fit interprætādus, non autem è *contra* vt illud, quod pro causa finali *ponitur fit* interprætandum secundum *contractum*, cui adijcitur, addit postea, & *his* accōmodat id, quod nos multis in superiotibus, signanter clau. 4. in prin. nu. 6. & 7. & in eadem hac glo. nu. 31. & alibi sæpè docuimus, quòd quia matrimonium est causa finalis donationis inter patrem, & filium, ideò illa valet, & sustinetur, quia regulatur secundū naturam dotis, & matrimonij, quia sponsa non fuisset aliàs contractura matrimonium, & quemadmodum dotis constitutio respectu mulieris tenet, & donatio ei facta per parentes, sic tenere debet, & sustineri quę sit marito in eodem matrimonio: hæc (inquā) Decia. docet

L respon.

respon.41.num.21.eo.vol.1.

31 Sed † matrimonium est causa finalis huius, de qua agimus, donationis in capitulis matrimonialibus, & fauore certi, & determinati, & cum certa, & determinata muliere contrahendi matrimonij, ex celebri doctrina Mar. Mont. decis.10. Regię Regni Aragonum Audientiæ, sic contrarias in hac materia doctorum opiniones consiliantis, quam & approbat noster Se-
† natus, vti *ex declaratione* ad relationem egregij olim Senatoris, & nunc in supremo Regni Aragonum Regentis Saluatoris Fontanet die 8. Martij 1604. in causa Gasparis Grau contra Anthoniam Planes, actuario N. Vilella, postea Tio, facta, apparet manifestè, prouti fusissimè & nos tradidimus, & confirmauimus in glo.1. *Et fauore, & complatione matrimonij &c.* huius 4. claus.

Necessariò igitur ex his inferri debet, quòd licèt donatio filijs facta ex se generalis esset apta compręhendere filios tàm secundi, quàm prioris matrimonij, quia tamen ea, de qua agimus, facta fuit fauore, & contemplatione matrimonij quod N. donatarius contrahebat cũ N. vxore sua, quod quidem propterea illius dicitur esse causa finalis, quòd proindè restrigenda est ad causam finalem, vt videlicèt non compræhendat nisi filios primi matrimonij.

32 Fortificatur † argumentum, nam istæ donationes in capitulis matrimonialibus factę pars, & portio censentur esse contractus matrimonij, cuius causa fiunt, & cum toto ipso contractu confunduntur, vt considerat Guid. Pap. in sæpè allega. q.145. cum alijs relatis per Monter vbi suprà nu.7. quibus omninò adde Vincen. de Franch. qui pulchrè loquitur, decis.205. num.1.

33 Item † huiusmodi donationes censentur priùs tractatæ, & pactatæ inter vtrosque soceros, & generos, nec non & inter consanguineos vtriusque ex contrahentibus matrimonium: propterea enim parẽtes, patrimonia sua eneruantes, amplas dotes dant, & constituunt filiabus suis quia vidẽt has donationes futuris generis à parentibus fieri, & èconuerso, aliàs non daturi, aut saltem non est ita pręsumendum, nec aliàs sine tali donatione matrimonium effectum habiturũ fuisse, pulchrè Frãch. d. decis.205. quę alia ideò pro nunc non egent probatione, quia satis, superque à nobis in glo. 1. superiùs allega. extiterunt comprobata, & quia in causa suprà dicta ad relationem Saluatoris Fõtanet per hæc expræssa motiua fuit facta declaratio, quam antea dicebamus, in fauorem Anthoniæ Planes contra Gasparem Grau.

34 Indè † inferebat Franch. vbi superiùs quòd ex quo huiusmodi donationes pars, & portio censentur esse contractus matrimonij, in quo fiunt, & priùs inter partes, vt ita fierent, tractatę, quòd propterea irreuocabiles omnino fiũt sicut & matrimonium, cuius causa factæ existunt, & cuius sunt pars, & portio, & nullatenus proindè valet retrodonatio per donatariũ parentibus postmodum facta, quãdoquidem per huiusmodi retrodonationem deciperentur parẽtes sponsæ, qui cum altera parte, quòd ea donatio fieret, conuenerunt: plura ad id allegat ibi Franch. omninò videnda, nos ad id habemus constitutionem expressam in titulo de promissio. dot. de qua diximus iam aliqua in allega. glo.1. huius 4. clau. à num.71.

Si igitur hæc, quàm tractamus, donatio est pars, & portio contractus matrimonij, cuius causa facta extitit, certè luce meridiana clariùs apparet, quòd loquendo de filijs, censebitur tantùm loqui de filijs illius matrimonij, non de alijs, aliàs pars plus cõtineret, quàm totum, & diuersę esset naturę ab ipso toto, quod esset monstruosum.

Si (etiam) ista donatio censetur priùs tractata, & pactata inter parentes sponsi, & sponsæ, & inter eosdem ipsos sponsos, aliàs matrimonium prædictum non contracturos, absq. prædicta donatione, indè certè dicendum procul dubio erit necessariò eorundem mentem fuisse quòd donatio prædicta filijs tantum dicti matrimonij, non alterius, fieret, ne cogamur fateri, quod aliàs negare non possemus, contra-
35 hentes ipsos tristem sperantes euentum † cõtra l. inter stipulantem §. sacram, de verb. obli-
36 ga. de filijs secundi matrimonij, qui † ipsis cõtrahentibus primum matrimonium meritò
* odiosi dicuntur, ad not. communiter per dd. in rub. C. de secund. nup. & in l. fœminæ C. eo. in ipso cõtractu primi matrimonij cogitasse, quod sanè non est pręsumendum.

Per hęc ego nitebar hanc meam opinionẽ clarissimis Senatoribus in causa supradicta persuadere, verùm ipsi his non obstantibus, me ta-
† men multum relamante, *in contrariam iuerunt sententiam* die 5. Iulij 1604. his motiuis, *Et fauor matrimonij, cuius intuitu hæreditamentum fecerunt donatores illud aliàs forsan non facturi, satis suum fuit operatus effectum, vt scilicèt filius donatarius in vim hæreditamenti prædicti effectus fuerit propterea dominus bonorum donatorum, de quibus aliàs parentes liberè disponere potuissent: Nec necessario sequitur quòd pactum in fauorem nepotum donatorum in eodem instrumento adiectum non cõprahendat filios ex donatario procreandos, nedum ex prædicto, verùm & ex alio quolibet matrimonio cõtrahendo cũ ad eos parẽ habuisse effectionẽ auos donatores sit pręsumẽdũ, ac ꝓpterea illos indiffinitè vocãdo oẽs simul, & æqualibus partibus, seu portionibus vocare voluisse, &c.*

Licèt

Licèt autem ego tunc, vt dixi, contrariam opinionem strenuè deffenderim, tanti tamen, vt par est, Senatus nostri, vndequaq. doctissimi, resolutiones facere soleo, vt centies potiùs me deceptum existimem, quàm semel Senatum, & ideò excogitabam pro maiori veritatis indagatione, cui solùm ego in hoc opere oculos infixos semper habui, ac habebo, si dici posset non esse inconueniens quòd dicatur, & concedatur donationem huiusmodi tractatam fuisse priùs inter ambas partes, & simul intellexisse ipsos in hęreditamento includi filios tam vnius, quàm alterius matrimonij: licèt enim hoc vltimum non pręsumatur de vxore, & his, qui ex sua parte sunt, potest tamen præsumi de auo, & patre, qui ęqualem ad omnes habent affectionem, & non repugnat credere quòd vxor, & qui ex eius parte sunt, consenserint quòd auus indiscriminatim nepotes tam vnius, quàm alterius matrimonij, iuxta paritatem, & ęqualitatẽ affectionis, vocaret, postquam in ea vocatione 37
includuntur etiam filij, qui ex eo matrimonio procreandi sunt. Cogita, quia ego veritatis sum amator, & vndecunq. veniat, libentèr amplexabor, sine sit in meæ, siue etiam in contrariæ opinionis fauorem.

Idem, quòd suprà contra meam opinionem declaratum extitisse dixi posteà ego ipse ob-
† tinui *declarari* in eodem nostro Senatu, quòd donatio filio, & filijs suis facta in capitulis matrimonialibus comprehendat tam filios illius, quàm alterius cuiuscunq. subsequentis matrimonij, ad relationem eiusdem egregij Senatoris Saluatoris Fontanet die 10. Aprillis 1606. in causa Ioannis Natalis Prat contra coniuges Canones, actuario Palau, quę posteà in causa supplicationis fuit confirmata referente egregio etiam Senatore Iacobo Puigmija, vt in d. processu habetur. Verùm ea in causa (vt verum fatear) quod me principalitèr mouit ad eam opinionem, meæ contrariam, deffendendam, fuit quòd viderem non fuisse simplicitèr filijs donatio facta, sed filijs suis legitimis, & naturalibus, & de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, per quæ verba claram fieri donantis mentem existimabam quòd non intendisset donator solis filijs primi matrimonij donationem facere, sed alijs etiam quibuscunq., cum aliàs tàm generalibus verbis, imò & superfluis vsus non fuisset: Si tamen ea verba non adfuissent in donatione, sed ea filijs simpliciter facta 38
fuisset, dubito ne idem, quod de precedenti, dixissem, & memini Relatorem mihi, cũ pro hac causa de iure (vt nos dicimus) informarem, obiecisse quare in ea contrarium deffenderem eius, quod in altera coniugum Masoliuers contra Masmijans? Respondi ex verbis prædictis, quibus in donatione extantibus, non militabant rationes superiùs pro contraria opinione in altera causa ponderatæ, ac perpensæ. Ex quibus duo inferas, primò quòd non erat plenè facti conscius Cancer. in tertia par. var. cap. 7. de pact. dum num. 112. illud exemplar causæ Natalis Prat simplicitèr adduxit ad probationem opinionis, quòd donatio facta filio, & filijs fauore, & contemplatione alicuius matrimonij comprehendat filios tàm eius, quàm alterius cuiuscunq. matrimonij, quia magna est differentia inter vnum, & alium casum. Secundò quòd per inaduertentiam me dicit nu. 101. in ea causa, cum Saluatore Pi, deffendisse contrariam opinionem, quòd scilicèt nõ comprehenderet donatio filios vtriusq. matrimonij: nam imò ego semper fui in dicta causa pro ea opinione, quòd compræhendebat, & ita in eadem causa post Cancer. strenuè deffendi cum pars voluisset illius deffensionem mihi committere, & tandem in ea sic bis *obtinui*.

Et hanc † quidem opinionem, quòd per vocationem simplicem filiorum censeantur vocati tam filij cuiuscunq. alterius, quàm primi matrimonij, adeò veram existimat Cancer. vbi suprà num. 114. vers. dubitari, vt arbitretur eam procedere etiam in casu, quo vocati expræssè fuissent filij primi matrimonij, cuius contẽplatione donatio fiebat, si tales filij non nascerentur, sed soli filij secundi, vel alterius cuiuscunq. matrimonij: eos enim existimat tali casu vocatos in donatione (iunge hæc cũ illis, quæ in superioribus diximus ex Beren. Ferdin. vbi dixit filios ex secundo matrimonio non censeri vocatos in donationibus, quæ fiũt in cõtractu primi, nec aliquod ius posse prętẽdere, etiamsi de eis sit expręssa in pacto facta mentio in aliquo casu, qui posteà locum habeat, & miseram iurisprudentiam dolebis quòd tantæ varietati sit exposita, vt liceat vni, pactum in contractu matrimonij in fauorem filiorũ alterius matrimonij expræssè factum dicere eis non prodesse, alteri verò quòd imò pactum in fauorem filiorum primi matrimonij expræssè factum, ablq. mentione filiorum secundi, eis *prosit*, quis tales contradictorias vidit? *quis* pacem inter eas ponet?) *rationem dicit* Cancer. esse, quia licèt verba illa, *ex hoc matrimonio*, sint restrictiua, & exclusiua omnium aliorum filiorum, verùm (inquit) in nostro casu nõ potest fieri interpretatio vt ea verba limitatiuè apposita sint, cum † aui par sit affectio in nepotes ex quocunq. matrimonio, ob quod omnibus voluisse prospicere sit pręsumendum, ad not. per Bal. in l. si quis prioris §. talem C. de secund. nupt. Grego. Lop. par. 1. tit. 15. l. 2. ve. no es hijo maior quæst. 6. Tiraquel. de primoge. quæst. 83. nouè Aluera. de coniectu. mente defunc. lib. 2. capi. 3. §. 2. num. 7. cum tribus sequen: Hæc Cancer.

Quibus adde, si rem vis magis dubitabilem facere, Menoch. quem Cancer. non vidisse, argumento est, quòd cum non allegauerit, in cons. 41. per tot. vol. 1. vbi in fortioribus terminis plu ribus probare conatur in re alicui concessa pro se, & filijs suis ex certa muliere, quam tunc habebat in vxorem, nascituris, posse institui filios alterius, & secundi matrimonij, prætermissis qui ex dicta prima vxore nati sint, quod quidem consilium commendauit Sotomaior de vsufruct. lib. 1. cap. 2. num. 72. licèt per errorem dicatur ibi esse cons. 40. cum debuisset dici, 41.

38 Mihi tamen, sicut priorem illam Berengar. Ferdin. opinionem alibi suo loco dixi non placere, vti nimis rigurosam, & delicatam, nolentem nec pacto expresso in sui fauorem facto in capit. matrim. posse filios secundi matrimonij iuuari, sic nec hæc nostri Cancerij arridere potest, vti nimis benigna, volens eos gaudere posse pacto in fauorem filiorũ primi matrimonij limitatiuè apposito. Nec satisfacit consideratio à verisimili ducta, quam Cancer. facit, dicens quòd cũ aui par sit affectio in nepotes ex quocunq. matrimonio, præsumendum propterea sit, quòd omnibus, saltem in subsidium, prospicere voluerit: quia id procedere posset vbi nepotum simpliciter esset facta mentio, sed non quando huius, vel alterius matrimonij: nam in hoc casu est quod hanc verisimilitudinem tollat, quòd scilicet huiusmodi donationes, quę fiunt in pactis matrimonialibus, seu nuptialibus pars, & portio censeantur esse ipsius matrimonij, ac cum ipso confundantur, & censeantur etiam priùs tractatę, & pactatæ inter contrahentes matrimonium, ac illorum parentes, & consanguineos, sic quòd non fuissent factæ *nisi fuisset inter eos ita resolutũ, vt pluribus* supra nu. 33. probauimus. Hæc ratio verisimilitudinem, quæ ex æquali dilectione, & affectione 40 aui desumi alias potuisset, omnino tollit, cum hic non fiat donatio nepotibus propter affectionem, quam ad eos non natos non poterat dici habere auus, sed ex eo tantùm quòd sic inter partes conuentum esset, vtpotè quia qui ex parte sponsę erant, voluerint sic securã facere, & certam successionem futurorũ filiorum ipsius, in quo non modicum versabatur illorum interesse.

Et licèt hanc rationẽ noluerit mihi admittere Senatus cum ad idem propositũ in illa causa Masoliuers, & Masmijans, de qua suprà dixi, de ea argumentatus fuissem, ille tamen casus diuersus admodum erat ab hoc nostro, quia ibi non vocabantur filij cum qualitate huius, vel alterius matrimonij, sed indefinitè, quo casu considerabat Senatus militare rationẽ æqualis, ac pars affectionis aui in vnius, atque alterius matrimonij nepotes, ac consequenter verisimilis illius mẽtis, quòd tam vnis, quàm alijs prospicere voluisset, postquàm nihil obstabat (apud me tamen plurimũ semper obstat quod ibi notaui) quin fieret ea interpretatio, in nostro autem casu adsunt verba qualificatiua, *huius matrimonij*, quæ satis apertè, ac clarè denotant mentem disponentis, ac propterea videtur non esse ab eis recedendum, nec arbitror aliud Senatum dicturum si casus succederet in eo disputandus: habui ego vnum, non multis ab hinc diebus, quo me cõsuluit quidam, num posset cum hac Cancerij doctrina, causam, & multas pecunias de necessitate in hoc consumẽdas, periculo fortunæ committere, & hæreditatem à patre post hæreditamentum in filios prioris, quod cõtrahebat, matrimonij factum, alienatam, vt filius alterius, & secundi matrimonij, non existentibus filijs primi, vendicare, & non sum ausus, quòd tanto se periculo exponeret, consulere eidẽ, quia desperabã valdè de victoria.

39 Nec † multùm prodesse posse doctrinam Bal. Tiraquel. Greg. Lop. & Aluara. quos Cancer. allegat, ad propositum existimo, quia præterquam quòd non est tam certa, vt ipsi arbitrantur, imò plures eam reprobarunt, prouti aduertit Barba. in additione ad Bal. in eo. loco, Zaz. consil. 8. num. 7. lib. 1. refertq. Menoch. cons. 97. num. 114. circa *fin.* vol. 1. certè casus ille est valdè diuersus à casu nostro, cum ibi appellatione primogeniti ex primo matrimonio dicatur venire primogenitus ex secundo matrimonio, non existentibus *filijs primi matrimonij*, non alia quidem ratione, quàm per quandam iuris fictionem, qua secundum matrimonium, respectu tertij, fingitur primum, & ideò primogenitus secundi, *non existente primogenito primi*, fingitur primogenit⁹ illius, & illius nomen assumit, & qualitates † prouti communitèr de secundogenito dicimus, eum venire appellatione primogeniti, vbi nõ est alius, qui eum præcedat, primogenitus, nõ quidem verè, & propriè, quia id est impossibile, sed impropriè, & fictè, vt docent Tiraquel. in allega. tract. de primogen. q. 3. nu. 12. & pluribus Menoch. cons. 97. per tot. vol. 1. & signanter num. 51. nu. 102. 112. & pluribus alijs in locis, idem Menoch. in consil. 220. num. 58. vol. 3. & in proprijs nostris terminis quòd doctrina prædictorum doctorum per Cancer. allegat. intelligatur procedere propter quandam fictionem, vt superiùs diximus, tenet Menoch. in allega. cons. 97. numer. 116. in nostro autem casu, vbi donatio fit nepotibus ex hoc matrimonio procreandis, huiusmodi fictio cadere non potest, quia nec propriè, nec impropriè, nec verè, vel fictè aliud, quod postea sequatur, matrimo-

timonium dici poterit istud, cuius contemplatione fit donatio, nec filij alterius poterunt dici huius, cuius tãtùm filij fuerunt vocati, vt de se patet.

41 Accedunt † his plures, ædemque pulchræ considerationes Iacob. Meno. quas facit in cons. 97. suprà allega. à numer. 39. cum pluribus sequent. ad probandum in vocatione primogeniti masculi ex certa muliere procreandi, nõ venire secũdogenitũ, etiã si primogenitus sit de medio sublat⁹, & in allegat. etiã cons. 220. à num. 54. cum multis sequent. sic in vocatione filiorum huius matrimonij, etiam si nulli extent ex priori, dicendum esse omnino videretur, quamuis aliud non esset, quod id suaderet; Cum illis considerationibus, quas Meno. vbi suprà facit, quasq. ego hic tacitus, ne in immensum volumen crescerem, prætereo, perfectissimè materiam intelliges.

Ad cons. Menochij 41. vltimo loco allega. ego alias dicebam quod soleo, solentque plures viri docti dicere in materia cõsiliorum, quòd voluissem videre decisionem Senatus, 43
qui super eo casu declarauit, ad iudicãdũ num nam iustitiam Menoch. foueret in illo. Secundò dico quòd ego ratione differentiæ vellem, quare in superiùs allegatis cons. 97. & 220. tenuerit is doctor in vocatione primogeniti ex certis coniugibus non venire secũdogenitũ ex eisdem, etiamsi nõ adsit primogenitus, in quo veterè dispositio locum habere posset, & in d. 44
cons. 41. firmauerit sub vocatione filiorum ex certis coniugibus nasciturorum, venire filios vnius ex eis cum altero cõiuge postea habitos, etiamsi adsint filij amborum illorum coniugũ nominatorum in dispositione, nisi ea sit quòd liceat de iure respondentibus scribere quod parti consulenti prodelit, ac placet: si enim istos casus inter se comparauerimus, reperiemus proculdubio multò maiori ratione esse amplectendum contrarium eius, quod Meno. firmat in dd. cons. 97. & 220. quàm illud, quod in d. cons. 41. persuadere satagit, vt ex suprà adductis fit aliquantulum manifestum: Adde quod isdem Meno. in dd. cons. 97. & 220. ex proposito refellit quasdam rationes, quæ faciebant pro opinione firmata in d. cons. 41. vt tum ex adductis à nobis apparet, tum etiam manifes- 45
tum fiet ex combinatione vnius ex dictis consilijs, quę fiat cum alio. Respondemus finaliter in casu dicti cons. 41. multa singularia fuisse à Menoch. cõsiderata, propter quæ opinionem, quam diximus, amplecteretur, quę non militãt in nostro casu, nec in alijs similibus, vndè fit quod non possit de vno ad alium inferri: singularia sunt, quòd principaliter sola donatarij cõtemplatione, & non vxoris, nec filiorum donatio facta extitisset, quòd data nihilominus fuerat in eadem donatione facultas libera alienãdi, etiam in extraneos, & finaliter quòd donatio esset à Principe facta, per quam donata efficiuntur ipsius donatarij cũ credãtur sola illius contemplatione, & non alterius, donata, imò in huiusmodi donationibus alterius contẽplatio nõ facit vt alteri, quàm donatario, ius quæsitum sit: hęc quòd non applicentur ad casum nostrarum donationum, in quibus cum fiant ex pacto, & tractatu ambarum partium, quæ contrahunt matrimonium, nemo non videt quòd potiùs fiant contemplatione filiorum illius matrimonij, de quo fit mẽtio, quàm eorũ patris primi donatarij.

42 Sed † (vt hoc non omittamus, quod est materiæ, quam tractamus, valde affine) si legatũ, vel donatio simpliciter fiat vxori, an cẽseatur legatum factum, vel donatio tam respectu secũdę, quàm primæ vxoris, disputat Castillo Sotomaior de vsufruc. in addi. in fin. lib. posita numer. 75. cum pluribus, quos allegat, vide Menoch. in allega. cons. 41. vol. 1.

An † autem apellatione filiorum in nostro casu vnà cum patre vocatorum veniant nepotes, dubium est: Cæterùm ijs, quibus nostra placuerit sententia superiùs latè cõprobata, quòd videlicet donatio, qua de agimus, cẽseatur tantùm facta filijs primi matrimonij, non alterius, facile erit respondere quòd in nostro casu appellatione filiorum minimè censeantur vocati nepotes, idque ex eo † quòd quoties filij vocantur cum aliqua qualitate, quę non inest, nec verificari potest in nepotibus, tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes, siue simus in fauorabilibus, siue in odiosis, tex. est ad id elegans in l. fin. C. de natura. liber. vbi ideò appellatione filiorum non veniunt nepotes, quia ibi nõ fuit simpliciter de filijs dispositum, sed de filijs spurijs testatoris, quæ qualitas est, quæ nõ reperitur in nepotib⁹, ita tenet Bar. in l. liberorum num. 6. de verb. sig. idem Bar. in l. fin. C. de natur. liber. & in l. 1. C. de priuil. dot. Bal. in l. quisquis C. ad l. Iul. mageſt. Iaco. Cãcer. tom. 2. var. resol. cap. 7. de restitu. spoliat. nu. 61. qui plures allegat, & Ioan. Pet. Surd. in cons. 403. num. 24. vol. 3. qui quamplures alios ad id etiam adducit, Cassian. cons. 58.

Indè † dicebat Cancer. vbi suprà ad interpretationem constitutionis 2. sub. tit. disol. lo matrimoni quin dret pertany ala viuda in 1. vol. consti. concedentis filijs primi matrimonij eadem priuilegia, quæ eorum matribus concessa fuerunt per constitutionem præcedentem in cip. Hac nostra: dicebat (inquam) is doctor appellatione filiorum in dicta costitutione non venire nepotes, vt pote quia vocati sunt filij cum illa qualitate, prioris matrimonij, quę non in est in nepotibus.

46 Indè † etiã Surd.loco ſuperiùs adducto reſpondebat appellatione filij primogeniti, vel natu maioris non venire nepotem, ex eo quia vocatus fuit filius cum ea qualitate, quæ nõ eſt in nepote.

47 Et finaliter † ita in propoſito dicebat Aymõ Craueta in cõſ.98.nu. 9. quem ſequitur Cabedo deci.Reg.Portug.140.nu.2.par.1.& Ioſeph. † de Seſe cũ Senatu Aragon. quem ita *declaraſſe* dicit,deciſ.53.num.18.quod licèt regulariter in vltimis volũtatibus appellatione filiorum veniant nepotes,nihilominus ſi diſpoſitio loquatur de filijs,nominando eos per propria nomina,tunc propter eam qualitatem,nepotes apellatione filiorum non veniunt,ſic in noſtro caſu cum donatio,qua de agimus, cenſeatur facta filijs tantùm *prioris* matrimonij,iuxta noſtram ſententiam,indè dicẽdum proculdubio eſt eo caſu appellatione filiorum non venire nepotes, cum eis non cõueniat qualitas prioris matrimonij,cum qua filij ſunt vocati.

48 Si verò † hæc noſtra opinio (quòd in caſu, quem tractamus,cenſeantur vocati tãtum filij prioris matrimonij,non alterius) tibi non placuerit, ſed contrariam tenere volueris,quòd imò cẽſeantur omnes vocati,adhuc diſtinguẽdos eſſe arbitror duos caſus ad cognoſcendum nunquid appellatione filiorum in materia ſubiecta veniãt nepotes,nec ne:aut enim huic donatario,de quo agimus, nõ ſuperſunt niſi ſolũ nepotes ex filijs præmortuis, & tunc ſine dubio iſti cenſentur in donatione vocati appellatione filiorum, per regulam vulgarem quòd appellatione filiorum veniunt nepotes, d.l. liberorum,cum ſimil.de verb.ſignificatione:aut verò concurrunt filij donatarij cum eius nepotibus ex alijs filijs præmortuis,& tunc,etiam ſi materia fauorabilis ſit,appellatione filiorũ minimè veniunt nepotes,Socin.in l.Gallus §. inſtituens,circa finem,de lib. & poſthu. Deci. in conſ.1.etiam ad finem,Pinel.in l.1.par.1.nu.70. C.de bon.mater.ita ex alijs reſoluit Cance. vbi ſuperiùs in 2. par. var. cap. 7. de reſti. ſpoliato. num.61.Manti.de coniect.vlt. volunta. lib.8. tit.8.num.5.Ioſeph. Seſe deciſ. Reg. Arago.53. † num.11.atq.ita *declaranit* Senatus die 22. Octobris 1597.ad relationẽ egregij Senatoris, & nũc Regentis Regiam Cancellariam Michaelis de Salba,& de Vallſeca,in cauſa Antici Venal cõtra Ioannem Venal Parrochiæ ſancti Petri de Monteacuto, de qua declaratione meminit Cancer.d.vol.2.var.cap.7.de reſtitu.ſpolia. nu. 61.Scriba erat N.Serra:eiuſdem etiam deciſionis meminit Ludo.à Pegue.poſt hæc ſcripta viſus,deciſ.163.Qui plura circa hanc materiã vocationis filiorũ, an eorum nomine veniant nepotes,videre voluerit,recurrat,vltra ſuprà citatos,necnon & cõmuniter ſcribentes in allega. l.liberorum ff.de verb.ſignifica. ad Peregr. de fideicom.art.21.à nu.44.cum ſequent. Tiber. Decia.reſpon.41.nu.96.cum ſequent. & ſignãter nu.111.vol.1.idem Decia.pleniùs reſpon.47. per tot.vol.3.Ceuall.in pract. quæſt. com. con. com.lib.2.q.694.per tot. & deniq. recurrat ad Micha.Ferrer obſeruan.3.par.obſeruan.361.in litera F.& obſeruan.407.in litera L. optimum eſt in propoſito cõſilium Caſſanate 58. totum de hac materia agens, Menoch. de præſump. lib.4.præſump.94.Antho.Gab.in com.conclu. lib. 6. de verb. ſignificatione,conclu. 1. Velaz. conſulta.140.Cancer.lib.3.var.cap.11. de tranſmiſ. à num.179.& plenè nouiſſimè Ioſeph. de Seſe deciſ.53.& 54.per tot. *64*

SVMMARIA.

1 *Filij ſuccedentes in bonis donatis debent ea poſſidere cõmuniter,& pro indiuiſo.*

Socius non poteſt petere partem ſuam pro diuiſo,ante quàm ſit declaratũ eſſe ſocium,ſed imò eſt petẽda pro indiuiſo:aliàs obſtaret ei exceptio præpoſſerationis,quæ tamen eſt ante litem conteſtatam opponenda,ibidem.

Obſeruantia in hiis noſtri Senatus,ibidem.

2 *Filij ſic ſuccedentes tota re cõmuni viuuntur, abſq; eo quòd vnus alterũ impediat,fructus æquis portionibus percipiẽtes, ac in expẽſis ſimiliter cõtribuẽtes.*

3 *Socius poteſt propria auctoritate clauſuram domus frangere,ſi ea appoſita prohibeatur per aliũ ſocium re communi vti.*

4 *Modus procedendi quando quis moleſtatur coram Ordinario criminaliter pro aliquo facto,de quopẽ det cauſa in Regio Senatu.*

5 *[illegible] eſſe cenſetur,quoad diſpoſitionem paſſionem.*

6 *Socius totam domum cõmunem habitans poſt finitã conductionem ſibi per conſocium factam,non tenetur penſionem aliquam ſoluere pro dicto tempore, nec cenſetur inducta reconductio.*

7 *Socius poteſt totam rem cõmunem inhabitare, etiam inuito ſocio,vbi deciſ.*

8 *Niſi ſocius prohibens prouocet ad diuiſionem, & alter noluerit:nam tunc conſtituitur in mora, & tenetur ſoluere penſionem,ſeu mercedẽ, quam alius ſolueret.*

9 *Et niſi vtatur domo cõmuni ad aliũ vſum non deſtinatum,vel impediat ſocium quominus habitet cũ eo,vel neget ſocio partẽ vindicanti, vbi deciſ. Senat. Neapolita.*

10 *Socius inhabitans totam domum cõmunem non tenetur conſocijs ad penſionem pro eorum partibus.*

11 *Socijs non cõcordantibus in vſu rei cõmunis, optimũ remedium prouocare ad diuiſionem.*

12 *Socius præfertur in conducendo partem ſui conſocij.*

13 *Facere quilibet tenetur quod mihi prodeſt,& ſibi non nocet.*

Affe-

14 *Affectio maior non est in pecunijs vnius, quàm alterius.*

15 *Socius præfertur in emptione partis consocij aliis quibuscunq; emptoribus.*

16 *Socius tenetur denunciare socio si vult emere rem cõmunem pro pretio, quod alius offert.*

17 *Socius habens maiorem partem in re communi an possit consocium compellere ad sibi vẽdendum suã partem.*

18 *Socij quomodo administrent iurisdictionem communem.*

19 *Socijs pluribus insolidum competit iurisdictio cõmunis, & ita per quemlibet poterit insolidum exerceri, eritq; tunc locus prauentioni.*

20 *Iurisdictio est indiuidua.*

21 *Socij plures non debent insolidum iurisdictionem cõmunem exercere, sed compelli possunt ad concordandum de eius exercitio.*

22 *Socij debent concordari in exercitio iurisdictionis cõmunis, vel vt alternis vicibus iurisdictionem exerceant diuidendo vsum per tempora, vel constituẽdo communi, & concordi suffragio communes Iudices, & ministres, per quos exerceatur iurisdictio, & quis ex istis modis sit melior, vbi decis. Senatuũ Dominis plures qui exigunt census à subditis tenentur communi consensu vnum exactorem deputare, nec possunt plures constituere, ibidem, vbi decis. Sena. Pedemon.*

23 *Notantur inconuenientia, quæ orirẽtur ex priori modo vtendi iurisdictione communi, & nu. sequent.*

24 *Concordari compelluntur plures legatarij eiusdem rei qua actione agant ad illam petendam.*

25 *Vicarij Barcino. Curia, qua reformatione indiget.*

26 *Vnius, quàm plurium, imperium, & gubernatio multò meliora sunt.*
Fabula Æsopi multùm ad propositum, ibidem.

27 *Diuidendi iurisdictionem communem modi plures sunt, vbi decis. Senatus Sebusiani, & Burdegal.*

28 *Feuda in Cathalonia sunt indiuisibilia, licèt aliud sit de iure communi.*

29 *Gratificationi in feudis locus est quando quis descedit pluribus heredibus institutis, vel ab intestato.*

30 *Gratificationi in Emphyteusi non est locus, quia diuisibilis est omni iure.*

31 *Communio parit discordiam.*

32 *In communione permanere nemo cõpellitur, & ideò potest quilibet, quando sibi placeat, prouocare ad diuisionem.*

33 *Diuisio rei communis dupliciter peti potest, vel in eodem iudicio, vel in alio.*

34 *Diuisio rei communis est facienda sorte secundum aliquos, & nu. 46. vbi decisiones Sena. Gratianopo.*

35 *Diuisio rei communis est facienda sic, secũdum alios, quòd maior faciat partes, & minor eligat, & nu. sequent. vbi decis. Sena. Gratianopol. Camera Imper. & Sena. Sebusia. & nu. 45.*

36 *Minor læsus in eligendo partem rei cõmunis, & maior læsus ex eo quòd inæquales partes cum fecerit rei communis, minor maiorem elegit, an restituatur, vbi decis. Sena. Sebus.*

37 *Diuisio facienda prout num. 35. potest fust ineri dummodo frater maior natu non faciat diuisionẽ captiosam, vbi illius exempla ponuntur.*

38 *Maior quis dicatur in materia diuisionis rei communis respectu faciendarum partium, remissiuè.*

39 *Diuisio rei communis debet fieri vt primogenitus debeat eligere primo loco secundum alios.*

40 *Diuisio rei communis est facienda vt detur electio ex contiguitate loci, quando vnus ex socijs habet rem continuam cum re, quæ diuiditur, secundum alios.*

41 *Diuisio rei communis est facienda arbitrio iudicis secundum alios, & num. 45. vbi decis. Sena.*

42 *Diuisio sic facienda est in re communi, vt eligat quẽ maiorem partem habet, & num. 82.*

43 *Ecclesia habet electionem in diuisione rei communis.*

44 *Fiscus præfertur in diuisione rei communis.*

45 *Auctoris opinio circa tot diuidendi modos.*

46 *Iudex, cuius arbitrio committitur diuisionem rei cõmunis facere, qualiter se habere debeat, vbi decisiones Sena. Gratianopoli.*

47 *Diuisio rei communis est semper facienda in globo, seu in grosso, & non minutatim, vbi decis. Rot. Bonon.*

48 *Socius potest rem communem pro sua parte obligare.*

49 *Communis res, quæ diuiditur, si per socium antea fuisset obligata, diuisione facta remanet tota pro indiuiso obligata.*

50 *An idem procedat tam respectu sociorum ex conuentione, quàm etiam plurium heredum rem aliquam communiter, & pro indiuiso possidentium, remissiuè, vbi decis. Sena. Parisiun.*

51 *Creditores defunctis cuiuscunq; speciei sint, & sint priores, sive posteriores, præferuntur in rebus illius reliquis heredis creditoribus.*

52 *Creditores societatis an præferantur creditoribus particularibus sociorum in rebus ipsius societatis.*

53 *Socius, & eius nomine sui creditores non possunt aliud prætendere, quàm partem ad socium prædictum spectantem in bonis societatis, per diuisionem bonorum communium faciendam.*

54 *Æs alienum est prius a bonis societatis, & communibus deducendum, quàm fiat diuisio, & partitio.*

55 *Bona non dicuntur nisi quæ supersunt deducto ære alieno.*

56 *Lucra non dicuntur nisi deducto etiam ære alieno.*

57 *Bona societatis non dicuntur sociorũ nisi solutis prius debitis societatis.*

58 *Statutum disponens quòd in bonis decocti æqualiter eõs creditores illius cõcurrant, intelligitur in bonis propijs ipsius, non autem in bonis societatis, in quibus creditores societatis sunt prius satisfaciẽdi*

59 Societas tacita, & incidens contrahitur per emptionem alicuius rei per aliquos communiter factam, & ibi statim declaratur.

60 Animus qualis fuerit retrò, declaratur ex his, quæ postea fiunt.

61 Venditor mercis an præferatur in illa, aliis creditoribus, remissiuè.

62 Debitum, & creditum societatis est diuersum à debito, & credito socij particularis.

63 Compensatio non admittitur de debito particulari alicuius socij cum debitis societatis.

64 Venditor vt præferatur aliis creditoribus emptoris in re vendita pro precio debito quæ requiruntur.

65 Instrumenta hæreditatis communis remanent penes socium antiquiorem diuisione facta.

66 Fallit si inter socios esset aliquis doctor, quia tunc penes eum remanerẽt tanquam digniorem.

67 Instrumenta rei communis, si moritur socius natu maior relicto filio minore, remanent penes patruum natu tunc maiorem, post diuisionem factam.

68 Socius vnus, inuito altero, an possit post factam diuisionem, totam rem, quæ erat communis, redimere, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.

69 Esset tamen per socium hoc casu cautio præstanda de satisfaciendo aliis socijs suam partem, & portionem, & de seruando indemnem emptorem, vbi decis. Sena. Sabusia.

70 Laudimium non debetur ex diuisione, quæ fit inter fratres hæreditatis paternæ.

71 Diuisio rei communis, quæ fit inter fratres, dicitur necessaria alienatio, ex qua nõ soluitur laudimium.

72 Diuisionem impedit impossibilitas, vel difficultas diuidendi.

73 Pascui communis diuisio peti an possit quasi cõmodè diuidi non possit, vbi decis. Sena. Pedemon.

74 Diuisio pascuorum communium quomodo sit facienda inter duas cõmunitates, vbi decis. Sena. Sabus.

75 Diuisio quando impeditur propter impossibilitatem diuidendi, facienda est æstimatio, & ea per vnũ ex socijs soluẽda, vel deueniendum est ad licitationẽ, & num. 80.

76 Diuidi commodè nõ posse dicitur res communis quãdo, si diuideretur, satis minus valeret.

77 Diuidua sunt quæ tãtæ vtilitatis sunt separata, quãta vnita.

78 Diuidi commodè res cõmunis non posse dicitur, quãdo fieret ad iniuriam alterius.

79 Diuidi commodè multis alijs modis dicitur nõ posse res communis, remissiuè.

80 Socius quis præferatur in æstimatione soluenda quãdo res commodè diuidi non potest.

81 Socius habens æqualem partem in re communi cum consocio, non potest petere quòd compellatur consocius ad æstimationem suæ partis recipiendam.

82 Socius, qui maiorem partem habet in re communi, potest compellere consocium vt, sua partis æstimatione recepta, totã rem sibi dimittat, vbi obseruãtia Sena. Neapol. & nu. sequẽti, vbi deci. nostri Sena.

83 Licitatio non est permissa in rebus hæreditarijs, vbi decisiones Sena. Lusita. & nu. 94.

84 Socius si maiorem partem habet iure proprio, præfertur, vt dicitur num. 82. non si iure alieno, puta acquirendo ab alijs suam partem.

85 Licitatio in re communi, quæ commodè diuidi non poterat approbata est aliquando à nostro Senatu, etiamsi partes sociorum essent inæquales.

86 Æstimatio est facienda per expertos, & peritos, nõ autem per subhastationem, aut licitationem.

87 Licitatio multa præ se fert incommoda, & ideò est ab ea, in quantum possumus, à nobis abstinendum.

88 Licitatione non est vtendum, nisi quando aliud remedium non superest, vbi decis. Sena. Sebusia. & nu. 95.

89 Licitatione non probatur iustum pretium, nec iustus rei valer, vbi decis. Sena. Neapoli.

90 Communis res præsumitur pro æqualibus partibus, quando simpliciter de communione fit mentio.

91 L. sancimus §. ne autem C. de dona. intellectus.

92 Donatio si quid habet fauoris, esse debet pro donatore ne alias ex sua liberalitate damnum patiatur.

93 L. ad officium C. commu. diuidun. intellectus.

94 Licitationem omninò esse prohibitam in rebus hæreditarijs, siue hæredes habeant æquales partes, siue etiam inæquales, tenet Alua. Velas. præterquam in l. ad officium C. com. dini. vbi decisiones Sena. Sebus.

95 Licitare est pretiũ in auctione pro re venali offerre.

96 Socius non potest compelli ad illud, quod commune habet cum alio, vendẽdum, etiam in casibus aliàs de iure permissis, si alia res, quæ remanet, sibi fieret prorsus inutilis, vbi exempla, & decis. Sena. Neapoli.

97 Pactum temporale de non diuidendo valet, sicut præceptum testatoris, & nu. 106.

98 Socij non obstante pacto, vel etiam præcepto testatoris in contrarium, possunt diuidere rem communẽ si concordant.

99 Etiamsi iuramẽtum esset interpositum promissioni de non diuidendo.

100 Id tamen est verum, si in fauorem hæredum, & sociorum tantùm fuisset facta prohibitio diuisionis, non si alio respectu, secundum auctoris opinionem, & nu. 113.

101 Diuisioni est locus non obstante pacto de non diuidẽdo, vel prohibitione, si consocius est dilapidator, vel non possunt concordare in vsu rei communis, & nu. sequent. vbi decis. Sena. Baren.

102 Dilapidator nõ solùm debet remoueri à societate, sed etiam bonis ei interdici.

103 Socius rixosus facit locum diuisioni non obstante pacto, vel prohibitione.

104 Rixa est bellum inter priuatas personas.

105 Diuisioni rei communis est locus, non obstante pacto, vel prohibitione, ex multis causis, remissiuè.

106 Pactum, vel prohibitio de non diuidendo rem cõmunem in perpetuum non valet.

Pactum

107 *Pactum de perpetuò stando in communione, etiam iuramento vallatum, non valet, & nu. sequẽti, vbi contraria opinio.*

108 *Absolutio tamen iuramenti est necessaria, si non obstante pacto iurato, vult socius prouocare ad diuisionem.*

109 *Iuramentum non est seruandum, quod seruari nõ potest sine interitu salutis æternæ.*

110 *Pactum, vel prohibitio de non diuidendo imperpetuũ sustinetur ad tempus, pro quo licitè fieri poterat.*

111 *Dictio, imperpetuum, aliquando interpretatur pro vita alicuius.*

112 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ an sustineatur, saltem quoad præsentia.*

113 *Prohibitio testatoris de non diuidẽdo etiam imperpetuam tenet ex iusta testatoris affectione, vbi exẽpla. vbi decis. Sena. Pedemon.*

114 *Diuisio rei communis impeditur per pignoris obligationem antea de re factam consocio.*

115 *Diuisio non impeditur per impignorationẽ rei cõmunis consocio factam, si ipse taceat, nec de ea opponat.*

116 *Diuisio impeditur ex cursu longi temporis, quo fratres, vel socij rem cõmunem pro diuiso possiderũt, vbi decis. plurium Senatuum.*

117 *Præsumptio diuisionis rei communis, quæ oritur ex lapsu longi temporis probat diuisionem etiam vbi requireretur probatio per instrumentum.*

118 *Diuisio non præsumitur ex cursu temporis quãdo inter fratres, vel socios est magna inæqualitas in portionibus, quas possident, secundum opinionem auctoris.*

119 *Diuisioni fiendæ nunquam præscribitur quandiu pro indiuiso socij possident.*

120 *Actiones famil. herciscund. & commun. diuidun. non durant supra 30. annos.*

121 *Socij quandiu stant in communione, vnus alterum recognoscit in socium.*
L. 1. §. adhæc, de annal. except. intellectus, ibidem.

122 *Actiones familiæ herciscundæ, & pro socio tunc cõpetunt quando vnus tantum possidet, vbi auctoris opinio.*

123 *Maritus non potest prouocare ad diuisionem rei cõmunis in dotem sibi datæ, licèt prouocari valeat.*

124 *Diuisio species est alienationis, & venditionis vicem obtinet.*

125 *Ecclesia an possit prouocare, & prouocari ad diuisionem rei cõmunis.*
Minor an possit prouocare, & prouocari ad diuisionẽ rei communis, ibidem.

GLOS. IX. PARS II.

Quomodo plures filij vocati simul possidere debeant bona donata, & eadem interse postea diuidere.

1 SED † quomodo ij filij sic vocati debeant, post mortem patris, bona donata possidere, pulchræ inuestigationis esse censeo (quam expedit vt in hac secunda par. huius glos. 9. explanemus) in qua breuiter, & resolutiuè dicendum est, quòd cõmunitèr, & pro indiuiso, donec ab altero ipsorum fiat prouocatio ad diuisionem, vulg. l. non possumus ff. si pars hęred. peta. cum simil. atque ita est de iure petendum casu quo alter ex dictis filijs totam rem donatam apprehendisset, adiudicari videlicet sibi, vt donatario, tertiam vel quartam partem (prout erit numerus filiorum) rerum donatarum communitèr, & pro indiuiso, cum reliquis fratribus suis, possidendam, absque eo quòd peti possit res donata pro diuiso: obstaret enim tunc agenti exceptio præposterationis, not. Gom. in §. quædam nu. 7. inst. de actio. faciunt quę tradit Dida. pract. quęstionum lib. vni. cap. 12. num. 1. & Peregrin. de fideicom. art. 45. num. 31. cum multis alijs, pulchra est ad propositũ decis. Borgn. Caual. de iudi. 18. in prima par. Quam tamẽ exceptionem opponendam fore ante litem contestatam, auctor est Surd. cons. 354. numer. 11. & Hyppol. Monta. in additionibus ad Olibam in praxi de actio. par. 2. lib. 1. cap. 59. num. 4. In nostro Senatu, isto in casu, fiunt *declarationes* hoc modo, quòd adiudicatur dimidia pars (ponamus) hæreditatis, & bonorum, quæ fuerunt donatoris vnà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à die litis motæ filio agenti vigore talium donationum, & ad dictę partis restitutionem, seu ad relinquendum vacuam, & expeditam illius possessionem condempnari solet reus vnà cum dictis fructibus, postea verò in decreto executionis, illi formam dando, solet prouideri quòd is, qui obtinuit, mitatur in possessionem medietatis hæreditatis cõmunitèr, & pro indiuiso cum aduersario possidẽdę, prouti in multis causis, & signanter in suprà relatis obseruati vidi, & licèt id ita non declaretur in decreto executionis, vel quia forsan à parte non petatur, vel aliàs, nihilominus possessio victori debet dari, *ita vt pro* indiuiso, cum reo, eam teneat, *quia impliciter* id continet sententia in sui fauorem lata, per supradicta, atque ita practicatum fuit in suprà relata causa Elisabetis Masoliuera contra Narcisam Masmijana, in qua licèt nec in sentẽtia, nec in prouisione decreti executionis *esset declaratum quomodo* esset possessio victrici tradenda, nihilominus tamen sic, vt supradictum fuit, ea exitit tradita. †

2 In hac † comunione stabunt fratres quamdiu eis placuerit, & communiter, & pro indiuiso fructus, & emolumenta hæreditatis æquis portionibus percipient, & expensas in eis facient

cient æqualitèr,æqualiterque tota re communi vtentur,absq.eo quòd vnus alteri id impedire posit,dummodo ea vtantur ad eum vsum, ad quem destinata est,pluribus id exemplis cõprobat Gayl.pract.obseruan.lib.singula.de pignor.obser.20.num.9. Pau. Granu. theorem.2.
3 nu. 2. Quod † adeò verum est,vt etiam socius posit propria auctoritate clausuram domus frangere,si ea apposita sit à socio ne alter dicta re communi vteretur l.si vitem §. si ad ianuam ff.quod vi,aut clam,Pau.de Cast. in con. 395. vol.2.Aymon Craue.in consi.4.num.10. quos reffert,& sequitur Pau. Granut.d.Theorem.2. num.4.idque ego habui de facto in sepè allegata causa Elisabetis Masoliuera contra Narcisam Masmijana in Regio consilio : cum enim dicta Masoliuera,post obtentam in dicta causa victoriam, & postquam missa fuerat in possessionem medietatis hereditatis aui sui, fregisset, ac rupisset propria auctoritate seras portarum quorundam cubiculorum ex domibus dictæ hæreditatis per dictam Masmijana appositas, fuissetque propterea pro parte dictæ Masmijana instituta causa criminalis coram Ordinario aduersus dictam Masoliuera ratione dictæ fracturę,opponeretq.ac diceret dicta Masmijana se habere in illis cubiculis multa bona, quæ potuerant per dictam Masoliuera depredari : super hoc ego consultus respondi id iure licuisse dictæ Masoliuera,vt sic vteretur re communi, (socio quamuis inuito) qua aliàs , absq. dicta fractura,& reseratione,vti nõ poterat, ex suprà dictis,ac proindè recurrendum censui ad Relatorem causæ ciuilis inter partes prædictas ver-
4 tentis (ad quem † solemus quotidiè recurrere quoties nostri clientes corã Ordinarijs vexantur criminaliter super aliqua re, quæ in Senatu ciuiliter tractatur, vel super depẽdentibus, vel emergentibus ab ea)cum supplicatione factum prędictum continente,nec non & rationibus superiùs allegatis ad iustificandum non potuisse criminaliter agi contra dictam Masoliuera ocasione prędictorum,per quem quidem Relatorem,facto verbo in Regia Audiẽ-
† tia , attẽtis prędictis,fuit *prouisum* (id quod in similibus prouideri solet)quòd mandaretur Ordinario de Olot quatenus intra decem miteret inquisitiones, si quas haberet, contra dictam Masoliuera, & interim nihil innouaret contra eius personam,vel bona,& quòd pro his expedirẽtur literæ oportunę:expeditis literis,& Ordinario præsentatis,nos sperabamus quòd inquisitiones miterentur, vt super his in nostri fauorem fieret declaratio: Cęterùm nunquam aparuerunt, quia forsan vidit aduersans sibi in eis subcumbendum fore,& quia ampliùs occasione prædictorũ dicta Masoliuera nó fuit molestata,,pterea nec ipsa vlteriùs d his curauit.

5 Rationem † omnium prędictorum adducit Gayl.vbi superiùs num.2. quia quod commune est,meum esse censetur,quo ad dispositionem partis meæ,vulga.l. pupillus §. fin. de verb.sig.l.serui electione §.Labeo, vbi Bar. &
* cõmuniter scribẽtes,& signãtèr Ias.de leg.1.plura ad id tradit Socin. in eodẽ §. Labeo per tot.

6 Indè † infert Granu.d.theorem.2. post Socin.in d.§.Labeo, & alios, quos allegat contra Pet.de Vbal.in tract.de Societ. par. 5. quæst. 9. versi.circa primum, quòd quando socius totã domum communem inhabitauit, conuentione præce dẽte de *soluendo socio* pensionẽ pro illius rata ad certum tempus, si postea eo tempore finito habitationem continuauerit, non censebitur tacitè reconduxisse, nec socio tenebitur ad solutionem alicuius pensionis: mouẽ-
7 tur † Granu. & prædicti doctores, quia socius semper iure licito totam domum communẽ, & pro indiuiso,socio ad huc inuito, inhabitare potest,per supradicta,benè Marilia.dec.128.
† per tot.vbi *decisionem* affert ad id factam.

8 Quomodo † autem tali socio consulatur, vt rei suæ istud lucrum cessans effugiat,docet Granu.vbi superiùs dicens quòd tali casu cautela erit alteri socio valdè conducens quòd prouocet ad diuisionẽ : tunc enim,si recusauerit *socius id facere,constituetur in mora , cuius* ratione tenebitur alteri socio , ex traditis per Socin.in d.l.serui electione §. Labeo & leg. 1.& in consi.58.circa tertiũ casum vol.4.Nat.consi. 303.num.1.Roma.in consi.168. nu. 4. Conducunt † quæ tradit Vincen.de Frãch. decis.160.
9 vbi declarans quomodo intelligatur id, q. cõmuniter dicitur, quodq. nos suprà docuimus, posse quemlibet habitare in domo communi pro indiuiso,id procedere dicit, quando quis habitat in re communi destinata ad vsum habitationis,nec impedit socium , quominus cum eo habitet, nec negat socio vindicanti partem in domibus:aliàs enim teneretur ei ad pensiones l.ancillarum §. sed & pensiones ff. de peti. *hæred.& venient à die,quo quis scit à se peti*,l. item veniunt §. si petitam 2.ff. eo. tit. atq. ita
† testatur *decisum* in Sena. Neapol.iũctis duabus aulis illius Senatus.

10 Vtrum † autem eo casu, quo vnus ex socijs inhabitat domum communem in totum , vt suprà dictum est , teneatur ad pensionem pro parte aliorum sociorum?dic quòd nõ,ratio est, quia si totam domum inhabitat, ideò est quia vsus non potest diuidi, ac proindè non foret iustum quòd ipse ad totam pensionem teneretur:Item quia idem possent facere reliqui socij Pet.de Vbal.de duob.frat.5.par.num.12. Fran. Mar.decis.512.in 2. par. allegatus à Canal. decis.25.num.18.par.2.latè Costa de portio.rata q. 55.per tot.

Sed

11 Sed quid † si isti fratres non concordant in vtendo hac re communi, prouti quotidie fieri solet, plures casus explicant doctores suprà citati, & remedia adducunt, quę per te ipsum videto: mihi autem vti valdè experto, ex varijs causis, & huius farinæ negocijs, quæ præmanibus sæpè habui in molestijs, & discentionibus, quæ quotidie inter huius generis socios, etiàsi sint fratres, & quauis alia necessitudine coniuncti, non rarò homicidijs perpetrandis causam dantes, exoriuntur circa rei communis vsum, illud solū superesse videtur, vt ab eo, qui quietem desiderat, fiat prouocatio ad diuisionem: aliàs enim non arbitror fieri posse, quòd sedari valeant huiusmodi discentiones, & iurgia, quæ ex communione oriri solent.

12 Antequam † tamen ab his discedamus libet hic inferere quod mihi contigit consulendum in sæpè allegata causa Elisabetis Masoliuera cõtra Narcisam Masmijana cum adhuc in communione persisterent: volebat enim dicta Masmijana quòd per ambas partes fieret locatio † hęreditatis communis cuidam colono partiario, qui eam solebat, titulo conductionis, pro 15 dicta Masmijana colere tẽpore, quo prædicta Masoliuera missa fuit in possessionem illius pro indiuiso cum dicta parte altera, & ex aduerso volebat dicta Masoliuera in portione sua stare, & partem alterius conducere: consultus super hoc facto respondi iustitiam fouere dictam Masoliuera, & quasi certam futuram victoriam promisi, si eam prętentionem in iuditio, aduersus dictam Masmijana, deduxisset, ex doctrina Socin. qui id clarè docet in allegat. serui electione in §. Labeo num. 7. de leg. 1. qui 16 ad id allegat Bal. in l. 1. C. qui testa. facer. pos. Fran. Mar. deci. 52. in prima parte, quod probat idem Socin. satis concludenti (vt ait) ratione: de iure enim socio permittitur re communi vti 17 inuito socio, si alterius socij prohibentis non interfit. glo. communiter approbata in l. Sabinus, ver. constat, ff. commu. diuidun. per tex. in l. stipulatio §. fin. iunctis his, quę not. Bar. in sæpè allegata l. Labeo ff. de noui oper. nuncia. faciunt quæ not. Din. in reg. iure communi, de 23 reg. iur. in 6. Quibus † aditipulatur & illa iuris regula tritissima, cuilibet integrum esse facere quod sibi prodest, & alteri non nocet, vulga. l. in summa ff. de aqua plu. arcen. cum simil. in hoc autem casu non videtur posse consocium probabile interesse prętendere quòd extraneo potiùs, quã alteri socio res communis locetur quando consocius idem pro locatione præ-
14 tium offert, quod extraneus, argumento tex. † vulgaris in l. nummis de in lit. iuran. vbi nullũ veriari interesse decidit habere hos, vel alios nummos, indè concludendum videtur cogendum fore socium consocio potiùs, quàm alteri, si idem prętium offeratur, suam partem locare, atq. ita per hæc, & alia, quæ his adiungebam, videlicet quòd coniuges Masoliuers agricolæ erãt, & in re tustica valdè experti, coniuges vero Masmijans paratores lanæ, & eius artis omninò imperiti, conabar deffendere in dicta causa cogẽdos fore dictos Masmijans, postquàm ipsi per se ipsos agros colere non poterant, imò alteri locare volebant, sicut semper soliti fuerant, cogendos (inquam) fore ad locãdum potiùs dictis coniugibus Masoliuers, quã alteri: Cæterùm postea partes, quia de proximo diuisionem sperabant, à proposito destiterunt, & sic is casus nõ fuit tunc decisus, postea reperi idem tenere Menoch. qui satis acuratè totam hanc materiam explicat, de arb. iud cas. 442. num. 14. & Antho. Gom. tom. 2. var. resol. cap. 3. de loca. & conduc. num. 14. circa mediũ, vbi omnibus ferè dubijs, quę circa hæc oriri possent inter socios, resolutiuè respondet, Caual. decis. 25. num. 15. par. 2. egregia est ad propositum in consistorio Sicilię facta *decisio* apud nob. Garciam Mestril. 4. in ordine.

Idem † censeo dicendum in emptione, & venditione, vt in ea habeat etiam socius ius prælationis, sicuti in locatione, per iura, & rationes suprà adducta, quę eodem modo militant in vno, atque in alio casu, & in expressis terminis ita tenent Bal. in l. 2. num. 2. vers. tu autem nota C. com. rer. aliena. Rip. in l. serui electione §. Labeo num. 15. ff. delega. 1. Stepha. Gratia. decis. prouin. Marc. 169. num. 8. cum alijs, quos allegant, qui adhuc loquuntur in fortiorib⁹ terminis, scilicet quãdo fiscus vult vẽdere rem cõmunem, volentes † quòd is teneatur denunciare socio, & eundem requirere priùs si eodem prætio, quod alius offert, velit rem habere; adde Peregri. de iu. fis. lib. 6. tit. 4. num. 23. Imò † volunt aliqui quòd si duo sunt socij pro partibus inęqualibus, qui maiorem partẽ habet, potest alterum compellere ad sibi suã partem vendendam, Guid. Pap. singul. 557. sequitur Arismi. Tepa. tom. 2. sui cõpendij tit. cõmu. diuidun. fol. 284. col. 4. versi. iure cõmuni, contra quam tamẽ opinionẽ *postea* scripsit Stepha. Gratia. d. decis. *prouin.* Marchię 169. per tot.

Hæc quæstio cum incidisset disputanda in *Senatu* de an. 1603. in causa Magdalenæ Torroella, & aliorum contra Ioannem Planes blãquerium præsentis ciuitatis, ad relationẽ egregij Senatoris Hieronymi Seniust, actuario Iolepho Cortes, noluit Senatus (nescio quapropter) eam declarare, sed imò eius *declarationem* remisit ad prouisionem decreti executionis postea fiendam, & cum deindè in decreto executionis fuisset per partes instatum quòd declararetur cui nam cõpeteret ius prælationis, num nam dicto Planes, vt habenti ius à tribus ex

quatuor

quatuor ſororibus domum quandam pro indiuiſo poſſidentibus vigore ſtabilimenti per eas eidem facti de dictis domibus, an verò Maria Grau, & Torroella alteri ex dictis ſororib⁹, quæ ſuam partem minimè alienauerat, fuit † *prouiſum*, facto verbo in aula, die 5. Iunij 1604. quòd attento ex partium confeſſionibus conſtabat dictas domos non recipere commodam diuiſionem, & dictas partes nolle in communione permanere, quòd propterea pro nunc, & donec aliàs fuiſſet prouiſum, licitarẽtur domus prædictę inter dictos Mariã Grau, & Ioãné Planes, qua licitatione facta prouidebitur vt iuris fuerit, de qua deciſione plura videbis infrà.

21

22

18 Hæc † omnia, quę ſuperiùs adducta fuere, locum tantùm habere videntur in his, quæ ex ſe diuidua ſunt, & commodam recipere poſſunt diuiſionem, & ſeparationem: Cæterùm quid erit in vſu rei communis, quæ diuiſionis eſt incapax, inqua, ad ſedandas diſcordias, nõ poteſt recurri ad remedium prouocationis ad diuiſionem, quod antea omnium optimum docebamus, veluti in exercitio iuriſdictionis, quę pluribus in eadem vrbe, vel opido competit, quomodo (queſo) ea erit excercẽda? Hanc difficultatem ex profeſſo tractant Nicol. Boer. deciſ. 5. per tot. Dida. in pract. cap. 40. etiam per tot. noſter Ludoui. à Pegue. deciſ. crim. 10. per tot. illam deciſionẽ, Morche. de diuiſ. bon. lib. 1. cap. 5. per tot. Fran. Mar. deciſ. 232. in prima par. Pet. de fideicom. quæſt. 8. in additio. poſt num. 530. verſi. nunc videndum eſt, adde eis Alber. Brun. in conſ. 142. quem noſter Cancer. allegat in tertia par. var. multò poſt hæc ſcripta in lucem emiſſa c. 13. de iur. caſtror. numer. 305. Ex quorum dictis hæc, quæ ſequuntur reſolutiuè nota, Primò † quòd iſto in caſu quorundam ſit opinio, communiori ac frequentiori doctorum conſenſu inita, iuriſdictionem inſolidum cuilibet competere, & ſic poſſe quemlibet ex dominis iuriſdictionẽ inſolidum exercere, ita ſanè vt locus ſit pręuentioni, ad quod communiter citatur glo. in cap. prudentiam, in prin. de offi. de leg. & à Dida. ſuprà in prin. decem allegantur doctores eam opinionem tenentes: Iuxta hanc opinionem vidi exerceri iuriſdictionem in Villa Sancti Ioannis de Abbatiſſis Dioc. Vicen. per dignitates nouiter in Eccleſijs Cathredalibus Barcinonen. Gerunden. Vicen. & Celſonen. in prẽſenti principatu erectas: quilibet enim ex obtinentib⁹ prædictas dignitates arbitrabatur poſſe inſolidum iuriſdictionem ibi exercere.

19 *

Nota ſecundò aliorum aliam fuiſſe iſto in caſu opinionem, vt licèt negari non poſſit iuriſdictionem eo caſu eſſe penes quemlibet in-

20 ſolidum, cum indiuidua † ſit, argumento tex. in l. 1. §. ſi vſusfructus ff. ad l. falci. & l. vię ff. de ſeruit. negãt tamen eam poſſe à quolibet inſolidum exerceri, ſed imò † compellendos eſſe ſocios, vt eam communi, & concordi ſuffragio exerceant, ſic denique vt inuiti cogantur ad concordiam, ſi in iuriſdictionis vſu non conuenerint, ad quod terdecim iſdem Dida. enumerat doctores hanc tenentes opinionẽ in prin. verſi. ex contrario, alios, cum pluribus iurium deciſionibus, allegat Pegue. d. deciſ. 10. num. 2.

Nota † tertiò quòd circa proximè dictam opinionem, quomodo videlicet concordari debeant per Superiorem plures domini de iuriſdictione adminiſtrãda, duę reperiuntur doctorum opiniones: alij enim dicũt id ita faciẽdum eſſe vt ij alternis vicibus iuriſdictionem exerceant diuidendo vſum iuriſdictionis per tempora, huius opinionis eſt Feli. in cap. prudentiam num. 3. & 5. & alij latè relati per Peguer. d. deciſ. 10. num. 4. Craue. in conſi. 318. in prin. & 995. nu. 19. verſi. quincto reſpondetur, vol. 6. Rolan. à Val. in conſi. 80. num. 17. vol. 1. Pet. de fideicom. quęſt. 8. in additione poſt n. 530. ſequenti verſi. nunc videndum eſt, pag. mihi 93. col. 3. vbi alios allegat, & ſuum diuidendi modum laudabiliorem cæteris cum Craue. appellat, licèt eum poſtea dicat non ſemper tutũ, & *placuit* dominis de Rota de anno 1575. vt reffert Cęſ. de Graſ. de ſenten. & re iud. deciſ. 3. alioqui 96. & placuiſſe etiam videtur noſtro Senatui, dum de anno 1605. ſubdie 30. Iunij refferente egregio olim Senatore Saluatore Fontanet, & nunc in ſupremo Arag. Regẽte in cauſ. nob. Petri Vila, & Claſqueri cõtra nob. Federi. Meca, Actua. antea N. Palau, & nunc Simone Font *prouiſit* quandam iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, quę per eos poſſideri debebat pro indiuiſo, fore exercẽdam per Baiulum, & officiales per eos, alternis vicibus, in triennium creandis, quę forma per ipſos vſq. in hodiernum diem ad vnguẽ obſeruatur: alij vero opinantur hanc concordiam ita fiendam eſſe vt compellantur ſocij ad eligendum, ac conſtituendum concordi ſuffragio communes Iudices, & vicarios, nec non & reliquos miniſtros, qui vnam curiam tãtùm faciant, inqua ſubditis iuſtitia adminiſtretur: huius opinionis fuit nob. Ludo. à Pegue. d. deciſ. crim. 10. num. 5. per rationes ab eo adductas, & *placuit* aliquã do noſtro Regio Senatui, prout apparet ex declaratione facta die 1. Appril. 1583. in cauſa, quæ famigerata eſt in hac materia, Franciſ. Salba, & de Valleſica, & nobilis Marqueſiæ illius vxoris contra nobilem Mariam de Perepertuſſa, & de Eril, vbi fuit eis per regium conſilium injunctũ quatenus intra quindecim dies pro adminiſtranda iuſtitia in termino, & Caſtro de Gelida, quod ipſi pro indiuiſo poſſidebant, concordi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cōcordi ſuffragio eligerent, ac conſtituerent baiulum, aſſeſſorē, ſcribam, & alios miniſtros neceſſarios, attento domini non conueniebāt in vſu iuriſdictionis, & exercitio eiuſdem, hāc deciſionem reffert Pegue. d. deciſ. 10. circa finem, facit pro hac opinione elegans reſolutio Gaſpar. Theſau. in quæſtio. foren. lib. 1. q. 19. vbi reſoluit plures dominos, qui exigunt cenſus à ſubditis, teneri omnes deputare vnū exactorē, cui ſoluantur, nec poſſe plures facere, ſicq. dicit † fuiſſe *decisum* in Senatu Pedemon. de anno 1570.

23 Ex his † opiniomibus prima licèt Bar. placuerit in l. ſi vni, nu. 8. ff. de re iud. & Didaco videatur non diſplicuiſſe in allega. cap. 40. nihilominus tamen in praxi nullatenus eſt admitenda: oriētur enim ex ea inter eoſdem cōdominos, nec non & ſubditos penè infinita iurgia, & diſcentiones: vellet enim vnus eum abſoluere, quem alius condempnaſſet, & è conuerſo, & alia etiam quamplurima abſurda orirētur, quæ cuique mediocriter erudito facillimum eſt indè colligere, quæ quidē benè proponebantur ſuę Mageſtati, & Excellētiſſimo Locumtenēti huius principatus de an. 1604. per Archipreſbiterū Eccleſiæ Sancti Ioannis de Abbatitijs dū *ipſe iuriſdictionem illius villæ* prætenderet (nū iuſtè, ipſe viderit: ego enim iam aliàs meam in his aperui ſententiam) quæ per dignitares in Eccleſijs Cathredalibus erectas communiter, & pro indiuiſo exercebatur, vti ſuperiùs tradidimus.

Veriot igitur videtur ſecūda opinio, quòd ſuperior poſſit ipſos ſocios cōpellere ad cōcordādum in exercitio *iuriſdictionis communis*, & ſi non concordent, poterit ipſe eis præcipere quòd altero ex duobus modis ſuprà relatis, vel alio cōmodiori iuriſdictio exerceatur, atq. ita ego conſulebam fiendum hominibus Sancti 26 Ioannis de Abbatitijs, vt videlicet pro ſupradictis litem contra dominos iuriſdictionis inſtituerent in Senatu, & hæc quidem probantur clarè per text. in l. huiuſmodi legatum §. fin. de
24 leg. 1. vbi † quando plures veniunt ad legatum, niſi ſponte cōueniant inter ſeſe qua actione agant, compelli ad id poſſe per iudicem, decidit, quę maximè locum habere debent in noſtro caſu, vbi talis diſcordia inter ſocios redundat in præiuditium tertij, ſcilicet vaſallorum, quod conſiderauit Bar. in d. §. fin. dum dixit tali caſu poſſe fieri eam compulſionem per iudicem ad inſtantiam partis, quæ læditur.

Ex duabus autem formis, ſiue modis concordandi ſuperiùs traditis vix vllus placere poteſt, non quidem primus, quia per eum, quando iuriſdictio eſſet alternis vicibus, & annis exercenda, non eſſet ſatis cautum bono publico, ex multis incommodis, quę indè oriri poſſe conſiderat benè Pegue. d. deciſ. 10. nu. 4. verſi. hæc autē forma, & ſignantèr exco quòd ex hac temporali adminiſtratione iuſtitiæ ſequitur nō rarò quòd ea præcipitetur per officiales, vt nihil emolumenti ſucceſſori relinquant, totum verò ſuis ædibus reportent, quod alia probatione indigere non arbitror, prætet eam, † quam 25 quotidiano experimento in curia vicarij Barcinonę (quę tribunal eſt non modicę auctoritatis, & prę eminentiæ in præſenti ciuitate, cum ordinarium ſit omnium in ea habitantium) experimur: propterea enim tribunal illud parui nunc penditur, & eſtimatur, vt iam nullus ferè ſit doctor alicuius auctoritatis, qui in eo ſedere velit, quia per rarò res ibi cum ea maturitate tractantur (parcant qui ei prę ſunt) quā deceret eos, qui iuſtitiā adminiſtrāt, quod indè procul dubio euenit, quia cum Prior (ſic vocatur qui maior eſt in eo tribunali) & conſiliarij prioris annuales ſint, reliqui verò (quos Septimanerios vocamus) per hebdomodas eligantur, curat vnusquiſque quòd ſuo tempore, & hebdomoda cauſæ finiantur, & ſalaria ad eos perueniāt, licèt nihil relinquatur ſucceſſori, quod vt fiat, neceſſum eſt, dilationes abbreuiari, proceſſum minùs legitimè inſtrui, & partibus ad plenum non auditis, nec non & meritis proceſſus vix deguſtatis, ſententias ferri, ac pronunciari, & deniq. iuſtitiam omnino præcipitari, quod ſanè ſummopere dolendum eſt, & valdè mirandum quòd per conſiliarios, & adminiſtratores huius ciuitatis, qui aliàs in omnibus prouidentiſſimi eſſe ſolent, de remedio oportuno non fuerit huc vſque prouiſum: poſſet autem (meo iuditio) facilitèr: ſed hęc ad nos non ſpectant: conducunt quæ optimè docet Pet. Grego. in Syntag. iur. vni. li. 47. cap. 15. de Imper. & poteſ. conſi. Rom. per tot. & ſignanter numer. 24. & 27. meliùs † eſſe imperium, & gubernationem vnius, quàm plurium, & meliorem eſſe Regē malum vnum, quàm plures magiſtratus imperantes per vices populo, reffert ad propoſitum lepidiſſimi Æſopi apologum de vulpe, quę in foueam deciderat fluuium tranſeundo, cui, cū longo tempore exire non poſſet, plures caninæ Muſcę incederant, cumq. vulpem vidiſſet tranſiens Herinaceus eius miſertus, rogauit ſi vellet vt ab ea caninas muſcas depelleret, quæ ſe nolle cum reſpondiſſet, cauſam, miratus quærebat Herinaceus, reſpondens autem vulpes dixit, hę ſaturæ parū iam ſanguinis trahūt, quòd ſi has tu excuties, fameſcentes venient alię, quæ quod mihi ſanguinis reſtat, totum ebibent: benè idem conſideraūit, *in* conuenientia ponderando, quæ ex tam celeri mutatione officialium oriuntur, noſtras Mier. in tit. de tabula c. 7. num. 9. in 1. vol. col. 4. pag. 81. & latè poſt eum Bouadilla in poli. tom. 1. lib. 1. cap. 17.

Secundus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Secũdus etiã cõcordãdi modus in exercicio iurisdictionis communis, quem suprà proposui mus, licèt Didaco, & Peguera visus sit peroptimus, non tamen plenè satisfacit: cum enim requirat factum partium aduersantium (aduersantes dici possunt qui rem aliquam communem habent, & pro indiuiso possident propter illam discordiam, quam communio parere solet iuxta I. C. sententiam in l. cum pater §. dulcissimis, de lega. 2. & Rom. Pont. in c. ex tenore, de senten. excommu.) qui in idem concurrere habeant, in electione scilicet vnius, & eiusdem officialis, qui iurisdictionem exerceat, vix est quòd vnquam id obtineatur: ordinarium enim est alteri displicere quod placet suo in hac materia consocio, & si remedium à Iudice est expectandum, qui compellat eos ad concordandum, tot, tantisque id potest à parte renitente diffugijs impediri, ac differri vt multis opus sit seculis in hoc obtinendo.

Melior igitur, ac (meo quidem iuditio) tutior via est, quam reperio sequutum Senatum in causa nobis Petri Vila de Clasqueri contra nob. Federicum Meca referente egregio olim senatore, & nunc in supremo Aragonum consilio Regente Saluatore Fontanet, actuario N. Palau, & nunc Simone Font, cuius suprà me minimus num. 22. qua *prouisit* Senatus iurisdictionem, quę erat communiter, & pro indiuiso inter dictas nobiles partes possidenda, fore, & esse exercendam per baiulum, & alios officiales de triennio in triennium alternatim per dictas partes nominandos, & creandos, taliter tamen quòd dicti officiales exercerent dictam iurisdictionem, non nomine illius domini solius, à quo eo triennio creati essent, sed imò no mine amborum, ac non ita vt fructus, & emolumenta iurisdictionis illius triennij essent illius domini tantùm, qui officiales creasset, sed imò amborum. Hic exercendi iurisdictionem communem modus nullas videtur pati difficultates, nullis obnoxius partium cauillationibus, & nullis denique subiectus repræhentionibus, cum in eo non militent absurda, & inconuenientia superiùs annotata, sed imò omnia fiant plana, vt de se patet, & ideò sequendus, & omninò, reliquis omissis, ampectendus.

27 Alios diuidendæ † iurisdictionis modos, præter suprà enarratos, tradit Pet. de fideicom. quæst. 8. in additione post numer. 530. versi. nunc videndum fol. mihi 93. col. 3. & alium Antho. Fab. post hæc scripta, cum multa lętitia, habitus, propter solidam, quam docet doctrinã † Faber (inquã) *ex mente Senatus Sebusiani* in suo Codice lib. 3. tit. 26. commu. diuidun. diffinitio 5.

Si autem posset commodè visus iurisdictionis inter condominos diuidi iuxta partem, ac portionem, quam quisque, maiorem, vel minorem, in eodem territorio haberet, id æquissimum fore iudicat Dida. cap. 40. pract. quæstionum num. 1. ex sæpè allega. decis. Boer. 5. inibi referentis in Senatu Burdegalen. ter *pronunciatum* fuisse quòd plures habentes in eodem territorio iurisdictionem vterentur diuisim quolibet anno tot eiusdem mensibus, quot partes haberent dominij, licèt postea idem Dida. id omninò tutum nõ existimet ex eo quòd quandoque is iurisdictionis visus pernicioſus esse posset. †† 28

Sed † quid in feudis, quę etiam indiuisibilia sunt de iure nostro Cathaloniæ, vt habetur in commemor. Pet. Alber. cap. dret, ècostuma, quæ est 9. tit. de feus, & not. Socarrats in eisdé commemo. cap. vasallos num. 47. pag. 231. tradit Ludo. à Pegue. versi. 6. num. 59. in repeti. c. item ne super laudemio in cõstitu. Cathalo. & post eum Iacob. Canc. var. resol. cap. 12. de feudis nu. 24. quicquid aliter sit de iure communi, vt tradunt, & pluribus probant Pegue. & Canc. vbi superiùs, ad quod tamen est omnino viden. Gayl. pract. obser. obsetua. 153. quia pulchrè loquitur: In † feudis (inquam) quando vasallus descessit pluribus hęredib' institutis, vel etiam ab intestato, tunc non fit diuisio feudi inter hæredes, sed est locus gratificationi, hoc est quòd dominus, si extant filij vasalli deffuncti sine aliqua feudi dispositione, vel cum pluribus hęredibus, potest gratificare cui ex filijs voluerit, & illi feudum concedere, & filijs deficientibus, proximiori agnato, vt not. in vsat. si à Vicecomitibus, & ibi Cali. num. 6. tit. de succeſſio. ab intesta. & in consuet. vasallus, quæ est 21. tit. de feud. & in d. consti. item ne super laudemio, versi. aiustants tradit Pegue. vbi suprà in 4. prælud. num. 4. & in versi. 6. num. 54. cum sequent. & Canc. etiam vbi suprà num. 25. 29

Sed † quid in Emphyteusirca cum diuisibilis sit, vt plenè probat Canc. num. 27. in loco suprà allegato nihil in ea fuit per cõstitutiones Cathaloniæ immutatum. 30

His expeditis veniamus iam ad diuisionem earum rerum, quę communitèr, & pro indiuiso possidẽtur, & commodam recipere possunt separationem: cum enim † communio pariat discordiam, etiam inter fratres, vulga. l. cum pater §. dulcissimis de leg. 2. & cap. ex tenore de senten. ex com. Indè † optimo iure statutum fuit neminem fore cogendum in communione permanere, sed posse ad diuisionem prouocare quãdoq; sibi placuerit, vulg. l. 1. & l. fin. C. commu. diuid. 31

Hęc † autem diuisio altero de duobus modis peri poterit, vel in eodem iuditio, in quo res communiter, & pro indiuiso fratribus fuit adiudicata, quando in eadem sententia reser- 32

uatur 33

UAB Biblioteca de Ciències Socials

uatur realis diuisio facienda, prouti vidimus in plurib⁹ declarationibus in Regia Audiẽtia factis,& signanter in causa fratrum Pareis ad relationem egregij olim Senatoris Anthonij Negrell,quæ nunc adhuc pendet inter vnam ex dictis partibus, & Martinum Ioannem de Malla Dioce.Vicen.ad relationẽ egregij Senatoris Ioannis Gallego, actuario nunc Iosepho Cortes,ac propterea posteà per easdẽ partes coram eodẽ iudice,& seu eius successore instata fuit realis diuisio rei cõmuniter,& pro indiuiso adiudicatæ.Vel etiã peti potest,imò debet,in alio iuditio quando de reali diuisione fienda nullũ verbum in sententia extitit factum,prouti in duabus causis superiùs enarratis, altera quidẽ inter Iacobum Fabregas ex vna, & Ioannem Mas partibus ex altera,ad relationem Monserrati Guardiola,& altera inter Elisabethẽ Masoliuera, & Narcisam Masmijana ad relationẽ Iosephi Benach,in quibus cum tantummodo adiudicatæ fuerint partibus portiones eas contingentes pro indiuiso cum aduersarijs possidendæ, arbitror propterea nouo iuditio pro diuisione facienda agẽdum fore, ad tex.in l.1.& 2.cum toto tit.ff. fam. hercis. & C. eo tit. quia hæc iuditia, vti ex superioribus constat,omnino diuersa sunt inter se se.Formam libelli, quo huiusmodi diuisio petatur,tradit Ioan. Pet. de Ferra.in pract.papien.in for.libel.pro hæreditate,vel re singulari diuidenda.

Quomodo autem diuisio sit facienda, hoc opus,hic labor est:hac in re Vincen. Carro.decis.seu casu 135.per tot. ex varijs iurium decisionibus,& doctorum,circa hæc,opinionib⁹,septem modos huius faciendę diuisionis enumerat,quos libet hic inferere, & mox nostram in his aperire sententiam.

34 Primò igitur †sorte videtur facienda huiusmodi diuisio l.2.ibi,*sortium casum*, & inferiùs, ibi,*sortis felicitate* C.quan. & quib. quarta pars hb.10.vbi de diuisione hereditatis agens Imperator statuit eam sorte esse faciendam: hanc opinionem tenet Bar.in d.l.2.num.6.& in l.1.C. de his,qui se deffetunt, & Bal.in l.1.C.de pact. & in l.penul.in prin.C. commu. vtriuf. iud.& in l.penul.in prin.C.com.diuidun.& in l.iubemus in prin.C.de Sacrosan.Eccles.cum alijs latè relatis per Carroc.vbi suprà num.8.communem eam opinionem dicunt Iaf.in l.1. nu. 40. ff.si cert.peta.plures alios eandem cõmunem facientes allegat idem Carroc.d.nu.8.& Emanu.Soar.à Ribey.in thes. recep. senten. nu. 91. in verb.diuisio.Sed reprobat Aemil.Ferret.responf.1.num.2. dicens nihil certi habere hanc opinionem, quo nitatur præter communem Legistarum cõsensum,caret item, inquit,lege, & ratione: tutissimum postea inquiens, nihil sorti fore committẽdum, nisi in casibus de iure expressis, qualis non est hic,& conatur probare nihil facere l.2. allegatam.

35 Secundò † faciẽda videtur diuisio eo modo quòd maior faciat partes,& minor eligat,vulg. cap.1.extra de parroch.vbi in duobus Episcopis parrochianos diuidere debentibus, statuitur eam diuisionem ita faciendam esse, vt qui amplius tempus in Episcopatu habet, diuidat, & minor eligat:hic modus diuidendi desumptus est ex veteri testamẽto Geneseos cap. 13. vbi ita factam fuisse diuisionẽ inter Abrahaam, & Loth commemorant sacræ litterę, vt docet diuus Augustì. de ciuita.Dei lib.16.cap. 20. relatus in can. de libellis 20. distinct. his verbis. *hinc forta ſſis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo,vt quando terrenorum aliquid partiendum eſt maior diuidat,minor eligat*: Eundem diuidendi modum si Raboc.credamus in addi. ad Guid. Pap .decis. 289. Dida. in fæpè allega. capi. 40. pract.quæstionum num.3.& Ioachim.Mynsin. obser.37.num.2. cent. 4.qui id desumpserunt ex Seneca,quem refferunt,lib.6. declama. approbabãt olim declamatorum leges, quarum vna est, frater diuidat, minor eligat, sequitur 36 Viui.decis.437.lib.1.num.2.vbi † postea disputat num minor læsus in eligendo possit,& debeat beneficio restitutionis in integrum aduersus electionem iuuari, alterum caput, an scilicet maior restituatur si inæquales partes fecerit,minorque maiorem elegerit, disputandum relinquens Antho. Fab. multo post eum scripturo in suo Codice lib.3. tit. 27. deffini. 5. vbi tenet quòd sic, si magna fuerit læsio, atq. † ita *pronunciaſſe* Senatum Sabusianum asserit. Hoc diuidendi modo vsi sunt tres fratres Barutells,& de Bastracha(in hoc nostro principatu propter generis antiquitatem, & nobilitatem satis noti)in diuisione bonorum patris ab intestato desfuncti,& baroniarum illius,quòd maior diuisit,minoribus eligentibus,plures ad id doctores allegat Dida. vbi superiùs Soar.à Ribey.in thesau. recepta. senten. vers. diuisio, num.91.Carro.d.decis. seu cas. 135. num. 9.& * Tiber.Decia.respon.15.num.53.vol. 1. communem eandem opinionem dicunt Iaso. in l.1. num.40.ff. si cert. peta. Bonacosa de æquita. Cano.conclu. 99. & alij relati per Soar.(licèt per eos non cumulari eius intentionem dicat Carroc.vbi superiùs) in d. vers.diuisio, atque † ita *seruari* de inueterata cõsuetudine in patria Gratianopol.prout ipse vidit suis temporibus, tradit,& asserit Guid. Pap. licèt Bertran.ei in hoc contradicat,vt aduertit ibi Ranchin. in additione, quæst.289.num.1.item & Guiller. Benedict.in cap.Raynuntius verbo,in eodem testamento relinquens,lo primer num. 211. asserit quicquid sit de iure communi,hanc opinio- † nem de inueterata consuetudine *seruari*: candem

dem esse diuidendi consuetudinem in Germa-
† nia à dominis in *iudicando* approbatam testatur Mynsinger. loco superiùs allegato. Hunc etiam
† diuidendi modum *approbasse* Senatũ Sebusianum auctor est Antho. Fab. in suo C. lib. 3. tit. 25. famil. hercis. diffi. 2. & tit. 27. cõmu. vtriusq. iudi. diffi. 4. Octauiano tamen Simoncel. non videtur placuisse, imò eũ impugnat, de decret. lib. 2. tit. 4. à num. 34. cum sequent. Hieronym* Ceual. cõmun. contra commun. refert in hac re doctorum opinionem in prac. quæstionibus quęstione 340. lib. 1. Aemil. tamen Ferre. in respons. 1. per tot. multùm hunc diuidendi modũ
' commendat, & dicit esse æquiorem, & de consuetudine, nedum Dalphinatus, vt asserit Guid. Pap. sed etiam totius orbis.

37 Sed † Mynsing. vbi suprà allegatus est, dicit hanc opinionem sic esse accipiendam dummodo frater natu maior diuisionem nõ faciat captiosam, & in qua insit fraus, vel iniquitas, qualem refert Seneca loco suprà citato quandoq. factam fuisse: cum enim quis habens filium legitimum, alium postea ex ancilla substulisset, & descessisset, maior frater ita diuisit hęreditatem vt totum patrimonium ex vna parte poneret, & altera nati matrem, sicque cogeretur minor frater aut matre carere, aut integro patrimonio, ideſt aut matrẽ apud aliũ in perpetua seruitute relinquere, aut mendicus, & rerum omnium inops manere, huic & similibus iniquis, & captiosis diuisionibus standum nullatenus esse docet Minsing. vbi suprà ex Anchar ra. Ioan. de Platea, & alijs, quos allegat, optimè Decia. respon. 15. num. 51. vol. 1.

38 Quis † autẽ hoc in casu maior dicatur, & an maioritas hęc sit respectu ætatis, vel administrationis considerandą, docent plures, quos latissimè refferunt Simoncel. vbi superiùs num. 37. & Menoch. de arbit. Iud. li. 2. centu. 2. casu. 124. vbi id docet arbitrio Iudicis relinqui, vide Ficar. & Eman. Soar. in vol. com opinio. to. 4. lo. 12. tit. 6. cap. 1.

39 Tertia opinio † circa diuidendi modũ fuit,
* quam Guill. Benedict. vbi superiùs saniorem, & communiorem appellat, quòd imò primo genitus debeat eligere priori loco, hanc opinionem confirmat is auctor satis debilibus fundamentis per te ipsum videndis.

40 Quarta fuit † opinio quorundam dicentiũ electionem dandam esse ex contiguitate loci, pro qua opinione allegat Carro. l. quicunque 2. de omni agro deser. lib. 10. C. hanc opinionẽ
† approbauit Senatus Neapol. dum *iudicauit* domus iam diuisæ partium optionem dandam fore ei, qui habebat aliam domum continuã cum domo diuisa, vt refert Capici. decis. 42. nu. 1. & 2. idem probat Cæs. Barz. decis. Bonon. 100. nu. 17.

41 Quinta, † est opinio quòd hæc diuisio sit facienda arbitrio iudicis §. si familiæ cum §. seq. inst. de offi. Iud. vbi Imper. *si familiæ herciscendæ iudicio actũ sit, singulas res singulis hæredibus adiudicare debet*: hanc opinionem tenent, & sequuntur, latèque probant Tiraquel. de iur. primoge. quæst. 60. num. 10. Hipol. de Marsil. in l. quęstionis modum num. 15. ff. de quæst. Boer. decis. 40. in prin. quos refert Carro. vbi superiùs nume. 7. Ranchin. ad Guid. Pap. quæst. 289. Ioan. Pet. de Ferra. in for. libel. pro re sing. diuid. numer. 35. Menoch. de arbit. Iud. li. 2. centu. 2. casu 123. num. 1. ad quem, in dicto loco, & in casibus sequentibus, quæso, recuras, cum circa huiusmodi diuisionum materiam tibi contigerit disputatio, Simoncel. vbi suprà num. 36. communẽ
* dicunt Vilallob. in com. opinio. vers. diuisio num. 82. Mathe. eo. loco num. 1. Couar. in sępè allega. cap. 40. in fin. qui ad id allegant Iason. in l. si duobus C. commu. de lega. & alios Morche. de diuis. bonor. lib. 2. cap. 1. num. 57.

Hi sunt modi diuidendi, qui huic nostro casui diuisionis faciendæ inter fratres rem aliquã simul, & pro indiuiso possidẽtes, accommodari possunt. Sunt & alij, qui ex facti contingentia alijs casibus deseruire valent.

42 Horum † primus est quando vnus ex fratribus, vel socijs habet in re communi maiorem partem: tunc enim is videtur præferendus in diuisione facienda l. sancimus §. 1. C. de dona. l. 2. & ibi glo. ver. & relictam C. de metat. & æpidem. lib. 10. Decia. respon. 15. numer. 53. vol. 1.

43 Secundus † casus est quando Ecclesia quid habet commune cum aliquo particulari, tunc ei datur electio, cap. 1. de parrochijs.

44 Tertius † casus est quando fiscus rem aliquã cum alio haberet communem, tunc is faceret partes, & daret alteri electionem l. edicto in prin l. Senatus §. Senatus. ff. de iur. fisci l. 1. C. de his, qui se defferunt lib. 10. ita, per prędicta iura. not. Bar. in d. §. Senatus num. 4.

45 Ex his † omnibus diuidendi modis ille sumẽ placet, quo antea dicebamus diuisionem faciendam fore, vt maior diuidat, minor verò eligat, tum propter grauissimorũ Senatuum, qui illam sequuti sunt, auctoritatem, tum etiã & ex eo quòd facilissimus sit is diuidendi modus, & paucissimis obnoxius expensis, quæ forsan in reliquis diuidendi modis fieri contingerent, nec aliquam inter socios, vel minimam, præ se fert inęqualitatem, nec vlli eorum tribuit occasionem de consocio conquærendi: si enim maior frater inæquales partes, forsan circumueniendi fratrem animo, si fortassis minorem reciperet, fecerit, & is non minorẽ, sed maiorem elegerit, imputet sibi, non alij maior frater, ac de se ipso conquęratur, quòd fuerit à

se ipso

se ipso deceptus,& circumuentus,si verò è cõtra successerit,imputet sibi minor frater quòd, optione sibi data, eligere nescierit, pulchrè hoc cõsiderat Antho.Fab.in allega.defi. 4. li.5. tit.27.cõmu.vtriusl.iud.sui Codicis.

Si verò hic diuidendi modus non placuerit, ego existimo,ex reliquis ille foret eligendus, licèt multarum sit impensarum, quo arbitrio Iudicis, qui æquales partes faciat,& vni vnam,& alteri alteram assignet,& tradat,diuisionem faciendam in superioribus,secundum vnam opinionem,docuimus, & hanc opinionem seruaret forsan noster Senatus, qui eam aliàs *sequutus* fuit,vt colligere licèt ex processu causæ fratrum Pares,& Martini Ioannis de Malla superiùs mentionatæ, in qua cum de diuidenda hæreditate communi ageretur, extitit prouisum quòd Relator causæ ad locum quæstionis accederet huiusmodi diuisionis faciendę causa, prout postea accessit.

Cæterùm videamus quomodo se habere debeat Iudex,casu quo magis placeat hic diuidendi modus, cuius arbitrio committitur: In hac diuisione facienda certè nulli dubium est ei licere quocunque ex suprædictis modis diuisionem facere, verùm,meo iudicio,nullo alio modo magis iustè, & æquè cum partium satisfactione, & propriæ conscientię exoneratione in his procedet, quàm si constitutus in loco quæstionis per probos, & expertos per partes communiter electos, vel ex officio, suo casu, faciat fieri æquales rei diuidendæ portiones:& si quæstio sit inter partes super electione,& optione,eã sorte dirimat per cartellos,siue per rodolins, vti nos nostro idiomate appellamus:hoc diuidẽdi modo dicit Pisar. in addi.ad sæpè alleg. decis. Guid. Pap. 289. *vsum fuisse* Senatus de anno 1579.in quadam causa in eo vertenti, & idem communiter *obseruari* se vidisse dicit Ranchin.in additio.ad eãd. decis.qui pro hac obseruantia plura allegat, pro qua benè facit l.si duobus C.communia de legat.vbi disponitur sorte dirimendam esse quæstionem inter duos in eligendo discordantes, quando eis optio relicta est:hunc diuidẽdi modũ multis laudat Lara de anniuersar.lib.1.c.7.à n.19.Ego si Iudex essem, qui diuidere deberẽ (nisi ex aliqua circunstantia colligerẽ expedire diuisionem ita faciendam quòd maior diuideret,minor eligeret)nunquã,nec latũ quidẽ vnguem,ab hoc partiẽdi modo recederẽ,quia nõ video quid absurdi ex eo aliquãdo oriri posse.

Nota tamen, antequam ab his discedas, quocunque modo fiat hęc diuisio,eam semper fieri debere in globo,seu in grosso,& non minutatim per sulcos,vel perticas,sed ex vniuersitate,Boer.decis.46. num. 1. & Vtil. in addi. ad Afflic.decis.23.num.6.qui plura ad id allegant, egregiam huic rei tribuit auctoritatem *decisa* Rot.Bonon.relat.per Cæs.Barz.decis.100.

Denique nota,quòd *si res* hęc communis, quæ diuiditur inter socios, vel fratres, fuisset antea,dum communiter possideretur,per alterum ex eis tertio obligata, prout fieri potest pro sua parte tantùm,licèt non pro parte socij, vt probat tex.in l.vni.C.si res com. pig. dat. sit, & tradit Negusan. loco mox allegando, tali casu facta diuisione, licèt per eam cuilibet ex socijs,vel fratribus sua pars diuisim obueniat, nihilominus tamen non remanebit obligata creditori sola dimidia debitoris, sed in obligatione erit dimidia cuiuslibet dimidię pro indiuiso,tex.formalis in l.si consentit.§.fin.ff.quib. mod.pig.vel hypoth.solua.his verbis, *illud tenendum est si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypothecæ,diuisione facta cum socio,non vtique eam partem creditori obligatam esse,quæ ei obligari qui pignori dedit,sed vtriusque pars pro indiuiso pro parte dimidia manebit obligata*. ita tenet ibi Bar.idem probat l.5.§.fin. C.qui potio. in pigno.hab.& docent Bal.in allega.l.vni.C. si com. res pig.dat.sit,viden. Negusan.in tract. de pigno.& hypoth.mem.3.secundæ par.num. 36. & 37.Quod tamen nõ vult Annæ.Rober.in li.3. rer.iudica.c.19.procedere respectu plurium hęredum,qui vt tales aliquid possident pro indiuiso:dicit enim quòd si vnus suam partem alicui particulari creditori obligauit, diuisione post modum facta, sola illa pars,quæ obtigit obliganti,remanet obligata,atque ita *decisum & determinatum* in Senatu Parisien.de anno 1581. tradit,tationes differentiæ inter hosce duos casus apud hunc celebrẽ virũ lege,quę tibi forsan satisfaciẽnex quib' & aliã retoluit iuris pulchrã disceptationẽ,si extante statuto quòd muliere nubẽte habeat dominus feudi redditus vnius anni,ei cũ altero sit aliqua hereditas cõmunitèr relicta,in qua sit vnus fund' feudalis, & ali' nõ:& nõ feudalis,diuisione facta, obtigit mulieri,nihil,inquit *resoluit* in Sena.cõsequi dominum,quia præsumptione iuris fingatur mulier nihil vnquã aliud habuisse.Alias vales *quæstiones* in hac materia vide per eundẽ Negusa.vbi suprà optimè pertractatas, quas nobis cordi nõ est hic inserere,quia nrum nõ attinẽt institutũ.

Illa solùm (vltra adductas ab hoc auctore) visa digna est quæ non omitteretur,quòd facta diuisione inter istos donatarios, & alios quoscunque cohęredes, si adsint creditores hæreditatis contracti à defuncto antequam ad condonatarios, vel cohæredes illa peruenire siue anteriores,siue posteriores, & siue hypotecarij,siue etiam chyrographarij.& sint alij, qui sint creditores vnius ex dictis cõdonatarijs, vel cohæredibus, semper in bonis hereditatis, vel donatis præferuntur creditores hæreditatis

ex tex.expresso in l.1.§.sciendū ff. de separa. & glo.1.in l.eos circa fin. C. qui pot. in pig. hab. vbi dicitur ℘ quamuis creditor hypotecarius prę ferat ur ei, qui habet solā personalē, tñ fallit in eo, qui cōtraxit cū defuncto, quia in re hæreditaria præfertur habenti hypotecā, pulchræ sunt ad propositū decisiones Borgni. Caual. 28. num. 40. & 41. par. 3. & Surd. 310. per tot. vbi sic † *decisum* tradit in Sena. Mantua.

52 Hac † ego ratione iuuabar de anno 1611. in causa Gasparis Carcer ciuis honorati Barcinonę cōtra pupillos Rieras, & Gabrielē Esteue, coram egregio Senatore Hierony. Seniust, & scriba Simone Font, vt deffenderē in eadē hac materia cōcursus creditorū rei socialis, seu cōmunis, & creditorū alterius ex socijs, præferendos fore creditores sociales etiā chyrographarios alijs creditoribus vnius ex socijs hypoteca rijs, quādo se se res habebat prout in casu causę prędictæ, cuius facti speciē, quia pulchrā, hic libuit inserere. Emerāt quidā mercatores cōmunitèr certā sortem merciū ad eorū officiū mini mè pertinentiū certo prætio posteà certo cōuē to tēpore soluēdo, ad quod se vnusquisq. ex ipsis insolidū obligauerat cū quodā chyrographo hypotecā nō habēte, successit ℘ vnus ex socijs multis cōtractis debitis non habuit vndè partē se cōtingētē dicti prætij solueret, ob ℘ oportuit quòd pro eo soluerēt cōsocij: Vēditis mercibus per dictos mercatores, vt dictum est, emptis, prætium fuit in quodam bancho depositum, cui se opposuerunt pro parte contingente illum socium, qui prætium non soluerat primeuæ emptionis, reliqui cōsocij vt habēces locū, & cessionē vēditotis, & alij creditores hypotecarij eiusdē debitoris, fuit dubitatū qui essēt præferendi, an cōsocij licèt chyrographarij creditores tātū, an verò alij hypotecarij: ego deffendi ℘ cōsocij, & adduxi in argumētū ℘ suprà dicebā de creditoribus hæreditatis, vt sicut ibi etiā chyrographarij creditores hęreditatis præferebantur alijs quibuscunq. per hæredē cōtractis, sic hìc creditores mercis præferrentur alijs etiā quibuscunq. per vnū ex socijs contractis etiam cum hypoteca.

53 Addebam, † certū esse ℘ creditores socij nō poterāt plus prætendere q̄ prætēderet socius si viueret, quia vt eius successores veniebant ad illius bona: ipse autē nihil aliud, si viueret, prętē dere posset, quā suā partē, & portionem in illis mercibus, vel prætio earūdē, vt de se patet, ergo nec aliud possunt creditores ipsius socij prætē dere, quā partē, & portionem socij debitoris vt in eis satisfiāt per diuisionē bonorū cōmuniū, vt probāt doctores in l. si pignori ff. fam. hercis. & in l. cōmuni diuidūdo §. si debitori ff. cōmu. diuidun. Montaner ad Olib. de actio. par. 2. lib. 2. cap. 39. num. 4.

54 Hęc autē † partitio antequam fiat, priùs est à rebus societatis, & cōmunibus omne æs alienū deducēdū, l. omne æs alienū cū sequenti ff. pro socio, Morche. de diuis. bon. lib. 2. c. 12. nu. 1. cū sequent. Bomsa. Ruger. in cons. 55. nu. 101. benè Ayora de partitio. 1. par. c. 7. n. 1. cū sequent. benè Aluar. Velas. in prax. colla. & partitio. c. 23. per tot. vbi est summè notandus.

55 Ratio † est clara, quia nō est in bonis nisi ℘ supereſt deducto ære alieno l. subsignatū §. bona, de verb. sig. & in l. Princeps bona eo. tit. benè Ayora in hac eadē materia loquens in d. c. 7.

56 nu. 1. Velas. etiā vbi suprà nu. 5. vbi † etiā docet lucra non dici nisi deducto ære alieno.

57 Hinc † fit quòd bona societatis non dicūtur bona socij nisi priùs solutis debitis societatis, Bal. & Salice. in l. eius C. de compensa. & alij,

58 quos refert Mago. decis. Lucen. 1. nu. 13. quod nu. 16. dicit in tantū esse verū vt procedat etiā si extaret statutū ℘ æqualiter omnes creditores cōcurrere deberēt ad bona debitoris decocti, quia (inquit) intelligeretur de bonis proprijs, non autē in bonis societatis, in quibus debent priùs satisfieri creditores illius, per quę ego cōcludebā ℘ cū eodē momēto tēporis, quo fuit res empta per socios, fuerit etiam contracta in-

59 ter eos societas, quæ † tacita, & incidens à doctoribus appellatur quando plures cōmuni nomine emunt, vt probat l. cum duobus, & ibi Bar. & Bal. ff. pro socio, & l. cū proponas, & ibi glos. & Bar. & Bal. C. eo. tit. & melior tex. in l. 2. ff. cōmu. diuidun. ibi, *cū societate res cōmunis est, veluti inter eos, qui pariter eandē rem emerunt &c.* Tiber. Decia. resp. 97. n. 35. & 39. in fi. vol. 2. Mascar. de probatio. conclu. 1310. nu. 10. & 15. Morche. de diuis. bon. lib. 2. c. 3. num. 40. Ioan Bota cons. 73. à nu. 34. cū seq. Cardin. Manti. de taci. & ambigu. conuen. lib. 6. tit. 1. de societa. nu. 11. & tit. 11. num. 31. vol. 1. Oliba de actio. par. 2. lib. 1. c. 39. nu. 1. Quam volūtatē ineundi societatē paulò post emptionē cōmunitèr per socios factam declararunt ijdē socij capitulādo quid de mercibus emptis agēdū esset, ℘ scilicèt, nō quidem inter ipsos diuiderētur statim, & quilibet earum suā partē, & portionē statim reciperet, sed quòd imò aliò vehierentur cōmuni nomine vendendæ, ℘ dicūt doctores declarationē esse animi ementiū ℘ illū habuerint contrahendi per illam emptionē, societatē inter se se, vt pulchrè Manti. docet d. tit. 11. nu. 31. & 32. rationem

60 reddens quia † ex eo, ℘ posteà agitur, datur intelligi quid retrò factū fuerit, l. quædā sunt, de reb. dub. nonnihil dicit Bot. vbi 3. cū (inquam) eodē momento tēporis, quo fuit facta emptio fuerit etiam inter socios contracta societas in mercibus prædictis, & eodem etiam momento affecta res empta ære illo alieno prętij non soluti, & res semper remāserit societatis illo one-

re affecta,

re affecta,& similiter cũ eodẽ onere sub nomine societatis remãserit postea pecunia,ex vẽditione postea sequuta, processa, indè dicebam quòd propterea nec momẽto quidem tẽporis potuit dici socij debitoris res empta,& per cõsequens quòd in rebus prædictis socialibus, nec in pecunijs ex eis processis cõtracta vnquã fuit hypoteca creditorum socij debitoris, sed tantùm in parte ipsum contingente, quę cum non dicatur nisi deducto ære alieno, & solutis prius debitis societatis, quorum principale est 62
quod venditori mercium debetur, cum illud contractum esset per socios, non quidem nomine proprio, sed imò nomine societatis,cum eodem ipso actu, quo debitum contraxerant, societatem etiam iniissent, indè concludebam euidenter nihil posse socij creditores prætendere in pręiuditium creditorum societatis. 63

61 Hæc † tollebant obicem,qui fiebat de l. licẽt C. qui potio. in pig.hab. quia quis habet in venditione,quæ sit alicui habita fide de prætio statim transferri in eum dominium, & ab eo die contrahi hypotecam in fauorẽ creditorum hypotecariorum ipsius debitoris, qui tali casu præferuntur proculdubio ipsi emptori,cui præ tiũ debetur, si priores illo sint,vel hypotecarij, & iste chirographarius,qua de re latè per Vincen.de Fran.decis.369.& 506. per tot. cessabat sinquam huiusmodi obiectum, quia, vt dicebam,nunquam nec quidem momento temporis translatum fuit dominiũ in hunc socium, sed in societatem potiùs, & semper cum illo onere soluendi prætiũ. & sic non adfuit vnquã cui inniteretur hypoteca creditorum socij. Si aliquid à principio habuissent socij proprium, quod misissent in societatẽ,benè verũ est quòd 64
in eo prælati fuissent priores creditores sociorum,qui tales erant antequam inter eos iniretur societas,quibuscunq. alijs postea contractis socialibus creditoribus ex ratione superiùs adducta,quia scilicẽt in eo contracta fuisset hypoteca,vel statim atq. contractum fuisset debitũ, vel statim atq. acquisitum fuisset illud, quod postea missum in societatem esset, & sic cũ illo onere transijsset in societatẽ,prouti ratione capitalis,seu partis illius,quod missum esset in societatem per vnũ ex socijs,vxorẽ illius priorem ere ditricem pro dote,& augmento esse præferendum quibuscunq. alijs socialibus creditoribus *declaratum* † Senatus referente egregio Senatore Raphaele Rubi & Coll. in causa Pauli Rossello,contra Franciscũ Cassany,& alios sub die 14.Nouẽb.an.1609.scribæ N.Vila: Nõ autẽ voluit,sicut prætendebatur,declarare Senatus quòd similiter præferretur mulier in reliquis bonis societatis,& lucris illius,sed imò censuit ex eis fore priùs soluenda debita,prout nos resoluimus.Verùm cum in nostro casu non agatur de aliqua re,quam socius habuisset propriã tempore initę societatis,& misisset in eam, cui vt diximus,inniti potuerit prætensa creditorũ hypoteca, indè fit esse verum quod supra docuimus ex docta nostri Senatus resolutione.

Addebã finaliter alias rationes,quas Mago. adducebat allega.decis. Lucen.1.per totum, & signanter illam quòd isti socij specialitèr merci credidissent,& per consequens essent præferẽdi,& illas, quas etiam proponebat num. 21. dicens † debitum,& creditum societatis esse diuersum à debito, & credito socij particularis: nam quod est debitũ,vel creditũ in cõmuni nõ est debitũ,vel creditũ alicuius ex socijs particularibus,adde Ronchegal.in l.si duo num. 6. de duob.reis,Borgni.de tutor. & cura. num. 220.

Vnde fit † quòd non admittatur debitori societatis compensatio si opponatur de debito alicuius ex socijs, in quo sibi particularitèr teneatur, ad quod probandum est tota decisio prędicta Mago.compacta,& probãt etiã Ronchegal.& Borgni.vbi suprà.

Per hęc obtinui quod volebam in causa supradicta Gasparis Carcer contra pupillos Rieras,& Gabriel. Esteue: fuit enim in fauorem dictorum pupillorum Rieras, & Esteue 17. Feb. 1611. *declaratum* ipsos præferendos pro illo debito societatis,quod exoluerant venditori mercium,tumcodo pro motiuo *quod supra alibi statim in acquisitione & societate inter eos initæ mercis separatim credidernnt & soluerunt, & ob id esse præferendos quibuscunq; alijs in pecunia processa ex dicta societate, cũ bona socij dicti nõ valeãt nisi ære alieno societatis prius deducto, quo deducto nihil remaneat, &c.* scriba est,vt dixi ,Simon Font. †

Alius † ante me, erat huius causæ aduocatus, qui aliter fundabat dictorũ pupillorũ Rieras, & Esteue iustitiã:dicebat siquidem ex eo ipsos præferendos quia fere statim post factã emptionẽ mercium,elapsis scilicet non plusquam quatuor,aut quinq. diebus capitulauerant socij inter se se fore prius ẽ pecunia processura ex mercibus soluendũ prætiũ debitũ,volens propterea suæ iustitiæ accomodare dispositionem l. licẽt C.qui potior.in pig.hab.Affli.dec.156.& 306. Gayl.lib.2.prac.obser.obseruat.11.& 13.& Surd. decis.159.nu. 4. ac aliorũ, quos allegabat, mihi tũ visum est nõ esse hunc casum nostrum, tum quia factũ fuerat pactũ ex intervallo, tum etiã quia nõ fuerat expresse appositum pactũ quòd interim dominiũ non transferretur,nec specialis obligatio pro obseruatione pacti adiuncta, nec etiã aliæ cautelę adhibitæ,quas doctores requirũt vt vẽditor præferatur pro prætio alijs creditoribus,de quibus per doctores supradictos, & Vincẽ.de Fran.allegat.dec.369.& 506.Gratia. dec.134.à n.7.Mag.dec.Lucen.31.n.9. & 10.Caro. d.luca.& coduc.p.5.nu.d.vlur.q.1.Meno.col.361. num.42.

num.42.vol.4.ideò opus fuit alia quærere,quibus iuuaret ad obtinendum in causa,prout suprà vidisti.

65 Diuisione † autem facta inter fratres pulchrum est inquirere penes quem ex ipsis debeant remanere instrumenta communia: qua * in re communis opinio est ea remanere debere penes antiquiorē,per l.fina.ff. de fid. instru. & in l. cum pater §. pater pluribus,vbi not. ff. de lega.2.& tradit Guid.Pap.decis.289.num.3. qui allegat Marti. de Laud. in tractat. de primog.

66 Quod † tamen limitatur quando inter hos fratres esset aliquis ex eis doctor: tunc enim penes eum,tanquam digniorem,licèt natu minorem,deberent remanere,per tex. in d.l.fin. vbi Floria.id not.ff.de fid.instru.Bolog.in auct. habita num.59.C.ne filius pro patre: & faciūt quæ scribit Iaf.in l. procurator numer.3. C.de eden. hæc inter alia priuilegia Iurisconsultorum refert Ben.in tract.quem de eis confecit priui.68.num.1.

67 Sed † quid si moriatur frater ætate maior relicto filio,qui ætate sit minor ipso patruo,apud quem,quæro, remanebunt hæc communia domus instrumenta? Respondet Tiraquel. in tract.de iur.primog.in præfa.num.135.quem sequitur Federicus Scotus to.1.lib.2.respon. 1.nu. 167. quòd patruus præferatur filio fratris iunioris.

Sed quid in re indiuisibili,declarat Iureconsultus in l.siquæ sunt cautiones ff. fami.herciscun.

68 An † autem diuisione facta possit vnus ex fratribus totum prædium redimere,inscio altero,quod foret per ambos cum pacto de retrouendendo venditum,tractat late Mago. decis. Florent.28.per tot.vbi quòd fieri possit magis * receptum docet,Ioseph. Ludoui. decis. Perusi. 112.numer.15.par.2.Boer.decis.251.Alex. Raud. decis.Pisa.12.numer.78.apud quos pro affirmatiua reperies plures grauissimorum Senatuum †† factas *decisiones*, de quo tamē vide Fachin.controuer.iuris lib.2.c.2. & Mestril.decis.Sicil. 21. per tot.

Casus successit in Senatu sub die 3 Octobris 1549.referentibus Petro Clariana de Scua relatore,& Adriano Vilana correlatore in causa nob.Francisci Guillermi de Llordat cōtra Hieronymam de Aualos,& alios,cuius nunc scriba † est Micha. Puigferrer, in quo fuit *declaratum* quod continetur sequentibus verbis,*Et quia in viam iuris vni ex duobus,vel pluribus hæredibus licuum est totam rem à prædecessore venditam cum pacto de retrouendendo redimere,soluto per eum integro pretio,etiam aliis hæredibus recusantibus,seu nolentibus redimere, vel aliàs non redimentibus &c.*

69 verum † est quòd hæredi agenti fecit Senatus præstare cautionem de restituendo, & satisfaciendo alijs hæredibus partes, seu portiones eosdem contingentes, & de seruādo indempnem emptorem,quod mihi iustum videtur,& rationi congruum,similem ferè habes Senatus † Sabusiani *resolutionem*, quam refert Anthon. Fab.in suo Codice li.4.tit.11.de hæredi.ac.diffi. 2.

70 Et finaliter † an ex huiusmodi diuisione,quę fit inter fratres,vel coharedes debeatur laudimium? dic quod non,Bal.in l. non ideò,de condic.furt.Guid.Pap.deci.411.Boer.in coment.ad consuet.Bitur.tit.de consuet. feud. §. 7. in glo. & licèt, versi.ex quibus,referatur inter communes opiniones tom.4.loco 12.tit.6. cap. 1. versi. * laudimium,quia † huiusmodi diuisio dicitur 71 necessaria alienatio, Boer. vbi suprà, Hiero. à Lauren.decisio.Auenionen. 143.num.2. Amadeus à Pont. latissimè, de laudimijs quæst. 15. per tot.& poster Ludoui.à Pegue.in constitu. Item ne super laudemio versi. Itemque perço num. 103.

72 His † ita constitutis videndum est quę impediant diuisionem fiendam inter istos nostros fratres,qui vigore hereditamenti auiti illius hereditatem possident communiter,& proindiuiso. Et primò quidem eam impedit *impossibilitas*, vel difficultas diuidendi, l. sancimus §. ne autem,ibi, *res diuidi sine suo periculo facilibus est*,& ibi,*in his casibus,in quibus partio vtiliter celebrari minimè potest* C.de dona.l.1.C.commu.diuidun.

73 Indè † dicebant aliqui diuisionem pascui communis peti non posse,quia commodè diuidi non valet,ex tex.in l.vlus pars ff.de vsu,& habit.vbi vsus partem legati non posse dicitur, quia quamuis frui pro parte possimus,pro parte tamen vti non valemus, vt refert Thesau. decis.71.num. 1.licèt cōtrarium sit verius,quòd imò peti possit huiusmodi diuisio,vt tradit Gutierres de iuram.confir.par.1.cap.58.nume. 5.& † Thesau.d.decis.71.numer.1.qui dicit ita *decisum* fuisse in Senatu Pedemon. & eam diuisionem tradit faciendam non vt seruitus diuidatur, quia id fieri non potest,sed commoditas per regiones camporum ex Cæpola latissimè de his agente in tract.de seruit.rustico. prædio.cap. 9. num.22.ad quod allegat Thesau.l.communi dividundo §.dum de vlufructu ff. com. diui.ibi, *dum de vsufructu communi dividendo inuitum agitur Iudex officium suum ita dirigat,vt vel regionibus eis vti frui permittat &c.* vel vbi id fieri non possit,fiat diuisio per tempora, vel numerum pecorum,idem Cæpol.vbi suprà nu.38.vbi nu.39. causas adducit,propter quas ad huiusmodi diuisionem deuenitur.

74 Cæterùm † quomodo debeat fieri diuisio inter duas communitates pascua communia habentes,

habentes, quarum vna & hominibus, & pecoribus altera sit numerosior, an habita ratione capitum, an pro rata prædiorum, an verò æqualiter, tradit Thesau. deci. 72. per tot. vbi numer.

†† 3. dicit *decisum* fuisse bis in Senatu Pedemon. de annis 1562. & 1570. fiendam esse æqualiter, à quo tamen discentit Franciscus Muñoz de Escobar in tract. de computa. post tract. de ratiocin. cap. 7. num. 7. Integram de huiusmodi diuisione pascuorum communium cõfecit nouissimè Ioseph. de Sese deci. 74. videndam, vbi licèt non neget posse fieri diuisionem, dicit tamen num. 37. facultatem diuidendi huiusmodi communionem multis litibus de iure inuolutam esse, quia multa oportet intercedere, & probare ad eam faciendam, quę ibi remissiuè tradit, ob idque (inquit) Aragonenses totum id 81
in manu Principis posuerunt, vt per defectũ de eius licentia factam, fiat hæc diuisio.

75 Impeditur † igitur diuisio per impossibilitatem, vel difficultatẽ diuidendi, imò tunc fieri debet æstimatio, & alteri ex socijs per confucium exsolui, sic vt totus fundus vni adiudicetur, & alteri pretium refundatur, vel etiam deueniri debet ad licitationem, prout hęc omnia probant tex. in l. arbor §. de vestibulo ff. commu. diuidun. Vtfil. in addi. ad Affluc. deci. 23. nu. 6. cum sequent. est tex. & ibi Bar. & Bal. not. in l. 1. & in l. ad officium, vers. fin. C. commun. diuidun. Decia. respon. 15. nu. 38. vol. 1. Capicius de cis. 36. in prin. quod quomodo procedat inferiùs declarabimus.

76 Dicitur † autem tunc res commodè diuidi non posse, quando, si diuideretur, satis minùs valeret, vt dicit Bal. in d. l. fancimus C. de donatio. & refert Decia. d. respon. 15. num. 38. not. Gutier. de iura. confir. parte. 1. cap. 58. num. 6. faciunt quæ tradit Craue. in cons. 644. num. 1.

77 diuidua † illa dici, quæ tantæ vtilitatis separata, quantæ vnita sunt l. quid autem §. fin. cum l. sequenti ff. de in diem adictio. l. siquis aliam. ff. de solutio. Bar. in l. si non sortem §. si centum, de cond. indeb. Dicitur † item res non posse

78 commodè diuidi, quando diuidendo fit ad iniuriam alterius ex consortibus Ias. in §. quadã 82
num. 59. inst. de actio. Cæs. Barz. decis. Bonon.

79 100. nu. 11. Alijs etiam † modis dicitur res non posse diuidi, quos refert Angul. ad leg. Reg. de meliora. l. 4. glo. 8. num. 1.

80 Cæterum † difficultas est quis præferatur in æstimatione soluenda? In qua dubitatione duos arbitror distinguendos fore casus: aut enim isti socij rem possident communiter, & pro indiuiso æqualiter, prout isti, de quibus nos sæpè verba fecimus, & tunc id totum relinquẽdum esse arbitrio Iudicis existimo, qui qualitate facti, & eius circunstantijs optimè perspectis arbitrabitur quis cui sit præferendus, licèt ego tutius futurũ existimarem, si per Iudicem eligerentur proceres, qui rem communem æstimarent, & postea, si inter socios oriretur contentio super electione, & optione soluendi æstimationem suæ partis, vel eandem recipiendi, quòd tunc ea contentio sorte dirimeretur, vt superiùs tradidimus, dum de diuidenda re cõmuni ageremus, viden. Ias. in d. §. quædam nu. 10. inst. de actio. & Hiero. Porro. de consort. cap. 45. num. 10. vel etiam eo casu posset deueniri ad licitationẽ, in qua is totam rem haberet, soluto alteri valore suę partis, qui vinceret in licitando, d. l. 1. & l. ad officium C. com. diuid. & ibi Bar. & Bal. not. l. communi diuidundo §. fin. & l. arbor. §. Iudex ff. eo. titulo quod tamen declaratione indiget, vt inferiùs videbis.

Atq; † ita variam omninò, & valdè friuolam ego in facti specie existimabam prętentionem cuiusdam mercatoris præsentis ciuitatis, qui cum haberet communem, & pro indiuiso cum quodam Gaspare Berenguer passamanerio eiusdem ciuitatis quandam domum in vico de la argenteria sitam, quę commodam non recipiebat diuisionem, causam instituit in Regia Audientia ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego, actuario N. Mallol, de ánno 1602. contra dictum Berenguer (in qua, sicut in reliquis, quamplures fuerunt factæ expensæ, cum ex prosequuta fuisset vsque ad conclusionem in causa, & denunciationem processus, licèt postea partes concordaverint) petendo simpliciter condemnari dictum Berenguer ad præstandum patientiam quod dicta domus æstimaretur per expertos, & ad recipiendum instum pretiũ medietatis dictæ domus æstimandum, & concludendo in suis articulis quòd quia domus nũ poterat commodè diuidi, quòd propterea erat condemnandus dictus Berenguer vt suprà: vanam (inquam) & friuolam ego dicebam eam prætentionem, ex eo quòd non esset ita concludendum per eum, qui maiorem non habebat in re communi partem, quam alius, sed aliter, atque alio modo, prout suprà dictum extitit.

Aut † verò isti socij rem habent communẽ, non æqualiter, sed imò inæqualiter, putà vnus pro vna parte, & alius pro duabus, vel tribus, & tunc æstimatione legitimè facta electionem, & optionem dandam fore ei, qui maiorem partem possideret, tradunt dd. per tex. expressum in l. fancimus §. ne autem C. de dona. vbi Imperator sic ait, *ne autem communione indocta donatori, & ei, qui liberalitatem suscepit oriatur contentio, electionẽ damus ei, qui ampliorem summã in re donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit. & totum possidere.* l. 2. C. quand. & quib. quar. pars. l. 2. C. de mera. lib. 12. Capicius d. decis. 56. numer. 1.

qui allegat Pet.de Vbal. in tract. de societa. 12. par.princip.12.quæst.Vtil. d.decis.23.nu 6.cum
† sequent.qui dicit quotidie ita *practicari* in magna vicaria,& in facto Cõsilio Neapoli. addens postea his contradixisse Corneum in cons. 81. vol.2.reputantem casum d.l.sancimus specialé in donatione,idem Tiraquel.de primog.q.60. nu.15.Craue.in cons.377.nu.8.nec videtur displacuisse Cæsari Barz.decis.100.num.10. & 12.
83 & Alua.Velas. consulta.114.num.7. qui † dicũt non licere hæredibus licitare in rebus hæreditarijs,vt rem habeat qui plus licitauerit, sicque
†† asserit sæpissimè *declarasse* Senatum Lusitanũ per tex.in l.nam ad licitationem ff. famil. herciscun.atque ita pro nostra opinione reperi inquodam libro exemplarium fuisse antiquitus
† *decisum* in Senatu die 21. Nouembris 1539. ad relationem Francisci Puig in causa Bernardini Busquets mercatoris ciuitatis Vici contra Gabrielam vxorem Iacobi Saluerti eiusdem ciuitatis, videri potest,si oportet, in archiuo regio in libro conclusionum Regiæ Audientiæ dicti anni 1539.

84 Quod † tamen aliqui, quos reperies apud Cæs.Barz.decis.100.num. 16. volunt tunc tantùm procedere quando is, qui habet duas partes,vel maiorem partem id habet iure proprio, non quãdo vnam partem acquisiuisset à socio, quia tunc(inquiunt) non potest petere, sicuti nec potuisset socius, à quo cautam habet, allegant l.traditio ff.de acquir.rer.dom.c.nuper de dona.inter vir.& vxo.& c.Raybertum 1. quæst. 7.de cuius limitationis veritate ego vlterius nõ ago,tu, cum vacabit, illam examinabis.

In hoc hallucinatus videtur noster Cancer. dum in tertia par.variarum.post hæc scripta in lucem emissa,c.13.de iur. castro. num.10. & 12. absque aliqua distinctione asserit quoties res commodè diuidi non potest,deueniendum fore ad licitationem,ad quod signanter adduxit, eam approbando,decisionem Senatus, de qua statim dicemus.

85 Vndè † inferas quid dicendum ad *decretum*
† Senatus de anno 1604.5.*Iunij* in causa Magdalenę Torroella,& aliorum,contra Ioannẽ Planes blanquerium ciuitatis Barcinonæ ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust factũ,dequo,multò post hęc scripta, meminit nob.Ludoui. à Pegue.in nouis.dec.c.48.quòd domus,de quibus agebatur, circa quasq. inter eum,qui tres habebat partes,& eum, qui vnã tantùm,contendebatur,quis eorum esset præferendus in soluendo alteri æstimationem,attento non poterant commodè diuidi,& ipsi nolebant stare in communione , licitarentur inter ipsos,& quòd postea prouideretur quod iuris fuisset,de quo quidem decreto multùm gloriabatur aduocatus eius , qui obtinuerat , ex eo quòd dicebat se nouè eam opinionem, per optima iura,Senatui persuasisse: si enim ad supra dicta arẽdamus, dicere proculdubio cogemur non fore decretum illud adeò de iure certum, vt non liceat ab eo aliàs in facti contingentia impunè recedere: verùm cum sint in Senatu grauissimi, ac eminentissimi viri,ac tales,vt nefas sit,ac sacrilegij instar,de errore, vel minima incuria eos arguere,ideò timidus semper contra eum loquor: vide an deffendi possit ex doctrina Barz. quam num. præcedenti retulimus ideò noluisse Senatum dare electionem ei,qui maiorem partem habebat rei communis in casu prędicto,quia non iure proprio , sed alieno, ex cessione scilicet per alios consocios sibi facta,maiorem partem habebat.Sed non propter rea,communi vtilitati intendens,vtque magis magisque veritas huiusce dubitationis pareat, omittam liberè dicere quæ sequuntur.

Dico igitur,sicut antea dicebam,mihi videri differentiam omninò constituendam fore inter eos,qui æquales habent partes in re communi,& inter eos,qui dispares, vt primo casu quando res est indiuisibilis,possit esse licitationi locus,inqua præferatur is,qui vicerit in licitando, ideft qui maius prętium obtulerit, per tex.in d.l.1.& l.ad officium C. cõmu. diuidun. in secundo verò casu minimè,sed imò fore ,& esse de necessitate dandam prælationem ei, qui maiorem partem habet in re communi,soluta alteri socio æstimatione suæ partis , per l. sancimus §.ne autem C. de donatio. superiùs relatam,quæ
86 † æstimatio facienda est non aliter,quàm per expertos, & apprætiatores cum interuentu iudicis,iuxta practicam , quã ponit Bar.in l.2.C.de rescindend.vendi. quam dicit esse veram, claram,& indubitabilem,& fundatam in l.fin.C.de iur.domi.impetr.in l.fin.§.his illud C.de secũd.nup.pulchrè Vincẽ. de Ftach. decis. 54. num. 7. Et quidem optima ratione, quam tradit ibidem Franch.num.9.quia isti æstimatores tempore apprætij considerant qualitatem rei,& alias circunstantias, quę considerandę sunt pro declaratione iusti prętij l.si fundum per fideicommissum, de lega. 1. non autẽ per subhastationem, seu licitationem, quia si id ita fieret, liberanda veniret res ei, qui vinceret in licitando , & sic læderetur dispositio suprà allegati §.ne autem l.sancimus C. de donatio. nisi diceremus quòd fieret licitatio, & postea concederetur facultas ei, qui haberet maiorem partem, rem habendi eodem prętio, quo alter socius vicisset in licitãdo , prout ita facẽdum insinuat Capici. in allega.decis.36.in prin. quod non videtur displicuisse Stepha.Gracia. decis.prouin.Marchię 169.n.16.Gaspa.Caballi. Milleloq. 817.& Arisini.Tepat tit.cõ. diuidun. fol.284.col.3.ver.diuisio vbi cõmodè,in 2.tom.

& ita

& ita forsan fecisset Senatus noster post licitationem in causa superiùs enarrata, ni partes concordassent. 92

87 Verùm † quantum incommodi paterent huiusmodi licitationes, nemo non videt saltè qui Franch. legerit vbi suprà, ac propterea quã
88 tùm debeamus ab eis abstinere, vt meritò † dixerit idem Franch. in allega. decis. 54. numer. 15. ex Salicet. in l. ad officium C. com. diuidun.
† & Antho. Fab. *ex mente Senatus* Sebusiani vbi inferiùs allegabitur, tunc demum ad licitationem fore deueniendum quando aliud remedium non supereſt, tum † quia per eam nõ pro
89 batur valor rei, tum etiã quia plerunq. in eadẽ soleat fieri fraus, apud eundem Franch. est decis. Senatus Neapol. qua in alia facti specie nõ valdè à nostra, quantùm ad hæc, quæ tractam⁹,
† dissimili *declarauit* dicit non esse faciendum apprætium, & æstimationẽ per subhastationẽ, 94
sed per peritos.

Sed quomodo *respondebimus ad illa iura* tex. in l. 1. & l. ad officiũ C. com. diuidun. & reliqua, quæ indistinctè videntur disponere quòd vbi res non potest commodè diuidi, licitetur inter socios, & tradatur plus offerenti soluto alteri socio valore suæ partis? facilè quidem, dicendo ea iura non loqui nisi tantùm inter socios æquales habentes in re communi partes, & portiones, non inter dispares, & inæquales, quod ex eo patet, quia ea iura simpliciter loquuntur de eis, qui rem habent communem,
90 & pro indiuiso: quando † autem de cõmunione simpliciter fit mẽtio, absque eo quòd dicatur quota sit cuiusque pars, tunc semper intelligitur res communis pro æqualibus partibus, & portionibus, argumento tex. in l. coire societatem ff. pro socio, & textus in prin. inst. de socie. l. etiam partis, de vsufruc. Thesau. decis. 72. nu. 3. Franch. Muñoz de Scobar in tract. de ratiocin. tom. 2. de var. computa. cap. 7. numer. 5. post Bar. in l. Titiũ, aut Meuium §. altero, in fin. de ad minist. tutor. Ronchegal. in l. eandem, num. 142. de duobus reis.

91 Et hæc † quidem responsio tantò magis iuridica videbitur si cõsiderauerimus quòd vbi socij dispares, & inæquales haberent in re cõmuni partes, habemus iam aliam dispositionẽ, nempè d. l. sancimus §. ne autem C. de dona. quæ, quid agendum sit tali casu, disponit, nempè quòd is, qui habet maiorem partem, possit totum possidere si voluerit, & æstimationẽ partis alterius socij persoluere. Nec dicatur quod dicebat Corneus cons. 81. num. 2. & post eum Stepha. Gratia. qui & alios allegat decis. pro-
† uin. March. 169. num. 21. cum sequent. dispositionem d. l. sancimus esse specialem in donatione, & ideò non trahendam in consequentiam, quia ego nullam video rationem specialitatis, cum non in fauorem ipsius donatoris, propter † quẽ *solent aliquando leges* aliquid specialitatis continere, ne alias ex sua liberalitate dampnum patiatur, vulga. l. inter eos §. is quoque, & l. exhæredatum cum l. sequenti ff. de re iudi. cum simil. sed in illius fauorem, qui maiorẽ in re donata partem habuerit, siue donator ille sit, siue donatarius. Nec finaliter mihi obijciantur quæ docet in proposito Iaſ. in §. quædam, numer. 59. inst. de actio. quia ea concludunt tantùm in his, qui eadem habent, & æquales in re communi partes, & portiones, non *in his*, qui dispares, & inæquales.

Vel etiam † ad d. l. ad officium cu Aluar. Velasc. cons. 114. num. 8. par. 2. respondeas eum tex. tunc tantummodo procedere quando res est iniustè æstimata, quod non creditur quando æstimatio fieret, vt suprà dixi, per peritos, & expertos, vbi † singulariter nota quòd is auctor tractat rem hanc aliter, quàm nos in superioribus docuerimus: nõ enim vult cõcedere quòd etiam quando hæredum sunt portiones æquales locus fiat licitationi, vt is qui in ea vinceret, rem haberet, vt nos dicebamus, sed imò regulariter asserit licitationem prohibitam in reb⁹ hæreditarijs, præterquàm in casu d. l. ad officiũ eo modo interpretata, quo superiùs, ex eodem auctore, retulimus, ad quod adducit tex. in d. l. nam ad licitationem ff. fam. herciscun. ibi, *nam ad licitationem rem deducere, vt qui licitatione vicerit, hic habeat instrumenta hæreditaria, non placet, nec mihi rec Pomponio*, atque ita *sæpiùs censuisse* Senatum Lusitanum, ac *iudicasse* testatur, 95
† posteaque † declarat (quod non erit iniocũdum hic referre, vbi tãtisper de licitatione egimus) quid licitare sit, dicens esse in auctione prætium pro re venali offerre, vnde licitator (inquit) dicitur qui offert tali modo pretium, & inde licitatores vectigalium, l. licitatio, de publica. & vectiga. & licitatio, quę idem quòd sub hastatio, & licitarij qui idem quod licitatores rem venalem, seu vectigalia publicè exposita prætio augentes, legendus est in huius, quã firmauimus opinionis confirmationem doctissimus Antho. Fab. in suo C. lib. 3. tit. 27. diffi. 14. quem suprà *referebam⁹*, vbi Sabusianũ Senatũ
† *declarasse* asserit non esse ad licitationem veniendum, vtpote quia remedium sit, cui eo tãtùm casu sit locus, cum aliud non supereſt, vel socij omnes consentiunt, quãdo in hęreditate quędã sunt bona indiuisibilia, sed tunc melius esse quòd quędã ex ipsis vni, & alia *alijs* insolidum adiudicentur, per quæ mirè confirmatur opinio hęc, quam suprà stabiliuimus: Hæc est mea sententia donec solutionem repererim ad allegat. l. sancimus, vel rationem specialitatis tuum erit, lector, vera ne sit, an falsa dijudicare.

96 Hęc † sunt quę se se mihi offerebant circa su pradicta dicenda: redeamus iam ad ea, à quib⁹ diuerteramus, & limitemus omnia, quę anteà dixeramus de licitatione, & ęstimatione rei communis suo casu, & in casibus de iure permissis, faciẽda, vt non procedant quoties, si licitatio, seu æstimatio fieret, eius, qui succubuisset in licitando, pars fieret omninò inutilis, veluti in fratribus habentibus quosdam gradus communes, per quos quilibet ex ipsis ascendit ad partes domus suę, tunc non fit locus huiusmodi licitationis, seu æstimationi, tex. formalis in allega. l. arbor. §. de vestibulo ff. commun. diuidun. vbi Iurisconsultus, *de vestibulo* (inquit) *communi binarum ædium, arbiter communi diuidũdo inuito vtrolibet dari nõ debet, quia qui de vestibulo licèri cogitur, necesse habet interdum totarum ædium pręcium facere, si aliàs aditum non habeat*, ac proindè dicebat ibi Bal. quòd portæ, perquas habetur ingressus ad plures diuersas domos, non veniunt in diuisorio, nec vt diuidantur, nec vt licitentur, vbi congruè diuisio non potest fieri, Azo. in sum. C. eo. tit. numer. 7. atq. ita † *decisum* fuisse in facti contingentia in Senatu Neapol. testatur Capici. decis. 63. nu. 1. qui omnia supradicta refert à nobis in confirmationẽ huius limitationis adducta.

97 Secundò † diuisionem impedit pactum temporale de non diuidendo inter fratres, vel socios factum, ac etiam pręceptum testatoris ad certum vsque tempus diuisionem inter hæredes prohibentis, vulg. l. in hoc iudicium §. si cõueniat ff. com. diuid. & probant omnes, quos infrà mox allegabimus; eo enim pacto, vel præcepto testatoris durante non potest alter ex socijs, vel hæredibus ad diuisionem prouo-
* care, est communis opinio, vt infrà videbimus

98 Quæ † tamẽ limitatur vt non procedat quoties hæredes vellent communi consensu rem diuidere: tunc enim non obstante prohibitione testatoris diuidere possent, tùm quia quod in eorum fauorem introductum fuit nõ debet in eorundem odium retorqueri, l. quod fauore C. de leg. tùm etiam quia renuntiare iuri suo cuilibet est permissum, l. si quis in conscri-
99 bendo C. de pactis, quod † locum habet etiam si testator fecisset hæredes iurare quòd non diuiderent hæreditatem vsq. ad certum tempus: nam non obstante dicto iuramento, absque periurij metu, possent hęredes dictam diuisionem facere, quia iuramentum prędictum ad commodum iurantium potest per iurantes remitti, cap. præterea, de sponsa. Morque. de diuis. bonorum lib. 1. c. 2. num. 23. cum sequent.
100 qui doctores allegat. Supradicta † tamen ego vera existimo tunc tantùm, quando prohibitio diuisionis foret facta in fauorem hęredum, per rationes suprà traditas, si verò alia ratione ea prohibitio facta foret, præterquam in fauorẽ hęredum, puta quia volebat testator, propter honorem familię, & domus suæ, cupiens illius nomen in perpetuum conseruari, vel aliàs, bona non diuidi, tunc equidem seruãda foret voluntas testatoris per supradicta. Vide infrà nu. 113.

101 Limitatur † secundò eadem cõmunis opinio vt non procedat quoties consocij, siue cohæredes forent discordes in vsu rei communis, vel vnus eorum esset dilapidator, tunc enim non obstante pacto, vel prohibitione testatoris possunt segregari, vt non imputetur alteri, l. si plures curatores §. quamuis ff. de admin. & per. tuto. l. quidam §. vsque adeò, eo. tit. l. non aliter ff. de vsu, & habita. l. cum qui. C. de Episco. & Cler. & apostilla in l. in hoc §. fin. ff. com. diuid. ratio † quę viuax à Viuio mox allegã
102 do appellatur, est: nam dilapidator ipse non solùm debet remoueri à societate ordinata per testatorem, sed debet etiã ei bonis interdici, l. is cui bonis, & ibi glo. & Bar. & alij communi cõ-
* sensu omnes ff. de verb. oblig. imò dilapidator ipse venit denique deponendus quoque, cap. licèt Hely, de simo. cap. Apostolos 12. q. 2. & cap. nullus res 12. q. 4. ita Fran. Viuius deci. 294.
† lib. 2. in prin. qui dicit ita fuisse *declaratum* in Audientia Baren. de anno 1589.

103 Tertiò † fallit etiam vbicunque aliquis ex ipsis hęredibus esset rixosus: tunc enim peti posset diuisio, non obstãte pacto, vel præcepto de non diuidendo, ita Bar. in l. si conuenerit ff. pro socio. Et † nimirũ, quia rixa videtur quod-
104 dam bellum, quod agitur inter personas priuatas, non ex aliqua publica vtilitate, sed magis ex inordinata voluntate, teste sancto Thoma 2. 2. quæst. 41. artic. 1. vbi pluribus probat, idem Viui. vbi suprà circa fin.

105 Alios † casus, in quibus peti potest diuisio, non obstante supradicto pacto, vel prohibitione testatoris, tradit Grego. Lop. in l. 14. tit. 10. par. 5. relatus per Gutier. in læpè allegato cap. 58. num. 7. in prima par. de iura. confir. Craue. in cons. 60. num. 1.

106 An † autem valeat pactum, vel prohibitio de non diuidendo imperpetuum facta, tex. in allega. l. in hoc iudicium d. §. si conueniat, clarè dicit quòd non, his verbis, *si conueniat ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habere manifestum est, si autem ne intra certum tẽpus, quod etiam rei qualitati prodest, valet*: hanc differentiã inter pactum, vel prohibitionem temporalem, & pactum, vel prohibitionem perpetuam per
* eum tex. tenent ibi communiter scribentes, & penè infinitos commemorant Feder. Scot. respon. 21. num. 59. lib. 6. tom. 1. & rursus tom. 2. respon. 3. num. 66. lib. 1. Petra de fideicom. q. 5. nu.

143.& iterùm quæst.8.num.520.& 523. Peregri. de fideicom.art.11.num.80. Gayl.pract.obser. lib.2.obser.139.nu.17.Morque. de diuis.bono. lib.1.cap.2.à nu.19. cum sequent. communem dicunt Vilallobos in vol.com.opinio.vers.diui sio,num. 89.& Iul.Clar.de testa. q.67. præter quos quidem omnes videatur, obsecro, Ioan. Gutier.de iura.confirma.1. par. cap.58.per tot.

107 quod † adeò verum est,vt dicant aliqui, quos plenè commemorat Thesau.decis.142. num.3. nec iureiurando effici posse vt perpetuò stetur in communione, pluribus comprobat Gutier. ibidem,qui postea num.19.circa fin.dicit hanc

* opinionem esse communem,quia plures doc- 112
tores,& maximę auctoritatis viri eam sequuntur,& tenent,licèt contrariam in puncto iuris veriorem esse ipse existimet,eandem hanc opinionem inter communes connumerat Soar. loco superiùs allegato in vers. cõmunio,n. 186. qui ad id allegat Viuiũ lib.1. com. opinio. cap.

108 205.arbitratur † tamen Gutier.vbi suprà sequẽdum omnino esse tali casu consilium Alex. 18. incipien.visis capitulis lib.2.vt priùs petatur ab 113
solutio à iuramento,vt nihil opponi possit socio agenti ad diuisionem,scilicèt quòd sit periurus: huius † opinionis ratio ea esse potest,

109 præter alias,quas tradit Mencha. de successio. crea.num.2.relatus à Gutier.vbi superiùs, quia cum ex communione oriãtur rixa,discordia, tumultus,seditio,inimicitia, dici non poterat tale iuramentum sine interitu salutis æternæ posse seruari:vnde cum ea, quæ prohibentur principaliter propter publicam vtilitatem non

* firmentur iuramento,secundum veram,& cõmuniorem opinionem,quam tradit, & refert Alciat.in cap.cum contingat num.27.& 93. de iur. iuran. tutius erit hanc opinionem tenere, † & sequi,secundum eundum Mencha. qui tamen,vt refert idẽ Gutier. nihil postea firmat, sed reliquit cogitandum: Seraphin. tamen de Seraphin.de priui.iura.priui. 58. per tot. quam plurimis fundamentis, quæ optima appellan- 114
tur à Thesau.vbi suprà,contrariã conatur probare sententiam,quòd imò huiusmodi pactũ iuramento roboretur,tu ipse videas.

Declaratur † tamen supradicta communis

110 opinio quòd non valeat prohibitio de non diuidendo inperpetuum, vt non procedat quo ad tempus,ad quod ipsa licitè fieri potest, ita tradit Pet.in allega.tract.de fideicom. quæst. 8. num.523.ex Cur.iun.cons.115.vol.2.qui meliùs id declarat,quàm ipse Pet.dicens dispositionẽ testatoris inperpetuum rei diuidendæ facultatem hæredibus auferentis,debere interpretari vt sit facta eo modo, quo valere potest, iuxta

111 l.quoties.ff.de reb.dub.& sic † illa dictio, inperpetuum, exponitur,idest pro tempore vitę ipsorum filiorum,vel hæredum,iux. tex. in l.1. ff.pro socio.glo.in cap.si gratiosè ver.perpetuo, & in c.fin.ver.perpetuas, de rescrip. in 6. Alex. in cons.86.in 1.vol.ad quod vsque tempus fieri potest prohibitio *diuisionis*, ita ex Decio alios allegante in l.penul.num.fin. C. de pact.& Pala. rub.in repeti. rub. de donatio. inter vir.& vxorem §.5.num.6.tradit Gutier. vbi superiùs num.fin.qui videtur Curtij opinioni assentire, idem etiam probat Peregri.d.ar.11.num.80. clariùs loquitur Thesau.d.deci.142.num.5.dicens pactum huiusmodi de non diuidendo siue cũ iuramento,siue sine eo,sustineri saltem in vita paciscentium, ad quod allegat quamplures doctores idem tenentes,tu illum videto.Ex † quibus obiter interim notes velim non sine ratione nos aliquando in hoc opere,dum de donatione ageremus,tentasse sustinere donationem omnium bonorum præsentium,& futurorum,maximè quando fuit iurata, validam esse quoad bona præsentia, reiecta inutili mentione futurorum:latiùs id comprobatũ videbis inferiùs suo loco.

Limitatur † eadem communis opinio vt præceptum testatoris prohibentis diuisionem inter cohæredes sustineri possit ex iusta testatoris affectione,veluti si esset domus, turris, aut palatium,quod non reciperet per partes commodam diuisionem:tunc enim seruandum foret huiusmodi præceptum,diuisa inter hęredes *commoditate habitationis*, & vsus, *ita* sentit Peregri.loco superiùs allegato, per quæ tamen ego non recedo ab his,quæ latè à nobis in superioribus circa res,quæ commodam diuisionem non recipiunt, tradita fuere.

Ex alia ratione,huic tamẽ simili, tradit Thesau.in sæpè allega.decis.142.num.5. circa finem † *declaratum* fuisse in Senatu Pedemontano, nõ esse recedendum à communione iurata inter dominos, & subditos pactata, eò præsertim quia diuisio fuisset grauosa subditis, ac dominis indecora, ac omnibus nocibilis.

Tertiò † diuisionem impedit pignoris obligatio, veluti si vnus ex socijs alteri consocio suam partem pignori dederit: tunc enim non potest ad *diuisionẽ consocium* prouocare,nisi soluto debito, pro quo ea pars pignori tradita fuerat,tex.formalis in l.siquis putans §. arbitrum autem,vers. idem scribit ff. com.diuidun.vbi I. C. *idem scribit si is, cum quo communem habebam,partem suam mihi pignori tradiderit,& communi dividendo agere coperit, pignoratitia exceptione eum summoueri debere*, ita per

* eum tex.tenent ibi communiter scribentes,ornat Negusa.in tracta.de pignor. & hypothe.3. memb.secundæ partis num. 44. Ludo. Roma. singul.178.Caualca. de iudi.decis. 18.nume.21. 1.par.

115 Limitatur † tamen hæc resolutio vt non procedat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

procedat quoties is, cui res obligata est, taceret, nec cõtradiceret cõsocio agenti ad diuisionem opponendo exceptionem dictæ hypothecę, probat tex. in d.l. siquis putans in d. §. siue autem, vers. sed si exceptione, eo. tit. ff. com. diuid. vbi tex. *Sed si exceptione vsus non fuero, officiũ iudicis erit, vt cum debitoris totum hominem adiudicauerit partis æstimatione eam eandempnet: manet enim integrum ius pigneris &c.*

116 Quartò † diuisionem impediret cursus longi temporis, quo fratres, vel socij rem communem, vt propriam, pro diuiso possiderent, vnus quisque videlicèt suam partem, soluente vno quoque eorum, & subeunte munera, & onera, nec non & cõmoda sentiente suæ partis, quia tunc ex eius temporis lapsu, quod volunt doctores esse decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, iam præsumeretur facta diuisio inter huiusmodi fratres, & socios, adeò vt non esset locus vltetiori diuisioni, ex glo. in l. penul. ver. si maior. C. com. diuidun. facit in argumentum tex. in l. cum de in rem verso cũ simil. & alijs per eam glo. allegatis ff. de vsur. quibus adde in argumentum tex. in l. si certis annis C. de pactis, tenent hanc opinionem omnes fere doctores antiqui, & moderni, nemine penitus discrepante, & signanter Bar. Bal. & Alber. in d.l. penul. idem Bar. in d. l. cum de in rem verso num. 5. alios penè infinitos hanc eandem opinionẽ tenẽtes connumerant Mascar. & Menoch. qui hac de re ex professo agũt, 118
ille in tract. de proba. conclu. 526. hic verò in tracta. de præsump. lib. 3. præsump. 60. numer. 3. Tib. Decia. respon. 15. nu. 1. vol. 1. & respon. 77. num. 19. vol. 2. Boer. decis. 88. nu. 2. & 3. & Gam. *decis. 146. num. 1. & decis. 321. num. 5.* & additio Blas. Florez ad dictam decis. 146. & 525. Morche. de diuis. bonor. lib. 1. cap. 12. num. 2. qui alios allegat, Robert. Maran. cons. 66. inter communes opiniones hanc referunt Tuzan. opinione 172. Vilallo. in commu. opinio. ver. diuisio num. 83. & Eman. Suar. in thesau. recep. † senten. eo. ver. diuisio, num. 59. pro eadem *iudicauit* Rot. Roma. de anno 1548. vt refert Achil. de Gras. decis. 198. quæ est secunda tit. de præsump. quam manuscriptam allegat Mascar. vbi suprà num. 2. nunc tamen iam eas decisiones, non sine magno reipublicæ commodo, impressas habemus, eandem opinionem † *approbauit* Senat. Pedemõtanus de anno 1580. vt refert Thesau. deci. 205. n. 1. eãdẽ etiã opinionem † *sequut.* fuit Senat. Lusitan. vt refert Gam. 117
decis. 321. nu. 5. addens † posteà hanc præsumptionem diuisionis, quæ causatur ex lapsu decẽnij, esse adeò efficacem, vt sufficiat ad probandam diuisionem, etiam eo casu, quo à lege requireretur probatio per instrumentum, Bal. in l. 1. num. 18. C. de fideicom. Tiraquel. in l. si vnquam, ver. donationem, num. 133. cum alijs per † eos relatis, *approbauit* eandem resolutionẽ Sena. Sabusia. apud Antho. Fab. in suo C. lib. 5. tit. 27. commu. vtriusque Iudi. defi. 1. vbi idem ècõtrario † *approbasse* eundem Senatũ dicit, vt sicut per habitationem separatim per fratres factam per longum tempus, in quo non sunt vsi rebus antea communibus, præsumitur diuisio inter eos facta, sic si post diuisionem factam bona communia retinuerint per idem longum tempus, cẽsentur tacito consensu renunciasse diuisioni, idem etiam isdem Fab. posteà dixit lib. 7. tit. 1. de dediti. liber. defini. 14. vbi tamen limitat præterquàm in pręiudicium mulieris, si maritus per decennium, vel vicennium portionis dotalis fructus separatim percepetit: quia (inquit) separatã habet percipiendi causam propter onera matrimonij, quæ non habet ille cum cæteris consortibus communibus vxoris communia, & ideò per dictam separatã fructuum perceptionem diuisio non præsumitur, alia in idem posteà addit, quæ ego sciens prętereo, tu ibi videbis.

Rationem huius opinionis adducit Bar. in d.l. cum de in rem verso num. 5. ff. de vsur. esse quia agitur de modico præiudicio, idem Bar. dicit in dispu. 7. mulier habens, quem sequitur Menoch. in allega. præsump. 60. num. 3. cum alijs quamplurimis, quos allegat, quibus adde Crot. in cons. 119. num. 5.

Ex qua † ratione velim inferas veriorẽ omnino contra Thesau. Gam. & Morch. in locis suprà allegatis, & alios, quos ipsi, & qui inferiùs adducentur, allegant, videri opinionem, quæ tenet non præsumi diuisionem inter fratres, licèt diu separatim rem cõmunem possederint, si inter eos, & in portionibus, quas vnusquisq. ex eis possidet, adsit magna inæqualitas, quia tunc non ageretur de modico præiudicio, atq. ita contra omnes, qui contrariam tenent, eos referens, docet Menoch. d. præsum. 60. num. 6. lib. 3. Rober. Maran. cons. 66. num. 2. inter communes hanc refert Vilallob. ver. diuisio, num. 84. & Balb. in tract. de præscrip. par. 3. quæst. 10. num. 41. eandem communem dicit, vbi plures alios refert, Menoch. vbi superiùs per te ipsum videndos, ne in trãscribendis aliorum dictis tẽpus inutiliter conteramus, communem etiam hanc appellat opinionem Ioseph. Ludo. decis. Lucen. 48. num. 25. & Antho. Gab. lib. 1. com. opinio. conclu. 1. num. 30. in tit. de præscrip. benè Hieronym. Portol. in tract. de consor. cap. 52. num. 19. Rota tamen Romana in hac dubitatione nihil voluit determinare, quia opiniones essent contrarię inter Bal. & Salicet. in d.l. penul. vt refert Achil. de Gras. in allega. decis. 198. circa finem, sed Rot. prouin. March. † apud Sebastia. Medic. id *habuit pro cõstanti* decis. 18.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cis.18.nu.6. Qui plura in hac materia scire voluerit, recurrat ad doctores suprà citatos, & signanter ad Mascar. & Menoch. qui ex professo de his agunt, nobis sat est hæc pauca, quæ attinent ad nostrum institutum, tetigisse.

119 Quibus, † vltra supradictos doctores, adde non sine misterio fuisse à nobis suprà dictum ad hoc vt diuisio impediatur per cursum decennij inter præsentes, & vicennij inter absentes, necessum fore quòd per dictum tempus vnusquisque ex socijs diuisum suam partem, & portionē possedisset: aliùs enim si semper pro indiuiso, nunquam præscriptum foret huic iuri petendi diuisionem, etiam si per centum, vel mille annos socij in communione permansissent, ita docet Bar. in l. final. C. com. diuidun. & in l.1.num.4.C.de annal.excep. vbi de * communi attestatur, eandem dicit magis communem opinionem Ias. plures allegans, in §. quedam, numer.32.& 38. inst. de actio. Gom. ibidem numer.18. quos allegat, & sequitur Ioā. Gutier. de iura. confir.1.par.cap.58.num.9. idē, vltra supradictos, tenent Craue. in cons. 60. nu. 2. & Iosc. Ludo. dec. Perus. 106. numer. 27.

120 Huic † tamen opinioni fortiter obest tex. in d.l.1.§.adhęc C.de annal.excep. quatenus habet actiones familię herciscundę, communi diuidundo, finium regundorum, & alias ibi enumeratas non durare vltra 30.annos: hic textus difficultate plenus est aduersus nostram opinionem, & ideò nihil mirum si aliqui doctores relati à Gutier. vbi superiùs ab ea, per eum tex. recesserint: Cæterùm obtinuit communis ad eū textum intellectus vt tantùm procedat quoties vnus ex socijs totam rem communem per † id temporis spatium possedisset: tunc enim verum arbitrantur doctores, per eum tex. post 121 30.annos non auditi consocium, vel alterum fratrem ad diuisionem prouocare volentem, quia ea personalis actio ad diuidendum non possidenti competens 30. annorū spacio præscribitur, secus verò quando ambo possiderent communiter, & pro indiuiso, quia † tunc cum quandiu duo stant in communione vnus alterum recognoscat in socium, cessat præscriptio l. cum notissimi §. sed & siquis ff. de præscrip. 30. vel. 40. annor. Franciscus Mar. dec. 551. num. 5. & 6. in secunda par. Item actiones familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum competunt etiam ratione doli, vel culpæ: dolum autem dicitur committere socius ea die, qua non vult diuidere, ergo eadem die nascentur istæ actiones, & eisdem propterea non erit vnquam præscriptum, ita, per has rationes, his eisdem ferè verbis cōceptas, docet Bar. in d.l.1.§.ad hæc num.4. eundem intellectum probat Ias. vbi suprà num. 31. & Gutier. in d.c.58.num.9. cum alijs per eos relatis.

Verùm enimuerò ego valdè dubito quòd is intellectus, & distinctio illi textui, sine violētia, accommodari valeat: nō enim in eo aliqua reperio verba, quæ id dicere, vel etiam innuere videantur, sed simplicitèr tex. dicit has actiones 30.annorum spatio finiri, imò, si atentiùs verba tex. cōsiderare voluerimus, inducemur potiùs ad credendum loqui quando communiter, & 122 pro indiuiso ambo socij possident, quia † tunc verè, & propriè hę actiones communi diuidūdo, & familię herciscundę, de quibus loquitur tex. competere dicuntur, nō verò quādo vnus tantùm possidet l. fundi in fine ff. de excep. l.1. & ibi glo. ff. famil. herc. is. latè Caual. de cis. 18. num.1. in prima parte: cæterum cum in contrarium sit communis doctorū opinio, à qua non licet facilè recedere, cogitādum maturè in his est.

123 Quintò † diuisio prohibetur quando marito traditus est fundus æstimatus in dotem, qui sit cum alio communis: tunc enim is non potest ad diuisionem prouocare, licèt possit prouocari, probat clarè tex. in l. 2. C. de fund. dotz. vbi Imperator, *marito, qui fundum cōmunem cum alio ex causa dotis accepērit, ad communi diuidundo iudicium prouocare non posse, licèt ipsi possint prouocari*, tradit Gutier. allega. cap. 58. num. 124 10. Rationē † huius dicti eam arbitror esse quia diuisio species est alienationis, & venditionis vicem obtinet l. 1. C. commu. vtriusq. iud. tradunt Gam. dec. 241. num. 6. Decia. respon. 39. num. 7. vol. 2. & Crot. in cons. 405. num. 7. cum alijs, quos allegant Antho. Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 17. cōmu. vtriusq. iudi. defi. 7. vbi pulchrū † casum *desponsationis* tradit per Sena. Sabusia. ex hac ratione.

Sed † quid in Ecclesia, & in minore, an ipsi possint prouocare, & prouocari ad diuisionē, tradit plenè Gutier. vbi proximè, & Morche. de diuis. bonor. lib. 1. cap. 2. nu. 6. cum sequent. plenè Octauia. Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 4. per tot. ad eos recurras quoties tibi casus cōtigerit.

An autē si defuncti bona in diuersis prouincijs sita sint, & hæres, qui in vna habitat, contra cohęredem agat in alia, vt bonorum, quæ in ea cohæredis prouincia sunt, diuisio fiat, possit per cohęredem diuisio impediri, vel differri eo motiuo quòd diuisa non dum sint cætera, quæ in actoris prouincia sunt, disputat Antho. Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 21. famil. herciscun. defi. 3. † vbi dicit *resolutum* in Senatu Sabusia. non posse impediri, vel differri, ex supradicto solo motiuo, nisi per actorem ipsum staret quominùs rerum communium, quas in sua tenebat prouincia, diuisio iam facta esset: tunc enim inquit non esse audiendum qui à cohærede id exigeret, quod prior ipse ex sua parte præstare, sine

causa,

causa, recusasset, vbi autem non staret per eum, tali casu diuisio impediri non posset tum (inquit) vel quia non dum constat quænam illa sint bona, quæ dicũtur esse in prouincia actoris, & semper diuisio facienda est rerum, quas & hæreditarias, & cõmunes esse apparet, tum etiã quia inquirendũ priùs est an alibi res sint, quas diuidi etiam oporteat, ne liquidæ petitioni, & cognitioni per non liquidam mora fiat.

Hæc nescio an faceret pro prætẽtione, quam ego de anno 1610. sustinebã pro Iacobo Lluc ciue honorato Barcino. cõtra N. Polit militem, & N. Sala ciuem etiam honoratum eiusdem ciuitatis pro sustẽtatione cuiusdam prouisionis, facto verbo in sua aula, per egregium Senatorem Ioseph um Ferrer factę in fauorem dicti Lluc sub die 3. Octobris 1609. continentis in effectu quòd, sine præiudicio iurium, & prætẽtionum partiũ, fieret calculatio penes per dictum Lluc librorum, qui reperiebantur in præsenti ciuitate societatis tentæ per dictum Lluc, & Iacobum, & Michaelem Marti, quibus dicti Polit, & Sala succedebant, non obstante quòd opponeretur per dictos Polit, & Sala esse in ciuitate Mediolani alios libros eiusdem societatis concernentes eandem negotiationẽ, pro annis sequentibus, & prætenderetur quòd donec illi adducti essent in præsentem ciuitatẽ, vt calculatio simul, & semel fieret omnium librorum, nõ poterat, quę petebatur, fieri de solis illis libris, qui in hac ciuitate existebant: dicebam siquidem ad exemplũ eorum, quę Faber docebat vbi supra, quòd incerta illa, & illiquida petitio non debebat mei clientis certæ, claræ, & liquidę obesse, nec hæc per illam impediri, saltem non constito, prouti non constabat, quòd per meum clientẽ staret quominùs libri venirent, sed imò ex eo quòd id Iustitia Mediolani impediret, quæ eorum appræhentionem fecerat ad instantiam nonnullorum prætensorum creditorum, addebam quòd si de libris prædictis rationem volebant haberi dicti Polit, & Sala, curarent ipsi vt hæredes socij, qui administrauerat, & per consequens videbatur ad transportationem librorum teneri; vt illi huc adducerentur: nescio (inquam) an hæc pro dicta prætentione facerent, hoc vnum scio quòd nihil profuerunt quominùs prouisio prædicta, referente egregio Senatore Raphaele Rubi, & Coll, in causa supplicationis † *commutaretur* die 15. Februa. dicti anni 1610. declarando non esse locum dictæ calculationi fiendę partis librorum societatis in hac ciuitate existentium, eo motiuo, *quia rationes dictę administrationis legitimè reddi, neq; calculari poterant, nisi rationum volumina omnia in medium proferrentur, & ederentur: cum aliàs liquere non posset quis esset debitor, neq; creditor, ingò incertum esset donec plena, & integra rationũ calculatio facta fuisset*, ob quod necessum fuit recurrere ad aliud remedium, quod ex Bar. Iason. Dec. & Fulgos. adducit Mago. decis. Lucen. 5. num. 15. dicens esse, quando libri alicuius mercatoris in alia prouincia existentes non possunt indè exire, vt mitat eò iudex personas idoneas, qui libros videant, & ei referant, vel committat iudici loci quòd libros videat, & rescribat, quam dicit Ias. esse practicam meliorem, scriba dictæ causæ est N. Agtamunt.

SVMMARIA.

1 *Filij, vel nepotes vocati de gradu in gradum, quomodo succedant*

2 *Graduum diuersitas non consideratur in filijs eiusdẽ gradus.*

3 *Nepotes in contractibus non veniunt appellatione filiorum, vbi decis. Senatus Aragon.*

4 *Communis vsus loquẽdi interpretatur verba dubia, vt secundum eum sint intelligenda.*
Etiam si sint latinè scripta, & per notarium, ibidem.

5 *Communis vsus loquendi præfertur proprietati sermonis.*

6 *Communis vsus loquendi maximè prævalet in testamentis, & aliis hominum dispositionibus vulgari sermone conceptis.*

7 *Maioratus significatio ducta est à communi vsu loquendi.*

8 *Nepotes an veniant appellatione filiorum declarat communis vsus loquendi.*

9 *Communis vsus loquendi est probandus, & quando, & qua requisitione remissiuè.*

10 *Verba, de gradu in gradum, intelliguntur secundum communem vsum loquendi, ideò de maiore in minorem, vbi decis. nostri Senatus, & numeris præcedentibus.*

11 *Verba, de gradu in gradum, stricto communi vsu aliter loquendi, comprehendunt nedum filios primi gradus, sed & viventes, prioribus non existentibus, vbi decisiones nostri Senatus, & numer. 22.*

12 *Primogenito vocato si priùs nascatur filia, & postea filius, is habebit primogenitorum, exclusa filia, vbi decisiones Hispaniæ, & num. sequent. & signanter 21. vbi decisio nostri Senatus.*

13 *Quod locum videtur tantùm habere in primogenijs Hispaniæ, in quibus masculus etiam secundo natus excludit fœminas, non in alia materia differẽtis, vbi decisiones Senatus Lusitanis cõtrarias in hac materia.*

14 *Masculis, & fœminis vocatis, sic intelligitur vocatio facta, vt primò masculus, & in illius defectu, fœmina succedat, & num. 18. 19. & 21. & in 3. parte huius glosę num. 8.*

15 *Masculi maiori charitate & affectione solent à parentibus diligi, quam fœminæ.*

Masculi

16 *Masculi censeruant magis nostrum esse, quàm fœminæ, & per illos cõseruatur agnatio, & successio, per has verò minimè, imò earum successio agnationi aduersatur.*

17 *Masculinus sexus multis nominibus fœmineo præstat.*

18 *Testator præsumitur voluisse masculos fœminis præferre*

19 *Dictio alternatiua, vel, ordinem significat, & demonstrat.*

20 *Dictio, & quandoq; stat alternatiuè.*

21 *Ordo scripturæ est attendendus.*

22 *Filijs de gradu in gradum vocatis per testatorem in vltima voluntate, mens illius videtur esse quòd voluerit primò filios primi gradus, & posteà nepotes, & vlteriorè gradus vocare.*

23 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum ex proprietate sermonis, sed per interpretationem quandam.*

24 *Nepotes quòd veniant, vel non veniant appellatione filiorum, etiam in vltimis voluntatibus, ioium pẽdet ex coniecturis.*

25 *Nepotes non veniunt in dispositionibus, & testamentis Idiotarum, & indoctorum hominum.*

26 *Filiorum, & liberorum differentia non consideratur inter Idiotas, & illiteratos homines disponentes.*

27 *Communis vsus loquendi licèt tot, tantaq; operetur vt præcedentibus numeris docuimus, perraro tamen solet Senatus de eo ratianẽ habere.*

28 *Filijs masculis, & fœminis vocatis, quos, vel quem posteà vocans, vel alius eligeret, nunquid debeat primò de masculis eligere, & in illorum tantum defectum de fœminis, remissiuè, vbi decisiones pro masculis.*

29 *Filijs masculis, & fœminis vocatis, qui eligeretur, si non fiat electio, omnes succedunt excluso primogenito, vbi decis. Sena. Parisien.*

30 *Suorum mentio in dispositione an importet vocationem.*

31 *Clausula, pro se, & suis, in vltimis voluntatibus intelligitur de liberis.*

32 *Suorum vocatio censetur facta, vt admittantur ordine successiuo.*

33 *Sui vocati in substitutione succedunt per vulgarem, & vbi decisiones nostri Senatus.*

34 *Substitutiones tam vulgares, quàm fideicommissariæ possunt fieri in contractibus.*

35 *Vocatio plurimorum diuersorum graduum quando faciat succedere per vulgarem.*

36 *Clausula ad suos, & suorum voluntates liberè faciendas, quid importet.*

37 *Clausula prædicta apponitur potiùs ex stylo notariorum, quàm de voluntate partium.*

38 *Substitutus vltimo loco habet bona ad suas voluntates.*

39 *Suorum appellatione qui veniant, & num. sequenti, vbi decisiones Senatus.*

40 *Quòd propriè veniant filij, qui sunt in potestate.*

41 *Improprie quicunq; alij filij.*

42 *Improprissimè proximiores in parentela.*

43 *Et denicq; secundum subiectam materiam quandoq; pro quibuscunq; hæredibus.*

44 *Suorum appellatio vsurpata censetur in vna parte dispositionis quemadmodum in alia.*

45 *Dispositionum vna alteram declarat, vbi decisio Senatus.*

46 *Verba vobis, & vestris, quid significent.*

47 *Verba suprædicta faciunt alienabile quod aliàs non esset.*

48 *Verba suprædicta idem sunt quòd pro se, & hæredibus suis.*

49 *Renuntiatio fideicommissi inducitur per diuisionem cum clausula, quòd quilibet habeat bona prose, & quibus concesserit, vbi decisiones Senatus.*

GLOS. IX. PARS III.

De alijs modis vocationum nepotum in hæreditamentis Auorum.

SIC, vt in præcedentibus dictum fuit, solet communiter fieri vocatio filiorum, quo casu non est dubium eos succedere vti ibi resoluimus. Aliquando tamen solent aliter ij filij vocati, putà dicendo, *& filijs ex eo procreandis de gradu in gradum*, vel, *filijs, aut filiabus &c.* vel etiam *filijs, & filiabus ex eo procreandis de gradu in gradum*: vtroque enim modo vidi huiusmodi filiorum vocationes fieri, quibus † in casibus magna solet esse dubitatio quomodo filij ad auitam hæreditatem admittantur post mortem patris, si plures fuerint ex eo procreati, & maximè si nascantur filij diuersi sexus, masculi scilicet, & fœminæ, & præsertim si contingat fœminam primo nasci: cum enim † inter filios eiusdem gradus non possit propriè graduum diuersitas considerari, cum in eodem gradu ipsi *sint* §. 1. gradu inst. de grad. cogna. cum item † in contractibus nepotes non veniant appellatione filiorum iuxta Bar. doctrinam communiter receptam in l. liberorum num. 8. ff. de verb. sig. Trigo in singul. 19 ad quod plures allegat Anthon. Gab. in lib. commun. conclu. 6. tit. de verb. sig. conclu. 1. num. 61. & est doctrina *approbata* per Senatum Arago. vt patet ex motiuis sententiæ in eo latæ, quæ legitur inserta inter Consil. Ludouici de Cassana. post cons. 57. quo fit vt verba prædicta, *de gradu in gradum*, non possint ideò dici apposita quòd censerit donator primò filijs primi gradus donare, mox post illos, nepotibus, & reliquis ab eo descendentibus de gradu in gradum, indè fit quòd perquàm difficile cognitu iudicetur quomodo verba præ-

dicta

dicta intelligi debeant,& quæ fuerit donatoris intentio in vocatione filiorum,dictis cum verbis,facta.Ego breuiter & resolutiuè censeo id totum ex communi vsu loquendi illius terræ, inqua vitam degit donator, deprehendêdum
4 fore, & esse:in his †enim,quę dubia sunt,is canon est obseruandus, vt ea iuxta communem vsum ad praxim, & intelligẽtiam deducantur, sentẽtia est I.C.in vulga.l.Labeo ff.đ suppellec. lega.l.librorum §.quod tamen Cassius ff.de legat.3.cum mille simil.relatis per doctores pluribus in locis,& signanter in rub.de noui oper.
5 nuncia.Imò † proprietati sermonis præfertur communis vsus, vt habetur in d.§. quod tamẽ Cassius,l.3.§.fin.de suppellec.legat.l.non aliter
6 de leg.3.cum simil.Quod † maximè procedere inquit Alex. in cons.26. num.12.lib.3.in testamentis,similibusque hominum dispositionib' vulgari sermone prolatis, vel scriptis, quod & Bal.scripserat in l.lege,num.3.circa finem C.de legit.h.ered.

7 Indè †à communi vsu loquendi deducit Da da.d.lib.3.var.c.5.num.2 dubij verbi *maioratus* significationem, quem postea plures sunt sequuti, vt idem ipse ibidem testatur in additione.

8 Indè † Antho.Gab.in commu.conclu.lib.6. de verb.sig.conclu.1.nu. 89.Peregri.de fideicõmis.art.22.num.55.quos,& alios refert,& sequitur Cassana.cons.58.num. 19. interpretandum esse ex cõmuni,vsu loquẽdi verbum, *filij*,in illa quæstione, nunquid eorũ appellatione veniãt nepotes, nec ne,nos docent.

Plura alia ad idem exempla reperies penes Nicola.Euerar.in top.legal.argumento ab opinio.vulgi per tot.vbi nutè materiam hanc elucidat,vltra quem si vires argumenti perfectissimè perstringere volueris,quoà communi vsu loquentium solemes dubiorum verborum sen
9 sum haurire,& quomodo † is communis vsus veniat de iure probandus,(probandum enim illum censeo,quicquid dicant Anchar. Abb.& Dec.vbi per nostrum Cancer. allegantur in 2. par.var.resol.c.1.de minor.num.162.quia est facti,& ideò probari debet ab eo,qui illũ allegat, prout pulchrè probat Bec. cons.1.n.30.)ac quæ requirantur vt ab eo duci possit argumentum, legas Molin.de primoge.Hispa.l.1.c.4.num.36. Couar.lib.3.var.c.5.num.1.Hiero.Magon.decis.Lucen.15.num.9.& 23.Caual.decis.34.num. 32.& 16.par.1.Iacob.Menoch.de arbit.Iud.cas. 489.per tot.& Ioseph.Mascar.de probat.conc. 329.etiã per tot.& omnium plenissimè Aldera. Mascar.in lib.quẽ edidit multò post hęc scripta,de interpreta.statu.conclu.3.per tot.vbi hęc materia est videnda,nonnihil docet Bec.de commu.vsu loquendi in cons.1.superiùs allega. per multos num.à quo tamen num.32. censeo esse cauendum,quatenus asserit ea, quæ dicuntur de communi vsu loquendi posse tantùm habere locum in sermone vulgari, secus in sermone latino,quia verba (inquit) in hoc sermone propriè accipi debẽt:Nam dico quòd verba latina non sunt partiũ,sed notarij,quia vulgari sermone vtuntur,non latino,& instrumentum eis,& testibus legitur in illo sermone,nõ in hoc,ideò vt optima fiat verborum instrumenti interpretatio priùs atendendum est,si latinè sint concepta,quid in sermone vulgari significent, vt tunc perspici possit nũquid certum habeãt, secundum communem vsum loquendi, significationem, iuxta quam interpretari debeant, parui faciendo quòd latinè sint concepta, sed considerando qualiter contrahentes loquuti fuerint in sermone vulgari per ea verba latinè donata.

10 Et ne † videamur hæc absque fundamento dixisse operæ pretiũ duxi hic referre quid noster Senatus,cum in eo de intelligentia horum, † de quibus agimus, verborum *de gradu in gradũ* in donatione filijs facta appositorum disputaretur,declarauerit die 1.Octobris 1601.referente egregio senatore Hieronymo Torner postea Regiam Can. Regente in causa Bernardi Duran alias Llimona contra Petrum Ioannem † Duran,alias Llimona *declarauit* verba prędicta *de grau en grau*.Id est *de gradu in gradum* inquadam donatione apposita idem importare ac si donator dixisset de maiore in minorem successiuè,cuius interpretationis motiuum illud tantùm reperitur in ea expressum, quia constaret ex testium depositionibus,& aliàs quòd iuxta communem vsum,& modum loquendi in villa,& termino de Olesia, vndè donator erat oriundus,verba prædicta id importabant, quæ quidem sententia fuit postea in secunda instan † tia in causa supplicationis *confirmata* ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor.die.7. Octobris 1603.causæ primitiuæ scriba erat Stephanus Colell,posteriòris autem N.Font.

11 Vndè † sit cautus qui in vim prędictorum verborum vocationem prætendent animaduertere nunquid communem vsum loquendi in sui fauorem probare possit,& si ita est, curet illum plenè probare,vt in eiusmodi probationis vim cogatur iudex in sui fauorem declarare,& ne ex illius probationis defectu aliam verbis prędictis tribuat interpretationem,ac intelligentiam, † sicuti ego aliàs vidi *practicatum* in causa Ioannis Natalis Prat contra Aldumtiam Canoues,ad relationem Saluatoris Fontanet olim huius nostri Senatus egregij Senatoris, nunc verò in supremo Regni Aragõ. Regentis,inqua, forsan ex defectu illiusmodi loquendi vsus probationis omisse,(licèt probatu facilimę) aliter atque aliter verba prędicta,

de gradu

de gradu in gradum interpretatus est, vt scilicet per ea censuisse testator crederetur vocare nedum filios primi gradus, sed & vlteriorís, priori 14
bus non existentibus, atque ita omnes filios ad testatoris hæreditatem admisit nulla facta inter maiorem, & minorem, nec inter masculum, & fœminam differentia, die 10. Apprilis 1606. scriba N. Palau, postea verò die 13. Feb.
† 1608. post hæc scripta *declaratum* extitit in causa supplicationis ad relationem egregij etiam Senatoris Iacobi Puigmija inter dictas partes vertente, qua fuit confirmata sententia lata referente dicto Saluatore Fontanet.

12 Pulchra † tamen, superiori retento themate, quòd scilicet per eam vocationem censeatur vocatus primogenitus, & natu maior, oritur dubitatio, si primo nascatur filia, & deinde filius masculus, quis ipsorum admittatur, & censeatur vocatus ad donatam hæreditatem. Qua in re Guid. Pap. decis. 506. & singul. 522. simpliciter tener, & resolut in fauorem masculi, rationem huius dicti reddit, quòd filiabus non soleant talia euantagia fieri, & vltra portiones suas do- 15
nari, Item ex consuetudine talium nobilium, quales erant nominati in decisione, qui tales 16
masculis, & non fœmellis facere consueuerant donationes, & deniq. ex charitate, & affectione, quam habent plus erga masculos, quàm erga fœmellas, sequuntur Rom. in cõs. 98. Socin. cons. 90. lib. 1. Bal. in l. in multis, de sta. hom. Pala. rub. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 69. n. 24. & alij quamplures, quos refert, & sequitur Dida. var. resolu. lib. 3. c. 5. à nu. 4. versi. sexto ex his, cum multis sequent. dicens ita fuisse frequẽ 17
† tissimé in Hispania *obtentũ*, faciunt quæ doctè tradit ad propositum Antho. Gom. in l. 40. tau. num. 61. Spino. de testam. glo. 19. num. 84. & glo. 20. num. 8. Moli. de primoge. Hispa. lib. 3. c. 4. per tot. & signanter num. 12. Boer. decis. 204. num. 32.

13 Verùm † hæc resolutio grauem patitur difficultatem quòd omnes ferè doctores superiùs relati loquuntur in primogenijs Hispanorum, 18
in quibus, ex generali consuetudine, masculus, licèt natu minor, excludit fœminam: in materia tamen indifferenti, id est tam ad masculos, quàm ad fœminas pertinente aliud videtur de iure dicendum, vt nulla inter hos sexus constitui possit differentia l. seruis legatis 81. de legat. 3. cũ multis similibus allega. per Mathe. in annotatione ad Guid. Pap. allega. decis. 506. ad saturitatem vsque Gam. decis. 338. per tot. & signanter nn. 14. Florez in additione ad eundem decis. 339.

Et hæc quidem difficultas tanto magis vrgens, & grauis apparebit si eundem Gam. legerimus in d. decis. 338. num. 1. & in decis. 51. num. 19
etiam 1. vbi dicit varie, ac diuersimodè hac in re † fuisse in Senatu Lusita. *iudicatum*, legen. Flor. ad Gam. allegat. decis. 51. & 339.

Veruntamen † vir doctissimus Dida. in allegat. c. 5. lib. 3. var. resolu. num. 6. ver. 7. ad idem, simpliciter tenet quòd in materia etiam indifferenti, id est in qua æquè fœminæ, ac masculi possunt admitti, masculi semper fœminis præferuntur quando masculorum, & fœminarum fuit facta vocatio: interpretatur enim huiusmodi vocationem hoc ordine esse intelligendam vt deficientibus masculis fœminæ admitantur, non aliàs, ad quod allegat tex. inc. 1. §. quin etiã, Episcopum vel Abbatem, in vsib. feud. vbi hæc resolutio manifestè probatur: statuitur enim eo in tex. quòd si ex concessione, vel aliàs vocẽtur ad feudum masculi, & fœminę, ita demũ fœminis sit locus succedẽdi, si deficiunt masculi, non aliàs.

Idq. ratione non caret: militant enim eædẽ in qũacunque materia indifferenti, quas dd. adducunt in fauorem masculorum ad materiã maioratuũ, & aliarũ dispositionũ fauorabiliũ.

Primò † enim militat ratio maioris charitatis, & affectionis, quam parentes solent habere erga masculos, quàm erga fœminas, tum † quia nostrum esse magis conseruatur in sexu masculino. Alex. Rand. cons. 35. num. 8. lib. 1. Cassana. cons. 47. num. 30. & ideò dici solet per masculos conseruari agnationem, & successionem, per fœminas verò minimè, imò ipsarũ successionem agnationi dici aduersari, cum vtilitate prosequitur Moli. alleg. c. 4. lib. 3. de primoge. Hispa. per tot. dicens nedum iure humano, sed & iure etiam diuino masculos potiores esse ipsis fœminis, tum & etiam † quia masculinum genus fœmineo sexui multis nominibus præstat, latè Pet. Bim. cons. 134. num. 3. vol. 2. & ex alijs rationibus, quas erga fœminas ad prælationem masculorum in materia indifferẽti æquè ad masculos, & fœminas pertinente considerarunt Guid. Pap. allega. decis. 506. Cassana. vbi proximè, & alij quãplures, quos ipsi referunt.

Item † etiam militant & aliæ rationes, quas in proposito ad prælationem masculorum considerauit Tiber. Decia. resp. 74. per tot. vol. 3. vbi per multas rationes concludit præsumptionem testatoris esse voluisse masculos fœminis præferre, & postea num. 51. addit in dubio semper capiendam esse hanc interpretationem vt masculi præferantur fœminis.

Hæc concludere videntur in fauorem masculorum quando simpliciter filij vocati sunt, non filij, vel filiæ, verùm quando hoc posteriori modo facta fuerit filiorum, vel filiarum vocatio, alia quidem particulari ratione, præter suprà dictas, intelligeretur prælatio masculorũ
19 facta, quia † alternatiua, *vel*, de sui natura ordinẽ significat, & demonstrat benè I. C. in l. cum

pater

pater §.penul.de lega.2.vbi deciditur reſtitutionem ruiſſam fieri propinquis mariti, vel vxoris, debere priùs propinquis mariti fieri &, illis tãtum deficientibus, propinquis vxoris, & non aliàs, annotauit vt ſingularem in propoſito hũc tex. Antho. Gom. in l. 40. tau. num. 62. verſ. pro hac, probat latiſſimè Ioannes del Caſtillo Sotomaior quotidian. controuer. Iur. lib. 2. capi. 26. per tot. cuius infrà in fine huius glo. partis in alia ſimili quæſtione meminimus, vbi videbis.

20 Idem † etiam dicendum eſt quando filiorũ, & filiarum cum copula inter ipſos facta foret vocatio: quia tunc ſtaret alternatiuè, & ordinẽ vt talis denotaret, maximè quando ex eadem diſpoſitione coniecturaretur ita eſſe accipiendam dictionem, &, prout in noſtro caſu, quo donator vocando filios, & filias vſus poſtea eſt verbis, *de gradu in gradum*, quæ ſignificant nõ fuiſſe ſuæ intentionis maſculos, & fœminas ſimul vocare, ſed ordinem inter ipſos voluiſſe conſtituere, vt ſcilicet priùs maſculi admitterentur, & fœminæ illis deficientibus, ita Cepha. in conſ. 53. num. 67. cum ſequent. & num. 93. & conſ. 140. num. 18. lib. 1. & Hiero. Gab. cõſ. 5. nu. 7. & 8. vol. 2.

21 Et huic † interpretationi voluntatis teſtatoris in vocatione filiorum, & filiarum cum copula, vel etiam cum alternatiua maximè fauet, & patrocinatur argumentatio, quę ab ordine ſcripturę deducitur vt dicamus primò nominatum cenſeri prælatum in ſucceſſione, qua de re glo. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, verbo, nominati ſunt, de legat. 2. cum alijs iuribus latè adductis per Euerar. in topi. lega. argumento ab ordine ſcripturę, Craue. in conſ. 161. num. 5. Manti. de coniec. vltim. vol. lib. 6. tit. 13. num. 11. & Maſcar. de proba. concl. 1229. num. 12. & finaliter ad idem ſummè conduceret ſi probari poſſet, quod eſt facti contingibile, quòd donator plures habens filias eas ſua dote donatas nuptui tradidiſſet, nec de alia donatione eis faciẽda cogitaſſet, prouti benè conſiderat Tiber. Decia. reſp. 74. num. 11. & 12. vol. 5.

Per hæc, & alia, quæ ad propoſitum adduci † poſſent *declarauit* noſter Senatus in huius opinionis fauorem 7. Octob. 1603. ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor Relatoris cauſæ ſupplicationis interpoſitæ à regia ſententia ad relationẽ Hieronymi Torner in hac eadem materia lata, cuius ſuprà meminimus, per quem, licèt in dicta cauſa ſupplicationis probatum extitiſſet adeſſe filiam fœminam primogenitam, & natu maiorem eo, in cuius fauorẽ fuerat prior lata ſententia, nihilominus fuit dicta prior ſententia in omnibus confirmata in fauorem filij maſculi licèt ſecundò geniti, & natu minoris, verũ eſt quòd in margine dictę regiæ ſententiæ de manu eiuſdem relatoris in originali proceſſu legitur ſcriptum vnum *maximè*, poſt motiua ſolita, quòd nihil fuit deductum, probatum, vel allegatum, propter quod ſententia primitiua deberet commutari, vnũ (inquam) *maximè*, quod neſcio an ſit principale fundamentum, quo Senatus fuit motus ad declarandum, licèt eo modo, quo conceptum fuit, videatur minùs principaliter poſitum: in quit enim ſentẽtia, maximè cum conſtet filium maſculum natu maiorem, in cuius fauorem prior ſententia lata fuerat, habere omnia iura (obtenta pendente lite) quæ competebant filijs fœminæ natu maioris iam tunc defunctę: non enim ſolet Senatus in ſententijs cõfirmatorijs ponere motiua, niſi ex maxima, & vrgenti neceſſitate, vel quòd cum ſolis illis, quæ fuerunt in cõfirmatis appoſita nõ poſſint pertranſire, vel aliàs.

Licèt autem hæc ita ſint, ego tamen ſemper conſulerem quòd probaretur per actorem cõmunis intentio, & intellectus contrahentium, ſeu diſponentium in hoc caſu probatu facilimus, quòd ipſi intellexerint ſemper per ſimiles vocationes maſculos primo loco vocare, & illis tantum deficientibus fœminas, non omnes ſimul, nec filiam primogenitam, & natu maiorem, per quam probationem exiſtimarem futurum quòd ſecura eſſet victoria, quę forſan aliàs naufragium pateretur, vti ex his, quæ in ſuperioribus latè diximus quilibet ingenioſus nullo negocio colligere poterit.

22 Supradicta † omnia, vt diximus, procedũt in contractibus, in quib. cum appellatione filiorũ non veniant nepotes, indè nebat, & fit vt non poſſet, nec poſſit dici reſpectu eorum appoſuiſſe donantem verba, *de gradu in gradum*, vt eius intentio eſſet primò filios primi gradus vocare, & poſtea nepotes, & reliquos deinceps deſcendentes de gradu in gradum, cum tamen per dicta verba conſtet nihilominus teſtatorẽ voluiſſe gradum aliquem, & ſeu differentiam inter filios eiuſdem gradus conſtituere, ideò ne ceſſum fuit, ſic, vt prædictum eſt, eo melioti modo, quo fieri potuit, gradum illum, & differentiam inter filios primi gradus conſiderare, vetùm in vltimis voluntatibus cum ille gradus poſſit ita conſiderari vt primò vocentur filij primi gradus, poſtea nepotes, & reliqui deinceps deſcendentes de gradu in gradum, qui appellatione filiorum veniunt, non videntur poſſe quæ ſuprà diximus de intentione diſponentis quòd voluerit vocare primogenitũ, & maſculos, huic caſui accommodari, ſed omnes ſimul, qui in eodem gradu eſſent dicendi forent vocati, prouti in cauſa Natalis Ioannis Prat contra Alduntiam Prat, & Canoues ſupra † retulimus *declaratum* ad relationem Saluatoris

Fontanet,

Fontanet,quod postea confirmatũ fuit in causa supplicationis ad relationẽ Iacobi Puigmija die 13. Feb.1608.vt suprà dictum est.

23 Fortis † est hæc argumentatio, non ignoro, per quam forsan in fauorem omnium iudicaretur filiorũ, nulla etatis, vel sexus habita differentia,ni aliquid in contrarium per actorem probaretur:verùm cum id quòd appellatione filiorum veniant nepotes non fiat ex proprietate sermonis:aliud est enim esse filiũ, & aliud esse nepotem,vulga.l.filium habeo ff.ad Macedo.l.quod si nepotes.de testam.tute. l. libertũ de excusa.tuto.& §.fin.insti. qui testam. tutor. dar.pos.cum simil. sed per interpretationem quandam,vt rectè prosequũtur,post antiquos, Por.cons.15.num.34. dicens filij diffinitionem ab essentia nepotis differre, Menoc. in cõs. 215. num.7.& 12.& pluribus alijs volu.3.conss.& in lib.de præsump.4.præsump. 94. in prin. Surd. decis.75.num.2.Cassana.cons. 58. in prin. qui infinitos propè allegant ad propositum, quos nos hic consultò omittimus ne inutiliter videamur membranas aliorum scriptis velle replere,vide Sese deci. 64.per tot.vndè † fit quòd

24 an filiorum appellatione veniant nepotes etiã in vltimis voluntatibus totum pendeat ex cõiecturis, quæ si vrgeant in fauorem nepotum,illi censebuntur vocati, quod secus est è contra,prouti acuratè coniecturas,& præsumptiones ex vtraque parte reffetens docet latissimè Meno.in allega.præsump.94.per tot.&Cassana.d.cons. 58. num.4. Hinc ego moueor ad cõsulendum filio, qui prætenderit vt masculus in vim eiusmodi vocationis successionem, vt communem vsum loquendi, & intelligendi probet, quòd per talem vocationem censerit disponens masculos primò loco vocare, & in eorum defectum,fœminas,non omnes simul, ne sequarur diuisio hæreditatis inter filios, à †† qua communiter abhorent parentes, vt aliquã do forsan,ad aliud propositum,dicemus: Item quòd disponens non intellexerit appellatione 27 filiorum nepotes comprahendere, sed quòd propriè de filijs primi tantùm gradus intellexerit,quę omnia non essent difficilis probationis: circa prælationem enim masculorum fœminis faciendam quòd talis sit intentio disponentis serè nemo erit qui neget, prætquam qui suã agnationem,& successionem, quę per masculos, vt suprà diximus,non per fœminas,conseruatur,odio habuerit: de prælatione etiam filij maioris natu,& seu primogeniti masculi quis est qui dubitet? omnes dicent talem fore suam intentionem vt eis donent, vt eos successores relinquant:quòd autè appellatione filiorũ nõ intelligant disponẽtes velle cõprehendere nepotes,facilè quisq. sibi persuadebit q cõsiderabit eos cõmuniter esse illiteratos, & indoctos,

qui disponunt,quos hæ subtilitates latent,nec huiusmodi Iurisc õsultorum interpretationes,

25 & intelligentias norunt,& ideò † benè forsan Zaz.in cons.7.nu.1.lib.1.Gerar.Mazol.cõs. 84. nu.28.Montepico cons.74.num.3. & Cassana. allega.cons.58.nu.20.docent in testamentis,& dispositionibus horum idiotarum, & indoctorum hominũ appellatione filiorũ nepotes non venire,conducunt quæ in alio proposito docebat Beroi.quæst.famil.56.nu.6.verba testatoris idiotę semper intelligenda fore iuxta cõmunẽ vsum loquẽdi,qui proprietati sermonis preualet,cõducit † finaliter quod ex glo.in l. quod si 26 nepotes,& ibi Bar. de testam.tutel.& alijs pluribus docet Meno.de arbit. Iud. lib.2. centu.5. cas.496.num.47.quòd licèt inter peritos differentia sit inter verbum *filios*, & verbum, *liberos*, iuxta l. liberorum,de verb.sig.non tamen huiusmodi differentia cadit in idiotam.

Hæc,quę,vt dixi, facilia existimo probatu, si probarentur,non dubitarem,etiam in materia vltimarum voluntatum, de victoria filij masculi in cõcursu etiã fœminę natu maioris propter vim communis vsus loquendi,& intelligẽtiæ, de quo plura diximus in superioribus, & in expresso quòd iuxta communem hunc loquendi vsum sit interpretandum an appellatione filiorum veniãt nepotes,quod est quod magis cõtra masculum vrget,suprà ex Gab. Peregri. & Cassana.probauimus:si autem huiusmodi probatio deficeret dubitandum valdè foret de victoria in fauorẽ filij masculi obtinenda,ex omnibus,quæ suprà retulimus, prouti nec etiam obtinere potuit Ioan.Natalis Prat cõtra Aldũciam Prat,& Canoues,imò cũ absq. huiusmodi communis vsus loquendi probatione vocationẽ in sui fauorem vt masculus licèt natu minor in simili casu huic nostro, quem tractamus, prætẽdisset, bis *succubuit* vt suprà annotauimus.Hæc de hac difficili,& coniecturali dubitatione, & difficultate paucis habere volui. Multa † de communi vsu loquendi, & cõsuetudine terrę diximus hucvsque, eumque,& eam multa secundum *facti* contingentiam operari docuimus, verùm Senatus pauciſſimè de *his rationem* solet habere, quod dicimus quia experti in pluribus causis ita vidimus,& signanter in materia hæreditamẽtorum plures tentarunt persepè velle eam regulare secundum communem vsum loquendi, consuetudinem terræ, & intentionem contrahentium probatas in processu, vix tamen fuit quòd de huiusmodi probatione ratio haberetur,in quo video nõ modicè lædi suprà firmissimè de vitute earum probationũ factas resolutiones: & si vis scire vbi hæc probata fuere, & nihilominus non habita ratio, legas processum causæ Elisabethis Masoliuera contra Narcisam Masmijana

mijana referente Benach, & postea Fontanet, de quibus dixi suprà, actuarijs PuigFerrer, & Roure, & videbis qualiter non obstante proba tione intentionis contrahentium ex consuetu dine terrę, quòd, hęreditamento in cap.mat.in fauorem filiorum nasciturorum facto non obstante, solebant parętes nihilominus vnum ex illis eligere, quia non esset illorum mens velle se propter hæreditamentum facultate dispo-
† nędi inter filios priuate *declarauit* Senatus omnes æqualiter venire vt in prima huius glo. par. num.7. diximus, alia plura exempla potuissem hoc loci reffere, sed nunquam fieret finis.

28 Supereſt † quòd alium modum vocationis filiorum donatarij, qui perfæpè obuiam fit in praxi, exprimamus, Is est quando fit donatio filio, & filijs, aut filiabus suis, quem ipse voluerit, vel elegerit : dubitabilis enim valdè res est quomodo censeatur huiusmodi vocatio facta, an priùs de masculis, & illis deficientibus de fęminis, an verò possit donatari⁹ etiã existętib⁹ masculis filias eligere, quem ego vocãdi modũ libęrer hoc loci explicassem, nisi videręde eo latè egisse Ioannę del Castillo Sotomaior quotidianarum cõtrouer. iur. lib. 2. cap. 26. per tot. vbi plena manu illum examinat post communiter scribentes in l. cum quidam, & in l. Gallus §. quidam rectè de lib. & posthum, & plures alios, quos allegat, concludens pro filijs masculis, ac dicens se ita *obtinuisse*, quem ego forsan
† pro his, quæ dixit eo loci laudassem ni ipse in eodem num. 3. nos in hoc anteuertisset dicens quòd pro ea causa alij posteà scripserunt, sed non ita exactè, aut nihil quidem addentes &c. contentetur igitur suis ipse laudibus, nec alias expectet, quia qui se ipsum commendat non
† eget commẽdatione: adde Gam. decis. 260. vbi
29 idem asserit *decisum* in Sena. Lusita. Sed an † si electione non facta moriatur donatarius duobus, vel plurib⁹ relictis filijs masculis, ex quibus, vt dictum est, tenebatur eligere, succedat primogenitus rãtùm, an verò omnes filij simul, disputat Annæ Rober. rer. iudi. lib. 4. c. 4. vbi
† in finè dicit in Sena. Paris. *declaratum* pro omnibus liberis contra primogenitum. Quædam alia non pœnitenda de electione dicemus in in inferioribus in hac eadem glo. in sequent. illius partibus.

Fiunt etiam quandoque aliter hæc hæreditamenta non exprimendo filios, nec hæredes donatarij, sed solùm per verbum, *suis*, veluti dicendo, *dono Petro, & suis*, quo in casu plures occurrunt discutiendæ dubitationes, eęq.
30 non modicè graues. Prima † nunquid per huiusmodi verba censeatur facta vocatio aliarum personarum, quàm ipsius Petri: eam sub breuibus resoluit Castren. in cons. 374. num. 3. parte 1. suos eo in casu venire vocatos non iure transmissionis, sed ex propria persona virtute substitutionis de ipsis factæ, sequitur Cardin. Mantic. de coniec. vltim. volun. lib. 8. tit. 14. num. 19. vbi reprehendit Alcia. contrarium tenentem,
* & conueniunt omnes quot quot de hac materia scripsere huc vsque: omnes enim statim disputant qui appellatione suorum veniant, & quo ordine, quod facere non possent nisi præsupponerent vocationem ex propria persona.

Et licèt contra id visus sit aliquid voluisse dicere Cel. Hugo. in cons. 55. num. 2. satagens persuadere quòd verba, *sint Francisci, & suorum* de sui propria natura non sint apta compręhende
31 re fideicommissum ex eo † quòd existimet in vltimis voluntatibus clausulam, *pro se, & suis* intelligi de liberis, & in contractibus referri ad hęredes, & successores, quia tamen iura tex. in l. si necessarias §. de vendendo, ff. de pig. act. l. 2. C. pe pactis inter emptor. & vendi. & in l. iuris gent. §. pactorũ, & l. tale pactum. ff. de pac. quę in huius rei cõprobationem adducit, nihil tale probant, sed solũ quòd pacta nõ pręsumuntur in dubio personalia, sed imò realia, p se, & hæredibus, ideò ampliùs non insisto, sed communi pro nunc innitor docenti induci particularẽ suorũ vocationẽ per verba prædicta, maximè cum isdem doctor in cons. sequenti 56. num. 6. absque difficultate resoluerit postea per verbum, *suis*, censeri factã particularem vocationẽ.

32 Secunda dubitatio † est nunquid isti sui cẽsebuntur vocati simul cũ donatario, an verò or
* dine successiuo post eum, inquã communis doctorum resolutio est quòd ordine successiuo, quia collectiuum est nomen illud *sui*, vt concordant, & conueniunt oẽs, quos circa vocationẽ Ioannis, & filiorum suorum adduximus in prima parte huius glo. 9. nu. 1. & in terminis in casu vocationis suorum docent Meno. præsump. 70. num. 26. lib. 4. Arismi. Tepa. in compeu. var. sentent. Iur. lib. 2. tit. de substi. in genere vers. si fiat substitutio fol. 379. col. 4. in fin. & Hieronymus à Lauren. decis. Auen. 181. superiùs allega.

33 Tertia dubitatio † est nunquid per fideicõmissariam, an verò per vulgarem substitutionẽ censeantur isti sui vocati.

Hęc quæstio non potest applicari casui nostri hæreditaméti, per ea, quę resoluimus in glo. 7. *Ioanni filio suo* par. 2. num. 62. & in prin. primæ partis glo. 9. *& filijs ex eis procreandis:* cum enim donatio valeat à principio in fauorem Ioannis, nec desinat esse talis quamuis donatarius prædecedat donatori, & huiusmodi donationes sic interpręterẽtur factę vt cẽsuerint donatores per priùs filio nominato donare, & post illi⁹ mortẽ filijs suis, vt in supradictis locis resoluim⁹, sic dicẽdũ est quòd facta cẽsebitur donatio Ioanni, & suis, vt primò Ioannes habeat bo

na, &

na,& post illius mortem illi, qui appellatione suorum venient,vndè resultat quòd nō potuerit dari casus, inquo per vulgarem successio considerari valeat, vbi autem talis esset,sicut sæpè fit,veluti quando post multas substitutiones factas vocatur aliquis, & sui, resolue quòd per vulgarem censeretur facta vocatio, & sic in casu, quo vocatio nō haberet locum, nec habere posset in persona alterius, prouti clarè elicitur ex omnibus, qui de materia hac tractarunt in allegata par. prima huius glo.in prin.adducti,& in terminis in materia suorum tenet Lauren.vbi proximè, quicquid dicat in contrarium Craue.in cons.22.qui in hoc reprobatur à pluribus,qui dicunt eum ibi malè consuluisse,vti aparet ex Lauren.d.decis.181.num. 16.Surd.decis.346.num.20.vol.2.& alij, quos ipsi allegant,& in terminis donationis factę alicui,& suis tenet expræssissimè Bereng. Ferdin. in prælud.ad c. vni. de fil. nat. ex matrimo. ad morgan.contrac.cap.9.num.13.sic noster Senatus *declarauit* in hoc eodē casu vocationis suorum in causa nobilis Francisci Dardena,& Honophrij Bret contra Spectabilē Vicecomitem de Rupebertino die 24.Ian.1585.referentibus N.Puig & N.Tamarit regijs Senatoribus, scriba Iacobo Bas, vigore etiā substitutionis vulgaris *adiudicasse* videtur Senatus hæreditatem cuidam matri illius, qui cum suis fuerat vocatus,ad relationē egregij Senatoris Iacobi Puigmija sub die 28.Septembris 1601.in causa Anticæ Annæ Rabet contra Annam Portas, scriba Petro Vilossa.

Hoc † tamen non ex ratione,quam vidi ab aliquibus consideratam verum censeo respectu substitutionum,quæ fiunt in contractibus, quia scilicet in eis non possit fieri fideicomissaria substitutio, sed vulgaris tantùm, per ea, quæ tradit Meno.cons.85.&cons.325.num.5.6. 7.& 8.Cepha.cons.315.per tot.vbi resoluunt in contractibus non posse fieri fideicommissariā, sed compendiosam resolui in vulgarem, quib⁹ adde not.per Man.de coniec.vltim. volun.lib. 8.tit.12.num.11.per Decia.in cons. 10. num. 32. cum sequent.vol. 3. latè Peregri. de fideicom. art.1.num. 12. & 15. quandoquidem licèt propriè substitutio fideicommissaria non cadat in dispositionibus,quæ fiunt inter viuos, vt vbi suprà habetur,quia materia est differens, & separata,negari tamen mihi non potest quin ad similitudinem fideicommissorum in contractibus subordinentur gradus, & successiones de vno in alium nedum per modum vulgaris in casum voluntatis,aut impotentiæ primi,sed etiam per modum fideicommissarię post aditionem primi,vti legitur in c.1.de natu. successionis feud.& habemus exemplum in l. quoties & l.si rerū C.de dona.quæ sub modo &c. l.qui Romæ §.Flauius ff.de verb.oblig.benè,& pulchrè declarat Peregri.de fideicom.art.1. nume. 16.& art.51.num.1.& ideò alios non expedit allegare:non (inquam)hæc me mouent, sed imò rationes, quas doctores superiùs citati adducunt,quia † nempè est facta vocatio plurium diuersorum graduum per nomina collectiua in re non habente tractum successiuum, & signanter me †multùm mouent,verba illa,*ad suos dicti Petri, & suorum omnimodas voluntates indè liberè faciendas*, quæ non possent verificari nisi censerentur vocati sui per vulgarem, & non per fideicommissariam: nunquā enim dictus Petrus posset facere ad suas liberas voluntates si per fideicommissum essent sui vocati: sensus ergo dictorum verborum est quòd Petrus,si superstes sit tempore successionis, habeat bona ad suas voluntates,sin minùs sui ipsius Petri,& hoc modo cōponitur perplexitas, & ambiguitas,quæ ex dictis verbis oritur, quā aliàs valdè difficile foret ꝙ cōponere possemus:licèt † ego (si verum fari licet, licet autē semper)existimē quòd verba prędicta,*& suos ad suas, & suorum liberas voluntates plenè faciendas* apponuntur potiùs de stylo notariorum, quàm de mente disponentium in vltimis substitutionibus, & respectu vltimò vocatorum conformando se cū dispositione iuris,quæ vult † quòd vltimò vocatus habeat bona ad suas voluntates,vt plenè probat Peregri.de fideicom.art.14.num.49.& art.51.num.1.apponuntur enim,me iudice,verba prædicta ad magis magisque demonstrandum qualiter voluerit disponens habere bona vltimò vocatum ad suas liberas voluntates potiùs quàm ad ostendendum quòd voluerit post vltimò nominatum, qui solet, vt dictum est,bona habere ad suas voluntates, aliud vinculum apponere, & aliud grauamen adijcere: vidi ego nonnullos processus, inquibus egregiè aduocati hæc adducebant ad probandum quod mox dixi,sed non vidi quòd,nisi pro vinculo,declaratum sit,ideò videtur quòd sit de necessitate errandum cum cæteris,vt superiùs cum Hieronymo Lauren.dicebamus, & vocatio propterea suorum ab alijs separata cōfitenda, ac concedenda.

Quarta † & vltima dubitatio est quomodo verbum illud,*suis*,sit intelligendum,quiq. suorum appellatione veniant in proposita specie, quæ dubitatio plurimùm difficilis appellatur à Castren.in l.gallus in §.quidam rectè nu. 6.ff. de lib.& posthum.Craue.in cons.22.n.3. qui dicit difficilimā,&Hiero.à Laurē.decis.Auenion. 181.n.18.& anteà nu.4.vbi visus fuerat voluisse dicere errasse oēs, qui hac de re scripsere huc vsque.Ego breuiter sic eā resoluo dicens quòd verbum,*sui*,† ex sua propria,& stricta significatione significat filios,qui sunt in potestate parentum

rentum constituti,& nomine suorum veniunt, non alij iuxta rex.in §.in suis,inst.de hæred.qua li.& differen.& in l.in suis,de lib. & posthum. Guid.Pap.dec. 548.n.3.Guiller.Bened. in cap. Raynuncius verbo,& vxorem nomine Adelasiam in prima par.num.177. Aemil. Ferret. respons.53.num.1.& respons.32.nu.9.in quibus ambobus locis videtur differentiam facere quando verbum,*suos*,adiacens est, & copulatum alteri,veluti dicēdo *suum genus,suos hæredes ,suam hereditatem,suas liberos &c.*& quando nulli substantiuo copulatur, & adijcitur, veluti dicēdo, *prosequi suam,& suorum iniuriam. instituo titium, & suos*,& similia,conueniunt cum supra principaliter facta resolutione omnes ferè, qui inferius allegabuntur.

41 Paulatim † posteà verbum illud suas vices amittere cepit, & impropriè vsurpari pro quibuscunq.filijs primi gradus,etiam si non essent in potestate, & sic filij respectu matrū, quę eos non habent in potestate, iuxta §.fœminæ insti. de adop.& in §.cæteri,versi. qua de causa,insti. de hęred.quali.& differen.sui etiam fuere appellati in l.mater filio suo,& l.pater §.socrus,ff. de condi.& demonst.Guid. Pap. vbi suprà nu. 5.in fin.vbi dicit secundum hanc conclusionē † consueuisse in curia parlamenti *iudicari* , & in cons.133.num.1.Ranchin.in addi.ad Guid.Pap. vbi suprà,Benedic.etiam vbi suprà nu. 178. vbi post Guid.dicit hanc verbi, *suis* , vsurpationem *venire* propter cōmunem vsum loquendi, qui est attendendus, secundū quem liberi mulierū, respectu ipsarum,appellantur sui , concordant etiam omnes,qui inferius adducentur, Aemil. Ferret. vbi suprà.

42 Deinde † adhuc impropriùs vsurpatum est verbum,*suis*, vt per illud intelligerētur vocati nedum filij,sed etiam quicunque alij,qui in vltetiori gradu essent,proximiores scilicet in parentela, qui ab intestato successuri forent deficientibus liberis primi gradus,vt noster Cācer. docet lib.1.var.c.8.de dona.num. 68. & probāt benè Cel.Hugo, Bertran.Pau.de Cas. Dec. & Aymon Craue.qui ab illo in idem adducuntur,supradictis adde Cardin.Mantic.in trac.de coniec.vltim.volun.lib.8.tit.14. nu. 19.Simon. de Præt.de interpræta. vltim.volun.lib.3.interpræta.2.dubita.1.solu.5.num.43. Meno.de præsump.lib.4.præsump.89. num. 58. Peregrin. de fideicom.art.22.num.38. Hieronymus à Lauren.d.decis.191.num.5. dicit id non esse quòd aliqua lege probetur,sed quia ita obseruatur secundum consuetudinem,& cōmunem loquēdi modum.

43 Sunt deniq. † qui existiment verbum , *suis*, vsurpari secundum subiectam materiam,& secundum eam fieri posse quòd,licèt impropriissimè,sumatur quandoque pro quibuscunque hęredibus,etiam extraneis, & pro alijs personis,prout apud suprà relatos doctores videre poteris: ego enim eorum dicta in præsentiarū prætereo,quia non spectant ad nostrum institutum:omnes tamen conueniunt, vt ipsi dicunt, quòd propriùs verbum illud intelligatur de liberis, seu successoribus tanquàm proximioribus succedētibus ab intestato, sed eis deficiētibus admitantur collaterales, & alij , qui primum locum tenent in successionibus.

†† Hunc casum ter vidi in nostro Senatu *decisum* , cæterùm diuersimodè valdè , primò 24. Ianuarij 1585.referentibus egregijs quondàm Senatoribꝰ N.Puig,& N.Tamarit in causa nobilis Francisci Dardena, & Honophrij Bret,cōtra Spectabilē tunc Vicecomitem de Rupebertino,scriba Iacobo Bas,secūdò sub die 28. Septembris 1601.referente egregio etiamSenatore Iacobo Puigmija in *causa* Annæ Rabeta,cōtra Annam Portas,scriba Vilosia,& deniq. tertiò sub die 25.Iunij 1609.referente egregio itidem Senatore Hieronymo Seniust in causa Francisci de Vilaseca , cōtra curatores filiorum nobilis Guillermi Sunyer,scriba Iosepho Cortes,in primo casu appellatione suorum venire tantùm descendentes,& non alios successores, extitit declaratum , sumēdo pro monuo quòd ita esset de iure,attēto communi,& vulgari vsu loquendi in testamentis:In secundò per vocationem suorum cēseri vocatam matrem illius, *cuius sui erāt vocati, fuit decisum: in tertio* denique, appellatione suorum venire tātùm descendentes,ea ratione,quia in dispositione principali, secūdum quam substitutio veniebat declaranda,constabat sub nomine suorum intellexisse disponentem de descendentibus tantùm,extitit resolutum,dequo tamen ego inferiùs aliquid aliud dicam.

Ecce qualiter in diuersas apud Senatum diuersis temporibus est itum sententias ,ego tamen non propterea recedo ab opinione secu- * rissimè superiùs constituta,& communi calculo recepta, quòd per priùs censeantur quidem filij vocati,& seu descendentes,eis tamen non existentibus,qui primum locum in successione tenent.

44 Limitatur † tamen quando in alijs dispositionibus anteà factis in eadem scriptura vsus fuisset disponens eodem verbo,*suorum*, pro filijs,& descendentibus, id est quòd cōstaret per verbum,*suorum*, intellexisse de filijs, & descendentibus:tunc,& eo casu intelligeretur etiam, quamuis nō declarasset expræsse in vlteriorib⁹ dispositionib⁹,sub nomine suorū ꝺ filijs,& des- 45 cendētibus tātū voluisse loqui:ratio est † clara, quia in substitutionibus, & quibuslibet dispositionibus altera alterā declarat, & posteriores intelligūtur secūdū priores,latè Mātu. de cōiec. vltim.

vltim.volun.lib.5.tit.1.à num.20.cum sequent. iuxta quam doctrinam oculatissimus noster Senatus referente egregio Senatore Ioane Magarola in causa tutorum,& curatorum Antonij Tries contra Ioannam Ferrera sub die 18. April.1606.*declarauit* in substitutione facta de alijs filijs testatoris censeri etiam vocatos eorum filios quamuis expresse non fuisset dictum, ex quo in institutione de alio filio facta eius etiam filij reperiebantur vocati, vidi conclusionem in archino regio,& in terminis in dictione,*suorum*,quòd si in prioribus partibus dispositionis apparet fuisse vsurpatum pro filijs, & descendentibus,& non pro alijs, censeatur etiam, & censeri debeat eodem modo sumpta in alijs partibus eiusdem dispositionis,quàuis expressè non dicatur,docet benè Lauren. allega. decis.Auen.181.nu.6.

Cuius doctrinam, licèt à partibus nõ allegatam quantùm cõijcere potui ex vtriusque,quas vidi,allegationib⁹,sequutus omninò fuit Senatus in illa Vilaseca cõtra Sunyers, de qua suprà, vbi verbum,*suos*,positum simpliciter in vltima substitutione,de liberis,& descendentibus tantùm fore intelligendum *censuit* ex quo vtens donator eodem verbo in priori parte donationis visus erat de eis tantùm intellexisse, dicendo quòd si primus donatarius,cui,& suis fuerat facta donatio, decederet sine liberis succederet alius, qui substituebatur,cum id vltimũ nõ esset compatibile cum vocatione suorum,si ibi sui intelligerentur de alijs,quàm de liberis, & descendentibus:circa quam declarationẽ ego aliquando consultus pro parte dicti Vilaseca, dicebam quòd ego dubitabam potuisset ea argumentatio fieri:nullum enim aliud,*suis*, vel *suos*,in illa donatione legebatur, à quo argui posset,nisi illud,de quo disputabatur,& in prima parte donationis solùm dicebatur *dono &c. vobis eidem filiæ meæ tanquam benemeritæ præsenti,* 46 *& vestris &c.* quę verba, † *& vestris*, cum dictione &c. certum est velle dicere, quod inconcusse omnia instrumenta dicunt,*vobis,& vestris,& quibus volueritis perpetuò*,& sic extenderetur à notario si peteretur: huiusmodi autem verba de iure nullatenus intelliguntur de filijs, & descendentibus, nec de alijs, qui dicantur modo aliquo expressim,& ex propria persona vocati,imò stant de iure sine aliquo effectu,ita vt eis non obstantibus liceat donatario alienare,licut si apposita non fuissent,vt Cur. lun. docet in cons.4.num.4.& Meno.in cons. 41.nu. 26.quos refert nostras Cancer. in prima parte var.c.8.de dona.nu.66.adde Bec.pulchrè probantem in cons.88.num.22.

47 Quod † est adeò verum, vt per dicta verba alienabile fiat quod alias tale non erat, prouti de feudo docẽt in terminis quòd alienari possit etiam in extraneos,si alicui concessum fuerit cum clausula,*& quibus voluerit*, Dec.in cons. 590.num.8.Socin.Iun.in cons.42.in prin.lib.3. quos refert,& sequitur Peregrin.de fideicom. art.52.num.40.Olas.decis.164.nu.1.Rol.à Val. in cons.55.num.38.& 41.vol.3.Nat.in cons.491. Iul.Clar.in §.Emphyteusis quæst.13.nn.7.& in §.feudum quæst.31.num.8.dicendo communẽ esse opinionem, & ibi additio in prin. dictæ quæstionis 13.singularis est Borgnini Caualca.dec.32.in 3.par.& in illius repertorio in verbo, *clausula,& quibus dederit*,plura reperies quibus id,quod docemus cõperies,viden.qui allegantur à Brunor. à Sole in compen. præpos. Iur. verbo *clausula & quibus dederuis*,& Arisms.Tepa.in compen.var.iur.senten.lib.2.tit. de feud. aliena.col.12.vers.quãdo in inuestitura,& vers. sequent.

48 Rationẽ †omnes dicunt esse quia huiusmodi clausulæ æquiparantur,ac idem prorsus sunt quod clausula *prose,& hæredibus,& successoribus, suis*,quam certum est nullius inducere vocationem,nec aliquod fideicommissum, ad quod vide singulariter Anthon. Sola in cõstitu. nou. Sabau.tit.de aliena.bon.feudal.num.1.vbi longissimam habes doctorum remissionem, Rolan.à Val.in cons.55.num.2.& 3.vol.3.& melius in cons.79.num.20.& 21.vol.2.vbi vtrunq.dictũ multis auctoritatibus probat,ac Bec.in allega.cons.88.nu.22.

49 Id †etiam est adeò verũ,vt quamuis per simplicem diuisionem inter duos fratres factam non censeatur renuntiatum fideicommisso, * prouti apud omnes est in confesso, nihilominus si dictum in ea fuerit quòd fratres inuicem sibi concedunt partem obuẽtam pro se,& illis, quibus bona prædicta concedere voluerint, tali casu censebitur renuntiatum fideicõmisso, ex quo per ea verba intelligitur concessa licentia alienandi,prouti est pulchrum dictum Ange.in l.qui Romæ §.duo fratres in 5.quæstione principali num.12.ff.de verb.oblig.quem sequũtur Rol.à Val. allega. cons. 55.nu.41.vol.3.& in cons.34.num.80.vol.4. & alij per eum adducti. Peregrin.qui alios refert,in tracta. de fideicõ. art.52.num.38.42.& 44.Meno. de præsump.li. 3.presump.115.num.65.& cons.87.nu.19.vol.1. Mascar.de proba.conclu.776.numer.11.Pet.de fideicom.quæstione 14.num.71.atque ita bis in casu,quo diuidentes dixerãt quòd vnusquisq. haberet bona diuisa ad omnes suas, suorumq. voluntates, quæ proculdubio importabant licentiam alienandi Senatus noster *declarauit*,primò referente egregio antea Senatore,& nunc Regiam Cancellariam Regente Michaële de Salba,& de Vallesica, & postea egregio etiam Senatore Hiero.Senyust in causa,de qua noster Cancer.egregiè scripsit in 3.parte var.cap.15.de

UAB Biblioteca de Ciències Socials

renun. à num.262.licèt fuerit contra eum declaratum tam in prima inſtantia coram dicto Salba vertenti,quàm etiam in cauſa ſupplicationis coram dicto Seniuſt,quæ, poſt dictã tertiam reſolutionũ partẽ typis mãdatam, declarata extitit de anno 1609.qua de re vide nouiſſimam deciſ.nob.Ludoui.à Pegue. quę multò poſt hæc ſcripta prodijt in lucem, c.3. per totũ, de materia etiam vocationis ſuorum longam confeciſſe reperi diſputationem eundem nob. Ludoui.à Pegue.in eiſdem nouiſſimis deciſio. c.19.per tot.

SVMMARIA.

1 *Hæreditamenta magis olim frequentabantur in Cathalonia,quàm hodie,quia pauciores circa ea oriebantur lites.*

2 *Hæreditamentorum materia anxium, & dubium valdè olim tenuit noſtrum Senatum, valida ne an invalida declararet,& quam reſolutionem in eis caperet.*

Hæreditamentorum formulę,quibus regulariter concipi ſolent,ibidem.

3 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*

4 *Hæreditare in Cathãlonia donare ſignificat.*

Hæreditamenta in capitulis matrimonialibus facta valida ſolet noſter Senatus declarare de bonis præſentibus,vt actus potiùs valeat,quàm pereat,virtute iuramenti in eis appoſiti,& propter fauorem matrimonij, vbi plures deciſiones, ibidem, & num.63.

5 *Præſumptio validitatis actus eſt optima,& reliquas vincit.*

6 *Tempus præſens intelligitur ſemper in qualibet diſpoſitione niſi aliud comprehenſum ſit.*

L.ſi ita legatum,de auro & argento legato, intellectus,remiſſiuè ibidem.

7 *Hæreditatis donatio valet,quia eius is eſt ſenſus vt teneatur poſt mortem reſtituere hæreditatem filijs ſuis.*

Verbũ,hæredes,exponitur,ideſt domini, & ſucceſſores particulares,ibidem.

8 *Hęredes contractuales qui appellentur.*

9 *Donatio vniuerſalis ſuſtinetur in bonis præſentibus virtute iuramenti.*

10 *Notarij ſtipulatio eſt magnæ vtilitatis in inſtrumento.*

11 *Matrimonij fauor multa habet priuilegia.*

12 *Donatio,quæ ſit clarè de bonis præſentibus,& futuris non ſuſtinetur etiam ſi fiat fauore matrimonij & num.18.vbi plures deciſiones noſtri Senatus.*

13 *Fauor liberi arbitrij potior eſt fauore matrimonij.*

14 *Libertas teſtandi magis accedit ad ius naturale, quã liberorum ſucceſſio.*

15 *Donatio omnium bonorum fauore matrimonij non valet, etiã ſiquis ſub illius prętextu dolo inductus fuiſſet ad illud contrahendum,datur tamẽ ei actio ad intereſſe.*

16 *Pacta de ſuccedendo vniuerſaliter fauore matrimonij de conſuetudine approbãtur in multis prouincijs mundi.*

17 *Donatio vniuerſalis fauore matrimonij contrahendi valet,non ſi iam eſt cõtractum,ſecundum aliquos.*

18 *Donatio vniuerſalis,& pactum de ſuccedendo in Cathalonia non ſuſtinẽtur etiam ſi fiant fauore matrimonij,ex aliqua conſuetudine, cum talis nõ adſit,vbi deciſiones noſtri Senatus.*

Donatio vniuerſalis quomodo debeat eſſe concepta vt talis dicatur,& de iure reprobata,vbi tres formulæ diuerſæ,ibidem.

19 *Hæreditamenta tota ſunt in pactorũ conditionibus.*

20 *Promiſſio de hæreditando an ſit hæreditamentum.*

21 *Promittere aliud eſt,& aliud facere.*

22 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio,vbi deciſiones Audientiæ Beren.& Senatus Pedemontani.*

23 *Promiſſio de locando non eſt locatio, de fideiubendo fideiuſſio,de ratifficãdo ratifficatio,vbi de promiſſione de fideiubendo deciſiones Senatus Sabuſia.& Vene.*

24 *Promiſſio de mutuando non eſt mutuum,de cedendo non eſt ceſsio,de faciendo contractum non eſt contractus, & de alijs pluribus promiſsionibus latè per diſcurſum.*

25 *Promiſsio de dote conſtituenda non eſt conſtitutio,vbi deciſ.Senatus Neapoli.*

26 *Promiſsio de donando,ſecundum aliquos, non eſt donatio, quod videtur aliquando placuiſſe noſtro Senatui.*

Contrarium tamen eſt verius,vt num.28.& ſequẽt. ſignanter num.31.vbi deciſiones noſtri Senatus.

27 *L.ſiquis argentum § fi.C.de dona.quatenus habet,nudo pacto factam donationem ratã manere,intellectus,& num.30.*

29 *Promittens ſe obligare ad ſoluendum decem intra certum diem,adueniente die poteſt conueniri, quia circuitus eſt vitandus.*

30 *Donatio,quæ inducitur ex promiſsione de donando dicitur donatio illa,quæ a traditione incipere dicitur.*

31 *Verbum,promitto,importat ſtipulationẽ in ſcriptura publica,& facit præſumi partẽ fuiſſe præſentem, vbi deciſiones noſtri,& aliorum Senatuum,*

32 *Ratio differentiæ,quare promiſsio de donando ſit donatio,& non alia promiſsiones aliorum contractuum,ibidem remiſsiuè.*

33 *Promiſsio quando habet quid certum,& determinatum nihil diſtat a facto.*

Item quando nihil aliud,præter cõſenſum,requiritur: tunc enim actum perfectum importat ex ſe.ibidẽ, vbi latè.

Item quando contractui in ſubſtantia nihil aliud cõtinet,quàm promiſſio,ſecus verò quando aliquid addit ſupra promiſſionem vel in modo,vel in tempore,aut aliàs,licet ex vi promiſſionis compellatur

quis

quis ad faciendum contractum, ibidem, vbi decisio nostri Senatus.

34 Promissio de donando non est donatio, quando adsunt verba, quibus considerari potest non fuisse animū donandi de presenti.

35 Promissio de donando, vel hereditando quòd sit donatio, vel hæreditamentum, antiquissima est in Cathalonia recepta opinio, vbi antiquissima decisio nostri Senatus.

36 Promissiones de donando, vel hereditādo fauore matrimonij fiunt per verba de futuro, quia fiunt ante quam contrahatur matrimonium, post contractum autem perficiuntur, vbi benè.

37 Hereditamenta facta per verbum presens, velut hereditamus, quadrupliciter fieri solent, quod est attendendum ad eorum validitatem, vel invaliditatem.

38 Hereditamenta facta per solum verbum, heraditamus, aquiparat Senatus cum factis per verbum, hereditamus, cum adiectione indefinita bonorum, vt vtraq; valeāt de bonis presentibus, & ex qua ratione.

39 Verbum hereditare significat, ac importat potiùs donationem vniuersalem omnium bonorum presentium, & futurorum, quàm presentium tantùm, & sequentibus, & signanter num. 93.

40 Hereditatis, verbum, qui dixerunt significare, ac importare bona presentia tantùm, hallucinati clarissimè mōstrantur, cum iure id non probetur, & numeris sequentibus.

L. quæsitum § penul. & ibi glo. verbo, hereditati, intellectus, ibidem, & sequent.

41 Destinatio facit vt actus talis incipiat nominari, qualis futurus postea est, ad qualemque est destinatus, remissiuè.

42 Hæreditas, quòd sumatur pro bonis presentibus, violenta interpretatio appellatur.

43 Argumentum, quòd ex quo aliquo in casu verbum aliquod sumatur vno modo, debeat etiam sic sumi in alijs, valdè infirmum, & minimè concludens est.

44 Hereditatis facta donatio non valet tanquam facta de bonis presentibus, & futuris, nec potest interpretatio fieri, vt sustineatur de presentibus tātū, & nu. 89.

45 Hæreditamentum factum per verbum, heredito, simpliciter, nullum videtur tanquam cōplectens vniuersa bona presentia, & futura, secus est si dicatur, heredito de bonis meis, & num. 89.

46 Interpretatio, quòd hereditamentum simpliciter factum intelligatur de presentibus bonis tantùm, dubitabilis valdè redditur.

Hæreditare, verbum barbarum est, ibidem.

47 Hæreditamenti, quòd filij ex certo matrimonio procreandi habeant esse heredes, validitas examinatur.

48 Hereditamentum predictum, sunt qui dicant non importare necessariam, & dispositiuam vocationem filiorum, sed solam prælationem permissiuam, & reseruationem successionis ab intestato, & est prima opinio, & num. 74.

49 Hanc opinionem iuuat communis intelligentia eorū, qui talia hereditamenta solitī sunt facere.

50 Succedat, verbum, sunt etiam qui dicant non importare necessariam, & dispositiuam vocationem, sed eam, de qua nu. 48. & num. 74.

51 Fallit ratione extranei, qui aliàs non succederet ab intestato, vt verba aliquid operentur, & nu. 87.

Aucten preterea C. vnde vir, & vxor, intellectus, ibidem, & num. 86.

52 Succedat, verbum, proprie, & propriùs successionem legalem, & ab intestato, quam lex defferi, significat, vbi decisiones.

53 Statutum, quòd vxore præmortua sine liberis vir lucretur dotem, si autem cum liberis, ipsi succedant, non defferi filijs necessariam successionem, sed legalem tantùm reseruat, vbi decis. Sena. Pedemonta. & num. 74. & 88.

54 Nisi adiecta sint verba præcisa, veluti, omninò, vel præcisè succedant, vel quòd debeant succedere.

55 Præferantur in successione, & primò succedant, verba, secundum aliquos, non inducunt necessariam successionem, sed reseruationem tantùm successionis legalis, & nu. 74.

56 L. Lucius, de hæred. instit. intellectus, & 79.

57 Determinatio vna respiciens plura determinabilia, non semper pariformiter determinat.

58 Anteferre, & anteponere, verba, secundum aliquos, non inducunt necessariam successionem, sed imò legalem, & nu. 74.

L. cum acutissimi C. de fideicomiss. intellectus, ibid.

59 Verba formia, qualia sunt succedat, sit hæres, præferatur &c. non inducunt dispositiuam successionē, secus verò est in verbis informibus, qualia sunt, quòd bona diuidantur, lucrentur, habeant, debeāt habere, pertineant, do, assigno &c. & quare sic vtraq; explicentur.

60 Hereditamentū per verbum, sit hæres, succedat &c. inducit necessariam successionem omnium bonorum præsentium, & futurorum, secundum aliquorum opinionē, & est secūda opinio, & par. 5. nu. 23.

61 L. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. interpretatio.

62 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum quòd sit inualida non est tex. qui clarè probet.

63 Hereditamentum, seu promissio de donando que fit per verbū sint heredes, qua fit in contractu inter viuos interpretatur donatio de bonis presentibus, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, & est tertia opinio.

64 Auctoris opinio circa hereditamenta prędicta, & diuersas opiniones supra relatas, quòd per huiusmodi hereditamēta non censeatur solum reseruata successio legalis, sed imò inducta dispositiua vocatio in vniuersam hereditatem, & bona donantis, & 5. par. nu. 23.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

65 *Superfluitas est vitanda, maximè in contractibus.*

66 *Superfluitas vt euitetur sumendus est quicunque intellectus, etiam improprius, etiam contra rei naturam.*

67 *Superfluitas aliquando sustinetur in dispositione, veluti quando id, quod inerat, in dispositione exprimitur ad maiorem declarationem, & ad tollendũ omnimodam dubitationem.*

68 *Locator reseruans sibi in locatione facultatem vtendi proprio vsu, cẽsetur sibi reseruasse id, quod de iure habebat, & non aliud.*

69 *Proprius vsus, propter quem conductor expelli potest durante locatione, debet esse, & probari ex causa necessaria superueniente, quæ à principio præuideri non poterat, vbi decisiones.*

70 *Locator si promisit conductorem non expellere ex aliqua causa, vel iurauit contractum, vel pro eius obseruantia domos speciali hypothecæ submisit, dubium est non modicum an possit vti facultate proprij vsus, quæ datur à iure.*

71 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur.*

72 *Superfluitatis vitãdæ argumentum est valdè tenue, & infirmum.*

73 *Superfluitatis vitandæ argumentum procedit vbi nõ militat ratio alicuius limitationis illius.*

74 *Quæcunq; superius dicta sunt de non necessaria vocatione, sed reseruatione successionis legalis per verba, succedat, sit hæres, limitantur vt non procedãt si non possent aliud operari, secundũ eosdem auctores.*

75 *Succedat, sit hæres, verba semper inducunt dispositionem, & necessariam vocationem si exprimantur principaliter, & propter se, nõ si minùs principaliter, & ad aliud, & nu. 82. & 85. vbi ponitur opinio auctoris.*

76 *Exẽplũ supradictę resolutionis quando filij vocãtur minùs principalitèr.*

77 *Aliud exemplum.*

78 *Succedat, sit hæres, verba non includunt dispositionẽ quando dicitur quòd aliquis aliquid lucretur si decesserit sine liberis, sin minùs liberi succedant, quia non fit mentio filiorũ principalitèr,*

79 *Dictionis aduersatiuæ natura.*

80 *Filij positi in conditione non censentur vocati etiam si vltra positionem in conditione dicatur quòd si existunt filij ij succedant.*

81 *Superflua non dicuntur verba, quæ aliquo in casu locum habent, cum sufficiat aliquid operari etiam si quid minimum.*

83 *Voluntatis quæstio semper præcedit quæstionem potestatis.*

84 *Hæreditamentũ quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus sint hæredes, non potest interpretari quòd non importet necessariã vocationẽ, & præcisam, ex doctrina Cassanate, & Berengar. Ferdin. vt vult Cancer. & nu. 139.*

85 *Cassanate in cons. 45. reprobatur, & nu. sequent.*

86 *Auctenticis, prout sunt insertæ in Codice Iustinia. per Irner. non est credendũ si differunt à corpore, vndè sumptæ fuere.*

87 *Filij non debent esse deterioris cẽditionis quàm extranei.*

88 *Statutũ excludens fæminas extantibus masculis vocare censetur ipsos masculos.*

90 *Verbũ, succedere propriè successionẽ vniuersalẽ significat.*

91 *Verbum, præferantur, significat etiã successionẽ vniuersalem.*

92 *Hæreditamenta quòd in Cathalonia intelligantur de bonis præsentibus tantũ, nullus practicus dicit, nec ita esse debere vulgus intelligit.*

93 *Hæreditamenta, quæ fiunt per verba, hæredito, & sit hæres, secundũ ius cõmune intelligenda sunt de bonis præsentibus, & futuris, & propterea non sustinenda.*

94 *Coniecturis non est opus in claris tam in cõtractibus, quàm in vltimis voluntatibus.*

Donatio omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorũ reprobatur, nec sustinetur in præsentibus tãtũ, quia clarè intentio donantis elicitur quòd voluerit omnia donare, & actũ inutilẽ facere, non sic est in hæreditamẽto simplicitèr facto, quod potest de solis præsentibus intelligi, ibidem.

95 *Reffutatur id, quod est in præcedẽti numero dictum, quia imò verba dictorũ hæreditamentorũ sic vniuersam successionẽ significãt sicut donationes omnium bonorũ præsentium, & futurorum, & nu. 117.*

96 *Hęres sit, eandẽ vniuersalitatem bonorum importat, atqui hæres sit vniuersalis, & nu. 117.*

97 *Idq; procedit tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus.*

Nullum actum voluisse contrahentes facere non est præsumendũ, ibidem, sed declaratur nu. 102.

98 *Vniuersalitas duplex, quę prouenit ex re ipsa, & quæ descẽdit ex vocabulis, & quæ sit qualibet ex ipsis.*

99 *Donatio de bonis omnibus absq; mentione futurorũ cur valeat, & non dispositio indefinita quòd quis sit alterius hæres, & nu. 107.*

100 *Præsumptio quòd actus potiùs valeat, quàm pereat, non præfertur proprietati sermonis, sed è contra.*

101 *Donatio causa mortis per pactum de non reuocando transit in donationem inter viuos, etiamsi vt talis non sit valitura, vbi optima ratio Andre. ab Angu.*

102 *Nullum actum non est præsumendum quem voluisse facere in fauorabilibus, nõ sic est in donationibus.*

103 *Donatio non præsumitur etiam si aliàs actus remaneat inutilis, & inualidus.*

104 *Actus, qui potuit fieri licitè, & illicitè in dubio præsumitur factus eo modo, quo licitè fieri poterat in his, in quibus aliàs induceretur delictum, non in alijs.*

105 *Pactũ de futura successione aliquando validum est.*

106 *Promissio bonorũ simplicitèr facta non comprehendit futura.*

107 *Hæredis verbum significat quandoq; dominũ, & successorem*

cessorem, quando presertim iungitur verbo bonis indissinuè, & sequent.

108 *Heres in re certa institutus pro legatario habetur.*

109 *Fallit quando alius non esset institutus heres vniuersalis, quia tali casu haberetur pro herede vniuersali.*

110 *Sed hæc limitatio sublimitatur vt non habeat locum in contractibus, vbi de ratione differentiæ inter contractus, & vltimas voluntates.*

111 *Vniuersalis successio qua dicatur, & qua particularis.*

112 *Verba, esto dominus, rector, & gubernator ad tui voluntatem quamdiu vixeris omnia bonorũ meorũ, quid importent.*

113 *Testatus, & non intestatus præsumitur quilibet quòd voluerit discedere.*

114 *Heres institutus quamdiu viueret, alio dato herede vniuersali, habetur pro vsufructuario.*

115 *Verba in manu tua pono omnia bona mea, an importent heredis institutionem.*

116 *Scriptores hodiernis temporibus parũ curant de veritate perfectè inuestiganda, sed de multis libris edẽdis.*

117 *Hereditamẽta per verbum heredito, sit heres, &c. à multis dicuntur inualida tanquã vniuersam successionem continentia.*

118 *Pactũ de succedẽdo super re particulari factum valet, vbi decis. Senatus Pedemon.*

119 *Pactum de succedendo sustinetur ex consuetudine. Hæc consuetudo videtur approbata in Cathalonia, ibidem.*

120 *Cathalonia diuersis legibus, stylis, & cõsuetudinibus regitur ab Aragonia.*

121 *Hereditamenta per verbum heredito, sit heres &c. facta existimat auctor admittenda per Senatum fore quòd importarent vniuersam successionem, si fieret aliqua in eis reseruatio ad testandum.*

122 *Opinio nostri Cancer. contraria, vbi attestatur de decisione nostri Senatus.*

123 *Donatio omnium bonorum futura non comprahẽdit etiam si fiat reseruatio.*

124 *Verbum, omnia bona, non est aptum ex se cõprahendere futura.*

125 *Inducta ad vnum finẽ non debent contrarium operari.*

126 *Verba heredito, dono hereditatẽ, &c. apta sunt comprehendere bona præsentia, & futura ex sui natura.*

127 *Hæreditamentum per verbum, præferãtur, factũ an simpliciter importet vocationem filiorum, an vero conditionalem, seu respectiuã ad aliud matrimonium.*

128 *Opinio nostri Senatus, vbi decisiones. Hæreditamentum, quòd filij pro filijs, &c. succedant quid importet, ibidem, & nu. sequent.*

129 *Opinio, quid importet potius conditionalem, & respectiuã ad aliud matrimonium vocationẽ, & nu. 137. vbi decis. nostri Senatus.*

130 *Carnem propriam nemo sic vnquam odio habuit, vt alienas soboles propriæ anteponat.*

131 *Electio, vel prælatio non datur vbi non est distinctio personarum.*

132 *Comparatiuum semper præsupponit suum positiuum.*

133 *Melioranda facultas non potest exerceri quando vnicus tantum adest filius.*

134 *Parladorij contrarium sentientis opinio reprobatur.*

135 *Plus debito se pesens vt totum indebitum petat non subiacet panis statuti de plus debito petentibus, vbi decis. Senatus Mantuæ.*

136 *Hæreditamentum quod filij pro filijs &c. aliquando declaratur à parentibus vt censeatur voluisse præferre disponentes filias masculos vnius matrimonij filijs alterius, & sic de fœminis, & aliquando quod tantum respectu eiusdẽ matrimonij si adsint filij, & filiæ, & nu. 128. suprà.*

137 *Verba, filij pro filijs &c. si apponuntur post perfectã orationem donationis simpliciter in fauorem filiorum primi matrimonij facte non qualificant donationem.*

138 *Hereditamentum vbi concipitur conditionaliter verbis apertis conditionale declaratur, vbi decis. nostri Senatus in causa statuum de Cardona.*

139 *Eligere posse patrem videtur vnum ex filijs primi matrimonij, quando respectiuè ad filios alterius matrimonij vocati sunt.*

140 *Hereditamenta per verba, sint nostri hæredes post mortem, an teneat, nec ne.*

141 *Cancerij in hoc opinio distinguens inter pactum, quod futuram successionem contineat, & illud, quod solam personalem obligationem, quę ab herede effectum habere incipiat, vbi decis. nostri Senatus.*

142 *Auctoris opinio, quæ est quòd validitas horum hereditamenterum non pendeat ex consideratione, incipiant, vel non ab heredibus.*

143 *Tit. vt actio. ab hered. & cõtra hered. interpretatio.*

144 *Testabilis non dicitur qui cum effectu nõ potest testari, id est non habet quo inuites heredem ad adeundum cum aliquo commodo.*

145 *Trebellianica non detrahitur ex contractu, nec falcidia.*

GLOS. IX. PARS IIII.

De varijs hæreditamentorum formulis, quæ in capitulis matrimonialibus à parentibus filijs nascituris fieri solent, & illarum validitate.

DIximvs Hucvsque de hereditamentis, quæ à parentibus filijs suis, & quandoque etiam nepotibus, cũ illos matrimonio iungunt, fiunt, superest nunc vt de alijs hereditamentis

tamẽris, quæ per ipſos parẽtes qui matrimonia cõtrahunt (in quibus maior communiter ſolet eſſe dubitatio, & circa quæ infinitæ propè lites in noſtra Cathalonia paucis ab hinc annis ſũt ſuſcitatæ, quotidieq. ſuſcitantur) filijs naſcituris fiunt, pro oportunitate materiæ hęreditamentorum inceptæ, pauliſper agamus, nõ expectãtes propriam clauſulam horum hęreditamentorum, quæ continget explicanda in ſecundo huius operis tomo, quia non ſumus certi num nam dignabitur Deus eouſque nobis vitæ artus dilatare, vt poſſimus tomum illum, ſicut hunc, perficere, & valdè doluiſſemus quòd ſine materia hæreditamẽtorũ, propter quam præcipuè laborem ſuſcepimus, opus hoc in lucem prodiret: ſi ad ſecundũ tomum peruenerimus non deerunt alia, quæ in materia dicamus, incipiamus igitur.

1 Solebant † antiquitùs (pluſquã hodiè, quia nunc pauci ſunt, qui hæreditamenta filijs faciant, de quibus inferiùs ſumus dicturi, experti quantum confuſionis, & litigij ea pariant) omnia ferè inſtrumenta nuptialia, cum hæreditamentis filijs naſcituris per ſponſos factis, apparere, vel quòd ita pactatum eſſet per contrahẽtes, vel etiam quòd ex ſtylo tabellionũ, qui ſub colore illius ſolent perſæpè plus ſcribere, quã ſit dictum, ea in inſtrumento apponerentur. Et licèt hæc hæreditamenta à tempore immemoriali ſint ſolita, & conſueta in huiuſmodi nuptialibus inſtrumentis fieri, per multum tamen temporis ea ita dormierunt, vt paruus, aut nullus eſſet in palatijs illorum antiquitùs rumor, nullus ex filijs eorũ vigore vocationem neceſſariam prętendebat, ſed voluntati, & diſpoſitioni parentum, quæ poſtea in teſtamento fiebat, acquieſcebant omnes: aurea erat illa ętas, & verè aurea, quæ ſumma gaudens tranquillitate, & quiete, hac litigiorum, quæ hęc hæreditamentorum materia capit, quæq. ſupremum hunc Senatum, & quæcunque alia pręſentis Principatus tribunalia occupata, ne dicam cõturbata, tenet, ac denique plurium diſcẽtionũ, & conturbationum parentum cum filijs, fratrũ cũ fratribus, & aliàs ſunt in cauſa, multitudine carebat. Verũtamẽ poſtquã ſuſcitata ſunt iſta hęreditamẽta, & poſtquã cæpit benè aliquibus in palatijs eſſe cum eis, tot lites, & iurgia circa ea mota ſunt, vt vix alia reperiãtur nec in Senatu, nec in alijs tribunalibus: omnia hęc occupant, omnes ſe illis iuuare volunt, ſępiſſimè, proh dolor, iuſtiſſimos fraudandi parentum creditores gratia, qui perſæpè pro ipſis alendis, & fame, & carcere liberandis pecunias parentibus mutuo dederunt, & alijs eorũ neceſſitatibus, proptijs † pecunijs occurrerunt.

2 Hanc hęreditamentorum † materiam valdè anxium, & dubium audio olim tenuiſſe Senatum, quomodo ſcilicèt declararet in ea, an hæreditamenta valida iudicaret, an inualida: ita enim ea ſunt ſolita concipi, vt tantę dubietatis, ac anxietatis cauſam tribuiſſe poſſint, & debeat faciliter, nec immerito, quilibet, vel mediocris intellectus, credere, & ſibi perſuadere: fiebant enim, & fiunt communiter his verbis, *Item eſt pactatum quòd filij, vel filiæ ex hoc matrimonio procreandi habeant eſſe, & ſint hæredes noſtri, & bonorũ noſtrorum, & cuiuſlibet noſtrum &c.* vel *hereditant, ſeu hæreditabunt plios &c.* vel alijs ſimilibus, de quibus inferiùs per diſcurſum dicemus: extãte hac conceptione verborum, quis, quæſo, de illorum intelligentia non dubitabit? quis † vnquam vidit hæreditatem pacto donari poſſe, vel in contractu hæredem inſtitui? & ſucceſſionem promiti? contra l. hæreditas cum ſimil, C. de pact. conuen. certi enim modi ſunt defferendæ hæreditatis l. 1. cum duab. ſeq. ff. de petitio. hæred. inter quos non eſt is modus, vt pacto dari poſſit, pulchrè Oſa ſ. deciſ. Pedemon. 100. n. 17. & num. 24. poſt Bar. egregiè in propoſito loquentem in l. fin. num. 11. 12. & 13. C. de pac. quamẽ de re plura in inferioribus in glo. ad clauſulam de vniuerſali omnium bonorum donatione: meritò igitur potuit quilibet, etiamſi ingenioſus, de validitate dicti pacti dubitare.

3

4 Senatus † tamen noſter amplexata ea verbi, *hæreditare* ſeu *hæredem facere* in Cathalonia receptiſsima acceptatione, & vſurpatione, vt donare ſignificet, ad tradita per Socar. in c. ſi vaſſallus num. 5. & 6. in commemo. Pet. Albert. per Cel. Hugo. conſ. 58. per tot. & 60. numer. 11. & Canc. lib. 1. var. c. 8. de dona. num. 87. & per nos ſuprà cla. 4. glo. 6. ibi, *faciunt donationẽ, & hæreditamẽtum &c.* interpretatus eſt fauore matrimonij, & vt actus potiùs valeat, quàm pereat, accedente maximè iuramento hæreditantium, & ſtipulatione notarij, quòd huiuſmodi donatio cenſeatur facta de bonis præſentibus, quæ illius tempore haberent donatores, niſi aliud dictum, vel comprehenſum eſſet, & ita valeat, & ſuſtineatur, vt mille poſſem exemplaribus hoc loci comprobare, non nulla tantùm referam, quibus rem hanc relinquamus certam, & indubitatã: † *declarauit* itaque ſic Senatus die 8. Ian. 1591. referente egregio olim noſtri Senatus Senatore Antho. Oliba in cauſa Yolãtis, & Rapha. Gatillepa contra Iacobũ Puigdaſens, ſcriba Guardia, in facto hæreditamenti hoc modo cõcepti. *Itẽ fuit concordatũ quòd caſu quo parentes domicellæ, quæ nuptui tradebatur, deſcederẽt ſine liberis maſculis, promittunt tali caſu hæreditare dictam filiã ſuam:* Idem item poſteà *declarauit* Senatus ad relationem egregij primò Senatoris, nunc Regentis Regiã Cancellariam Michaëlis de Salba, & de Valleſica die 6. Octo. 1597. in cauſa

Ioan-

Ioannis Maſgarau contra Gabrielem Vilardell in facto huiuſmodi hæreditamenti: *Et iurat, & promittit quòd hæreditabit filium, aut filiam, qui vel quæ ex præſenti matrimonio procedent, & ita iurat:* licèt ego in hoc caſu viderim cõcluſionẽ in archiuo regio, in qua legi votũ vnius ex doctoribus eius aulæ, qui vouit donationem inualidã vt pote ꝺ vniuerſali hæreditate, & bonis donãtis, quę tempore mortis haberet, factam, & ſic vti comprehendentem donationem omnium bonorum à iure reprobatam. Sed eius opinio non fuit ſequuta nec tunc, nec poſteà vnquàm, ſed ſemper pro validitate hæreditamenti tamquàm de bonis præſentibus facti, prout & vidimus ſuprà, & videbimus infrà. Idem refferente egregio Senatore Hieronymo Aſtor 21. Feb. † 1603. *declaratum* extitit in cauſa Mõtſerrati Croanyes contra Michaëlem Domenec villę campitorundi in hoc hęreditamento: *quòd filij huius matrimonij maſculus pro maſculo, aut fœmina pro fœmina habeant eſſe, & de facto ſint ſui heredes,* ſcriba Carmona. Idem, refferente eodem, fuit † *declaratum* 27. Octob. 1601. in cauſa patris Anthonij Prats ſocietatis Ieſu contra Ioannẽ Pou villæ Figueriarum in hoc hæreditamento. *Item quòd infantes ex hoc noſtro matrimonio procreandi ſint, & eſſe habeãt heredes noſtri, & filijs alterius matrimonij præferãtur, ſcilicet maſculi maſculis, & fœmina fœminis, electione ex ipſis nob. reſeruata, prout nunc pro tunc eo fauore huius noſtri matrimonij hæreditamus,* ſcriba Hieronymo Boſch, nonnullas ex his, cum alijs, deciſionibus reffert nob. Ludoui. à Pegue. deciſ. 170.

5 Notanter † fuit appoſitũ in dictis declarationibus (vt actus potiùs valeat, quàm pereat) quę eſt præſumptio approbata per I.C. in l. quoties 2. de reb. dub. & l. quoties de verb. obliga. l. 3. de teſtam. mili. c. Abbate ſanè, vbi glo. de verb. ſig. & cæteris firmior dicitur à Dec. in. l. poſquam Iuli, num. 23. de pac. & in alijs locis per Meno. loco inferiùs refferẽdo, notatis, ac vincere reliquas omnes præſumptiones, à Rip. in l. centurio num. 166. de vulg. & Surd. deciſ. 233. nu. 16. de qua ſi plura egregia dicta, ad multas cauſas conferentia, videre volueris, recurre ad Meno. de præſump. lib. 3. præſump. 29. n. 45. & plenius lib. 6. præſump. 4. per. tot.

Ex hac præſumptione conſequitur & alia in eiſdẽ declarationib⁹ expreſſa, quòd ſcilicèt cenſeantur, ac præſumantur donatores donationẽ feciſſe de bonis præſentibus, quæ ſcilicèt haberent tempore contractus: cum enim non poſſit donatio aliter valere, quàm ſi id præſumatur, cum reprobata ſit quæ in vniuerſum ſit de omnibus bonis donatio, & præſumptio ſumenda ſit pro validitate actus, indè fit à primo ad vltimũ quòd de neceſsitate ita erat interpretandum, vt ſcilicèt huiuſmodi hæreditamenta, & donationes cenſerentur facta de bonis præſentibus, nõ de futuris, quę † præſumptio vires capit ex tex. in l. ſi ita legarum, de auro, & argen. lega. quo loci præſens tempus ſemper intelligendum fore, niſi aliud comprehenſum ſit, docet egregiè I.C. cuius formalia, in hoc, verba ſolent communiter in his noſtris, quæ pro validitate hæreditamentorum fiunt, declarationib⁹, interponi, de cuius tex. interpretatione, déque præſumptione, quæ ex eo cõprobatur ſi plura ſcire volueris, legas, vltra annotatos ad eam, in 6. vol. quod de remiſſionibus ad leges digectorum, & Codicis compactum eſt, Dida. in lib. prac. quæſtio. c. 2. num. 5. Meno. de præſump. li. 4. præſumptione 127. num. 34. idẽ Meno. conſ. 106. num. 174. vol. 2. & ſi plures ad idem penè infinitos habere cupias, lege Caſtillo Sotomaior de vſufructu lib. 1. c. 44. per tot. conducunt quæ infrà dicemus circa donationem omnium bonorum, conducit finalitèr ad hæc quod noſter Cancer. probat lib. 1. var. c. 8. de dona. num. 89. & 90. ex Dec. in l. fin. ad fin. C. de pactis, & 7 alijs, donationem † hæreditatis valere, quia cẽſentur per eam tantùm donata bona præſentia vt actus valeat, & valere pactum quòd donatarius teneatur facere filios naſcituros hæredes in rebus donatis, quia intelligitur quòd teneatur poſt mortem reſtituere bona donata filijs ſuis, exponendo verbum, *hæredes*, dominos, & 8 ſucceſſores particulares (quos † Antho. Faber in ſuo Codice lib. 5. tit. 9. de pact. conuen. diffi. 1. num. 4. hæredes contractuales communiter appellari dicit) ad quod Craue. allegat cõſ. 139. n. 6. Ceuall. com. contra com. quæſt. 140. nu. 2. vltra hic allegatos viden. Guiller. Benedic. in c. Raynun. verbo, duas habens filias, nume. 205. Vtil. ad Afflic. deciſ. 338. num. 3. & Hieronym. Gab. in conſ. 137. num. 24. & 25. vol. 1. elegans glo. in l. quæſitum §. penul. de lega. 1. cui, ſicut Bononienſi Carolio innituntur omnes, qui hanc opinionem deffendunt, vt in infectioribus dicetur.

9 Dicitur † etiam in eiſdem declarationibus (maximè accedente iuramento) quia licet illud neceſſarium nõ ſit, vt ex ſuprà dictis patet, multùm tamen iuuat validitatem huiuſcemodi donatiõnis, & hæreditamenti, quia ipſum, iuxta plurium ſententiam, quos commemorauimus infrà in glo. donationis omnium bonorum, facit donationem vniuerſalem de bonis præſentibus, & futuris factam ſuſtineri eo modo, quo poteſt, ſcilicèt in præſentibus, quia vim habet clauſulę, omni meliori modo &c. verùm quia pluribus hac de re agimus in illega. glo. donationis vniuerſalis, ideò, ne bis idem repetamus, conſultò illud hic prætermittimus.

10 Dicitur † etiã in dictis declarationibus (& notarij ſtipulatione) quia licèt ipſa neceſſaria non

ſit

sit vbi adest iuramentum, cum per ipsum ius quæratur absenti,& ignoranti saltem de æquitate canonica, qua vtimur in hoc principatu, habeatque ipsum eãdem vim,posítque, ac operetur idem,quod notarij stipulatio,vt abundè satis in superioribus in prin. clau.4. docuimus,& ideò parùm prosit quòd talis stipulatio interueniat in donatione ad illius validitatem, vel non,ad vberiorem tamen cautelam, quæ nocere non solet,non est extra rem eius mentionem in his declarationibus facere.

11 Dicitur † etiam in eisdem declarationibus, (fauore matrimonij)quia is plura de iure operatur specialia, signanter circa validitatem huiusmodi donationum,quę quia passim à nobis in discursu operis referentur, pro oportunitate materię,ideò ea hic consultò duximus omitenda.

12 Et finaliter † dicitur in dictis declarationib⁹ (nisi aliter dictum,vel comprehensum sit)vt intelligatur Senatum non approbaturum donationes,quæ etiam in fauorem matrimonij fierent,si eæ ex se ipsis,& iuxta cõceptionem verborum,sonarẽt donationem vniuersalem omnium bonorum præsentium, & futurorũ,quia cum in verbis non est ambiguitas, non est facienda voluntatis quæstio,vt aliàs dicebat I.C. in l.ille,aut ille,de lega.3. donatio autem vniuersalis omnium bonorum,etiam si fauore matrimonij fiat,si non fit reseruatio ad testandum de iure non valet,nec tenet:non enim est tantum fauori matrimonij tribuendũ,vt existimemus ipsum sufficientem fore ad validandam de iure reprobatam donationem omnium bonorum præsentium,& futurorum,Craue. con. 256.num.1.Petra de fideicom. quæstione 4. in additione post num.8.pag.24. col. 3. in 4. casu ver. veruntamen, Fachine. controuer. Iur.lib. 5.c.87.per tot. post Tiraquel. de iur. primoge. quæstione 6. benè Meno.cons.92.num.15.vol. 1.& Martin.Monter in repetitione l. pactum
13 quod dotali num.22.C.de pac.ratio † est secundum eundem Meno.& Mon.quia potior est liberi arbitrij fauor,quod tollitur per huiusmodi vniuersales donationes, quàm matrimonij, cui rationi & illam idem Monter postea addit desumptam ex traditis per Bal.in l.lege 12. tab. post num.1.in vers.ex testamento C.de legit.hę
14 red.volentem † facultatem,& libertatem illã, quę defunctorum vltimæ voluntati debetur, magis,quàm liberorum successionem, ad ius naturale accedere,ad quod dicit spectare multa,quæ conijcit in vnũ Tiraquel.in l. si vnquã, verbo,libertis num.52.C.de reuo.dona.& tan-
15 dem † docet idem procedere etiam si vir sub spe talis pacti donationis bonorum ad contrahendum matrimonium dolo inductus, vel etiam vxor inducta foret, licèt tali casu velit Dec.in d.l.pactum quod dotali num.7. eũ qui modo prædicto deceptus fuisset, posse contra alium ad interesse agere:ad quod tamen vide Monter,& speculare eius dicta vbi suprà: nos enim nolumus eius scripta transcribere.

16 Scimus † contrariũ tenere simpliciter Guido.Pap.decis.267.& 505.& alios complures, quos longa serie refert Meno.in cons.1. nume. 161.& 163.& cons.91.num.53. vol.1. vbi singulari labore enumerat ducẽtos doctores, qui de consuetudine diuersarũ prouinciarũ eiusmodi donationes,& pacta succedendi,fauore matrimonij facta,approbante,attestantur,& signanter in Gallia,Italia,& Regno Aragonũ, in quo † aliquando ita *obseruatum* fuisse dicit in eius † Rege, & postea idem dicit *obseruatum* in multis Germaniæ Principibus,Micha. Caas. de successionibus §.successio ab intestato q.9. num.4. cum sequent.quibus addendus est Antho.Fab. in suo Codice.lib.5.de pac.conuent. tit. 9.defin.6.vbi dicit *decisum* in Senatu Sabusia.pro validitate huiusmodi pactorum, addendus item est Berengar.Fernan.in prælud.ad c.1. de filijs nat.ex matri.ad morgana.contrac. 6. c. per tot. vbi huiusmodi pactorum validitatem fauore matrimonij defendit ex consuetudine.

17 Scimus † alios distinctione vsos,qua videntur has pugnantes opiniones inter se se conciliare:Boer.enim dec. 353.num.10.quem sequitua Moli. de primog.Hispa.lib.2.cap.10.nume. 17.& 18.& refert Gutier.de iura.confir. prima par.c.11.num. 9. distinguit inter donationem, quæ fit fauore matrimonij contrahendi, & inter aliam, quæ fieret fauore matrimonij iam contracti,vt prima valeat,secunda non.

Ludoui.tamen Molina.societatis Iesu de iusti.& iu.disputa.280.num.12.hanc distinctionẽ veram existimat in primo casu quoties donatio fieret ob causam certi matrimonij cum certa muliere contrahendi, secus verò si genericè causa matrimonij, atque ita dicit posse consiliari quæ tradit alter Moli.de primoge. vbi suprà allegatus est,cum his,quæ tradit Gutier. de Iur. confir.vbi etiam suprà est adductus,inter quos tamen (vt id obiter aduertamus) vix est quòd possit aliqua cõtrarietas,vel,in materia, quam ibi tradunt,differentia constitui, imò Gutier. in suæ opinionis corroborationem Molinam aduocat.

18 Verumtamen † non propterea à nostra opinione recedendum putamus, negante tantum esse fauori matrimonij tribuendum vt propter ipsum validetur reprobata de iure donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum:Iuribus, quæ allegantur in contrariæ opinionis fauorem, respondet Fachine. vbi suprà, nos † ad cõsuetudinem similes donationes,& pacta approbantem,in qua maior pars doctorum se

fundat,

fundat, dicimus eam non vigere in nostra Cathalonia, nisi, vti suprà dictum extitit, quando obscurè fit donatio, & pactum per verba apta recipere interpretationem donationis bonorum presentiù tantùm, non quando clarè vniuersaliter comprehenderet præsentia, & futura: tria ad id comprobandum exemplaria de-
†† sumpta ex *declarationibus* in nostro Senatu factis refert nob. Ludoui. à Pegue. decis. 170. quæ ego parata habebam vt hic infererem, nisi ipse nos in illis referendis anteuertisset: quia tamè non refert quibus verbis donationes, & hereditamenta, quæ vt vniuersalia fuerunt nulla, & inualida declarata, essent concepta, quod omnino necesse fore arbitror vt materia probè noscatur, possintque ad casum occurrètem applicari, & seu in consequètiam trahi, propterea
19 † quòd huiusmodi hereditamenta tota sint in pactorum conditionibus l. fi. C. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. doctores in c. quamuis pactum de pac. in 6. & in c. 1. de fil. nat. ex matrimo. ad morgana. contrac. in vsib. feud. ideò nos hic operæ prętium duximus exprimendum quibus verbis ea hæreditamenta fuissent concepta: primum igitur, de quo in declaratione facta referente olim egregio nostri Senat⁹ Senatore Celidonio Valencas 17. Iunij 1594. in causa Petri, & Elisabetis Matheu, cõtra Maginum, & Angelam Franquesa, erat his verbis conceptum, *sien hereus vniuersals dels bens llurs* hoc est *sint haredes vniuersales bonorum suorum*: huic simile pactum ex eisdè rationibus fuit aliquãdo in Capel. Tho-
† losa. *declaratum* inualidum, vt refert qui decisiones Capel. Tholosa. compilauit decis. 453. Illud verò, de quo in declaratione facta referè te egregio etiam olim nostri Senatus Senatore Guillermo Sunyer die 8. Iunij 1588. in causa Ioãnis Poch, contra Hieronymum Moragues, hoc modo, *sien hereus vniuersals*, hoc est *sint haredes vniuersales*, scriba harum duarum declarationũ fuit Iacobus Bas: Tertium verò, & vltimum ex supradictis hæreditamentis, de quo in declaratione facta ad relationem egregij olim eiusdè Senatus Senatoris, nunc verò in supremo Regni Arago. consilio Regentis Monterrati Guardiola 21. Ianuarij 1592. in causa Petri Molins, cõtra Stephanũ Fonollet, erat sub his verbis factũ, *hereta fills, o filles &c. de tots sos bens haguts y per hauer*, hoc est *hereditat filios, aut filias de omnibus bonis suis habitis, & habendis.*

Hęc quę dicta hucusque sunt de plano proculdubio procedunt, & parum in eis versatur difficultatis, ea autè maxima iudicatur esse in dicernendo, iuxta varias, ac propè infinitas huiusmodi hæreditamentorum formulas, quibus concipi solent, quodnam validum, vel inualidum sit, & debeat iudicari, & quod nõ.

Hæc autè dubitatio, & perplexitas ex duplici præsertim capite causari potest, vel ex eo quòd difficile cognitu sit quando hęreditamentum vniuersaliter de omnibus bonis presentibus, & futuris dicatur factum, & sic quando validum de iure, vel inualidum sit dicendum, vel etiam quia licèt verba hæreditamentum, & donationem primo aspectu sonare videantur, quandoq. tamen hęreditamẽta, & donationes de presenti non sunt, nec particularis, & perfectę donationis vim habent, seu necessariæ prelationis, & dispositiuæ vocationis, sed quędam promissio prælationis in hæreditando in fauorem filiorum primi matrimonij in casu, qui succedere potest, existẽtiæ aliorum filiorum alterius matrimonij, vel aliàs facta, vel etiam quædam prelatio promissa, & reseruatio successionis ab intestato, vel alterius dispositionis in vita, vel in morte in fauorem filiorum per contrahentes facta, quod quàm difficile sit intellectu, ex infrà dicendis apparebit, quæ si à nobis, vt optamus, contigerit exactè pertractari, & explicari indè speramus futurum, quòd materia hæc, alioqui difficilis, & valdè implicata, perfectè declarata remaneat, ac ita vt casus occurrentes, iuxta in his tradita, facili negotio decidi valeant. Quod vt præstarem operæ prætium duxi omnes ferè modos, ac formulas hìc adducere, quibus communiter huiusmidi hęreditamenta, & donationes concipi solent vt ex cuiusq. ex ipsis particulari examine, & discutione, materia hæc alias valdè dubia, & intricata perfectè (nec arbitror aliter veritatem cũ certitudine elici posse) percipiatur, claraq. fiat.

Id autem † ab illa Illustri, ac ancipiti dubi-
20 tatione exordiamur, nunquid promissio hæreditandi, per quam persæpè solent fieri nostra hęreditamenta, verè dici debeat de tempore præsenti hæreditamẽtũ, ac si per verba de præsenti hæreditamẽtum ipsum conceptum foret:
21 dubitationem mouet † quòd aliud sit facere, aliud promittere in faciendo l. in bonæ fidei. §. sanè, & ibi glo. & doctores, de eo quod certo loco, l. quod si nolit §. in factũ, vers. illud planè, de ædili. edic. l. non omnis ff. de re iudi. cum simil. & ideò Tiraquel. de retrac. conuen. in fin. num. 41. cum multis sequent. quem sequitur Petra de fideicom. quæst. 8. à num. 161. & Meno. cons. 92. à num. 1. cum sequent. vol. 1. plures casus referunt, in quibus promittere non
22 sit facere, veluti † in promissione de vendendo quòd non sit venditio, de qua, vltra, eos, vide-
†† ndę pulchræ *decisiones* Thesau. 233. & Viui. 329.
23 lib. 1. de † locando quòd non sit locatio: de ratificando quod non sit ratificatio: de fide-
† iubendo quòd non sit fideiussio, qua de re pulchra est in terminis *decisio* Senatus Sebusia. rela. per Antho. Fab. in suo Codice lib. 8. tit.

† *l.*tit.17. de fideiuſſ. diffini. *36.* & *Veneta* relata
24 per Thomam Triuiſa.deciſ.ciui. 69. lib. 1. de †
mutuando quòd non ſit mutuum: de cedendo
quòd non ſit ceſſio : de faciendo contractum
quòd non ſit contractus: de renouando quòd
non ſit renouatio:de abſoluendo quòd non ſit
obſolutio:de accipiendo vxorem quòd non ſit
accipere:de infeudando quòd non ſit infeuda-
tio:de dotando quòd non ſit dotatio: de inſti-
tuendo heredem quod non ſit inſtituere: de
reſtituendo quòd non ſit reſtituere:de alienan
do quòd non ſit alienatio:de aſſignando quòd
non ſit aſſignare: de dãdo in ſolutum quòd nõ
ſit dare:de ſe obligando quòd non ſit obligatio
ſecundum vnam opinionem, licèt ſecundum
alteram,contrarium ſit dicendum:de tranſigen
do quòd non ſit tranſactio : de ſubijciendo
quòd non ſit ſubijcere: de permutando quòd
non ſit permutatio:& denique in promiſſione
de conſtituendo antifatum, ſecundum vnam
opinionem per Pet.vbi ſupra relatam nu. 183.
25 licèt † de promiſſione de cõſtituendo dotem
contrarium, ſcilicèt quòd ſit conſtitutio, dicit
† Afflic.*diffinitum* in Senatu Neapoli.deciſ. 61.n.
1.vbi pulchrè Vrſil.in addi.Adde idẽ ð promiſ-
ſione de renuntiando quòd non ſit renuntia-
tio,Boer.deciſ.3.per tot.circa quæ ego ad viden
dum quomodo hæ promiſſiones intelligantur
quid ve de eis faciendum eſſet quando fierent,
paululùm inſtitiſſem, niſi videre nonnihil de-
uiate id à noſtro inſtituto: ſatis enim feciſſe nos
arbitrabimur ſi de noſtra de donando promiſ
ſione aliquid dixerimus , quod ſine dedecore
in manibus doctorum hominum verſari poſ-
ſit,reliqua petantur à doctoribus ſuprà relatis,
& ab his,quos inferiùs refferemus.

26 In † hac igitur promiſſione de donando
ſunt qui tenuerint idem iudicandũ fore de ea,
quod de alijs promiſſionibus,quòd ſcilicet di-
uerſum quid ſit ab ipſa donatione propriè lo-
quendo,inter quos refertur notiſſimæ auctori
tatis vir Bar.in l.dedi,quæ finalis eſt, num.8.de
condic. cauſ.dat.Tiraquel.& Bero.in locis alle
gat.per Pet.d.q.8.num. 164. alios reffert And.
Angulo *in* commen.ad leges reg. meliora. l. 6.
glo.11.num.2. dicens forſan hanc opinionem
in puncto iuris fore veriorem ex eo quòd licèt
pactum nudum donationis efficax de iure ſit,
& actionem producat l.ſiquis argentum 5.fin.
C.de dona.id tamen locum non habet in pac-
to de donando,cum aliud ſit donatio,& aliud
pactum de donando,& lex loquens in vno nõ
debet extendi ad aliud, adde ad idem Barboſ.
in l.1.num.2.& 3.ff.ſolut. mat.in 3. parte,adde
Antho.Fab.*in* ſuo Codice lib.8.tit.27. de fide-
iuſ.diffi.36. adde & Parlador.rer.quotidi.lib.2.
27 c.3.nu. 8.& 9.dicentem †quòd licèt nouiſſimo
iure ex allega.l.ſiquis argentum,5.fin.C.de do-
na.nudo pacto donatio facta rata maneat, id
tamen intelligitur quando verba donationem
de præſenti ſonarent,non de futuro,veluti *dabo,donabo &c.*quia tunc non magis(inquit) do-
nationem ea verba efficerent,quàm venditio-
nem,aut mutuum promiſsiones de vendendo,
aut mutuando,ad quod plures allegat , qui idẽ
tenent,quibus addendus eſt Hipoly. Riminal.
in 5.1.à nu.145.inſti.de dona.vbi latiſſimè id co-
natur probare.

Hac forſan conſideratione motus noſter Se
nat° referẽte egregio quondã Senatore Antho.
Negrell in cauſa coniugum Parers,quæ ad eius
relationem ducebatur , & nunc egregij etiam
Senatoris Ioannis Gallego,ſcriba olim Mallol,
nunc Cortes inter Iacobũ Amat , & Bartholo-
meum Perer,& Martinum Ioannem de Malla
de Manlleu,his fuit vſus verbis,vt actorem ex-
cluderet à petitione , quam vigore cuiuſdam
prętenſi hereditamenti per ſimilia verba de fu-
turo prolata,faciebat , † *Ac etiam verba prædicta
conuentionis,& concordiæ,videlicet quòd hæreditare
teneantur,non præſentis,ſed futuri temporis exiſtant,
&c.* licèt ego non exiſtimem ob id principali-
ter motum fuiſſe Senatum ad declarationem
faciendam,ſed propter aliud,de quo in inferio
ribus dicemus.

28 Cæterùm † obtinuit inconcuſsè quòd imõ
ad vitãdum inutiles circuitus promiſſio de do-
nando donatio dicatur facta de præſenti,ac de
præſenti valeat vt talis, cuius ſentẽtiæ eſt Ac-
cur.in §.perficiuntur,verbo,manifeſtauerit,in-
ſtit. de dona. Bar. in l. iurisgentium nu. 2. ff. de
pact. Rippa egregiè in reſp.144. Afflic. deciſ.61.
in prin. Pinel.in l.2.par.2.c.3.n.30.C.de reſcin-
vendi.& ibi additio Ema.Soar. à Ribey. Dida.
in.c.quamuis pactum par.3.in initio num.3. An
gulo vbi ſuprà eſt allegatus num.1.Meno.conſ.
92.nu.27.vol.1.cum infinitis , quos ij allegant,
* vbi omnes hanc dicunt communem opinio-
nem,latiſſimè Rolan.à Val.in conſ. 69.vol. 3.
per tot.Andre.Fachin.controuer.iur.lib. 2.c.7.
& 8.& Caſtillo Sotomaior quotidia. contro-
uer.iur.lib.2.cap.3.per tot.

29 Hæc opinio † vires aſſumit ex notabili doc-
trina Ioann.Andre.in additione ad Specula.in
tit.de obliga.& ſolu.in prin.ſuper rub.col.1. do
centis promitentem ſe obligaturum ad decem
intra certam diem,adueniente die poſſe conue-
niri ſtatim, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet,
quia inutilis circuitus eſt vitandus, quam doc-
trinam latiſsimè,& ex profeſſo ab impugnatio-
nibus Decij, & aliorum defendunt Fachin. &
Caſtillo in locis ſuprà citatis,qui ad id ſunt om
ninò videndi , & ignanter vltimus , qui cum
diligentia retulit omnes ferè doctores,qui hac
de re tractarunt,quos ego ommitto ne actum
agere videar,adde Flamin.Chartar. deciſ. Gen.

29.per

29.per tot.vbi nu.9.rationem reddit, quia vbi cunque verba futuri temporis proferuntur à contrahente in actu, qui dependet à voluntate, seu consensu illius tantùm,illa verba resoluntur in tempus presens,dispositionemq. ac perfectionem actus inducunt.

30 Hanc † donationē (forsan nō sine ratione) †† vocat Pinel.vbi suprà in fin.quem ibi sequitur Soar.à Ribey.in additione, donationem, quæ incipit à traditione:licèt enim ea aliter de iure fieri possit,iuxta §.perficiuntur, insti de dona. & alia iura,nulla tamen propriùs, quàm hæc, à promissione dici potest incipere.

Nec obest quod anteà, secundum aliquos, dicebam*,dispositionem l.siquis argentū §.fin. C.de dona.non habere locum in pacto nudo de futuro concepto, veluti, *donabo, promitto donare, &c.* sed debet de presenti concipi,& per verba donationē de præsenti sonantia fieri, vt vim donationis perfectæ, vigore dictæ legis, dicatur habere: quia, præterquam quòd controuersa admodum est opinio prædicta,& multi non inferioris auctoritatis cōtrariū tenent,vt videbis si attentè legeris quos pro nostra opinione superiùs allegauimus, quòd scilicet dispositio d.l. siquis argentum §. fin. C. de dona.habeat locum nedum in pacto nudo donationis de presenti, sed etiam in pacto nudo donationis de futuro, vltra quos, quæso, legas Pet. Barbosa in l. 1. parte 3. à numer. 3. cum sequen.ff.solu.matrim.vbi consiliare conatur has inter se se dissidentes,& pugnantes opiniones,Iul.Clar.in §.donatio quæst.14.num.6.

* qui dicit communem, plures in idem reffert Ceual.practica.quæstio. commu. contra commu.lib.1.quæst.209.num.1. circa medium, & † num.2.& *sequitur* noster Senatus vt reffert Cācer.in tertia par.var.(post hæc scripta in lucem edita)c.7.de pac.num.124.vltra(inquam)supra dicta dicimus quòd malè videtur hoc loci adduci in contrarium quod dd.priori loco relati ad interpretationem d.l.siquis argentum in §. fin.docent,eam non habere locum quando pactum nudum concipitur per verba donationē de futuro sonantia, quia hęc nostra promissio non fit per pactum nudum,sed imò per stipu-

31 lationem,cum † fiat per verbum, *promitto*, in scriptura publica adiectum,quod ex se stipulationem importat ritè,& legitimè à parte factā, quamuis non dicatur,si talis sit actus, inquo præsens pars esse potuerit,vel etiam à notario quando talis sit actus, prouti nostræ donationes,quæ filijs nascituris fiunt,inquo pars præsens esse non potest, quamuis à notario scriptum non foret donatorem promisisse sibi stipulanti pro eis, quorum interesset: id enim vt præsumatur, efficit verbum *promitto*, in scriptura publica præsente notario adiectum: pro prima huius resolutionis parte, quòd scilicet in actibus, in quibus pars potuit esse præsens,vel etiam fuit,non tamen dicitur quicquam de stipulatione, verbum, *promitto*, faciat præsumi eam interuenisse, ac ex se illam importet,elegans est conclu. Ioseph. Mascar. 1336.per tot. elegans *decisio* Mathei de Afflic. 110.& alia Ioan.Pet.Surd.115.etiam per tot. & elegans doctrina Ioan. Gutier.de iura. confir. par.prima c.28.num.2.quę vires assumit ex tex. expræsso in §.si scriptum,insti.de mutil.stipula. vbi Imper.*si scriptum in instrumento fuerit promisisse aliquem, perindè habetur atq; si interrogatione precedente responsum sit*:pro secunda verò parte dictæ resolutionis,quæ respicit præsumptionē stipulationis notarij in actibus,qui in presentia partis fieri non solent,non est quòd alio argumento vtamur præter illud,quod ex supradictis sumi potest:si enim ex sola presentia partis, quæ sibi stipulari potuit,vel etiam ex sola habitudine ad interessendum actui,qui cum scriptura publica celebratur,verbum, *promitto*, in ea scriptū facit stipulationē præsumi ritè, & legitimè factam,quamuis nō dicatur, sic presentia notarij in actibus,qui non solent inter partes presentes fieri,si scriptum sit in instrumēto verbum, *promitto*, presumi faciet stipulationem ritè, & legittimè à notario factā, qui eam facere poterat, pro omnibus, quorum interesset, nec est aliqua inter hosce duos casus considerabilis differentiæ ratio:Et ne videamur id nos excogitasse ex nostro marte,quod de præsumptione stipulationis notarij mox diximus, propter quod fieret forsan apud quamplurimos valdè spernabile, meminisse oportet quòd ita expressissimis verbis *declarauit* noster Senatus die 2.Maij 1598.referente Saluatore Fontanet egregio tunc illius Senatore, nunc verò apud supremum Regni Aragonum Regente,in causa Ioannis Anglada contra Martinum Mollo, vidi conclusionem in archiuo regio inter conclusiones illius anni,vide plura alia, quę de hac materia suprà diximus eadē hac clau. 4. glo. 8. *præsenti & acceptanti* per tot. Vera est igitur, & verissima nostra opinio quòd promissio,vel pactum de donando donatio sit de præsenti, & donationem de præsenti importet ad vitandū circuitus,quod mille possumus exemplaribus comprobare in terminis nostrorum, in capitulis matrimonialibus factorum,hæreditamentorum, sufficiat tñ nunc aliqua tantū referre,Ita

†† *declarauit* Senatus de annis 1591.& 1597.ad relationem egregiorum Senatorum Anthonij Oliba,& Michaëlis de Salba,& de Vallesica,quorū suprà meminimus, & expræssissimis verbis,

† Idem etiam *declarauerat* 3.Feb. 1594. referente nobili Ioanne Sabater nunc Regente Regiam Cancellariam in supremo Aragonum in causa

pupillo-

pupillorum Dezcallars, contra Alemandum Tord ſumendo motiuum, quòd promiſsio de donando eſt donatio, vidi concluſionem in archiuo regio, quibus ſic filijs donatarijs fuit conceſſa reiuendicatio eorum, quæ poſt huiuſmodi promiſſiones fuiſſent à parentibus alienata, ac ſi ſimpliciter, ac per expreſſam donationé de præſenti extitiſſent ea donata, reffert eandem hanc vltimam, cum alia ſimili, declarationem noſtras Cancer. in allega. c. 7. de pac. nu. 124. in 3. par. var.

† 32 Quæ † autem ſit ratio differentiæ inter pactum, ſeu promiſſionem de vendendo, & ſimilia, quæ ſuprà diximus non importare contractum emptionis, nec alios reſpectiuè contractus, & pactum, ſeu promiſſionem de donando, quam donationem inducere reſoluimus, hoc opus, hic labor eſt, ſcrutetur id vnuſquiſq. prout meliùs potuerit, ego non teneor omnia ad extenſum perttractare: *infinitum* enim fieret opus, vt tamen lucem habeat, qua id perquirat, notet glo. in l. in vendentis verſ. ſed quid ſi dicã, & ibi Bal. n. 14. Salice. nu. 10. C. de contra. emp. Burſa. conſ. 100. nu. 10. iunctis his, quę tradit Theſau. deci. 133. n. 3. quaten° † habẽt quòd quando promiſsio quid certum, & determinatum habet nihil penitùs à facto diſtat: Item quòd quãdo promiſſio interponitur ſuper actu, in quo, præter conſenſum, & voluntatem cõtrahentium, nihil aliud requiratur, tunc ſola promiſſio actum ipſum, & contractũ perfectũ inducit, ſecus verò quando ea non ſufficiunt, ſed aliquod præterea factũ *extrinſecũ* requiritur, verbi gratia, in promiſsione de aſcendẽdo in arborem, quæ non poteſt eſſe idem, quòd ipſe aſcenſus: Et finaliter notanda ſunt quæ docet Blaſ. Florez in additione ad Gam. de cif. 15. vbi, vt has difficultates componeret, ac quando promiſſio contractum ipſum perfectum importet, vel nõ, declararet, dicit verã reſolutionem eſſe quòd quando contractus in ſubſtantia nihil aliud continet, quàm promiſſio, iudicatur promiſſio ex æquitate vt contractus, vt euitetur inutilis circuitus, qñ verò contractus addit ſuprà promiſſionẽ, vel *in modo*, vel in répote, aut alijs proprietatibus accidẽtalibus, vel ſubſtantialibus valdè differunt, & promiſſio non iudicatur vt contractus, licèt ex vi promiſſionis compellatur quis ad faciendum contractum, ad quod is auctor allegat Velaſ. de Auenda. in l. 2. tau. 2. parte à nu. 4. Azeued. & Matienz. in l. 6. tit. 6. lib. 5. recopila. Pela. de Mier. de maiora. & meliora. prima parte queſt. 66. per tot. & Mar. Antho. Eugen. Peruſ. conſ. 7. lib. 1. per tot. & à num. 13. & 14.

Ex his forſan, ſi benè ſpeculeris, compones omnia, quæ in hac materia intuolutè ſatis circa differentias inter promiſſionem de faciendo, & ipſum factum, à doctoribus tradũtur, & forſaſsis indè venies in cognitionem quare noſter Senatus die 21. Octob. 1606. in cauſa Michaëlis Biſbe notarij contra Mariánam Caſtany viduã ad relationem egregij Senatoris Iacobi Puigmija in terminis promiſsionis factæ per dictam Caſtany vxori dicti Biſbe, & filię ſuæ de faciẽdo ſibi donationem de certis rebus tempore † ſui matrimonij, non *condempnauit* præcisè dictam Caſtany ad traditionem rerum donatarum in vim promiſsionis quaſi ipſa contractus perfecti vim haberet, quemadmodum in alijs cauſis ſuprà relatis diximus obſeruaſſe Senatũ, ſed imò ad faciendam donationem in ſcriptis promiſſam, quia ſcilicèt promiſsio illa non erat nuda, & ſimplex, ſed imò factum aliquod extetius requirebat: erat enim promiſsio probata teſtibus de donatione facienda in ſcriptis altero peculiari inſtrumento extra capitula matrimonialia, quo caſu impoſſibile erat quòd promiſsio ipſa vim haberet perfectę donationis, cum id penderet ex vera, & reali donatione poſteà in ſcriptis facienda, pro qua deciſione eſt notabiliſſimum Menoch. *conſ.* 92. vol. 1. per tot. qui in caſu *ſimilis promiſsionis* egregiè reſpondit. Adde Cancer. in tertia parte var. reſolu. quæ multò poſt hæc ſcripta in lucem prodijt iu c. 7. de pac. num. 125. cum nonnullis præcedẽtibus.

34 Vndè † ego notabilem limitationem ad ſupradicta infero quòd quando adſunt verba in *promiſsione* de donando, quibus coniecturari poteſt non fuiſſe intentionis contrahentium de præſenti donationem facere, tunc promiſſio non idem ſit, quod donatio perfecta, nec illius vicem ſuſtineat, cuius rei multa habebis infrà in diſcurſu accommodata exempla eam multifariam enucleantia.

Idem, quod de pacto, & promiſsione de donando dictum fuit, dicendum etiam eſſe de pacto, & promiſsione de hæreditando quòd ſit de præſenti hæreditamentum tam certum eſt quàm quod certiſsimu in noſtra Cathalonia, in qua hæreditare ſumimus pro donare, & hęreditamentum pro donatione, vt docuimus in ſuperioribus, pulchrè noſter Thom. Mier. in Cur. Perpin. Reg. Pet. 5. c. 26. de his, quæ fiunt in fraudem contractuum nuptialium num. 17. † col. 6. pag. 142. atq. ita dicit fuiſſe *declaratum*,
† vndè eſt quòd aduertas, quã antiqua ſit hæc 35 opinio in Senatu, cum iam recepta fuiſſet tempore dicti Mieres, qui viuebat in anno 1435. quo tempore opus egregium, quod ab eo ſuper noſtris conſtitutionibus habemus, elaborabat, vt idem ipſe dicit in fine operis, vbi † dicit ad propoſitũ noſtrum quòd hæ promiſsiones fiunt, ac fieri ſolent per verba de futuro, quia fiunt antequam matrimoniũ cõtrahatur,

36

poſtquam

postquam autem illud contractum, & cum effectu sequutum est, resoluuntur ad tempus facti matrimonij, quia consensus contrahentium perficitur ex sequuto cum effectu matrimonio, cuius contemplatione fiunt huiusmodi promissiones, allegatq. ad id Bar. in l. si ita legatum ff. de auro, & argen. lega. & alicubi Bal. quatenùs volunt dispositiones omnes referendas esse ad tempus contractus, alios ego complures in ornatum dictæ l. si ita legatum, & eius materiæ superiùs allegaui in hac eadem glo. par. nu. 6. dum de confirmatione, & corroboratione motiuorum per nostrum Senatum in declarationibus hæreditamentorum apponi solitorum agerem.

37 Aliquando, † & secundo modo conficiuntur huiusmodi hæreditamenta per verbum præsentis temporis, scilicet *hereditamus*, quo casu, & præcedenti de pacto, & promissione de hęreditando loquent, (ad vtrunque enim quę dicentur applicari debent, postquam idem omninò important) dubitari solet de huiusmodi hæreditamentorum validitate, quod vt 39 explicemus, est quòd priùs certa abincertis separemus, & secernamus: aduertimus igitur quòd duppliciter hæc hæreditamenta fieri solent, primo dicendo, *hereditamus filios nostros*, absq. adiectione nec vniuersali, nec particulari, vel etiam indefinita bonorum, secundo verò modo cũ eorum adiectione, quæ dupliciter etiam solet fieri, aut vniuersim de omnibus bonis prędentibus, & futuris, aut indefinitè de bonis hæreditantium: quando per simplex verbũ, *hereditamus*, vel *promittimus hereditare*, absque adiectione bonorum est conceptum hæreditamentum, est dubitatio nostra, non quando cum adiectione siue vniuersali, siue indefinita, quoniam isto casu iam superiùs dictum extitit quid tenendum, quidque securè respondendum tam de iure, quàm iuxta obseruationem nostri Senatus, à qua non videtur iustum fore vt recedatur.

38 In hac † igitur dubitatione primò aduertimus nostrum Senatum æquiparasse hæreditamenta, quæ fiunt per verbum, *hereditc*, vel *promitto hereditare* absque aliqua adiectione bonorum cum illis, quæ cum adiectione indiffinita bonorum fieri solent, declarando vtraque valida, vti ex exemplaribus suprà relatis apparet: vtrùntamen an id tutum, & securum in iure sit, & iuxta illius regulas procedat, dubitationis esse non modicæ, ego existimo, quam vt omnibus patefaciam eisdem argumentis vtar, quibus Senatus mouetur ad valida de bonis præsentibus declaranda huiusmodi hæreditamenta. In primis igitur, si nobili Ludoui. à Peguera Senatori primario, & Decano credamus (credendum tamen est quia nemo melius, quàm ipse, qui per tot annos in Senatu versatus est, potuit eius nobis mentem aperire) reperiemus ipsum in decis. 170. docuisse ideò Senatum motum ad huiusmodi declarationes faciendas, quòd in nostra Cathalonia hæreditare significet donare, & idem sit vnum, quòd aliud, item quia hęreditare sit idem quòd donare hæreditatem: donatio autem hæreditatis valet, quia interpretatur facta de bonis præsentibus improprianndo sic verbum, *hereditas*, sicuti Bar. Bald. & Castren. illud improptiarunt in l. quæsitum §. penul. de legat. 1. nam in expositione vocabulorum debet attendi vsus, & consuetudo, & etiam (inquit) quòd de substantia ponatur vnum verbum pro alio non vitiat ex Inno. in c. petito, de procura. & Bal. in l. id quod paupetib⁹ C. de Epis. & cler. quod idé antea dixerat Ioan. de Socear. in c. si vassall⁹ nu. 6. in cõme. Pet. Alber. quem etiá isdé Peguera vbi suprà, allegat. Per hæc Senatus mouetur ad declaranda valida huiusmodi hæreditamenta, cæterùm † tantam, meo iudicio, tes hæc habet difficultatẽ vt, ni Senatus auctoritas intercederet, cuius summæ eruditioni, & doctrinæ cedendum est, facilè quilibet ex eisdem argumentis contrarium sibi de iure verius persuaderet: cõcedo enim libentet, imò libentissimè quòd hæreditare in Cathalonia sit donate, & sic quòd nostri hæreditamenti sensus erit, *hereditamus filios nostros*, ideſt *donamus filios nostros*, sed vndè, quęso, habemus hunc loquendi modum indiffinitum absque expressione rei, quę donatur sensum perfectum habere, vt intelligantur donata, sicut Senatus vult, bona tãtùm præsentia? Dices quòd hæreditare sit donare hęreditatem, donatio autẽ hæreditatis, vt actus valeat, intelligitur tantùm comprædendere bona præsentia, sed ego percontor quis nos hęc docuit quòd hæreditare sit donare hęreditatẽ? quo, quęso, iure id comprobatur? certè *nullo*, quamuis sedulò, & cũ diligẽtia totum *ius* peruoluas, saltem ego reperire *non* potui, qui magnam in hoc feci *diligentiã*: Et vbi hęc interpretatio admitteretur, quòd hæreditare foret donare hęreditatem, quæro ego quo iure probetur. verbum, *hereditas*, ita impropriari vt contra naturam bona tantùm præsentia significet? Dices ex l. quæsitum §. penul. de lega. 1. vbi glo. verbo, hæreditati, dicit hæreditatem sumi pro patrimonio, & pro bonis præsentibus, cuius præcipuè text. & glos. auctoritate mouentur qui dicunt donationem hæreditatis validam vtpotè bona tantùm præsentia comprædendentem, vt ex nobili Ludouiço à Peguera vbi suprà Can. lib. 1. var. capit. 8. de donatione num. fin. Andre. Fachine. controuer. iur. lib. 6. c. 94. in

prin.& alijs,quos ipſe abundè citat,nosq.ſuprà retulimus dum motiua noſtri Senatus in hac materia factarum declarationum iuribus confirmare, ac corroborare pro viribus conabamur,colligere licet.Verùm † ego adeò infirmũ ſemper arbitratus ſum huiuſmodi argumentum vt valdè miratus ſim, ac quotidie miror, quòd tot viri,qui ante nos,ſcripſerunt,aliàs ſapientiſsimi,ac de noſtra iuris prudentia meritiſsimi hucuſque non aduerterint nec ex illo tex.in d.l.quæſitum §.penul.nec etiam ex glo. in verbo, *hæreditati*, modo aliquo comprobari quod in eo tex. nomen hæreditatis pro bonis preſentibus ſumatur, quod vt ſecurè probem,aduerto lureconſultum ibi eam decidere ſibi propoſitam quæſtionem, cui ſcilicet acquireretur legatum ſeruo Titij factum poſt quam mihi ab ipſo Titio legatus fuiſſet in ſuo teſtamento ſi contingeret teſtatorem, qui ſeruo legatum fecit,priùs mori,quàm Titius, qui mihi eundem ſeruum legauerat, & reſpondet id legatum hæreditati acquiri,ideſt non ad me legatarium ſerui, ſed ad hæredem potiùs vniuerſalem dicti Titij ſpectare , quia de iure ea quę acquiruntur ſeruo viuo teſtatore non debentur legatario,quamuis debeantur quæ poſt illius mortem , & aditam hæreditatem eidem ſeruo acquiruntur: Videns autem Accur. Iure conſultum impropriè in eo caſu verbo, hęreditatis,vſum cum adhuc viueret teſtator, quia hæreditas non dicitur viuentis vulga.l. 1. ff. de hæred. vend.& l.1.ff.pro hęred.cum ſimil. ideò in ſcholio, *hæreditati* dixit hæreditatẽ ibi ſumi pro bonis,quę nunc ſunt ſpe futuræ hæreditatis, & ſic nomen deſtinatum poſt mortem imponitur ante mortem , vt & poſthumus dicitur poſt teſtamentum natus etiam in vita, & facit l.quod ſeruus ff.de lega. 2. hæc Accur. ex quibus verbis apparet luce meridiana clarius impropriationem (loquamur ſic) verbi hæreditatis in eo tex. nec ex interprætatione Accur. nec aliàs dici poſſe conſiſtere quòd pro bonis præſentibus,& non futuris ibi vſurpetur contra propriam naturam:contrarium enim eſt indubitatum,quia illa bona, quæ ibi ſub nomine hæreditatis veniunt,præſentia erant, & futura,cum eſſent in quibus teſtator iam ſibi hęredem inſtituerat:in inſtitutione enim hęredis omnia hæc venire,nemo vnquam fuit qui dubitaret, impropriatio igitur verbi hæreditatis in eo tex.in eo conſiſtit quòd bona teſtatoris ante eius mortem appellentur hæreditas, quæ propriè non dicitur viuentis, cuius vſurpationis vt rationem aliquam daret Accur. dixit id ideò eſſe quia bona illa deſtinata erant per teſtamentum vt eſſent hęreditas , poſt mortem ſcilicet teſtatoris,& ſic propter diſtinationem eo nomine iam incipiũt appellari, quo, veniẽte tempore mortis teſtatoris, verè donanda erunt,dequa † legis vſurpatione, quę fit propter deſtinationem,ſi plura ſcire volueris , vide Alex.Rauden.de analog.c.10.num.28. Hęc clariora ſunt quàm oporteat nos in eorum declaratione ampliùs immorari , ex quibus vides quàm malè dd.ex eo tex.& glo.deduxerint ibi nomen , *hereditas* , ſumi pro patrimonio , & ſic pro bonis preſentibus , ac per conſequens valere hæreditatis donationem.

Hanc † interprætationem quòd hęreditas ſumatur pro bonis preſentibus violentam dixit Ceuallos in lib. commu. contra cõ. quæſt. 140.num.2.circa fin. licèt non aduerterit non probari ex eo tex.qui pro ea communiter allegatur.

Dices cum Hero.Gab.in conſ.137. num. 20. & 21.vol.1.quòd ſi eo modo quo ſuprà dictum eſt non poteſt in propoſito argui de tex.& glo. in d.l.quæſitum,ſaltem nõ poterit negari quin hoc alio modo poſſit argumentum ſumi ex eo tex.ex quo ſimiliter habebitur intentum, ſicuti ſi modo per nos ſuperiùs reprobato deſumeretur:certum eſt enim (inquit Gab.) quòd in d. l.quæſitum,nomem *hęreditas* ſumitur pro bonis,ergo donatio hereditatis ſonabit donationem bonorum,hęc autem tanquam indiffinitè facta,& propterea tanquam ſola bona præſentia compræhendens,de iure cenſetur permiſsa, vt millies in hoc opere diximus,ergo à primo ad vltimum benè ex eo. tex. conſequitur quòd ſi non probatur quòd nomen,*hæreditas*,ſumatur pro bonis præſentibus , ſaltem pro batum remanebit per argumentum,quod ab eo deducitur quòd valebit donatio hæreditatis tanquam de bonis præſentibus facta. Huic † tamen dubitationi occurit Andreas Fachine.vir planè doctus in lib.controuer. Iur. 6. c. 94.vbi poſt præſtitum cenſenſum cum errore communi quòd in d. l. quæſitum ſumatur nomen,*hereditas*, præ patrimonio , & bonis præſentibus,dicit ſibi valdè infirmum videri fundamentum,quod indè deſumitur ; non enim, inquit,eſt bona conſequentia ſiquis ita ratiocinetur illud verbum aliquo in loco accipitur in hoc ſenſu,ergo & in hoc caſu in eodem ſenſu accipiendum eſt,additque quòd ſi interpretatio huiuſmodi iuſta foret, certè non diciſſet Imperator in l.hæreditas.C.de pac. non valere pactũ,quo datur hęreditas , ſed imò valere de bonis præſentibus.

Sic ego etiam reſpondeo ad Gabriel. ratiocinationem,& illius verbi , *hæreditas*, interprætationẽ,ꝙ nõ ſequitur,ibi ſumitur eo modo,ergo &in quacũq. diſpoſitione: quãto magisq; ego nõ nego quin verbũ *hereditas* in cõtractib⁹ ſumatur ꝓ bonis,imò dico nihil aliud eſſe poſſe, nec alio modo ſumi , cæterũ dico ea bona,

quæ

quæ per verbũ, *hæreditas*, significãtur præsentia esse, & futura iuxta verbi naturã ea omnia, nisi aliud dictum sit, planè comprehendentis etiã in terminis dictę l. quæsitum vt suprà dixi, non igitur erit bona ratiocinatio, hęreditas sumitur pro bonis, ergo pro præsentibus tantùm, cum verbum, *bonis*, indefinitum sola præsentia complectatur, nam hoc est quod negamus hæreditatẽ sumi pro bonis indiffinitè, sed pro his, quæ bona adhuc sunt, nec nomẽ hæreditatis meruerint, cum viuat adhuc eorum dominus, in quibus tamen nihilominus præsentia, & futura cõprehenduntur, vt latè diximus in superioribus.

44 Contraria igitur, † his omissis, posset forsan, nec absq; fundamento teneri opinio, quòd scilicet donatio hęreditatis tanquã complectens vniuersam successionem, & bona omnia tam præsentia, quàm futura de iure non valeat, nec facta de bonis præsentibus possit interpretari, cuius opinionis assertor est Bar. in l. fin. nu. 14. C. de pac. & Cagnol. ibidem nu. 276. Iul. Clar. in §. donatio, q. 19. nu. 6. qui eam appellat magis communem, plures alios in idem refert Ceual. vbi suprà allegatus est, ita etiam in expresso tenẽt Osas. in famigerata illa decis. 100. num. 25. quibus addendi sunt quos infrà retulimus in glo. donationis omnium bonorum prę sentium, & futurorum, vbi probauimus idem esse donare hæreditatẽ quòd omnia bona præ sentia, & futura, adde Gras. de succes. § . hęreditas, q. 1. num. 3.

45 Ecce † ergo quòd quamuis verbum, *hæreditare*, esset donare hæreditatem, adhuc dici non posset valere pactum, & conuentionẽ de hęreditando tanquam vniuersam successionẽ complectens. Nec existimo alicuius considerationis esse quod Cancerius asserit in allega. c. 8. de donatio. num. 87. Cel. Hugonem (qui hnius patriæ obseruantiarum peritissimus erat quippequi per multos annos in ea commoratus fuerat) tenuisse in cons. 58. per tot. hæc hęre ditamenta per verbum, *hæredito*, facta valere de bonis præsentibus : nam prętereà quòd imò ipse ex sua opinione contrarium concludit, & probare conatur, loquitur in casu, quo quis hę reditauit filios de omnibus bonis indiffinitè non adijciens bona præsentia, & futura, quo casu iam ego aliàs dixi cõcedere me omnibus quòd valeat hæreditamentũ de bonis præsenti bus, cum tunc hęreditare donare sit, donare autem bona omnia non est prohibitum, quia non veniunt futura.

46 Mea † igitur opinio in his est, posse multũ dubitari sit ne certum quod Senatus censet esse huiusmodi promissiones de hæreditando, vel hæreditamenta ipsa non de vniuersali hę reditate, sed imò de bonis prętentibus tãtùm, quia imò ex suprà addũctis videtur probari esse illa vniuersalis successionis, & seu iuris succe dendi quando sic siccè fiunt vt cum eis nulla iungantur, ex quibus coniectura sumi possit quòd intellexerint contrahentes non vniuersam successionem donare, sed bona quædam, putà præsentia vel alia, in quibus promissiones sustineantur, nec improbatę de iure dicantur, quod satis, meo iudicio, apertè nobis cõmonstrat ipsius verbi *hæreditare*, sonitus, quod in rigore nihil penitus differt à *facere hæredem*: dicimus enim nostro sermone *heretar*, quod vertitur latinè *hæredem facere*, & nos aliquando, licèt barbarè, cum non sit vox latina, quæ legatur apud aliquem approbatum auctorem vsurpata, & approbata, dicimus *hæreditare*, hac sola differentia inter hos loquendi modos constituta quòd hæreditare tribuamus actui, qui fit per contractum inter viuos, hęredem autem facere actui, qui fit testamento, quamuis iam nunc adeò inualuerit in nostra Cathalonia barbaries vt nedum verbo, *hęreditare*, in contractibus inter viuos, veluti in capitulis matrimonialibus, vtamur, sed & hæredem facere, seu instituere dicamur eos, in quos nostram exercemus liberalitatem, vt mox dicetur, cum ergo huiusmodi promissiones futuræ successionis de iure non valeãt, vt ad satietatem vsque tibi comprobant Osas. decis. 100. & Thelau. decis. 225. & potest nullo negotio colligi ex his, quę suprà docuimus, quæque in glo. donationis omnium bonorum adduximus, indè fit quòd quando contrahentes tales promissiones faciunt actum censeantur fecisse de iure improbatum. Nec offenditur doctrina Ioan. de Socar. in sæpè alleg. c. si vasallus num. 6. in commemorationibus Pet. Albert. in Cathalonia tam vulgò recepta, quàm per constitutiones approbata, vt habetur in constitutione Aforagitar fraus in tit. de promis. dot. in primo vol. consti. ibi *heretament, o, donatio &c.* quòd hæreditare in Cathalonia sit donare, & hæreditamentum donatio: nam concedo *id libentissimè*, nec aliud potest esse, cum sit actus liberalitatis exercitus per contractum inter viuos: cæterùm nego quòd propterea sequatur omne hęreditamentum validum, sicuti nec talis est omnis donatio: Hæc est mea sententia, dum alius meliorem nõ affert. Adiũgit his quę mox videbis à nobis tradita circa hereditamẽta per verbum, *sit hæres* facta, ex quibus mirificè quæ hic docuimus de inualiditate hæreditamentorum propterea quòd continere videantur vni uersalem donantis hæreditatem, & successionem, remanent comprobata.

47 Alio † modo solent, idq. admodum frequẽ ter, huiusmodi hæreditamenta fieri, dicendo *Item est pactatum &c. quòd filij ex hoc matrimonio*

procreandi sint, vel esse debeant heredes nostri. Circa quem hęreditandi modum tres reperiuntur contrariæ, & inter se se pugnantes sententiæ,
48 Prima † est negans hanc loquutionem habere vim particularis,& per se ciæ donationis de præsenti,seu necessariæ prælationis, & dispositiuæ vocationis filiorum,sed solam prælationē permissiuam,& reseruationem successionis ab intestato, vel alterius dispositionis in vita, vel in morte in fauorem filiorum per contrahentes reseruatæ importare, & denotare, cuius opinionis assertmus est defensor Ludoui. de Cassanate in cons.45. per tot. & signāter in his terminis,quando fit pactum inter contrahentes quòd filij nascituri sint eorum hæredes, explicat num.4. in fine, ad quod Pau. de Castro aduocat in cons.441.num.2.vol.1.nullus tamē ex ipsis ter.aliquem allegat,quo ea opinio cōprobetur.

49 Ea tamen † forsan non multùm deuiat à communi intelligentia, quā ab antiquissimo tempore hæc,& similia hæreditamenta,dempris paucis ab hinc annis,quibus contrarium solitum est in Senatu declarari,habuerunt: antiquitùs enim nullus eorum vigore vocationē prętendebat, omnes voluntatis paternæ declarationem in vita, vel in morte faciendam nihilominus expectabant,cui libentèr acquiescebant,de qua communi intelligentia memini me in quadam causa, quę in Senatu ducitur ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer inter Stephanum Toralles Studentem ex vna ;& coniuges Collferrers milites, Franciscum Pasqual I.D.Villæ Oloti,& alios,partibus ex altera,scriba Michaele Perez,articulasse, & eam pluribus peritissimis,& antiquissimis testibus omni exceptione maioribus probasse, fuxit Deus quòd benè succedat. Nec multum ab hac interpretatione,& intelligentia discrepat Cel.Hugo.qui in hac patria diu causas ducendo versatus fuerat,dum in cons.58.numer. præsertim 8. concluſit hæreditamenta huiusmodi,quæ in Cathalonia fieri solent, non imponere partibus necessitatem, sed ita demum vt talia valere ti ipsis vlq. ad mortē in eadē voluntate permanerent.

50 Idem † dicit Cassanate procedere,& habere locum quando filij per verbum, *succedant* forent vocati,ad quod probandum iuribus vtitur, rationibus,ac doctorum auctoritatibus quam plurimis per te ipsum in discursu illius consilij legendis in prioribus quinquaginta
51 quatuor illius numeris,quod † tamen nume. 4.8.11.12.dicit tantùm procedere quando per verbū, *succedant*, inuitātur illi ad successionē, qui aliàs pacisentibus sunt successuri abintestato,non verò quando extranei, qui nullatenus possent expectare successionē: in his enim verbum, *succedant*, vt aliquid operaretur, dici deberet importare successionem, idque probari asserit egregiè in auctēn. prætera C. vndè vir & vxor,vbi filij ad successionem quartę vxori inopi debitæ simul cum ea per verbum, *succedant*, vocantur,& tamen ea successio respectu filiorum non dicitur necessaria,nec contra voluntatem parentis,sed iuxta eam,vt glo. ibi tenet verbo, *matrimonij*, quod omnes sequuntur,licèt quoad vxorem,quæ mariti successionem non potest expectare, præcisam verbum illud vocationem inducat etiam contra mariti voluntatem, vt apud omnes est in confesso, & pluribus Cassanate probat.

52 Rationes,† quibus Cassanate vtitur ad hāc opinionem stabiliendam desumptas tam ex proprtia significatione,& natura verbi, *succedat*, quæ est vt propriè, & per prius successionem legalem,& ab intestato,quam lex defert, significet,quàm aliàs, per te ipsum in dicto consilio legito, non oportet,vt dixi,quòd ego hic inutiliter transcribam,sunt numero decem: solum aliquos ex doctoribus referam, quorum auctoritate existimat hanc opinionem fulsitam,ij igitur sunt Pau.de Castro in.l.si cum dotem n. 11.ff.solut.matri.qui dicit suum in infrà referēdis prestitum consilium fuisse subscriptum à doctoribus existētibus Paduę,Bononię, Senis, & Perusij,& quòd ita *obtinuit* sine litigio, pro cuius opinione dicit *iudicatum* Florentie Alex. Rauden. in indice de analog.versi.sententiam Florētiæ latam pro opinione &c. Idem Pau. in cons.82.& 441.vol.1.Angel.de Vbal.cons.81.82. & 83.Ias.cons.127.lib.1.Bursa.cons.112.num.10. 22.& 25.& alij penè infiniti,quos allegat, quatenus † in terminis statuti dictantis quòd vxore prę mortua sine liberis vir lucretur dotem, si autem cum liberis,ipsi in ea succedant, responderunt filios non censeri propterea dispositiuè vocatos,sed matris eis reseruatam tantū successionem legalem si eos instituere vellet, vel moreretur ipsa intestata, singulares sunt in idem decisiones Senatus Pedemō. apud Osas. iam per Cassana.relatum.10.& Thesau. ab eo non animaduersum 34.qui dicit pro hac opinione *decisum* in suo Senatu.

54 Quod † tamen num.7.& plurib⁹ alijs limitat idem Cassanate vt non procedat quando contrahentes non fuerunt verbo, *succedant* simpliciter vsi,sed adiecerunt prętereà aliqua verba præcisa,veluti *quòd præcisè, vel omnino succedant*,vel *quòd debeant succedere*, vt in casu Becij cons.76.num.23.& Surdi cons.81.nu. 14. tunc enim vocationem inquit censeri inductam necessariam.

55 Idem,quod † de verbis,*sint hæredes*,& *succedant*, dixerat Cassanate,extendit postea ad verbum, *preferantur*, veluti quando diceretur *quòd*

filij

filij huius matrimonij præferantur filijs cuiuscunq; alterius matrimonij, vel etiã *quòd præferãtur in successionis, & seu primo succedãt* docens nec hoc casu censeri inductã præcisam,& necessariã vocationẽ,sed imò eam,quæ de verbo *succedant*, & *sint hæredes*, anteà dixerat,sequitur noster Cancer.parte.3.var.resolu.11.de pac.num.31.multò post hæc scripta in lucem emissa,nihil tamẽ allegans præter Cassan.in d.cons. 45. per tot. & Bereng.Ferdin.Cassanate autem ad supradicta probanda numer.5.ver. quibus adiungi potest, aduocat Æmil.Ferre.in cons.11. nu. 7. po-
56 steaque num.19.ad id expendit tex.† (nescio an dicam hucusque malè intellectũ, seu interpretatum , qua tamen de re ego promitto me nunquam dicturum quantumuis aliquando materię oportunitas ad id cogat, & compellat:scio enim nihil profutura quæ dicerem posteaquàm tam infixa est mentibus , ne dicã ossibus,doctorum vulgaris illius tex. de qua mox dicã, interpretatio, vt vix sit vllus qui, ne latum quidẽ vnguem, ab ea tecedere audeat) in l. lucius, de hęred.instit.vbi verbum *præstulit testator*, interpretantur omnes quòd non sit ea prælatio per viam vocationis , sed imò per viã reseruationis vel ab intestato, vel etiã ex testamento si contingat institui , non curo doctores allegare, qui id teneant, vix enim est vllus,qui aliter illum tex.intelligat.

57 Exquo † tex.idem probari dicit Cassana.in con.51.num.43.quod de verbo,*succedat*, antea docuerat,vt scilicet quamuis plura respiciat determinabilia in eadem oratione,non tamen ea determinet pariformiter , sed valdè difformitèr,fratrem scilicet per vocationẽ necessariã, filios verò illius per reseruationem legalis successionis:vides qualitèr multiplicentur specialia,ne dicam absurda,quę ex eo oriuntur quòd noluerint sibi doctores persuadere in vtroque casu verbum,*præstulit*,vocationem necessariam indicare?

58 Probat † vlteriùs idem Cassana. d. cons. 51. num. 45. vtramque resolutionẽ quòd verbum *præferre* non importet nisi solam successionem legalem,& quòd id intelligatur respectu eorum,qui successuri sunt ab intestato,non verò respectu eorum,qui minime,probat (inquam) ex natura, & significatione verbi , *anteferre*, quod idem cum primo proculdubio est : dictum autem verbum,*anteferre*,non significat successionem necessariam , sed legalem tantùm vel ab intestato,vel ex testamento, vt probat l. cum acutissimi C.de fideicommiss.in illis verbis, *ne videatur testator alienas successiones propriis* * *anteponere*,vbi ex communi omnium consensu filij in tacita conditione positi non censentur dispositiuè vocati quamuis per illa verba contrarium videretur dicendum, substitutus autem virtute eorundem verborum dispositiuè dicatur vocatus.

59 Et † denique vt vno verbo plura Cassanate complecteretur,materiamque daret,& seu regulam generalem traderet, qua omnes casus compræhenderet,qui succedere possent, in d. cons.45.num.4.verti.idem pulchrè,& cons. 51. num.18.& pluribus alijs vtriusque cons. num. ex Pau.de Castro in iam allega.l.si cum dotem num.11.& in allega.etiam cons. 441. numer.4. vol.1.docet idem,quod de verbis *sit hæres,succedat,præferatur, & anteponatur* quòd non important successionem necessariam,dicendum esse de quibuscunque alijs verbis formibus (vocat autem formia ea verba , quæ sunt conformia successioni legittimæ , & terminis iuris cõmunis æquiparantur,& seu conformãtur, quibus illud filios solet ad successionem patris vocare)qualia sunt quæ iam iam suprà retulimus,se cus verò esse in alijs verbis informibus , idest non conformibus successioni legittimæ, nec terminis iuris communis,quibus filij solent ad successionem paternam vocari , qualia dicuntur esse,*quòd bona diuidantur in filios,quòd filij bona lucrentur,habeãt,debeant habere,pertineant, dẽ, assigno*,& sic de similibus, quibus Caual.decis.18.num. 68. par. 3. addit verba, *remaneant, permaneant,deueniant,transferãtur*,quæ dispositiua esse docet.

60 Secunda † verò scribentium opinio in terminis hæreditamenti suprà propositi , de cuius interpretatione,seu intelligentia,& seu significatione agim⁹,*quòd* scilicet *filij sint hæredes*, fuit, & est ex diametro pugnans cum priori,quę tenebat non censeri per huiusmodi loquutionẽ inductam vocationem necessariam: hęc enim tenet totum cõtrarium,quòd imò inducatur, & præterea quòd huiusmodi vocatio cẽseatur facta in vniuersam successionẽ , & in vniuersa bona,tam præsentia, quàm futura, ac proindè non valeat absque reseruatione , hanc opinionem tenet Bar.nedum quando dictum est *quòd filij sint hæredes*,sed etiam *quòd succederent positiuè*:æquiparat enim hęc,& idem significare asserit,ac eodem modo,ac eisdem rationib⁹ de iure esse reprobata testatur inuitare aliquẽ ad successionem per verbum,*sit hæres,succedat, habeat hæreditatem,habeat omnia bona præsentia, & futura*.Bar.(inquam)in l.fin. à num. 10. cum sequent.C.de pac.quem sequitur Osas. decis. 100.num.25. Tepa.var.iur.senten.compen.p. 2. lib. 2. titulo de donat. inter viuos col.4. vers. donatio , seu promissio, Micha. Cras. de succes. §.successio q.9.num.18.adde Bal. in pacto , *quod tu mihi succedas , vel me hæredem facias* loquentẽ in l.fin. nu.18.C.de pac. in eãdem sententiam aduocari possunt omnes, qui infiniti penè sunt , tenẽtes reprobatum esse dè

iure pactum de ſuccedendo.

61 Hęc opinio † tam claros, ac apertos videtur habere de iure contextus, quibus probetur, quòd vix tergiuerſari poſsint, eſt igitur tex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obliga. vbi vides clarè reprobatam de iure promiſsionem de faciẽdo hæredem, quem tex. vt videas qualiter aſtringat pro hac opinione, aduerte

62 † quòd licèt apud omnes ſit in confeſſo nemine vix diſcrepante, his dumtaxat exceptis, qui * ſui oſtentandi ingenij acuminis gratia contra ſtimulum tentarunt calcitrare, donationẽ omnium bonorum præſentium, & futurorum de iure reprobatam fore, huius tamen communiſſimę opinionis nullum habemus contextũ in iure, qui expreſſim illam probet, recurrunt omnes ad d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. & à nullitate promiſſionis de faciendo hæredem arguunt, & inferunt ad promiſſionem, & donationem omnium bonorũ vt hęc, ſicut illa, quia idem in rigore ſunt, & idẽ important, nulla dicatur, & de iure reprobata, ſi ergo huiuſmodi argumentatio permittitur, & ex reprobatione illius pacti de faciendo hæredem infertur, & colligitur reprobatio donationis omnium bonorum, cur, quęſo, non dicetur prorſus reprobata promiſſio de hæredem faciendo ſic ſimpliciter facta tanquam idem importans quòd donatio vniuerſalis, vniuerſaq. bona, & iura complectens, ad idem eſt tex. ſatis notus in l. pactum, quod dotali C. de pac. quo etiam loci reprobatum cenſetur pactum quòd quis ſit mihi hæres, concinnunt finaliter ad propoſitum tex. in l. cum donationis C. de tranſac. & l. ex eo, C. de inutil. ſtipula. cũ mille

63 alijs, quos doctores coaceruant ad probandũ pactum de futura ſucceſſione fore de iure omninò reprobatum.

Tertia † tandem, & vltima, quaſi inter præcedentes ex diametro contrarias ponens pacem, & eaſdem componens, eorum fuit opinio, qui dixerunt per huiuſmodi loquutionẽ, quando ſit in contracta inter viuos, non cenſeri donatam, ſeu promiſſam vniuerſalem ſucceſſionem iuxta propriam, & peculiarem verbi, *ſit hæres*, naturam, ſed imò, licèt impropriè, cenſeri factam donationem de bonis præſentibus, vt actus potiùs valeat, quam pereat, quę opinio eos habet aſſertores, quos ſuprà retulimus dum motiua declarationum Regiæ Audientiæ in hac materia factarum comprobabamus, Guiller. Benedic. & Aym. Craue. qui eius opinionis, præter alios, eſt aſſertimus deffẽſor, quique in vnum coaceruauit omnia, quæ in ſui fauorem dici poſſent, Vtil. ad Afflic. Hiero. Gab. Cancer. & alios plures, quos ipſi commemorant.

Hanc opinionem ſequitur intrepidè noſter

†† Senatus, vti ex varijs *declarationibus* in eo factis colligere licet, & ſignãter ex binis illis, quas ſuprà num. 4. retulimus, ad relationem egregij Senatoris Hiero. Aſtor in cauſa Monterrati Croanyes, contra Michaëlem Domenech, & Patris Antho. Prats, contra Ioannem Pou, & alios, in quibus hæreditamenta facta fuerũt per verba, *ſint hæredes*, de quorum interpretatione huc vſq. egimus.

64 Mihi † ſicut (ſeclusa tamen terræ probata conſuetudine, de qua ſuprà dicebamus) valdè diſplicet prior in his ſuprà relata opinio, quòd per huiuſmodi verbum, *filij ſint hæredes*, ſola ſucceſsio legalis ſit filijs reſeruata, non neceſſaria in vim neceſſarię vocationis, ſic (parcat noſter Senatus: ego enim ſub eius, & cuiuſcunq. alterius docta correctione quid ſentiam liberè proferam) non multùm placet poſterior, & tertia opinio niſi intelligatur eo modo, quo infrà tradetur: Ratio præcipua, alijs omiſsis, qua re nobis diſpliceat prior opinio, eſt, quia non arbitror vnius, & alterius doctoris, qui pro ea allegantur, auctoritatem potentem eſſe ad deſtruenda tot iura, quæ in fauorem vocationis neceſſariæ, & ſic contrariæ opinionis fuerunt ponderata, vel etiam ad contraſtandam quam plurium grauiſsimorum virorum, qui in idem extitere relati, auctoritatem, maximè vbi tenẽdo eam opinionem neceſſum foret fateri huiuſmodi pacta, de quibus agimus ſuperflua omninò eſſe, ac nihil prorſus operari, ſed de vento ſeruire, poſtquam iuxta dictam opinionem nihil filijs tribuitur naſcituris pręter reſeruationem ſucceſsionis legalis, quam iam habebant:

65 Superfluitatem † autem omninò vitandam eſſe quis eſt qui ignoret? vulga. l. ſi quando ff. de lega. 1. l. cõcubinam §. qui hortos, de lega. 3. iũcta ibi glo. fin. l. hęc ſtipulatio §. diuus, vt legator. nõ. caue. §. quibus, in prima conſti. C. quod maximè procedit in contractibus, Surd. qui latiſsimè ad id allegat adeò vt vix alio opus ſit, per quem ducamur ad veram huius propoſitionis cognitionem, in conſ. 127. numer. 9. & deciſ. 322. num. 15. Gayl. lib. 2. obſerua. 28. nu. 3. Craue. in conſ. pro genero, n. 46. cum ſequent. benè explicat Man. de coniec. vlt. vol. lib. 3. titu. 6. per tot. latiſsimè iſdem Manti. tom. 1. de taci. & ambigu. conuen. nuper in lucem emiſſo lib. 2. tit. 11. de vitio ſuperfluitatis in cõuentionibus tollendo per totum, Alex. Rauden. in conſ. 4. numer. 18. & idem Rauden. latiùs materiam explicans deciſ. Piſa. 25. à numer. 47. cum ſequent. plures non eſt cordi allegare, quia vel ij ſufficiunt vt materia exactè percipiatur, vel alios, ſi vis, tibi penè innumeros referent, quos conſulas ſi caſus tibi occur-

66 rerit, cuius nõ habeas verã cognitionẽ: ex † his doctoribus apparet adeò legibus eſſe exoſam

verbo-

verborum ſuperfluitatē vt vitāda illa omninò ſit, nec tit dandus intellectus, per quem incidamus in eam, quādo alius ſumi poteſt, quod eſt in tantùm verum vt procedat etiamſi intellectus foret extraneus, improprius, contra rei naturam, & à ratione abertans, adhuc enim is ſumi deberet ne admitteremus ſuperfluitatem, ac etiam ne daremus verbum aliquod in contractu otioſum: quę ſi ita ſunt, & de iure proce dunt reſpectu cuiuſlibet verbi poſiti in contractu, ne dicatur otioſè poſitum, quanto, quęſo, magis fugiendum erit à ſuperfluitate totius integræ clauſulę noſtrorum capitulorum matrimonialium, in quibus per verba ſuprà relata facta cenſetur diſpoſitio in fauorem filiorum naſciturorum, quam ſuperfluitatem eſt in dubitatum nos non euaſuros ſi diceremus per eiuſcemodi diſpoſitionem ſolùm fuiſſe reſeruatam filijs ſucceſsionem legalem, quam iam habebant.

67 Scio † eius argumenti, quod à ſuperfluitate vitanda deducitur, plures à doctoribus etiam ſuprà relatis adduci limitationes, quibus ad hoc addendus eſt Caſſanate in conſ. 51. à nu. 1. cum pluribus ſequent. Surd. deciſ. 195. num. 10. Barz. deciſ. 4. num. 43. idem Barz. deciſ. 12. num. 16. & deciſ. 71. num. 17. veluti quando id, quod iam inerat, in diſpoſitione exprimitur ad maiorem declarationē, & tollendam omnimodam dubitationem, ſicuti in terminis ſtatuti excludentis fœminas exiſtentibus maſculis, & vlteriùs progrediendo, ſtatuentis quòd ſi maſculi exiſterent, ij ſuccederent, ac in alijs ſimilibus caſibus, in quibus concurrit aliqua alia ex pluribus cauſis, quæ eiuſmodi argumēti vires proſternunt, quas latè reffert Rauden. allega. deciſ. 25. à num. 46. cum ſequent. poſt alios doctores ſuprà citatos; tunc enim tolleratur ſuperfluitas.

68 Perquas † quidem limitationes ego de anno 1610. in cauſa propria contra Iacobum Rouira I.V.D. qui mihi quaſdam domos locauerat in vico deſcēſus Beatæ Eulalię cum expreſſa reſeruatione proprij vſus, deffendebam eam reſeruationem non eſſe intelligendam de proprio vſu voluntario, ſed imò de neceſſario, id eſt de eo, propter quem ex cauſa iura volunt poſſe abſque aliqua conuentione conductorē
69 expelli, & non de alio, de quo † in l. æde C. loca. & ibi glo. c. propter ſterilitatē §. verum, extra loca. Faber diffi. 51. per tot. in tit. de loca. 41. lib. 4. in ſuo C. Marilia. deciſ. 29. per tot. poſt Anthon. Gom. de loca. nu. 6. Anthon. Gab. eo. tit. concl. 3. num. 6. quos, quæſo, videas ſi vis ſcire qualis requiratur neceſſitas, & quomodo quę nullo modo à principio pręuideri poterat: quāuis enim mihi opponeretur de ſuperfluitate reſeruationis, niſi de volūtario proprio vſu, vltra ius commune, intelligeretur, replicabam

70 ego ſufficere † quòd tolleret dubitationem, quæ poterat ineſſe, num, ſi non fuiſſet reſeruatio facta, potuiſſem à domo expelli etiam pro proprio vſu, de quo ius commune, obſtante promiſsione de non expellendo ex aliqua cauſa iuramento vallata, & ſpecialis domorū hypotecæ munimine roborata, iuxta doctorum opinionem, quos reffert, licèt nō ſequatur Dida. lib. 2. varia. cap. 15. num. 4. & Oſaſ. deciſ. 136. num. 2. Anthon. Gab. de loca. & conduct. concl. 3. Surd. conſi. 103. num. 5. & 6. vol. 1. & Stepha. Gratia. deciſ. 119. num. 15. apud quos reperies plures, qui, quòd nedum ex dictis cauſis ſimul concurrentibus in caſu, quo non eſſet reſeruatus proprius vſus, amitteretur facultas eo vtendi, quæ eſt de iure communi, tenent, ſed etiam ex quacunque ex ipſis: tractatur hic articulus, dum hæc ſcribimus, (poſt tamen primā in 1. inſtantia in curia Vicarij Barcino. pro me obtentā ſententiā) in aula admodū Reuerendi Cancellarij, in qua fiendum verbum per iudices cauſæ reclamationis eiuſdem curiæ Vicarij Barcinonæ Senatus iuſsit, ſi declarabitur antequam hæc prodeant in lucē, ſcribam quid ſucceſſerit, notarius erat Seraphinus Nadal.

Scio etiam à cōtrario adduci regulam, quæ
71 dictat † expreſsionē eorum, quę tacitè inſunt nihil operari, iuxta l. 3. de lega. 1. cum ſimil. cuius regulæ exempla ponit Caſſana. d. conſ. 51. à prin. & Meno. in conſi. 334. numer. 24. vol. 4.

Et ſcio denique dici argumentum † à ſuper-
72 fluitate vitanda eſſe valdè tenue, & infirmum, & debere nos parùm in eo cōfidere, prouti ex plurium auctoritate Caſſanate probat allega. conſi. 51. num. 1. quia multa in contractibus exprimi ſolent, quæ iam de iure inerant, prouti dicebat Aluar. Velaſ. conſulta. 103. nu. 11.

73 Sed non † ignoro quòd ſi exceptiones, & limitationes ſuperiùs enarratæ, ac quęcunque alię, quæ excogitari valeant, quæ ad argumētum de ſuperfluitate vitanda accommodantur benè ponderentur, nemo, confido, dicet, eas, vel aliquam ipſarum in noſtro caſu militare, in quo per pactum, & diſpoſitionem ſeparata, ac à nullo alio pacto, ſeu diſpoſitione contrahentium factis in noſtris capitulis matrimonialibus habentia aliquam dependentiam, vel reſpectum, fit eiuſmodi filiorum naſcituro rum vocatio, ac proindè (vt alias concludebat Rauden. in allega. deciſ. 25. nu. 57.) ceſſantibus dictis exceptionibus, & limitationibus benè erit arguium à ſuperfluitate vitanda. Nec in noſtro hoc caſu dici poteſt noluiſſe contrahentes aliud circa huiuſmodi hęreditamēta exprimere, præter id quod cum erat de iure communi, cum, vt diximus, pars ſint & portio contractus matrimonialis, & præſumatur

tractatum ita fieri inter eos, qui interueniunt contractui ex vtraq. parte aliàs matrimonio forsan non consensuros, ex quo clarè perpenditur voluisse contrahentes assecurare filijs nascituris successionem necessariam, non reseruare legalem.

74 Non † igitur nobiscū in hac opinione pugnat Cassana. cum eis, quos ipse in sui opinionē in d. cons. 45. adduxit, cum in longè diuersis à nostro casu, terminis, loquatur, adeò vt tractādo posteà in cons. 48 (in quo de eadem materia agit, de qua d. cons. 45. & circa idem factum scribit) nu. 41. & nu. fin. nostrum hunc casum, 77 qui versatur in terminis, quibus pactum nihil prorsus diceretur, vel posset operari nisi vocationem necessariam importaret, dicit supradicta omnia, quę de significatione verborū *succedant, sint hæredes, præferantur*, & similium in contrarium docuerat, limitari, ac limitanda esse in hoc præcipuè casu quando pactum, in quo ea verba apponerentur, non posset aliquid aliud 78 operari: tunc enim (inquit) non solam reseruationem legalis successionis, sed imò præcisam, & necessariam vocationem (licèt contra propriam naturam) importarent verba prædicta.

75 Vt autē † expeditissimè habeas quòd Cassanate, & doctores in d. cons. 45. per eum allegati in terminis à nostris longè diuersis loquātur, in quibus q. diuersa admodū ratio militat, quæ potēs sit vt efficiat per huiusmodi verba solius successionis legalis reseruationem cēseri factā, non vocationē necessariam, aduerte quòd nec Cassana. nec doctores prædicti, vel alter ex ipsis loquūtur in casu, quo principalis intētio disponentium fuisset includendi, sed imò excludendi, nec in fauorem principaliter filiorū vocatorū, sicuti in nostro casu, sed ad quid aliud, ac propterea non est mirum si verba prædicta in huiusmodi casibus vocationem necessariam *non* importent, cum non sint principaliter ad id, nec in fauorē vocatorū posita, sed ad aliud disponendum, & propterea *non* possint dici superfluè apposita si vocationem necessariam *non* importent, cum iam operentur principale intentum exclusionis aliorum.

76 Videamus † magis in specie, vt res hæc clariot reddatur, in quo casu loquantur Cassana. Castren. & alij superiùs relati, & incipiam° à nouissimo à Cassanate scilicet: is igitur in d. cons. 45. super eo facto respōdet, quo dubitabatur num nam in vim huius pacti. *Item est pactum &c. quòd si contingat Comitem Ripacurtię mori absq; filio, vel filijs masculis de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, aut filij masculi, quos habet, vel habebit descedens etiam sine filio, vel filijs descendentibus ex illis tam masculis, quàm fœminis, quos filios tam masculos, quàm fœminas descendentes ex filio, vel filijs masculis dicti Comitis voluit partes prędicte præferri in successione, & hereditamento Villarū, Baroniarum, Castrorum &c. Alduntiæ ab Aragonia filia sua, & filijs suis &c. ad quod tali casu, hoc est quòd dictus Comes decedat sine filio, aut filijs masculis vt supra, tali casu dictus Comes nunc pro tunc dat, assignat, ac deputat dictæ Alduntiæ dictas villas, Baronias, Castra &c.* dubitabatur (inquā) in eo casu nunquid filij descendentes ex filijs masculis dicti Comitis per verba, *præferātur in successione dictæ Alduntiæ* dicerentur præcisè, ac necessariò vocati, an verò tantùm eis successio legatis reseruata.

Castren. † autem in allega. l. si cum dotem, & alijs locis per Cassana. allega. cum doctoribus, qui eum sequuntur, quos etiam idem Cassana. vbi supra allegat, & nos nonnullos in superioribus retulimus loquūtur in casu statuti, quo disponitur quòd prędefuncta vxore sine liberis vir lucretur dotem illius, si autem cum liberis, ipsi in ea succedant.

In his † casibus, & simil. inquit Cassana. inquiuntque Pau. Castren. & reliqui, qui eum sequūtur filios non fore per huiusmodi vocationes necessariò vocatos, sed eis tantum reseruatam legalem successionem vel ab intestato, vel etiam ex testamento paterno: Ratio est (per quam clarissima res hæc redditur) quia huiusmodi dispositionum intentio principaliter fuit vt lucrum conferrent in casu Cassana. illi Alduntiæ, de qua ibi, in casu autem Castren. marito: mentio verò filiorum in dictis casibus non ex eo censetur facta quòd fuerit vel disponentiū, vel statuentium intentionis ius aliquod succedēdi nouum, vel aliquod lucrum eis tribuere, sed imò ad conditionandum donationem factam illi Alduntiæ in casu Cassana. & in casu Castren. dispositionem statuti in fauorem mariti factam, & ad eos respectiuè excludendum, ad quod cum sola superexistentia filiorum sufficiat, quamuis ipsi non succedant, ideò non est quòd præter principalem intentionem disponentium mentionem filiorum extendamus ad necessariam, & præcisam vocationem, qua in dictis casibus opus non est, sed effectu exclusionis Alduntiæ, & mariti respectiuè, qui censetur ex eorum existentia, in quo versabatur principalis intentio & de quo principaliter agebatur, simus contenti. Accedit † alia ratio, quæ tamen eadem ferè est cum superiori, quòd oratio, in qua dictū fuerat quòd succederent filij, vel præferrentur, nō erat de per se posita, sed respectiuè, & aduersatiuè ad præcedentia, quia dispositio dicti Comitis dicebat q. donabat Alduntiæ filiæ suę villas, Baronias &c. si cōtingeret eū mori sine filijs masculis, vel descēdētib' ex ipsis tam masculis, quā fœminis, posteà verò adueniret, quòd si ipsi existerent ipsi succederent prius, & præferrentur Alduntiæ: statutum autem, de

quo

quo Castren.& reliqui, quòd maritus lucretur dotem vxoris mortuæ sine filijs,postea verò ad uersatiuè subdit,quòd si ipsi existant, ipsi succedant in ea dote, quasi dicãt in dictis casibus nec Alduncia habeat res donatas, nec maritus dotem prædictam lucretur,si filij existunt, & sic aduersando debent intelligi ad excludendum potiùs,quæ principalis est intentio,quàm ad includendum eos,qui ad alios excludendũ positi sunt,indè ergo sequitur quòd cum principalis intentio non fuerit includendi filios, sed per eorum existentiam Alduncium,& maritum respectiuè in casibus supradictis excludendi,propterea ea capiatur per doctores supradictos verborum,*succedant,præferantur*, & similium interpretatio,vt non de vocatione necessaria,de qua non cogitarunt disponentes, intelligantur,sed imò de reseruatione legalis successionis,vt scilicet remoto per filiorũ existentiam obstaculo dispositionis in fauorem Alduncię,& mariti respectiuè,in casibus supradictis factæ,fiat locus eorum successioni legali vel ex testamento paterno, vel ab intestato Et ne viderentur hæc absq. fundamento dici, adducitur propterea in eorum corroborationem dispositio tex.in l. Lucius,ff.de hæred.instit.vbi quia principalis intentio testatoris in positione filiorum in conditione fuit per eorũ existentiam substitutum excludere,ideò interpretatur solam eam exclusionem operari positio in conditione;non verò dictorum filiorum inclusionem;& sic ibi verbum,*præsulit*,non significat necessariam vocationem,sed imò reseruationem legalis successionis,vt scilicet remoto,per filiorum existentiam, obstaculo, locus fiat eorum successioni vel ex testamento, vel ab intestato,cui locus esse non posset aliàs si filiorum mentio non fuisset facta.

Et si & vbi aliquis diceret casum esse diuersum,qui in d.l.Lucius deciditur, ab eo,de quo Cassa.& Castren.ac alij doctores,quia in l. Lucius solùm filij ponuntur in conditione absq. eo quòd postea vocentur expressè, nec aliter de eis mentio fiat,quæ positio ex se vocationẽ non inducit l.si sub conditione ff. si quis omiß caut.testa.& l.ex facto etiam de hæred. instit. cũ simil.de quibus per Cassana. allega. cons. 48. num.7.in casu autem Cassanate,& Castren. & aliorum non sistunt disponentes in sola positione filiorum in conditione,sed vlteriùs procedentes subdunt quòd si ipsi existant, succedãt,præferantur &c.vndè videtur hoc plus habere casum, de quo Cassana. Pau.& reliqui, quàm habeat d.l.Lucius,ac proindè non benè
80 ab ea ad dictum casum argui, Nihilominus † idem Cassana. non reliquit argumentationẽ hanc absq.solutione: is enim in d.cons. 48. nu. 38.in fin.& in cons.51.num.14. ex Cuma. in d. cons.48.expressè tenet dispositionem d. l. Lucius,& quod doctores ex ea inferunt quòd filij positi in conditione non censeantur vocati, procedere vbi etiam,vltra positionem in conditione,adiecta essent verba,quòd si existerent filij,ij succederẽt, sicargumentatur Cassana. in allega.cons.45.à num.50.cum pluribus sequẽt. & cons.48.à num.2.cum pluribus etiã sequent. ad suam probandam, ac fundandam prętentionem quòd in suo casu verbum,*succedant,præferantur*,& similia non importent præcisam,& necessariam vocationem filiorum, sed solùm operentur reseruationem successionis legalis vel ab intestato, vel etiam ex testamento si à patre instituantur,sic etiam arguunt Pau. Ang. Cuma.Deci.Gosad.Bursa.Æmil. Ferret.Decia. Alex.Trentasinq.quos Cassana. vbi *suprà* refert tenentes in casu statuti sępè relati quòd mortua vxore sine liberis vir lucretur dotem, eis autem existentibus ipsi in ea succedant, & in alio casu simili relato per Ferret.vbi suprà non induci præcisam,& necessariam filiorum vocationem,sed solam reseruationem successionis legalis,de qua diximus.

Per quę omnia si rectè animaduertãtur cessat superfluitatis ratio,quã in nostro casu supra cõsiderabamus:satis enim dicũtur ea verba operari excludẽdo eum,qui vocat° fuerat in effectũ filiorum,quę erat principalis intentio disponẽtium,licèt vocationem necessariam nõ importent:verba † enim non dicuntur superflua quæ 81
aliquo in casu locum habent,cum sufficiat aliquid operari,in l.si quando in prin. de lega. 1. Soci.in l.Centurio num.129.ver.verum si alterã,de vulga.Meno.de pręsump.lib.4.pręsump. 40.num.16.etiam si quid minimum illud sit,ex Surd.in cons. 34. num.49. Barz.decis.12.nu.16. & decis. 71. num. 17. prout hac, & alijs pulchris considerationibus declarat Cassana.in d. cons. 51.à num. 2. cum sequent. vbi ex professo diluendum suscipit argumentum,quod à superfluitate, quæ videbatur inesse in dictis verbis si vocationem necessariam non inducerent,deduci poterat aduersus suam opinionem.

Non † sic est in nostro casu(vt iam iam prę- 82
stringamus argumentum) inquo nec maioris explicationis,seu declarationis alterius clausulæ, & dispositionis antea factæ gratia, nec ad conditionandum,modificandum, vel restingendum aliam dispositionem,nec finaliter aduersatiuè,aut incidenter ad aliam dispositionẽ verba nostrorum hæreditamentorum apponi solent in capitulis matrimonialibus, sed imò principaliter,& de per se in fauorem filiorum eius matrimonij,quod tunc contrahitur cum clausula separata ad nullam aliam habente dependentiam,ex tractatu prędędente(quem lex

præsumit

præsumit,vti in superioribus in glo. *fauore, & cõtemplatione matrimonij* pluribus probauimus) inter ipsos sponsos,& eorum ex vtraque parte parentes,& coniunctos,ne igitur dicamus superflua omninò esse verba huiusmodi,cũ nihil aliud præter vocationem necessariam possint importare, prædictosque matrimonium contrahentes, & eorum respectiuè parentes nihil prorsus cum summa diligentia egisse in & cũ dictis hæreditamentorum formulis,indè concludẽdum proculdubio est,verba prædicta in nostro casu præcisam,& necessariam vocationem inducere.

Et vt hæc maiori sint rationis munimine roborata aduerto, quòd vbi verba prædicta principalitèr in fauorem alicuius personę ponuntur,non principalitèr ad aliam excludendam, vel ad alium respectum,vocationem necessariam,& præcisam importãt,vt de his omnibus habes exempla per nos tradita in superioribus circa secundã opinionẽ,& in inferioribus mox dicemus dum vltimam opinionem, quòd scilicet huiusmodi pactiones, de quibus agimus tanquàm auferentes liberam testandi facultatem sint de iure reprobatæ,proponemus: non enim tales essent nisi verba, per quæ cõficiunt,necessariam vocationem importarent, & pro verbo,*præferre* vltra l.si fratres §. idem respondit societatẽ ff.pro socio mox statim allegan.est in idẽ notanda l.fin.C.de fide instrum.

Dices cum Cassana.in d.cons.48.num.38.& 80.in quæstione, quam disputant doctores circa pactum de succedendo, & ei similia, an scilicet valida sint de iure, necne, non agi de quæstione voluntatis,de qua nos hic tractam⁹, an scilicèt voluerint disponentes facere dispositionem necessariam, sed imò de quæstione potestatis,an scilicèt potuerint, necne, talem dispositionem facere, quæ inter se se diuersa admodũ sunt. ac propterea nostro casui minimè applicabilia:sed ego † vnico verbo respon 83
deo me nunquam vidisse quæstionem potestatis quin præcesserit definita quęstio voluntatis: quomodo enim (quæso) in dubiũ verti potest an pactum de succedendo valeat, necne tanquam auferens,vel non auferens facultatem testandi,nisi præsupponatur priùs quòd per illud voluerint contrahentes præcisè disponere.ita liàs enim inanis proculdubio, & ridicula foret quęstio potestatis,vis ergo argumenti stat in hoc,quòd omnes doctores,qui de validitate dicti pacti disputarunt,certissimè præsupposuerint per illud fuisse inductam necessariam dispositionem,& sic ex eorum siue pro validitate, siue pro invaliditate formata opinione maximas vires assumet & nostra.

84 Ex quibus† facile fieri omnibus & illud cẽseo nec probare Cassanate in d. cons.45. id,ad quod noster Cancer.eum allegat in 3.par. c. 7. de pac.nu.81. qui ad probandũ hæreditamẽtũ simpliciter factum in capitulis matrimonialibus,quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, qui ex hoc matrimonio procedent, sint hęteredes,non importare,nec inducere præcisam, & necessariam filiorum vocationem, sed imò solam reseruationem successionis legalis, adducit Cassana.in d.cons.45. per tot. cum ille in casu valdè diuerso loquatur,ex rationibusque, quæ nullatenus nostro possunt casui accõmodari, vt ex suprà traditis arbitror luce meridiana clariùs apparere:& licèt adidem isdem Cãcer.aduocet etiam Bereng.Ferdin.in c. 7. prælud.de filijs nat. ex matrim. ad morgan. contrac.vers.quintus casus,apud eum tamẽ nullũ, meo iudicio,de hac re verbum:circa quam tamen hęreditandi formulam dicã inferiùs quid sentiam.

Accommodabat quidam certè benè eruditus aduocatus ex nostris in facti contingentia, agens contra tradita per Cancer. vbi suprà in terminis hęreditamenti,de quo *ibi*,dispositionem consti. A foragitar fraus sub tit.de promiss. dot. & dona.propter nup.dicens quòd ex quo constitutio vult nõ valere chartam factam cõtra hæreditamentum in capitul.matrim. continuatum,propterea non possit dubitari de necessaria,& dispositiua vocatione: frustra enim anullarentur quæ fiunt in diminutionem hæreditamentorum nisi ipsa importarent necessariam vocationem,& dispositionem : sed ego respõdebam sub breuibus, non cõcludere argumentum,quia constitutio loquitur in terminis habilibus, in illis scilicet hæreditamentis, quæ verè hęreditamenta sunt, & supradictam necessariam vocationem important, non autẽ in illis,quæ talia ex se non indicantur,quorum respectu nihil intendit constitutio disponere, quod tam certum est,& clarũ,quàm quod certissimum,& clarissimum.

85 Nec putes † quòd ego per supradicta dem pro constanti quòd etiam in casu,in quo loquitur Cassana.sit *simpliciter verum eiusmodi* loquutiones,de quibus apud eum,non inducere necessariam,& dispositiuam vocationẽ:adhuc enim id difficultatem non modicam patitur, quod vel ex eo augurari possumus quòd licèt is doctor tam extensè,ac copiosè,& per tot fundamenta in decem consilijs,& vltra sparsa,conatus fuerit eam opinionem stabilire,non meruit tamen pro ea obtinere, sicuti legitur in sententia ea in causa,quam disputabat,lata,quam infernit post cons.57.qua constat regios Senatores,coram quibus causa ducebatur,non fuisse ausos iustitiam partis in eo motiuo fundare: vel etiam ex eo quòd principale fundamentũ, cui Cassanate opinio innititur,tam debile sit, ac insi-

ac infirmum vt vix sit qui non id clarè cognoscat: desumitur enim ex tex. in auctē. præterea C. vndè vir, & vxor, vbi verbum, *succedant* respectu filiorum non inducit vocationem vt
86 suprà retulimus: animaduertere † enim debuerat Cassana. & qui eodem argumentandi genere vsi sunt, quòd à verbis auctenticarum in corpore iuris insertarum, quatenus diuersificantur cum corpore, vndè sumuntur, non licet ducere argumentum, ex eo quòd nullam fidem faciant, quia Irner. qui illas in Codice Iustinia. verbis, quæ sibi placebant, & quandoque pluribus additis, vel mutatis interiecit, nullam 90
ad id habebat auctoritatem, prouti benè (licèt ad aliud propositum) aduertit Dec. in ea auctē. in prin. Dida. in c. Raynuntius §. 6. nu. 4. de testam. & Angulo de meliora. l. 9. glo. 2. num. 14. In corpore autē vndè sumitur auctē. prædicta scilicèt in §. quia verò ij. in auctē. vt liceat matri, & auiç, & in §. quem verò in auten. de exhiben. reis, tale verbum, *succedant*, non legitur: Præterea differentia, quæ ex dictæ auctē. dispositione inducitur inter filios contrahentiū, & extraneos vocatos per verbum, *succedant*, vt illi non censeantur dispositiuè vocati, *ij* verò
87 sic, nimis rigida, ac rigurosa videtur, cum † per eam deterioris conditionis fiant filij, quàm ex- 91
tranei, quod vix est quòd sibi quis persuadere
88 possit: denique † etiam in terminis statuti excludendis fœminas existētibus masculis tenet Guid. Pap. decis. 184. filios fore per statutum dispositiuè vocatos, ad quod plures idem tenētes refert, & sequitur Tepa. var. iur. resolu. cōpend. lib. 1. tit. de statu. excludē. fœm. col. 3. ver. si statuto caueatur, lo 2. nec ab hoc multū deuiat Boer. decis. 155. clarè contra doctrinam, & opinionē Cassana. & eorum, quos sequitur, tenent Bec. in cons. 76. num. 8. & sequent. Rol. à Val. in cons. 72. nu. 58. & 63. vol. 1. & Surd. cōs. 81. per tot. sed nos hęc omittamus, quibus expedit progredi ad vlteriora.

89 Hac igitur † stabilita opinione, quòd scilicèt per supradictos loquendi modos saltem in terminis, de quibus agimus, cēseatur inducta pręcisa, & necessaria vocatio, non sola solius successionis legalis reseruatio, videndum est quæ ex posterioribus duabus opinionibus in his suprà relatis verior de iure sit, ego quidē, si meū requiratur iudiciū, censeo valdè probabiliorē, 92
& forsan veriorem in puncto iuris esse vltimā, quòd scilicèt huiusmodi pacta tanquam de vniuersa successione facta nullius sint roboris, & efficatię, sed imò de iure reprobata, propterea quòd libertatem auferant testandi, nec sustineri posse de bonis præsentibus.

Principale fundamentum huius opinionis, vt suprà iam dictū extitit, constituitur in eo quòd huiusmodi conuentiones pactum continent de futura successione, quod non valere de iure tam certum est, quàm quod certissimū, ad quod confirmandum plura in terminis promissionis *de faciendo hæredem* suprà adduximus, quibus mirè hæc opinio comprobabatur. dicamus aliquid, quo idem de verbis, *succedant*, & *præferantur* particulariter probetur, licèt existimem ego non oportere: cum enim hęc omnia pactum de futura successione pariformiter cōtineant, & ea ratione reprobata censeantur, ideò dictum de vno potest, & debet de alio etiam esse dictum intelligi.

Succedere † igitur verbum proprię successionem vniuersam significat l. quidam §. is autē, & ibi not. doctores ff. de eden. Socin. cons. 102. vol. 2. Cel. Hugo cons. 100. nu. 8. in fi. quod vel maximè & æthymon vocabuli demōstrat: succedere enim proprię est subintrare in locum alterius, ex l. si hæreditas §. 1. & ibi glo. de testam. tutela, benè post alios, Peregri. de fideicom. ar. 20. num. 10. si ergo ego per pactum volo quòd filij mei mihi succedāt, censebor proculdubio voluisse quòd in mei locum subintrent ita vt illud omne habeant, quod ego, ac ex consequēti *omnis* mea successio vniuersaliter eis promissa censebitur.

Præferantur, † autem verbū nihil etiā aliud, meo iudicio, continere videtur, quàm vniuersam etiam successionem, quod satis clarè, & à pertè probat tex. iam allegatus in l. si fratres §. idem respondit societatem ff. pro socio, vbi propterea pactio de præferēdo vlteriores proximioribus reprobatur quòd cōtineat promissionem vniuersæ successionis, & auferat testādi facultatem, cuius forsan tex. intellectum non satis percepit Æmil. Ferret. in l. stipulatio hoc modo concepta n. 14. ff. de verbo. oblig. quod, quia ad nos non spectat examinare, ideò omittimus.

Per hæc, & ea, quæ pro secūda opinione superiùs adducta fuere, satis superque arbitror eam fore, & esse de iure confirmatam: Difficultas consistit in respondendo benignę interpretationi, quam pro validitate *actus* hęc verba *sini hæredes*, *præferantur*, *succedant*, & sic de similibus apud Senatum pluriès receperunt, vt per ea donata tantummodo intelligerentur bona præsentia, & non futura.

92 Hanc † difficultatē ego sic pro viribus suscipio diluendā, quod vt præstem, aduerto in primis nō habere nos iura muncipalia, nec quemquā ex nostris antiquis interpretibus, & practicis, quæ, & quos ego viderim, qui & quę in specie dicant huiusmodi loquutiones in nostra Carhalonia importare donationem de bonis prę sentibus: quod enim dicunt commemorationes Petri Alberti, & Socar. ibidem iam suprà retulimus, de alijs verbis loquuntur, non

oportet

oportet igitur quòd repetamus, imò si interrogaretur vulgus de intelligentia huiuscemodi loquutionum, ea forsan tãtùm distaret ab ea, quę recipitur in Cathalonia vt imò ex diame-
93 tro fortasis cum ea pugnaret: secundum † terminos igitur iuris communis ea verba intelligenda erunt, quod si ita est, ego non video quo modo sustineri possit interprætatio de bonis pręsentibus, postquam l. CC. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. & in l. si fratres §. idem respondit societatẽ ff. pro socio, & Roma. Cæs. in l. pactum, quod dotali C. de pac. & alijs pluribus in locis, interrogati de validitate ipsissimorum pactorum, noluerunt, quod poterant si iustum fuisset, talem interprætationẽ admittere, sed imò ea de iure inualida, & reprobata tanquam auferentia liberam testandi facultatem reputarunt.

* Accedit his quòd communissima doctorũ schola, & idem ipse noster Senatus non voluit vnquam admittere eam interpretationem in donatione omnium bonorum pręsentium, & futurorum, vt latissimè diximus in inferiorib⁹ in clausula donationis omnium bonorum, & paulò ante in hac eadem glo. nonnihil diceba mus: si ergo ibi nõ admititur, quare hic in terminis, ęquè ac per donationem vniuersalem, auferentibus liberam testandi facultatem? confugientem te video ad fauorem pręsumptionis pro validitate actus, quam, accedente maximè virtute iuramenti, ac calore matrimonij, dices potentem ad vt hęc sumi debeat interprætatio, sed consequar te ego, ni fallar, si rationem differentiæ à te exquisiuero quare secus ibi, & secus hic, quam cum assignare iustè non valeas, iustum erit quòd nobis cedas.

Replicabis quòd ibi non fit interpretatio vt sustineatur de bonis præsentibus donatio nec vt actus valeat, nec aliàs, quia constat clarè donatorem censuisse de bonis præsentibus, & futuris, & sic voluisse facere actum inualidum,
94 quando † autem verba sunt clara in hominum dispositionibus standum est dispositioni importatæ per verba, nec tunc locus est pręsumptionibus, & coniecturis, idque tam in vltimis voluntatibus l. ille aut ille §. cum in verbis, de leg. 3. quàm etiam in contractibus l. continuus §. cumquis ff. de verb. oblig. vbi glo. adducit cõcordantes, exornant Meno. cons. 399. num. 4. Peregri. de fideicom. ar. 11. nu. 2. & Hiero. Gab. in cons. 137. num. 15. vol. 1. vltra quos non est cordi alios allegare, quoniam ex eis omnes habebis, quos volueris, quorum auctoritate hæc resolutio illustretur: Indè (inquiũt isti) fit quòd vbi verba sunt clara aduocatorũ cauillationes debeant cessare, & errent qui relictis verbis claris interprætari volunt contrahentium act⁹ ex coniecturata, & præsumpta eorum mente, quia illa creditur esse voluntas disponentium, quæ ex claris verbis colligitur; cum igitur in casibus, in quibus & doctores, & Senatus nolunt dispositiones vniuersales, veluti conceptas sub his formis, *quòd sint hęredes vniuersales*, vel *hæredes sint de omnibus bonis præsentibus, & futuris, & donant omnia bona præsentia, & futura* cũ similibus, sustineri etiam in bonis præsentibus verba sint clara, & manifesta, quibus disponentes mostrant suæ intentionis esse vniuersales dispositiones de iure reprobatas facere, indè fit quòd non admittantur in eis casibus coniecturę, nec præsumptiones pro validitate actus vt interprætentur tales dispositiones factę de bonis tantùm pręsentibus: cęterùm cum in his casibus, de quibus nunc loquimur, non adijciantur verba clara, & manifesta, quæ clarè, & manifestè intentionem disponentium indicent esse de omnibus bonis præsentibus, & futuris voluisse disponere, quinimò per ea verba indiffinita, *succedant, sint hęredes, præferantur*, & similia, quæ æquè, licèt aliquantulum impropriè, ad sola bona præsentia respectum possent habere sicut ad præsentia, & futura, indè fit vt quemadmodum donationem omnium bonorum absq. adiectione præsentium, & futurorum damus validam de bonis præsentibus, sic eas dispositiones validas concedamus, ac sustinendas dicamus oportet de bonis præsentibus vt actus potiùs valeat quàm pereat, ac propter vim iuramẽti, & fauorem etiam matrimonij.

95 Replicabis † (inquam) hæc: verùm ego facilimè respõdebo, & in tuum caput retorquendo argumentum fateri te compellat, nisi pertinax sis, vt mecum conuenias: accipio igitur libentur quòd quando verba sunt clara sit eis standum absq. eo quòd recurratur ad coniecturas, & pręsumptiones, quib⁹ percipiatur mens disponentium, stemus in hoc dicto, nec ab eo recedamus, nunc sic, verba, *sit hæres, præferantur in successione, succedant, & hæredite*, ac similia ex se clarè, ac manifestè successionem vniuersalem significant omnia bona præsentia, & futura complectentem, vt prętereà quòd satis superq. iam in superioribus probauimus, mox iterum, circa verba præcipuè *sit hæres*, aliquid dicetur, ergo neque in his fieri debet interprætatio quòd censerint disponentes velle donare tantùm bona pręsentia, & de eis tantũ
96 disponere, minor † propositio ex eo confirmatur quòd in iure differentia non reperiatur constituta inter vocationem, *sit hæres vniuersalis*, & *sit hæres* simpliciter, imò vtroq. modo significatur æquè vocatio ad vniuersam successionem facta, & idem vna, atque altera loquutio importat absque eo quòd necessarium sit, vt significetur vocatio ad vniuersam hæreditatẽ,

quòd

quòd verbo *heres* adijciatur signũ aliquod vni- 99
uersale, imò ipsum solum ad id potens est, vti
* ex l.1.& toto ferè tit.& ibi scribentes omnes ff.
de hęred.instit. colligitur: si ergo non conceditur in contractu facere aliquem hęredem cum adiectione dictionis vniuersalis, seu de omnibus bonis presentibus, & futuris, vt suprà ex mente Senatus probauimus, ergo neque permitti debet quòd hæres quis simpliciter in cõtractu fiat, cum ęquè per hanc, sicuti per illam loquutionem, censeatur de iure data vniuersalis successio vt clariùs, quã ego dicere possem, probant iura tex.(ad ea tanquam fortissimam, ac securissimam anchoram in his semper confugimus) in allega.l.stipulatio hoc modo concepta, de verb.oblig.& l.pactum, quod dotali C.de pac.

97 Dices † id, quod diximus dispositionem cõ- 100
ceptam per verba vniuersalia compræhendere futura, vniuersaq. bona, quæ disponens habet, habereque potest, intelligendũ esse procedere in vltimis voluntatibus, in quibus fit plenior interpretatio, non in contractibus, in quibus nõ tantus versatur fauor, maximè, sicuti in casu nostro, quando, si extentio ad futura fieret, corrueret proculdubio actus, ne cogamur, cõtra omnem legum, & hominum præsumptio- 101
nem, fateri interpretationem sumẽdam quòd voluerint contrahentes facere actum nullum, & inualidum: hanc differentiam agnouerunt Castren. Alex. Iacobi. Burigel. Ias. Capel. Tolos. & alij plures relati per Surd. qui eos sequitur, cuiusq. allegatione sola ego hic contentus esse debeo, ne ei iniuriam faciam, qui tam benè rem pertractauit, Surd.(inquam) decis.233. nu. 17. Sed ego respondeo ex eodem Surdo ibidẽ nu.25. per quæ existimo rem hanc, qua de agimus, tam claram, apertam, ac manifestam remansuram vt amplius dubitandi locus viden-
98 dus sit non remansisse: distinguimus † igitur inter vniuersalitatem, quæ prouenit ex re ipsa, & eam, quæ descendit à vocabulis, vt prior semper vniuersalitas remaneat siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, nec vnquã ad rem certam, & particularem restringatur, posterior verò sic: vniuersalitas autem quæ prouenit ex re ipsa est quando res ita ex se vniuersalitatem importat vt nullo ad id egeat signo vniuersali, veluti *hæreditas, peculium, grex*, & similia, quę corporum, & iurium vniuersitatem important, vniuersalitas autem, quæ descendit ex vocabulis est quæ ex se vniuersalitatem minimè denotat, sed ex eo quòd ei signa vniuersalia, veluti *omnes, quicunq;*, & similia adiungãtur, sic Aym. Craue. in cons. 983. nu. 3. & Surd. vbi suprà, adde Per. Barbosa, plenè de his agentem, in rub. ff. solu. mat. in 3. par. à num. 4. cum sequent.

Indè † desumitur ratio differẽtię, quare dispositio, *quod quis sit alterius hæres*, non valeat tanquam auferens facultatem testandi, & bona præsentia, & futura compræhendens in l. pactum quod dotali C. de pactis cum simil. suprà allega. valeat tamen donatio omnium bonorum tanquam non compræhendens futura, & ad sola presentia restricta, vt non semel diximus in hoc libro, & signanter in glo. donationis vniuersalis: ratio (inquam) differẽtiæ inter hos casus, licèt ambo æquè vniuersalitatem continere videantur, est, quia primum est ex illis, qui ex se vniuersalitatem cõtinent, & ideò non restringitur, secundum verò eam habet naturam à signo vniuersali, quod ei adiũgitur, & ideò restrictionem pati potest, sic Craue. ac reliqui suprà citati.

Indè † sequitur non esse in considerationẽ 102
præsumptionem, quam capi debere iura proclamant vt actus potiùs valeat, quàm pereat, quia ea non prefertur proprietati sermonis, imò hæc obseruanda est licèt actus pereat, vt post Socin. in l. cum Senatus num. 7. & l. vbi est ff. de rebus dubijs, & Craue. in cons. 188. tradit. Meno. cons. 56. n. 11. & Peregri. de fideicom. ar. 11. nu. 3.

Et vt † tadicitùs, ac perfectè semel habeas 103
quomodo hæc ratio, in qua totum ferè fundamentum fit contrariæ opinionis, non possit in nostro casu habere locum, reuoces, quęso, in memoriam quæ pluribus infrà inglo. donationis omnium bonorum præsentium, & futurorum ad interpretationem l. vbi ita donatur ff. de dona. caus. mor. docuimus, vbi probauimus quòd donatio causa mortis per adiectionem pacti de non reuocando transit in donationem inter viuos etiam si vt talis non sit valida futura, quæ valuisset si causa mortis donatio, & in terminis illius remansisset, ad idque induximus tex. in d.l. vbi ita donatur, per quem diximus optimè probari hanc resolutionem: ecce ergo quòd non tanti sit, presertim in *donationibus*, facienda presumptio pro validitate actus quòd semper, vbi casus occurrat, debeamus à proprietate sermonis, & à clara disponẽtis mente recedere vt actum validum seruemus, & *ei* mentem disponentis quomodocunque accommodemus, cum contrarium feciſſe reperiamus Iureconsultum in allega. l. vbi ita donatur, cuius rei pulcham And. Angulo de melio. l.1. glo.11. tradit rationem valdè nostro casui accommodatam: dicit enim num. 18. ne mini debere videri rigidũ quòd donatio, quę poterat valere in vim donationis causa mortis per pactum transfundatur in donationem inter viuos, etiam si nulla sit, quia (inquit) maior rigor esset si donatio valida presumeretur cũ donator eo casu ex interpretatione legis nulli-

tet

102 ter voluit donare, &† sic (ait) non obstat quòd non sit verisimile quòd donator in donãdo voluit assumere viam, per quam sua dispositio subuertatur, argum.l.3.de milita. testã. cum simil. quia illud procedit in dispositionibus fauorabilibus, non in donante, cuius dispositio quemadmodum est exosa, & non præsumitur l.cum de indebito, de proba. eodem modo non adiuuatur vt præsumatur valida, quæ ex legis dispositione, & interpretatione
103 est nulla, argumento † eius, quod docet Dec. in cons.177.in prin.& Ias.in l.ii procuratori falso, num.4.de condic.indeb. quibus adde Mascar.conclu.554.num.15.Cassanate cons.10.nu. 45.& cons.45.num.97.& eundem Angulo, latissimè etiam, de melior.l.3.glo.4.num.48.argumento (inquam) eius, quod ij doctores docent ita esse exosam donationis præsumptionẽ vt etiamsi actus resultet inutilis id potiùs acceptandum sit, quàm donationem præsumere.

Hæc Angulo, quæ nemo non videt quàm
104 benè nostrum probèt institutum, addit † eisdẽ postea num.30.in allega.l.1.glo.11. illud, quod dicitur, quando actus potest vno modo licitè fieri, & alio modo illicitè in dubio videtur factus eo modo, quo licitè fieri potest, procedere in talitèr prohibitis quòd in contrarium resultet delictum, cum hoc ex generali præsumptione iuris non sit præsumendum l.merito ff. pro socio, non sic quando tam actus, quàm eius valor pendet à libera voluntate agentis, maximè donantis, cũ ille videatur sequi iuris interpretationẽ in suis actibus, argumento eorum, quę notãt Bar. Ang. Cuma. & Alex. in l. hæredes mei §.cum ita, ad Trebel. Alias rationes ad idẽ forsan satis accommodatas, quas Barbosa excogitauit ad defendendam resolutionem illã, quam superiùs adduximus, nempè quòd donatio causa mortis transfundatur in donationẽ inter viuos per pactum de non reuocando etiã si vt talis valere non possit, legere poteris apud eundem in repeti.l.quę dotis num.131. ff.solu. mat.

105 Accedit † his quòd licèt plumbus in casibus particularibus particulari fauore reperiamus à doctoribus traditum pacta huiusmodi valere, quę de futura successione fiunt per verba, de quibus suprà, aut alia idem sonãtia, de quibus, præ alijs, singulariter agunt Osas. decis.100.& Thesau.225.per tot.in Pedemont. & ad Thesau.additio eius filij, plenè Hier.Gab.cons.157. per tot.vol.1.& quos ipsi allegant, nunquam tamen ij validitatem pacti defendisse leguntur ex hac interpretatione quòd vt valeat potiùs, quàm pereat actus interpretemur intentionẽ contrahentium fuisse quòd voluerint bona tãtùm præsentia donare, & de illis tantùm facere dispositionem.

Solùm nonnulli, quos iam in superioribus retulimus allegantur, qui ex significatione verbi, *hæreditas*, in contractibus, in quibus sumi dicunt pro bonis præsentibus tantùm, pacta huiusmodi sustinenda volunt de bonis præsentibus vt actus potiùs valeat, quàm pereat, cæterũ cum isti in hoc fundentur in l. quęsitum §.penul.ff.de lega.1.& ibi glo. *hæreditatis*, quod fundamentum quàm fragile, & infirmum sit, satis superque in superioribus edocuimus, non est quòd iterum hic in eorum opinione reprobãda tempus inutiliter conteramus.

106 Vnus † supereſt nobis, cui respondeamus Aym.Craue.in cons.139.nu.6. qui huius interpretationis pro validitate pacti, quoad bona presentia, partes acerrimè defendendas suscepisse visus est, cæterùm ego imprimis aduerto casum, super quo ille respõdit valdè diuersum esse à nostro: agit enim de promissione bonorum suorum simplicitèr per aliquem facta, quã signanter nu.4.& 7.dicit intelligi factam de bonis præsentibus, quia appellatione bonorum non veniunt futura, quod tantùm abest vt negemus quod imò expressè pluribus & iuribus, & doctorũ auctoritatibus, ac etiam grauissimorum Senatuum decisionibus in inferioribus in glo.donationis vniuersalis omnium bonorum confirmauerimus: tali enim casu cũ ineptа verba non sint, quæ possint interpretari bona tantum presentia comprehendere, benè est quòd pro validitate actus ea interpretatio admitatur, in eodem casu loquitur Guiller.Benedic.in c. Raynu. verbo, duas habens filias, nu. 105.à nob.in superioribus allega. hic verò nos sumus in verbis, quę suapte natura clarè, & distinctè & presentia, & futura comprehẽdunt, sicut clara, & distincta omnium bonorum & præsentium, & futurorum donatio, indè igitur sequi debet quòd sicut hæc de bonis præsentibus non sustinetur iuxta communiorem doctorũ opinionem, sic nec & nostra per verba de quibus suprà impottata donatio.

Tranſeamus ad ea, quæ Craue. ipse allegat contra nostram opinionem vt videamus numnam ipsa probent intentum; occurit nob. pri° allega. per eum doctrina Pau. de Castr. in cons. 347. quia circa donationem vol.1.vbi dicit Craue. tenere Cast. quòd valeat pactum quòd do-
107 natarius † faciat eius liberos hæredes in rebus donatis, quia intelligi debẽt verba pacti quòd donatarius teneatur restituere bona eius liberis, exponendo verbum *hæredes*, dominos, vel successores particulares, cui ego respondeo, quòd si Castren. id dicat nihil contra nos concludit, imò nos etiam idem sæpè diximus, & forsan vlteriùs in inferioribus dicemus: ibi enim non tractatur de vniuersis bonis donatarij, sed de illis tantùm, quæ sibi per donationẽ

obuene-

obuenerunt,in quibus legem donator apponere potuit quam voluit,quòd ſcilicet ea peruenire ad filios deberent poſt mortẽ donatarij,quod quidem nullibi prohibitũ reperitur, cumque ibi verbũ,*heredes*,iungatur rebus particularibus,non his,quæ vniuerſam ſucceſſionem important, indè fit quòd quia ſumus in claris,claraq. donatoris voluntate,debet de neceſſitate verbũ impropriari vt non de vniuerſali ſucceſſione intelligatur ipſius donatarij, quã nec voluit,nec potuit donator filijs donatarij promittere,ſed imò de particulari ſucceſſione in illis bonis donatis,nec eſt noua hæc verbi, *heres*,impropriatio vt ſignificet ſingularem, & particularem ſucceſſionem quando iungitur rei ſingulari,& particulari, in qua non poteſt
108 ſui naturam retinere:nam † idem habemus in vltimis voluntatibus vt pro legatario habeatur, & ſic pro ſingulari ſucceſſore qui in re certa inſtitutus eſt hęres,vt probat Rom.Cæſ. in l. quoties C. de hæred. inſti. quod licèt quidam controuertere voluerint dicendo quòd taliter inſtitutus non poſſit dici nec ſimplicitèr hæres, nec omninò legatarius, ſed in ſpecie vtrinque communicante ſit ponendus, de quibus latè per Ema.Soar.à Ribey. in additione ad Gom. tom.1.var.c.2.nu.16.& in theſau. recep. ſenten. verbo,hæres,nu.46. & latiùs per Micha. Graſ. de ſucceſ.§.hæreditas quęſt.3.nu.3.ver.ſed Bar. ego tamen non video quomodo id poſsit ſuſtineri contra expreſsiſsima verba Imper. in d. l. quoties,ibi,*quoties certi quidem ex certa re ſcripti ſunt hæredes,vel certis rebus pro ſua inſtitutione cõtenti eſſe iuſſi ſunt,quos legatariorum loco haberi certum eſt &c.* Ita tenet Antho.Gom.tom.1.var.c. 2.num.16.Antho.Gab.lib.6.de regul. iur. concl.11.num.16.& alij relati per Graſ. vbi ſuprà, quibus adde Manti. de coniec. vltim. volun. lib.9.tit.13.num.8.cum ſequent.qui dicunt opi
* nionem cõmunem,plenè Meno. de præſump. lib.4.præſump.20.per tot.ſed hęc nõ ſunt noſtræ ſpeculationis, ſufficiat nobis quòd ſaltem quoad rem ipſam habeatur pro legatario,vt ex Bar. in ea l. quem communiter approbatum dicit Crot.in l. 1.num.69.de lega.1.& ex Bello. qui dicit eſſe communem opinionem, docet 111
Graſ.vbi ſuprà nu.4.

109 Quod † tamen adhuc ſanè eſt intelligendũ (& per hęc magis probabitur noſtrum intentum)quando alius eſt inſtitutus hęres vniuerſalis,nam ſi ſolus ipſe, licèt in re certa,inſtitutus hęres reperiretur,talis inſtitutio traheretur proculdubio ad vniuerſalem ſucceſsionem,ex vulga.l.1.§.ſi ex fundo.l.ſi alterius cum ſimil.de hæred.inſti.concordãt in hoc omnes, quorum plures quantum ſufficiat ad fundandam opinionem,reperies citatos per Graſ. d. q.3.nu.2. in §.hæreditas,& idem eſſet quando duò, vel plures eſſent in rebus certis inſtituti nullo dato cohęrede,quo caſu inter oẽs ęqualiter eſſet hæreditas diuidẽda etiamſi in inæqualibus rebus, vel inæqualibus partibus eſſent hæredes inſtituti,prout pluribus probat Vincẽ. de Fran. de- † ciſ.554.vbi dicit ſe ità *declaraſſe* in facti contingentia. Ecce ergo quòd verbum *hæres*,etiam in vltimis voluntatibus impropriatur vt pro particulari,& ſingulari ſucceſsore ſumatur quando clarè apparet non poſſe retinere ſuam naturam vtpote quia rei particulari ſit adiunctũ dato alio hærede vniuerſaliſtic in caſu Caſtren. de quo agimus,cum verbum,*heres*,rei particulari iungatur, indè fit quod propriam amittat naturam, & pro ſucceſſore particulari ſumatur,non ſic eſt in caſu noſtro quando ponitur ſimplicitèr, & indiffinitè abſq. adiunctione alicuius rei particularis: tunc enim cum nihil ſit, quod debeat facere illud impropriari, indè fit quòd propriam retinere naturam cenſendum ſit,& ſic bona vniuerſa, vniuerſamque ſucceſſionem compræhendere.

110 Dices rationem † non concludere omni ex parte:nam ſi,vt ſuprà dictum eſt,quando hæredi in certa parte inſtituto non datur cohæres vniuerſalis,ipſe pro hęrede vniuerſali habetur, quare non ſic dicitur in caſu Caſtrenſis,& alijs, in quibus per huiuſmodi verbum,*heres*, fiunt vocationes in rebus particularibus,vt indè dici etiam debeant nullæ tanquam vniuerſam ſucceſsionem complectentes poſtquam non ſolent aliæ ſimul,vel poſtmodum vniuerſales vocationes in eiſdẽ, vel alijs cõtractibus fieri? Ratio(ego reſpondeo)eſt manifeſta,quia illud eſt priuilegium vltimæ voluntatis ne quis dicatur deſcedere partim teſtatus, & partim inteſtatus,vt doctores ſuprà relati docent,quod nõ habet locum in contractibus.

Idem dico ad auctoritatẽ Soci. in conſ. 102. quem allegat Craue.vbi ſuprà quòd verbum, *hereditare*,in cõtractu ſignificet,ideſt ſingulariter ſuccedere:id enim ideò ibi dicitur per Socin.quia iungebatur verbum,*hereditare*,rei particulari,ſcilicet cuidam domui,quo caſu nemo negare poteſt quin ſingularis ſucceſsio denote
tur,*non vniuerſalis*,cum † vniuerſalis illa dicatur,quæ eſt in vniuerſum ius, particularis verò ſiue ſingularis quæ in aliquam rem particularẽ, idque tam in vltimis voluntatibus, veluti titulo legati,vel fideicommiſſi particularis, quàm etiam in contractibus,veluti donationibus,& ſic de ſimil.procedunt,& locum habent,prouti declarat Graſ.de ſucceſ.in prin.& ſeu §.1. nu. 18.nos verò loquimur quando verba hęc ponuntur indiffinitè,vel cum dictionibus vniuerſam ſucceſsionem importantibus, quo caſu non eſt quòd improprientur verba vt aliud ſignificèt præter id,ꝙ ex ſua natura in ſe cõtinẽt.

Secundò

112 Secundò allegat † Craue. ad ſuam fundandam intentionẽ Bellame. in conſ. 48. col. 6. vbi dicit eum tenere quòd ſi quis facit aliquem dominum, aut hęredem ſuum quamdiu vixerit alio vniuerſaliter inſtituto, per illa verba non importat inſtitutio: hæc Craue. dicit, ſed quid ea ad propoſitum faciant eius, quod tractamus circa interpretationem noſtrorum hæreditamentorum, vt valeant, & ſuſtineantur in bonis preſentibus, vtpote quia interpretari debeant de eis tantùm facta, ego non video, nec etiam viſurum arbitror qui lynceos haberet oculos, quod vt clariùs percipias, aduerte quid ibi Bellame. diſputet in allega. col. 6. & ego in meo codice habeo num. 27. diſputat igitur Ballame. quid importent verba illa, *eſto dominus rector, & gubernator ad tuã voluntatem quamdiu vixeris omnium bonorum meorum preſentium, & futurorum* dato alio hærede vniuerſali ſimpliciter in omnibus bonis inſtituto, an inſtitutionem, an verò quid aliud, quod minus ſit, quàm vniuerſalis inſtitutio, & reſpõdet quòd nullo modo important inſtitutionem, quia quamuis verba, *ſit dominus hæredetatis meæ* in dubio importent inſtitutionem in l. his verbis, de hæred. inſti. tamen id intelligitur quando alius non reperitur hęres inſtitutus, quo caſu verba id patiuntur,
113 & mens ſatis ſuffragatur, quia † in dubio vetiſimile eſt quòd quis velit deſcedere teſtatus, & non inteſtatus §. 1. inſti. quib. manu. non licet, quando autem alius eſt hæres vniuerſaliter inſtitutus, apparet de mente contraria teſtatoris quòd noluerit per illa verba, *eſto dominus*, inſtitutionem facere, nec intelligere de pleno dominio, ſed de quodã iure præcipiendi, & ordinandi in re aliena ad rectorem, & gubernatorem, qui propriè dominus non eſt, pertinentemhæc & nõ alia Bellamera vbi ſuprà, quę quãtum diſtent à Craue. opinione confirmanda, quia ſcio neminem mihi negaturum, qui rem maturè conſiderauerit, ideò tempus in eo cõmonſtrando inutiliter non conteram, ſolùm aduerto quòd malè à Craue. imponitur Bellameræ, quòd dicat eo loci quòd ſi quis faciat dominum, & hæredem &c. nam nullum verbum loquitur de hærede, ſed de domino tan-
114 tùm, rectore, & adminiſtratatore &c. licèt † idem futurum eſſet in caſu, quo quis hæres eſſet inſtitutus quamdiu viueret, alio hęrede vniuerſaliter inſtituto, quia etiam tunc ea loquutio non importaret inſtitutionem, ſed imò ſolius vſusfructus legatum, & ita fit interpretatio propter exiſtentiam alterius hæredis ſingulatiter inſtituti, Deci. conſ. 279. Tepa. in var. iur. ſenten. compen. tit. de hæred. extra. inſtitu. col. 4. in prin. viden. Nat. conſ. 570.

115 Idem † dicendum cẽnſeo ad auctoritatem Bal. in cõſ. 136. viſo teſtamẽto Blaſini col. 2. lib. 3. quem Craue. vbi ſuprà allegat: ibi enim nihil aliud Bal. probare nititur, quàm quòd teſtator, qui nullo hærede expreſsè inſtituto dixit quòd in manu exequutorum, quos faciebat, ponebat omnia bona ſua, cenſeri debeat per huiuſmodi verba dictos exequutores inſtituiſſe hæredes vniuerſales, ad quod eo argumento vtitur, quia paria ſint dicere facio te hęredem meum, vel facio te dominum meum, vel etiã in manibus tuis pono omnia bona mea, exquibus quomodo inferri poſſit ad quæſtionem, quam tractamus, num noſtrę pactiones ſucceſſionem vniuerſalem ſonantes interpretari debeant de bonis præſentibus, ego non video, tuo lector hæc committo prudenti iuditio diſcutienda.

116 Vides † ergo qualiter Craue. in his lapſus ſit adducens ea ad ſuæ opinionis corroborationem quæ nihil minus quàm quod ipſe exiſtimat, probant, cuius rei cauſam exiſtimo eſſe quòd eò iam nunc noſtra profeſſio peruenerit vt nihil minus curemus quàm perfectam veritatis inueſtiganionem: omnes cogitant de pluribus lucubrationibus in lucem edendis, quas ex varijs eorum, qui ſe ipſos præceſſerunt, dictis cõponunt, in quibus licèt plures neceſſarij forent anni, & ferè Neſtorei requirerentur vt decẽter exire in publicum poſſent, id ſolum temporis perſæpè conſumi ſolet, quod ad vnius, aut alterius ſolei opuſculum valdè neceſſarium foret, quo fit vt vix vllum veritari inueſtigandę tempus reliquum eſſe poſſit, & ex conſequenti quòd hę incuriæ ab omnibus poſtea non notentur. O bone Deus quàm confidenter Craue. poſt ſuprà traditas rationes, hæc contra Deci. loquutus fuit, quę omnia ſi Deci. vidiſſet an putes eum miſſa feciſſe in difficultate tam eleganti, ſed non omnia poſſumus omnes &c. quę ſi conferas cum his, quæ in reprobationem traditorum per Craue. nos ſuperiùs diximus, neſcio qualiter de Craue. iudicabis, vel de me ipſo, ſi forſan non iuſtè eum reprehenderim, quicquid ſit, & illius, & mei eſt potiùs miſerendum, qui homines ſumus, & errare poſſumus, quàm irridendum, ne ijs, qui talia facerent, peiora (quod ſępiùs in pœnam peccati ſolet permittere iuſtus Deus) in his operibus contingant: ſed hæc miſſa faciamus.

117 Ex † ſupradictis non erit cognitu difficile noſtram fore opinionẽ, poſſe merito dubitari de validitate pactionum, quę per verba, *ſuccedant, ſint hæredes, præferantur, hæredito*, & ſic de ſimilibus ſiue ſimpliciter, & indiffinitè, ſiue etiã cum additione verbi alicuius vniuerſam ſucceſſionem continentis, ac importantis fiãt, veluti, *in hæreditate mea ſuccedant*, vel *in vniuerſis bonis præſentibus, & futuris*, aut *ſint hæredes mei vniuerſales*, & ſic de ſimilibus ex eo quòd libe-

ram

ram videantur auferre testandi facultatem, maximè si animaduerterimus quod Alcia. Dec. & alij plures, quos Peregri. refert, de fideicom. art. 51. num. 25. sine trepidatione pro nulli tate huiusmodi pactionum, quando signanter promittitur alicui quòd sit meus hæres, quòd mihi succedat, vel quòd faciam eum hæredem, tanquam de vniuersali successione factarum, responderunt: Quę tamen dubitatio cessaret in his, quæ, licèt per eadem verba fierent, iungerentur tamen rebus particularibus singularem, & particularem præ se ferentibus successionem, veluti, *in bonis meis, qua nunc habeo, in hac domo*, & sic de similibus: tunc enim reprobatæ de iure non de
118 berent censeri huiusmodi pactiones, cum non auferant liberam testandi facultatem: indè † fit quòd propterea valeat pactum de futura successione super re particulari, prouti pluribus comprobat Thesau. decis. 125. num. 11. vbi
† ita *decisum* tradit in Senatu Pedemont. quę tot alijs modis fuerunt superiùs confirmata vt nihil oportere censeam quòd hic vlteriùs dicatur. Quod tamen Senatus non admittit, vt ex supradictis apparet plusquam manifestè: vt enim actus potiùs valeat, quàm pereat, interpretatur benignè mentem contrahentium fuisse bona tantùm presentia donare, non tamen fu 122
119 tura. Quod † tamen quantum periclitetur (nisi illud deffendas ex cosuetudine, quasi illam fecerit Senatus pluries pro validitate pactorũ declarans, quæ in Cathalonia huiusmodi pactiones approbare visa est, ad tradita per Osas. Rauden. & alios plures, quos Peregri. refert art. 51. num. 25 circa. fin. & num. 35. volentes ex patriæ cõsuetudine validas fieri, & permissas pactiones de succedendo, prouti expressè ex patriæ consuetudine nostra hæreditamenta deffendenda fore, videtur tenere Cel. Hugo cons. 58. nu. 5. & cons. 100. num. 1. quem eo loci, ad probandum hanc esse in Aragonia consuetudinẽ, refert Alex. Rauden. de analog. c.
120 25. num. 22. nesciens † Cathaloniam, de qua Cel. loquitur, diuersis admodũ legibus, stylis, ac cõsuetudinibus regi ab eis, quas habet Aragonia, de qua Rauden.) quãtùm (inquam) hęc periclitentur, quæ Senatus amplectitur, nisi ex dicta consuetudine deffendantur, ex supra à nobis traditis facilè colligi potest.

121 Admitteret † tamen Senatus (ita ego censeo) hanc opinionem, quòd scilicet huiusmodi pactiones sint de vniuersa hæreditate, vbi in hæreditamento *sint hæredes, hæredito, dono hęreditatem meam* fieret reseruatio ad testandum: licèt enim reseruatio non augeat donationem vt per eam comprehendat bona, quæ aliàs non comprehenderet, vt fusè infrà in clausula donationis omnium bonorum dicemus, quia tamen verba illa apta sunt comprehẽdere & bona præsentia, & futura simul, & cessat ratio, propter quam benigna illa interpretatio solet fieri vt intelligatur de bonis tãtùm præsentibus, vt potiùs valeat actus, quã pereat, qui aliàs non valeret, nisi ea interpretatio fieret: Quia (inquam) ea ratio cessat cum fit reseruatio, quia per eam iam sustinetur actus, etiam si hęreditamenta sumantur in suo rigore, vt scilicet tam præsentia, quàm futura bona comprehendant, indè fit quòd tali casu debeat dici etiam ab ijs, qui absque reseruatione cõtrarium dicunt, quòd huiusmodi hæreditamẽta successionem vniuersalem importent etiã de bonis futuris. Contigit mihi bis de hoc articulo disputare in Senatu, primò ad relationem egregij olim Senatoris, & nunc Regentis in supremo Aragonũ cõsilio Saluatoris Fontanet in quadã causa supplicationis, à decreto executionis per admodũ Reuerendũ Cancellarium facto, per pupillos Tarteras contra pupillos Vilacetruns, scriba Maynes, interpositæ, vbi nihil fuit declàratum, quia concordarunt partes, secundò verò ad relationem egregij etiam Senatoris Ioannis Magarola in causa Petri Conill contra Grabielem Puig desalit, scriba Morato, quæ etiam postea fuit concordata.

122 Prodijt † multò post hæc scripta egregiũ sanè Iacobi Cancerij opus var. resol. 3. par. vbi in c. 7. de pac. à num. 389. vsque ad finem capitis de hac eadem re agens, in donatione scilicet suæ hæreditatis cum reseruatione vsusfructus, & centum aureorum ad testandum per patrem filio suo, dum nuberet, in capitulis matrimonialibus facta, post nostram nonnullis fundamentis fundatam opinionem, contrariũ reperio tenere eius, quod nos hic firmauimus, existimans nec in casu, quo reseruatio foret facta cẽseri donata bona præsentia, & futura, dicitque deinceps in fine, sic *declaratum* in nostro † Senatu se postea intellexisse, licèt (inquit) hoc nõ careat difficultate, per ea, quæ not. Cel. Hugo in cons. 57. nu. 9. Cæterũ ego à mea nõ propterea recedo opinione, quę vt magis magisque comprobata maneat operæ prætium duxi sub breuibus respondere his, quæ Cancer. adducit in suæ opinionis corroborationem: Principale fundamentum Cancerij consistit in his, quæ docent Autho. Thesau. decis. 199. num. 8. & Autho. Sola in consti. Sabau. tit. de aliena. bonor. min. mulie. glo. 3. num. 48. quos dicit omninò videndos super præsenti quæstione, quia sic in terminis illius, egregij isti viri tenent. Verùm si ij doctores videantur, reperiemus procul dubio in casu valdè diuerso à nostro ipsos fuisse loquutos.

115 Dicunt † enim quòd in donatione omnium bonorum non veniunt futura etiam si

fiat reſeruatio ad teſtandum, quod eſt certiſſimum, & indubitatum, & ab omnibus tenendum, prouti nos in inferioribus in clauſula donationis omniũ bonorũ & probauimus, & cõ-
124 firmauimus. Cęterùm † ratio huius traditionis eſt, quia cum verbum *omnia bona*, ſiue quia diſpoſitio de eis facta referri ſemper debeat ad tempus, quo fit, vt Theſau. ibidem aſſerit, ſiue aliàs, non ſit aptum ex ſui natura comprehendere bona futura, indè fit quòd nihil quoad hoc reſeruatio operetur, & in hoc caſu op-
125 timè cadit ratio Caticerij, quia † ſic inducta ad vnum finem contrarium operarentur: fit enim reſeruatio ad minuendam donationem, non ad illam augendam, vel ampliandam vltra id quod verba important, ac poſſunt comprehendere, & ideò non eſt hic effectus tribuendus vt faciat *id in ea donatione cõprehẽdi*, quod aliàs ex natura verborum, quibus concepta eſ-
126 ſet, cõprehẽdere ipſa nõ potuiſſet. Non † ſic eſt in noſtro caſu hæreditamenti facti per verbum, *ſit hęres, dono hæreditatem*, & ſimilia, quę ex ſui natura nedum apta ſunt comprehendere bona preſentia, & futura, ſed imò reuerà comprehendunt, vt in ſuperioribus latè probauimus. Et ſi aliquando, ſecundum obſeruationẽ Senatus, reſtringuntur ad bona etiam præſentia, id fit per verborum improptiationem quãdo non eſt facta reſeruatio, capiendo benignã interpretationem, vt actus potiùs valeat quàm pereat fauore matrimonij, & filiorũ, & propter iuramentum, vt ſuprà etiam dixi. Quando autẽ in donatione, ſeu hæreditamẽto adeſt reſeruatio, tunc ceſſat ratio, propter quam verba impro prientur, capiaturque illa benigna interpretatio vt ſuſtineatur donatio in bonis preſentibus, & ideò tunc iudicanda eſt donatio facta de bonis preſentibus, & futuris, non ex vi reſeruationis, quaſi illam ea ampliauerit, vel auxerit vt Cãcer. arbitrabatur, ſed ex eo quòd ſubſtulerit cauſam, propter quam, verbis impropriatis, benigna illa ſumeretur interpretatio, qua ſublata clarum eſt quòd donatio, & hę reditamentum ſunt iudicanda de illis bonis facta, quæ verba ſuapte natura cõprehendunt, quæ cum ſint præſentia, & futura, vt dictum eſt, indè conſequitur quòd de illis dici debeãt facta. Et ſi & vbi Senatus contrarium aliquando, vt Cancer. ſe intellexiſſe dixit, declarauit, ego ſtabo cuiuſcunque egregij viri meliori cen ſuræ, hucuſque tamen talem declarationem reperire nequiui, ſed imò in binis cauſis, quas ſuprà retuli, ſemper vidi Senatum in hanc ſentẽtiam inclinatum.

127 Veruntamen † circa verbum *præferãtur*, de quo ſuprà, cum aliis, egimus ſcrupulus adhuc manet non modicus, num nam ipſum vocationem importet ſimplicem, an verò correſpectiuam, & conditionalem, quãdo ſic pactio cõcipitur, prouti ſolet in noſtra Cathalonia, *Quod filij ex hoc matrimonio procreandi præferantur in ſuccedendo filijs alterius cuiuſcunq; matrimonij, hoc eſt filij pro filijs, & filiæ pro filiabus.*

128 Noſter † Senatus in eam videtur inclinari opinionem vt huiuſmodi hæreditamenta præciſam, & neceſſariam in fauorem filiorum inducant diſpoſitionem, ſimplicemque, non cõditionatam, nec ad aliud futurum matrimonium habentem reſpectum, ita tamen quòd priùs in bonis donatis ſuccedant maſculi ſi adſunt, mox, & illis deficientibus, fœminæ, ſequẽdo declarationem eorum verborum, quam ali quando legimus in non nullis hæreditamentis per ipſos contrahentes, & hęreditãtes factam, & ſignanter ſic ego vidi in hęreditamento quodã, de quo agebatur in Senatu in cauſa Margaretæ Caſamijana, & Capell Parrochiæ de Batet contra Raphaelẽ Parrinet villæ Oloti, & alios, ad relationem egregij Senatoris Franciſci Ferruz, ſcriba Bartholomæo Balle (quam ego pro dicto Parrinet agente contra hæreditamentũ, timens opinionem Senatus, defendere non ſum auſus) inquo quidẽ hęreditamẽto poſt verba illa, *quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, qui ex hoc matrimonio procedent, ſint hæredes* legitur ſequentia, *hoc eſt quòd ſi aderit filius maſculus ex hoc matrimonio præcedat in hęreditate, & ſit de fœminis*, quæ dicebant nonnulli, illique graues doctores mecum ſuper intelligentia dictorum verborum conſulti, id ſignificare tãtùm quòd voluiſſet donator donare primò filijs maſculis eius matrimonij, & in illorum deffectum fœminis, & non aliud, licèt mihi duriuſculum viſum ſit: alium enim forſan non improprium habere ea verba dici poſſunt ſenſum, vt ſignificent prælationem tantùm ad filios, & filias alterius matrimonij reſpectiuè. Sed quicquid ſit, Senatus ſic *declarauit* vt ſuprà de anno 1603. in aula Regentis Cancellariã ad relationẽ egregij Senatoris Hieronymi Aſtor in cauſa Monterrati Croanyes contra Michaelem Domenec, ſcriba Carmona, cuius ſuprà in alio propoſito meminimus: Declarauit (inquam) hæreditamentum validum, ſicut & reliqua nullum reſpectum, & conditionem importantia, & bona præſentia filio maſculo priotis matrimonij abſque probatione aliqua eſſent ne, vel non, filij alterius matrimonij, adiudicauit.

Notanter dixi, *filio maſculo*, quia conſtabat in proceſſu ex confeſſione actoris adeſſe vnicam filiam ex eodem matrimonio, licèt nihil petentem, & nihilominus Senatus bona maſculo adiudicauit, cum quibus viſus eſt ſentire quòd hæreditamentum perfectum cum prælatione filiorum maſculorum reſpectu fœminarum eiuſdem vel alterius matrimonij ea

verba

verba importent, verum est quòd hęreditamẽtum non erat conceptum per verbum *præferãtur* sed hoc modo, *que los fills del present matrimoni mascle per mascle, o famella per famella hajen de esser, y de fet sien llurs hereters*, id est *quòd filij huius matrimonij masculus pro masculo, & fœmina pro fœmina habeant esse, & de facto sint eorum heredes*, ego tamen existimo quòd idem vnum atque alterum significet, & operetur si verborũ proprietatem attendamus.

Successit & alius casus, me patrocinante eũ, qui subcubuit, in eodem Senatu d anno 1607. ad relationem eiusdem Astor in causa Reuerend. Anthonij Prat contra Ioannem Pou, cuius etiam suprà meminimus, scriba Hieronymo Bosch, quo in vim hæreditamenti hoc modo concepti, *quòd infantes ex hoc matrimonio procreandi sint, & esse habeant heredes nostri, & filijs alterius matrimonij præferãtur scilicet masculi masculis, & fœmina fœminis, electione ex ipsis nobis reseruata, prout nunc pro tunc fauore huius nostri matrimonij hereditamus*, bona etiam præsentia filio masculo *adiudicauit* Senatus, sicut in superioti, existentibus fœminis eiusdem matrimonij, & nullis alterius, quod nec allegabatur contra ctum. Et die 30. Octobris 1608. publicata fuit regia sententia ad relationem egregij Senatoris Ioan. Magarola inter Sebastianum Fontfreda parrochiæ sancti Ioãnis de Fõtibus, & Frãciscum Molleres, & alios, scriba Michaele Perez, qua, me patrocinante, in casu huius hęreditamenti, *que los fills, o filles que del present matrimoni procehits seran, sien hereters llurs, ço es fills per fills, y filles per filles* hoc est *quòd filij, aut filiæ, qui ex præsenti matrimonio procreati fuerint, sint heredes illorum, scilicet filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, fuit *declaratum* per illud fuisse vocatos filios masculos, & fœminas in deffectũ masculorũ, Dixi, *me patrocinante*, quia cum videamus Senatum in hanc inclinari opinionem libenter omnes eam deffendimus, quicquid aliter in certis casibus sentire possemus. Idem item fuit declaratũ per quendam ordinariũ de cõsilio cuiusdam egregij huius ciuitatis aduocati, & postea confirmatum in tertia aula referẽte egregio Senatore Francisco Bonet sub die 1. April. 1610. in caus. Bernar. Colomers, & Stephani, & Pauli Colomers, scriba Iosep. Cortes, in casu huius hęreditamenti. *Item es pactat entre dites parts que fills per fills, è filles per filles del present matrim. sien, y hajen esser hereus dels bens dels donats, è axiu juran*, hoc est *quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus præsentis matrimonij sint, & habeant esse heredes bonorũ suprà donatorũ, & sic iurant*, in quo simpliciter fuit *declaratum* huiusmodi clausulam continere donationem, & hæreditamentum in fauorem filiorum, & filiarum illius matrimonij.

Super istis ego hæreditamentis hæc declarata in Senatu vidi in duabus aulis, circa quæ mirum est dixisse nostrum Cancer. post hæc scripta visum in 3. par. var. resol. c. 7. de pact. num. 80. nullam, quòd sciretur, reperiri Senatus decisionem super hæreditamento hac forma concepto, *quod filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, qui ex hoc matrimonio procedent sint heredes nostri*: mirum (inquam) est id dixisse Cancer. cum sæpè alleget declarationem factam in causa Montserrati Croanyes contra Michaelem Domenech referente Hieronymo Astor, in qua de hæreditamento facto, vt suprà diebamus, agebatur, quod per verba *masculi pro masculis &c.* quę equiparantur pro culdubio verbis *quòd filij pro filijs &c.* erat conceptum. Solùm restat quid in aula admodum Reuerendi Cancellarij sit declaratum in terminis horum hæreditamentorum videamus, multum ego temporis consumpsi, & nonnihil labotis sulcepi in hoc perquirendo, sed nunquam potui reperire quòd vnquam aliqua causa super hoc in ea aula fuerit declarata, saltem de tempore eorum, qui nunc in ea sedẽt, imò ipsi id mihi plenè fatebantur dum ab eis id scicitater. Solùm inueni quòd tres causæ, dũ hęc scribimus, sunt in puncto ferendæ sententiæ in ea aula, Prima quidem ad relationem egregij Senatoris Francisci Mijauila, & Franquesa inter Iacobum Goula, & Ioannem Pla I.V.D. scriba Bartholomęo Balle, in terminis huius hæreditamenti. *Item conue, y promet que heretera fill per fill, o filla per filla, que del present matrimoni procehiran* hoc est. *Item conuenit, & promisit quòd hęreditabit filium pro filio, aut filiam pro filia, qui ex hoc matrimonio procedent*: Alia ad relationem egregij etiam Senatoris Iosephi Dalmau inter Gabrielem, & Onophriũ Casamaiors ex vna, & Onophrium Marti, ex alia partibus, scriba Michaele Perez, cuius hæreditamenti verba sunt hęc *Que los fills, y filles procreandors del present matrimoni que fills per fills, y filles per filles hajen, y sien llurs hereters* hoc est *quòd filij, & filiæ procreãdi ex præsente matrimonio quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus habeant, & sint sui heredes*: Et tertia denique ad relationem egregij itidem Senatoris Hierony. Seniust in causa Collegij Sãcti Seueri Ecclesiæ Barcinonæ contra pupillos Masone de Patets, scriba Iosepho Cortes, in casu huiusmodi hęreditamẽti. *Iten es pactat, y tractat entre dites parts que fills per fills, y fillas per fillas de altre matrimoni hajen, y sien hereus dels bens de dit Maso, com de present heretan*, id est, *Item est pactatum, & tractatum inter dictas partes quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus alterius matrimonij habeant, & sint heredes bonorum dicti Maso sicut cum præsenti hæreditant*, quarum altera alterã expectat vt declaretur: resolutio enim, quæ in vna sume

tur,reliquis seruiet declarandis,si id fiat antequam hęc prodeant in lucem scribam in fine operis quid fuerit in eis declaratum,sinminùs 133
iam tibi aperui apud quos hæc reperire quandocunque valeas.

129 At † his non obstantibus teneri forsan posset,nec sine fundamento, vt mea fert opinio, quòd huiusmodi hęreditamenta per verbum *præferantur filijs alterius matrimonij*, vel etiam *quod filij pro filijs,& filiæ pro filiabus,quæ ex hoc matrimonio procedent, & procreabuntur sint hæredes &c.* concepta alium habeant sensum,vt scilicet non inducant simplicem,ac necessariam vocationem filiorum prioris matrimonij, sed imò conditionalem,& respectiuam ad filios alterius matrimonij, vt tunc demùm censeantur paciscentes voluisse quòd filij ex eo matrimonio essent hæredes vigore capitulorum matrimonialium, quando adessent filij alterius matrimonij, cui tantùm casui viti sunt, & dici debent voluisse prouidere, maximè qui ex parte sponsæ rem tractant ne, ea postea mortua,maritus,qui secundum contraxisset matrimonium, nouercalibus forsan (sicut sępè fit) blanditijs inductus, priorum filiorum obliuisceretur,& secundos illis præferret,ac hæreditaret,quæ videtur esse clara, ac manifesta mens 134
contrahentium,vt ex verbis hęreditamenti nō * Ioan.Ibañ.Parlador.rerum quotidia.lib.1.c.17.
obscurè elicitur, quòd scilicet in cōcursu filiorū vtriusque matrimonij filij prioris præferantur,in casu autem,quo soli adessent filij prioris matrimonij,non est quòd dicamus voluisse prouidere paciscētes quòd illi essent hęredes, quia id satis pro comperto habere illi debebāt,

130 cum † nemo sic carnem suam odio habeat, vt alienas soboles suis anteponat, vt alias dicebat Imper. in l. cum acutissimi C.de fideicommis.

131 Accedit † his quòd cum non existentibus filijs secundi matrimonij non detur subiectum inter quos cadat prælatio,indè fit quòd dicatur repugnare ratio naturalis, quòd vbi non datur distinctio,detur electio, vel prælatio cōparatiuè secund.glos.in l.si possef.§.2.ff.de petitio.hęred.& probatur in rub.ff. de optio. lega.l.in fideicōmissariam §. si legatum,ad Trabel. quæ est ratio omnium doctorum Hispanorum in quæstione, quam disputant,nostræ valdè simili,quos mox referemus:Adiungitur

132 † quòd comparatiuum semper præsuponat suum positiuum,vt dicebat Decius, & probat ex multis,in cons.695.num.30. & refert,& sequitur Dida.Perez in addi.ad Segura in l. vnū ex familia nu.88.ff.de lega.1. Flamin. Carthar. decis.74.num.18. elegans in proposito est dispositio tex.in l.vtrum ff. de assigna. liber. & in §.1.iuncta sua glo.inst.de assigna.liber. quibus probatur ius illud assignandorum libertorum, ita demum competere patri, si plures liberos habeat,tunc enim poterit vni assignare, non si vnum filium tantùm habeat.

Ex † his,& alijs rationibus,quas per discursum legere poteris apud doctores infrà referendos,tenēt cōmuni voto dd.Hispani (quod satis benè videtur nostro casui, & materiæ,quā tractamus,accomodari posse) facultatem concessam patri per leges Castellæ vt possit meliorare vnum ex filijs suis in tertio bonorum,non posse exerceri si vnum tantùm pater habuisset filium,sed si plures,vt inter eos optimè cadat prælatio,electio,& melioratio,remaneant que alij, quorum respectu vnus dici possit melioratus,sic sine difficultate resoluunt Molin. de Hispa.primog.lib.2.c.11.num.3.& Greg.Lopez,Pala.Rub.Dida.Per.à Peral. Antho. Gomez,Dida.Perez,Tellus Ferdinan.& alij,quos idem Moli.refert,eis adde Ioan.Gutier.de iura.confir.par.1.c.9.num.15.& pract.quæst.lib.2. quæstione 54.num.2. Angulo de meliora.l.11. glo.10.num.1. Burg. de Paz. Iun. quæst. ciuil. prima par.q.1.num.19.& Ioan.del Castillo Sotomaior,qui post supradictos omnes articulū nouissimè discussit, quotidia. cōtrouer.iur.lib. 2.c.13.per tot.cum alijs penè infinitis, quos ij allegant.

Quam † communem resolutionem licèt
controuertere voluerit satagens persuadere in vnicum solum filium optimè cadere posse melioration em,prodijt tamen cōtra eum,ad defendēdum communem, Sotomaior vbi suprà allega.est,qui omnibus illius fundamentis respondit,& seuerè proindè reprehensus fuit à Burg.de Paz. in loco superiùs citato, vbi loquens de eodem Parlad.& eius opinione quo ad dictam quæstionem,dicit cauendum ab eo esse,quia audacter,& temerè scripsit aduersus tantorum patruum sentētiam, hæc sunt huius doctoris verba contra Parlador.propterea pro lata,quæ patienter postea tulit idem Parlador. in secundā libri editione, vbi cum ea legisset, suo maledicenti sic respōdendum duxit, quòd illius maledicto respondere neq. locus, neq. modestia pateretur,sed quòd veritas ipsa iam loqueretur:quicquid tamen sit,certè eius opinio contra communem non est sustinenda.

Si ergo, vt argumentum præstringamus,facultas meliorandi vnum ex filijs non exercetur in vnico filio,cum nō adsit alius, cuius respectu dici possit melioratus,& quia comparatiuum præsupponit adesse suum positiuum,vt operari possit,sic dicendum est quòd vocatio facta de filijs primi matrimonij per modum prælationis ad filos cuiuscunque alterius matrimonij,tunc,& eo casu operetur,quando ad sunt filij alterius matrimonij,qui cum filijs primi concurrant,quibus,& quorum ratione, &

respectu

135 respectu isti dicantur prælati. Ex † eadem comparatiuorum regula, & natura, quam diximus esse vt cõparatiuum præsupponat positiuum, & relinquere debeat positiuum in extremo, ac propriè intelligẽdum sit quãdo extat positiuũ, ad quod referri possit, ex hac (inquam) comparatiuorum regula, & natura refert Surd. qui omnes suprà relatas propositiones benè con-
† firmat, *decisum* in Sena. Mantua. statutum de plus petente non habere locum in petente totum indebitè, quia cum loquatur comparatiuè supponit positiuũ, & vbi nõ extat positiuũ, non habet locum comparatiuum, hæc (inquam) Surd. refert, ac probat decis. 65. per tot.

Et hæc quidem non solùm procedere dicẽdum foret in hæreditamentis per verbum *præferantur* conceptis, sed & inquibuscunque etiã alijs, etiam per verba de præsenti hæreditamentũ importantia, veluti, *sint hæredes, heredito*, ac reliqua, de quibus suprà, dummodo cum eis adiungantur verba aliqua, quæ huiusmodi cõparationem, quam tractamus, & seu correspectiuitatem ad filios alterius matrimonij importarent, veluti quando cum eis adiunguntur verba illa in nostris hereditamentis apponi solita, *fills per fills, y filles per filles*, hoc est *filij pro filijs & filiæ pro filiabus*, & sic de similibus, in quibus omnibus, nisũ concurrerent etiam filij secundi matrimonij, non posset dici, iuxta suprà relatam opinionem, hæreditamẽtum aliquod
136 importari. Et quòd † huiusmodi verba, *filij pro filijs, & filiæ pro filiabus sint hæredes*, hunc, quem tractamus habeant sensum, non alium, quòd scilicet intentio contrahentium fuerit hæreditare filios primi matrimonij prælatinè ad filios alterius matrimonij, hoc est casu quo concurãt vel omnes masculi ambarum nuptiarum, primarum scilicet, & secundarum, vel omnes fœminæ earundem nuptiarum, non verò quasi contrahẽtes cẽserint, quod sæpiùs Senatus declarauit, voluisse contrahentes per verba prædicta vocare priùs masculos ante fœminas eiusdem matrimonij, & sic prælatinè ad eas tantũ, nõ ad aliud matrimonium, testari ego possum me vidisse declaratum in pluribus capitulis matrimonialibus, in quibus hæreditamenta per verba prędicta, *filij pro filijs, & filiæ pro filiabus* concepta erant, in quibus hęc adijciebãtur verba declaratoria, *hoc est quòd existentibus masculis vtriusq; matrimonij qui nati fuissent ex priori præferantur aliis, & sic de filiabus*, & signãter nũc memini sic me legisse in quibusdam capitulis matrimonialibus Michaëlis LLaudes, & Yolãtis Bosilla, quę sunt in processu causæ, quam Yolans Martina ducit in Senatu ad relationẽ egregij Senatoris Francisci Ferrus contra Micha. Pallares, & alios, scriba Michae. Perez. Ex quibus declarationib⁹ iustũ forsan foret quòd dictorum verborum intelligentia, & sensus peterentur.

Sed si hæc teneamus, quid dicemus ad illas Senatus determinationes, quarum suprà meminimus, in quibus contrarium huic opinioni videtur decisum, fateor ita declaratum: Cęterũ arbitror (salua tamen doctissimi Senatus censura) materiam me in superioribus dedisse, qua posset, forsan non sine omni fundamento, nihilominus contrarium defendi: in omnibus illis causis meum ego qualecunque protuli iuditiũ: de iustitia, vel iniustitia primæ fui post sententiam in causa supplicationis, quæ fuerat cõmissa Saluatori Fontanet tunc huius Senatus egregio Senatori, nunc verò in supremo Aragonum consilio Regenti consultus, secunda lata extitit contra id, quod ego in contrariũ pro Ioanne Pou post Raphaelẽ Rubi, & Coll primeuum illius aduocatum, nunc autem Regiæ Audientiæ de eadem aula, inqua causa vertebatur, egregium doctorem, defendebam, verum est quòd non fui vocatus ad informandũ, nec de iure allegandum vt egregijs Senatoribus monstrare possem quibus fuissem motus ad causam pro dicto Pou defendendam, circa quã rem illud particulariter, si locus mihi fuisset ad id concessus, animaduertissem quòd post ea verba *quòd masculi masculis, & fœminæ fœminis huius matrimonij præferantur filijs alterius matrimonij* adduntur sequentia, *prout nunc pro tunc hæreditamus*, quæ sufficientia esse arbitrabar ad significandum quòd non fuisset contrahentium animus hæreditare de præsenti, sed eo tantùm casu, qui succedere poterat, existẽtię filiorum vnius, atque alterius matrimonij, tertiam, & vltimam Senatus decisionem, de qua suprà, ego libenter suscepi, quia pro meo cliente proferebatur, cuius ego partes agere non dubitaui, quia videbam Senatum in eam, quam suprà adduxi, opinionem inclinatum: sed expectemus quid successerit in causis supplicationũ ad aliã aulã à dictis declarationibus interpositarum ad huc vertentibus, si contingat eas declarari antequam hæc prodeant in lucem, referã quid alterius aulę egregijs doctoribus placuerit in fine libri, licèt respectu vltimæ ego qui sum aduocatus eius, qui obtinuit non timeo malum successum, ex his præsertim quæ dicam in inferioribus.

Habebam aliam causam corã egregio eiusdem aulæ Senatore Ioanne Magarola, vbi causæ superiùs enarratæ ductæ fuerant, inqua idem ego defendebam, quod in ea, quæ fuit Ioãnis Pou, in hereditamẽto scilicet his verbis cõcepto *que los fills, o, filles del present matrimoni abans que de altre matrimoni hajen, è sie hereters, ço es fills per fills, y filles per filles*, hoc est,

quòd filij, vel filiæ huius matrimonij prius, vel potius quam alterius matrimonij habeant, & sint hæreditati. scilicet filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, in qua feceram quod potueram, allegaueram in iure, fueram plenè auditus, & reliqua reliqueram egregijs Senatoribus pro sua summa prudẽtia, & doctrina maturè determinanda, sed, vt aliàs dixi dum de eadem hac causa in superioribus verba facerem, concordarunt postea partes, & sic non fuit locus declarationi, quam sperabã, erãt partes Petrus Conill calceterius villę Oloti, & Gabriel Puig de Salit domicellus in vicaria vici domiciliatus.

Habeo & aliam causam in eadem aula Regentis Cancellariam ad relationem egregij itidem Senatoris Iacobi Puigmija, scriba Vilella inter Raphaelem Llaudes, & Michaelẽ Costa, & Gayola villæ Bisulduni similem omnino casui, de quo suprà, Sebastiani Fontfreda contra Franciscũ Molleres, & *alios*, refferente Magarola, in qua cum eisdem ipsissimis verbis fuit hęreditamentum conceptum, quibus illud dicti Fontfreda contra Molleres, *in qua quidem* causa idem quod in illa ego deffendo, & existimo iustè, & iustissimè, ex eo † quòd in eis hæ- 137
reditamentis non ponantur verba, *filij pro filijs*, in substãtia donationis, sicuti in pluribus alijs, de quibus suprà fuimus loquuti, quando dicitur, *quòd filij pro filijs illi sint hæredes qui ex hoc matrimonio procedent, & idem de filiabus*, quo casu videtur benè applicari quòd cõditionata, & ad aliud matrimonium dicentia respectum remaneant hæreditamenta, sed imò apponuntur post perfectam orationem complectẽtem donationem simplicem in fauorem filiorum prioris matrimonij sic, *quòd filij ex hoc matrimonio pro creandi sint hæredes &c.* addẽdo postea *hoc est filij pro filijs, & filię pro filiabus*, quo casu alium sensum hæc vltima verba habere possunt, & non iniustè recipere, quem scilicet Senatus eis accommodauit vt respectu filiorum masculorũ, & filiarũ eiusdem matrimonij prælatio censeatur considerata, non aliàs.

Quod vt clariùs videas, aduerte quòd verba illa posita post donationem perfectam, *hoc est filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, nemo mihi negabit, posita sunt ad declarandum quod anteà fuerat obscurè dictum, id autem non fuit respectu substantię hęreditamenti, an scilicet illud sit factum filijs illius matrimonij simpliciter, prout vult opinio diuersa, quia id satis clarè, & apertè verba sonant, & loquuntur per suam orationem perfectam, sed respectu eius, quod ambiguum erat, & dubium in verbis hæreditamenti, quod erat proculdubio, si voluissent hæreditantes donare filijs masculis, & fœminis simul, aut quomodo, quia erat in hæreditamento eorũ facta mentio his verbis, *quòd filij, vel filię ex hoc matrimonio procreandi &c.* id ergo est, & non aliud, quod, vt dubium, declarare voluerunt hęreditantes in calce hęreditamenti, atque ita est interpretandum pro culdubio: quia ita est de iure expeditum, debere scilicet fieri interpretationem vt relatio fiat ad ea, quæ declaratione indigẽt, nõ ad ea, quę clara sunt, vt pluribus probat Ludoui. Cassana. quàm ego possem referre in cons. 50. num. 26. & cons. 55. num. 76. vbi pulchra aliorum consilia, & dicta refert idem egregiè probãtia, quod vires sumit ex regula notissima, declarationem solũ cadere super expositione verbi dubij, de qua Sese, & passim omnes, decis. 76. num. 2. & Gratia. decis. 175. num. 12. quo supposito alia dictis verbis non poterit dari interpretatio quàm quòd voluerint hęreditãtes dicere cum eis se sic filijs, & filiabus illius matrimonij arbitratos esse facere hæreditamentum, vt priùs filijs masculis, mox, & in illorum tantùm defectum fœminis. Nec dicas quòd videatur hæc interpretatio extranea verbis, nec proindè mireris, quia vt plurimùm, imò semper huiusmodi, de quibus agimus, hæreditamenta facta reperiuntur non in capitulis matrimonialibus, quæ fiunt in magnis ciuitatibus inter personas politioris linguæ, sed imò in pagis, & aldeis inter rusticos, idiotas, & illiteratos homines, quibus sine dubio cõdonari põt is loquendi modus quantumuis improprius, apud eos tamen vsitatus, vel eò maximè quòd dicta hæreditamenta, in quibus apponebantur, & apponi solebant verba prædicta, antiqua omnia sunt tẽpore quo magis rudè solebant homines, maximè rustici loqui: nec tam in propria est interpretatio prædicta quin ita factam aliquando viderimus in aliquibus capitulis matrimonialibus per eosdem contrahentes vt suprà vidistis.

Mito quòd non sit sumenda interpretatio quòd hæreditãtes, qui simpliciter, & absq. cõditione aliqua vili sunt per orationem perfectam voluisse donare filijs sui matrimonij, cẽserint se statim correxisse per verba, *hoc est filij pro filijs &c.* intelligendo ea vt volunt qui cõtra nos tenent, & alia deniq. silentio prætereo, quæ in hoc idem cumulari possent, quia inter doctos, & peritos homines loquor, quibus hęc sufficere sum arbitratus.

Illa autẽ (vt eò tedeamus vndè diuertimus) quę ego tot verbis conatus sum superiùs probare circa priorem conceptionem hæreditamentorum cum verbis, *filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, quãdo apponuntur in substantia orationis vt videantur magis conditionatam, & respectiuam ad aliud matrimonium importare prælationem, quàm simplicem vocationẽ, non arbitreris quòd sint omnino nostri Sena-

tus

tus auctoritate destituta, reperi enim quòd sic,
† vt ego tenui in superioribus, *declaratum* extitit die 20. Mar. 1574. referente egregio olim Senatore N. Negrell in causa Iacobi Amat contra Bartholomeū Perer, cuius est nunc scriba Iosephus Cortes, dicendo *quòd promissio de hereditando filios pro filijs, & filias pro filiabus, qui ex hoc matrimonio procedent, est quedam conuentio, seu cōcordia inter partes cōtrahentes matrimonium inita, facta, & firmata, habito tamen respectu, & consideratione, seu animo, & proposito, voluntate, & intentione alterius matrimonij per sponsum tunc nubentem imposterum forsan contrahendi, nec ex dicta conuentione, & concordia* (inquit) *inferri potest hereditamentum generale, seu vniuersale in fauorē N. filij &c.* hæc dicta sententia, quibus mirè probatur intentum.

138 Vbi autem † clarè, & apertè, verbisque claris, ac manifestis conditionaliter hereditamentum factum foret, ne dubites quòd Senatus declaratet indubitāter non posse quemquam prętendere ex eo vocationem nisi purificatis conditionibus, prouti vidimus in famigerata illa sententia in causa statuum Cardonæ ad relationem egregij primò Senatoris, & posteà Regiam Cancellariam Regentis Hieronymi Torner, nunc autē, pro Dei benignitate, ipso in cælo fruentis, sub die 29. Ianuarij 1603. scriba Sal-
† uatore Capella, lata, qua *declaratum* extitit quòd quamuis verum foret Ducatum Cardonæ, Vicecomitatum de Vilamuro cum castris villis, & locis dictis Ducatui, & Vicecomitatui vnitis, & villas de Arbeca, & Iuneda fuisse, & esse vinculo, & fideicommisso perpetuo subiecta in fauorem liberorum, & descendentium masculorum egregij don Ioannis Raymundi Folch secundi huius nominis, & tertij Comitis Cardonę, aliàs Cælidonij Armenter nominati, à quo Excellentissima Ioāna Folch, & de Arago Ducissa Cardonæ, & nobilis Galcerandus de Cardona partes contendentes descendebant, in vim pactorū appositorum in capit. matrim. initis, & firmatis per, & inter dictum Ioannem Raymundum Folch aliàs Cælidonium Armenter ex vna, & egregiam Gondissaluam Ximenes de Arenos Comitissam de Prades, partibus ex altera, & aliàs: quamuis etiam verum esset quòd solus nobilis Ferdinandus de Cardona, qui litem mouerat pater Galcerandi de Cardona, qui postea illam prosequutus fuerat, tempore mortis Excelentissimi don Francisci Raymundi Folch vltimi ante Excellentissimā Ducisam Ioānam posse ssoris, reperiretur tunc, filiꝰ masculus, cui successio deferri potuisset in vim dictorum vinculorum, exclusa dicta Excellentissima Ducisa Ioanna vt pote fœmina, & sic inhabili ad succedendum, nihilominus tamen fuit dictum non obstare, quia vincula prædicta apposita fuerāt in capitu. matrim. de quibus suprà, sub his conditionibus, videlicet *si contingeret egregiam Gondissalnam Ximenes de Arenes præmari egregio Ioanni Raymundo Folch eius viro, & ipsum secundam ducere vxorem, & superuinere filios masculos dicti matrimonij, & non aliàs*, quas quidem conditiones nedum nō constabat, sed nec fuerat prætensum, nec allegatum fuisse adimpletas, sed imò constabat prædefecisse egregium maritum egregiæ vxori, vndè resultabat in vim dictorum vinculorū nihil posse filios descendentes ex dictis egregijs coniugibus quasi vocatos prætendere, sed imò bona prædicta remansisse libera dicto egregio Ioanni Raymundo Folch aliàs Celidonio Armentet in vim donationis sibi aliàs per egregium parentem factæ ea sola conditione adiecta, quòd si decederet sine liberis ad ætatem condendi testamentum non peruenientibus ad se reuerterentur, vel ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos ordinasset verbo, vel testamento, quæ conditio dicebatur defecisse ex eo quòd ei superuixerat egregius Ioānes Raymundus Folch huius nominis tertius eius filius. Hic ego subsisto, nec enim magnitudo causæ permitit quòd vlteriùs progrediar, nec iura partium discutiam, pendente, sicut pendet, in Senatu supplicationis causa ab ea sententia interposita: hoc solum vnū dicens quòd si plura non erant in hac egregia causa consideranda, cum ratione dicebant egregij Senatores, qui eam decideranr, facilimam eis fuisse decisionem, parumque laboris, qui consumeretur, necessarium, verùm, vt audio, dictus nobilis agens vocationem prætendebat ex donatione facta dicto egregio Ioanni Raymundo aliàs Cælidonio Armenter vigore illius conditionis in sua donatione appositæ, *si decederet sine filijs masculis ex legitimo, & carnali matrimonio procreatis, aut cum talibus, qui non peruenięt ad ætatem condendi testamentum &c.* in quorum verborum vim licèt videretur prætēdi posse quòd filij masculi essent positi in conditione tantū, nihilominus quia erant in contractu positi filij in conditione, & videbantur fuisse ipsi etiā grauati, & ex alijs mille coniecturis, quas ex eisdem capitulis, & donatione coaceruabat, prætendebat, vt dixi, nobilis agens vocationē filiorum masculorum: Id clarissimi Senatores qui nunc causam in manibus habent, sic rectè (ea est ingeniorum ipsorum felicitas) dijudicabunt vt sperandum sit nulli amplius relinquendum fore vllum dubitandi locum, prosequamur nos nostrum institutum: idem in casu similis hęrediramēti cū eadē cōditione clarè cōcepti *declaratū* Senatꝰ referēte olim illiꝰ egre-
† gio Senatore, nūc verò Regēte Regiā Cancel. Micha. d Salba, & d Vallesi. 12. Maij 1603. inter

Iacobum Ferrer,& Catherinã Brull,ſcriba Serra,volendo quòd non ſit hęreditamentum niſi purificata conditione, quod eo modo conceptum eſt, ſi contingat quòd mortua vxore vir ducat tecũdã, & ex ea filios habeat,filij huius matrimonij ſint hęredes.

139 In † huiuſmodi hæreditamentorum formulis,per quas comparatiuè vocantur filij prioris matrimonij,teneri forſan poſſet (ſi in vllis vnquam tenenda eſt)noſtri Cancerij opinio, quã ſuperiùs adduximus in prim.huius glo.par.nu. 7.deffendentis non obſtante hæreditamento in fauorem omnium filiorũ facto poſſe nihil ominùs parentes vnum ex ipſis, qui ſit eorum hæres,poſteà eligere, & cum hoc fore, & eſſe ſatisfactum obligationi, quę ipſis incumbit vigore dicti hæreditamenti:cum enim hæc hęreditamenta, de quibus nunc agimus,per modum prælationis filiorum prioris matrimonij ad filios cuiuſcunque alterius matrimonij concepta ſint,per quem nulla alia videtur eſſe mens,& intentio parentum quàm promittere filios prioris matrimonij alijs quibuſcunque pręferre,ſatisfeciſſe obligationi videntur ſi poſtea vnum ex ipſis præferendo hæredem inſtituant,quam conſiderationem forſan non modicum iuuaret eloquutio Imper. in celeberrima illa l.cum acutiſſimi,C.de fideicom. vbi interprætationẽ, ſi fieret, quòd voluiſſet teſtator ſubſtitutum poſt mortem filij hæredis inſtituti, etiam ſi ille deſcederet cum liberis,admitti, vocat antepoſitionem, & ſeu prælationem alienarum ſucceſsionum proprijs ipſius teſtatoris,ecce ergo quòd ex vocatione vnius perſonæ extraneæ, & alienę ſucceſsionis, iuxta Imper.ſententiam, dicitur teſtator alienas ſucceſsiones proprijs antepoſuiſſe,ſic videtur filios prioris matrimonij in hęreditando alijs prętuliſſe qui vnum ex illis poſtea hæredem inſtituit, benè Alex.Rauden. deciſ. Piſa. 22. ſed hæc alterius ſunt ſpeculationis,reuoco lectorem ad ea,quæ aliàs circa hanc materiam docui in loco ſuprà proximè allega.

140 Aliquando † ſolent fieri hęc hæreditamenta,circa quæ noſtra verſatur diſputatio, non vt de præſenti cenſeatur aliquid donatum, ſed poſt mortem, hoc modo *Item es pactat que los fills del preſent matrimoni ſien noſtres hereus deſpres de noſtra mort*,hoc eſt,*Item eſt pactatum quod filij huius matrimonij ſint noſtri hæredes poſt obitum noſtrum*, quo caſu dubitari meritò poteſt de pacti validitate , an ſcilicet vt comprehendens omnia bona tam pręſentia,quàm futura ſit inualidum iudicandum,& reprobatum, an verò vt(ex benigna interprætatione) ſola præſentia complectens ſit dicendum iure validum, & approbatum,qua in re ego nullam conſtituerem differentiam inter hoc hæreditamentum,& illud aliud, de quo tantisper in ſuperioribus egimus,quo contrahentes ſimpliciter cõuenerant *quòd filij ex eis procreandi futuri eſſent eorum hæredes*:non enim video quid inter vnum,& aliud (quoad validitatem,vel inualiditatem loquor) interſit, vel intereſſe poſsit: reſoluendam igitur hanc dubitationem cenſeo ex his, quæ ſuprà, circa illud aliud hęreditamentum,per verbum,*ſint hęredes* conceptum,diximus,vt ſi opinio Senatus,qui per verbum,*ſint hæredes*, non cenſeri donata niſi bona præſentia tantùm tenuit,& tenet,tibi arriſerit, hoc de quo agimus validum iudices hęreditamentum,ſi verò contra,bona etiam futura, & vniuerſam hęreditatem in donatione comprehẽdi, ex multis,quę ſuprà ad hoc propoſitum tradidimus,tibi perſuadere poteris,inualidum,& reprobatum idẽ dicas hæreditamentum.

141 Vidi † poſt hæc ſcripta tertiã partem var.reſol. Iaco.Cancer. quæ nuper prodijt in lucem, qui in c.7.de pac.num.130.cum ſequent. aliter atq.aliter de eadem hac re, de eodemque hæreditamento agens reſoluit dubitationem,diſtinguens in effectu inter pactũ, quod ſucceſſionem futuram contineat,& inter illud,quod ſolam perſonalem obligationem, quæ incipiat habere effectum in perſona hæredum,ac dicens primo caſu reprobatum eſſe de iure pactum,quia in effectu per illud auferretur libera teſtandi facultas,cum donatarius de neceſsitate debeat in vim pacti ſuccedere,& eſſe hæres donatori,ſecundo verò caſu minime,quia tũc per tale pactum quis non efficitur ſucceſſor, vel hæres,ſed alius efficeretur hæres donatoris ex teſtamento,vel ab inteſtato,& ille hæres vel legitimus,vel teſtamentarius obligatus eſſet tradere bona deffuncti cui ille promiſiſſet. Hæc Cancer. pluribus verbis docet, ad quæ confirmanda aduocat plures doctores, & omnes cum eodem ipſo Cancer. videntur fundari in diſpoſitione l. vni. C. vt actio. ab hæred.& contra hæred. in hocque fundari inquit quaſdam,quas allegat, noſtri Senatus deciſiones,ſeu declarationes, quę pro validitate huiuſmodi hæreditamentorum factæ extiterunt.

142 Verùm † ego non propterea à mea, quam prædixi,recedo opinione,quæ eſt quòd validitas,vel inualiditas huiuſmodi hæreditamentorum pendeat non ex eo quòd incipiant habere effectum in perſona ipſius promiſſoris, vel potiùs illius hęredis,ſed ex eo quòd vniuerſalia ſint vniuerſam continentia hæreditatem promiſſoris,vel particularia particularem potiùs eiuſdem prę ſe ferentia ſucceſſionem,ſic vt primo caſu ſiue conceptum ſit hæreditamentum vt effectum, & efficatiam incipiat habere in perſona promiſſoris,ſiue ipſi*hæredis,vtroq.

modo

modo inualidum sit iudicandum, secundo verò casu non, ad quod ego confirmandum solum Osas. aduoco, quem Cancer. pro sua opinione allegat, & inducit in decis. 100. is (inquā) dicta decis. num. 24. 25. & 26. respondens cuidā argumento, quod cōtra suam, quam pro inualiditate pacti, de quo ibi, stabiliebat opinionē, de eadem distinctione nostri Cancerij formauerat, in vers. nec est facienda vis, id, quod nos, dicat, cuius verba nō reffero ne prolixior fiam, per te ipsum videantur, quia pulchra in proposito sunt, sequitur Micha. Graf. de succes. §. succesio q. 9. num. 18. & hæc est pura, mera, & irrefragabilis, meo iuditio, veritas. Et si & vbi circa validitatem, vel inualiditatem huiusmodi, de quibus agimus, hæreditamentorum variauit aliquando Senatus modò pro validitate, modò verò pro inualiditate concludens vt Cā certius asserit, id non existimo fuisse quòd in vno casu ita conceptum esset pactum vt obligatio inciperet iam in persona promissoris, & contra ipsum, in alio verò contra hæredem, sed imò ex eo quòd in vno casu in pacto comptæhendi omnia bona presentia, & futura promitentis existimauit, in alio verò sola præsentia & non alia. Et licèt ego omnes illas declarationes, quas Cancer. refert non viderim, vt ex eis me id collegisse affirmare hoc loci possim, nihilominus eam vidi, quæ facta fuit ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor in causa Monserrati Croanyes contra Petrum Domenech sub die 21. Feb. 1603. actua. Carmoña, & nunc Roure, in qua expræsissimè motus Senatus legitur ad declarandum pro validitate hęreditamenti, quia tum fauore matrimonij, & filiorum, tum etiam virtute iuramēti iudicabatur factum de bonis tantùm præsentibus, & non de futuris: Ad idem video doctores attendisse, qui hac de re egerunt, reperio enim quod ij, qui pro validitate pacti, ex quo actio non incipit, nec exercetur contra promissorē, sed cōtra hæredem, responderunt, loquuntur in pactionibus factis non super vniuersis bonis, sed imò super certis rebus particularibus vt optimè Osas. animaduertit vbi suprà allega. est.

143 Nec † titulus ille C. vt actio. ab hæred. & cō tra hæred. qui in contrarium allegatur, de quoque pro contraria opinione arguitur, quicquā contra nostram probat: in eo enim non disponitur quòd illud, quod valere non posset si actio inciperet in persona promissoris, & contra ipsum eius vita durante, valeat si sic concipiatur vt incipiat in persona hæredis actio, & contra ipsum exerceatur, quod foret necessarium vt per illum tit. & legem ipsius, quæ vnica est, probari dici posset distinctio suprà facta quòd donatio post mortē de vniuersis bonis valeat si sic concipiatur vt actio incipiat contra hęredem, minimè verò contra ipsum donatorem in vita ipsius, sed illud tantùm in eo tit. & per illū disponitur vt corrigatur antiqui iuris dispositio, quæ prohibebat actiones incipere posse ab hęredibus, & contra hæredes, vt ex eadem l. vnica clarè desumitur, & Azo probat in sum. eo. tit. solùm ergo Imperatori curę in illo titulo, & per illum fuit sanare, & tollere inualiditatem actus, quę antiquitus vigebat propterea quòd sic conciperetur vt actiones inciperent ab hæredibus, & cōtra eos, de alijs autē nullitatibus, quas actus habere posset siue quia conceptus in contractu inter viuos super omnibus bonis præsentibus, & futuris, siue aliàs nec vllū quidem verbum, id totum relictum fuit dispositioni iuris communis, non ergo est bona, quæ ab eo titulo sumitur, argumentatio ad comprobationem distinctionis superiùs trditæ.

144 Et vt † radicitùs, & perfectissimè hæc, quæ tractamus, intelligantur, aduertendū est quòd ad hoc vt *quis* dicatur *intestabilis*, hoc est vt dicatur priuatus testandi facultate non sufficit quòd aliquo modo testari possit, sed necessum est quòd cum effectu, aliàs enim non est talis facultas considerabilis, exemplum ponamus in eo, qui fecit donationem omnium bonorū præsentium, & futurorum retento dominio, quamuis enim ratione dictæ retentionis dici possit testabilis, reuerāque de dominio testari possit, & hęredem instituere, nihilominus donatio diceretur inualida tanquam auferens liberam testandi facultatem, quia effectu dicitur donator intestabilis, testandique facultate priuatus, cum quamuis testetur non possit reperire hæredem, qui hæreditatem adeat, quam statim absque commodo aliquo restituturus est, & ideò ea retentio nullo modo est considerabilis ad effectum vt dici possit testabilis donator, sed imò ea non obstante dicendus est intestabilis, cum reuera, & cum effectu talis sit post quam non habet quo inuitetur hæres ad adeundam hęreditatem, *sic in nostro proposito*, quamuis donanti post mortem, remaneat facultas testandi, ac hæredem instituendi in bonis donatis non obstante donatione, quia tū est certū ipsum nō reperturū hęredē, qui hæreditatem adiret, quam statim restituturus esset absque commodo aliquo, indè fit quòd nihilominus effectu ipso dici debeat donator intestabilis effici propter huiusmodi donationē: non ergo ex eo dici potest hæc de qua agimus donatio, & pactio, licèt vniuersalis, & vniuersorum bonorum præsentium, & futurorum, valida, quòd nihilominus remaneat donatori facultas testādi, cum, vt *suprà* dictum est, ea *non* sit modo aliquo considerabilis, sic in proposito argumentantur Abb. in cons. 102. Corn. cons. 60. littera,

60. littera, O, & latiùs cõs. 176. littera, N, vol. 2. Dec. in cons. 30. num. 4. vers. præterea, & Osas. qui supradictos refert in sepè allega. decis. 100. num. 26. circa fin. qui est videndus, latissimè Sotomaior omninò etiam viden. quotid. controuer. lib. 2. c. 17. per tot.

145 Nec † mihi replices quòd in nostro casu iam reperiet donator hæredem, qui sub spe lucri quartę trebellianicæ, vel falcidiæ, quas suo casu tanquam grauatus detrahere poterit, inuitabitur ad adeundam hæreditatem, vt Iul. Clar. considerauit in §. donatio q. 19. num. 7. Respondemus enim quòd id difficultatem patitur nõ modicam, cum magis ex contractu, ex donatione scilicet, cuius vigore vendicat donatarius ab hærede rem propriam sibi donatam ante eius institutionem, quàm ex testamento, vbi nullũ verbum de hoc grauamine restitutionis fiendæ per hæredem donatario, videatur restitutio fieri: is autem, qui ex contractu restituere tenetur, non facit huiusmodi detractiones, quia de eo lex Falcidia, & Trabellianum nõ loquuntur, ad quod communiter allegãtur l. quidam cum filiũ de hæred. insti. & l. mulier §. fin. ff. ad Sena. consul. Trabel. cum simil. fuit hæc originalis doctrina Bal. quam idem ipse dicit singularem in rub. C. de reuo. his, quæ in fraudem cred. in fin. sequuntur Roma in l. stipulatio ista §. inter certam ff. de verb. obliga. Iason. in l. post mortem C. de fideicom. Craueta cons. 130. inf. Ludoui. Moli. de primog. Hispa. lib. 1. c. 17. n. 19. Iacob. Canc. var. resol. pàr. 1. c. 2. de Trabel. & Falcid. num. 7. Surd. deci. 144. num. 23. & Marc. Antho. Peregri. de fideicom. art. 51. nu. 22. quod idem antea dixerat art. 3. num. 18. vbi singulariter docet hæredem grauatum per fideicommissum ex testamento benè posse has quartas detrahere, sed non illum, qui ex pacto extra testamentum tenetur restituere, quia non ex Trabelliano, sed ex pacto restituit, benè Berẽgar. Ferdin. qui duas aut tres huiusce rei rationes tradit in reperi. l. in quartam, præfa. 3. nu. 8. vers. 12. ff. ad l. falcid. Hæc ad nostrum casum clariùs applicantur quàm ego scirem referre, ex quibus existimo satis sũperque fuisse nostram opinionem confirmatam. Et cum his finitur hæc glos. 9. quarta pars.

SVMMARIA.

1 *Filij omnes quotquot sunt censentur æqualiter vocati in hereditamento.*

2 *Electio quando est reseruata in hereditamento potest pater quem voluerit ex filijs eligere.*

3 *Electio ex quibus verbis censeatur expressè reseruata.*

4 *Ex quibus tacitè.*

5 *Electio censetur reseruata quando dicitur quòd sit donatio vni ex filijs.*

6 *Idem quando dicitur, dono cui volnero.*

7 *Idem quando dicitur, hæredito filium, aut filiam, quæ ex hoc matrimonio procedet, vbi decisio nostri Senatus.*

8 *Electio reseruata inter filios, & filias debet prius fieri de filijs, quàm de filiabus.*

9 *Electionum de materia plures quæstiones resseruntur remissiuè.*

10 *Eligendi Petrum, vel Ioannem facultatem habens an possit eligere eius filium, si est nepos eligere debentis, remissiuè.*

11 *Eligere debens, si decedat electione non facta, omnes filij succedunt, vbi decis. nostri Senatus.*
Quod an procedat etiam in maioratibus Hispaniæ remissiuè traditur, ibidem.

12 *Hæres an possit eligere sicut poterat defunctus, si is electionem non fecit.*

13 *Electio dupliciter fieri potest vel expressè, vel tacitè.*

14 *Electio censetur facta de eo, qui instituitur hæres, vbi decis. nostri Senatus.*

15 *Idem quando narratur in aliquo instrumento electionem esse factam de tali persona.*

16 *Idem quando fit actus in fauorem eius, qui eligi poterat, qui stare non valeat nisi præsuppositæ electione.*

17 *Electio an censeatur facta per verba, volo eligere talem, remissiuè.*

18 *Hæreditamenta non important vocationem nisi post mortem hæreditantis, nec anteà suriuntur effectum.*

19 *Cancer. extollitur quòd circa materiam hæreditamẽtorum multa, quæ per plura secula fuerunt in Cathalonia abscondita, pulchrè declarauerit, & explicauerit.*

20 *Hæreditamenta cur dicantur habere connexam conditionem, si donatarius donatori superuixerit, & num. 26.*

21 *Hæreditamenta quãdo possint dici esse irreuocabilia si sapiunt naturam vltimæ voluntatis, vbi reprehenditur Ferdin. & Cel. Hugo.*

22 *Hæreditamenta, quæ fiunt filijs nascituris quomodo possint valere, & dici irreuocabilia dum sunt in pendenti, & expectant natiuitatem filiorum, & præterea requirunt, quòd patri superuiuant filij, declaratur.*

23 *Hereditamenta quòd comprehendant bona tam præsentia quàm futura, vnax ratio.*

24 *Alienata per parentes post hæreditamentum non reuocant filij in vita illorum, & num. 26. vbi decis. nostri Senatus, & num. 126.*

25 *Alienata per grauatum non potest fideicommissarius in vita illius reuocare, sed imo valida iudicantur interim, & num. sequenti, vbi decis. nostri Senatus.*

26 *Hæreditamentum euanescit filio ante patrem descedente*

dente, & an fiat transmissio.

27 Granatus de hereditate restituenda, & pater, qui hereditamentum fecit, si bona se habere libera iactent, & dissipent ea, possunt futuri successores petere se declarari tales, & facere eis interdici alienationes.

28 Iudicium potest aliquando ex causa fundari super re de futuro.

29 Pater dissipans fideicommissum potest cogi filio illud restituere in vita, vbi decisiones.

30 Debitor conditionalis, vel in diem potest ex causa ante conditionis adimplementum, vel diei aduētam conueniri, & qua sit iusta causa, & nu. sequenti.

31 Cessio solutionis gratia operatur quòd non possit contra debitorem agi nisi discussis priùs bonis debitoris quantominus à bonis cessis consequi valebit, & num sequenti, vbi decis. nostri Senatus.

Cessio solutionis gratia facit de debitore puro cōditionalem, ibidem.

32 Causa noua requiritur, quæ supernenias ex culpa, & facto eius, qui conuenitur, vt quis possit conueniri ante conditionis implementum, vel diei aduentum.

L. in omnibus ff. de iudi. interpretatio, ibidem.

33 Excussionis exceptio an attendatur de iure Canonico.

Apices iuris non attenduntur de iure Canonico, ibidem.

34 Excussionis exceptio an attēdatur inter mercatores, inter quos agitur de bono & æquo, vbi decisiones diuersorum Senatuum pro affirmatiua.

35 Senatus supremus non curat de subtilitatibus, sed iudicat sola facti veritate inspecta.

36 Excussionis exceptio dupliciter opponi potest, primò quatenus respicit ordinem iuditiarium, quasi de eo sit, vt priùs discutiantur bona principalis, secundo verò quatenus interesse partis, vt dum bona habet principalis, alius non molestetur, vbi plures decisiones Senatuum.

37 Sed contra tenent aliqui non inutilibus considerationibus, quasi scilicèt non videatur interesse partis posse ab ordine iuditiario, & è contra, separari.

38 Cornei opinio.

39 Excussio principalis potest quandoq; fieri pendente iudicio contra fideiussorem, vel tertium possessorē, vbi decis. Delphina.

40 Blas. Flores de Mena opinio.

41 Mar. Antho. Blan. opinio.

42 Que isti doctores adducunt non videtur tollere difficultatem.

43 Litibus non vexari maximum est commodum, & ibi multa in execrationem litium.

44 Minor restituitur aduersus suum factum, propter quod oportet eum litibus molestari.

45 Litium à molestijs vt liberetur, conuenit bono viro decedere interdum de iure suo.

46 Indebitè soluti per transactionē non datur repetitio si facta sit vt liberaretur quis à lite.

47 Altercata nulla remitti ad diffinitiuam conducibilius forsan fores, vt litium daretur finis, sine per declarationem in eis fiendam panderentur merita causæ principalis, sine non.

48 Excussionis exceptio admittitur coram arbitris.

49 Barbosæ opinio circa supradicta de excussionis exceptione.

50 Excussionis exceptionem qui dixerunt esse de apicibus iuris hallucinati notantur.

Glo. in l. si mancipium §. 1. verb. actum, de euic. intellectus ibidem.

51 Procuratoris non idonei, ex eo quòd non posset esse quia miles, exceptio dicitur de apicibus iuris.

L. si fideiussor in §. quadam ff. manda. intellectus, ibidem.

52 L. Moschis, de iu. fis. intellectus.

53 Exceptiones omnes nituntur æquitate.

54 Excussionis exceptio quando est de natura contractus nunquam potest dici de apicibus.

55 Fideiussor indempnitatis semper opponit excussionis exceptionem, etiam si ei renuntiasset, & numer. 57.

56 Fideiussor indempnitatis, etiāsi iurauit, potest exceptionem excussionis opponere.

58 Fideiussor indempnitatis an per renuntiationem excussionis iuratam priuetur facultate ea vtendi.

59 Fideiussores Officialis pro residentia, & seu syndicatu non possunt conueniri nisi excusso principali, quānis renuntiassent, & iurassent.

60 L. non quemadmodum ff. de iudi. inquibus casibus locum non habeat remissiuè.

61 Debitor, qui ex legali dilatione miserationis gratia non tenetur nisi post certum tempus, potest antè tēpus conueniri vt cautionem præstet, & soluat aduenientè die, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.

62 Filij hereditati non possunt cum suis hereditamentis impedire in vita parentum executiones, quæ fiunt cōtra eos, & nu. 68. vbi de obseruatione nostri Senatus.

63 Fideicommissarius non potest prætextu suæ vocationis impedire executiones quæ fiunt contra heredem grauatum, vbi decis. nostri Sena.

64 Conditionalia iura ex contractu firmiora multò sunt eis, quæ sunt ex vltima voluntate.

65 Conditionalia iura ex contractu transmittuntur ad heredes, non si ex vltima voluntate.

66 Filius hereditatus si moriens ante patrem relinquat filios qualitatis comprahensa in hereditamentis transmisit bona donata ad eos.

67 Spes, quæ competit ex contractu conditionali quomodo firmior dici possit ei, quæ competit ex vltima voluntate.

68 Obseruantia nostri Senatus circa oppositiones filiorum hereditatorum, quę fiunt respectu executionum

num in bonis parentum, vt impediantur quoad proprietatem, sed non quoad vsumfructum.

69 Renuntiatio vsusfructus, quam sepè faciunt parentes in fauorem filiorum hæreditatorum vt frudent creditores de iure nihil valet in foro fori, nec potest consuli in foro poli, & num. 77. vide num. 117.

70 Pauper, qui ex eo quòd non habet pallium excusatur si non vadit die festi ad audiendum sacrum, excusatione non vtitur si habet qui ei accommodat vt eat.

71 Filius qui tenetur parentes alere, excusatur si non potest, non tamen si hæreditatem, quæ sibi defertur, nolit acceptare.

72 Peccat qui videns proximum indigentem, & fame penè perentem non vult acceptare hæreditatem quæ sibi offertur, vel renuntiat quam habet, ex qua poterat eiusmodi indigentiæ subuenire.

73 Qui tenetur ad finem tenetur adhibere media necessaria ad illum consequendum.

74 Debitor multo ære alieno granatus potest hæreditatẽ sibi delatam repudiare, nec id est in fraudem creditorum.

75 Intelligitur in foro exteriori, non interiori.

76 Et tam respectu chyrographariorum creditorum, quàm hypothecariorum, vbi decis. Senatus pronin. March.

77 Debitor creditorum molestus oppressus nec in foro interiori, nec exteriori potest hæreditatem iam acceptatã renuntiare in fraudem creditorum.

Sic nec pater vsumfructum quem habet in bonis filij, ibidem.

78 Hæres granatus an post aditam hæreditatem possit in fraudem creditorum eam renuntiare.

79 Hæres granatus potest hæreditatem restituere sine detractione falcidiæ, nec per hoc fraudantur creditores.

80 Hæres granatus de restituendo percepta certa quantitate, potest sine detractione eam restituere, nec fraudantur creditores.

81 Hæres granatus remittendo fructus, quos percipere deberet, dicitur frandere creditores, cum illorum sit dominus.

82 Hæres, qui non tenetur restituere nisi post mortem, si restituit antè, potest aliquod grauamen apponere fideicommissario commensurabile cum fructibus, quos percepisset nisi restitueret.

83 Debitor soluens ante diem dicitur fraudare creditores.

84 Maritus dicitur fraudare creditores si ante dilationem, quam habet de iure, restituat dotem.

85 Conditiones sunt in forma specifica adimplendæ, & ideò videtur non posse hæres contrauenire restituẽdo aliter quàm statuit testator.

86 Sed contra tenet auctor in casu occurrenti.

87 Fideicommissi præmatura restitutio donatio est.

88 Donari videtur quod nullo iure cogente concedi-

89 Additione hæreditatis fructus futuri non acquiruntur irrenocabiliter, sed renocabiliter, & subconditione, nisi hæres velet restituere.

90 Repudiatio legati potest fieri siue ante, siue post aditam hæreditatem sine fraude creditorum, vbi declaratur.

91 Restitutio hæreditatis, quam facit hæres ante tempus, non videtur donatio, sed imò dilationis in sui fauorem concessæ renuntiatio, vbi declaratur.

92 Fideicommissa non sunt conditionalia in restitutione, sed imò ad beneplacitum hæredis an ante tempus velit restituere, vbi declaratur.

Idq; videtur esse de mẽte testatoris, ibidem, vbi declaratur.

93 Tertij præiuditium censetur exceptatum in qualibet concessione.

94 Statuto dicenti quòd extentibus masculis fœmina nõ succedat, potest masculus in fraudem creditorum renuntiare, vbi declaratur.

95 Restitutio fideicommissi, quæ fit ante tempus, non videtur posse dici beneficium restituentis, & ibi declaratur.

96 Obstaculum remouens nõ facit actum, & latè ibi à declaratur.

97 Obstaculo amoto fingitur illud nunquam fuisse.

98 Eligens vigore facultatis sibi ab altero concessa, non dicitur propriam exercere liberalitatem.

99 Fructus acquirendi per hæredem à die à dita hæreditatis vsq; ad mortem sunt parua considerationis, quia habent se ad esse, & non esse, propter mortem illius, quæ potest citò cõtingere. & alias, vt per discursum ibi.

100 L. Patrem ff. qui in fraud. cred. intellectus plures referuntur hic, & num. sequentibus.

101 Primus intellectus d. l. Patrem.

102 Fraus faciliter præsumitur inter coniunctas personas.

103 Fraus fit creditoribus, re, & effectu, ac euentu solo sine expresso animo, & proposito fraudandi.

104 Maximè in causis lucratiuis, quamuis acquirens de fraude non participauerit.

105 Secundus intellectus l. Patrem ff. quæ in fraud. cred. & num. 121. vbi resolutio nostri Senatus.

106 Pater granatus de hæreditate restituenda filio suo intelligitur cum sui iuris erit.

107 Tertius intellectus l. Patrem, quæ in fraud. cred.

108 Quartus intellectus l. Patrem, quæ in fraud. cred.

109 Trebellianica, & falcidia detrahuntur cõtra voluntatem testatoris.

110 Trebellianica potest prohiberi per testatorem tam expressè, quàm tacitè, & per quæ verba censeatur tacitè facta prohibitio.

111 Quintum impositionum censetur remissum per Regem, quando conceditur exactio earum integrè facienda, & sine diminutione, vbi decisio nostri Senatus.

112 Testator ex quo poterat aliquid prohibere, & non prohibuit, censetur permisisse.

113 *Reſtitutio hereditatis, quæ ſit per heredem in vita, cum poſſet vſq; ad mortem ſibi eam retinere, dicitur fieri contra inditium teſtatoris.*

114 *Legis diſpoſitio in tantum ſe extendit in quantum illius ratio.*

115 *Hæres dicitur plenam fidem exhibere iuxta voluntatem defuncti quando reſtituit fideicommiſſario ſine aliqua detractione, non alio reſpectu.*

116 *Trebellianica poteſt peti ab hærede hæredis grauati, etiam ſi is non declarauerit in vita ſe velle eam detrahere.*

117 *Fraus tunc fit creditoribus per debitoris contractum quando diminuitur de illius patrimonio, non quãdo omittitur acquiſitio, vbi deciſiones plurium Senatuum.*

118 *Reſtitutio fideicommiſſi, quæ fit ante tempus iure dicatur in fraudem creditorum.*

119 *Trebellianica, & falcidia ſunt de iure querendo, non de quæſito, quia ſunt lucrum legale.*

120 *Renuntiatio, ſeu repudiatio lucri legalis non eſt diminutio patrimonij.*

121 *Renuntiari etiam poſſunt ante acceptationẽ lucra, quæ proueniunt ex diſpoſitione hominis in præiudicium creditorum.*

122 *Legittima, & alia iura, quæ acquiruntur ipſo iure, non poſſunt renuntiari in præiuditium creditorũ, vbi deciſiones in contrarium.*

123 *Legatum poteſt repudiari in præiuditium creditorũ, vbi ratio diuerſitatis inter ipſum, & legittimam.*

124 *Intellectuum l. Patrem, quæ in fraud. cred. quis auctori placeat.*

125 *Repudiatio iuris querendi poteſt fieri in præiuditiũ creditorum, etiamſi fiat per modum ceſſionis, & renuntiationis, quæ videtur præſupponere acceptationem priùs factam.*

126 *Momentanea acquiſitio non eſt in conſideratione, quod declaratur num. 15.*
Factum, quod non durat non eſt in conſideratione, ibidem.

127 *Solemnitas Paulina requiritur in ceſſione, & renuntiatione hereditatis, vbi deciſio prouin. March. & noſtri Senatus.*

128 *Ceſſio, & renuntiatio hereditatis habentur pro factis de iure quæſito quando fiunt poſt alium actum de additione ſeparatim factum.*

129 *Laudimium debetur ex alienatione, quæ fit per patrem non obſtante hereditamento, & poteſt exigi.*

130 *Dominus directus habet interim, dum non declaratur alienatio nulla, nec reſcinditur, intentionem fundatam in iure laudimij.*

131 *Laudimium non debetur, nec peti poteſt ab eo, qui à patre aliquid acquiſiuit poſt factum filijs hereditamentum, quando contractus eſt declaratus nullus, vel reciſus, & res recuperata per filios.*

132 *Actio realis tantùm competit pro conſequendo laudimio, & cenſibus contra eum, qui nihil cum domino contractauit, ſed imò à tertio ſua pecunia acquiſiuit.*

133 *Actio realis exercetur etiam contra eum, qui dolo deſijt poſſidere.*

134 *Laudimium exactum, & ſolutum pro aliqua cauſa quæ poſtea ceſſat ex cauſa de præterito, repeti poteſt, vbi deciſio noſtri Senatus.*

135 *An in hoc ſit conſiderandum an per longum, vel per modicum tẽpus acquirens poſſediſſet ante euictionem, vel non, remiſſiuè.*

136 *Alienata per patrem non poteſt filius reuocare viuente patre.*
Mors patris quomodo ſit probanda vt filius hæreditatus ſit admittendus, ibidem vbi deciſ. noſtri Senatus.
Mors generaliter quomodo probetur, ibidem.

137 *Filius tenetur probare quæ bona ſint comprehenſa in hæreditamento ſibi facto, nec præſumuntur talia quæ reperiuntur penes patrem tempore mortis, præſuppoſito quòd hæreditamentum comprehenderet tantùm bona præſentia tempore illius.*

138 *Probandi onus incumbit ei, qui dicit.*

139 *Probari quibus modis, quibuſq; coniecturis poſſit quæ bona fuerint penes patrem tempore hæreditamenti, remiſſiuè.*

140 *Præſens poſſeſſio nõ probat quòd talis fuerit in præteritum.*

141 *Sed fallit quando concurreret aliqua legittima ratio ex præſumptione, quæ id perſuaderet.*

142 *Alienare poteſt pater non obſtante hereditamento in aliquibus caſibus.*

143 *Primus caſus quando alienaret dotando filiam.*

144 *Secundus caſus, quo pater poteſt alienare, eſt commiſſio maleficium, propter quod cuidam tertio oporteret compenſare damnum.*

145 *Reprobatur hic caſus ab auctore.*

146 *Paupertas, & inopia excuſant à reſtitutione, & à periurio.*

147 *Donatarius non tenetur ad debita contracta per donatorem poſt factam donationem.*

148 *Bona donata non confiſcantur propter delictum donatoris.*

149 *Maioratus ſucceſſor non tenetur ſoluere debita prædeceſſoris.*

150 *Tertius caſus permiſſæ donanti alienationis eſt pro euitanda punitione delicti.*

151 *Sed reprobatur.*
Intellectus l. prima, de reb. eor. ibidem.

152 *Interpretatio in donationibus eſt faciendæ ſemper in odium donatorum.*

153 *Declarãtur, & conſiliantur iura, quæ in hoc interſe pugnant, conſiderando duo tempora, ante ſcilicet donationem, & poſt eam factam.*

154 *Interpretatio à verſimili mente tunc tantùm ſumitur quando ſumus in dubijs, non quando in claris.*

155 *Quartus caſus permiſſæ patri alienationis non obſtãte hæreditamento eſt quando emeret, & venderet,*

ret, ac negotiaretur vt bonus paterfamilias.

156 Commertiorum incapacem esse, & non posse cum hominibus conuersari, nimis grane est.

157 Sed reprobatur dictus quartus casus.

Donator per donationem sic à se abdicat dominium rerum donatarum, & in donatarium transfert, veniente casu, vt nullo modo possit amplius de eis disponere, ibidem.

158 Actum faciens censetur se se eius legibus astringere voluisse.

159 Quintus casus permissa patri alienationis, non obstante hereditamento, est quando venderet pro se, aut familia alenda.

160 Pater pro suis alimentis potest res filiorum alienare, & pro necessitate famis eosdem vendere, & num. 168.

161 Idem est pro vestibus suis, & filiorum.

162 Pater per hereditamentum prohibetur solum instituere alium hæredem, vel alteri donare, vel alias dolo alienare, sed non si bona fide de eis negocietur.

163 Alienari possunt prohibita, propter necessitatem.

164 Necessitas est multiplex, alia fatalis, & quæ sit.

165 Necessitas naturalis quæ sit.

166 Necessitas culpabilis.

167 Necessitas, quæ ex legis dispositione causatur.

168 Necessitas, quæ ex supradictis locum facit alienationi, & an quatenus illa viget, & non vltra, & alia in materia, remissiue.

169 Alienari an possint bona donata à patre pro liberando eum à carceribus detentum propter aliquod debitum particulare, & an idem sit in marito, vbi decis. Senatus Mantuæ.

170 Prohibitio alienationis non comprehendit necessariam.

171 Bona donata filijs an saltem in subsidium sint obligata ad debita contracta per parentes pro eis alendis, & an idem sit in vxore respectu mariti.

172 Affirmans opinio quos auctores habeat, & quos negatiua, & num. sequent. vbi pro affirmatiua decis. & num. 175. vbi pro negatiua decisionem Senatus Lusitæ.

173 Opinio auctoris negatiua quod nec vxor, nec filij ad debita prædicta tenentur.

174 Lucratiua an onerosa sit alimentorum causa erga filium, & vxorem respectu patris, & mariti respectiue inopis.

175 Obligatio alendi filios, & vxorem non extinguitur propter inopiam, sed suspenditur, & ideo supernuit si postea superueniant diuitiæ.

Recipiens quod sibi debetur non tenetur restituere.

176 Vxor in curia vicarij Barcinonæ non auditur opponens se executioni, quæ fit in bonis mariti pro logerio domus, quam ambo inhabitarunt, sed male.

177 Vxor, & filij tenentur ad debita contracta per maritum, & patrem respectiue, si expresse pecunia fuisset mutuo accepta ad alimenta eorum, & ad eam totius bona obligata extitissent.

178 Pater non obstante hereditamento remanet nihilominus de vita dominus.

179 Vxor tenetur ad debita contracta quando maritus ei tradidisset centum vt creditoribus solueret, ipsa tamen id non fecisset, sed imo expendisset in alimenta familiæ.

180 Hereditamentum, quod fit à muliere, redditur irritum si eius maritus in matrimonio moriatur.

181 Dotis conditio non potest effici deterior, vbi decisio Senatus Neapoli.

182 Augmenti dotis conditio non potest per pactum fieri deterior.

183 Intelligè si mulier reuocauerit hereditamentum.

184 Pactum, per quod dotis conditio fit deterior, an sit ipso iure nullum.

185 Intellectus l. secunda ff. de pac. dotal.

186 Remissio iuris pignoris pro dote competentis valet quando marito supersunt alia bona, nisi postea labatur facultatibus.

187 Dotis stipulatio simpliciter facta alteri quàm mulieri in casu restitutionis, non extenditur ad casum, quo per mortem viri soluatur matrimonium, nec si expressè id diceret, valeret.

188 Dotis conditio potest effici deterior quando sit per mulierem in ea ætate constitutam quod nubere nō valeat.

189 Reuocatio an debeat esse expressa quando quis ex aliqua causa poterat reuocare donationem, an verò sufficiat tacita, & numer. 193. vbi decis. Senatus.

190 Donatio, quæ reuocari potest, censetur, reuocata ex impignoratione.

191 Legatum censetur reuocatum ex alienatione.

192 Melioratio facta à patre filio censetur reuocata per alienationem, & alios actus tacitam reuocationem inducentes.

193 Romanus reprehenditur.

Rippa reprehenditur, ibidem.

194 Donationes à principio inualidæ, & expectantes confirmationem, censentur reuocatæ ex sola pœnitentia.

195 Testamentum, in quo est filius iam natus præteritus, reuocatur sic ipso iure quod quamuis filius moriatur non conualidatur, secus est si præteriatur post humus.

196 Ingratitudo cōmissa in vita testatoris reuocat ipso iure relicta, non quæ post mortem committitur.

197 L. Hac edictali C. de secun. nup. an habeat locum in donatione, quæ fit filijs secundis matrimonij fauore illius, vbi decisiones.

198 Alienationes, quæ fiunt per parentes post hereditamenta, reuocantur post eorum mortem per filios, præterquam si ex causis necessarijs sint factæ.

199 Transactio an rescindatur beneficio l. 2. C. de rescind. vendi. propter enormissimam lasionem.

Pars

Pars negatiua ibidem, & ibi decis. Senatus Neapoli.

200 *Dubius litis euentus vix æstimari potest, imò est penè impossibile, sed contra num. 204.*

201 *Læsio certa ex incerto euentu quod possit colligi iuris ratio non patitur.*

202 *Transactio rescinditur ex læsione beneficio l. 2. C. de rescin. vendi. & quomodo, vbi nostri, & aliorum Senatuum decisiones.*

203 *L. Lucius § fi. ff. ad Trebel. intellectus.*

51 Nec etiam tex. in l. ſi fideiuſſor §. quædam ff.mand.quem glo.prædicta allegat ad probandum eſſe de apicibus iuris noſtram exceptionem,quicquam probat:loquitur enim de exceptione procuratoria,an ſcilicet miles poſſet eſſe procurator,an non,quæ ideò dicitur de apicibus iuris,quia nullum reſpicit partis opponentis intereſſe, non ergo ad noſtrum caſum ab illo poteſt fieri extenſio,& duci argumentum,annotauit ante nos Fachine. vbi ſuprà allega.eſt, ſcilicet lib.8.c.53.verſ.non obſtat, dicens nullam eſſe legem, quæ dicat exceptionẽ hanc eſſe de apicibus iuris, addens, quomodo enim reſpiceret apices iuris exceptio,quã ſumma ratione, & ęquitate innitam latè, & diligenter Iuſtinia.demonſtrat Nouel. de fideiuſſor. & mandatoribus?

Adiũgitur quòd in hoc propoſito excogitauit Barboſ.vbi ſuprà num.59.in fi.dicens quòd ſi non opponatur ea exceptio pertinens ad apices iuris, hoc non opponenti non imputatur quaſi in culpa fuerit quia eam non oppoſuit,& ita etiam loquitur glo. in l. ſi mancipiũ ſuperiùs allega. ergo apertè (inquit) ſentiunt quòd ſi non fuiſſet omiſſa,ſed oppoſita,fuiſſet admittenda,vt aduertit Ang. in §. Item ſi quis in fraud.num.10. ver. quæro ſtatuto, inſtit. de ac.& Lancelot.Dec.in d.l.ſi conſtante col.7.in med.& ſic retorquebatur argumentum, & ſic (inquit)ex dicto tex.ſolùm probari poſſet ſubſiſtere iuditium ſi non fuiſſet oppoſita exceptio excuſionis,non aliud,quod equidem nos non negamus.

52 Dices† id eſſe in exceptione hac, quæ reſpicit intereſſe partis,non in ea,quæ ſolum ordinem iuditiariũ attendit, vt antea dicebamus, & per l. Moſchis ff. de iure fiſci ex Flores de Mena probari docebamus, qui contendit tex. prædictum eſſe intelligendum de exceptione diſcuſſionis, quæ opponitur pro intereſſe partis in eo verſanti quòd nõ exigatur niſi diſcuſſo reo,qui eſt ſoluendo,& in hoc dicit procedere exceptionem ex ęquitate,&mera iuſtitia, vt dicit ibi tex.verbo,*æquum eſt*, non verò quæ opponitur quoad ordinem iuditiariũ vt priùs conueniatur principalis,quàm fideiuſſor, verũ ego non video quòd tex. ille loquatur niſi de exceptione, quæ reſpicit tantùm conuentionem,

nem, & sic ordinem iuditiarium, dicens per tertium possessorem oppositum fuisse quòd priùs conuenientur hæredes principalis debitoris, qui erant soluendo, & obtinuisse, idque dicit Consul. æquum esse putasse Imperatorẽ, ecce ergo quòd tantùm fuerat opposita exceptio discussionis quoad ordinem iuditiarium vt priùs conueniretur principalis, quàm fideiussor, & id dicit Imper. æquum esse. Nec est alicuius considerationis dicere quòd interesse partis, per quod dictum fuit, æquum est, in alio in dicto tex. fundabatur, quàm in conuentione, in eo scilicet quòd debitor principalis erat soluendo, & propterea æquum videbatur quòd priùs ille exigeretur. Quia respondeo quòd id nullatenus constabat in eo tex. præterquam per assertionem partis oponentis, quę nihil probabat, vndè remanet confirmatum quòd quo modocunque consideretur hæc nostra exceptio, non videtur posse dici de apicibus iuris, sed imò annexum semper habere interesse partis, si non quoad aliud, saltem quoad id vt antequam litibus vexetur fideiussor, seu tertius possessor, conueniatur, & exigatur principalis.

Vndè resultat in quocũq. iudicio, quamuis procedendum sit in eo de bono, & æquo, & sola veritate comperta, ac etiã si in eo seruandũ sit ius canonicum, admitendã fore huiusmodi discussionis exceptionem quomodocumq. considereretur, cum semper videatur habere annexũ interesse partis, & propterea inniti æquitate, prouti plurib⁹ probat Pet. Barbosa in allegata repeti. l. si constante num. 59. solut. mat. dicens † id regulariter esse in omnibus exceptionibus vt nitantur æquitate, in prin. inst. de excep. l. qui æquitate ff. de dol. excep. ergo debet admitti nostra exceptio in quocunque iuditio, & etiam de iure canonico, c. 2. cum glos. de fideiuss. neque est quòd ego quicquam vlteriùs in huius rei comprobationem adducam postquam omnes mihi concedunt debere hãc exceptionem admitti in dictis iuditijs, considerando eam quatenus respicit interesse partis: præsupposito enim quòd semper istud interesse inest huic exceptioni, vt latè superiùs fuit probatum, indè fit manifestum semper exceptionem hanc admittendam.

53

Hæc sunt quæ mihi occurrerunt dùm hæc meditarer, in quibus voluissem, si possibile fuisset, aliorum audire iuditia potiùs, quàm meum proferre, sed semel rei inuolutus, & implicatus non potui terga vertere, & recusare laborem, reliqua ad materiã excussionis, quę ampla est, pertinentia expectent lectores in alijs pluribus huius opetis partibus, vbi forsan pro oportunitate materiæ explicabuntur.

Propter has difficultates, quæ licèt tunc prę-

54

uisę non fuissent, & meditatæ ad plenum, præuideri tamen, ac meditari nullo ferè negotio poterant, & iuxta ea nobis dici quòd exceptio, de qua opponebamus, esset de apicibus iuris, & ideò non amplectenda iuxta plurium sententiam, qui suprà allegati sunt, excogitare nos oportuit aliam ad superiores obiectiones responsionem, quę eas omnino dissolueret, ac supprimeret, suffocaretque. Dicebamus † igitur quòd quando exceptio excussionis est de natura contractus, & eius viscetibus sic inest vt separari non possit, tali casu nunquam potest dici esse de apicibus iuris, & sic nunquam

55

potest reijci, exemplum † ponit Bar. in l. 1. num. 2. C. de conuen. fisci debit. lib. 10. in fideiussore indempnitatis, quem inquit posse exceptionem excussionis opponere etiã si ei renuntiasset, quod natura magis obligationis, quàm beneficio legis, & fideiussionis receptum esse asserit: nam inprimis constare debet quantum à principali consequi possit creditor, vt indè appareat quantum non possit, & ex consequenti in quantum teneatur fideiussor, antequam indempnitatis promissio locum habeat, ex l. decem ff. de verb. oblig. sequitur Hypol. de Marcil. in rub. de fideiuss. num. 23. Andre. Gayl. practi. obserua. lib. 2. obser. 27. num. 13. benè Cæs. Barz. decis. 20. num. 27. circa fin. Ioan. Gutier. de iura. confir. par. 1. c. 23. num. 19. & alij plures

56

ab eis relati. Indè † fit quòd iste fideiussor indempnitatis (quicquid sit de simplici, quod disputat latè Gutier. loco inferiùs allegan.) iste (inquam) fideiussor indempnitatis, qui non tenetur nisi quantominus creditor à principali debitore consequi poterit, iurans non amittit beneficiũ excussionis, imò eo nihilominus poterit vti, ratio est quia etiam si eo vtatur non contrauenit iuramento, quia non iurauit simpliciter soluere, sed quantominus à debitore consequi possit, quod cum liquidandum veniat de necessitate per excussionem ex natura contractus, indè sequitur quòd iuramento nõ dicitur contrauenire qui de hoc opponit, sic Gutier. de iura. confir. d. c. 23. nu. 29.

57

Indè † finaliter fit quòd etiamsi iste fideiussor indempnitatis renuntiauerit excussioni, nihilominus poterit de ea opponere, & eius beneficio iuuari, quia renuntiatio prædicta non compatitur cum ipsa obligatione, cum enim fideiussor tali casu non teneatur nisi in eo tantùm, quod creditor à principali debitore consequi nõ poterit, impossibile est quòd ante excussionem, & sine ea, possit iste fideiussor cõueniri, cum ante eam sciri non possit ad quid is teneatur, Bar. in allega. l. 1. num. 2. C. de conuẽ. fis. debit. quem sequuntur Gayl. vbi suprà. & Barz. etiam vbi suprà num. 28. & Ioan. Gutier.

58

etiam vbi suprà num. 22. qui † vltimus postea num. 30.

num.30. disputat an idem sit quãdo renuntiatio foret iuramento vallata existimans quòd non, quia tunc iuramentum facit valere actũ omni meliori modo &c. & quod is fideiussor teneatur si non vt fideiussor indempnitatis, quia repugnat naturæ obligationis, saltem vt simplex fideiussor, de cuius rei veritate nec ago, nec disputo, quia ad meum institutum nõ attinet, benè tamen dubito, existimoque quẽcunque dubitaturum, maximè si legerit Bouadilla contrarium firmantem, vbi infrà allegabitur, plures alij doctores allegãtur, quos per te
59 ipsum ibi legere poteris, Addendus † est eis Bouadill. in sua politica tom. 2. lib. 5. c. 1. dela residentia num. 85. vbi ex his, quæ suprà nos adduxim⁹, quæque ipse vlteriùs coaceruat, resoluit fideiussores Officialis pro residentia, seu sindicatu non posse conueniri nisi excusso principali, quamuis renuntiassent, & iurassent, quia id insit naturæ obligationis vt pote quia existimat fideiussores prædictos dici debere fideiussores indempnitatis.

Hui⁹ naturæ erat, & est obligatio, qua noster †† diens Pet. Pau. Riffos obligatus erat creditoribus, ex quo prior obligatio, quæcunque antea fuisset, transfusa erat in obligationem conditionalem, sic vt tantùm censeretur teneri quan tominus à rebus cessis consequi possent sui creditores, vt latè in superioribus fuit probatũ, cum autem id sciri, & intelligi non posset absque discussione, indè fit quòd in quocũque iuditio, & secundum vtrunque ius & canonicũ, & ciuile exceptio prædicta opponi poterat tan quam de natura contractus, & obligationis, & sine qua ea certa non est, nec liquida, per quæ † effectum fuit vt in causa *obtineremus*, & ego finem his optatum facerem: plus enim forsan ab aliquibus videbor in eis immoratus quàm deceret, sed coegit me materiæ pulchritudo, & communis vtilitas.

60 Hæc † locum nobis parabant vt ad interpræ tationem allegatæ in superioribus l. non quem admodum ff. de iuditijs, quæ prohibet super iure de futuro iuditium fundari posse, quæ pulchra materia est, casus enarraremus, in quibus ea locum non haberet, verùm quia ex doctoribus, quos suprà retulimus, & signanter ex Pet. qui singularem in hoc laborem cõsumpsit, de fideicom. q. 10. à num. 17. cum sequent. quibus adde Blas. Flor. de Mena in addi. ad Gam. decis. 6. super n. 6. vbi optimè hęc declarat, pluresq. refert, qui exactè de materia agunt, & ex his etiam, quæ in inferioribus in glo. censualium adduximus, probãtes in annuis redditibus nedum super pentionibus decursis, sed & super decurrendis etiam iuditium fundari posse, hęc pauculo labore haberi possunt, ideò consultò omittimus, spondentes quòd si pro oportunitate materiæ aliquis aliquando casus nobis occuret in discursu operis, qui materiæ, quam tractabimus, conueniat, & conformis fiat, illũ taciti non pręteribimus: Accipite nunc illum, quem, reseruabamus ad tractationẽ, quæ aliquando in hoc opere futura est, de restitutione dotis, quia tamen ignoramus si tãtos nobis Deus elargiri dignabitur vitę dies, quibus ad eam tractationem possimus peruenire, ideò decreui illud hic inserere.

61 Is † autem est valdè practicabilis quando quis est taliter debitor vt ex legali dilatione miserationis gratia sibi concessa non teneatur, ni si post certum tempus, debitum persoluere: exemplum est in marito, qui pro dote restituẽda habet annum post mortem vxoris, iuxta l. vni. §. exactio C. de rei vxor. actio. cõtra talem debitorem agi potest ante diem & vt cautionem prestet de soluendo aduenie nte die, & vt condempnetur similiter ad soluendum aduenie nte die, sic Petra vbi suprà nu. 26. sic Afflic. decis. 279. sic Vinius decis. 463. vol. 3. qui ambo dicunt sic fuisse *decisum* in Senatu Neapoli. & Baren. respectiuè, sic denique Zucar. latè cons. 78. Conueniunt quæ Barbosa docet in l. 2. par. 2. à num. 28. ff. solut. matrimo. Casus successit in nostro Senatu de anno 1602. in quo referente egregio primò Senatore, nunc autem Regiã Cancellariã Regẽte, Michaele de Salba, & de Vallesica in causa Mariannę Roure contra Petrum Roure droguerium ciuem Barcinonæ, actuario Iacobo Papiol, nunc N. Domingo, die 29. Octobris ante lapsum annum à die mortis † mariti *condempnauit* Senatus socerum ad restituendam nutui filij sui viduæ relictæ dotem, & sponsalitium, hoc intellecto quòd non posset exigi, nec illius interesse currere inciperet nisi elapso anno à die mortis.

62 Infertur † secundò, vt ad id redeamus, quod superiùs reliqueramus imperfectum ex suprà traditis, quòd si fieret exequutio in bonis hęreditantium propter eorum æs alienum non possent filij oppositione proprietaria, propter hæreditamẽtum eiusmodi, exequutioni se opponentes illam impedire, sic clarè docet Berenga. Ferd. in allega. c. 7. prælud. ad c. 1. de fil. nat. ex matr. ad morgan. contrac. numer. 2. vbi dicit *eiusmodi oppositiones tanquam fraudulentas per filios, imò per ipsos parentes suppresso filiorum nomine interpositas passim reijci cum expensis, ne creditores ab his parentibus decipiantur, qui postquam merces, panna, serica forte, alia ve id genus à creditorib⁹ susceperunt, nomine filiorum defendere bona capta laborant, vir bonus tamen, & Iudex eiusmodi fraudulentas oppositiones respuere debet.* Hæc Fernan. pro quibus nihil allegat, quo sua opinio confirmetur, cæterùm ea, meo iuditio, satis confirmata, & comprobata manet ex his, quæ suprà

adduximus:

adduximus: si enim vigore horum hæreditamentorum nullum ius in vita parentum transfertur in filios, sed omne illud remanet nihilominus penes eos, qui domini dicuntur verè, & sunt, durante vita, ipsarum rerum alienatarum, & censentur bona illis donata sub cõditione, si parentibus superuiuant, clarum est quòd indè optimè elicitur hæc consequentia quòd in vita parentum non possunt ipsi filij impedire, sub prætextu dictorum hæreditamentorum, exequutiones, quæ fiunt contra bona donata.

Expectare igitur debent tempus mortis parentum, quo hæreditamenta incipient sortiri effectum, si conditio adimpleatur per superuientiam ipsorum, & tunc agent ad reuocationem: 63 exemplum † habemus non dissimile in fideicommissario conditionali, quem clarum est non posse impedire exequutionem, quæ in vita hæredis fiat in bonis fideicommisso subiectis, quod vltra quòd potest clarè elici ex suprà traditis, quę sicut concludunt quoad reuocationem alienatorum, vt ea fieri, seu instari non possit per fideicommissarium in vita hæredis grauati, sic etiam quoad impedimentum alienandi vt fieri simpliciter non possit (casibus illis demptis, de quibus suprà) in vita eiusdem hæredis: vltra (in quam) quod hæc, quæ satis apertè ex superioribus colliguntur, ita in expresso probant Marzar. in epitho. fideicom. q. 61. num. 2. & Peregri. post multos, quos allegat de fideicom. art. 40. nu. 8. memini ego etiã habuisse casum in Regia Audientia ad relationẽ Saluatoris Fontanet tunc egregij illius doctoris, nunc verò in supremo Regni Aragonum consilio Regentis in causa nobilis Ioannis de Vilanoua contra Franciscum Maria de Arria, scriba Raphaele Balle, in quo cum exequutiuè procederetur cõtra dictũ Maria pro quadã fideiussione, fuit ad vlteriora processum, & procedendum *prout fuit* † non obstante oppositione facta per quosdam dicti Maria fratres vocatos per fideicommissum in casu, quo Franciscus decederet sine liberis, sub die 6. Nouembris 1596.

64 Et †licèt mihi opponatur de maxima differentia, quæ videtur esse inter iura conditionalia ex contractu, & iura conditionalia ex vltimis voluntatibus, cum illa sint multò his firmiora, tum per ea, quæ doctores notant in l. 65 quoties C. de dona. quę sub modo &c. tum † etiam quia conditionalia iura ex contractu transmittantur ad hæredes, ad §. ex conditionali, inst. de verb. obliga. nõ sic quæ ex vltimis voluntatibus, ad l. vnicam §. sin autem sub conditione C. de cadu. tollen. vndè videbatur non posse in his ab vltimis volutatibus ad contractus argumentari, nihilominus, (præsuppositis his, quę superiùs de nostris hæreditamentis, ac eorum vi, & natura diximus) quicquid in alijs contractibus conditionalibus, eorumque casibus sit, ego inter iura, quæ filijs ex nostris hæreditamentis, & ea, quæ ex dispositionibus conditionalibus inter vltimas voluntates, quibuscunque vocatis quæruntur, nullam reperire queo differentiæ, & discriminis rationem: si cut enim ius illud, quod ex dispositione conditionali, quæ fit inter vltimas voluntates, quæritur vocato ius quoddam dicitur in spe consistens aptum habere se ad esse, & non esse, si ipse vocatus vocanti superuiuat, vel non, absque aliqua spe transmissionis, sic ius istud, quod filijs quęritur ex hæreditamento eidem incertitudini subiacet, ita vt pendeat similiter à futuro euentu, nempè si superuixerint filij parentibus, vel non, absque aliqua etiam spe transmissionis, nisi † cuiusdam incertæ, & vagæ, si 66 filij hęreditati descedentes ante patrem reliquissent filios qualitatis pacto comprehensæ, vt ex Fernan. in allega. prælud. 7. vers. 5. casus, docet Cancer. allega. c. 7. de pac. nu. 87. (quod adhuc vltimum in quo fundetur, ac an sit valdè firmum, ipsi viderint, Cancerus cum solà Fernandi allegatione pertransit, is autem cum sola allegatione l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Pet. autẽ Gregor. Tolos. in syntagma. iur. vniuer. lib. 41. de actio. c. 7. nu. 20. nõ tam fuit, sicut isti, scrupulosus: cõcesit enim trãsmissionẽ nedum ad suos hæredes, sed etiã ad quoscũque extraneos, sed id videtur impossibile præsuppositis his, quę suprà diximus de virtute, & natura hæreditamentorum: si enim illa vera sunt, necessum est ꝺ necessitate absoluta quòd hæc transmissio denegetur vt Fernan. vult, & Cancer. sequitur.)

67 Firmior † igitur spes, quæ competit ex dispositione inter viuos cõditionali ei, quę competit ex testamento, tunc dicetur tantùm quando talis erit dispositio, in qua transmissioni * possit esse locus, veluti in substitutione facta in contractu, vel alia stipulatione, in qua dispositio §. ex conditionali, inst. de verb. oblig. possit verificari, quia tunc in hoc superaret vltimas voluntates, non autem quando talis est dispositio inter viuos, prouti in nostro casu, in quo non sit, nec esse possit regulariter transmissioni locus, nec sit dare aliquid, in quo dispositionẽ inter vltimas voluntates vincat, ac superet in firmitate, ac certitudine, & ideò videtur benè posse ab vno ad aliud in proposito argui, sicut nos in superioribꝰ fecimus, egregiè (licèt ad aliud propositũ: in hoc enim eum contrariũ in certo casu habui, forsan quia differentiam inter dispositiones conuentionales vno modo, & conditionales alio modo, vt suprà nos distinximus, adhuc non considerauerat) hanc differen-

differentiam percepisse mihi visus est nostras Iacob. Cancer. lib. 3. var. cap. 21. de transmiss. à num. 96. cum sex, aut septem sequentibus.

68 His † tamen non obstantibus in causis nostrorum hereditamentorum audio (nescio an viderim etiam) quòd soleat Senatus supersedere in executionibus, quæ fiunt contra hæreditantes ad instantiam filiorum hereditatorum quoad proprietatem bonorum in illis cõ-
†† præhensorum *declarando* illa non posse, nec debere distrahi propter æs alienum hæreditantiũ contractum post hæreditamenta, sed solum v- 70
sufructũ, qui parentum est, dum viuunt, non obstante hæreditamento. An autem inter hos casus reuocationis scilicet alienatorum in vita hereditantium, & impedimenti faciendi, ne fiant alienationes, sit de iure, vel considerari possit diuersa ratio, vel etiam inter hęc hæreditamenta, & vltim. voluntates, tibi ipsi ego relinquo cogitandum: Ego enim valdè inter Senatus auctoritatem, quem supercedimẽta prouidere dicunt, & efficatiam tationum, 71
quæ in contrarium adduci possunt, prępmor. Cuperẽ quòd aliquis ex nostris, inter quos plures sunt accutissimi ingenij, ac profundissimæ eruditionis tantarum difficultatum misertus calamo se accingeret, & tenebras expelleret, ego feci quod potui, sed semper alij meliùs id, quod ego desiderabam, prestarent. 72

69 Propter hoc † quod dicũt à Senatu amplecti, addmittendos esse filios hæreditatos ad impediendum executiones, quæ contra parentes fiunt quoad proprietatem bonorum in hęreditamentis comprehensorum, licèt non quoad vsumfructum, inoleuit praxis apud quosdã aduocatos consulendi hęreditantibus vt, ad 73
euitandum exequutiones etiam quoad dictũ vsumfructum bonorum donatorum, relaxẽt, siue donent illum filijs suis, vndè existimant consequuturos parentes quòd nec contra proprietatem, vt pote non suam, nec cõtra vsumfructum, vt pote iã donatum, seu relaxatum, fiat pro propriis debitis executio, ad hocque (quãdo filij sunt in parentũ potestate cõstituti) excogitarunt isti aduocati emãcipationes, quæ per parẽtes filijs fierent, vt donatio inter ipsos subsistere posset, ac eisdẽ postea curatores assignarentur, qui filiorum nomine donationẽ acceptarent, ac sexcentum alia id genus imaginarunt, quibus creditores fraudarent.

Hæc necessaria non forent, si ea sequeretur 74
opinio, quam in superioribus stabiliuimus, quòd in vita donantis non possit donatarius impedire exequutionem in bonis donatis fiendam pro debitis ipsius donantis nec quoad proprietatem, nec quoad vsumfructum.

Vbi autẽ contraria opinio sequeretur quòd in vsufructu tãtum fieri posset exequutio non in proprietate, obstante hereditamento, ego existimo nec illam cauthelã relaxationis vsufructus quicquam prodesse in foro fori, nec aliàs fieri posse, nec consuli in foro poli.

In foro poli (vt à magis necessarijs, vtpote salutem animæ concernentibus, exordiamur) quòd hęc non possint fieri, nec consuli tam abũdè, tam clarè, ac manifestè probat Thom. Sanchez in tract. de matrimo. lib. 6. disputa. 4. num. 9. cum sequent. vt superfluum mihi videretur vellè hoc loci eius dicta inutiliter transcribere, vbi † videbis quòd quemadmodum qui non habet pallium vt in die festo possit ire ad audiendum sacrum, excusatur ab eo audiendo, nõ tamen si haberet qui pallium accommodaret, ac nollet acceptare, sic quamuis qui non habet vnde soluat creditoribus excusaretur non soluendo, non tamen qui pecuniam, quæ sibi oferretur nollet acceptare, vel quam haberet donaret, vel relaxaret, vnde potuisset creditoribus satisfacere.

Ibi † item videbis quòd quemadmodum filius, qui tenetur parentes pauperes alere excusatur si non habet vndè alimenta eis præster, non tamen si recusat accipere hæreditatẽ, quæ ei obueniat, vel obuentam renuntiet, vndè potuisset dictis parentibus subuenire, sic in debitore &c.

Ibidem † videbis quòd quemadmodum peccaret videns proximum suum fame perire, & extremum iam agentem spiritum, vel grauiter indigentem, nollet acceptare bona, quæ sibi offerrentur, vel quæ haberet renuntiaret, vndè potuisset eiusmodi indigentiæ subuenire, sic in debitore &c.

Ibidem † videbis quòd qui tenetur ad finẽ, tenetur adhibere media necessaria ad consequendum illum finem, quando media sunt facilia, veluti eadem lege, qua teneor audire sacrum, teneor confluere in templum quando non excusor legitimè, vbi Sacrum celebratur, item eadem lege, qua teneor ad votum religionis implendum, teneor adhibere media, vt petere, & adire ea loca, in quib' est spes probabilis me admittendum, quomodo autem, quæso, media necessaria ad satisfaciendum creditoribus quærere debitor dici poterit, qui loco procurandi vndè satisfaceret, bona quę habet à se abdicaret expræsè vt non solueret? ego non video.

Ibidem † denique plura alia leges, quæ inconfirmationem huius opinionis grauis iste doctor affert, ac plures doctores reperies ibi citatos, qui eandẽ opinionẽ deffendunt ad interpretationem l. qui autem ff. quæ in fraud. creditor. vbi licitum est debitori magno ære alieno grauato repudiare hæreditatem, quę sibi obuenit, neque id potest dici factum in

fraudem

fraudem creditorum, quia id non sit proprium patrimoniũ diminuere, sed nolle acquirere, quod per d.l. licet, dicentes id non fore licitũ in foro conscientiæ, posteàque Sanches eo.nu. 9. in fi. vers. similiter causidici, dicit causidicos, & consulentes debitoribus has cauthelas, quibus efficiuntur impotentes ad soluendũ, teneri creditoribus restituere debita, quia iniusto consilio fuerunt causa illius dampni.

75 In foro † autem fori, & exteriori (quæ est nostra Iureconsultorum proptia materia) quòd etiam huiusmodi renuntiatiatio nihil prosit in fraudem creditorum, ex eo patet quòd quamuis hæres possit sibi delatam hęreditatem repudiare, absque eo quòd dici possit facta repudiatio in fraudem creditorũ, vt probatur expressissimè in l. qui autem ff. quæ in fraud. credit. l. non fraudantur, de reg. iur. & l. 1. §. vtrum autẽ ff. si quid in fraud. patron. qua de re plura scribunt Vincen. de Franch. decis. 101. per tot. Peregri. de fideicom. art. 2. num. 51. & art. 3. nu. 125. & Sanches de mattim. lib. 6. disputa. 4. à nume.

76 8. post ordinarios in dictis iuribus, quod † indistinctè procedere tam respectu chyrographariorum, & personalem tantùm habentium actionem creditorum, quàm etiam respectu hypothecariorum, & realem habentium, pluribꝰ pulchrè probat Stepha. Gratia. decis. prouin. † Marchi. 17. à numer. 15. dicens sic ibi fuisse de-

77 *cisum*, id † tamen intelligitur ante acceptatam hæreditatem, non post: tunc enim non verificatur in eiusmodi repudiationibus ratio legum prædictarũ, quæ est, quia per huiusmodi repudiationes nõ possunt dici hęredes voluisse propriũ patrimoniũ diminuere, sed solũ noluisse acquirere, quod nõ potest dici factũ in fraudẽ creditorum vti in dictis locis probatur euidentissimè, & in expresso in proprijs nostris terminis renuntiationis in fauorem filij factę de vsufructu patri competenti in bonis filij, hanc distinctionem, vtrum scilicet renuntiatio fiat ante acceptationem, an verò post, approbant Christopho. Por. in §. 1. nu. 4. inst. per quas perso. nob. acquir. & Hypol. Riminal. in eo. §. nu. 92. ac Anchar. in cons. 106. num. 3. per tex. expres. in l. 3. §. gesta ff. quæ in fraud. credit. vbi, *gesta*, (inquit) *fraudationis causa accipere debemus non solum ea, quę contrahens gesserit aliquis, verum etiam si forte data opera ad iuditium non affuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petiit, vt tempore liberaretur, aut vsumfructum, vel seruitutẽ amittit.*

Cum autem in nostro casu loquamur de renuntiatione vsusfructus iam patri acquisiti, & per eum acceptati, imò de vsufructu, qui semper fuit ipsius (vel causaliter, vt ante hæreditamentum, cum ipsa proprietate, vel formaliter, vt post hęreditamentum, secundum opinionẽ illorum, qui volũt statim proprietatem transla tam in hęreditatum filium) quique nunquam exiuit ab eius dominio, & potestate, certè dicẽdũ est esse diminuere proprium patrimoniũ, si pater renuntiationem vsusfructus faciat, & nullo modo dici posse solùm noluisse acquirere.

78 Pulchra † est hæc materia, & ideò diutiùs circa eam immorandum. Diximus in superioribus posse debitorem sibi delatam hæreditatem ante acceptationem repudiare, nec per hoc videri fraudasse creditores, videamus nũc (quod scio non multis ab hinc diebus strenuè disputatum in Senatu) nunquid idem sit post acceptationẽ, vt scilicet quando grauatus foret quis de hæreditate post mortem restituẽda an possit ante eam, restituere eandem fideicõmissario, absque eo quòd per hoc possit dici fraudasse creditores tanquam remittens ius acquirendum, non acquisitum, vt pote fructus, qui cederent à die restitutionis ad mortem vsque ipsius hæredis, an verò contra dicendum esset non posse huiusmodi præmaturam restitutionem facere in præiuditium creditorum, vt pote quia ea fieret de iure iam quæsito per ipsam aditionem hæreditatis.

79 Pro prima † opinione est tex. qui cauillari nõ posse videtur in l. patrẽ, 19. ff. quæ in fraud. credit. in qua habetur patrem, qui non expectata morte sua fideicommissum hæreditatis maternæ filio soluto potestate restituit omissa ratione falcidię, plenam fidem, & debitã pietatem sequutus exhibitionis, creditores non fraudasse, cum quo concordat tex. in l. sequent. debitorem eo. tit. quæ in fraud. credit. deffendit Bal. in rub. C. de reuoc. his quę in fraud. credit. num. 11. Alex. in additione ad Bar. in allega. l. patrem, Ias. in §. Item si quis in fraudem, num. 127. inst. de actio. & latè Rebuff. cons. 176. nu. 20. & 21. & vltra eos Trigona singu. 49. Padilla in repeti. l. post mortem C. de fideicom. à num. 3.

80 Secundò † pro eadem opinione facit tex. in l. si spõsus, in §. si quis rogatus ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi Consultus ait maritum rogatũ de hæreditate restituenda vxori suę percepta certa quantitate, si sine deductione restituerit, magis pleniore officio prestandę fidei functum, quàm donasse, videri.

His duobus pręsertim iuribus hæc fulsitur opinio: Cæterùm eis non obstantibus tenendum censeo quòd imò eiusmodi præmatura restitutio fieri non possit in fraudem creditorum, quod pluribus modis probari posse existimo.

81 Primò † quia cum in se includat remissionem fructuum, quos hæres percepisset durãte tempore vitæ suæ, indè fit quòd propterea frau-

fraudari dicãtur creditores per huiusmodi restitutionem l.3.§.gesta ff.quæ in fraud. credit. cuius verba formalia suprà posuimus.

Cui considerationi summè conducet (quod est summè in hac materia attendendum, cum sit totius illius clauis, ex quoque omnia, quæ in contrarium dici possunt, nullo negotio dilui, ac destrui valent) si addideris quòd per aditionem hæreditatis per hæredem factã ius ipse acquisierit nedum ad fructus omnes percipiẽdos intra tempus, quod decurret vsque ad diẽ restitutionis, qui esset dies mortis, sed imò ad dominium ipsius hæreditatis, adeò vt per aditionem, & statim ea facta, efficiatur & ipse verus, & legittimus dominus hæreditatis, vt satis superq. in superioribus in hac eadẽ glo. nu. 61. & 62. comprobauimus.

82 Conducit † vltimò eidem considerationi doctrina Peraltæ in repeti. l. cum pater §. à filia num. 92. cum sequent. & in l. 3. §. qui fideicom. num. 63. & sequent. ff. de hered. inst. quem refert, & sequitur Ludoui. Molina de primog. Hispa. lib. 2. c. 4. num. 33. & Iacob. Cancer. var. resol. par. 3. c. 15. de renuntiatio. num. 173. tenentis hæredem, qui non tenebatur restituere nisi post mortem, posse si voluerit in vita restituere, & ratione commoditatis, quam erat ipse percepturus, grauamen aliquod adiungere fideicommissario commensurabile cum emolumentis, quæ ipse percepisset si non restituisset.

Ecce ergo quàm sit alienum à veritate dicere quòd per huiusmodi præmaturam restitutionem non fraudentur creditores, quasi non tractetur de remissione iuris quęsiti, sed imò iuris quærendi.

83 Secundò † pro eadem opinione faciunt iura tex. in l. ait prætor §. si cum in diem, & in l. omnes §. fin. ff. quæ in fraud. cred. vbi qui obligatus est in diem, id est vt ad diem futurum soluat, si soluit præsenti tempore, censetur in fraudem fecisse, quia prætor putauit etiam fraudẽ
84 in tempore fieri: exemplum † sæpè contingibile ponit I.C. in allega. §. fin. l. omnes, in marito, qui habens creditores, potensq. dotem vsq. ad certam diem sibi retinere, eam statim soluto matrimonio vxori restituit: dicitur enim per hanc restitutionem suos fraudasse creditores.

85 Tertia † solet afferri ratio huius opinionis, quia conditiones sunt in forma specifica ad implendæ iuxta l. Meuius cum simil. ff. de condi. & demonstra. ac propterea non videtur posse heres eis contrauenire, & ex cõsequenti hereditatem ante mortem restituere, cum solùm esset grauatus post mortem.

86 Cæterùm † ego hanc rationem flocci nõ facio quamuis communiter à doctoribus in proposito adducatur, quippe qui sciam eam conditionem, vt non teneretur ante mortem hæres restituere, in sui fauorem fuisse adiectam, ac propterea potuisse, ac posse ipsum omni iure illi renuntiare, si aliud non obsit, quod renuntiationem impediat, ac proindè nihil conducit argumentum, cui si iustitia huius opinionis inniteretur, facilè ipsa corrueret, ac destrueretur.

87 Quarta † ergo ratio huius opinionis, quæ videtur etiam ratio esse aliarum rationum adductarum, est, quia huiusmodi præmatura restitutio donatio est, ex doctrina Bar. in sæpè allega. l. post mortem num. 3. C. de fideicom. Cancer. vbi suprà num. 171. qui alibi eundem Bar. idem tenentem, & Pau. de Cast. in d. l. post mortem, citat. adde Peregri. de fideicom. art. 3. num. 127.

88 Videturque † huius dicti clara ratio quòd donari dicatur quod nullo iure cogente cõceditur, l. donari 29. de dona. l. donari. 81. de reg. iur. quæ donatio fructus cõprehẽdit decurrendos, ac percipiẽdos vsq. ad diẽ mortis hęredis, ad quos ius quæsitũ habebat hæres per aditionem hæreditatis, vt suprà probatum est, non ergo dicatur per huiusmodi præmaturam restitutionem non fieri fraudem creditoribus quasi nihil de patrimonio diminuatur.

Cum in his versarer peruenerunt ad me cuiusdam certè celebris, & egregij huius nostræ ciuitatis viri labores manuscripti, (vtinam prodeant aliquando in lucem, quod existimo futurum in maximam reipublicæ vtilitatem) inquibus, inter alia, repeti hanc latissimè disputatam quæstionem, pluraque pro vtraque parte adducta argumenta, quæ possunt quemcunq. virum doctum, qui suũ in his desideraret proferre iuditiũ, terrere, vbi vidi egregium illum virum inclinatũ, imò determinatè concludẽtẽ posse fieri huiusmodi præmaturam restitutionem non obstãtibus reclamationibus creditorum, quos dicebat nõ posse prętẽdere se ex ea fraudatos: fundabat suam opinionem ex l. patrem & l. debitorem superiùs allegatis.

89 Dicebat † item quòd ex aditione hæreditatis ius ad fructus futuros non irreuocabiliter, sed imò reuocabiliter, imperfectè, & sub conditione, nisi vellet restituere, hæredi quærebatur, & ideò non posse creditores fraudem prætendere ex præmatura illa restitutione quasi facta de iure irreuocabiliter quæsito, allegabatque ad id glo. in l. qui autem, verbo *legatum*. ff. quæ in fraudem creditorum, & ibi Bar. ac Iaf. in §. item si quis in fraudem num. 121. insti. de actio. non aduertens glo. & doctores prædictos casum decidere valdè diuersum ab hoc nostro:
90 loquuntur † enim de repudiatione legati ante acceptationem, dicentes quòd siue ea fiat ante

aditam

aditam hæreditatem, siue post, non fraudantur creditores, cum non dicatur propterea legatarius diminuere de patrimonio, cum fingatur non esse quæsitum, ex l. nam sicut ff. ad l. aquil. Hæc nihil ad propositũ probare quis nõ videt? concluderet autem aliquid hæc argumentatio quando doctores, qui allegantur, loquerentur de repudiatione, seu veriùs renuntiatione legati post acceptationem, in quo casu nos loquimur, non quando ante acceptationem fieret repudiatio, qui est casus, ꝺ quo doctores suprà dicti loquuntur, quem nunquam nos negamus, vti ex suprà traditis apparet.

91 Tertiò † dicebat præmaturam illam restitutionem non esse donationem, sed imò dilationis in sui fauorem adiectę renuntiationem, iuxta l. cum tempus de reg. iur. quam fieri posse probat tex. in l. si quis in conscribendo C. de pac. cum simil.

Dicebat item illud esse plenæ fidei exhibitionem, ad quod Peregri. aduocabat de fideicom. art. 5. num. 125. Cæterùm ego sibi cõcedo quòd remissio sit dilationis in sui fauorem appositæ præmaturæ illa restitutio, quòd item tali dilationi de iure renuntiari valeat, cęterùm quòd id fieri possit extantibus creditoribus, quòd item propterea donatio dici nõ debeat, & remissio, seu renuntiatio iuris quæsiti, per quam creditores fraudantur, id est quod sibi expressissimè nego, nec arbitror probari posse, alias concedendum mihi foret quascũque alienationes fieri posse, non obstantibus reclamationibus creditorum, cum sint actus de iure simpliciter permissi, sicuti cuiuscunq. alterius iuris pro se introducti renuntiatio. Et quod attinet ad auctoritatem Peregrini, is nihil eo loci loquitur, si est, vel non est, remissio dilationis, solùm inquit non esse donationem, nec proprij patrimonij diminutionem, sed plenæ fidei exhibitionem non præmaturam hanc de qua agimus restitutionem, sed remissionem Falcidię, & Trebellianicæ, quam detrahere hęres grauatus poterat, inter quæ quantum sit discriminis, ex infrà tradendis spero quòd plenè constabit.

92 Quartò † adiungebat isdem doctor rationem Bal. in rub. de reuocan. his, quæ in fraud. cred. quem in superioribus citauimus, dicentis fideicommissum huiusmodi non esse cõditionale, sed imò ad beneplacitum hæredis, quod si ita est, quid vetabit (inquiebat) fieri restitutionem quando voluerit hęres, maximè cum ea restitutio fiat lege permitente, ex dispositione l. post mortem, & simil. C. de fideicommiss. & ex tacita, & præsumptâ voluntate defuncti, cum, vt dixi, non censeatur fideicommissũ cõditionale vt restitueretur post mortem, sed sit positum in beneplacito, & voluntate hæredis, si antea vellet restituere, ac propterea cũ à lege, & testatore permitatur, non videtur posse dici præmatura restitutio, prout Trigona in allega. singula. 49. in fine dicebat. Cæterũ si à me quæreretur quid vetare posset hanc restitutionem, ego responderem faciliter, quòd creditores, in quorum præiuditium non potest fieri remissio, vel renuntiatio iuris quæsiti, quale est istud ius ad fructus per aditionem, vt superiùs diximus, quæsitos, non secus ac si quæreres quid vetaret quominùs rem propriam liberè donarem, vel alienarem, cum in ea sim de iure moderator, & arbiter iuxta l. in re mãdata C. manda. quid etiam vetaret quominùs ego donarem, vel alienarem rem, quam mihi defunctus reliquit, vt de ea facerem ad meum beneplacitum, ac liberas voluntates, responderem, quòd creditores, si eos haberem, in quorum præiuditium donationes huiusmodi, & alienationes fieri est de iure prohibitum?

93 Quod † ergo lex, & testator permittunt in hoc nostro casu fieri posse restitutionem ante mortem, intelligendum est, dummodo per eam nõ fiat tertio præiuditium, quod regulariter in omnibus dispositionibus subintelligitur l. 2. §. merito & §. si quis à *Principe* ff. ne quid in loco publico, cum concordan. allegat. in glo. in dicto §. merito, verbo, *siue iniuria*, & in dicto §. si quis à Principe, verbo *si concedatur*, & in terminis quòd libera administrandi, vel alienandi facultas sit sic intelligenda, dum nõ fiat fraus creditoribus, probat tex. in l. si pater, ff. quæ in fraud. cred.

94 Quintò † arguebat de doctrina Bal. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. &c. & in l. maximum vitium C. de lib. prętet. allega. per additionem ad Bar. in ſępè allega l. patrem, dicentis quòd quemadmodum extante statuto, quòd exstãtibus masculis fœminæ non succedant, potest masculus, etiam in pręiuditium suorum creditorum, renuntiare statuto, & sic consentire quòd fœmina admittatur, sic dici debet posse hæredem grauatum, ante mortem, restitutionem facere in pręiuditium creditorum renuntiando illi dilationi, quæ fuerat in sui fauorem adiecta. Cęterùm ego faciliter respondeho argumentum non procedere, cum per illud statutum, quamuis defferens hęreditatem masculis, non censeatur ad eam ius quæsitum filijs masculis, sic vt renuntiando dicantur aliquid de patrimonio amittere, vel diminuere, sed solùm nolle acquirere, quod non est prohibitũ, nec dicitur fieri in fraudem creditorum, sicuti in confesso est nec per hęredis institutionem in testamento alicuius factam tale ius censeri quæsitum, quod non possit renuntiari, seu repudiari absque eo quòd indè dicatur fraus facta creditoribus, iuxta l. qui autem, quam in superioribus

perioribus allegauimus ff. quæ in fraud. cred. & l. non fraudantur de reg. iur. Nos verò agimus de renuntiatione hæreditatis iam adit.e, cuius renuntiatio diminutio est proprij patrimonij, vt dictũ est, & inferiùs latiùs tradetur: concluderet autem argumentatio quando doctores loquerentur in casu, quo delata hæreditas per statutũ acceptata fuisset per filios masculos, & postea repudiata, seu renũtiata, quod tamen non dicunt, nec dicere possunt, obstantibus supradictis, & infrà tradendis.

95 Sextò † arguebat is doctor dicens, quòd ex quo hæreditas, quæ restituitur, ex qua fructus posteà percipiendi sunt, non est hæredis grauati restituẽtis, sed primi testatoris, facultas illius restitutionis in vita, vel in morte per hęredem grauatum necessariò faciendæ non potest dici beneficium liberalitatis proprię vt in l. 69. vnũ ex familia §. si falcidia vers. non enim facultas, de lega. 2. nihil enim aliud (inquebat) facit hæres grauatus restituendo, quàm tollere obstaculum, quo fideicommissarius impediebatur quominùs fructus illos percipere posset, quo impedimento sublato fideicommissarius ipso iure succedit, & incommutabiliter illos fructus acquirit ex Trabelliano, & ex iuditio defuncti, non autem ab hærede grauato, vel
96 ex illius liberalitate: Nam † remouens obstaculum non facit actum vt dicit Bal. in c. cum omnes nu. 18. & Felinus num. 24. & 26. de consti. quos ego ad aliud propositum allegaui suprà clau. 3. glo. 3. *Domicelli* nu. 78. &
97 † ex illa amotione obstaculi, & impedimenti de iure retrò fingitur obstaculum, vel impedimentum nullum vnquam fuisse, Bal. in cons. 69. num. 4. vol. 1. & in cons. 426. num. 3. vol. 3. & in l. si quis posthumos §. si filium col. 1. in fin. ff. de lib. & posthum.

Respondeo tamen hanc argumentationẽ in duobus peccare, primò in eo quod adducit tex. in allega. §. si falcidia tam diuersum à casu
98 nostro quantùm eius lectura iudicat: dicit † enim quòd ex eo facultas necessariæ electionis per hæredem vigore commissionis sibi factæ per testatorem fiendæ, non est propriæ liberalitatis beneficium, quia is nihil de suo videtur reliquisse, quia quod reliquit omnino reddere debuit, ecce ergo quòd propterea electio non dicitur liberalitas hæredis, quia necessariò tenebatur eam facere: noster autem hęres in vita non tenebatur restituere, & propterea verba eius legis eum non compræhendũt, sed imò è contrario liberalitatis beneficium debet dici restitutio, quæ fit in vita, quia eam hæres facere non tenebatur, si in hoc casu licet à contrario sensu arguere.

In alio etiam peccat eadem argumentatio dũ vult restitutionem hanc solùm esse obstaculi remotionem: id enim non videtur verũ, quod hoc clarissimo exemplo demonstrari arbitror. Ponamus Petrum iacere velle lapidem in Ioannem, existente Francisco in medio ipsorum, sic vt lapis ad Ioannem peruenire non possit nisi Franciscus tollatur ã medio: hoc casu si Franciscus de medio tollatur ante iactum lapidis, sic vt is possit recta via in Ioannem ferire, dicetur iure optimo Franciscus nihil aliud fecisse, quàm subtulisse obstaculum, & impedimentum, quo lapis impediebatur à Petro in Ioannem recta via peruenire, cæterùm si Franciscus se non moueat de medio, sed lapidem in se recipiat, posteâque in Ioannem ejiciat, dici non poterit, quamuis lapis ad Ioannem peruenerit, peruenisse ad eum à Petro quasi sublato Ioanne, qui impedimento erat, sed imò Franciscũ lapidem ejecisse, ab illoque Ioannẽ lapidem recepisse; sic in nostro casu, si hæres, qui erat in medio inter testatorem, & fideicõmissarium tempore mortis testatoris sese ante acceptationem de medio subtulisset, vt locũ faceret substituto, eo casu per eam sublationem dici potuisset nihil aliud factum quàm tollere obstaculum, & impedimentum, & per hoc non potuissent dici frandati creditores, vt suprà diximus, verùm ipse in nostro casu sese de medio non subtulit tempore aditionis faciendæ, sed imò hæreditatem adiuit, & acceptauit, posteaque in fideicommissarium transtulit, ob quod ea translatio remotio obstaculi tantùm propriè dici non potest, sed imò actus, & factum hæredis, ac liberalitas ipsius.

99 Septimò sic † grauis ille doctor argumentabatur, præiuditium, quod per huiusmodi restitutionem, quæ in vita fiat, consideratur fieri creditoribus, est respectu fructuum percipiendorum in diem vsque mortis hæredis quasi per illam eos videatur hæres remisisse, seu donasse, cum essent propij, & sui effecti per aditionem hæreditatis, hoc autem (inquebat) non est in consideratione, quia huiusmodi fructus nunquam fuerunt in bonis hæredis grauati, nam quamuis illos cõsequi potuisset si hęreditatem ante mortem non restituisset, tamen cũ statim, & eodem die, quo restituit, vel paulò post, ab hac vita descedere potuisset, & moriendo illos amittere, hinc est quòd illorum fructuum acquisitio sub incerto erat, quia se habebat ad esse, & non esse vt dicit Ias. in d. l. post mortem num. 7. vers. circa secundum C. de fideicommis. & pendebat ex fortuna, & ex futuro euentu, cum hæres grauatus quotidie de sua vita incertus sit, vt dicit Maria. Soci. in cons. 124. nu. 3. & propterea ius consequendi dictos fructus post restitutionem, nõ poterat dici merum ius, sed potentia quædam, & facultas percipiendi si vixisset, & restituere noluisset

hæres,

hæres, per cuius potentiæ sublationem, & sui ipsius priuationē non potest dici hęres prędi cium facere creditoribus, cum non sit de iure quæsito, sed quærendo. 101

Respondemus tamen huic argumētationi, primò quòd imò fructus percipiēdi vsq. in diē mortis erant iam in bonis hæredis ante restitu tionē ex vi additionis hæreditatis, per quā illud ius fuit sibi acquisitum, vt latè superiùs cōpro bauimus. Secundò respōdemus nō esse verum quòd illa fructuū acquisitio sit sub incerto, & se habeat adesse, & nō esse, vel pendeat à fortu na, & ex futuro euentu, ex quo licet diu, multū que viuere pōt hęres, sic statim, aut paulò post mori, & moriendo fructus amittere, ratio est, quia cū per additionē, vt dictū est, perfectè fru ctus omnes percipiēdi vsq. ad diem mortis hæ redis fuerint per eum acquisiti, nulla incertitu do quoad ipsos, & ipsorū acquisitionē pōt cōsi derari, sed tantū quoad id, an plures, an verò pauciores futuri sint fructus illi, id enim est so lū, quod pendet à fortuna, & futuro euentu, à longiori scilicet, vel breuiori vita hęredis, cæte rùm fraus non consideratur quoad hoc, sed tā tùm quoad fructus percipiēdos vsq. ad mortē hæredis, siue plures sint, siue pauciores, in quo rum acquisitione nulla est incertitudo: exēplū, habeo (ponamus) quādam, quā recipio, pēsio nem annuam ad mei tantū vsq. vitā duraturā, quęro an renuntiatio pēsionū decurrendarum vsq. ad diem mortis dicetur facta in fraudem creditorū, vel non? certè si consideremus argu mentū ab incertitudine vitæ ductū iuxta supe riùs tradita, dicēdū videbitur non fraudari per eam creditores, verū quis tale dicet? certè nul lus, cū ea incertitudo solùm versetur circa id, an scilicet plures futuræ sint pēsiones, vel pau ciores, cui' rei nulla ratio habetur quoad frau dem creditorū prēsumendam, vt dictum est.

Hæc sunt, quæ apud egregiū illū virū, licèt plurib' dilatata verbis, legere potui, quibus sa tisfeci prout vidistis, an benè, vos iudicabitis, hoc solū vnū possū attestari quòd cū is doctor hæc, antequā prælo darentur, vidisset, parū ab fuit quin libēter mecū cōueniret, & suā depo neret sentētiā, ego tū in mea præstiti semper, & perstitam dum alius non dabit meliora.

100 Quod † difficile existimaui, est, & semper fuit, respondere iuribus pro cōtraria opinione allegatis, & eorum verum intellectū, & sensum inuenire, & signanter l. patrem ff. quæ in fraud. cred. quæ acriter pugnat contra nostrā opinio nem, quęq in causa fuit vt plures ab ea recede rent arbitror tū me tantū laboris in hoc con sumpsisse vt forsan pluribus, qui hæc legent, fa cilitet persuadeam ti verum eius intellectū nō reperi viam saltem monstraui, qua sit om nibus facile illū inuenire, vt autē id aperti ope rę prætium duxi incipere à relatione intellec tuum, quos doctores ad d. l. hucvsq. excogita runt, sic fiet vt facilī' ad nostrū perueniamus.

Vidari. † Zaz. in lib. 2. suo. intellectuū singu larium, vbi agit de intellectu d. l. patrem, pag. mihi 44. post glo. verbo, *morte*, in eadem l. duas ad eam refert applicabiles lecturas, ambas di cens probabiles, prima est quòd pater fuerat ab vxore grauatus de hęreditate cōmuni filio post mortem restituenda, & ipse quidem in vi ta illam filio restituerat absque detractione trabellianicæ, & cum fuisset quæsitum an hoc censeretur factum in fraudem creditorum, id est, an id potuisset fieri in eorum prędiciū, respondet C. quòd potuit fieri, quia magis vi detur pater fidem, & pietatem expleuisse resti tuendo hæreditatem in vita, quàm in fraudem creditorum feciſſe.

Hanc lecturam amplectuntur omnes, qui contra nos tenent, posse huiusmodi restitu tionem fieri in præiuditium creditorum, & signanter Bal. in allega. rub. C. de reuocan. his quæ in fraud. cred. in fi. & in cita. l. post mor tem C. de fideicom. & Ias. ibidem num. 2. Padilla ibidem num. 3. idem Ias. in l. stipula tio §. inter certam num. 4. de verb. oblig. & in §. item si quis in fraudem num. 127. insti. de actio. & Antho. Trigo. in tract. allega. singular. 49. idem Zaz. vbi suprà num. 4. in fi. & nouissimè Hypol. Montaner in addi. ad comen. An tho. Oliba ad cap. 18. & 19. numer. 14. par. 2. lib. 1. de actio.

Fundāt hunc intellectū doctores in verbis, *non expectata morte*, appositis in illa l. quę aliàs superfluò stare dicendum foret nisi fateremur patrem fuisse post mortem grauatum de hęre ditate restituenda, quæ superfluitas de acutissi mi ingenij viro Papiniano illius legis auctore, credenda non est, nec suspicanda.

Qui hanc lectnram, & intellectum sequun tur fateri eos planè oportet per eam l. probari nec in præmatura illa restitutione, quæ ante mortem fit, fraudari creditores, quatenus per eam priuentur commodo fructuum percipiē dorum vsque in diem mortis hæredis, quibus in suis creditis satisfieri potuissent, nec etiā in omissione detractionis trebellianicæ, quam fa cere potuisset heres si voluisset, & ex ea satisfa cere creditoribus.

Rationem dicunt esse quia hæc præstatio fi dei, & pietatis in filium excludunt suspicionē fraudis: quomodo enim (inquiunt) intelligere tur fraudare qui fidem vberius præstat, qui filio suo ex pietate paterna consulit? hinc Zaz. in d. l. patrem num. 6. & sic Padil. in d. l. post mortem nu. 4. C. de fideicom. qui postquam contra d. l. patrē, & illud, quod eam probare existimabat, opposuit de l. ait prætor. §. si cum in diem, & l.

omnes §. fi. verſ. ſi vir vxori ff. eo. tit. de his, quæ in fraud. cred. quatenus habet non poſſe à debitore præueniri diem ſolutionis, vel reſtitutionis in fraudem creditorum; nam & in tẽpore quoq. fraudantur creditores propter cõmodũ repræſentationis, ſupradictam ſolutionem excogitauit, & rationem differentiæ inter vnum, & alium caſum dixit eſſe quòd in dicta l. patrẽ ſunt (inquit) in medio fidei nexus, quam hæres præſtitit defuncto, & ſplendor paterni affectus, quæ fraudis ſuſpicionẽ, atq. præſumptionem excludunt, quę (inquit) minimè aderant in legibus contrarijs.

102 Ego † huic rationi libenter aſſentirem ſi cõtrarium pro expedito non haberem, quòd ſcilicet inter coniunctas perſonas, & ſic inter patrem, & filium facilè fraus præſumatur, iuxta l. Iata, aliàs data, lege C. de dona. & quę latè probat Maſcar. de probat. concluſ. 815. nu. 10. nob. Ludou. à Pegue, quondam noſtri Senat' egregius doctor deciſ. 50. num. 3. Meno. conſ. 334. nu. 47. vol. 4. & de præſump. lib. 3. præſumptio. 124. nu. 26. latè Farina. conſ. 42. nu. 31. & in addit. ſuper. G. vbi plures allegat. Quæ eſt ratio, qua ego de anno 1599. in cauſa cõiugũ Croſos *contra Petrũ Amat*, ad relationẽ egregij Senatoris Piſcisci Bonet, ſcribam Iacobo Agramunt, defendebam præſumi fraudem, & ſimulationem *in quadam donatione facta vxori per maritum* de quadam proprietate pridie quàm ab eodem marito alteri venderetur, quia ſcilicet facta donatio prędicta fuerat vxori, & ſic con-
† iunctæ perſonæ, atq. ita *obtinuit* ſtandũ eſſe alienationi per eundem maritum poſtea, vt dixi, *de eadem re*, quæ fuerat *die præcedenti* ab eo vxori donata, factæ non obſtante donatione prædicta, vtpote quia fraudulẽter, & ſimulatè inter maritũ, & vxorẽ, perſonas cõiunctas, præſumeretur facta. Cõducunt quæ ſub brevibus Anthon. Fab. docet in ſuo Cod. lib. 5. tit. 10. de inofficioſo dona. defi. 6. n. 4. dicens generale eſſe quòd ſoleant eſſe fraudis ſuſpecta quæ inter parentes, & liberos geruntur quoties alius lædicit, ad quod probandum plura iura allegat.

103 Poſſem † item ſupradictæ opinioni aſſentire libens ſi fraus creditoribus non cenſeretur facta, niſi probaretur animus, induſtria, & propoſitum fraudandi: cęterum ego reperio quòd ſine his fraus dicatur fieri creditoribus, ſcilicet, effectu, & euentu ſolo: ad id enim ſunt iura tex. in l. omnes §. Lucius titius ff. quæ in fraud. cred. l. 6. §. penul. & vlt. eo. tit. & l. penul. C. eo. ſic Antho. Oliba in §. Item ſi quis in fraud. n. 5.
104 Inſt. de actio. Et in † cauſis lucrativis, qualis eſt iſta, qua de agimus, reſtitutionis, quam patet filio *pendente tempus*, ſufficit fraudem adeſſe re, effectu, & euentu, quamuis non adſit conſilium, & propoſitum fraudandi, nec de fraude filius participauerit, vt reuocari debeant alienata, vt Roma. Cęſ. probat in l. 5. C. ſi reuo. his, quę in fraud. cred. & ibi Accur. in glo. & Oliba, qui doctores allegat, in d. §. Item ſi quis in fraud. num. 7. nihil ergo prodeſſe poteſt quòd pater præſumatur, vel non præſumatur in fraudem creditorum feciſſe, ſi re, & euentu, creditores fraudati appareant.

105 Secunda lectura † & ſecũdus intellectus eſt quòd pater nõ fuit poſt mortẽ rogat' de hęreditate filio reſtituenda, ſed imò putè, cęterùm quia filius erat in eius poteſtate conſtitutus, nõ poterat ipſe cogi ad eam reſtituendam vſque ad mortem, cum vſque ad eam non cogeretur filium emancipare, iuxta l. fideicommiſſa §. ſi à filio de lega. 3. cum autem his non obſtantibus voluiſſet pater non expectata morte filiũ emancipare, & ei emancipato reſtitutionem facere abſq. deductione trebellianicæ, & fuiſſet quęſitũ an id potuiſſet in præiudicũ creditorũ fieri, reſpõdet Conſultus quòd ſic, quia in hoc magis videtur pater fidem, & pietatem expleuiſſe, quàm creditores fraudare voluiſſe.

Hic intellectus robur accipere poteſt à l. qui autẽ §. ſimili modo ff. eo. tit. quæ in fraud. cred. vbi non cenſeri fraudaſſe creditores patrem diſponitur, qui filiũ ſuum emancipauit vt ſuo arbitrio adire poſſet hæreditatem.

Cõtra hunc intellectũ grauiter, & acriter inſurgunt qui priorẽ excogitarunt dicentes per eum neceſſariũ fore q̃ ſuperfluitas verborum, *non expecta morte*, cõcedatur inevitabiliter, quo nihil in iure abſurdi⁹. Cæterũ qui rem acuratè cõſiderabit, videbit nõ eſſe, ſequẽdo hunc intellectũ, ſuperfluitatẽ illã concedendã, imò de neceſſitate ea verba debuiſſe in d. l. apponi: ſi enim exiſtẽti filio in poteſtate patris nõ teneba tur pater reſtitutionẽ hęreditatis, etiã puræ filio relictę, facere, niſi q̃n fuiſſet ab eius poteſta te liberatus, & emancipatus, emãcipare autem nõ poterat pater cogi in vita, indè fit à primo ad vltimũ quòd rectè dicere poſſumus nõ fuiſſe patrẽ tẽtum ad reſtitutionẽ faciẽdã niſi poſt mortem, ſi ergo in vita liberaliter reſtituere hæreditatem patet voluerit filio priùs ab eius poteſtate liberato, iure optimo dicetur eam pater reſtitutionem feciſſe non expectata morte, ad quam vſq. eam differre potuiſſet, quamuis expreſſè non fuiſſet de hęreditate poſt mortem reſtituenda grauatus.

Dicunt item non poſſe dici, quòd præſupponitur ſecundum hunc intellectum, teſtatorem voluiſſe quòd hæreditas reſtitueretur filio quando eſſet à patria poteſtate liberatus, tum quia nullum de hoc verbum in tex. illo, tum etiam quia quando id teſtator voluit, lex ſolita eſt exprimere, vt habetur in Nouel. cõſti. 159. in verſ. *Verum vero ſuburbium tunc demum*

clariſſi-

clarissimo Licerio nepoti meo dari volo cum primùm post mortem meam patris sui potestate solutus per emancipationem sui iuris effectus fuerit, qui tex. alibi legitur in auctē. de restitu. fideicom. in vers. *dari quidem volo* col. 9. Cæterùm facilitèr respōdemus quòd nec nos dicimus intelligi in eo tex. patrem grauatum à testatore de hæreditate restituē da filio cum sui iuris esset, sed quòd imò potè rogatus à testatore fuerat restituere, poterat tamen parer ex legis dispositione restitutionem vsque ad mortem differre, ad quā vsque non tenebatur emancipare, quæ quantùm inter se distent, tuum esto iudicium.

106 Nec, † casu quo ita esset, volumus concedere concludentem esse argumentationem, ecce locum in quo Imperatores, vel Iureconsulti volentes hæreditatem filio non restitui nisi cum esset emancipatus, *illud* expresserūt, ergo vbi taliter non est expressum non potest ita subintelligi; quia si id verum foret tollenda portus esset, & erradicanda tota coniecturalis, & præsumptiua probatio, & cum ea maior ferè pars iuris nostri, quæ circa eam versatur, cui magna ex parte ius innititur: sed quid in his consumor? non ne habemus tex. expressum, quo id probemus, quòd scilicet in fideicomisso relicto filio intelligatur tacitè, licèt expresè non dicatur, cum sui iuris erit, in l. fideicōmissa 11. §. si filio, de lega. 3. & Peregri. probat de fideicom. art. 45. nu. 5. & Ludoui. Moro. respons. 18. num. 25.

Hic videtur esse intellectus, quem glos. amplectitur in d. l. patrem verbo *morte*, quia ponitur ab ea in vltimo loco inter relatos, iuxta cōmunem doctorum, in hoc de tacita vltimò relatæ opinionis approbatione, resolutionem.

107 Tertius † intellectus fuit quem Iacob. Cancer. refert in tertia parte var. resolu. c. 15. de renun. num. 176. quòd dies in eo tex. non fuit apposita in fauorem patris, sed in fauorem filij sui, cui cum mater, quæ erat testatrix, non posset relinquere cum effectu hæreditatem quin patri acquireretur, cum filius esset in potestate illius, iuxta l. placet ff. de acquir. hęred. volens mater quòd hæreditas ad filium cum effectu peruenire, instituit patrē, & post eius mortem filium, & pater hæc sciens, & se habere creditores, filium emancipauit, & statim ei hæreditatem restituit, & cum iudicio matris testatricis id fecerit non dicitur fraudasse creditores, neque filius à patre, dum etiam pater viuit, causam habere dicitur, quinimò à matre, cum iuxta eius voluntatem fuerit facta restitutio, l. debitorē in fi. ff. eo. tit. quæ in fraud. cred. & l. 1. C. ad l. falcid.

Hunc intellectum tribuit Cancer. Trigonæ in singula. 49. & dicit esse de mente ab eo relatorum, & Bar. in d. l. patrem licèt non clarè se explicet, & Fulgos. ibidem, & ita tenendum arbitratur, quicquid super hoc (inquit) aliàs sit dubitatum.

Hic intellectus in multis mihi peccare videtur, primò in eo, quod vult conditionem non esse appositam in fauorem patris, sed imò in fauorem filij, tum quia id simul cum reliquis considerationibus ad interpretationem illius tex. per Cancer. factis meram videtur sapere diuinationem nulli innitens probabili coniecturæ ex dispositione illius legis resultanti, & repugnat communibus, & vulgaribus regulis iuris disponentibus, tempus, quod in testamentis adijcitur restitutioni, semper censeri adiectum in gratiam hæredis, & non in gratiam fideicommissarij, vulga. l. cum tempus ff. de reg. iur. Padil. in d. & sæpe allega. l. post mortem n. 2. in fin. & num. 13. Peregri. de fideicom. art. 3. num. 127. Hiero. Gab. cons. 128. nume. 2. vol. 1. Item si in fauorem fideicommissarij institutio, de qua in d. l. patrem, facta fuisset, textus ille decideret casum indubitabilem quoad omissionem detractionis trabellianicæ: eam enim non detrahit hæres quando fuit institutus solius fideicommissarij gratia, & fauore, quod tamquam mirabile notat *Bal. in rub.* C. de reuocan. his, quæ in fraud. cred. in fi. in vers. *& dicitur ibi vnum mirabile*, & latè probat Trigona singula. 47. per tot. pluribus idem probat Gab. vbi suprà num. 1. frustra ergo quæsitū fuisset in d. l. patrem an hæres censeretur in fraudem creditorum feciſſe, si hęreditatem restituat omissa trabellianica in casu quo eam detrahere non poterat, nec erat id excogitandū quòd fauore filij fuisset pater institutus ab vxore quasi sit id insolitum fieri aliàs, cum imò quotidiana experientia, quę est rerum magistra, contrarium nos docear, quòd imò ferè semper maritis ab vxoribus, & econuerso hęreditas de vita relinquatur vtenda, & fruenda priùs quam ad filium perueniat, non quidem fauore, & in gratiam filij, sed imò solo patris fauore, & in illius gratiam tantùm.

Peccare itē isdem intellectus mihi videtur quòd Trigonę tribuatur in singula. 49. & esse de mente ab eo relatorum dicatur, ac Bar. in l. patrem, & Fulgos. ibidē, cum imprimis Trigona expressissimè Cancerio in eo aduersari videatur, quod dicit in eo tex. tempus illud hęreditatis restituendæ, siue institutionem factā de matito, factam fuisse in fauorem filij, non patris. tenet enim quòd imò in fauorem mariti, & patris respectiuè. Præterea Trigona suam opinionem, quòd per huiusmodi restitutionē non fiat fraus creditoribus in eo solùm fundat quod docet Bal. in rub. C. de reuo. his, quæ in frau. credi. quē sequitur Ias. in d. l. post mortē, & in l. stipulatio ista §. inter certam ff. de

verb. oblig. quos solos duos Trigona allegat in eo singula. quia ex præsumpta mente testatricis non præsumitur fideicommissum conditionale, sed ad beneplacitum patris, & in eius fauorem, cui ipse potuit renuntiare, & per consequens (inquit) apparet quòd restitutio non fiat ante diem, & sic nec in fraudem creditorum, quia conditio fuit tantùm posita gratia ipsius patris.

Hæc Trigona dicit, ex quibus nullatenus, ni grauiter fallar, probatur Cancerij intentum, ille enim aliter, atque aliter rem explicat, aliúque fuisse illius legis & speciem, & mentem tenet. 108

Quoad Bar. autem, ego non video quomodo ex eius dictis in allega. l. patrem, hic intellectus deprehendatur, imò secundum suprà proposita sequi sic mihi videtur vt nihil clarius: respondens enim ad l. omnes in §. fina. eo. tit. quæ in fraudem cred. vbi qui soluit ante diem dicitur fraudare creditores, hæc formalia verba ponit. *Hoc quod hic dicitur quòd pater poterat differre non erat ex voluntate defuncti, sed ex necessitate, quia filio in potestate constituto non poterat restitui, ideò obligatio illa non videtur habere diem, ideò creditores non videntur fraudari, sed ibi loquitur quando obligatio de sui natura habet diem, ideò creditores videntur fraudari.* Hæc Bar. nec plura, nec pauciora. Vides quomodo Bar. non hunc, sed secundum probet intellectum, volens obligationem restituendi in d. l. patrem nullum habuisse diem, ad quem vsque testatrix hereditatem, vt pater ea gauderet, & frueretur, reliquisset, sed solùm pepedisset ex mera, & libera voluntate patris heredis (qui vigore patriæ potestatis, præter voluntatem defunctæ, poterat retentione vti vsque ad mortem) nam nam voluisset ante mortem restituere vel non, & beneficio legis, vsumfructum patri permittentis, gaudere, vel nō, cum autem nolens beneficio legis, aliquod lucrum defferentis, gaudere, non dicatur fraudare creditores vt infrà docebimus, indè fit quòd propterea non dicantur creditores fraudati per restitutionem prædictā. Discrepantia igitur inter Bar. & Cancer. clarè esse videtur tum in supradictis, tum etiam & in eo quod credens Cancer. aliquid defunctum voluisse quod tamen non roganit, vt aliàs l. C. dicebat in l. si sponsus in §. si quis rogatus ff. de dona. inter &c. censet patrem fuisse institutum hæredem de vita, & post eam expresè de hereditate restituenda filio grauatum, tacitè tamen nihil voluisse testatricem patri relinquere nec vt momento quidem haberet, sed filio, attamen necessitate compulsam, quia acquisitionem patris effugere non poterat, eundem primo loco hæredem de vita instituisse: Bar. 109 † 110 111 †

autem existimat expresè testatricem declarasse in testamento quod Cancerius inquit tacitè voluisse, scilicet quòd pater nullo momento temporis hæreditatem retineret, sed imò eam statim filio restitueret simpliciter, & purè absque conditione aliqua eum grauando de hereditate filio restituenda. Hæc mihi visus est significasse Bar. Hæc mihi visa sunt digna quę annotarem, alius, si habet, meliora det.

Quartus intellectus est † quòd I.C. in dicta l. patrem non intenderit casum decidere an præmatura restitutio respectu fructuum, quos hæres vsque ad mortem percipere valuisset, fieri potuerit in fraudem creditorum, quod iam aliàs decisum habemus non posse herin l. 3. §. gesta ff. eo. tit. quæ in fraud. cred. sed illum solùm, nunquid trebellianicę, vel falcidię detractionem omittere hæres possit cum restituit, in fraudem, & præiudicium creditorum: est hic intellectus de mente Peregri. art. 3. num. 125. dum ad probandum quòd trebellianica remitti possit in fraudem creditorū, allegat d. l. patrem.

Hic intellectus videtur fundari in ratione legis, quæ aliàs solet regere dispositiōnem: ea enim ibi assignatur esse quia sic hæres dicitur plenam fidem, & debitam pietatē sequutus exhibitionis, quæ verba ad omissionem tantū detractionis trebellianicæ, & falcidię accommodari posse propriè videtur, non ad remissionem fructuum, quos interim potuisset hæres percipere post adirionem: ratio est clara, quia † trebellianica, & falcidia detrahuntur contra voluntatem testatoris, vt Bar. docet in l. nemo potest nu. 5. ff. de lega. 1. & Peregri. refert in trac. de fideicom. art. 3. num. 86. ac Annæ. Rober. rer. iudica. lib. 4. c. 7. pag. 866. (Quod quomodo possit sustineri, præsupposito † quòd poterat testator prohibere hæredi detractionem trebellianicæ nedum expresè, veluti dicendo, prohibeo, seu nolo quòd hæres meus quartam trebellianicam detrahat, vel aliàs, sed etiam tacitè, veluti dicendo, restituas integram hæreditatem, vel sine diminutione, vel alijs vtēdo verbis, quæ id importent, prout probant in terminis Anthon. Gab. lib. 4 cōmu. conclu. tit. ad Trebel. conclu. 7. Peregri. de fideicom. art. 3. nu. 89. plenè Manti. de cōiectu. vltim. volun. lib. 7. tit. 11. n. 15. & 16. & Meno. de præsump. lib. 4. præsump. 198. per tot. & videtur † esse doctrina approbata à nostro Senatu, quē vidimus ad exēplū eorū, quæ de tacita prohibitione trebellianicę, ex eo q̄ iussa sit restitui integra hæreditas, vel etiā sine diminutione, dicta sunt, *declarasse* sub die 16. Maij 1611. referente egregio Senatore Francisco Mijauila, & Franqueza in causa vniuersitatis Villę Figue-

gueriarum contra fiscum regium, vniuersitati prædictæ cēseri per Regem remissum quintū, quod recipere posse, & debere, etiam si non sit reseruatum, existimatum hucusque est à multis in hoc principatu, iustè ne, an iniuria ego nunc non disputo, quia nō est hic locus, ex impositionibus, ex eo quòd mandatum per eum fuisset cum quodam priuilegio leuatoribus impositionum, quòd pecunias, & prætia processura ex eis traderent consulibus dictæ vniuersitatis integrè, & sine diminutione, scriba Hieronymo Bosch: sequitur Cāce. lib. 3. var. c. 4. de seruitu. num. 460. in hoc eodē facto respondens: præsuppositio, inquam, quòd poterat testator, si voluisset, trebellianicæ detractionem hæredi prohibere, quod tamen non fecit nec expressè, nec tacitè, vndè † visus est voluisse saltē tacitè, & permisisse eam detrahi per hæredem, argumento l. nec nō §. quod eis, ex quib. caus. maior. qua permissum intelligitur quod specialiter non prohibetur, dubitabile videtur quomodo dici posit contra voluntatem testatoris fieri detractionem quando per eum prohibita non est: sed quia dubium benè resoluūt Mantica allega. lib. 7. de coniec. vltim. volun. tit. 11. per tot. & Peregri. de fideicom. art. 3. nu. 86. ex quorum dictis remanet satis firmum quod diximus, quodque ad nostrum propositum spectat, trebellianicæ detractionem dici fieri cōtra voluntatem testatoris, etiam si non prohibeatur, ideò sola remissione ad eos contentus ad alia pertranseo) est (inquam) ratio supradictorum clara, quia falcidia, & trebellianica detrahuntur contra voluntatē testatoris, & ideò in fideicommisso vniuersali, attentis à testatore dispositis, comprahenduntur, idem Peregri. eo. art. 3. num. 126. & hæc omnia plenè probantur ex iuribus inferiùs allegandis quatenus habent iudicium testatoris censeri sequutum qui hæreditatē absque deductione quartæ restituit: Qui ergo absque trabellianicę, & falcidiæ deductione hæreditatem restituit is propriè dicitur plenam fidem sequi exhibitionis, quod est adimplere perfectè, & in totum quod testator iussit, ac voluit, non sic est in remissione fructum percipiendorum post aditā hęreditatem, quia ij percipiuntur ex iuditio testatoris, & secundum eius voluntatem, in † tantum quòd si ante tempus constitutum per testatorem hæreditatis restitutio fiat, per quā hæres priuetur commodo fructuum, talis restitutio dicitur fieri non iuditio testatoris, sed imò contra illius iuditium, l. sed si ante ff. ad trabel. optimè Cancer. in tertia parte var. c. 15. de renun. num. 170. qui allegat Bar. in d. l. sed si ante, quam repetit in l. sed si alio, eo. tit. & Castren. in l. post mortem C. de fideicom. & alios per te ipsum videndos, ergo benè ex supradictis consequitur quòd ratio adducta per l. C. in d. l. patrem ad probandum per illam restitutionem non fraudari creditores, tantùm respicit omissionem detractionis trebellianicæ, vel falcidiæ, & ex consequenti si credimus receptæ doctorum traditioni, & resolutioni vulgari volenti † in tantum se legis dispositionem extendere, in quantum se eius ratio extēdit, & non vltra, vulga. l. cum pater §. dulcissimis de lega. 2. l. cum tale §. falsam, de condi. & demonst. cum simil. latè per Euerar. in top. lega. loco à ratione legis strict. seu limita. ad restrict. ipsius legis in prin. qui benè materiam tractat, adde Surd. decis. 132. num. 17. & 217. nu. 2. fateri nos oportebit necessariò quòd l. C. ibi noluerit alium casum decidere, præterquam nunquid possit omitti detractio trabellianicæ, vel falcidiæ per hæredem grauatum in fraudem, & præiudicium creditorum.

Et † quòd ratio prædicta posita in d. l. patrē debeat tātùm referri ad omissionē detractionis trebellianicæ, & falcidiæ, & non ad aliud, talisque fuerit mens Iurisconsulti, non alia, probatur vlteriùs ex eo quòd cum in alijs legibus sæpiùs eadem ratione vsi fuerint Iureconsulti, & Imperatores, reperimus id fecisse respectu falcidiæ, & trabellianicę, vel alterius deductionis permissæ, non aliàs, sic l. C. Calistratus in l. debitorem, quæ immediatè sequitur post d. l. patrem, agens de eo solo nunquid non detrahere trabellianicam sit facere in fraudem creditorum, & postquam respondit quòd non, rationem dicti reddit dicens esse *quia id sit magis fideliter facere.* Vlpia. item in l. si sponsus, §. quę sententia ff. de dona. int. vir. & vxor. de eadem re agens decisionis rationem dicit esse *quòd id sit integram fidem præstare, & verè fidē exoluere, voluntatem testatoris sequutum.* Idem, paulo ante in §. si quis rogatus, probans rogatū de hæreditate vxori restituenda percepta certa quantitate nō censeri quicquam vxori donasse quamuis totam integram restituerit absque deductione, dicit id esse, *quia imò id sit magis pleniore officio præstāde fidei fungi, quàm donare,* I. C. itē in l. si hæres §. si totam ff. ad S. C. trebellia. resoluens dubitationem, nunquid hęres, qui nō detracta trabel. hæreditatem restituit, præsumatur fecisse per ignorantiam, dicit quòd non, *sed magis explendi fideicommissi causa:* Imperator item in l. 1. C. ad l. falcid. postquam resoluit, soluentem scienter quod per falcidiam retinere potuisset, non posse dici plus debito soluisse, assignans huius rei rationem, eam dicit esse, *quia id potiùs sit pleniorem fidem restituendæ portionis exhibere.* Et finaliter Imper. in §. non autem, de hęred. & falcid. in aucten. col. 1. de eadem re agens, ac idem resoluens dicit *id esse ad plenum sententiam testa-*

toris seruare, complere testatoris sententiam sequi sententiam testatoris: quod tamen quomodo procedat, ac quomodo sit intelligendum declarat tibi Ioan. Pet. Surd. decis. 246. per tot. Si ergo in his legibus, & iurib⁹ eadē ratione Iurecōsulti, & Imperator vruntur, qua Iurecōsultus in d. l. patrem, & nulla melior legis sit interpretatio quàm quæ ex alijs legibus deducitur, indè fit quòd vna, & eadem sit earum dispositio, & cum hæ posteriores loquantur tātùm respectu falcidiæ, & trebellianicæ, sic intelligēda est d. l. patrem, quòd de eisdem solùm loquatur, postquam nihil est in ea, quod huic interpretationi repugnet.

Sed dices, non satis repugnant verba, *non expectata morte restituit*? quorsum hęc apponerentur, nisi censuisset etiam I.C. casum præmaturę restitutionis, an scilicet per illam fieret fraus creditorib⁹, nec ne, decidere. Fateor quòd I.C. breuioribus sese explicare potuisset si voluisset in d. l. ad illud decidendū nunquid per omissionem detractionis trebellianicę censeretur fraus facta creditoribus, nec ne, prouti Calistra. in l. debitorem, quę immediatè sequitur post dictam l. patrem, fecit dum de eodem articulo ageret, cæterùm ille voluit casum particularem ponere, qui contigisset, patris restituentis filio hæreditatem ante mortem suam, & ideò necessum fuit quòd pluribus vteretur, quàm si simpliciter resolutionem dubitationis posuisset: quādo enim I.CC. casus ponūt, & facti species narrant, quæ contigerunt, oportet eos de necessitate longiores esse, quàm si solam dubij resolutionem nobis darēt: exēplo nobis est l. lecta ff. de reb. cred. cū mille simil. in quibus nemo mihi negabit quin I.CC. multò breuioribus verbis potuissent nobis suas resolutiones dare, nisi voluissent, ad maiorem rei intelligentiā, lōgiori oratione factū nobis enarrare.

Nec stant (si vis vt nihil intactum relinquamus, quod huic intellectui obsistere possit, quamuis non oportuisset, cum satis, superque ex supradictis videatur remanere cōprobatus, ac confirmatus) sine misterio verba illa, *non expectata morte restituit*, ad declarandū quod I. C. proposuerat, an per omissionem detractionis trabellianicę cēseretur facta fraus creditorib⁹, nec ne; quia omissio illius non potest dici propriè facta nisi in casu, quo hæres in vita restituret: tunc enim eo ipso fit quòd ipse totam hæreditatem restituit absque detractione trabellianicæ, & mentione illius sine aliquo tamen errore, vt probant l. fideicommissum C. de cōdic. indeb. & l. 1. & l. error C. ad l. falcid. & declarat Peregri. de fideicom. art. 3. nu. 124. non fit est quando hæres mortem expectat ad restitutionem volens eam fieri per suum hæredē: tunc enim in eo nunquam dici potest quòd detractionem omiserit, id est quòd hæreditatē
116 restituerit omissa trebellianica, cum † etiamsi ipse non disposuerit de ea, nec quicquam dixerit, ius cōpetat hęredibus ipsius hęredis grauati detrahendi trebellianicā, ex l. quamquam C. ad l. falcid. not. Nat. in cons. 120. Boer. decis. 250. Micha. Graf. de success. §. trebellianica q. 3. nu. 4. post Dilect. & Vilalob. qui hanc dicunt cōmunem, ille de arte testan. tit. 5. caute. 31. hic vero vers. quarta nu. 3. noster Cancer, qui alios allegat, in 3. p. var. c. 2. de inuen. nu. 104. Quia ergo Iureconsultus dubitationem sibi proposuerat resoluendam, an per omissionem detractionis trebellianicę in restitutione hæreditatis fiat fraus creditoribus, & ea propriè considerari non posset nisi quando idem hæres in vita, & sic ante mortem, restitutionem fecisset, indè existimo factum fuisse quòd poneret I.C. in d. l. patrem, verba illa, *qui non expectata morte restituit*, non quòd casum etiam decidere voluerit nūquid ex præmatura restitutione fraus fieret creditoribus.

Sed quę sit ratio, videamus, quare præmatura illa ante mortem restitutio dicenda sit facta in fraudem creditorum, omissio verò, vel remissio trebellianicę minime, sic fiet vt omni ex sui parte, ac absolutissimè materia hæc remaneat elucidata, vtpote fugatis, per huius quęsiti responsionem, pluribus argumentis, quę contra hunc intellectum facere videbantur, quæ apud egregium illum virum, cuius antea memineramus, legimus deducta tam ex æquiparatione renunciationis cuiuscunq. iuris quæsiti cum remissione trabellianicæ, & falcidię, quàm alterius iuris quærendi.

Ratio † igitur huius quæsiti pendet ab ea 117
communi iuris resolutione, qua docemur tūc censeri aliquid factum in fraudem creditorū, & vt tale subiacere reuocationi, quando per illud diminuimus de patrimonio nostro, non quando est tale, per quod non possumus dici de illo diminuere, sed imò nolle lucrari, vel acquirere, &, vt vnico verbo dicam, tunc renuntiatio dicitur facta in fraudem creditorum, & vt talis subiacet reuocationi, quando est, & fit de iure quæsito, non quando de iure quærendo.

Ad hoc propositum est aureus tex. melior quàm de iure ad quodcunque aliud propositum reperiri possit, qui hanc distinctionem, & ambas illius partes complectitur, multisque propositis exemplis ornat, amplificat, & declarat in l. qui autem ff. quę in fraud. cred. vbi sic ait I.C. *Qui autem cum posset aliquid quęrere non id agit vt acquirat: ad hoc edictū nō pertinet. Pertinet enim hoc edictū ad diminuēdes patrimoniū suū, nō ad eos, qui id agūt ne locupletētur &c.* exēpla nō referro, quæ postea ab eodē Iurecōsulto adducūtur

vtrumque

vtrumq. noſtræ diſtinctionis membrũ pulchrè probantia, ſed quia multa ſimilia ad idem propoſitum longiori oratione proſequitur I.C. in l. mox alleganda, vbi nos ad longum eius verba referimus, ideò hic, ne idẽ bis repetamus, conſultò omittimus. Probat igitur eandem reſolutionem egregius tex. in l. 1. §. vtrum ff. ſi quid in fraud. patro. vbi I.C. in hęc elegantia verba prorupit. *Vtrum autem ad ea ſola revocanda fauiana pertineat, quę quis libertus de bonis diminuit: an etiam ad ea, quæ non acquiſiuit, videndũ eſt. Et ait Iulianus libro 26. digeſtorum, ſi hæreditatem libertus non adierit fraudandi patroni cauſa, vel legatum repulerit, fauianam ceſſare: quod mihi videtur verum: quamuis enim legatum retrò noſtrũ ſit niſi repudietur attamen cum repudiatur retrò noſtrum non fuiſſe palam eſt. In cæteris quoq; libertatibus, quas non admiſit is libertus, cui quis donatum voluerit, idem erit probandum fauianã ceſſare, ſufficit enim patrono ſi nihil de ſuo in necem eius libertus alienauit, non ſi non acquiſiuit &c.* Exempla, quæ poſteà Iureconſultus adducit ad eandem diſtinctionem probandã ſunt veluti in eo, qui cum aliquid fuiſſet ei ſub cõditione relictum, id egit ne conditio exiſteret, vel cum ſub conditione ſtipulatus fuiſſet maluit defficere cõditionem. Item in eo, qui cum quærelam inofficioſi, vel quam aliam, putà iniuriarum, vel ſimilẽ, proponere potuiſſet, noluit proponere, & ſimilibus, in quibus caſibus dicit fauianam ceſſare quia in eis non dicitur de patrimonio diminutum, ſed tantùm nolitum acquiri. Si verò (& hæc ſunt exempla alterius membri diſtinctionis, quę à Iureconſulto proponuntur) in lite vici voluit, vt quia condempnatus ſit data opera, vel in iure confeſſus. Item ſi noluit obtinere cum peteret actionem ſic de bonis diminuendo, ſi tranſegit in fraudem patroni, & ſimilia fecerit, per quę de bonis, & patrimonio proprio diminuiſſe dici poſſit: in huiuſmodi caſibus inquit C. fauianæ locum eſſe. Hæc latiùs forſan, quàm aliqui voluiſſent, hic ego referre volui, quia maximè viſa ſunt profutura ad totalẽ huius rei, quam tractamus, explicationem, & declarationem. Idem probat tex. in l. ſi ſponſus ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. non fraudantur, de reg. iur. *Non fraudantur* (inquit C.) *creditores cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur*, & finaliter idem probat tex. in l. 1. §. fi. verſ. confertur ff. de colla. bonorum, ibi, *vt hoc demum conferatur, quod eius eſſe deſijt dolo malo: cæterùm ſi id egit ne acquireret non venit in collationem*. Pulchræ †† ſunt *deciſiones* Senatus Pedemon. 95. num. 42. apud Oſaſ. Rot. Floren. 132. nu. 15. apud Hieronymum Magon. & Sena. Neapol. 101. per tot. apud Vincen. de Fran. benè Antho. Gom. to. 2. var. c. 4. de dona. nu. 23. verſ. item adde, & num. 24. qui, & quæ hanc diſtinctionẽ approbarunt, ac probarunt.

118 Hoc † præſuppoſito, ratio propter quam reſtitutio, quę fit ante tempus præſtitutum dicitur in fraudem creditorum facta, eſt, quia per eam cenſetur debitor diminuere de patrimonio ſuo hæreditatem illam pro toto illo tempore, quo ſibi relicta fuerat, ex quo per eum adita fuerat, & per aditionem ſua propria facta vt ſuprà probauimus, quamuis non ſic eſſet ſi ante aditionem ea repudiaretur vt in iuribus ſuprà allega. probatur, & ſignanter in l. ſi ſponſus §. ſi maritus, de dona. inter &c. In omiſſione autem, & ſeu renuntiatione, vel repudiatione falcidiæ, & trebellianicæ, ſeu iuris deducendi eas, non dicitur quis de patrimonio ſuo diminuere, ſed imò nolle acquirere: ratio † eſt clara 119 quia trebellianica (idem eſt de falcidia, quando enim de vna loquimur & de altera nos loqui, oportet omnes intelligant) nihil aliud eſt quàm quoddam lucrum legale, quod lex defert ijs, qui hæreditatẽ adeunt, quam ſunt grauati ſiue in vita, ſiue in morte reſtituere, quod omnes mihi concedent, qui non ignorauerint originem Senatusconſulti antea Pegaſiani, nunc verò Trebelliani, quod illam introduxit vt eo lucro allecti, & inuitati hæredes non deſinerent propterea hæreditatem adire quòd lucroſa eis non videretur propter onus reſtitutionis ſibi iniunctum, ſcientes licentiam ſibi cõcedi quartã retinẽdi, probat Imperator in §. ſed quia hæredes, & §. ſed quia ſtipulationes inſti. de fideicom. hęredi. & ibi inſtitutiſtæ, præter quos viden. Annæ. Rober. rer. iudicat. lib. 4. c. 17. verſi. pro Meuia: lucri autem † legalis repudiatio, ſeu renuntiatio non eſt alienatio, 120 nec dicitur proprij patrimonij diminutio, ſed imò non acquiſitio, & ideò poteſt fieri ab eo, qui habet creditores abſq. eo quòd ipſi poſſint illã reuocare, prout, præterquam q̃ ex iuribus ſuprà allegatis ſatis forſan clarè, & aperrè poteſt colligi, id in expreſſo tenent, & reſoluunt Antho. Gom. in l. 29. tau. num. 29. & l. 48. num. 10. vbi pleniſſimè eius additionator alios ad idem reffert, Ioan. Gutier. in repeti. c. quamuis pactum num. 31. de pac. in 6. & pater Thom. Sanchez de matrimo. lib. 6. de dona. inter &c. diſpu. 4. num. 18. qui loquitur de remiſſione vſusfructus, quem lex patri deffert in bonis filij aduentitijs (intellige de remiſsione vſusfructus ante acceptationem, non poſt, ſic ego intelligo: aliàs enim nec concederem fieri poſſe renuntiationem in præiuditium creditorum cum eſſet de iure quæſito, non quærendo talis renuntiatio) & de pluribus alijs ſimilibus lucrorum renunciationibus, ſeu repudiationib⁹ quotidie in praxi cõtingibilib⁹ inter quos quidẽ doctores præſertim notandus eſt pater

Sãchez, qui plus laboris in hoc consumpsit,& Vincen.de Franch.decis. 101. nu. 5. Et in istis quartis quòd sint lucra legalia,& beneficia legis,earumque repudiatio non dicatur diminutio patrimonij,sed non acquisitio, vltra suprà in idem tradita,videtur clarè deduci ex tex. in l.fin.§. etsi præfatam C.de iu.deliberan.ibi,*& legis falcidiæ aduersus legatarios vrantur beneficio*, & clariùs ex §.hinc nobis,in auctẽ.d hęred.& falcid.col.1.ibi,*si voluerint hac vtilitate*(legis falcidiæ)*potiri*,& ibi,*& metuit non damnificari solũ* (soluendo vltra vires)*sed etiam lucrari*(amittendo falcidiam)& denique ibi,*nihil poterat damnificari.sed ex diuerso etiam quę sunt ex falcidia lege lucrari.*

121 Imò † etiam si non esset beneficium legis, sed hominis (& per hoc solues argumentum, quod suprà contra nostram opinionem adduximus ex l.si sponsus §.siquis rogatus ff.de dona.inter &c.quatenus habet hęredem grauatũ de restituenda hęreditate, percepta,deducta, seu retenta ex ea certa quantitate, non videri fraudare creditores si restitutionem sine deductione faciat) adhuc dici non posset prohibitam esse repudiationem ei, qui creditores haberet, ratio clarè sumitur ex iuribus superiùs adductis,quæ probant hæreditatem,&legatũ, quæ sunt beneficiũ hominis, ante acceptationem posse repudiari absque eo quòd possint creditores prętendere fraudem,sic hæc nostra beneficia siue legis siue hominis, dum ptẽ nõ sint acceptata,repudiari possunt.

122 Aduerte † tamen quòd hęc procedunt *in his,quæ non acquiruntur, nec debentur ipso iure*, vt trabellianica,& falcidia,quæ sunt debita, si hæres voluerit,vt in quolibet alio relicto à testatore,& beneficio dicimus,& probat Peregri.art.3.nu.126.qui doctores allegat, secus tamen est in his,quę ipso iure acquiruntur, & debentur,veluti in legitima, per l. scimus,& l. quoniam in prioribus C. de inofficiosi.testam.hæc enim *nõ possunt repudiari*,seu, *propriùs*, *renũtiari in fraudem creditorum*, quia esset hoc diminuere de proprio patrimonio, non nolle acquirere,prouti de legittima tenent Anchar. in cons.101.& 168.pluribus probat Peregri. de fideicom.art.3.à num.128.cum sequent. vsque ad num.132.Et quamuis Ioan. Gutier. in allega.c.quamuis pactum,n.14.de pac. & in prac. lib.3.q.76.& Annę.Rober.rer. iudica. lib.3. c. 12.contrarium teneant, & dicat vltimus sic in † binis casibus,qui contigerant,fuisse *iudicatum*. ego tamen Ancharrani,& Peregri. sententiam veriorẽ existimo ex fũdamẽtis, quę ipsi tradũt, quæque ego retulissem nisi inutilis transcriptoris vitio timerem notari.

123 Sed † quare non est idem in repudiatione legati,vt dicatur facta in fraudem creditorũ, post quam habemus illius dominium *ipso iure* à die mortis testatoris transire in legatariũ, l.à titio ff.de fur.Respondebit tibi Sanchez,si eum legeris, allega.disp.4. nume.8. statim in prin.ego enim non possum longior esse.

124 Ex † his omnibus non erit difficile cognitu quisnam ex supradictis nobis arrideat l. patrem intellectus, non quidem prior vtpote quia per illum destruantur mille iuris certissimę resolutiones in contrarium factæ,& signanter illa,quòd per renuntiationem iuris quæriri censeatur fraus fieri creditoribus, semper autem fugienda est interpretatio,ex qua sequatur contrarietas in iure, & ex alijs suprà circa eundem intellectum fusè notatis.

Nec tertius,quippequi multum contineat diuinationis,quę tantopere fugienda est quantùm pluribus legibus, hic non necessariò, vt pote satis notis,referendis admonemur: non enim video vnde ex tex. colligi possit quòd mens testatricis non fuerit velle hæreditatem marito relinquere gratia, & fauore sui ipsius, sed potiùs fauore filij substituti,cui velit statim à patre restitutionem fieri, & ex alijs rationibus in eodem ipso tertio intellectu animaduersis.

Secundum, & quartum intellectus libentar amplector certissimè credens in vno, aut altero ex ipsis (quemcunque enim ex dictis intellectib⁹ impunè sequi posse existimo) veritatem dispositionis legis, & Iureconsulti includi ex pluribus fundamentis, quæ ad illorum comprobationem, cum illos referrem, superiùs adduxi.

Hæc quęstio,quam hucusq. tam latè examinauimus,disputata fuit de anno 1608.in Senatu in quadam causa in eo vertenti ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust(nõ oportet partes nominare,quia in sententia nihil de hoc articulo dicitur:habuerunt enim aliud clarissimi Senatores,quo causam decidetent *in fauorem eius,qui nostram opinionem* deffendebat absque eo quòd de quęstione hac quicquam in sententia dicerent) inqua (sicut ab vno ex egregijs Senatoribus accepi) *concordarũt* omnes,dempto vno,præmaturam hanc, de qua agimus,restitutionem, non posse fieri in fraudem creditorum,& apud eos habitum fuit pro constanti l.patrem,quę in contrarium præmebat,intelligendam fore iuxta secundũ suprà relatum intellectum. †

125 Ampliantur † supradicta nedum quando foret repudiatio propriè facta per modum repudiationis,quæ nullam nec realem, nec imaginariam pręsupponit priùs factam additionẽ, & acquisitionem hæreditatis, de qua hucusq. loquuti sumus in superioribus, sed etiã quando facta diceretur per modum cessionis, & re-

nunciationis hæreditatis: quamuis enim ea in
neceſſariũ antecedens præſupponãt priùs fuiſ-
ſe acquiſitam hęreditatẽ, & aditam, acquiſitio-
nemque illius, & additionem præceſſiſſe, ſaltem
ordine intellectus, alioquin ceſſio, & renun-
tiatio nihil continuiſſent, vt cõcludit Ruin. in
ſpecie renunciationis in conſ. 170. nu. 9. lib. 1.
& Surd. deciſ. 70. num. 11. & proindè videatur
eſſe alienatio iuris acquiſiti, & conſequenter
prohibita fieri in fraudem creditorum: quia ta
men dicta prior acquiſitio, & hæreditatis adi-
tio, quam videtur antea feciſſe is, qui eam ce-
dit, & renunciat, non eſt principaliter ordina-
ta ad adeundum, & acquirendum, ſed ad re- 128
125 nunciandum, & ſic † vti momentanea non vi-
detur habenda in conſideratione, argum. l. qui
ſic, de ſolu. prouti non dicitur verſum quod nõ
durat verſum, nec dicitur factum quod nõ du-
rat factum, c. vnde, de verb. ſig. l. 1. §. verſum ff.
de in rem ver. nec etiam dicitur ſolutum quod
non durat ſolutum vt Saluſtius Tiber. à Cor-
neto probat de mod. proced. in cauſ. quæ corã
auditore Camerę ducun. lib. 3. c. 9. ſecundo il-
lius numeri, nnm. 5. dicendo quòd propterea
quando poſt factam graduationem creditorũ,
apparent alij creditores priores, quibus tenen-
tur poſteriores graduati reſtituere quod rece-
perunt vigore promiſſionis, quę ſolet per eos
fieri in cautionibus, quas præſtant, tunc facta
pecuniæ reſtitutione reuiuiſcit eorum obliga-
tio quæ fuerat antea, vigore ſolutionis eis fa-
ctæ, caſſata, & annullata, & quitantia de de-
bito facta, quia non dicitur ſolutum quod non 129
durat ſolutum, indè fit quòd licita ſit, & per-
miſſa prædicta renunciatio, & ceſſio hæredita-
tis in præiudiciũ creditorum ſicuti puta repu-
diatio cum idẽ in effectu ipſæ ſint. Hęc eſt ori-
ginalis ampliatio Stephani Gratia. deciſ. pro-
min. March. 17. num. 17. cum ſequent. ad cuius
maiorem poſteà corroborationem nu. 28. poſt
alios, Phanu. aduocat de lucro dot. glo. 8. num.
117 18. verſ. quæ concluſio, dicentem † propterea
† fuiſſe per Rot. *reſolutum* ſolemnitatem requiſi-
tam per Conſti. Paulinam in alienatione rei
eccleſiaſticę non eſſe neceſſariam in renuncia
tione, & ceſſione facta de iuribus hæreditatis
quamuis per eam videatur præſupponi illius
aditio, & acquiſitio. Pulchrã & nos de hoc ha-
† bemus in noſtro Senatu factam *deciſionem* ſub
die 17. Octobris 1597. referente egregio quon- 130
dàm illius Senatore Ioan. Caſtello in cauſa
œconomi monaſterij ſancti Hieronymi de la
Murtra contra nobilem Ioannam de Erill, &
de Areny, ſcriba Iacobo Bas, quam refert no-
bilis Ludoui. de Pegue. deciſ. 145. qua declara-
tum extitit non eſſe reſcindendam tranſactio-
nem factam per Eccleſiã ſine ſolemnitatibus,
de iure competenti ſuper quodam fideicom-
miſſo, non alia quidem ratione quàm quia age
retur de remitendo iure quærendo, & non iu-
re quęſito vt dictus nobilis Senator aſſerit: &
licèt in regia ſententia indè lata non fuerit hu-
iuſmodi motiuum appoſitum, ſed ſolùm gene
ralitèr dictum quòd non conſtaret de nullita-
te tranſactionis, tamen ego vidi deciſiones ma
nuſcriptas egregij olim Senatoris, & poſteà Re
gentis Regiam Cancellariam Hieronymi Tor
ner, qui dictæ declarationi interfuerat, vbi de-
ciſ. 3. in ordine teſtatur ex eiſdem motiuis, &
rationibus, ac iuribus fuiſſe motum Senatum,
quas poſteà legi apud Pegue.

Vt † autem nihil penitùs ignoraretur, quod 128
huic materię conueniret, poſteà nu. 29. iſdem
Gratia. ex eodem Phanu. quandam declaratio
nem adducit, quæ poteſt deſeruire pro limita-
tione præcedentis ampliationis, quæ eſt vt pro
cedant quę ſuprà in ea dicta ſunt quando pro-
priè ex actu, qui fit ad renunciandum non re-
ſultat acquiſitio, ſecus futurum ſi duo actus ſe-
parati, licèt incontinenti vnus poſt alterum,
facti fuiſſent, putà quòd priùs adita fuiſſet hæ-
reditas, & poſteà in eodem inſtrumento ceſſa,
& renunciata: cum enim tunc clarè appareret
renunciationem, & ceſſionem illam non rema
nere in puris, & nudis terminis repudiationis,
quę fit de iure quærendo, ſed imò propriè eſſe
renunciationem iuris quęſiti, ideò fieri nõ poſ-
ſet in fraudem, & præiudicium creditorũ per
ea, quæ latiſſimè circa hunc articulum in ſupe-
rioribus probauimus.

Infertur 3. † continuando materiam illatio- 129
num, de quibus num. 62. & antecedentibus,
quòd ex quo pater, vt diximus, remanet nihi-
lominùs durante vita dominus rerum compre
henſarum in hęreditamento, & per cõſequens
valent, & tenent mero iure eius alienationes,
propterea ex eis debetur laudimium, ſicuti ex
quacunque etiam alia alienatione, cum ſic per
vnam, atqui per aliam transferatur in empto-
rem dominium, & poſſeſſio, quod quia ſatis ex
ſe notum eſt, & benè probatur per Amæde. à
Ponte in tracta. de laudim. q. 37. nume. 5. & 14.
licèt in materia alienationis rei ſubiectæ fidei-
commiſſo loquatur, quam tamen iam diximus
à noſtra hæreditamentorum in hoc de rema-
nendo dominio apud hæreditantem, & validi
tate alienationum minimè differre, ideò alios
non allego: habet enim † interim dominus, dũ
non eſt declarata inualiditas contractus, intẽ-
tionem fundatã in iure laudimij, à Ponte d. q.
37. num. 8.

Sed id † intelligitur quando petitur laudi- 131
mium antequam caſus ſuccedat, quo filius hæ
reditatus anullari faciat poſt mortem patris,
alienationes factas, & res alienatas recuperet:
nam tunc, poſt id factum, non eſt locus peti-
tioni

tioni laudimij, nec illius exactioni, vt potè quia non sit debitum laudimium nedum quã do contractus est à principio nullus, sed nec etiam quando ex post in irritum, & ad non causam reducitur, isdem Amæd.a Pont.vbi suprà q.39. num. 7. vbi exempla affert, veluti si rescindatur ex capite minoris ætatis, enormissimæ læsionis, vel aliter, ex causa tamen necessaria ab initio contractus existenti, ad quod plures doctores allegat apud eum videndos.

132 Nec † id quidem mirum, cum dominus ad consequendum laudimium, sicut nec ad census, nõ habeat aliquam actionem personalem contra tertium, qui ab eo non accepit, sed ab alio emit, nec vllus inter ipsum, & dominum initus est contractus, ex quo personalis actio oriri possit, sed imò solùm habet, & prætendere potest dominus contra hunc realem actionem, quia fundum possidet, qui sibi tenetur ad laudimium, & census, quæ cum sequatur fundi possessorem, & non detur contra alium (mitto † quando dolo desijt possidere, quo casu posset aliud esse, ad latè tradita per Hipoly. Montaner in additio.ad Antho.Olib.de actio. par.2.lib.1.c.3.num. 13.) indè fit quòd contra eum, qui, licèt possederit fundum, non tamen possidet, nec dolo desijt possidere, non possit prætendi exactio laudimij, vel censuum, Montaner ad Olib.de actio.d.par.2.lib.1.c.7. nu. 11. circa fin. Amæ.à Ponte de laudim.q. 13. nu. 15. & 16. & pleniùs, & ad facietatem vsq. q.45. per tot. & signanter in prin. & nu. 25. vbi declarat hanc actionem realem, quæ datur contra fundi possessorem esse reiuendicationem, & hypotecariam, nullo modo personalem.

133

134 Id quod † in tantùm existimat verum noster nobilis Ludoui.à Peguer.in cõsti. Item ne super laudem.vers.1. *Item que per ço* nume. 22. & 23. cui assentitur Bertran. in cons.114. vol. 7. & alij allega. per Amæd. à Ponte in d. tracta. de laudim.q.29.num.8. vt dicat quòd etiam laudimium ante declarationem nullitatis alienationis, & seu illius recisionem, & sic tempore habili receptũ, & exactũ restitui debeat si postea super nullitate, vel recisione cõtra emptorẽ declaretur, quia recepit dominus ob causam, quę cessat, quod videtur non displicuisse Senatui dum de anno 1601. sub die 19. Decemb. in causa N. Albert, contra Ioannem Pou Villæ Figueriarum ad relationem egregij quondàm Senatoris Iosephi Benac, scriba Bas, nunc Cortell, post declaratam nullam quandam venditionẽ factam dicto Pou de manso Albert vi, & distrı̃ctu curię vtpote quia factam post euocatam de hoc causam in Regia Audientia, & inhibitum ordinarium, ac partem citatam, *declarauit* etiam emptori restituenda fore, & esse laudimia per eum dominis directis soluta. Id ego to

135

tũ tribuo effectui retrotractionis, quæ proculdubio fit ad tempus contractus quando recisio, & annullatio fiunt ex causa de præterito tempore celebrationis existenti, quo casu non deberi laudimia non soluta, & posse soluta repeti docet Anthon.Fab.in suo Codi. titulo 42. de iu.emphyteu.defi.28. atque ita *resolutum* fuisse in Senatu Sebusia. attestatur, dicens secus futurum si reuocatio, seu resolutio fieret interueniente hominis facto licèt necessario, putà ex retrouenditione, ad quam se emptor obligauerat, siue ex spontanea contrahentium voluntate, siue ipsa etiam iuris potestate, vtpù tà susceptis ab eo liberis, qui bona sua extraneo donauerat, quia in his non fit retrotractio ad tempus donationis: in nostris autem donationibus fit proculdubio retrotractio ad tempus firmæ capitulorum matrimonialium vt Bereng.Fernan.refert, & probat allega. c.1. de fil.nat. ex matrim.ad morgana. contrac. c.7. prælud.num.5.vers.ad secundam, ergo &c.

Habeo ego causam in Senatu ad relationẽ egregij Senatoris Francisci Bonet inter nobilẽ Ludouicũ Dezcallar, & Petrum Xicoy, scriba nunc Agramunt, in qua existimo obtinere quòd non fiat contra dictum Xicoy executio cuiusdam sententiæ contra eum latę per iudicem emphyteoticarium, & in Regia Audientia confirmatæ tẽpore quo possidebat quasdã proprietates per eum emptas, ex quo post dictas sententias per aliam sententiam Regiã cuictæ ei fuerunt, per filios eius, qui vendiderat, proprietates prædictæ vigore cuiusdam hæreditamenti in capitulis matrimonialibus facti, & nunc non possidet tempore quo petitur executio, si declarabitur antequam hæc prodeant in lucem, scribam in fine libri quid successerit.

An † autem inspiciendum in hoc sit, & attẽdendum (quod & mihi opponebatur in causa prædicta, sed existimo quòd minùs rectè, cum non adfuisset longũ tẽpus) si fiat rescisio intra modicum tempus, vel post lõgum decursum, vt in primo casu nõ teneatur emptor ad laudimium, secundò verò sic ratione fructuũ, quos percepit, vide à Ponte d.q.39.circa fin.

136 Expectare † igitur (vt iam iam filum nodemus, quod fuerat per tot digressiones, forsan vt existimo, non inutiles, interruptum) debet filius hæreditatus mortem parentum vt possit ad recuperationem non alienatorum, ac eorũ quæ alienata sunt reuocationem agere, pro vt pluribus in superioribus probauimus, ac multa tradit Berenga.Ferdinan. in prælud. allega. cap.7.num. 4. rationem dicti reddens, quam quia clara est, habemus q. nos sexcentum exẽplaria causarum in Senatu decisarum, quibus id probare possemus, quorum aliqua in superioribus

rioribus iam iam tradidimus, ideò hic omittimus.

Hęc autem mors patris est clarè, & specificè probanda vt eius prætextu filius admitatur in hæreditate, quia agitur de magno præiuditio vt in terminis docet Peregri. de fideicom. art. 43. num. 40. propter quod Senatus, referente egregio Senatore Ioſepho Ferrer, die 28. Ianua. 1608. in cauſa Iacobi Franqueſa contra † Paulam Ponſa *repulit* prætentionem ſubſtituti volentis ſubintrare in hęreditatem prætextu mortis inſtituti, & ſola mortis facta probatione hoc modo quòd inſtitutus receſſerat octo, aut nouem anni erāt elapſi, & nihil ſcitum eo vſque erat de eius vita, aut morte, vidi concluſionem in archiuo regio, vbi cuſtoditur.

Quomodo autem, & quot modis mors probetur vide apud Maſcar. d proba. cōclu. 1074. Meno. de præſump. lib. 6. pręſump. 49. & de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. à num. 667. Viui. deciſ. 243. lib. 2. Nat. in conſ. 241. per tot. Peregri. vbi ſuprà nu. 39.

137 Sed † quia huiuſmodi actio tantùm datur ad bona compræhenſa in hęreditamento, & ſic ad præſentia tantùm, cum de illis ſolùm cēſeantur facta hæreditamentum, & donatio, ſecundum receptam in Senatu, & in Cathalonia opinionem, meritò propterea quilibet dubitare poterit, nunquid filius iſte poſt mortem patris agere volens teneatur probare quę bona fuerint in hæreditamento compræhenſa vt vē dicari valeant; an verò habeat intentionem fundatam in omnibus bonis, quæ reperiuntur penes patrem tempore mortis, niſi contrarium probet is, ad quem ſpectet ex alia diſpoſitione facta per ipſum patrem, quę ſit ſuſtinenda de bonis non compræhenſis in hæreditamēto, & ſic poſtea quæſitis. Hanc ego dubitationē brevibus reſoluendo dico quòd ad filium hæreditatum hoc onus probandi ſpectat, quia eſt fundamentum ſuæ intentionis, nor. in l. non ſolū §. ſed vt probari ff. de oper. nou. nuncia. & ibi Bar. & dd. ac in l. hoc iure, & l. illa ff. de verbor. obliga. Item † quia ei, qui dicit, onus probandi incumbit l. ei qui ff. de proba. & l. actor quod aſſeuerat C. eo. In hoc omnes concordant, nec vllus eſt qui diſcreper, vt videre eſt apud Ioſeph. Maſcar. de proba. conclu. 1277. & ſequent. per tot. Craue. conſi. 61. num. 6. Pereg. de fideicom. ar. 44. in prin. Mago. deciſ. Floren. 37. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 2. nu. 9. cum ſexcentis, quos allegant, ſingularis eſt, præ alijs, com. conclu. Ioſep. Ludoui. 14. omnino viden. per tot.

139 Difficultas † hac in re poteſt eſſe quomodo, & quib⁹ probationibus, & cōiecturis id facere teneatur, vel poſſit hærediratus, latior eſt hæc materia, quā inſtituti noſtri ratio permittat tractare, vide eam per doctores ſuprà citatos, qui benè declarant, ac omnes ferè caſus in hac materia contingibiles adducunt, eis adde Antho. à Pet. in tract. de fideicom. q. 11. vbi per mille tercentum ſeptuaginta quatuor numeros noſtram materiam examinat.

140 Sed † an in noſtro caſu probatio quòd tempore mortis donator poſſidebat talia bona (quæ eſt noſtra propoſita quæſtio) ſufficiat ad victoriam ei, qui agit reiuendicatione ad bona præſentia donata? dic quòd non, ratio eſt quia de præſenti ad pręteritum non infertur, & ideò hodie dominus, vel poſſeſſor non pręſumitur olim talis, Bar. in l. ſiue poſſidetis C. de proba. Pet. in allega. tract. de fideicom. q. 13. num. 462. Maſcar. de proba. conclu. 1196. num. 58. Anthon. Gab. lib. 1. com. conclu. conclu. 10. num. 20. in 7. limita. Iaco. Menoch. pręſump. 62. in fin. & præſump. 65. per tot. lib. 6. Nicola. Euerar. in top. lega. lo. à tempore ad tēpus nu. 20. quem licèt doctores ſupradicti non allegent, is tamen mihi videtur meliùs omnibus materiam intellexiſſe, poſtquam meliùs legimus ab eo explicatam, reperi tamen poſtea quòd idem Menoch. in eo. tract. de præſump. lib. 1. q. 24. num. 31. cum ſequen. Euerardi in loco citato meminit, eiuſque doctrinam amplexus eſt, eiſdem doctrinis, & diſtinctionibus ibi factis ſe iuuando, viden. Philip. Maſſin. qui largis in hoc diſtinctionibus vtitur, ſelectar. iur. diſtinc. centu. 1. diſtinc. 5. per tot.

141 Pręſumeretur † autem à poſſeſſione, ſeu dominio præſenti ad præteritum ſi cum poſſeſſione, vel dominio de pręſenti cōcurreret aliqua legitima ratio, vel præſumptio, qua poſſemus arguere quòd hodie poſſeſſor, vel dominus olim etiam talis fuiſſet, prouti explicant plures, quos Euerar. vbi ſuprà, Maſcar. d. conclu. 1196. num. 59. & Menoch. d. præſump. 65. numer. 4. referunt, quod ego totum petendum arbitror ex dd. ſuprà relatis, qui de coniecturis, & præſumptionibus, alijsque probationibus, quibus probetur rem fuiſſe, & eſſe fideicommiſſo cōprehenſam, pluribus agunt.

Quādo autē primus grauatus (loquimur de his, qui tenētur *inuētariū* cōficere) poſſediſſet de toto tēpore vitæ ſuæ abſque illius cōfectione, an iſto caſu haberet fideicōmiſſarius, & ſecundò vocatus intentionem ſuam fundatam in omnibus bonis, quæ reperiuntur penes grauatum tempore mortis ſuę vt cenſeantur eſſe de fideicommiſſo niſi contrarium probetur per hæredem hætedis, pete tibi à Marcobru. in conſ. 59. per tot. & in conſ. 76. num. 84. cum ſequent. Petra de fideicom. q. 12. num. 1368. Meno. benè conſ. 207. num. 12. & 16. cum trib. ſequent. vol. 1. Cancer. ex Marcobru. & alijs in 3. par. var. c. 17. de ſentent. & ear. exequu. nu. 366. qui faciunt pro affirmatiua, vide etiam Surd.

deciſ.

decis.339.vol.2.qui videtur facere pro negatiua:meum non est hoc loci articuli veritatem vlteriùs inquirere:latissimè eum disputauimus in Senatu de anno 1610.in causa vertenti inter Franciscũ Carbonell,& alios ex vna, & Petrũ de Bellet partibus ex altera,referente egregio Senatore Iacobo Puigmija,scriba Vilella,dum pro dicto Carbonell,& litis cõsortibus deffendebamus habere ipsos vt fideicommissarios intentionem fundatam in omnibus bonis, quæ †† reliquerat grauatus tempore mortis suæ, quæ 145 erant penes dictum de Bellet,ex eo quòd inuẽtatiũ grauatus nõ fecisset,inqua *sequuta* est † sententia sub die 13.Feb.verum est quod non fuit expressè hic articulus decisus, cæterùm obtinuimus in eo quod petebamus, an ex isto vel alio motiuo, sciunt id pręclari Senatores, qui decisioni interfuerunt.

142 Sed † an dentur casus, in quibus non obstantibus huiusmodi hæreditamentis,& donationibus bona in eis compræhensa possint per donatores, & hęreditantes validè alienari, vt non possint postea vendicari per donatarios, & hæreditatos,dubium maximum versatur,in quo maius tempus foret proculdubio, quàm in alio quocunque iuris articulo,vt potè valdè necessario,de quoque quotidie in palatijs anxiè disputatur,consumendum, ego propterea pro viribus conabor,discurrendo per varios casus alienationum,qui à pluribus dicuntur permissi,materiam explicare.

Bereng.Ferdinan.qui in hac materia hæreditamentorum, plusquam alius, laborauit in præludijs illis,quæ fecit ante interpręta. cap. vui.de filijs nat.ex matrim.ad morga. cõtract. pręlud.7.num.6.plures casus reffert,in quibus existimat permissam alienationem non obstãte hæreditamento,& donatione.

143 Primum dicit † esse quando pater alienaret dotãdo filias, item legitimas alijs filijs, si quos haberet,relinquendo,quia non potuit pater se se adstringere in pręiuditiũ aliorum liberorum,quibus non à patris dispositione, aut arbitrio,sed lege ipsa legitima portio debetur, l. quoniam in prioribus C.de inoffi.testa. l. si rotas C.de inoffi.donatio.& l. si arrogator ff. de 148 adop.Hæc Fernan. quę de plano procedunt propter dicta iura,& per ea,quę nos circa idẽ docuimus in glo.fauore, & contẽpla. matrim. propè finem,& per ea etiam,quę inferiùs dicemus circa quartam necessitatis speciem.

144 Secundus casus † quem Fernan. proponit, est quando pater donans aliquod deinde maleficium commiteret,quo tertius quispiam læderetur:enimuerò (inquit) pro compensanda iactura læsi aliquid ex bonis pacto relictis capi posset, id indè colligi videri asserit quòd restituere grauatus fideicomisso possit alienare pro dote, proque donatione propter nuptias,iux.vulgar.auct. res quę C. com. de lega. multò magis pro liberanda grauati anima,quę cunctis rebus est præferenda,quibus dicit esse addẽdũ quòd alioquin parẽtes audaci' in legẽ commiterent scientes se in bonis puniri non posse,& procliuiores ad delinquendum fierẽt, cui lex reffragatur l.conuenire ff. de pact. dota.idq. inquit is doctor pluribus Senatus consultis *decisum* se intellexisse.

145 Hic casus † non videtur de iure procedere quia,si verum esset quod in eo continetur,nũquam filij donatarij possent agere ad reuocationem alienatorum, quia semper opponeretur posse capi de bonis pro compẽsanda iactura læsi,quæ nũquam deesset,nec deesse posset, cum certum sit eumqui cum patre contraxit post hæreditamentum,semper remanere ex cõtractu læsum,tenerique patrem,si potest,iacturam cõpensare:nec est quòd fundamentũ huius opinionis fiat,sicuti Fernan. facit,in liberatione animæ grauati, ad quã videtur is doctor donatariũ,iá multò antè quã pater eam onerauit, dominum bonorum illius effectum, vel saltem dominum futurum esse promissum vel le obligare, tum quia cũ præsupponamus donatorem tempore contracti debiti nihil habere in bonis ex quo satisfaciat creditori cum 146 omnia donasset filio,sciamusque † inopiam,& paupertatem excusare à restitutione,argumento tex.in cap.quęrelam & cap. breui. extra de iur.iuran.vbi necessitas, & difficultas excusant à periurio,cap. quamquam,iunct.glo.ver.*facultates* de vsur.in 6.glo.etiam.in reg.peccatum,& ibi Din.& Anchar.de reg.iur.eo.lib. Ioan. Gutier. canoni. quęstio.lib.1. cap. 40. num. 3. vbi Diuum August. citat in epist. 54. & Diuum Tho.2.2.q.62.art.vlt. indè fit quòd non remaneat anima donatoris onerata quantùm ad restitutionem ratione illius dampni dati,de quo loquitur Fernan.rum † etiam quia nullo iure 147 obligatur donatarius ad debita per donatorẽ contracta post donationem nec in interiori foro,nec in exteriori,prouti satis notum est ijs, qui vel sacręTheologiæ, vel vnius,aut alterius iuris scientiæ limina degustarunt, ad quod † conducit ratio, quam idem Fernan. ibidem in 3. casu adducit ad probandum filium non excludi à bonis donatis per confiscationem,quæ fieri deberet propter delictum patris,quia(inquit) filij causa præcessit causam fisci, l. si pignus ff.qui potior.in pignor.habean.viden. Ludo.Moli.de primog.Hispa.lib.1.cap.10.nu.54. 149 qui † idem quod nos respondit ad eam quæstionem,nunquid successor maioratus teneatur soluere debita prędecessoris eius conscientiæ exonerationem tangentia,corruit ergo huius doctoris hac in re tradita opinio,& cotuũt

illorum

illorum Senatusconsultorum dicisiones, quas refert intellexisse se pro opinione factas.

150 Tertius casus † est quando pater alienaret pro euitanda punitione delicti, & paranda sibi liberatione, quod dupplici medio probare conatur is doctor, primò quia liceat patri alienare vt sanguiné suũ redimat iux. l. 1. ff. de his qui sibi mor. conscisc. secundò quia si de hoc casu, dum hæreditamentum faciebat pater in cómodum filiorum, aduertisset, & fuisset interrogatus verisimiliter reseruasset aliquid pro ea necessitate subleuanda, ergo (inquit) habebitur pro reseruato, l. tale pactum §. hn. ff. de pac. atque ita *decisum* fuisse, & *iudicatum* attesto Tholosano de anno 1549. restatur.

†

151 Ego † tamen, qui naturam contractus donationis probè nosco esse vt per eam, postquam perfecta est, priuetur donator omni prorsus cõmertio, & participio rei donatæ, omninò inficior posse fieri manuum iniectionem in res donatas propter causam supradictam, nec video quomodo Fernan. suæ resolutioni voluerit accommodare dispositionem tex. in l. 1. ff. de bon. eor. qui mort. sibi conscisc. ibi enim nullum verbum de prætensa licẽtia, & facultate, quam pater habeat alienandi res alienas vt suum sanguinem redimat: solùm enim disponitur pœnas statutas contra corrumpentes suũ accusatorem non habere locum contra corrũpentem eum, per quem de crimine, pro quo pœna sanguinis veniret irroganda, accusatus fuisset, quia (inquit) ignoscendum est ei qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluerit, hęc, & non alia tex. ille disponit.

152 Prętera † vt secundæ rationi satisfaciamus dicimus, in donationibus non posse argui in fauorem donatorum à verisimili illorum mente, imò omnis interpretatio contra ipsos, qui apertiùs loqui poterant, est fienda, ex l. veteribus ff. de pact. l. labeo 1. ff. de contrahen. emp. l. quidquid adstringendæ, de verbor. obliga. c. contra eum, de reg. iur. in 6. atque ita in expresso tenent, & resoluunt Boer. decis. 172. nu. 27. Fran. Mar. decis. 187. num. 8. par. 2. Iaco. Men. de præsump. lib. 3. præsum. 34. num. 22. impetet igitur sibi donator si per donatarium impeditur re vti prout antea faciebat, etiam si isti casus, vel similes succedant, ex quo, cum in actu donationis retinere, & reseruare sibi illud potuisset, non fecit.

153 Et quod † dicitur donationem esse fauorabilem, & latè interpretandam, intelligitur in fauorem donatarij, non donantis, vt ex doctoribus suprà adductis apparet, & tradit Cassanat. cons. 10. num. 74. & in cons. 48. num. 52. vbi ad concordandum l. cum de indebito, de proba. quę vult in donationibus fieri strictissimam interpretationem, & ideò nunquam præsumi, quod est dicere interpretationem esse fiẽdam in fauorem donantis, cum cap. cum dilecti, extra de dona. vbi statuitur in donationibus latissimam fore fiendam interpretationem in fauorem donatarij, distinguit duo tempora, primum quidem antequam constet nunquid donatio sit facta, necne, sed est dubium, tunc interpretatio sit in fauorem donantis, & ideò in dubio non præsumitur, & ita procedit l. cum de indebito, secundum verò tempus est post factam donationem quando clarè constat eã factam fuisse, hoc casu latissima fit interpretatio in donatione in fauorem donatarij, & ita procedit d. cap. cum dilecti.

154 Et † quidem ad interpretationẽ à verisimili mẽte donantis tunc posset recurri cũ in obscuris versamur, ob quod de necessitate aliqua foret fienda interpretatio, tunc id quod est verisimile augur aremur dispositum, iux. cap. inspeximus, de reg. iur. in 6. & l. semper in stipulationibus ff. eo tit. & quod ibi Dyn. & Dec. docent. In nostro autem casu nihil est obscurum, quod egeat interpretatione, nec propter quod ad verisimilem donantis mentem debeamus recurrere, sed sumus in claris, quòd scilicet talis reseruatio facultatis alienandi non sit facta, nó est ergo quòd talem interpretationem faciamus. Et certè si quoad huiusmodi reseruationes verisimilis mens donatoris foret attendẽda, nulla superueniret necessitas donatori, quę hac via non subleuaretur: semper enim diceret donator quòd si ipse cogitasset, aliquid sibi pro ea necessitate reseruasset, vndè fieret quòd donationes redderentur in irritum, & nullo negotio eluderentur. Et in terminis quòd inalienabilia nó possint alienari pro paranda liberatione à delicto tenet Pereg. de fideicom. ar. 42. num. 90. cum sequent. quod tamen postea limitat vt ibi videbis.

155 Quartus casus † est quando pater contrahit emẽdo, vẽdendo, & permutando more boni patris familias, primò super mobilibus, & fructibus bonorum suorum, secundò super immobilibus ad augendum, & tuendum suum, & filiorũ patrimoniũ, tali enim casu existimat Fernã. valere alienationes, quia (inquit) noluit pater pactis matrimonialib⁹ à se factis se se commertiorum incapacem efficere quominùs negotiari possit, & inter homines conuersari ne

156 eorum suffragio careat, quod † nimis graue cuique videri debet, l. hi qui C. de apostat. Adde quod his commertijs prodesse potest suis liberis, & augere patrimonium, quod si aliquando secus accidat cessante causa, filius æquo animo ferre debet, l. fideicommisso C. de transac. argumento l. si pater puellæ C. de inoffi. testa. Hęc. Fernan.

Pe

157 Per † hunc casum, si eum cõcederemus, destrueretur tota natura donationis, de qua est vt post eam factam sic censeantur res donatæ abdicatæ à potestate donantis, vt nec postea directè, vel indirectè de eis disponere valeat modo aliquo, sed statim ipsæ donatarij fiãt iux. l. 1. ff. de dona. intelligẽdo semper in terminis habilib⁹ prout in superiorib⁹ declarauimus: diximus enim ibi in quib⁹ donationib⁹ statim post eas factas transeat dominium in donatarium, & in quibus post donatorem mortuum. Præterea in quo (quæso) consisteret irreuocabilitas illa, quam doctores huiusmodi donationibus, quę fiunt fauore matrimonij, sicut & ipsi matrimonio, cuius pars, & portio dicuntur esse, & cum eo confundi, tribuunt, Guido Pap. decis. 145. Vincen. de Franch. 205. nu. 1. & 436. nu. 4. si reuocationi illi facili, quæq. faciliter cõtingere potest ex negociatione patris donatoris suppositа esset?

Quod autẽ dicitur de coniecturata mente donatoris vt non censuerit per donationẽ se se commertiorum incapacem facere quominùs negociari possit, & inter homines conuersari, dicimus quòd imò contrarium est coniecturãdum, & eliciendum ex mente donatoris, & hæreditantis quo ad bona compræhensa in do-
158 natione: Cum † enim eius animus donandi fuerit, certum est quòd interpretari debemus ipsum voluisse se se donationis legibus adstringere, Surd. decis. 60. numer. 2. Cassana. cons. 45. num. 81. talemque fuisse eius mentem, qualis ex illo contractu, quem celebrare voluit, colligi potest, argumento l. cum quid ff. si cert. peta. latè Mascar. de proba. conclu. 1047. num. 4.

Quid quod? cum huiusmodi donationes, vt sæpiùs dictum fuit, censeantur tantùm factę de bonis præsentibus, non remanebit omninò donator commerciorum incapax per donationẽ effectus, poterit enim alia sua industria, aut aliàs, acquirere, circa quæ negociari poterit, & inter homines conuersari, quæ est ratio propter quam donationes de bonis præsentibus sustineantur.

159 Quintus casus † quem Fernan. adducit, est quando pater, qui hæreditamentum fecit, pro se, aut sua familia alenda quippiam venderet: existimat enim huiusmodi venditionem nedum validam dicendam, sed & multùm etiam fore comendandam, quod duplici medio pro
160 bat. Primò quia † permissum est patri pro suis alimentis res filiorum, fortè maternas, vendere, l. si quis à liberis, §. si vel parens ff. de liber. agnosc. Secundò quia potest pater filium pro necessitate famis leuandę vendere, l. 2. C. de patri. qui fil. distraxe. ergo à fortiori bona il-
161 lius: Quod Idem † postea extendit pro vestibus suis, & filiorũ, præsertim filiarum, quę indui, & vestiri commodius debent pro qualitate, proque domus consuetudine, vt possit pater expendere, & vendere de bonis donatis, si aliter subuenire nequeat, l. legatis ff. de alimẽ. lega. interprætaturque non fuisse mentem, & animum paciscentis à sese abdicare facultatẽ percipiendi necessaria suo victui, & suæ familiæ, l. obligatione generali ff. de pignor. Arguit postea de priuilegio donantium, quod est ne egeãt, neve sua liberalitate inopes fiãt, l. ex hæredatum in fine, de re iudi. indè inquiens fieri quòd pro soluendo quod debetur his de causis capiatur de bonis donatis vsque ad concurrentem quantitatem debiti, ne aliàs priuẽtur parentes hominũ cõmercio, & fides eorum diminuatur in dampnũ, & pernicię reipublicę.
162 Cõcludit † tãdẽ generaliter per huiusmodi pacta parentes prohiberi tantùm bona in eis cõpræhensa donare, in eis alium instituere, eadẽ alteri legare, aut in fraudem, dolosèue per lasciuiã vẽdere, ad reliquos verò vsus d illis bonis disponere nõ impediri, l. titius ff. ad trebellia.

163 Hic † casus necessitatis, quem Fernan. adducit, ob quem patri censet permissum, non obstante hæreditamento filijs facto, posse bona in eo comprehensa alienare, certissimus de iure est per ea quę is doctor adducit in illius comprobationem, quibus non nocebit si addideris Iacobi Menoch. elegantem, ac doctam disputationem, quam facit in lib. de arbit. iud. 2. centu. 2. casu 182. per tot. liceat inalienabilia necessitatis causa alienare, nec ne.

Verũ si ita est, quæ, quæso, est ratio cur cum quotidie validitatem alienationum per parẽtes de dictis bonis factarum defendi videamus per possessores, à quibus per filios vẽdicantur, hoc motiuo quòd propter necessitatem, putà famis, & alendi filios, & familiã, & aliàs, eędem factæ sint, nullos penitùs videamus, qui obtineant, omnes tamen qui subcumbant nõ obstantibus diuersis probationibus, quas circa necessitatem faciunt, quod est adeò verum vt in toto tempore, quo ego aduocationis munere fungor, in quo sine dubio tot casus hæreditamentorum mihi successerunt pro vna, vel altera parte deffendendi in Senatu, quot vlli alteri aduocato, nullum adhuc viderim, qui pro validitate alienationis propter necessitatem obtinuerit, nec cum multa diligentia, quam in hoc adhibui, reperire potui quemquam ex antiquis, vel nouioribus huius ciuitatis aduocatis, qui se id vidisse, vel audiuisse diceret.

Huius rei rationem, & causam ex Menoch. hauries, si eum legeris vbi suprà num. 18. allegatus est, quia non omnis, & quæcunq. necessitas sufficiens est advalidandam alienationem, sed certa quædam necessitatis species ex pluribus,

quas

quas is doctor cõmemorat, & in certo gradu, quem vix est quòd aliquis casus alienationis cum requisitis necessarijs attingat, vndè fit vt etiam vix indè sustineatur alienatio.

164 Multiplex † enim est necessitas, propter quã alienatio facta dici potest: alia enim est fatalis, qualis est quæ ex fato, & casu euenit, vt cum quis in latrones fortuitò incidit, vel cum similis alter casus contingit, qui à fortuna prouenit, quiq. humano consilio prẹuideri, & illi prouideri non potest.

165 Alia † naturalis, qualis est quæ à natura ipsa causatur, qualis est edere, bibere, vestibus indui, seruitores habere, domũ ruinosam reparare, agros colere, gabellas, ac tributa persoluere.

166 Tertia † culpabilis, & data opera procurata, propter quã vult pater alienare, veluti quia lautè, & prodigaliter viuẽdo omnia profudit, & euersit, atq. ita deindè pauper, & inops effectus est.

167 Quarta † deniq. quæ ex legis dispositione causatur, vt quãdo lex iubet filiam dotari, vel dotem restitui, quæ necessitas prẹcisa appellatur.

168 Ex his † necessitatibus duas priores species cũ quarta iustã prẹbere alienãdi aliàs inalienabilia causam, docet tam rectè, tam aptè, clarè, & præpolitè Menoch. in allega. casu 182. vt superfluum mihi hoc loco videatur, ni vellem eius scripta inutiliter transcribere, aliud quippiam in proposito dicere: ad eum habeas recursum quoties casus super his tibi contigerit disputandus: Ille te docebit in quibus casibus hæc procedant, qualiter in casibus etiam permissis ad necessitatem vsque, & quatenus illa vrget, & nõ vltrà, sit alienatio fienda, & plura alia in materia valdè conducibilia, quæ necessitatem habes obseruare si vis alienationẽ propter necessitatem sustinere. Adde Peregri. qui nonnulla circa hæc non pẹnitenter tradit, de fideicom. art. 42. per tot.

Et in terminis, quòd pro alimentis possit pater bona filiorum alienare, tenet Surd. post Lara ab eo allega. in tract. de alimen. priui. 37. nu. 4. arguendo à persona ad res, & dicendo quòd si patri licet filium vendere propter famis necessitatem, multò fortiùs eidem licebit res illius eam ob causam vendere, & alienare: conducunt quæ pluribus probat Fran. Viui. decis. 25. per tot. quod quomodo sit intelligendũ & procedere debeat, ex infrà tradendis clariùs forsan percipes.

169 Dubium † tamen pulchrum est nunquid pro liberando patre à carceribus, in quibus detineatur propter aliquod debitum priuatum, possint bona huiusmodi donata alienari, cuius resolutionem facilimè habebis ex decis. Sena. Mantua. 86. relat. per Surd. vbi asserit *declaratũ* per Senatũ licere vxori fundum dotalem alienare pro liberendo marito à carceribus pro debito priuato detento, ex eo quòd cum vxor teneatur alere virum quando ipse non habet, multò magis debet teneri eidem in illa necessitate posito subuenire, maximè cũ paria sint aliquem à carcere liberare, vel ei in necessitate famis constituto subuenire, quia liberatio carceratorum pijssima causa iudicatur: potest autem (inquit) mulier pro alendo viro fundum dotalẽ alienare, ergo &c. Vidẽdus in materia decisionis Surdi Thesau. decis. 225. nu. 7. & ibi additio eius filij, qui in idem allegat Fran. decis. 237. Viui. decis. 133. & alios. Item quia si pro huiusmodi necessitate licet grauato bona fideicommissi alienare, & † in prohibitione alienandi non venit necessaria alienatio, prouti etiam, præter Surd. probat Andre. Gayl. prac. obser. lib. 2. obserua. 137. num. 4. indè Senatus ille conclusit posse in proposito casu alienationem fieri, quẹ quidem rationes cum videantur militare in nostro casu, indè videtur dicendum & idem ius militare debere, latissimè articulum disputat Stephan. Gratia. discepta. foren. c. 108. per tot. vbi cum Senatus Mantua. sententia lubens cõcurrit. Viden. Brunoro. à Sole quæst. legali 47. per tot. vbi disputat an bona fideicommissi possint alienari pro redemptione carcerati.

170

171 Vlteriùs † cadit in his & pulchrum aliud dubium, nunquid si pater pro alendis filijs hæreditatis æs alienum contraxit, teneantur ipsi de bonis in hæreditamento compræhensis illud in subsidium soluere. Hanc quæstionem (quæ solemnis, quæ dificilis, quæque grauis, & grauissima à doctoribus appellatur, tam sub nomine filiorum respectu parentis, quàm vxoris respectu mariti quando pater, vel maritus mutuam aliquam pecuniam acceperunt, vel alio modo ẹs alienum contraxerunt pro alendis filijs, & vxore respectiuè, nunquid filij de bonis suis, vel vxor de dote teneantur ad dicta debita) qui latiùs, & vtiliùs pertractarunt ex his, quos mihi ad propositũ videre licuit, sunt Lara in repeti. l. si quis à liberis §. si quis ex his, ex num. 38. ff. de liber. agnoscen. Ioan. Per. Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuile. 44. per tot. & pater Thom. Sanchez egregius, ac doctus societatis Iesu præsbiter in disputa. de Sancto matrimo. sacram. tom. 3. lib. 9. disputa. 4. à numer. 28. cum sequẽt. Hos lege, per quos, maximè si eis addideris Blaz. Florez de Mena in addi. ad Gam. decis. 186. & Caro. decis. seu casu 128. per tot. omnes habebis, qui de hac re vsque tunc scripserant, & apud eos rationes reperies, quibus doctores moti fuere ad vnam, vel alteram opinionem tenendam.

Qui

172 Qui † affirmatiuam contra vxorem, & filios tenent, Bart. se habere existimant, quem sequantur eius opinionis antesignanum in l. his solis num. 3. ff. de condict. indeb. Sed non considerant quòd eo loci Bar. non firmat secure hanc opinionem, sed quòd in illa l. sit argumentum pro ea tantùm dicit, postea tamen addit, cogitabis: Nec Acur. ibidem verb. *proficit*, qui etiam pro hac opinione cum Bar. adducitur, id firmiter resoluit, sed per verbum dubitatiuum, *fortè*, dicens quòd fortè ab eo, cui per causam lucratiuam pecunia proficit, condici potest, si est indebitè soluta. Qui autè filiorũ, & vxoris causam deffendunt, Decium habent quem sequantur in l. si eum seruum num. 27. ff. si cert. petat. & ibi etiam Alciat. cum alijs, quos Sanchez vbi suprà allegat numer. 29. in fine, & Barz. Flores in addi. ad decis. 186. Anto. Gam.

173 Qua † in quæstione licèt cõmunis doctorũ phalanges more gruum doctores potiùs numerando, quàm rationes ipsorum ponderando Bartoli opinionem sequatur, & licèt etiam huiusmodi opinioni accesserit *rei iudicatæ* auctoritas vt Azeued. asseuerat, quem Blaz. Flores in additione ad d. decis. Gam. 186. refert: Ego tamen pro contraria in fauorem filiorum, & vxoris in occurrenti casu semper responderem, quippe quia non videam aliquam rationem, quę in contrarium multùm vrgeat, & omissis responsionibus, quæ ad argumẽta per Lara, & alios tradita in contrarium, adducuntur per Flores, & Sanchez vbi suprà, paulisper tantùm
174 insistam circa cardinem difficultatis, qui † totus versatur nunquid causa alimentorum erga filios, & vxorem respectu mariti inopis sit lucratiua, vel onerosa: qui enim contrariam nostræ sequuntur opinionem, ex eo principaliter mouentur quòd eis videatur esse lucratiua causa illa, volentes quòd propterea quòd mutuata pecunia ex huiusmodi causa in vxoris, & filiorum vtilitatem conuersa sit, ea propter ipsi obligati maneant, e contra verò nostri quòd sit onerosa, existimãtes quòd ex quo debitum, & verè debitũ ex causa onerosa filijs, & vxori solutum sit, nullo modo teneantur ipsi ad restitutionem, cum ipsi receperint quod erat sibi debitum: ad quod singulares existimo esse considerationes, quas in proposito ad id persuadendum faciunt Flores, & Sanchez allegati: Quam
175 uis † enim (inquiunt) pater, & maritus inopes non teneantur filios, & vxorem respectiuè alere, id non est quasi extincta sit obligatio propter inopiam, quam pater, & maritus ad id habent: quia si id esset nunquam posset reuiuiscere, obligatio enim semel extincta nunquam reuiuiscit, l. cum ex causa C. de remis. pignor. nostra autem de qua agimus alimentandi obligatio reuiuiscit proculdubio si pater, & maritus ex inopibus postea efficiãtur diuites, erit ergo quia suspensa sit obligatio donec inopia existit, & perconsequens semper dicetur (inquiunt isti doctores) affuisse, & esse in patre, & marito, quamuis inopib*, huiusmodi alendi obligatio: Si ergo alat pater ex pecunia mutuata, vel aliundè, suæ obligationi satisfacit, & debitum persoluit, ergo non est huiusmodi præstatio alimentorum lucratiua causa, sed onerosa, & perconsequens non subiacebit regulæ in contrarium per eos, qui contrariam tenent opinionem, adductæ, vt quilibet teneatur ad id quod in sui vtilitatem est conuersum per causam lucratiuam. Nec est major ratio cur à filijs, & vxore debitum suum recipientibus hæc pecunia cõdicatur quàm à quocunq. alio patris creditore, cui soluta foret, sicut ergo ab ijs codici non potest, sic nec etiam ab illis.

Etsi & vbi referat Azeued. vt suprà dictũ est, pro contraria opinione fuisse aliquando iudicatum, neq. etiam huic nostræ deficit rei iudicatæ auctoritas: habemus enim ex Gam. decis. 367. num. 6. bis, aut ter ex maiori numero vo- †† torum *declarasse* Senatum Lusitanum pro hac opinione, licèt in decis. 186. dicat vix potuisse concordare Senatores quid declararent, nihil ergo mirum si dicat in proposito Blaz. Flores in additione ad Gam. in d. decis. 186. quòd opinio Bar. rarò practicatur, & idem postea repetit in additione ad decis. 369. Etsi practicaretur persæpè mulieres remanerent indotatæ sine culpa, & causa, ac præter ipsarum voluntatem, cum nulla concurrerit in debitis cõtrahendis, & ideò verior inquit is doctor se existimare esse opinionem Alciat. & Decij, quæ frequẽtiùs practicatur. Prodijt post hæc scripta Stephani Graciani discepatio. foren. opus, in quo in c. 107. per tot. disputat hanc quæstionem, & contra nostram cum Bart. tenet opinionem asserens teneri vxorem, & filios, quãdo probatur fuisse negocium in vtilitatem illorum versum, ipso patre soluendo non existente, docetque postea quomodo id probetur, quomodoque assertioni parentis non sit standum, eum vide, & quòd iustius videbitur sequere: ego solam veritatem inquiro, quæ apud me est proculdubio in opinione, quam suprà sequutus sum.

176 Audio † in curia Vicarij Barcinonæ ex stylo, sequendo contrariam nostræ opinionem, solitum esse non admitti oppositiones mulierum, quę pro suis dotibus, & alijs iuribus fiũt, iuxta iura municipalia, in bonis mariti quando fit pro aliquo debito contra eum executio, non admiti (inquam) huiusmodi oppositiones si executio fit pro loger ijs domorũ, in quibus

maritus

maritus,& vxor habitarunt, verùm ego non propterea à mea recedo opinione, per ea,quæ superiùs tradita sunt,sed qui stylum prędictum deffendere voluerint adeant Stephanum Gratia.discepta.foren.allega.c.107.n.9.vbi videtur tenere ad debitũ contractum pro habitatione domus teneri vxorẽ de dote,& proprijs bonis, sed quid ego in his sentirẽ iã suprà aperui luculẽter. Tu verò si vis perfectiùs rẽ habere,hos cũ diligẽtia doctores legas,qui tibi adducti sunt.

177 Tunc † tamen procedere existimat sine dubio Gam. decis.367.num.6.& clariùs Blaz. Flor. addi. ad eundem in decis. 186. si pater expresè ad alimenta filiorum, vel maritus ad alimenta vxoris mutuum petijsset, & bona filiorum,& matris obligasset: tunc enim (inquit) quia protestatus est,& rem filiorum, aut vxoris egit, ad quam & ipsi tenebantur patri in casu impotentiæ, & quia creditor quodammodo cum eis contraxisse videtur, iustum esset quòd vxor,aut filij expensum patri facerent,& non contradicerent, & tunc practicaretur opinio Bar.vt paucis verbis Alcia. existimat, aliàs falsa foret. Addit idem Gam. idem futurum vbi probaretur pecuniam mutuo acceptam versam esse in vtilitatem vxoris,& familiæ, quæ tamen semper sunt intelligenda si ex causa lucrativa, non si ex onerosa, & debita, secundum nostram opinionem superiùs firmatam.

Hac forsan animaduersione moti arbitrabantur quidam in quodam occurrenti casu quòd propterea pro validitate alienationum, quãtumuis necessariarũ,quę fierẽt de bonis in hæreditamento compræhensis, non declarabatur,quia illę nõ fierent,sicuti debebant, expresso filiorum nomine, & de rebus filiorum vt filiorum, sed imò parentes eas faciebant nomine proprio,& vt de rebus proprijs.Cæterum ego existimo quòd non sit id necessarium

178 ex eo † quòd per hæreditamentum nõ desinit pater esse dominus,sicuti antea erat,durante vita sua,vti in superioribus dictum fuit,& probat expressis verbis decisio in Senatu facta referẽte nobili don Ludouico à Peguera olim illius egregio Senatore,de qua suprà fit mentio, nu.24.& infrà in glo.cẽsuum,circa principium, ac propterea suo proprio nomine est alienatio fienda,nõ alieno,benè tñ est quòd obseruetur id quod Gam. & Flor. vbi suprà animaduertunt,quòd scilicet narretur causa, ob quam fit alienatio,sed non quòd nomine filiorum fiat.

179 Idem † etiam, quod Bar. docet,tunc procedere asserit pater Sanchez allega. disput. 4. num.30.quando maritus vxori centum tradidisset vt ex eis solueret suis creditoribus,ipsa tamen ea expendidisset in familię sustentationem, nec creditoribus satisfecisset; tunc enim ipsa, si maritus non esset soluendo, teneretur proculdubio de suo ipsis creditoribus, quia causam tali casu vxor dedisse diceretur quominùs creditores debitum recuperassent, quod tamen quomodo sit intelligendum, & procedat, ibidem postea declarat, apud quem,quęso,videas.

Aliũ casum,in quo pater potest non obstãte hæreditamẽto alienare validè,taliter quòd nec possint postea filij contrauenire,posuimus ex mente Senatus infrà in glo. censuum, circa principium, vbi videbis validam fuisse iudicatam quandam in emphyteusim concessionem de quadam domo ruinosa factam per patrem post hæreditamentũ,nec fuisse recisioni obnoxiam.

Supradicta omnia, quæ dicta in superioribus fuere circa prohibitam alienationem, & vlteriorem dispositionem faciendam de rebus in hæreditamento conpræhensis post ipsum factum,patrem respiciunt quando ipse fecit hæreditamentum:nam in matre si ipsa sit,quæ hæreditauit,aliud ius statuitur proculdubio:finge enim quòd mater simul cum marito, vel sine eo,in capitulis matrimonialibus donationem, seu hæreditamentum filijs ex eo matrimonio nascituris fecit de bonis suis, quæ cõsistunt nõ in alio, quàm in sua dote,certum est,& indubitatum quòd si hæc mulier in eo matrimonio moriatur,valida remanebit dicta donatio, & omninò irreuocabile hæreditamentum absq. aliqua spe alicuius validitatis alienationis,quã de bonis donatis mater fecisset in vita, nam in hoc casu nulla est differentia in patrem, &

180 matrem:Cæterùm † si contingat hanc mulierem non mori cum eo matrimonio,sed è conuerso maritum ea superstite,& vidua remanẽte,hoc casu liberata remanet dos illo onere,& immunia fiunt bona ab illa obligatione,taliter quòd potest iterum nubere cũ illa dote, & eã secũdò viro afferre non obstante hæreditamẽto,& relicta filijs ex 1.matrimonio *legitima*,de reliqua dote disponere,sic noster Marquil.docet in vsat.de intestatis q.29.quem sequitur Iacob.Cancer.*lib.1.var.c.8.de dona.num.88.*isdẽ Cancer.lib.3.var.c.7.de pac.numer.203. ratio-

181 nem † dicunt esse quia per huiusmodi pactum fit deteriot dotis conditio constante matrimonio,& ipsius mulieris ad secũdò nubẽdũ, quod de iure prohibetur, vide plures, quos Cancer.ibidem allegat,& in eo. *lib. 3.* c.15.de renun. numer. 101. In quibus tribus locis is doctor ex professo materiam hanc perttractat, & quod Senatus in facti contingentia aliquando fuerit sequutus aperit, multos que doctores allegat, qui de eadem re egerunt consultò hoc loci omittẽdos quia faciliter ibi videri possunt.Addo ego Mathæum de

† Afflict.decis.154.vbi dicit *decisum* per Senatum Neapoli.non valere pactum,quod mulier fecerat soluto matrimonio de non petendo dotem sub certa pœna intra quatuor annos,ex eo quòd per illud efficeretur conditio dotis deterior,& Thesau.decis.230. probat optimè Pet. Barbos. in repetitione l. 2. par.1. à num. 141. cum multis sequent.ff. solut. mat. agens latissimè de inualiditate pacti cum muliere, vel alio inhiti quòd per mortem mariti dissoluto matrimonio reuertatur dos, siue sit data per patrem, siue per extraneũ,reuertatur(inquam) ad alium,quàm ad mulierem,idque ex eisdem rationibus,quibus nos in hoc nostro proposito sumus vsi,& ex eadem l. 2.ff.de pactis dotal. quibus nostra hæc opinio, quam amplectimur,confirmatur, benè Anthon. Fab. in suo Codi. lib. 5. tit. 9. de pact. conuen.diffi.1.& 2.

182 vbi † idem,quod suprà de dote diximus, vult procedere in augmento dotis quòd censeatur esse quædam portio illius,& non minùs,quàm illa,dicatur continere publicam vtilitatem,latissimè Surd. in cons. 78. per tot. Dicit nostet Cancer. in allega. c. 7. de pact.numer.203. sic † fuisse *de mente* nostri Senatus in quadam causa, † clariùs visus est Senatus idem *approbasse* in causa pupillorum Descallars contra Alemandum Tord, cuius Cancer. meminit vbi proxi-

183 mè, num. 204. vbi † id declarat procedere tantùm si mulier ad secunda vota transierit, & hęreditamentum reuocaret fauore dictarum nuptiarum : aliàs (inquit) si ad secunda vota transiret absque dicta reuocatione,& cõtraria dispositione censeretur procul dubio in eadem voluntate permanere, & sic hæreditamentũ non irritaretur, quia cessaret causa fauoris sui, ex eo quòd maritum inuenisset, cui nuberet cum dote filij primi matrimonij iam donata, sic dicit fuisse *visum* Senatui in casu suprà proximè enarratę causæ pupillorum Descallars contra Alemandum Tord.

184 Obstat † tamen huic Cancer. nostri opinioni quod idem Marquil. ab ipso allegatus docet, nempè pactum huiusmodi, per quod deterior efficitur dotis conditio,esse non quomodolibet inualidum,sed ipso iure nullum,& ideò (inquit) dicto casu dicta dos rediuit ad mulierem libera,& quitia ab omni pacto, & conuentione, quod idem eleganter docuit Barbos.in allega.l.2.par.1.nu.144.ff. solut. mat. dicens adeò nullum huiusmodi pactum ex se esse à principio vt nullo modo possit ex post facto conualidari,cuius dicti ratione indubitanter resoluit pactum, de quo suprà, quòd soluto matrimonio per mortem viri dos perueniat ad alium quàm ad mulierem, nedum non valere quando apponitur per extraneum dotantem, quo casu propriè consideratur ratio prohibitionis, ne mulier contra publicam vtilitatem remaneat indotata, sicuti remaneret si obseruaretur pactum, cum non posset eum extraneum compellere ad iterùm dotandum, sed neque si à patre,quamuis (in hoc fundabatur aliquorum opinio contrarium tenentium) possit postea eum mulier compellere ad dotandum iterùm, vndè fieret quòd non militaret ratio prohibitionis,quæ erat ratio propter quam aliqui contrarium tenebãt, quia (inquit)fieri potest quòd tunc pater erit pauper,& non poterit dotare, quod sufficit vt considerando istum futurum euentum fauore dotis, & habito ad eum respectu semel irritetur pactum à principio, quòd (inquit) non conualidabitur etiamsi contrarium succedat, quòd scilicet pater dines fit, & possit filiam iterùm dotare, ecce egregiam doctrinam,per quam nedum quando clarè,& necessariò apparet remansuram mulierem indotatam resoluitur non valere pactum, de quo tractamus, sed etiam quando id potest contingere,licèt non contigerit postea, idque propter nullitatem ipsius pacti,de cuius natura est quòd non conualidetur ex eo quod postea succedat quandocunque. Eandem nullitatem clarè probare videntur iura, quæ à Canc. allegantur pro reprobatione pacti de quo tractamus,& signanter allega. l. 2. ff. de pac. dotal.

Ex his sic ego meam fundo rationem dubitandi contra opinionem nostri Cancer. Si huiusmodi pactum est à principio nullum ipso iure,taliter quòd non possit ex aliquo futuro euentu conualidari,quomodo,quęso,fieri poterit esse verum quod vult Cancer. fore necesse quòd reuocatio fiat in ipso contractu nuptiarum, nec sufficiat quòd postea quasi per taciturnitatem in contractu secundarum nuptiarum,& per cessationem rationis finalis, ne mulier remaneat indotata cum iam reperierit virum,cui cum dicta dote sic infecta nuberet,conualidari queat, cum eodem modo cessaret ratio in casu Barbosæ,& tamen resoluit ipse,vt vidisti:melius ergo videtur concludere cum Marquil.quòd propter pacti nullitatem dos rediuit ad mulierem libera, & quitia sic quòd quando velit possit de ea disponere.

Et hæc quidem dubitandi ratio tanto magis augebitur si difficultatem posuerimus in exemplari,quod Cancer.allegat: poterit enim (meo iudicio) faciliter dubitare quilibet,qui illud, sicut ego in archiuo regio,legerit, num quod Cancer.vult probet necne, id est quòd ex quo non fuerit à principio,quando connolatum est ad secundas nuptias, dispositum de dote,non possit vlteriùs de hoc tractari.

Sed

Sed hac dubitatione non obstante contrariam, quæ est nostri Cancerij, existimo iuridicã opinionem ex rationibus adductis, nec quæ allegantur in contrarium sunt huic negocio applicabilia: quamuis † enim ad nostræ opinionis confirmationem iuuemur dispositione l. 2. ff. de pac. dotal. & aliorum iuriũ concordãtiũ, ac doctorum auctoritatibus comprobantium nõ valere pactum, per quod dotis conditio fit deterior, non tamen ille casus est in specie sicut noster, imò sunt rationes diuersitatis inter vnũ, & alium valdè liquidę: in illo enim à principio, vt dictum est, pactum est ipso iure nullum, quia expressè priuat mulierem dote pro illo tempore, quo ea opus habebit ad secundò nubendum, quod repugnat publicę vtilitati: in hoc verò nostro casu pactum à principio non confertur in tempus, quo mulier nubere habeat vt tunc filij dotem habeant, sed imò vt eam habituri sint post mortem matris, ac propterea ex se à principio validum est, ac validum debet reputari: nõ enim est prohibitum pactũ quòd post mortem mulieris ad alium dos perueniat, sed imò permissum, quia cessat tunc cõsideratio publicæ vtilitatis, vt clarè probat tex. in l. si pater. 12. ff. de pat. dotal. & præsupponit l. si dotali ff. solut. mat. comprobat glo. fin. in l. 2. ff. eo. tit. de pac. dotal. & Pet. Barbos. in allega. l. 2. in prin. in prima pat. num. 150. & 151. ff. sol. mat. si tamen ex futuro euentu appareat ex pacto prædicto fuisse mulieris conditionẽ effectam deteriorem, vtpote quia solutum sit matrimonium per mortem viri, quo tempore dote ipsa opus habet ad secundò nubendum, tali casu nõ tenebitur mulier stare pacto, quia id esset contra publicam vtilitatem, quæ vult dotes mulierum esse saluas vt nubere possint, quod, præterquàm quòd remanet satis probatum ex iuribus, quæ prohibent generaliter dotis conditionem effici deteriorem, quorum alia nos superiùs adduximus, & alia adducũt à nobis allegati doctores, comprobatur † etiã per ea, quæ in simili, post Afflic. decis. 315. docet Anthonius Fab. in suo Codice lib. 4. tit. 21. ad Sena. cons. Velleia. defi. 13. securè resoluens, at que ita *resoluisse* Senatum Sebusia. attestans valere à principio iuris pignoris pro dote competentis in certis bonis mariti remissionem, quando marito supersunt alia bona, vndè mulieris indempnitati possit esse consultum, quia per eam non fit dotis conditio deterior, si tñ post remissionem prædictam succedat casus, quo maritus labatur facultatibus, & non habeat bona, vndè mulier possit consequi suam dotẽ, tali casu inutilis redditur remissio, vtpotè quia incipit apparere per eam fuisse dotis conditionem effectam deteriorem, sic in nostro casu &c.

185 286 † †

187 Addamus † his quæ Bal. Nouel. in trac. de dote docet in 7. par. in 11. priuileg. nume. 6. quibus mirè probabitur institutum: dicit itaque is doctor quòd si simpliciter stipuletur dos alteri quàm mulieri in casu restitutionis, talis stipulatio non se extẽdit ad casum, quo matrimoniũ soluatur diuortio, vel morte viri, sed restringitur ad casum solùm, quo solueretur per mortẽ mulieris, ad quod allegat quæ anteà dixerat iuncta l. 2. ff. de pac. dotal. & l. vt autem eo. tit. & l. 1. ff. de dot. præleg. rationem reddit, quia etiamsi expressè adhibitum fuisset pactum in casu quo per mortem mulieris solueretur matrimonium, non valeret, ex dictis iuribus: cum quo *concordat*, in terminis, Senatus Siciliæ apud Garciam Mestril. decis. 74. per tot. qui alios allegat, & addit quòd si vigore pacti restituta fuisset dos dotanti in casu quo dissolutum esset matrimonium per mortem viri, adhuc remaneret mulieri ius repetendi eandem dotem vt posset iterùm nubere, sic in nostro casu &c.

Ecce ergo qualiter pactum hoc nostrum, quod fit in fauorem filiorum non fit à principio nullum, sed *imò* validum, inutile tamen reddatur si succedat casus publicæ vtilitatis, secundarum scilicet mulieris nuptiarum: vndè secundum nostri Cancerij dictum comprobatur quòd cum tota ratio inualiditatis consistat fauore secundarum nuptiarum, ne contra publicam vtilitatem propter pactum prædictum impediatur mulier secundò nubere, certè si non impeditur propterea, sed nihilominus cũ dote sic infecta reperit maritum, non poterit postea de reuocatione tractare tanquã cessante ratione fauoris sui.

188 Conducit † quod ex Dec. in cons. 536. num. 3. docet Vtil. ad Afflic. decis. 154. nu. 1. quòd si mulier, quæ fecit pactum, quo dotis conditio fit deterior, fecit illud quando est in ea ætate, in qua non speratur iterùm nuptura, non improbatur tale pactum, quia cessat *ratio* publicę vtilitatis, sic cum *in nostro casu* quãdo mulier secundò nupsit non reuocauerit primam donationem, quæ, quæso, ratio permittet ei quòd postmodum possit reuocare quando iam cessat ratio publicæ vtilitatis? certè nulla.

189 Pulchrum † tamen dubium est, quod Cancer. omisit examinandum, qualis nẽpè sit necessaria reuocatio prioris hæreditamenti, an sufficiat quæ quotidie fit hæreditando in secũdis nuptijs, & in iliorũ cõtractu ex pacto cũ marito in hito filios, qui procreabũtur ex eis, id est an ista secunda donatio sufficiat pro reuocatione prioris? videtur prima facie quòd sic, ex l. si maritus, secunda, C. de dona. inter &c. l. cum hic status §. qui quasdam, & §. si maritus

ff. eo tit. & l. si ex toto ff. de lega. 1. in quibus
190 † iuribus partim habetur donationem, quæ reuocari potest, censeri reuocatam ex impignoratione rerum cõtentarũ in donatione
191 & † partim, legatum (quod eiusdem naturæ est) censeri reuocatum ex alienatione rei legatæ postea sequuta, in effectu hæc iura probant non esse necessariam expressam reuocationẽ, sed sufficere tacitam, quod si ita est, quæ maior coniectura reuocationis, quàm secunda donatio? & ne per mẽdicata suffragia eamus, aduerte quòd allega. l. si maritus 2. C. de dona. inter &c. expresse loquitur in alia donatione postea facta, volens quòd per eam censeatur prima donatio reuocabilis reuocata, atq; ita per dicta iura tenẽt Ludoui. Roma. in cons. 284. & Rip. in l. fi. q. 62. num. 208. C. de reuoca. dona. loquẽ
195 tes in donatione quę potest reuocari per ingratitudinẽ, quòd censeatur reuocata per secũdã donationem.

192 Eiusdem † opinionis videtur esse Angulo de meliora. apud me in l. 1. glo. 7. statim in initio, licèt noster Cancer. lib. 3. var. c. 20. de lega. num. 260. in fi. cum alleget in d. l. 1. glo. 4. à nu. 12. qui loquitur in donatione, quæ fit à patre per meliorationem, quæ licèt valida in se sit, quia tamen potest reuocari, sufficit, secundum suam opinionem, reuocatio tacita, quæ inducitur per alienationem, & alios actus, per quos donationes inter virũ, & vxorem, & legata cẽ
† sentur reuocata.

Nec deest nostri Senatus auctoritas: is enim 18. Martij 1606. in causa pupillorũ Graus cõtra Anthoniã Planes, & Mecha, referẽte egregio Senatore Iaco. Puigmija, & scriba Tio, expres-
† sissimè *declarauit* censuisse patrẽ primam donationem per eum filiæ factam reuocasse propter ingratitudinem cõtra eum commissam, ex eo quòd secundam donationem de eisdem rebus alteri filio postea fecisset.

193 His † tamen non obstãtibus cõtraria sentẽtia est verior, & amplectenda: Roma. enim & Rip. ac qui eos sequũtur, manifestè decepti fũt in hoc articulo arguendo à donationibus, & alijs dispositionibus, quæ à principio sunt inualidæ, & aliquid aliud expectãt ad cõfirmationem, prout sunt donationes inter virũ, & vxorem, & causa mortis, ac legata, ad donationes à principio quidem validas, ac perfectas, subiectas tamen reuocationi ex aliqua causa superuenienti, prout est nostra hæc de qua disputamus, ac prout etiam est quęlibet alia donatio inter viuos, quæ potest reuocari propter ingratitudinẽ, quę sequatur, & ex alijs causis. Leges allegatæ in donationibus, & dispositionibus proximę speciei loquuntur disponẽtes, quòd per aliam donationem, vel impignorationem, vel aliam alienationem rei donatæ, vel legatæ
194 censeantur reuocatę, nec mirum † quia ad huiusmodi reuocationem sola sufficit pœnitentia donatoris, & legantis, quę ex supradictis actibus mirè deprehenditur, id secus est in donationibus à principio validis, quę non reuocantur ex actibus inducentibus pœnitentiam, veluti ex impignoratione, alienatione &c. sed necessarius ad id est expressus actus reuocationis, originalis est hæc responsio glo. in l. fi. §. Lucius titius, verbo, *perfectam*, ff. de dona. vbi pulchrũ ad id exemplum adducit ad consuliandum d. l. fin. quæ loquitur de donatione inter viuos, quæ pugnat cũ suprà allega. cum ibi expressissimè decidat I. C. non obstante pignoris datione facta post donationem de eisdem rebus, quæ continentur in donatione, remanere validam donationem inter viuos, super † hoc dicit glo. prædicta quòd quemadmodum testamentum, in quo præteritur filius iam natus, sic censetur non tenere ipso iure, vt quamuis is
195 discedat viuo patre non conualescat, quod secus est si prętereatur posthum* adhuc nõ natus tẽpore testamẽti, quia hoc tenuit ab initio, illud nõ, & ideò facilioris est illud reuocationis, quàm hoc, sic est facienda differentia inter donationes, & donationes &c. Mnlra ad hoc propositum adducit pater Sanchez de matrim. to. 1. lib. 6. disputa. 15. per tot. & signanter num. 11. Egregia est Antho. Fab. diffinitio 11. lib. 8. sui
† Cod. tit. 36. de reuoca. dona. vbi postquam *resolsit* cum Senatu Sebusiano donationẽ inter viuos non censeri reuocatam per alienationem aliquarum rerum donatarum factam ante in sinuationem quoad alias res non alienatas, & post argumentatum in contrarium de his, quę dicta sunt circa donationes inter virum, & vxorem, & causa mortis, agnoscens optimè rationem diuersitatis, quæ est inter vnas, & alias donationes, sic ait, *quamuis in donatione inter virũ, & vxorem contra receptum sit, vt vel sola pignoris donatione, & multò magis venditione reuocata per pœnitentiam intelligatur, nimirum cum sit moribus improbata, nulloque legis vinculo sustineatur quousque morte confirmata sit non tam eo modo reuocatur quàm desinit posse confirmari. At donatio, de qua loquimur, non est ex earum numero, quæ sunt improbata tametsi ante insinuationem non dum perfecta videatur, prohibẽte scilicet iure nostro municipali potiùs quàm deficiente donatoris voluntate: In donationibus autem validis, nec improbatis difficilior, & odiosior est reuocationis præsumptio tum etiam cum reuocari possunt &c.* postea addit, *per quam abrogatas esse veteres leges de dona. inter vir. & vxor. qui existimant sanè parùm cautè faciunt non distinguentes validas donationes ab inualidis, & improbatis, nec irreuocabiles à reuocabilibus.*

196 Conducit † in simili Peregri. doctrina, quem allegaui in hoc opere infrà in glo. & cum omnibus

nibus censibus, in materia censualium, Peregri. (inquam) de iu. fis. lib. 2. tit. de ingratis circa defunctos, num. 7. vbi reddens rationem quare ob ingratitudines commissas in vita testatoris relicta ipso iure reuocentur, non sic si mortuo testatore, dicit ideò quia testatore adhuc viuente relicta non receperant suam confirmationem, ideò facilius ex præsumpta contraria voluntate reuocantur: post mortem verò testatoris, quia iam suam confirmationem receperunt, non sic est.

Nec deest huic nostræ opinioni nostri Senatus in proprijs nostris terminis decisio, in causa † enim pupillorum Descallars cõtra Alemandũ Tord, de qua suprà, expressè de hoc agebatur, nunquid per secundam donationem filijs secundi matrimonij in contractu illius de eisdẽ rebus factam, de quibus per matrem fuerat in primis nuptijs facta donatio, censeretur prior reuocata vigore facultatis, quam ad id mater habebat, vt suprà dictum est, & an secundæ † esset stãdum, necne, & fuit *resolutum* quòd nõ, sed quòd priori erat standum, quia (inquit) nõ constabat de reuocatione.

Ad exemplar egregij Senatoris Iacobi Puigmija superiùs allegatum, nihil aliud pro nunc dico, quàm quòd ab eo pendet causa supplicationis (me deffendente) in tertia aula referente egregio etiam Senatore Francisco Bonet, in qua spero fore sententiam commutandam rationibus prædictis, quando fuerit declaratum dicam, si potuero, quid successerit.

197 Supradicta † omnia de potestate reuocandi primam donationem mulieri concessa quãdo eius primus vir decessit, & ipsa vult secundò nubere, vera ego tãtùm existimo dummodo non fiat in fraudem l. hac edictali C. de secundis nup. putà donando secundo marito, vel filijs secundi matrimonij, quorum respectu etiam debere esse locum dispositioni l. hac edictali, probant latè Thesau. decis. 170. & Vincen. de Franch. decis. 435. per tot. vndè vidẽtur de iure non sustinenda hæreditamenta, quæ fiunt in secundis nuptijs filijs ex eis procreandis, siue essent aliàs antea facta in fauorem filiorum primi matrimonij, siue non, vt in termi
† nis tenet Vincen. de Franch. allega. decis. 435. vbi in fine dicit sic *decisum* per Sena. Neapol. & Gaspar Thesau. in addi. ad decis. patris in allega. decis. 170. ad num. 29. dicentes nec fauore futuri matrimonij sustineri donationes, quæ fiunt vel victrico, vel filijs ex eo procreandis, quia (inquiunt) magis tunc de fraude dubitandum est, quoniam ita temporanee spoliantur filij primi matrimonij, item aiunt non esse considerationis fauorem publicum, quem continent secundæ nuptiæ, quia huiusmodi fauor extendi potest, vt diximus in superioribus, ad reuocationem primi hæreditamenti, cæterùm non ad secundum fiendum in fauorem filiorum secundi matrimonij in fraudem l. hac edictali: sufficere enim debet quòd possit reuocari per mulierẽ prius hæreditamẽtũ, per q̃ dotis cõditio fuerat effecta deterior, vt nubere valeat.

Reperio quòd non omisit nostras Cancer hanc disputationem in tertia par. var. cap. 2. de inuentar. nu. 197. & cap. 15. de renun. nu. 344. Cæterùm eam resoluit in fauorem donationis, & filiorum secundi mattimonij dicens sic in † nostro *obseruari* Senatu, cogita igitur quia multùm vrgent quæ Thesau. & Franch. adducunt in contrarium.

198 Hi † sunt casus, in quibus iustificantur alienationes, quæ fiunt per parentes non obstantibus hæreditamentis de rebus, & bonis in eis comprehensis, præter quos, & alios similes, similemque, vel maiorem rationem in se habentes (non enim arbitror quòd in supradictis tantùm claudatur licentia alienandi, sed eos principaliter adduxi, quia maiorem partem comprehendunt materiæ, quam tractamus) si fiant alienationes certissimę proculdubio reuocationi in iudicio fiendę subiacebunt, si filij, vt diximus, post parentum mortem causam instituãt contra possessores, quas quia communiter succedit sedari per concordias, & transactiones, quę fiunt per istos hęreditatos cum possessoribus bonorum, in quibus ferè semper enormissimè, ac valdè immodicè lęduntur, cum enim iuuenes sint recèns in bonis succedentes post parentum mortem, ac protsus nescientes tunc, quid, quantumq̃. prosit ad vitã humanam traducendam habere bona, quibus ea honestè ducatur, arbitrantes ad præsens oua cras pullis esse meliora, faciles sunt deceptu, ideò brevibus nonnulla dicemus de huiusmodi transactionibus, quibus commostremus omnibus, quando debeant transigere vel non, quia *si de*cipiãtur cum eis, vix erit quòd *recisionẽ in iu*dicio possint aliquando expectare, vt ex sequentibus apparebit, quæ tractanda præcipuè hoc loci selegi quia frequentiora, ac practicabiliora sunt in iuditijs.

199 Dubitant † igitur primò doctores num remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habeat in transactione, in qua communis schola resoluit quòd non, vt ex doctoribus mox
* referendis apparet, idque tũ ex l. Lucius §. fin. ff. ad S. con. Trebell. vbi hęres institutus fuit grauatus, vt totã hæreditatem titio restitueret, is minimam partẽ fideicõmissario restituit affirmans amplius in hęreditate non fuisse, postea probatũ fuit quadruplo plꝰ fuisse in hęreditate, querebat. an hæres ad residuũ fideicõmissario teneretur: respõdet l. C. quod sic, nisi fuerit

inter eos tranſactum, ex quo tex. euidenter probat non reſcindi tranſactionem ex læſione in ea contingente, tum etiam quia tranſactio inducta eſt vt ſit litiũ finis, qui non conſequeretur ſi poſt eã aliæ lites admitterẽtur, ac lis litẽ conculcaret, tum denique ex alijs rationibus, quas Cardina. Mantica, poſt multipliciter comendatam quæſtionis difficultatem, reffert de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib. 26. tit. 9. tranſactio an, & quãdo ob læſionem reſcindi poſſit, à nu. 1. cum ſequent.

Quod nedum exiſtimant plures verũ quando læſio quomodocunque conſideraretur reſpectu veri valoris rei, ſuper qua extitit tranſactum, ſed & quando etiam reſpectu dubij euẽtus litis deducendo à iuſto valore rei quanto minùs valet propter dictum dubium euentum litis, quæ fuit opinio Conſilij Neapol. relat. per
† Afflict. deciſ. 220. num. 3. vbi dicit *concluſum* in facti contingentia contra Bar. contrarium tenentem, & doctiſſimi Andreæ Gayl. in pract. obſerua. camer. imperia. lib. 1. obſerua. 70. vbi multę ad id rationes, Vaſqui. controuer. vſufrequen. lib. 3. c. 61. num. 9. Ioan. Gutier. li. 1. pract. q. 141. num. 1. vbi dicit ſibi hanc videri verioré opinionem, & Anton. de Padilla in allega. l. 2. num. 23. C. de reſcind. vend. Ceuall. in commu. contra commu. lib. 1. q. 72. num. 1. licèt antea viſus eſſet contrarium tenere, & alij penè infiniti, quos iſti, & alij inferiùs refferendi allegãt, addè Cardina. Manti. vbi ſuprà nu. 23. qui plures etiam reffert, & rationes adducit, quibus cõ
200 probari poteſt. Sumunt † ſignanter pro fundamento quòd exiſtiment vix fieri poſſe, imò eſſe prorsùs impoſſibile quòd dubius litis euentus æſtimari ſic iuſtè poſſit, ac valeat, vt indè læſio eius reſpectu clarè, ac manifeſtè, qualis eſt neceſſaria ad obtinendum in dicto remedio, eliciatur, & patens fiat, impoſſibile etiam quòd probatio æſtimationis prędictæ reperiatur, quia nemo inuenitur qui velit lites emere, & ſignanter dicunt Laſ. in l. ſi quis cum aliter ff. de verbor. obliga. Pinel. in l. 2. par. 1. cap. 4. nu. 16. & 17. Molin. de primoge. Hiſpan. lib. 4. cap. 9. num. 36. Petra de fideicom. q. 8. nu. 80. Antho. Fab. in ſuo C. lib. 2. tit. 4. de tranſact. diffini. 10.
201 in glo. nu. 3. qui addit † iuris ratione non patiꝟ ex incerto euentu certa læſio colligatur, allegatque l. 1. C. de pact. & l. de fideicommiſſo 11. C. de tranſact. & Gayl. allegata obſerua. 70. num. 13. ac deniq. plures, quos ij allegant.

Propter has ergo difficultates melius eſt multùm cauere à principio ab iſtis læſiuis, & prę iudicialibus concordijs, & trãſactionibus, & ab eis abſtinere, quàm poſt factas remediũ, quod †† inuentu eſt valdè difficile, quęrere.

202 Vbi † autem ita ſuccederet quòd eſſet de facto tranſactum, nec iam factum non poſſet nõ eſſe factum, ego exiſtimo non obſtãtibus quæ ſuprà in contrarium adducta ſunt, non eſſe ſic tranſigentem omni deſtitutum remedio ſi probare poſſet, vel monſtrare enormiſſimè, læſione maxima, ſaltè quæ lõgè excederet dimidiũ iuſti valoris rei, ſuper qua eſſet trãſactũ, deducto quod minùs valeret propter dubium litis euentũ, ſe fuiſſe cũ dicta tranſactione læſum, ſed ei fore ſubueniẽdũ vel beneficio d. l. 2. C. de reſcind. vend. quod, plures ſunt doctores, qui ſu pradictis cõcurrẽtib⁹, locũ habere volũt ſic in tranſactione, ſicut in alijs contractibus, Bar. in allega. l. ſi quis cum aliter num. 5. ff. de verbor. obliga. in l. lucius §. fin. poſt glo. ff. ad trebel. & in allega. l. 2. nu. 7. C. de reſcind. vẽd. & quos longa ſerie refferũt Blaz. Flor. in addi. ad Gam. deciſ. 10. idem Gamma deciſ. 110. nu. 15. Hiero. Ceuall. in commu. cont. commu. li. 1. q. 72. Anthon. Gab. in commu. conclu. li. 3. de emp. & vend. conclu. 1. à num. 68. Rolan. à Valle in conſi. 28. lib. 4. Aluar. Velaſ. conſulta. 18. num. 8. Cald. à Percy. in repeti. l. ſi curatorem habens, verb. *laſis* num. 253. verſ. nec mouere, Alex. Raud. deciſ. Piſan. 17. num. 9. Brunol. à Sole in compen. propoſi. iur. ver. *tranſactionem non reſcindi*, Molin. de primoge. Hiſpan. lib. 4. cap. 9. num. 35. alter Molina ſocie. Ieſu de contract. diſputa. 556. num. 20. Hipol. Riminal. cõſ. 77. num. 21. vol. 1. Surd. conſi. 451. num. 9. vol. 3. Sforſias Oddo ď reſtitu. in integ. par. 2. q. 66. ar. 4. & conſi. 37. à num. 60. lib. 1. Ioan. Gutier. in pract. quæſt. 141. li. 1. num. 4. Hiero. Cagnol. in repeti. l. 2. à num. 80. C. de reſcind. vend. Arius Pinellus in repeti. eiuſd. par. 1. cap. 4. à nume. 12. cum ſequent. qui duo prolixiùs, & vtiliùs cæteris quæſtionem pertractarunt, Vincẽ. de Frãc. deciſ. 159. Alex. Trentaſinqui. varia. reſol. vol. 1. multò poſt hęc ſcripta in lucem emiſſus lib. 3. tit. de tranſact. num. 2. vbi benè, qui dicit an aliquid circa hoc operetur iuramentum, Cardina. Manti. de tacit. & ambigu. conuen. lib. 26. tit. 9. tranſactio an, & quando ob læſionem reſcin. poſ. numer. 79. qui rationibus hanc opinionem probat, & procedere confirmat etiã ſi adſit in tranſactione iuramentum, cum tunc dicatur dolo malo præſtitum, habetur in ſintag. commu. opinio. vol. 2. loco 4. tit. 4. de trãſact. c. 5. apud quos doctores repeties quòd
* ab alijs hæc opinio vocatur communior, ab alijs verior, & ab alijs denique æquior, & tutior, eandem amplexi ſunt plures, illique graues Senatus: dicit enim Rebuf. 2. tom. commentar. tract. de reciſio. contract. art. vni. glo. 15. nu. 18. ſe audiuiſſe à multis arreſtis curiæ fuiſſe hanc opinionem *confirmatam*, idẽ *videtur eſſe de mente* Cameræ Imperialis, vt apparet ex Minſyng. obſer. 33. cent. 1. Coſtallius, quem reffert Pinell. vbi ſuprà num. 14. dicit ſic

ſępè

† ſæpè *iudicatum* in Senatu Pariſienſi. Nec deeſt
† noſtri Senatus, quæ ſumma eſt, huic opinioni auctoritas, pro ea enim *declarauit* referente egregio olim Senatore Guillermo Sunyer ſub die 26. Nouembris 1592. in cauſa coniugũ Alfonſos contra Ioſephum Rouirola mercatorẽ Barcinonę, ſcriba Mathia Llorens, & apud noſtrum nobilem Senatorem Ludo. à Pegue. idẽ
† *deciſum* eſt, vt habetur deciſ. 167. in priori volum. deciſ. & in poſteriori, c. 4. nouiſſimè iſdẽ
† refert ſic *declaratum* in eodem Sena. referente egregio Senatore Hieronym. Seniuſt de anno
† 1608. Eandẽ opinionem *ſequuta eſt* Rota Romana apud Pute. deciſ. 230. num. 5. lib. 1. Eandẽ
† *Perufina*, vt refert Ioſeph. Ludo. deciſ. eius Rotæ 18. Vincen. de Ana allega. 9. refert aliam
† *deciſionem* in fauorem huius opinionis factam.

203 Nec † faceſſit negocium allegata diſpoſitio l. Lucius in §. fina. ff. ad trebellia. in contrarium adductæ, omiſſa enim reſponſione Cagnoli in allega. l. 2. num. 75. quem, licèt putet ſe nouè tex. illum intelligere, nihil tamen afferre, nec ſe ſatis explicare dicit Pinel. vbi ſuprà num. 17. in fin. omiſſa (inquam) dicta reſponſione, reſpondere poſſumus cum eodem Pinel. ibid. ex multis, quos allegat, vel quòd in d. §. fin. læſio accipitur reſpectu ipſius rei, ſeu hęreditatis, de qua agebatur, non reſpectu dubij euentus litis, ſeu prętij, quod pro iure cauſæ deretur, & ſic non facere ad terminos quæſtionis noſtræ, vel ex alijs, quos iſdẽ Pinel. refert, quòd in caſu d. §. non poteſt conſiderari læſio vt requiritur in terminis l. 2. C. de reſcind. vend. nempè attento tempore conuẽtionis: ibi enim cauſa læſionis apparuit ex inſtrumentis poſtea repertis, vt tempore tranſactionis non pluris emeretur ius fideicõmiſſarij. Hos duos intellectus amplectitur Pereg. de fideicom. art. 52. nu. 99. qui ſub tribus breuibus concluſionibus totam hãc materiam præſtringit. Vel tertiò ex eodem Pinel. num. 19. cum alijs reſpondere poſſumus ibi in d. §. fin. non potuiſſe tractari de remedio d. l. 2. cum adhuc non eſſet cognitum, nec adinuentum, & ideò nõ benè applicatur ad caſum noſtrum. Hæc, quia pulchra ſunt, ad literã tibi refferre volui ex Pinel. qui ea optimè tradit.

204 Minoris † eſt conſiderationis quod dicebatur de impoſſibilitate æſtimationis dubij litis euentus, quia poteſt optimè dubius euentus æſtimari, quod poſt Cagnol. in d. l. 2. nu. 20. & 174. probat Pinel. in ea. num. 26. tùm ex l. propter ſpem, in fin. ff. fam. herciſcun. ibi, *niſi tantum æſtimatus ſit dubius euentus*, tum etiam exemplo æſtimationis plurium aliarum rerum incertarum, de quibus plures leges loquuntur, veluti ſerui, qui apud hoſtes eſt, item ſpei, quam quis habet circa rem aliquam, in cuius emptione dicitur habere locum remediũ d. l. 2. ſicut in alijs rebus, exemplo item actionũ, & aliarũ rerũ incertarũ, in quarum etiã emptione remediũ d. l. locum habet, & deniq. exemplo reſtitutionis minoris, quam doctores dicũt locũ habere in tranſactione, quod fieri non poſſet, niſi dubius litis euentus æſtimationem reciperet.

205 Quòd † mihi dici poteſt, eſt, difficile eſſe diffinire quomodo probetur valor, & æſtimatio huiuſcemodi dubij litis euentus, propter quã difficultatẽ in varias opiniones fuit per doctores itum: Gãma enim allega. deciſ. 10. tenet debere ad id iudicẽ adhibere viros bonos, & peritos, qui æſtimationẽ faciant, cum ſint hæc de his, in quibus magis verſatur iudicium, quã teſtimonium, iuxta quam opinionem noua praxis, & hucuſq. prorſus inaudita foret introducenda, vt ſicut ad æſtimãdum res alias quaſcunq. de quibus contenditur, adhibẽtur curritores, ſeu alij periti, qui æſtimationem faciant, ſic fiendum foret in noſtro caſu vt ordito proceſſu, & probationib⁹ iam factis auocãdi eſſẽt Iuriſperiti, qui, iuxta merita proceſſus, dubium illum litis euentum, qui erat tempore tranſactionis, æſtimarent, vt perciperetur, num læſio interueniſſet, dicti *dubij euentus* reſpectu.

206 Melior † proculdubio, & ſecurior modus cõſiderãdi læſionem, etiam attẽto dubio euẽtu litis, in materia, de qua agimus, eſt, quẽ Aymon Craue. docet in conſ. 151. num. 27. cum alijs quos allegat, dicens relinqui Iudici videndum, num etiã conſiderato dubio litis euentu ſi ante tranſactionem litigatum fuiſſet vſq. ad ſentẽtiam diffinitiuam incluſiuè, ipſe tranſigẽs longè plus vltra dimidiã habiturus fuiſſet ſi trã ſactio facta non eſſet, vel non: ſi enim primum aparuerit Iudici, poterit tunc, & debebit ex læſione tranſactionẽ reſcindere, ſi verò ſecundũ, minimè, tãquã defficiente vera probatione læſionis reſpectu dubij litis euentus.

207 Et ideò † dicebat benè Cagnol. in alleg. repeti. l. 2. C. de reſcind. vend. nu. 77. quẽ *in hoc* refert, & ſequitur Pet. Bim. in allega. conſ. 193. nu. 25. quòd cum non debeat in hac materia eſtimari res, quæ prętẽditur, ſed dubius ille litis euentus, qui erat ante tranſactionem ſecundũ communiter contingentia, bonum propterea eſt habere Iudicẽ propitium, & fauorabilem, cum multum tribuatur eius arbitrio, ſiquidẽ cum certa nõ poſſit dari regula ob perſonarũ, & rerũ varietatẽ, ac factorum diuerſitatẽ, debet ipſe iudex cuncta rimari, & rerũ ordinem inquirere, & æquitate ante oculos habita, & quod pleruncque accidere ſolet, euentum illius litis, & controuerſiæ æſtimare, addit poſtea iſdem Bim. quòd cum hæc materia tota ferè ſit coniecturalis, & à coniecturali ſtatu potiſſimũ pẽdeat, & quę dicãtur veriſimilia iudicis arbitrio relinquatur, meritò eius iudi-

tium multùm in ea re verſatur, & valet plurimùm vt in æſtimatione cuiuſlibet rei incertæ, & quòd debeat fieri æſtimatio reſpectu dubij euẽtus litis, vt dictum eſt, ſequitur Anto. Gab. in commu. conclu. lib. 3. de emp. & vend. conclu. 1. num. 70. Hiero. Gab. allega. conſ. 154. nu. 49. pulchrè Roder. Suar. allega. 22. & conſ. 3. per tot. ſequi etiam idem videtur Rolan. allega. conſ. 28. num. 27. vol. 4. qui allegat Crauet. conſi. 151. & alios, & ſub breuibus dicit tunc cenſeri probatam læſionem, quæ requiritur in hac materia quando apareret quòd dubius euentus fuiſſet communiter reputatus maioris æſtimationis, & vtilitatis, quàm ſit vtilitas prouenies ex tranſactione, viden. Abbas Panor. in conſ. 64. numer. 3. vol. 1. vbi benè de æſtimatione dubij euentus litis agit.

Supradictorũ arrepta ocaſione nõ erit inuti le hoc loci annotare generale eſſe in omni materia, in qua de reciſione alicuius contractus agitur propter læſionem, quę prætendatur in eo interueniſſe (quod & in hac ſummè aduertendum exiſtimo) quòd deponant teſtes de vna, & eadem ſumma, non de diuerſis, & non de proprio iuditio, ſed de communi æſtimatione, vide latè hoc tractantem Alua. Velaſ. conſulta. 43. per tot. Hinc de anno 1592. factum eſt vt die 24. Ianuarij referente egregio olim Senatore Guillermo Suñet *repellieret* Senatus Frã ciſcam Tio viduam agẽtẽ ad reciſionem cuiuſdam contractus ex læſione cõtra Alodiũ Moy loci de Baſcara, his expreſſis motiuis, *Quia teſtes loquuntur de diuerſis ſummis, quibus attentis non eſt locus læſioni, item etiam referunt ſe ad propriũ iudiciũ, & æſtimationẽ, & non ad communem, quanti ſcilicet in publica ſubhaſtatione vendi potuiſſet, aut communiter valuiſſet tempore venditionis, quod in reciſione contractus attendi debet, nec læſionis poſtea contingentis ratio haberi poteſt ad effectum anullandi contractum.* Huc vſq. Senatus, vidi concluſionem in archiuo regio, vbi cũ alijs cuſtoditur.

209 Vel † ſi (vt ſecundum noſtrę reſolutionis membrum proſequamur) adeò ſcrupuloſus fueris, vt ex eo quòd tot, tantique, ac illi quidẽ graues viri contrariam opinionem, quòd ſcilicet remedium d. l. 2. C. de reſcind. vend. non habeat locum in tranſactione, ſequuti fuerint, quot enumerantur ab eiſdem doctoribus, qui fuerunt ſuprà citati, non audeas eam, quam ſuprà ſtabiliuimus amplecti opinionem, poteris ſaltem ſecurè reciſionem tranſactionis, ſtãte tãta læſione, tibi promitere, ex eo † quòd ex huiuſmodi læſione dolus arguatur nedum re ipſa, ſed etiam ex propoſito, l. ſi ſuperſtite C. de dolo, & l. ſumma cum ratione ff. de pecul. l. omnes §. Iucius ff. de his, quę in fraud. cred. & quãdo dolus re ipſa tantùm ex dicta enormiſſima læſione argueretur, ad hoc is ſufficeret ad reciſionem, quia dolus † re ipſa, & dolus ex propoſito in tranſactione æquiparantur, meliùs id docet Minſing. quàm ego ſcirem referre, obſerua. 91. cent. 6. vbi ſic in ardua cauſa atteſtatur *declaratum* in Camera Imperiali, quod idẽ anteà docuerat obſerua. 33. numer. 3. cent. 1. id quod etiam videtur nõ diſplicuiſſe And. Gayl. lib. 2. obſerua. 70. num. 15. & 16. vbi id dicit non carere ratione, pulchrè noſter nob. Ludo. à Peguer. allega. deciſ. 167. per tot. vbi binę *deciſiones* noſtri Senatus, Ioſeph. Ludo. deciſ. 18. num. 55. & 62. Ceuall. q. 72. num. 1. Molin. allega. cap. 9. num. 36. lib. 4. de primog. Hiſpano. cum alijs multis, quos ipſi allegant, Pereg. allega. art. 52. num. 102. Æmil. Ferret. in l. ſi quis cum aliter nume. 8. ff. de verbor. obliga. Viden. Manti. vbi ſuprà.

Huc ſpectant quæ pulcrè docet Roder. Suar. allega. 22. num. 6. quòd ex tanta læſione, conſiderata vt ſuprà, oritur, & deprehenditur manifeſtè aduerſarium iniuſtè, & calumniosè litigaſſe, vt aliquid ab alio extorqueret, quo caſu tranſactio dicitur nulla tanquam doloſa: cõmititur † enim dolus calumniosè litigando, allegat l. in ſumma ff. de condic. indeb. ibi, *ſin autem euidens vtilitas detegitur:* tenebatur enim calumniosè litigans gratis à lite recedere, & ideò quod accepit turpiter accepit, ac propterea tenetur *nedũ cõdictione indebiti, ſed etiã* ob turpem cauſam, benè iſdem Suar. cõſ. 3. per tot. vbi poſteà diſputat quid futurum ſit ſi iureiurando fuiſſet tranſactio roborata, vide hũc doctorem vlteriùs hoc intentum proſequentẽ in ambobus locis, in quibus citatus eſt, quia pulchrè loquitur, adde ei Pereg. allega. art. 52. nume. 101. qui benè hæc conſiderat, & probat.

Vel finaliter † extante huiuſmodi læſione tam immodica dici poterit quòd tranſactio nõ ſit facta ſuper re incerta, dubia, & controuerſa, ſed imò ſuper certa, quo caſu certum eſt tranſactionem non valere iux. l. 1. ff. de tranſactio. Surd. deciſ. 132. nu. 19. Pereg. vbi ſuprà nu. 101. Ecce quòd ex ſupradictis habes qualiter noſtro hæreditato, & donatario tranſigenti ſubuenietur ex enormiſſima læſione, quæ vt plurimùm in eiuſcemodi tranſactionibus interuenire, & intercedere ſolet, per quod datur intelligi poſſe ipſum optimo iure in iudicio petere ex cauſa prædicta reciſionem.

214 Cæterùm † aduertat reus, contra quem cauſa mouebitur (vt hoc ſaltem in eius fauorem adducamus poſtquam tot, tantaque in ſui odium pręmonſtrauimus) vt opponat ſtatim nõ fore audiendum ſuum aduerſarium quin priùs reſtituerit ſibi quidquid ex tranſactione, & illius vigore accepit, & obtinebit proculdubio,

ex

ex dispositione textuali l.si diuersa C.de transact.vbi Imperator *Si diuersa pars* (inquit) *cõtra placitum agere nititur, equitatis ratio suadet, refusa pecunia (cum & in hoc desiderat) causam ex integro agi*, vbi notanda sunt verba illa, per ablatiuum obsolutũ posita *refusa pecunia*, † qui de
215 iure importat conditionem, vulga l. fideicommissa 11.§.cum esset, de legat. 3. & l. à testatore 109.ff.de cond.& demonst.& ideò facit vt exponantur,& exponi debeant verba prædicta, id est,si pecuniam refuserit,sequitur Gramma. decis.66.num. 22. & 66.& Afflict. decis. 220. num.4.vbi dicit fuisse pro hac opinione in Se-
† natu Neapolitano sine difficultate *declaratum*, Rolan.à Val.in cons.59.num.7.lib.1.Molin.de primog.Hispano.lib.4.cap.9.num.43.Cardina. Manti.de tacit.& ambig.conuen.lib.26.tit.9. transactio an,& quando ob lęsionem rescindi
† possit, num.39.Hanc opinionem *amplexus etiã est* noster Senatus vt refert nob.Ludoui.à Pegue. in suis nouissimis decis. quæ multò post hæc scripta prodierunt in lucem,c.5.

216 Quod † idem an procedat tam in minore, quàm in maiore agentibus ad rescisionem transactionis ex quacunque causa,& an inter maiorem,& minorem sit aliqua differentia, vide per Rolan.vbi suprà,nota benè quæ in proposito adducit,præ alijs,Molin.d. num. 43. Paris. cons.9 6.num.122.vol.1.Vrsil.ad Afflict. decis. 220.num.3.qui pluta allegat, apud Molin. vbi suprà reperies consiliationem allega. l.si diuersa,quæ vult restitutionem accepti debere fieri à principio antequam audiatur is, qui vult ad uersus transactionem venire,cum l.fina.C. de reputa.quę vult non teneri minores vsque ad finem litis.Non sunt negligenda quæ Cancer in his terminis tradit li.2.variar. c. 1. de minor. num.248.

217 Caueat † tamen reus ne semper de beneficio d.l.si diuersa opponat, poterit enim fieri quòd sibi quandoque futurum sit nociuum magis quàm proficuum:opponere enim de dicto beneficio, & petere refusionem accepti per eum fiendam, qui aduersus concordiam, & transactionem agit, est renunciare transactioni,& viribus illius,& contentari quòd causa ex integro agatur,& examinetur ac si transactum non fuisset vnquam,vt ex litera d.l.si diuersa suprà relata non obscurè depræhenditur,& declarat glo.ver.*agi*,& ibidẽ inter alios Salice.& Alex. qui dicunt ex eo tex. probari transactionem disolui consensu simul,& actu contrario,& clariùs,quòd communi consensu partium à trãsactione recedi posse ex ea l. probatur,quod est clarè dicere per petitionem refusionis accepti, & illius acceptationem censeri recessum à transactione,quod non expedit † ijs,qui sua petitione,vel exceptione dubiam faciebant iustitiam aduersantis:si enim non recedatur à transactione, fieri poterit quòd cum propter dubium litis euentum læsio nõ facilè deprẽhẽdi possit, qualis necessaria est ad rescisionẽ,indè eueniet q̃ pro trãsactione iudicari poterit(etiãsi aliàs,læsione nõ existẽte, pro aduersante iudicandũ fuisset)absq. omnimodo examine iustitiæ naturalis, sed solùm videndo si talis erat causę dubietas, propter quam difficile sit considerare læsionem in transactione, prouti pulchrè probat Peregri.allega.ar.52. nu.102.dicens transactionem super quæstione probabili,& argumentatiua bona fide factam, etiamsi in effectu nulla suberat causa ex parte actoris,vel rei,sustineri,nam (inquit) satis causa subest quòd à lite discedatur, vti expresè dicit tex. in allega.l.in summa,de condi.indeb.in l.2.& in l. nec intentio C.de transactio.quibus iuribus promissum,vel datum ex causa transactionis repeti nõ potest,quamuis veritate inspecta omninò indebitum sit,& ex suprà adductis clarè,ac manifestè apparet,si verò à transactione receditur de consensu partium,& causa ex integro examinetur,quia pars opponendo de beneficio d.l.si diuersa ita fieri cõtentetur, eueniet indè quòd nulla habita ratione dubij litis euentus,ac bonęfidei,qua transactio erat celebrata,vel alterius considerationis, iudicabitur causa in fauorem alterius,si ipsum iustitiã in meritis habere compertum fuerit. Hæc benè nota quia vidi persępè,imò quotidie video infinitos penè,qui nulla ad supradicta habita consideratione de beneficio d.l.si diuersa, existimantes fore multùm proficuũ suo clięntulo, indistinctim opponunt, & cum restituta sibi pecunia, quam aduersarius receperat, incipit tractari de meritis causę,ipsi volunt opponere de transactione,repelluntur tamen à prudentibus iudicibus,& sic decepti remanẽt, & plus incommodi suo clienti cum suo cõsilio attulisse comperiunt,quàm existimarent. Hac resolutione suppositа vereor ne limitationes adductæ per Card.Manti.de dub.& ambig. conuen.lib.26.tit.9.transact.an,& quãdo ob lęsio. rescind.pos.num.39.& 40. ad reg. l. si diuersa C.de transactio. superiùs allega. sustineri possint,quatenus habent non habere locum, nisi quando agitur ad rescindendam transactionẽ, non verò si agatur ad nullitatem transactionis. Item non,quando agitur vt iustam consequatur agens æstimationem earum rerum, quę ad se pertinent,vult enim quòd his casibus nõ sit necessariò facienda priùs restitutio accepti, & primam limitationem probat ex Nat. in cons. 631.num.7.& Rolan.à Val.in cons.7.num.1.& sequent.vol.3.qui in eodem casu consuluerunt, † & cuiusdam Rot. Roma. *decisionis* auctoritate illustrat,secundam verò ex Cephal. cons. 415.

num.

† num.4.vers. quo verò,& ex alia *decisione* Rotæ facta 4.Februarij 1577.quam ego repetio inter nouissimas 102.par.1.& ei contrariam in ea.prima parte 440.Vereor(inquam) ne huiusmodi limitationes,præsupposita superiùs facta resolutione,periclientur non modicùm : si enim reus assentitur petitioni actoris quòd non stetur transactioni,sed habeatur illa pro nõ facta, & causa ex integro examinetur,& agatur,certè nulla ratio videtur suffragari quòd nõ debeãt omnia in pristinum statum reduci, & sic restitui accepta, postquam iam nullum est iuditiũ circa transactionem:sed cogita, ego enim nolo quòd plus mihi credatur,quàm sit iustum.

218 Præsupposito † autem quòd velit pars, quæ transegit rescindere transactionem, dubium est an id possit facere in eadem causa, & iuditio,in quibus transactum fuerat,an verò nouo iuditio sit opus ? dic quòd nouo iuditio est opus ex l.postquam liti C.de pact.& l.cum quæritur §.si venditor ff.de ædilitio edicto, Afflict. decis.220.num.19.Moheda.tit. de transac. de-
† cis.3.aliàs 315.vbi sic fuisse *conclusum* in Rota Romana tradit,& apud nostrũ Senatũ *declaratum*
† etiã extitit sub die 5.Decẽb. 1607.referente egregio Senatore Ioãne Magarola in causa corã eo vertẽti inter Carolũ Bou,ex vna,& hęredes Saturnini Rocosa,ex altera partibus,in qua opposita exceptione litis finitę per transactionẽ contra eum, qui causam ante transactionem inceptã continuare volebat, recisionem illius in eadem causa incidenter petendo, fuit diffinitiuè declaratum exceptioni prædictæ locum fore, & esse, reseruando ius agẽdi ad recisionẽ ex causa læsionis in alio iuditio,nescio quis fuerit scriba dicta causæ, vidi tamen conclusionẽ
219 in archiuo regio:Nec † mirum cum per transactionem omnia acta censeantur extincta, vt iura prædicta,& doctores probant, addenda est pulchra glo.Acurs.in sepè allegatata l.si diuersa,verbo *agi*.

SVMMARIA.

1 *Baronia,& Baronum origo,antiquitas,& significatio vocabuli,remissiuè.*

2 *Barones antiquitùs dicebantur filij Regum, qui cũ non possent omnes Reges effici amplis castellis,& iurisdictionibus à parentibus donabantur.*

3 *Baronis nomen est gracum,& idem est quod fortis in laboribus.*

4 *Vel Hebraycum,quod significat idem quod filius.*

5 *Varon quare dicatur filius masculus.*

6 *Barones in Cathalonia appellantur domini vassallorum inferiores.*

7 *Barones omnes etiam ecclesiastici Regi subsunt ratione feudi,& ideò præstant fidelitatem.*

8 *Barones etiam ecclesiastici tenentur comparere corã domino Rege,& suo Baiulo Generali pro recognoscendo,& capibreuiando quod pro eo tenent.*

9 *Rex est iudex controuersiarũ inter dominos,& vassallos,etiamsi domini sint ecclesiastici,vbi decisio admodum Reuerendi Cancellarij.*

10 *Baronũ antiquitas in Cathalonia est ab anno octingentesimo.*

11 *Iuramentum fidelitatis, & assecurationis præstant dominis vassalli.*

12 *Etiamsi solam simplicem Domini habeant iurisdictionem,vbi decisio nostri Senatus.*

13 *Homagium eron præstatur à vassallis ratione iurisdictionis,vbi decisiones Senatus.*

14 *Iuramentum fidelitatis plus continet quàm homagium.*

15 *Homagij præstatio multò maiorem importat reuerẽtia exhibitionem,quàm iuramenti fidelitatis.*
Sed an debeant fieri genibus flexis,vide ibidem.

16 *Homagium plus continet quam iuramentum fidelitatis.*

17 *Homagium magis arctat vassallum,& auget offensam violationis,quàm iuramentum fidelitatis.*

18 *Iuramentum fidelitatis an possit præstari per procuratorem,vbi decisio nostri Senatus.*

19 *Iuramenti fidelitatis præstatio habet quandam reuerentiæ exhibitionem.*

20 *Iuramentum fidelitatis potest quandoq; præstari per procuratorem,& in quibus,& nu.22.*

21 *Mandatum speciale requiritur ad præstandum iuramentum fidelitatis.*

23 *Verbum, potest, denotat possibilitatem, & honestatem.*
Verbum,potest, quandoque importat præcisam necessitatem,velut in iudice,cui est data potestas vt possit aliquid facere,ibidem.
Interpreta.Consti.fin.tit.de dila.ibidem.
Minoribus petentibus restitutionem in integrum an sit de necessitate concedenda dilatio duorum mensium, an verò possit per iudicem abreuiari, ibidem,vbi decis.Senatus.

24 *Vniuersitas præstat fidelitatem per suum syndicum.*

25 *Syndicus equiparatur tutori, & potest omnia facere,quę ad vniuersitatem spectant.*

26 *Iuramentum fidelitatis quomodo præstetur vniuersitati si ipsa sit domina.*

27 *Procuratorem vnum constituere tenentur plures ex vna parte litigantes contra alium, vbi decisiones aliquorum Senatuum.*

28 *Barones si volunt personaliter eis iuramentum fidelitatis præstari an debeant etiam ipsi personaliter actui interesse.*

29 *Iuramentum fidelitatis quæ personę teneantur præstare.*

30 *Citari syndicum an sufficiat quando homines de vniuersitate sunt citandi,& num.sequenti,vbi decisio nostri Senatus.*

31 *Vniuersitas aliud est, & aliud singuli de vniuersitate.*

32 *Maior pars non præiudicat minori in his, quæ spectant ad singulos vt singulos.*

33 *Citari an sufficiat vniuersitatem in causis decimarũ vt fiat condempnatio contra singulos.*

34 *Barones non tenentur iurare vassallis fidelitatem, licèt teneantur ad illa sex, quæ sub iuramento fidelitatis comprehenduntur.*

35 *Barones tenentur iurare vassallis sua priuilegia.*

36 *Id tamen non potest ab eis præstandum nisi in decreto executionis si ipsi obtinuerint sententiam pro se contra vassallos de præstando iuramento fidelitatis, & nihil sit dictum de iuramento Baronis.*

37 *Exceptiones, quæ non repugnant sententiæ possunt opponi in executione.*

38 *Rex iurat priuilegia in Cathalonia, & suprà numer. 33.*

39 *Exceptio rei non traditæ impedit executionem instrumenti guarentigij.*

40 *Exceptio adimpleméti quòd possit quandocunque opponi quomodo intelligatur.*

41 *Eligens vniuersas indignum baiulum an priuetur iure eligendi pro ea vice, & ius deuoluatur ad dominum.*

42 *Officia secularia quoad electiones reguntur eisdem regulis atq. ecclesiastica beneficia.*

Eligens scienter indignum priuatur pro ea vice, ibid. vbi decis. Rot Roma.

43 *Superior quis dicatur in materia quando sit deuolutio ex electione indigni.*

44 *Eligentes scienter indignum puniuntur.*

45 *Eligere an debeat superior de eodem loco, de quo alij eligere debuissent si ius ad ipsum non esset deuolutum ex electione indigni.*

46 *Eligens ignoranter indignum non priuatur iure eligendi.*

47 *Eligens ignoranter indignum non potest dici deliquisse.*

48 *Iudex, qui semel declarauit nulliter, potest iterum declarare, vbi explicatur.*

49 *Electio quando non potuit sortiri effectum, potest iterum eligens eligere.*

50 *Elector eligens indignum an in dubio præsumatur quòd scienter, vel quòd ignoranter.*

51 *Scientia, vel ignorantia ex quibus præsumptionibus, & coniecturis colligatur,*

52 *Indignitas electi qualis consideretur vt sufficiens sit ad priuandum electorem iure eligendi, an iuris, an verò facti debeat esse.*

53 *Nominatio vnius personæ indignæ sciẽter facta cum alijs quantumuis dignis redditur omninò, & in totum inutilis.*

Vtile quando vitietur per inutile, ibidem.

54 *Electio contra formam statuti in triennium facta non sustinetur etiam respectu breuioris temporis, ac proindè nec in annum, vbi decis. nostri Senatus omnia ferè supradicta in præcedentibus numeris confirmans.*

55 *Indignus, & incapax ad officia obtinenda quis, & quot modis dicatur.*

56 *Surdus non potest obtinere officium vniuersitatis, si omninò surdus est, secus si, licet tardè, audiat tamen.*

57 *Officialis indignus, & inhabilis dicitur ad officia, qui fuit in syndicatu condempnatus.*

58 *Quod procedit si pro magno delicto, secus si pro minimo, vbi decisio nostri Senatus.*

59 *Delictum magnum quod dicatur, & quod parum.*

60 *Officialis absolutus in tabula, & postea condempnatus per iudices appellationis an sit inhabilis ad officia.*

61 *Fideiussor de iudicato soluendo non tenetur quando reus est absolutus in prima instantia licet condẽnatus in secunda.*

62 *Iudex appellationis succedit in locum primi.*

63 *Iudex causæ appellationis sequitur statuta, & consuetudines primi iudicis.*

64 *Iudex licèt mutetur in causa appellationis, non tamẽ iuditium, nec finitur donec sit causa appellationis finita.*

65 *Fideiussio in causa primitiua facta durat vsq. ad conclusionem causæ appellationis.*

66 *Fideiussor de iudicato soluendo non expresso nomine Iudicis, sed dignitatis tenetur nedum ad id, quod iudex primitiuus declarat, sed etiam quod secundus.*

67 *Fideiussores syndicatus officialis aque tenẽtur ad id, quod condempnat Senatus quando in eo durante officio conuenitur in vim constitutionum, atquis si condempnatus esset à Iudicibus tabulę.*

68 *Appellatio extinguit pronunciatum, & quomodo intelligatur.*

69 *Appellatio conseruat statum appellantis.*

70 *Condempnatus interim, dum pendet appellatio, non dicitur condempnatus.*

71 *Sententia, qua non habuit executionem iudicatur ac si non esset.*

72 *Infamis non dicitur interim, dum pendet appellatio qui pro delicto infamiam irrogante fuit condemnatus.*

73 *Sententia interim, dum pẽdet appellatio, habetur pro non lata.*

74 *Appellatio reducit causam ad terminos litis contestatæ.*

75 *Actio oritur ex sententia confirmante, non ex confirmata, & quæ sit ratio.*

Iudex confirmans debet executioni mandare sententiam, non iudex confirmatus, & quæ sit ratio, ibidem.

76 *Appellationis in causa probare debet, & iustificare sententiam appellatus, non appellans, & quæ sit ratio.*

77 *Transactio finem litibus imponit.*

78 *Statutum dicens quòd facta transactione inter accusantem, & accusatum non possit accusatus condempnari*

dempnari ad mortem, procedit etiam si sit transactū post condempnationem, si tamen pendeat ab ea appellatio.

79 Transigi non potest post sententiam.

80 Nisi appellatum sit, & in alijs casibus remissiuè.

81 Transigens videtur confiteri delictum.

82 Transigi in quibus casibus non possit, remissiuè.

83 Pragmatica Regis Pet. 3. in tit. de remissione crim. c. 9 intellectus.

84 Transactio non facit iustitiam vnius, vel alterius partis magis certam, nec dubietatem tollit, quæ rei an tea inherat.

85 Læsio in transactione consideratur ratione dubij euētus, non valoris rei, vbi decisio Senatus.

86 Officialis semel ad aliquod officium approbatus non potest vlterius reprobari pro alio officio non maiorem dignitatem, nec idoneitatem requirente, & nu. 92. 93. & 94. vbi limitatio.

87 Officialis condempnatus in sindicatu, vel in causa appellationis, si postea appellauerit à condempnatione, & appellatione pendente transegerit cū parte, non dicitur inhabilis ad aliud officium, vbi de cis. Senatus.

Constitutio quòd officialis condempnatus nō possit tenere officium, intelligitur quando sententia transiit in iudicatum, ibidem, vbi decisio Senatus.

88 Tabelliones an possint eligi ad officia reipublicæ administranda.

89 Terminus faciēdi electiones assignatus si labatur ante eas factas propter aliquam controuersiam, vel aliàs, possunt dictæ electiones die sequenti fieri.

Sed an si erat incepta suffragatio debeat die sequenti continuari, aut vero de nouo fieri, ibidem remissiuè.

90 Actio impugnandi alicuius officialis electionem, seu nominationem, est popularis, & ideó cuilibet de populo permissa, & ibidem limitationes, remissiue.

Si tamen iniustè impugnatur ab aliquo, condempnatur ad dampna, & expensas, ibidem, vbi decisio Senatus, & nu. 102.

91 Electio, seu nominatio potest à quolibet impugnari quando non est facta adhuc promotio, secus si est iam promotus, vbi decisiones Senatus Portugaliæ.

93 Testis semel approbatus non potest amplius reprobari.

95 Electio officialis si est impugnanda quemodo fieri debeat.

96 Empara quid sit.

97 Appellari potest à tertio ab electione, seu nominatione alicuius officialis.

98 Eligere an possit is, ad quem spectat non obstante appellatione interposita, seu lite mota super electione facienda, vbi decis. Senatus.

99 Officialis regis officium vsq; ad aduētum successoris etiam finito suo tempore, vbi decisiones.

Id tamen intelligitur de ordinario, non de delegato, ibidem.

100 Locumtenetes generales in Cathalonia continuant officia vsq; ad aduentum successorum, & quare.

Locumtenentes Regis in Cathalenia sunt delegati, ibidem.

101 Iudices tabulæ, qui sunt sindicatores officialium remouent officiales, & alios ponunt durante sindicatu.

102 Officiali impedito an currat tempus.

103 Impedito non currit tempus.

104 Operę alia sunt vnius anni, alia alterius anni.

105 Impediens iniustè officialem exercere suum officiū tenetur ad dampna, vbi decisiones nostri Senatus.

106 Eligere, & creare officialem potest superior sine nominatione vniuersitatis etiamsi habeat priuilegium, quando per longum tempus desijt nominare.

107 Electio officialis facienda per Baronem ex nominatis per vniuersitatem potest fieri extra territorium, & num. sequēti, vbi decisiones nostri Senatus.

Iurisdictio voluntaria potest exerceri extra territorium, non contentiosa, ibidem, vbi decisiones.

108 Iurisdictio volūtaria dicitur, quæ exercetur sine causæ cognitione.

109 Iurisdictionem dare, & mandare iurisdictionem an sint idem.

110 Iurisdictio voluntaria non potest exerceri extra territorium, nisi ab eo, qui eam habet à Principe.

111 Episcopus potest extra iurisdictionem beneficia conferre.

Vicario generali Episcopi, & eius officiali an idem concedatur, vide ibidem, vbi decisiones Senatus Burdegalen. & Rotæ Romanæ.

112 Iurisdictio voluntaria potest exerceri in die festo, nō contentiosa.

113 Iuramentum an possit præstari in die festo, remissiuè.

114 Officialis an possit iuramentum, quod præstat in ingressu officij, præstare in die festo, & nu. 117.

115 Intellectus c. 1. de fer. quòd loquatur tantum de iuramento extraiudiciali.

116 Dominica dies an in aliquo differat ab alijs festis diebus quoad potestatem iurandi in eis, aut aliàs, & nu. 118.

118 Dies festi an omnes sint æquales in cultu, & obseruatione, & aliàs.

119 Obseruationes nostri Senatus contrariæ in hac materia iurandi in die festo.

120 Consuetudo facit vt possit iurari validè in die festo.

121 Dierum festorum cultus & obseruatio non sunt de iure diuino, sed canonico, & positiuo.

122 Actus non propter rea dici debet nullus quòd peccatum

tum contrahatur illum faciendo.

123 Electio, quæ est facienda per Baronem de aliquo in officialem potest fieri per procuratorem.

124 Mandatū speciale requiritur in electione, & creatione officialis facienda nomine alterius.

125 Electus, & nominatus ad aliquod officium tenetur acceptare.

Tutor nominatus tenetur acceptare tutelam, ibidem.

126 Excusari qui possint à muneribus, vbi latè enarrantur omnes.

127 Advocati excusantur à muneribus.

128 Appellare tenetur is, qui est electus, vel nominatus ad aliquod officium, si prætendit se non teneri acceptare.

129 Tutor non appellat, sed se excusat si prætendat non teneri.

130 Immunitatem habens à muneribus an sibi præiudicet si sciens electionem taceat.

131 Immunitatem habens an si patiatur describi in æstimo, vel catastro sibi præiudicet.

132 Priuilegium habens effectum successiuum non perditur per vnicum actum, secus si habeat effectum momentaneum, vbi exempla vtriusq. casus.

133 Priuilegio habenti actum reiterabilem non præiudicatur spatio 30. vel 40. annorum.

134 Priuilegio immunitatis quando censeatur præiudicatum.

135 Protestatio conservat ius.

136 Renuntians semel sorti, quæ super aliquem cecidisset pro aliquo munere exercēdo, an possit amplius pro alijs vicibus illud obtinere, vbi decisio Senatus.

137 Jurisdictio officialis non dicitur habita à nominante, sed à confirmante.

138 Et quid inter hæc interest, remissiuè.

139 Jurisdictio officialium Baronum an sit ordinaria, vel delegata.

140 Jurisdictionem ordinariam solus Princeps, vel lex facit.

141 Judicem esse ordinarium, vel delegatum quid interest.

142 Jurisdictio ordinarij, & eius officium non expirant per mortem concedentis.

143 Judex ordinarius potest omnia, quæ eum constituens.

144 Judex ordinarius non potest regulariter intra tempus, perquod fuit creatus, revocari.

Nisi adsit causa, & quę sit necessaria, ibidem, vbi decisio Senatus.

145 Beneplacitum revocari sine causa an possit, & num. sequent. vsq; ad 148.

Beneplacitum nulli legi subiacet, ibidem.

Beneplacitum morte concedentis expirat, ibidem, & nu. 147.

146 Revocatio tacita voluntatis inducitur per mortem, & nu. 145.

147 Jurisdictio concessa ad beneplacitum non dicitur temporalis, sed perpetua.

148 Beneplacito, & mera voluntate durante, quid importent verba hæc.

149 Voluntas morte finitur, sed non propterea dicitur revocata.

150 Voluntatem cessare, & voluntatem revocare differunt.

151 Beneplacitum per Regem vidimus non semel in hac provincia sine causæ cognitione revocatum.

152 Communis vsus loquendi efficacia, remissiuè.

153 Superfluitas est vitanda.

154 Officiales nostrarum terrarum an sint ad nutum Deputatorum amobiles, vel non.

Intellectus c. 64. cur. anni 1599. ibidem.

155 Evocatio causarum an possit fieri à Barone respectu suorum officialium, & nu. sequent. vbi decisio Senatus, & optima declaratio, & nu. 156.

Evocatio causarum quid sit, ibidem.

156 Evocatio causarum non potest fieri vniuersaliter per Baronem de omnibus causis.

Nec singulariter potest fieri evocatio omnium causarum, vel maioris partis, ibidem.

157 Prohibitum nedum censetur illud, quod directè prohibetur, sed & illud etiam, per quod ei fraus fieri potest.

158 Jurisdictio, quæ datur officialibus Baronum per nominationem vniuersitatum, & electionem dominorum dicitur cumulatiuè, non primatiuè concessa, vbi decis. Cam. Imperial.

159 Officiales nutu amobiles valdè differunt ab alijs.

160 Officialis Baronis an possit exercere iurisdictionem præsente domino.

161 Barones an possint reformare officiales ad aliud tempus, finito eo, ad quod fuerant electi.

162 Officiales Baronis nihil possunt agere sine consilio iudicis ordinarij per eundem creati, vbi decisio nostri Senatus.

163 Exceptiones traditorum in precedenti nu.

164 Officialis excusatur si quid malè agat de consilio suî assessoris.

Fallit si assessor est voluntarius, ibidem.

165 Declaratur quoad damna, & interesse, secus quoad iniuriam.

166 Officialis vbi excusatur ex cōsilio assessoris quis tenebitur ad malefacta.

167 Officialis tenetur de malè gestis per suū locumtenēt.

GLOS. X. PARS. I.

De Baronia.

De significatione verbi, Baronia, & de Baronum antiquitate, de eorum obligatione erga Regem, & vassallorum erga ipsum Baronem, ac de electionibus officialium pro administranda iustitia.

In hac

IN hac glo. & ſequentibus licèt materia ſubiecta videatur nobis anſam prębere,& occaſionem dare vt longiori oratione de Baronia,& Baronibus, de directo dominio,& foriſcapijs,ſiue laudimijs,de cenſibus,cenſualibus, decimis,taſchis,& alijs iuribus,de quibus in dictis gloſis fit mentio,diſputemus,quia tamen à noſtri inſtituti ratione alienum omnino eſſet de his tractatum facere,imò & de eis verba aliqua proferre, niſi id perquàm breuiſſimè fieret,ideò nos vnica,aut altera,circa quamlibet ex iſtis materijs, quęſtione magis practicabili contenti (aliud enim non patitur noſtri inſtituti ratio)reliquas doctioribus , quibus cordi erit de his peculiares tractatus edere , relinquemus.

1 Principio † igitur omiſſis multis,quæ de Baronia,& Baronum origine,& antiquitate, nec non & eius vocabuli ſignificatione tradunt latè Alciat.*lib.*5. parergon cap.16.per tot.Marin. Freccia in tract.de ſubfeu. Baron. lib. 1. tit. de origin.Baron.qui ſecundus eſt in ordine, Pet. Calefa.in illo libello, quem edidit de æqueſt. dignita.num.112.& 113. Lucas de Penna in l. vlt. C.de mancip. & colo. lib. 10. Cabedo deciſ.Portug.104.per tot.par.2.latiſſimè,præ omnibus,Bouadilla in ſua politi.lib.2.c.16. per tot. vbi de origine,pręheminentijs,& iuriſdictione dominorum vaſſallorum. Omiſſo item quòd
2 † antiquitùs Barones dicebantur filij Regum, quibus ipſi,ex quo non poterant omnes reges facere,donabant ampla Caſtella cum iuriſdi-
3 ctione, & imperio. Quòd † nomen Baro eſt græcum , & latinè idem ſignificat quod fortis
4 in laboribus,vel † nomen Hæbraycum,quod
5 latinè ſignificat filius , vndè † remanſit quòd filius maſculus dicatur Varon corrupto vocabulo in idiomate Hiſpano , quibus addendus eſt frater Ioannes Benedictus Guardiola, qui benè declarat, in libro , quem Hiſpano ſermone ſcripſit de nobilit. Hiſpan. c. 43.per tot. Et quare dicantur domini *Senyors* Bouadil. latè vbi ſuprà num. 23. Omiſsis (inquam) ſupradictis , & tercentum alijs in materia,quæ ipſi tractant,vtpotè quia ad noſtrum inſtitutum non attinent , cum , vt ſuprà monuimus,eius ratio tantùm poſtulet,& concedat nobis vt quàm breuiſſimè,& ſummo, vt aiunt, digito de his aliqua , quę vtiliora videbuntur pertractemus , illud pro materię noſtræ intelligentia, & cognitione præſciendũ imprimis duxi quòd † in Cathalonia Barones
6 appellantur domini vaſſallorum inferiores, quibus à Rege fuit conceſſum caſtrum , & iuriſdictio aliqua intra certos terminos ſui regni. Hæc notiora ſunt quàm oporteat à nobis confirmari,videndus ad id Franciſcus Calça Cathalanus vir quidem multæ,ac variæ lectionis lib.1.de Cathalonia cap.19.per tot.Iſti etiam in Italia ,& Luſitania Barones eodem modo appellantur,And.de Iſern.in cap.1.num.11.de capita.qui cur.vend.& ſequitur Afflict.ibidem §. ſimiliter num.104.Caſſan.in Catalog.glo.mũ. par.*5.*conſider.39.Cabedo ſuperiùs allega. deciſ.104.nu.3.

7 Iſti † Barones licèt aliàs ſint Eccleſiaſtici,& à iuriſdictione Regia exempti,Regi tamen ſubſunt ratione feudi, & iuriſdictionis , quam à Rege habent,& ideò compelluntur præſtare ei ſacramentum fidelitatis , Socar. in comme. Pet.Alber.cap.1.num.68.& 73.benè Oliba in vſat.alium namque cap.4.num.9. de iur. fiſci, & ita practicatur , prouti vidimus de anno 1599.die 22.Maij, quo potẽtiſſimus Rex Philippus 3. dominus noſter hoc iusiurandum ab omnibus Baronibus tam laicis,quàm Eccleſiaſticis recepit in præſenti ciuitate in aula Regia. Idẽ & in Gallia obſeruari tradit nobis Annæ. Rober. rer.iudica.lib.3.cap. 1. de regalijs, pag. 553.

8 Ex † hac ſubiectione,in qua ſunt Regi Barones Eccleſiaſtici , plura deducuntur , primò quòd tenentur,omni exceptione declinatoria fori poſtpoſita, coram Baiulo generali , qui in Cathalonia procurator eſt Regiorũ feudorũ, firmare ius domino Regi,& procuratori fiſcali , recognoſcere feuda , & capibreuiare , nec non & iura præſtare,& ſoluere , cap. verum,& cap.ex tranſmiſſa,de foro competenti , & cap. cæterùm,& ibi glo.ver.*quandiu*, de iudicijs : & ad id compelli poſſunt per dictum Baiulum generalẽ in caſu recuſationis : hæc clariùs adducuntur ab Antho. Olib.in d.vſat. alium namq. cap.9.num.8.quàm à nobis poſſint,vel debeãt citra vitium alieni laboris tranſcriptionis, longiori oratione ornari. Viden.in propoſito Rober.Maran.de ordi.iud par.4. diſtinc.11.nu.75. pulchrè Farina.lib.1.tit.1.de inquiſitio. quęſtione 8.num.22. And.Gayl.lib. ſingul. de pignor. obſerua.7.nu.4.

9 Deducitur † ſecundò ex eodem principio quòd dominus Rex eſt Iudex controuerſiarũ, quę oriuntur inter iſtos dominos,& vaſallos ratione iuriſdictionis,etiamſi ſint Barones Eccleſiaſtici,ſiue ſint actores,ſiue rei , quia dominus feudi iudex eſt cõpetens cõtrouerſiarũ,quæ circa illud oriuntur,etiã inter Eccleſiaſticũ,& laycũ,d.cap.verum,cap.ex tranſmiſſa, de foro cõperenti,& cap. cæterùm,de iudicijs , atque itaquotidiè huiuſmodi cauſę ad Regiam Audientiam euocantur,& in ea tractantur,& ſi & vbi firmetur contentio per Baronem Eccleſiaſticũ prætendendo non potuiſſe,nec poſſe in Regia

Audien-

Audientia conueniri, ſolet per Regium Cancellarium, cui per iura patriæ id ſpectat, declarari firmæ iuris per eum in curia Eccleſiaſtica factæ locum non fore, nec eſſe, prouti mille huius generis exemplaribus id comprobare poſſem, ſufficiat tamen pro nunc illud retuliſſe, quod de anno 1604. contigit in cauſa, quam particulares loci d̃ Ridaura dioceſis Gerũden. mouerant in Regia Audientia ad relationem egregij tunc Senatoris, nunc Regiam Cãcellariam Regẽtis Michaelis de Salba, & de Valleſica, actuario Anthonio Piella, contra Reuerendum Abbatem Campirotundi, & Priorem Prioratus Beatę Mariæ de Ridaura eius loci dominum, & Baronem, ratione, & occaſione quorundam proclamatum prohibitionis venationis, & piſcationis per eum factorum, nec non & quia volebat eos extra proprium territorii pro iuſtitia miniſtranda trahere: in ea cauſa, cum contentio extitiſſet firmata, fuit per Regium Cancellarium pro curia ſeculari *declaratum*, cuius quidem declarationes optimè poſſunt pro deciſionibus allegari, cũ in eis intereſſe ſoleant quamplures doctores Regij Senatus, quorũ votũ, & conſilium, licèt non coactus, requirit, & ſequi ſolet iſdem Regius Cãcellarius. Alia quam plura ex eodem principio deducuntur, in quibus tamen nobis non licet immorari, quia tractatum de Baronibus non facimus, videantur ea per Oliba vbi ſuperiùs, & doctores quos allegat, nos enim ad alia tendimus (niſi nos ſpes fallat) vtiliora, & iucundiora.

10 Antiquitas † horum Baronum in Cathalonia magna quidem eſt, ab anno videlicèt 800. ante milleſimum, quo Carolus Magnus Imperator deuictis, & expulſis à Cathalonia Sarracenis, eam diuiſit in nouem Comites, nouem Vicecomites, nouẽ Valuaſſores, & totidè Barones, vt Petrus Thomic in ſuis Regum Aragonum, & Comitum Barcinonæ Hiſtorijs cap. 24. tradit, & ex noſtratib⁹ Iaco. Marquil. in vſa. ſtratę fol. 208. col. 4. verſi. *ſed contra predicta.*

His prænotatis inſtituti noſtri ratio iam iam expoſtulat vt ad ea veniamus, quæ vtiliter de materia Baronum ſunt pertractanda, & incipiamus à iure, quod ipſi habent in vaſallos, ſicuti in principio huius gloſę, & Baronum materiæ pertractationis initium duximus à iure, quod

11 in eos dominus Rex habere dicitur. Huius † ſubiectionis, & iuris ratione ſicuti Barones tenentur domino Regi, vt ſuprà diximus, ita etiam Baroni eius vaſalli ſtringuntur ſacramentum fidelitatis, & aſſecurationis (ita enim appellatur, rationem tradit Kirchoui. in vol. com. opinio. tom. 2. lo. 5. tit. 1. cap. 14. cir. fin.) præ

12 ſtare, etiamſi † ſolam ſimplicem in eis habeãt iuriſdictionem, Guiller. à Valleſica in vſat. omnes homines à vicecomitibus fol. 212. & ibi; dẽ Marquil. fol. 154. col. 1. verſi. quæro quinto, Ioan. de Socarrats in comme. Pet. Albert. cap. 1. num. 68. & 69. qui dicunt ita *determinatum* fuiſſe in hominibus Abbatis Balneolarum, in quibus Abbas habet ſimplicem iuriſdictionẽ, idem Socar. in cap. habito, num. 37. fol. 347 ſeq. ita practicatur quotidie in Cathalonia in ingreſſu noui domini, & in caſu recuſationis in concuſsè obſeruatur in Regia Audientia quòd ad id condempnentur vaſalli, plures ad id poſſem deciſiones adducere, cæterùm in re notoria ſufficiat illam allegaſſe, quę 8. Iulij 1603. ad relationẽ egregij Senatoris Hieronymi Aſtor in cauſa Reuerendi Abbatis Riuipulli domini iuriſdictionis ciuilis villæ Oloti contra dictam Vniuerſitatem facta extitit, auctuario Hieronymo Boſch. Idẽ de anno 1443. refert Marin. Frec. de ſubfeud. tit. de auctor. & poteſt. Baron. erga ſuum ſubfeud. auctori. 2. nu. 21. fuiſſe per ſereniſſimum Alfonſum Regem Arago. pro quodam Abbate Sancti Ioan. Baptiſ. in lamis contra quandam vniuerſitatem, & homines Sancti Ioan. Rotundi *declaratum* in cõtrouerſia cum domino iuriſdictionis criminalis, qui ſibi iurãdum eſſe prętendebat, declarando dominum tenæ eum, qui iuriſdictionem ciuilem habebat, & ei eſſe aſſecurationis iuramentum præſtandum, cum quadam tamen clauſula ſaluitatis mandati, & fidelitatis, & meri imperij, ac iurium dicti ſereniſſimi Regis, & ſuorũ ſucceſſorum, meminit huius deciſionis Henri. Ro

13 ſental. de feud. c. 6. conclu. 85. num. 10. Non † tamen tenentur vaſalli ad pręſtationem homagij ſi non tenent aliquid in feudum pro domino, vt tradunt Guillermus à Valleſica, & Marquil. in vſat. omnes homines à vicecomitibus, & Socar. expreſsiùs in cap. dupplex num. 24. & in alijs locis annotatis per Oliba in vſat. alium namque cap. 9. num. 6. benè Canc. par. 2. var. reſol. cap. 2. num. 262. cum ſequentibus.

Ac propterea cũ primò Senatus in declaratione, de qua ſuprà, cõdempnaſſet vniuerſitatem Villæ Oloti ad præſtationem nedum iuramenti fidelitatis, & aſſecurationis, ſed etiam homagij, de eoque conquęſta fuiſſet vniuerſitas (me aduocato) in cauſa ſupplicationis à proviſione decreti exequutionis dictę Regiæ declarationis interpoſitæ ad aliã aulã ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Dalmau, fuit tãdem die 16. Iunij 1604. per Regium Senatum *declaratum* quòd pręſtaretur per homines dictę villæ, & termini de Olot iuramentum tantùm fidelitatis, ſeu aſſecurationis, actuario N. Vilar, cuius proceſſus nunc aſt cum primitiuo conſutus penes ſupra nominatum Hieronymum Boſch.

14 Cæterùm † quare malint vaſalli iuramentum

tum fidelitatis,quàm homagium præstare domino ratione iurisdictionis,non videtur posse aliqua concludens reddi ratio,cum habeamus de iure expeditum plus esse præstare iuramentum fidelitatis,quàm homagium, Guillermus à Vallesica in d.vsat.omnes homines à vicecomitibus,Socarrats in d.cap.1.num.76. Antho. Oliba in allega.cap.9.num.6.quia plus est sacra tangere,& præstare iuratoriam promissionem,quod fit in iuramento fidelitatis, quàm solùm manus ponere,& facere manualem repromissionem,quod in homagio obseruatur, Socarrats, & Vallesica vbi suprà, qui allegat c. super eo, de sententia excommunicationis.

15 Huius rei dupplex potest esse ratio,Primò † quia multò maiorem reuerentiæ exhibitionẽ videtur importare præstatio homagij,quàm iuramenti fidelitatis: illa enim fit per vasallum flexis genibus, vel etiam stando pro dignitate personę includendo manus suas intra manus recipientis,& osculando,vt docet Socarrats in cap.dupplex num.14.& 15.hæc verò fit stando, & nullo modo genibus flexis, nisi dominus, cui pręstari deberet,esset Princeps supremus, vt Papa,Imperator,Rex,tradit Menoch.de arbitrar.iud.lib.2.centur.6.casu 577.per tot. post Crauet.in consi.517.dicens iniquissimum,& insolentissimum fore dominorum desiderium, qui vellent iuramentum sibi præstari genibus flexis,per multas rationes,quas adducit. Vidē. Surdus consi.172.num. 12.fit (inquam) stando per solam manus super sacra,vel crucem appositionem in eadem forma,in qua reliqua iuramenta solent præstari,vt quotidiana experientia experimur,à qua quidem reuerentię exhibitione multùm abhorrent vasalli,& communiter potius ducunt concedere dominis aliquid pluris iurisdictionis, quã habeant, quàm quid reuerentię plus solito eis exhibere.

16 Secunda ratio,† & hæc reuerà est quæ mouet,& mouere(quantùm colligere possum)debet vasallos ad non præstandum faciliter homagium,est,quia illud plus continet,quàm iuramentum fidelitatis:hoc enim tria tantùm cõtinet, vitam, membrũ,rectum honorem,cap. 1.circa fin.qualiter vasall.debeant fidelita. iuramen.domi.illud verò plura alia complectitur, de quibus per Iacob.in tract. de homag. col.6. versi.6.principaliter quæro,Rolan. à Val.conf. 53.num.9.vol.2.Bertran. consi. 219. num. 4. & Socarrats in d.cap.duplex num.11.allegati per Iacob.Cancer variar.resolu.par.2.cap.2.nume. 263.quibus adde Vallesiccam in sæpè allegato vsatico omnes homines à Vicecomitibus n. 2.

17 Item † quia homagium magis arctat vasallum, & auget offensam violationis fidelitatis promissæ,& facit quòd ratione illius violationis puniatur quis,qui alias non puniretur,cap. graue,de excessi. prælat.Item quia qui illud violãt seueriùs,& acriùs puniuntur, quàm violatores iuramenti fidelitatis, prouti hæc omnia pulchriùs,& clariùs traduntur per Socarr.in d. c. duplex à num. 22. cum multis sequentibus, quàm debeant à nobis aliter explicari.

18 An † autem possit istud iuramentum fidelitatis præstari domino per procuratorem,disputauimus in Senatu in dicta causa Reuerendi Abbatis Ripipulli contra villam de Olot. Pro parte affirmatiua,si procurator habuerit ad id speciale mandatum,videtur facere tex. in cap. periculoso §.verùm,& §. Episcopis, de stat.regula.in 6.cap.si deffuncto in commemo.Pec. Alber.vbi Socarrats num.6.idem antea dixerat idem Socarrats in cap.1. num.74. Marquil. in vsat.omnes homines à Vicecomitibus pag. 153.col.3.versi. *Sed numquid*, idem Marquil. in vsat.in baiulia pag.325. col.3. Vallesi. in vsat.si quis suum feudum,num.7.& in d. vsat.omnes homines à Vicecomitibus,num.1.in fin.dicens non teneri vasallum coram domino personaliter comparere pro huiusmodi iuramento præstando,sed sufficere quòd ad hoc mitteret procuratorem cum speciali mandato,& ad id affert rationes,& hanc esse communem doctorum opinionem tradit additio ad Ludoui. Roman.in singula. 807. quæ alios allegat, adde Franciscum Marcum decis.482.in 2. par.

Pro contraria verò, & negatiua opinione est Bal.in l.1.in fin.ff.de terum diuisione, & in cap.1.§.nulla,num.2. per quos fiat inuestitura, in vsibus feudorum,Item.& alij in cap.1.§.sancimus,lo primer, quo tempor. milit. Marin. Freccia de auctor.Baron.lib.2.auctor.4. nume. 11.relati per Ioannem Petrum Surdum decis. 159.num. 5. qui tenent adeò esse personalem actum hunc præstationis iuramenti vt nullo modo possit per procuratorem expediri,adde eundem in consi.172.num.7.

Quid dicendum in hac dubia controuersia? † Senatus in causa supradicta *sequutus fuit* quandam mediam viam, qua has dissidentes opiniones concordaret existimans actum præstationis iuramenti fidelitatis non esse adeò personalem vt non possit expediri per procuratorem ad id speciale mandatum habentem, verùm id esse intelligendum si dominus velit,& non contradicat,& in his terminis procedere dixit primam affirmatiuam opinionem,si verò dominus contradiceret,imò vellet quòd vasallus personaliter hoc iuramentum præstaret, putà quia vellet eum monere,& terrere, tunc teneretur vasallus personaliter cõparere pro juramento præstando, nec sufficeret procuratorẽ ad id mittere, quod, prętерquàm quòd nobis,dum in iure informaremus, satis manifestè

festè insinuauit Senatus, non minùs etiam clarè eam esse eius mentem declarauit cum Regia sententia in dicta causa ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Dalmau die 16. Iunij 1604. prolata, ꝺ qua ſuprà memini, his verbis, *Hoc intellecto, & declarato quòd pro nunc præſtetur per dictos homines dicta villa, & termini de Olot dicto Abbati iuramentum tantùm fidelitatis, ſeu aſſecurationis ratione iuriſdictionis, quam exercet in dicta villa, & termino de Olot, & quòd dictum iuramentum præſtetur perſonaliter per dictos homines dicto Abbati ita petenti*, quaſi per ea velit innuere quòd ſi ita non petijſſet, nec contradixiſſet prętentioni vniuerſitatis, contrarium deciſum fuiſſet, meminit huius deciſionis, multò poſt hæc ſcripta, nobilis Ludoui. à Pegue. deciſ. 49. in nouiſſimis.

Hæc concordia deſumitur non obſcurè ex tex. in cap. periculoſo §. verùm, ibi, *niſi quòd per procuratorem illud præſtet, poſſit efficere apud eum*, & eam ſequutus eſt Ludoui. Roma. in ſingula. 807. Iacob. de ſancto Geor. in tract. de feud. in verſi. qui quidem inueſtiti, num. 13. fol. 185. relatus per Hipol. Bonacoſ. in commun. opinio. crim. ver. iuramentum fidelitatis in 2. par. eandem videtur ſequi Bal. in ſuprà allegata l. 1. in fine ff. de rer. diuiſio. vbi dicit nó poſſe hoc iuramentum pręſtari per procuratorem, quia † habet in ſe quandam reuerentiæ exhibitionem, ſequitur Afflict. in conſti. Neapol. in cap. domini, in rub. de aſſecura. dom. num. 1. pulchrè Vezin. in vol. com. opinio. tom. 2. loco quinto tit. 1. cap. 14. verſi. *nunquid autem &c.* Ioan. Pet. Surd. deciſione 159. num. 17. & conſ. 172. lib. 2. quem noſtras Cancer. in propoſito allegat in tertia parte var. c. 10. de conten. Iuriſ. num. 44. latè Franciſcus de Claper. in ſuis deciſ. curiæ prouintię, cauſa 9. quæſt. vnica per tot. vbi ſic † dicit *deciſum* in eo Senatu, & † adducit pro limi 20 tationibus niſi vaſſallus eſſet abſens extra prouintiã ex cauſa neceſſaria, aut longa abſentia, aut corporis, vel mẽtis infirmitate detineretur, vel alio neceſſario impedimento, tunc enim his probatis poſſet quidem per procuratorem huiuſmodi iuramentum pręſtari, idem poſteà dicit fore obſeruandum vbi qualitas vaſſalli eſſet notoria, Henri. Roſſental. de feud. c. 6. quib. mod. feud. acquir. cõclu. 37. per tot. vbi latè, qui tamen poſteà num. 5. concordat cum opinione † Cæſar. Vrſil. de qua infrà.

21 Et † vbi dominus conſentiret quòd per procuratorem ſibi præſtaretur huiuſmodi iuramentum non ſufficeret mandatum generale, ſed imò ſpeciale foret ad id neceſſarium, Clemen. 1. de iure iuran. docet Philip. Franc. qui inter 37. caſus, in quibus requiritur ſpetiale mandatum, hunc enumerat, in cap. qui ad agendum §. procurator, numer. 5. verſiculo *trigeſimo quinto*, de procura. in 6. Vezin. in vol. cõmu. opinio. to. 2. lo. 5. tit. 1. cap. 14. verſic. *limita tamen*, vbi latè de materia huius iuramenti.

22 Aliter † in hoc caſu prætationis iuramenti fidelitatis diſtinguit poſt Iacob. de Sancto Geor. Cæſar. Vrſil. in additione ad Afflict. deciſio. 265. numer. 45. quo loci poſtquam reprehendit Mar. Frec. in ſuo opere de ſubfeudis, qui ſimpliciter tenebat huiuſmodi iuramentum non poſſe pręſtari per procuratorem quando dominus voluiſſet pręſentiam vaſſalli, dicens id eſſe contra tex. in cap. vni. §. 1. verſic. *ſed vtrum*, per quos fiat inueſtitu. in vſib. feud. hac in huiuſmodi materia vtitur diſtinctione: aut enim (inquit) iuſtam cauſam dominus allegat, propter quam velit prætentiam vaſſalli, & tunc eſt audiendus, aut ẽcontra iuſtam cauſam allegat vaſſallus, propter quam non debeat perſonaliter iurare, & tali caſu dicit is auctor eum fore exaudiendum, fundat hanc diſtinctionem ex quo tex. in allega. c. 1. verſicu. *ſed vtrum*, per quos fiat inueſtitu. in vſib. feudor. vtitur verbo *poteſt*. quod 23 de iure, ſaltem in hoc caſu, denotat poſſibilitatem, & honeſtatem, vulga. l. nepos proculo, de verb. ſig. quamuis (id ego addo, quod exiſtimo fore non iniocundũ) importet quandoque neceſſitatem prætiſam in alijs caſibus, veluti quando dicitur, ſeu diſponitur quòd Iudex poſſit aliquid facere, prouti ſi eſſet data poteſtas quòd poſſet diſpenſare cum aliquibus; tenetur enim, & cogitur, alio non repugnante, diſpenſare, ex tex. in l. non quicquid ff. de iudi. benè Vincen. de Fran. deci. 487. num. 2. & 3.

Cuius doctrinæ ratione exiſtimatum vidi, & prætenſum de anno 1607. in cauſa Eulaliæ Baſſols viduæ contra pupillum Baſſols villæ Oloti in Senatu vertentu ad relationem egregij Senatoris Hierony. Aſtor, ſcriba Michaele Perez, teneri iudicẽ, cui per cõſtitutionem 14. ſub tit. de dila. in 1. vol. conſti. eſt data *poteſtas*, & facultas quòd poſſet concedere minoribus reſtitutionis in integrum beneficium ad probandum implorantibus dilationem duorum menſiũ, teneri (inquam) ad integram dilationẽ dandam, propterea quòd, *poteſt*, in iudico neceſſitatem importet, ſed non eſt ita, vt prætendebatur, *obtentum*, nõ quidem quia ſuprà dicta † in ſe vera non eſſent, ſed quia aderant in cõſti. verba, quibus dabatur intelligi verbũ, *poteſt*, nõ importare ibi neceſſitatẽ: dicebatur enim, & dicitur in dicta cõſti. quòd ita diſponebatur, vt ſuprà dictũ eſt, reſtringẽdo arbitriũ per alias cõſt. iudicib⁹ circa hoc datũ, quib⁹ dabatur intelligi nõ fuiſſe arbitriũ hac in materia iudici ſublatũ, ſed vſq. ad dilationem dictorũ duorum mẽſiũ tantũ reſtrictũ, facta fuit hæc declaratio in cau-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſa ſupplicationis interpoſitæ à denuntiatione proceſſus per dictum Aſtor facta, refferente egregio Senatore Iacobo Puigmija, ſub die 14. Maij anni prædicti 1607. Et ideò in Senatu vix eſt quòd ſtatim atque petitur dilatio ea concedatur duorum menſium, ſed imò viginti, vel triginta dierum, & poſtea alia vſque ad dictos duos menſes, vel minus, prout Iudici apparet, & bene videtur.

Sed Roſſental. nedum dicit id quod Vrſil. ſed imò num. 5. in loco ſuperiùs allega. docet ſe indifferenter exiſtimare, domino etiam inuito, procuratorem cum ſpeciali mandato admittẽdum, & audiendum eſſe, niſi fortaſſe dominus ex cauſa aliqua probabili perſonam vaſſalli requireret, quia (inquit) omnis generis iuramẽta, & actus, admodum paucis exceptis, à procuratore cum peculiari mandato ad illa conſtituto expediri poſſunt, neque in hoc noſtro caſu id reperitur prohibitum, verùm noſter Senatus, vt dixi, aliam viam hac in re fuit ſequutus.

24 Quando † autem vniuerſitas debet huiuſmodi iuramentum prẽſtare id facit per ſuum ſyndicum, Afflictis in allega. cap. domini à vaſſallis num. 1. circa finem, & in cap. vni. qual. vaſſal. iura. deb. fideli. allegat. per Thom. Gram. deciſ. 105. nu. 17. & Rolan. à Valle in conſ. 52. n. 6. vol. 3. Roſſental. vbi ſuprà n. 4. ac propterea cũ † Abbas Ruipulli vellet exigere hoc iuramẽtum ab vniuerſitate villæ Oloti, quæ ad id fuerat cõdempnata, obtulimus ei quòd id præſtaret vniuerſitas per ſuum ſyndicum, & licèt à principio non cõtentaretur hac oblatione, volebat enim † quòd conſules, & conſilium iurarent nomine vniuerſitatis, poſtea verò, antequàm ſuper prẽtentione declararetur, cognoſcens vniuerſitatẽ fouere iuſtitiam, à prætentione deſtitit, & à ſyndico iuramentum recepit, & licèt allegaretur conſuetudo Cathaloniæ, qua hæc iuramenta dicebant prẽſtari eſſe ſolita per vniuerſitatem congregatam nomine vniuerſitatis, & per quẽcunque particularem nomine illius proprio, id diximus procedere poſſe in vniuerſitatibus, quæ reuera vniuerſitates non eſſent formatæ, nec haberent poteſtatem creandi ſyndicos, ſecus verò in vniuerſitatibus formatis, & quę privilegia habent faciendi ſyndicos, & repreſentandi totam vniuerſitatem per conſules, & homines de conſilio: Quia † tunc cum talis ſyndicus æquiparetur tutori, & per conſequens poſſit nomine vniuerſitatis facere ea omnia, quæ ad illam ſpectant, ad plenè not. per Mathe. de Afflict. deciſ. Neapol. 169. num. 5. & ibi Vrſil. in additio. & per Ang. Aret. in §. fin. circa finem inſt. de curator. Roſſental. vbi ſuprà in littera D. meritò & ad eum ſpectabit hunc actum nomine vniuerſitatis facere.

25

26 Sed † quid è contra, ponamus quòd vniuerſitas ſit domina Caſtri, an omnib⁹ de vniuerſitate ſit præſtanda fidelitas, vel quomodo id ſit fiendum? Reſponde quòd tunc cogeretur vniuerſitas vnum de vniuerſitate nominare, cui fidelitas iuraretur, cum ſingulis vt ſingulis non ſit iurãdum, benè probat Rippa in l. 1. §. ſi autẽ collegium, num. 9. ad Sena. conſul. treb. idem dic de collegio, quia militant in eo eædem rationes, quę in vniuerſitate, Roſsẽtal. vbi ſuprà, & plenius, & vberius c. 8. de fine, effec. & ſetui. &c. conclu. 13. per tot.

27 Circa quæ † illud velim obiter notes me in cauſa Reuerendi Abbatis, & cõuentus monaſterij villæ Balneolarum contra particulares dicti Abbatiatus ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniuſt, actuario Ioſepho Cortes, vertenti, prætendiſſe per ſupradictas doctrinas compellendos fore plures in ea cauſa citatos ad vnicum tantũ conſtituendum procuratorem, qui eorum nomine cauſam duceret, nec debere eis permiti quòd quilibet ex ipſis per ſuum procuratorem litigaret, ex hoc enim immenſa cauſarentur dicto Abbati, & conuentui expenſæ, & labores, verum eſt quòd ſuper ea prætentione non eſt adhuc declaratum, cum tamen is caſus ſucceſſiſſet diſputandus in Senatu Neapoli. de anno 1583. ita fuit, vt ſuprà dixi, *deciſum*, vt teſtatur Vincen. de Franch. deci. 309. Viden. Stepha. Gratia. deciſ. prouin. Marchiæ 107. & don Garcia Meſtril. deciſ. 108. per tot. in 2. par. qui quibuſdam in hoc diſtinctionibus vtuntur, & iuxta eas fuiſſe in illis Senatibus, quorum deciſiones ſcribunt, *deciſum* tradunt.

28 Dubitauimus † poſtea in eadem cauſa nunquid facultas, quam in ſuperiorib⁹ diximus domino competere compellendi vaſſallos vt perſonaliter coram eo compareant iuramentum fidelitatis prẽſtaturi, competat etiam eius procuratori, & clariùs, num dominus teneatur perſonaliter etiam intereſſe receptioni dictorum iuramentorum quãdo vult ea ſibi præſtari perſonaliter, an verò ſufficiat ad id mittere procuratorem. Hæc dubitatio non fuit per Senatum deciſa, licèt in eo propoſita extitiſſet declaranda pro parte dictæ vniuerſitatis, quia poſtea cõcordarunt partes: In qua videtur dicẽdum priuilegium hoc, quod habent domini vt compellere poſſint vaſſallos ad ſibi præſtãdũ perſonaliter iuramenta fidelitatis adeò perſonale eſſe vt non poſſit modo aliquo eius procuratori competere, ſed imò tunc videtur ſufficere quòd vaſſalli compareant per procuratorem, quia rationes, propter quas ſuprà enarrati doctores tenent huiuſmodi priuilegium domino competere, ſunt, inter alias, vt eos poſſit terrere, & monere, Item & quia habet in ſe quandam reuerentiæ exhibitionem huiuſmodi iuramen-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tamẽtorum præstatio, vti supetiùs dicebamus, quæ quidem non videntur militare in procuratore domini, cum is nec monere habeat, nec terrere vassallos domini, nec etiam reuerentię exhibitio, quę domino debetur, videatur deberi eius procuratori. Cæterùm quia in congregatione plurium doctorũ, qui pro parte dictæ vniuersitatis ad hoc, & alia dubia consulti fueramus, diuersa admodum fuerunt vota congregatorum, adeò vt plures vnam, & plures aliam deffenderent opinionem, ideò pro nunc nihil firmo, sed cuiusliber alterius meliori iudicio præmeditanda relinquo, vide tamẽ Iacobi. de feud. versi. *qui quidem inuestiti* nu. 54. & Ioan. Pet. Surd. consi. 172. nu. 10. qui per tex. in cap. 1. §. sed vtrum, per quos fiat inuestitura, tenent partem affirmatiuam.

29 Verùm † qui teneantur ad huiusmodi iuramenti præstationem? nunquid omnes habitantes in territorio domini? Respondemus quòd illi tantùm qui faciant caput hospitij, siue masculi sint, siue fœminæ, *los caps de casa*. per not. per Guid. Pap. decis. 307. & post eum Can. par. 3. var. cap. 10. num. 44. †

30 Dubitauimus † item in eadem causa nunquid quando dominus in renitentiam vassallorum vult eos conuenire pro huiusmodi iuramenti prestatione sufficiat citare vniuersitatem, decuriones videlicet, & syndicum, & contra eos tantùm agere, an verò opporteat singulariter omnes particulares conuenire, & clariùs, an vniuersitate condempnata censeantur etiam condempnati particulares, ita quòd cõtra eos possit fieri executio sententię? Et primò videtur necessaria citatio singulorum de vni- †
31 uersitate, cum † aliud de iure sit vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate l. in tantùm §. vniuersitatis, de ver. diuis. l. sed si hac §. qui manumititur, de in ius vocando, Craue. in cons. 454. num. 6. & Mascar. de proba. conclu. 1465. nu. 5. vndè cum hac in re agatur de interesse singulorum non vt vniuersorum, sed vt singulorum prẽter interesse illud, quòd in ea habet ipsa vniuersitas vt vniuersitas, indè videtur consequi singulorum de vniuersitate esse necessariam citationem, ad reg. quod omnes, de reg. iur. in 6. cum ibi not. viden. ad id Vincen. de Franch. decisio. 2. num. 4. cum sequent. vbi tra- †
32 dit † quòd in his, quæ spectant ad singulos vt singulos maior pars non potest prẽiudicare minori, summè in proposito notanda sunt verba Vlpiani in l. si municipes ff. quod cuiusque vniuer. nom. vbi sic habet, *si municipes, vel aliqua vniuersitas ad agendum det actorem non erit dicendum quasi à pluribus datum sic haberi: hic enim pro republica, vel vniuersitate interuenit, non pro singu-*
33 *lis*. Per hæc, † & alia quæ non negligenter tra- ††
dit Rolan. in cons. 53. vol. 4. per tot. tenet in causa decimarum non posse sequi condempnationem singulorum de vniuersitate ex eo quòd sola vniuersitas, & non singuli fuissent citati, solaque vniuersitas, seu illius syndicus comparuisset in causa, & non singuli, cuius dicta sequentes (ad tollendum difficultates) aduocati Reuerendi Abbatis Balneolatum consuluimus quatenus in tribus causis decimarũ, & taschatum mouendis contra vassallos, quatum duæ per optimum, Christo concedente, habuerunt extitum, consuluimus (inquam) singulos vt singulos interesse habentes esse citandos nõ vniuersos vt vniuersos, quod idem semper consulerem vbi commodè id fieri posset. Contrariam tamen opinionem quòd imò sufficiat citatio vniuersitatis vt & singuli etiam cum ipsa condempnati valeant, vel etiam vt sententia contra vniuersitatem lata possit contra singulos particulariter exequutioni demãdati, tenuerunt quamplures, Craue. in cons. 55. Ioan. And. in additio. ad Specula. in tit. de decim. §. 1. quos refert & sequitur Canc. var. resolutionũ parte 3. titul. de sentent. & earum exequut. num. 185. & est *de mente nostri Senatus*, pro vti comprobatur ex declaratione facta in causa Petri Galcerapdi de Cartella cõtra vniuersitatẽ Villæ Bisulduni, quam Cancer refert factam 13. Iunij 1598. ad relationem egre- †
gij Senatoris Hierony. Seniust, & *confirmatam* in alia aula ad relationem egregij etiam primò Senatoris, nunc Regentis Cancellariam Michaelis de Salba, & de Vallesica 3. Martij 1599. scriba Papiol, nunc Domingo, in qua tamen ipse contrarium deffendebat cum esset aduocatus dictæ vniuersitatis, licet tamen quandoq. in melius mutare consilium, similes declarationes fuerunt postea factæ in Senatu, quas longius esset referre, non omittamus tamen eã, quæ facta fuit in suprà mentionata causa Reuerendi Abbatis Riuipulli contra vniuersitatem villę de Olot, quæ est propria huius materiæ, inqua licèt soli Cõsules, & syndicus extitissent citati, & solus syndicus comparuisset, fuit facta *condempnatio* præstationis iuramenti fidelitatis † in vniuersitatem, & homines illius &c. 8. Iulij 1603. relator Hieronymus Astor, scriba Hieronymus Bosch, de qua cum conquæsta fuisset vniuersitas quoad caput singulorum cum ipsi nõ fuissent in causa citati, prætenderetque non posse propterea regiam sententiam contra eos exequutioni mandari, nihilominùs cum prouisione postea facto verbo facta 19. Martij 1604. quę fuit confirmata in alia aula quoad dictum caput cum Regia sententia ad relationem alterius egregij Senatoris Iosephi Dalmau lata die 16. Iunij 1604. fuit ea prætentio vniuersitatis *repulsa*.

34 An † autem dominus teneatur similiter vas-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sallis iurare sicuti vassalli ipsi domino? Respondeo quòd aut quæritur de iuramento fidelitatis, & hoc nullo modo tenetur præstare dominus suis vassallis, licèt ad eadem illa sex, quæ in eo iuramento continentur, teneatur ipsis, cap. 1. §. fin. de form. fidel. in vsib. feud. Rip. in tract. de pest. tit. de remed. ad conser. vber. num. 253. Afflic. decis. 165. num. 3. & 4. vbi plenè de obligatione vassalli ad dominum, & è contra, per centum, & vndecim numeros. Viden. Rosental. in trac. de feud. c. 6. quib. mod. feud. acquir. conclu. 86. num. 35. Aut † verò quærimus de iuramento de obseruandis, & custodiendis priuilegijs vassallorũ, vtibus, & cõsuetudinibus ipsorum, & hoc quidem tenetur dominus vassallis præstare, quod est de generali consuetudine Cathaloniæ iam nunc introductũ vt ad instar Regis, qui nobis, iuxta iura patriæ, iurat in ingressu regiminis seruare priuilegia, immunitates, & libertates, per ea quę tradit Oliba in vsat. alium namque c. 4. num. 34. sic iurent omnes Barones suis vassallis, quod dicit Oliba esse valdè rationabile iuxta nota. in c. Ego N. de iu. iur. & propter correlationem domini, & vassallorum, in c. 1. qualiter domino vassalli iura. deb. fideli. & c. 1. §. dominus quoque, de forma fideli. & in vsat. cũctum malũ, vsat. qui viderit, vers. sed si senior, idem tenet Iaco. Cancer. lib. 3. var. c. 13. de iur. Castro. à num. 326. alijs tamen, atq. alijs vtens rationibus per te ipsum vidẽdis, cõcludens iustè posse vassallos recusare recipere dominum si nolit ipse iuramẽtum prædictum præstare. In Francia simile iuramentum præstare Delphinum, de obseruandis libertatibus Delphinatus, auctor est Francis. Mar. decis. seu quæstio. 253. num. 1.

35 36 37 38 39 40

Sed an id possit opponi in decreto exequutionis domino petenti exequutionem Regię sententiæ in sui fauorem circa iuramenta fidelitatis latæ, ita vt ea impediatur donec dominus iurauerit vassallis obseruare eorum priuilegia, nec ne, dubitatum extitit in Senatu in eadem causa Reuerendi Abbatis Riuipulli contra vniuersitatem villæ de Olot, & prima facie videbatur dicendum eam exceptionem opponi posse, quia † de iure omnis exceptio, quę non repugnat sententiæ potest post eam opponi l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. si fullo ff. de condic. sine caus. Guid. Pap. decis. 419. num. 3. And. Gayl. pract. obser. lib. 1. obseruat. 215. num. 5. vbi hanc dicit communem.

Hæc autem exceptio, de qua agimus, non videtur impugnare sententiam, sed imò videtur idem de ea iudicandum, quod de exceptione non adimplementi, cum enim, vt in superioribus dicebamus, ad vnum, scilicet iuramentorum præstationem teneantur domino vassalli, & ad aliud, scilicet iuramentum de seruandis priuilegijs teneatur dominus vassallis, quę obligationes oriuntur ex eodem fonte, ex iurisdictione videlicet, quæ domino competit in vassallos, indè videtur dicendum eas reciprocas esse, & correspectiuas adeò vt dominus non possit iuramenta à vassallis petere, quin priùs, adimplendo quod pro sua parte ad eum spectat, iuramentum de seruandis priuilegijs vassallis præstiterit, sicuti † in Rege obseruamus in hoc Regno: priùs enim ipse nobis hoc iuramentum præstat, quàm vasalli ei ioremus fidelitatem, iux. constit. nostres successhidors, titulo de iur. iura. & ibi Mier. in 2. cur. Bar. Iacob. 2. cap. 29. item quòd nostri successores, imò in eodem ipso terræ ingressu, antequam domum perueniat, hoc iuramentum præstat, sicuti est notorium. Si ergo hæc exceptio dici potest exceptio non ad implementi, indè dicendum de necessitate esse posse in decreto exequutionis opponi, l. Iulianus §. offerri ff. de actio. emp. pulchrè id declarant Rolan. à Val. in consi. 53. per tot. vol. 1. And. Gayl. pract. obser. lib. 2. obser. 17. nu. 8. Mascar. de probatio. conclu. 1388. per tot. & * signanter num. 46. vbi dicit communem, Carol. de Graf. in tract. de exceptio. quę opponi possunt non obstante statu. & c. excep. 13. nu. 7. & 37. & Cæs. Barz. decis. 36. num. 25. est elegans decisio Lucen. 2. Iosephi Ludo. per tot. Hiero. Marilia. decis. 73. etiam per tot. ac Flamin. Carthar. deci. Genu. 3. etiam per tot. Quorum † dicta summè notanda sunt pro illa quæstione, quæ sępè in praxi occurrit, quamque ego aliquando habui, nunquid per exceptionem rei non traditę per emptorem oppositę aduersus executionem, quæ vigore instrumenti guarentigiati, vel sententiæ in sui fauorem latæ fit per venditorem contra eum pro prætio venditionis, impediatur executio, extantibus maximè statutis, quæ vigent in hac patria, vt aduersus eas exequutiones non possit opponi alia exceptio præterquàm solutionis, de qua constet per publicum instrumentum, quæ quidem statuta mirè declarantur ex superioribus.

His † tamen non obstantibus in contrariũ est veritas, quòd imò ea exceptio non retardet executionem sententiæ de iuramento fidelitatis in fauorem domini latæ, sed, ea remissa ad aliud iuditium, debeat fieri executio, quia supradicta procedunt tantùm quando opponeretur de nõ adimplemẽto obligationis, quæ manaret ex eadẽ radice, & fõte, à quo oriretur altera obligatio, prout in cõtractibus vltrò, citroq. obligatorijs: huius generis est obligatio prætij soluendi in emptore, & rei tradendę in venditore, quando alter ipsorum vult agere ex vendito, & similes, tunc enim his in casibus non admittitur alter contra alterum,

nisi

nisi prius docuerit se adimpleuisse quod ex sua parte ex eadem obligatione, cuius vigore agit, ad eum spectat adimplere, & in his terminis loquuntur doctores suprà citati ex peculiaribus rationibus, quas in proposito tradit Mascar. de probatio. in allega. conclu. 1388. num. 12. cum sequent. secus tamen est quãdo peteretur adimplementum alterius obligationis separatæ ab illa, cuius vigore agitur, vtpotè quando agenti ad traditionem rei venditæ contra venditorem, opponeretur de non adimplemento alterius obligationis, qua emptor ex mutuo, vel ex alio contractu venditori teneretur: tali enim casu non admittitur huiusmodi exceptio aduersus executionem, quæ fiat vigore instrumenti guarentigiati, vel rei iudicatę, Alex. in l. cum proponas nu. 2. & ibi additio Cur. in ver. separatum C. de pact. Burs. in cons. 191. numer. 5. vol. 2. Ioseph. Ludo. in suis conclu. titulo de proba. conclu. 1. illa. 94. limit. 1. & alij, quos refert, & sequitur Carol. de Grass. in suprà allega. tract. de exceptio. d. excep. 13. num. 50. faciunt quæ tradit Mascar. in allega. conclu. 1388. num. 54. Huius generis est hæc, quam tractamus, exceptio non adimplementi obligationis, quę de iuranda obseruãtia priuilegiorum domino agenti ad pręstationem iuramentorum fidelitatis aduersus vasallos opponitur, quia separata est ab obligatione vasallorum, & ab ea valdè diuersa, nec quicquam vna habet cum altera cõmune, vt de se notoriè patet, indè consequitur manifestè non posse eam exceptionem impedire executionem sententiæ in fauorem domini prodictis fidelitatis iuramentis præstãdis latæ, sed esse remitendam ad aliud iuditium, ita *declarauit* Senatus in prędicta causa Reuerendi Abbatis Riuipulli contra villam de Olot in prouisione decreti executionis 19. Martij 1604. facta, quæ fuit postea in alia aula 16. Iunij eiusdem anni, quo ad dictum caput, confirmata, vt suprà dictum est. †

Plura veniebant hoc loci de Castro, & eius significatione, & diuisione, de mero, & mixto imperio, ac de vtraque iurisdictione, & eius speciebus dicenda ad omnimodam rei, quam tractamus intelligentiam, & exactam, perfectamque cognitionem. Cæterùm quia in glosis sequentibus de his nobis de necessitate futurus est sermo, ideò, ne bis idem repetatur, neve extra proprium locum continuatę materiæ videantur, laborem hunc ad eum locum subeundum transferimus, interim tamen nõ omittemus quasdam hic tractare quæstiones inter Barones, & vasallos quotidie in praxi, non sine maximo plerunque dispendio, contingentes.

41 Inter † eas nõ infimũ tenet locũ quæ circa electiones, seu nominationes trium personarum de vniuersitate per vasallos faciendas, vt ex eis Baro vnum eligat, qui Baiulum agat, & iurisdictionem eius nomine exerceat, quotidie inter eos ventilatur, nunquid si vniuersitas nominationem fecerit de indignis, priuetur propterea pro ea vice facultate nominandi, possitque Baro quasi iure nominandi, & eligendi ad se deuoluto, quem voluerit Baiulum facere, & exercitium iurisdictionis committere. In hac quæstione duæ reperiuntur doctorum contrarię sententię, altera quidem affirmans, & altera negans, vti apparet ex Auẽd. de exequen. mand. Reg. par. 1. cap. 19. num. 22. versi. *sic ergo*, & ex alijs, quos mox citabimus. Cæterùm Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centu. 6. casu 511. tripartita quadam distinctione eas faciliter consiliauit: Aut enim nominatores, & electores scienter indignos nominarunt, & procedit opinio affirmans quòd propterea priuentur pro ea vice facultate eligẽdi, eaque omnino ad superiorem deuoluatur, probat tex. in cap. gratum, de postula. prælat. cap. bonę 2. & cap. cum in cunctis §. fin. de electio. & cap. quanto, eo. tit. *in 6.* (non miretis quòd hic, & infrà in hac officiorum secularium materia iuribus iuuemur, quæ nõ in ipsis, sed in beneficijs Ecclesiasticis loquuntur, valet † enim argumentum de vno ad aliud, Bar. in l. 2. §. data ff. de optio. lega. Pala. Rub. in repeti. cap. per vestras, in introduc. rub. num. 6. Pinel. in rub. de rescind. vend. 1. par. cap. 2. num. 31. benè Cabedo decis. Portug. 91. num. 4. par. 2. quæ nota quia ad multa tibi seruient, adde Moli. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 4. num. 39.) Idem comprobãt, præter ordinarios indictis locis, Moli. de primog. d. lib. 2. cap. 4. num. 38. Nat. in cons. 244. num. 4. Lel. Zech. de benefi. & pensio. ecclesiast. cap. 4. num. 15. Spino de testa. glo. 4. num. 86. Caual. in reper. ad decis. Fluizan. ver. *eligens, & præsentans*, atque ita intelligendam esse dictam opinionem affirmantem docet Achil. de Grat. decis. 282. num. 4. vbi dicit ita *resolutum* in Rot. Rom. vbi videtur velle quòd etiam requiratur quòd nominatio de indigno dolosè facta sit, circa quod tamen, & ad cognoscendum quando dolosè dici possit facta nominatio, videatur Molin. d. lib. 2. de primogen. Hispan. cap. 5. num. 20. tenet etiam primũ nostræ diuisionis membrum Menoch. d. casu 511. num. 1. qui illud extendit ad patronum scienter indignum præsentantem (circa quod tamen videndus est Spino in suprà allegat. glo. 4. n. 87. vbi cum multis, quos allegat, differentiam constituit inter patronum ecclesiasticum, & laycum, decisio tamẽ Veralli 293. par. 2. nullam videtur facere differentiam inter huiusmodi patronos, nec esse faciendã resoluie †

pluribus Hiero. Ceuall.in ſpecu. pract. quæſtionum commu. cõtra commun. lib.2.q.659. nu.4.& Cald.à Perey. vbi mox citabitur, quo loci abundè de his agit) ad electiones officiorum laycorum, quod idem etiam docuerat Moli.d.lib.2.cap.4.nume.39. Cald.à Perey. de nomina. Emphyteu. tom.3.cap.1.num.60. & ad malè vtentes priuilegijs eis conceſſis,ſi id ſcienter fecerint, quibus adde Reſtau. Caſtel. in tract.de Imper.quæſt.15.numer.1. in 12. vol. tract.

43 Cęterùm † quis ſit iſte ſuperior,ad quem fit deuolutio?Dic quòd ille,à quo electores habebant poteſtatem eligendi, quique confirmare debebat electionem, Abbas in cap. venerabilem,de elect.num.20.& in cap.gratum,eo. tit. Reſtau.Caſtel.in tract.de Imper. queſtione. 15. num.1.

44 Et nedum † iſto caſu priuantur electores, ſeu nominatores facultate eligendi, & nominandi,ſed etiam debent arbitrariè puniri pro huiuſmodi nominatione tanquam legi contrauenientes,vti ex Bal.in l.nemo Martyres,C.de *Sacroſan.Eccleſ.*tradit Auen. *vbi ſuprà nu. 22.* verſi.ſi ergo. †

45 Cęterùm † an tali caſu ſuperior, ad quem deuoluit facultas eligendi,teneatur, & debeat eligere perſonam de eodem loco, de quo nominatores nominare tenebantur? Dicendum eſt quòd ſic ex vi ſurrogationis, additio ad Geminia. in cap.quamquam in prin.de electio. in 6.Roma. ſingu.484.Euer.in top.legal. loc.à vi ſurrogationis, num. 8. pulchrè Vincen. Carro. deciſ.ſeu caſu 115. num.23. elegantiſſima eſt ad propoſitum deciſ.Cabedo 52.in 2. par. Portug. decitio.vbi pulchrè in hac materia,& ei ſimilibus loquitur,docens generaliter rem tranſire cum ſua qualitate,& prohibitione,& alia vtilia in materia tradit: probat ſupradictum noſtræ, † ſeu Menochij diſtinctionis membrum *deciſio* noſtri Senatus, de qua infra.

46 Aut † verò ignoranter nominatio, ſeu electio de indigno facta fuit,& tali caſu non propterea nominatores,ſeu electores priuantur pro illa vice facultate nominandi,vel eligendi,ſed poſſunt iterùm nominationem, vel electionẽ facere,ita ex multis reſoluit Menoch. d. lib. 2. de arbitr.centu.6.caſu 511.num.6.& tenent doctores,quos ſuprà in confirmationem primi caſus citauimus,& ſignanter Rot.Roma.in allega.deciſ.282.Achil.de Graſ.& Molin.d.li. 2. de primog.cap.4.num.38.atque ita procedere poſſunt quę tradit Auend. de exequen. manda. Reg.par.1.cap.19.num.22.verſi.*& de nouo.*

47 Cuius † rei ratio elegans eſt, quia iſto caſu non poteſt dici deliquiſſe elector, vel nominator, proindeque licèt eius nominatio, vel electio nulla reddatur, non tamen propterea priuari poterit facultate iterùm eligendi, vel nominandi,Feli.in cap. ex tenore, de reſcrip, Iaſ.in l.4. §. condempnatum,num.30. ff. de re 48 iud.Menoch.vbi ſuprà num.7.vbi † id probat exẽplo ducto à iudice, qui licèt nulliter declarauerit,*non tamen propterea priuatur* facultate iterùm iudicãdi,l.ſi vt proponis 2.C. quom. & quan.iud.tradit idem Menoch.de arbitr.q. 67.num.2.lib.1.pleniſſimè Cald.à Perey.de nomina.Emphy.tom.3.cap.5.à num.8.cum mult. ſequen.vbi contraria adducit, & ſignanter de doctrina Bar.in l.2.§. 1.de option. lega. quòd qui habet poteſtatem ab homine aliquid faciendi,primo actu etiam inualido dicitur functus ſuo officio,ita vt amplius facere nõ poſſit, ſoluit tamen differentiam conſtituendo inter actum ipſo iure nullum,& eum, qui venit exceptione aliqua anullandus,tu ipſe ibi videto, probat etiam hoc ſecundum diuiſionis membrum † *deciſio* Senatus,de qua inferiùs verba faciemus.

49 Et hic † caſus procedit nedum quando fuit facta electio,vel nominatio de indigno ignorãter,*ſed etiam quando aliàs ipſa* quocunque alio caſu,vel impedimento non potuit ſortiri effectum,putà quia electus,vel nominatus noluiſſet electioni conſentire, vel poſt conſenſum iuri ſuo renunciaſſet, vel etiam interim moreretur, *tali enim caſu non fieret deuolutio* ad ſuperiorem, ſed imò elector,& nominator poſſet iterùm, ac pluriès eligere, vel nominare donec electio effectum ſortiatur, ad quod datur ei tempus integrum à die diſcenſus,renuntiationis,vel mortis electi, acſi noua vacatio cõtigiſſet,quod mirificè probat Pont. in cap.ſi electio, de electio. in 6. videnda eſt ibi glo. & ſcrib. qui idem extendunt ad alios ſimiles caſus irritationis electionis, Moli. d. lib.2.de primog.cap.4.num. 38. Tiraquel. in l. boues §.hoc ſermone,limita.1. num.1. cum ſequent.ad finem vſque,de verb. ſig. Lel.Zech. de benefi. & penſio. Eccleſiaſt. cap. 4. num. 15.

50 Aut † finaliter non conſtat num ſcienter, an verò ignoranter electio,vel nominatio de indigno facta fuerit,& tali caſu in duas diuiſi ſunt doctores contrarias opiniones, prima quidem quòd præſumatur ſcientia, ſecunda verò quòd imò ignorantia, primam deffendunt Bar. Bal. & Alber. *in* l.ſi patronum ff. de confir. tutor. & Decius in allega. cap.cum in cunctis §. fin. num.6.de electio. allega. per Menoch. in ſępè allega. caſu 511.num.9.Nat. in conſi.244.numer.5. idem videtur ſequi Menoch.ſibi cõtrarius de præſump.lib.3.præſump. 88.nu.7.dum ex Bar.in d. l. ſi patronum,aſſerit eligẽtẽ præſumi ſcire cõditionẽ electi,eãdẽ opinionẽ tenet Zech.vbi ſuperꝰ ex rõe Meno.vbi

proximè,

proximè, & Caual. in reper. ad decis. fori Biuizan. ver. *eligens, & presentans.* Cæterùm eam improbauit, & meritò tanquam duram, ac rigidam, & contra rationem, & æquitatem fundatam, & delicti præsumptionē præ se ferentem Pet. Peralt. in l. cum quidam, num. 3. de lega. 2. dicens quòd imò electio indigni præsumitur ignoranter facta, idem sequitur Melchior Palaez in tract. de maior. 1. par. q. 19. num. 3. allega. à Menoch. vbi superiùs, num. 10. quibus adde Moli. loco suprà citato, num. 40. dicentem iustissima ratione taxari Bar. à Peralta hac in re.

51 Quomodo † autem probetur, & præsumatur, & ex quibus cōiecturis scientia, vel ignorantia, docet Palaez loco suprà citato, & Menoch. d. centu 6. casu 511. num. 11. id totum relinquendum esse arbitrio iudicis, cui tamen ego consulerem vt, cū *occurreret casus, quo recto* vteretur arbitrio, iuuaretur laboribus Iacob. Menoch. & Ioseph. Mascar. qui, præcæteris, coniecturas, & præsumptiones scientiæ, & ignorantiæ dilucidè cumularunt, ille in tract. de arbit. Iud. lib. 2. centu. 2. cas. 186. & de præsump. lib. 6. præsump. 21. & 23. hic verò in tracta. de proba. conclu. 879. cum duab. sequen. & concl. 1294.

52 Prædicta † autem omnia de indignitate iuris, non de facti indignitate, qualis est quia non benè se gessit erga dominum, vel aliàs, intelligūtur, probat l. cum quidam 24. de leg. 2. & ibi not. dd. Moli. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 5. in prin. Antho. Gom. var. resol. tom. 1. cap. 12. post nu. 48. qui dicit communem, cum alijs latè relatis per Percy. in allega. tract. de nomina. Emphy. tom. 3. cap. 1. numer. 64. qui benè declarat.

53 Supradicta † omnia de plano procedunt quando vel vnus solus eligitur inhabilis, vel quādo plures eligūtur, vel nominātur, si (quod rarò euenit) omnes inhabiles appareant: tunc enim istis in casibus non est dubium quin obseruāda omnino sit superiùs tradita distinctio: Cæterū quādo nō oēs, sed vnus tantū, aut alter ex electis, vel nominatis reperitur inhabilis, dubitari meritò poterit num dictæ distinctioni sit standū, ita vt si scienter, & cum dolo facta fuerit nominatio in totum corruat, si verò ignoranter, minimè, & prima facie videtur dicendum quòd inhabilitas vnius non noceat reliquis capacibus, & habilibus, cum regulare sit vtile non vitiari per *inutile*, iuxta regulam vulgarem, quæ proculdubio procedit, & locū habet in his, quæ diuidua sunt, & separabilia, prouti tales videtur esse hæ, de quibus agimus, nominationes, vt omnes doctores ea de regula agentes securè constituerunt, & nos etiam alibi diximus in hoc eo. tract.

Verùm, meo iuditio, contrarium videtur tenendum quòd imò ex adiectione, & nominatione vnius personæ inhabilis, & incapacis tota *ipsa* nominatio corruat, si scienter ea adiectio de persona inhabili facta fuerit, ius que propterea eligendi, & creandi Baiulum ad superiorem deuoluatur absq. nominatione aliqua, ad quod dicendum moueor primò quòd huiusmodi priuationes vlteriùs pro ea vice nominandi, quando quis indignum nominauit, statutæ sint propter delictum, quod cōmittunt nominatores, seu electores ita eligendo, vel nominando vti in superioribus dicebamus, quod quidem delictum æquè committitur si nominatur vnus inhabilis, atqui si plures. Secundò quia vbicūq. actus respectu formæ dici potest indiuiduus tūc licēt respectu essentię sit diuiduus, nihilominus vtile vitiatur per inutilis adiectionem, Bar. in l. græcè §. illud, de fideiussor. *per illum* tex. & nos etiam *inferiùs* tradidimus in glo. donationis vniuersalis omnium bonorum, in nostro autem [illegible] nemo sanè dubitare potest quin pro forma nominationis traditum sit debere eam fieri de tribus personis habilibus, & capacibus quia id satis clarè in priuilegijs, quæ eam concedunt, exprimi solet, proindèq. nemo etiam ambigere debet quin vno existente inhabili, in terminis de quibus suprà, tota ipsa nominatio corruat absq. facultate vlteriùs pro ea vice nominandi. Hac † ratione motus Ludo. Roma. in cons. 66. respondebat electionem contra formam statuti in triēnium factam nedum corruere, & nullam etiā respectu triennij esse, sed etiam & respectu cuiusliber alterius breuioris temporis, ac proindè nec in annum sustineri posse, pùlchrè Geor. de Cabedo post hæc scripta habitus decis. Portug. 84. num. 7. & clariùs num. 15. par. 2. vbi liberè docet quòd quādo pro forma dicitur in priuilegio, vel statuto quòd eligantur habiles, electio vnius inhabilis totam electionem vitiat.

54

Hæc ferè omnia, quę in *superioribus de his* electionibus, & *nominationibus* latè tradidimus, mirè comprobantur ex decisione nostri Senatus *in causa* Syndici Vniuersitatis villæ Palamosij contra Iacobum Alos Colom procuratorem generalem Illustrissimi Comitis Palamosij ad relationem egregij quondam Senatoris Raphaelis Alzina, sub die 13. Martij 1596. actuario Ioanne Colell, facta, in qua *declaratū* extitit non licuisse dicto Colom, spretis ternis, & nominatione trium personarum pro officio Baiuli, & totidem pro officio Iudicis per vniuersitatē factis, & eidē præsentatis iuxta priuilegia eidē vniuersitati concessa, aliū nominare in Baiulū, & aliū in iudicē præter nominatos in dictis ternis, quasi iure eligēdi ad eum dicto nomine deuoluto, propterea quòd in qualibet ex

dictis ternis, siue nominationibus reperiretur vnus nominatus, qui esset incapax, & inhabilis ad illud officium: declaratum (inquam) extitit id non licuisse dicto Colom, sed quòd imò eius officio incumbebat vel vnum ex alijs nominatis in dictis ternis, qui nullos patiebantur deffectus, eligere, vel saltem monere iuratos vt alium in locum illius, qui inhabilis reperiebatur, pro dicto officio nominarent, quia non cō stitit nominationes prædictas ratione personarum inhabilium scienter per dictos iuratos factas fuisse, sed imò erat præsumendum quòd ignoranter factæ extiterant, cum contra vnum ex ipsis opponeretur eum fuisse inquisitum de quodam delicto, de quo non fuerat vnquam remissus, & tamen constabat dictum inquisitum post dictam inquisitionem, & ea non obstante à pluribus annis, scientibus, videntibus, & tollerantibus officialibus illius loci, palàm, & publicè in sua propria domo, quā habebat in dicto loco, habitasse, contra alium verò alterius ternæ quòd esset familiaris sancti Officij, & sic incapax ad simile officium obtinendum, quod quidem impedimentum (inquit) Senatus præsumendum potiùs est ignoratum fuisse à dictis iuratis tempore nominationis, quā scitum, ac notum, cum de scientia, & notitia nullo modo appareret, in viam autem iuris electio per habentes potestatem eligendi ignoranter, & sine dolo, & fraude facta de persona indigna, vel non habente qualitates requisitas non efficitur nulla respectu aliarum personarū habilium, nec propterea etiam pro ea vice censetur deuoluta potestas omnimoda eligendi ad superiorem. Viden. tamen est, & omnino notādus ad suprà dicta omnia, quę docuim⁹ de istis decurionibus, & administratoribus vniuersitatum, quoad nominationes, & electiones indigni, Alphons. Azeued. ad cur. Pisan. li. 2. c. 4. num. 15. vbi breuibus destruit quæcunq. suprà firmauimus de priuatione eligendi pro illa vice si fiat nominatio indigni sciēter, secus si ignoranter, dicens eam doctorum doctrinā huic negocio non applicari, cum non habeamus legem aliquam, quæ tale quid disponat, ac talem legem imponat, maximè si adfuerunt aliqui de consilio, vel collegio, qui electioni, & nominationi contradixissent, quia tunc ad eos ius eligēdi deuoluetetur, cōcludens tādem optimam esse, & singularem cautelam quòd semper aliqui contradicant vt per eam contradictionem ius collegij conseruetur, ad quod Rip. allegat, & Auenda. Cogita, & secundum facti indigentiam resolue, sed caue ne, quantū fieri poterit, suprà traditam distinctionem à tot doctoribus, & Senatibus approbatam lędas.

Sed si totidem sint contradicentes, quot cōsentientes, & sic sint nominatores, & electores in equali, & pari voto circa duos, quid hoc casu erit agendum? Id quia meliùs quàm tibi ego referre possem, explicat Curia Pisa. & ibi Azeue. in additio. lib. 2. c. 17. per tot. qui reprobat curiam, quæ indistinctè voluit esse locum gratificationi per dominū fiēdę, ipse autē tunc demum quando est omnimoda inter electos equalitas, nec vnus alium præcedit vtilitate, cōmodo, vel honore vniuersitatis, vel aliàs, & Nicola. Garcia in tracta. de benefi. tom. 1. 5. par. c. 4. num. 205. qui vult in electionibus ad beneficia, & officia ecclesiastica ex quadam Pontificia constitutione fore ad sortes deueniendum, nec esse attendēdas qualitates electorū quamuis ita aliquando sit obseruatum, & non nulla adducit de consuetudine interpretatiua, quæ tu addere poteris his, quæ à nobis de eadē materia tradita fuere cla. 1. à num. 35. cum seq. ideò consultò omittimus.

55 Quę † autem sint illa, quæ aliquem reddūt incapacem, & inhabilem ad hæc officia iurisdictionalia tegenda, ita vt nullo modo ad ea nominari possit, non est nostri instituti particulariter hoc loci pertractare, præsertim cum soleat id dimanare ex priuilegijs vniuersitatum, quibus est datum huiusmodi nominationes facere. De iure tamen cōmuni Auenda. in sæpè allega. cap. 19. par. 1. de exequen. mand. Reg. & Cabedo decis. Portugal. 84. per tot. par. 2. plura tradunt, quibus hæc manifesta aliquantulum fiant. De iure verò nostro municipali habemus ad id titulum integrum in primo vol. const. de perso. prohib. rege. offi. & ibi noster pract. Mier. quò remittimus lectorem, vt ibi videat quoties casus occurretit.

56 Inter † alia autē impedimenta, quæ aliquē inhabilem reddunt ab administratione publicorum officiorum est infirmitas, & morbus surditatis, dum tamen sit omninò surdus is, qui inhabilis venit iudicandus, aliàs enim si esset surdaster tantùm, hoc est talis, qui licèt plenè vt reliqui, nō audiret, audiret tñ licèt tardè, nō posset propterea tanquam inhabilis reijci, iux. tex. in l. fin. ff. de legit. tutor. secundum quem intelligenda sunt iura prohibentia, vel excusantia quem à muneribus publicis, prouti sunt l. vni. C. qui morb. se excu. & l. 1. §. mutus ff. de tutel. vt declarat in d. §. mutus Bar. num. 1. conducit §. item surdus, inst. quib. non est permis. facer. testa. Ita his expressis verbis *declarauit* Senatus die 5. Septembris 1605. in causa ad relationem egreg. Sena. Iacobi Pineda inter Bernardum Pena ciuitatis Vici ex vna, & Consules, seu Iuratos dictæ ciuitatis, partibus ex altera, vertenti, actuario Iacobo Daroca.

57 Item † inter alia etiam impedimenta, quæ non permittunt quem admiti ad officia iurisdictionalia, maximè Regia, veluti Vicarij, Subuicarij,

carij, Baiuli, & similia regenda illud vnum est, quod singulariter practicatur in nostra Cathalonia vt nullo modo ad ea admiratur qui cum aliàs de alio simili officio extitisset prouisus, fuit postmodum in syndicatu ad aliquid condempnatus ratione gestorum in officio, ita disponit expresè constitu. 3. tit. de perso. prohib. reg. offi. Quod † tamen intelligitur quoties officialis fuisset cõdempnatus pro aliquo magno delicto, propter fraudẽ scilicet, & corruptionem, aut propter magnam culpam, secus verò quando pro paruo, & minimo delicto, Miet. in curia Ilerd. Iacob. 2. cap. 2. col. 4. nu. 2. cum sequen. per illum tex. qui in vol. const. est const. 6. sub titulo de offi. Iud. tab. dicens iuxta dictam constitutionem, & in illius terminis esse intelligendas omnes constitutiones, quę disponunt officialem condempnatum non posse tenere officium Regium. Cum is casus contigisset disputari in Senatu, fuit ita *decisus* ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego die 16. Martij 1599. actuario N. Mallol, in causa Iuratorum de Subirats contra Iacobum Reuentos.

58

†

59 Quod † autem dicatur delictum magnum, & graue, & quod paruum, id totum resident in arbitrio iudicis, qui tenetur illud dijudicare ex qualitate, & circunstantia facti, & personæ delinquentis, & cõtra quam delinquitur, & aliàs, ita docet glo. in l. 1. ver. parte, de custod. reor. Bal. in cap. proposuit, num. 2. de appella. & Menoch. de arbit. Iud. lib. 1. centu. 3. casu 266. nu. 1. cũ alijs, quos allegat Sua. de Paz in prax. 5. par. tom. 1. cap. 3. nu. 53. viden. Iul. Clar. lib. 5. receptar. senten. §. 1. num. 9. & ibi Baiar. eo. num. 9. Oddus de restitu. in integ. q. 60. art. 1. Farina. in tract. crim. tit. de delict. & pœn. quæst. 18. nu. 61. fusissimè de magno, & paruo Tiraquel. in l. si vnquam, ver. *omnia* nu. 31. C. de reuoc. dona. In casu, de quo suprà, iudicauit Senatus paruũ delictum, pro quo in syndicatu fuerat dictus Reuentos condempnatus ad soluendum omnes expensas, & dampna passa, & sustenta per Anthonium Mestre ratione cuiusdã capturæ, & detentionis in carcere per quindecim dies per dictum Baiulum de *consilio Assessoris* voluntarij de persona dicti Mestre facta, ex eo quòd sibi denunciatum fuerat dictum Mestre animo iniuriandi occidisse quendam suem dicti Marti, de quo non constabat aliter, quàm per depositionem cuiusdam filiæ ipsius denũciantis, cuius condempnationis ad aliud propositum meminerat Iacob. Cancer. var. resol. 2. par. cap. 2. de iurisd. om. Iud. num. 149. qui & huius nostræ, quàm paulò ante proposuimus, postea meminit in 3. par. var. multò post hæc scripta in lucem emissa, c. 12. de offi. Iudi. tab. num. 95.

60 Aliqui † voluerunt dictã condempnationẽ intelligere, quòd ita demum noceat officiali condempnato ad effectum ne possit vlteriùs tenere alia officia regia, si facta fuisset per iudices tabulæ, non si per iudices causarum appellationum à sententijs dictorum iudicum emanarum: fundare conantur suam hanc interpretationem, & declarationem ex const. 7. sub tit. de offi. iud. tab. ibi, *Et si reperti fuerint sine culpa, & absolути, quòd nos possimus de aliis officijs eosdem prouidere:* loquebatur antea constitutio de iudicibus tabulę, & sic videtur postea disponere quòd sufficiat officiales repetiri sine culpa, & absolui à Iudicibus tabulę, quicquid postea accidat, vt officia tenere possint, fundant etiam suam opinionem in consti. 4. eiusdẽ tituli ibi, *Si condempnat sera en alguna cosa lo official per rao del offici, que null temps tinga offici nostre*, id est, *si condempnatus fuerit in aliquo officialis ratione officij, quòd nullo tempore teneat officium nostrum*, quo loci videtur constitutio loqui de condempnatione, quæ fit per iudices tabulæ, de quibus antea loquebatur, nõ de alia: suffragari eidem opinioni videbatur versiculus *Mas lo official* constitutionis 4. superiùs allegatæ, quatenus vult officialem condempnatum per iudices tabulæ non posse tenere officia si apellauerit, donec causa appellationis sit finita, nihil autem dicta constitutio, nec alia dicit quando officialis primò fuisset absolutus postea condempnatus, siue penderet causa appellationis per eum à dicta condempnatione interposita, siue non, ex quibus illud consequi videbatur quòd cum constitutio solùm *inhabilem illum faciat, qui per iudices tabulæ* comdempnatus fuit, etiam si à condempnatione appellauerit, donec causa appellationis fuisset finita, habilem autem eum, qui per iudices tabulæ fuit absolutus, nihilque dixerit de eo, contra quem pendet ab absolutione appellatio, vel fuit in causa appellationis condempnatus *reuocata priori sententia* absolutoria, quòd propterea ij casus posteriores tanquàm à constitutionibus omissi, ac vt exorbitantes, & de materia odiosa, & ex se restringibili non deberent censeri compræhensi *in dictis* constitutionibus.

61 Suffragatur † l. cum apud ff. iudica. fol. quo loci disponitur non teneri fideiussorem rei, quando ille fuit per primum iudicem absolutus, si postea à iudice appellationis condempnetur, quasi non videatur eius fideiussio extendenda ad comdempnationem iudicis causæ appellationis, de qua nunquam loquutus fuit, not. ibi Bar. Pau. & reliqui, sic in nostro casu cũ constitutiones Cathalonię tantùm inhabilem facere videantur eum, qui per iudices tabulę fuerit comdempnatus, non videtur earum dispositio extẽdẽda ad eum, qui cũ primò fuisset

per

per iudices tabulæ absolutus, condempnatus postea extitit per iudicem appellationis cum nulla constitutio de hoc casu loquatur, imò habemus constitutionem, quę simpliciter dicat absolutum per iudices tabulę habilem esse ad tenenda officia, vt suprà dictum est.

Cum his allegationibus, & argumentis venit ad me à quodam, graui certè, ciuitatis Gerũdæ doctore de anno 1608. remissus quidam mercator eiusdem Ciuitatis, cui, cũ per suam Excellentiam fuisset prouisus de officio Baiuli illius ciuitatis, fuerat appositum nõ posse illud obtinere ex eo quòd cum aliàs ædilis extitisset eiusdem ciuitatis, condempnatus fuisset per iudicem appellationis interpositæ à sententia absolutoria per iudices tabulæ in eius fauorem latę, in centum ducatis soluẽdis parti pro dãpnis, expensis, & iniuria sibi per illum causatis, per quæ existimabat ille doctor posse deffendi hunc casum non esse compræhensum in nostris constitutionibus, ac proindè nõ posse dici quòd dictus mercator esset ex illis condẽpnatis, quos constitutio prohibet vlteriùs posse officia obtinere. 62

Nec hic doctor primus fuit, qui sibi id persuaderet de iure procedere: multò enim ante eum fuerunt & alij idem existimantes, prouti refert noster Mier. in consti. 4. superiùs allega. quæ apud eum est Iacob. 2. in cur. Bar. col. 4. c. 3. nu. 25. fol. 55. pag. 2. 63

Nihilominùs tamen veritas est in contrarium quòd imò in omnibus casibus supradictis censeatur officialis condempnatus inhabilis factus ad tenenda officia, siue condempnatio fuerit per iudices tabulę, & syndicatores facta, siue etiam per iudicem appellationis post absolutionem priorum iudicum. 64 65

Primò quia licèt aliquæ constitutiones, quę de huiusmodi habilitationibus, vel inhabilitationibus absolutorum, vel condempnatorum respectiuè tractant, veluti 4. 6. & 7. tit. de offici. iud. tab. videantur loqui tantùm de absolutis, vel condempnatis respectiuè per iudices tabulæ, alię tamen sunt quæ simpliciter, & indifinitè de condempnatis qualitercunque ratione officij loquuntur, prohibendo quòd tales non possint vllo tempore alia officia tenere, prouti est constitutio 3. sub tit. de personis prohibitis regere officia, quæ indicat non esse ad id faciendam vim à quo officialis condempnetur, sed an condempnetur: intentio enim nostrarum constitutionum solùm fuit inhabilitare ad officia tenenda eos, qui dolosè, & malè in eis, quæ antea obtinuerant, se gesserunt, quod cum tunc dicatur constare cum est contra officialem declaratum, indè fit quòd dicant constitutiones sic condempnatos fore inhabiles: quocunque igitur modo, & per quemcũque iudicem condempnatio facta sit, cum per eam habeamus mentem nostratum constitutionum, dicendum est sufficere vt officialis inhabilis dicatur, nec sit attendendum nunquid per iudices tabulæ, vel appellationis ea facta sit. Hac ratione in alio casu, nostro nõ dissimili, vtitur Antho. Thesau. decis. 202. n. 4. & post eum Iacob. Cancer lib. 2. var. cap. 5. de fideius. nu. 93. †

Secundò quamuis constitutiones non simpliciter dicerent condempnatum ratione officij non posse aliud tenere, sed omnes adderẽt condempnatum per iudices tabulæ, adhuc compræhenderent condempnatum nedum in causa primitiua, & sic per Iudices tabulæ, sed etiam & condempnatum in causa appellationis, sic in proprijs nostris terminis resoluit nostras Mier. in sæpè allega. c. 3. cur. 2. Barcinenę reg. Iacob. 2. num. 26. fol. 55. pag. 2. ex eo † quòd iudex appellationis succedit loco primi, ad quod allegat l. cum quærebatur ff. iudi. sol. & not. in allega. l. cum apud, eo. tit. & se ipsum refert ad ea, quæ dixerat antea in c. 37. cur. 1. Barcinonę eiusdem Reg. Iacob. 2. nu. 3. col. 4. fol. 53. pag. 2. vbi † probat iudicem causæ appellationis sequi statuta, & consuetudines primi iudicis, ex eo quòd in illius locũ succedat, & ideò (inquit) si in criminali appelletur, & confirmatur sententia, pęna venit applicanda burse fisci, cuius iudex pronuntiauit. Prosequitur hunc discursum Antho. Thesau. allega. decis. 202. num. 13. dicens † quod in causa appellationis licèt mutetur iudex, non tamen mutatur iuditium, nec lis dicitur finita donec appellationis causa durat, & propterea † fideiussio facta in causa primitiua durat etiam vsq. ad conclusionem causæ appellationis. Et consequenter dicendum etiam videtur quòd pæna nostrarum constitutionum, quæ imponitur cõdempnatis, intelligatur etiamsi condempnati sint in causa appellationis, & huic rei optimè applicantur verba constitutionũ 4. &. 5. tit. de offi. iud. tab. quatenus habent non posse officialem tenere officia donec inquisitio sit terminata, & finita, si ab ea appellatum sit, vt suprà dictum est, ergo, &c. †

Vltimò huic negotio optimè applicatur illa doctorum resolutio, de qua legere poteris tres optimas *decisiones*, aliam Senatus Neapolitani apud Vincen. de Franch. decis. 320. & Pedemon. apud Antho. Thesau. decis. 202. & tertiã Rot. Roma. apud Cæs. de Graf. decisione 142. & Hieronymum Gabriel. cons. 53. lib. 1. plura ad propositum cumulat noster Cancer parte 2. var. resol. c. 5. de fideiusã num. 91. & in tertia parte c. 12. de offi. ind. tab. num. 109. & vltra eos, & quos ipsi allegant, qui plures sunt, videre poteris Ioan. Bap. Baiar. ad Iul. Clar. quæst.

46. num. 92. Prosper. Farina. tom. 1. prax. & theori. crim. q. 14. num. 110. cum sequent. qui in additione à num. 117. vbi formauerat contrariam opinionem eius, quam mox adducturi sumus, resolutionis, dixit se post ea scripta vidisse decisionem Thesau. per quam conuenit mutare sententiam, Vrsil. ad Afflic. decis. 182. nu. 4. quorum ego sola allegatione in præsentiarum sum cõtentus, cum ipsi sint qui absolutissimè rem explicant, verum intellectum allegatæ l. cum apud ff. iudi. solui, in quo difficultas nostræ quæstionis consistit, adducunt, & alia tradunt, quæ necessaria sunt ad huius rei expli
66 cationem, & enodationem. Illa † (inquam) doctorum resolutio appositè nostro negotio applicari potest, qua dicunt, quòd quando fideiussor de iudicato soluendo fideiussit non expresso nomine iudicis, sed sub nomine dignitatis, tunc non solùm tenetur ad ea, quæ in prima instantia declarantur, sed ad ea etiam, quæ in secũda, sic in nostro casu cũ cõstitutiones non loquantur de condempnatis, vel absolutis per certum iudicem sub nomine proprio, sed solùm sub nomine dignitatis, scilicet per iudices tabulæ, indè fit quòd æquè censeantur loqui de secunda, atqui de prima instantia.

67 Elegans † est illa nostri Cãcer. contra Mier. resolutio, quam explicat in allega. 3. parte var. c. 12. de offi. iud. tab. à num. 104. cum sequent. & in his doctrinis fundat, quòd quando officialis conuenitur durante officio pro malè gestis non coram iudicibus tabulæ, sed imò in regio consilio, prouti potest, ad tot. tit. quod officiales possint puniri durante officio &c. eodẽ modo tenentur fideiussores pro declaratis per regium consilium, atqui per iudices tabulæ, in quos fideiusserunt, ex vi surrogationis iuditij.

Elegans denique est nostri Senatus decisio ad relationem egregij olim Senatoris, & postea Regentis Cancellariam Hieronymi Totnet die 18. Nouembris 1602. Actuario Michaele Perez, facta in causa viduæ Iserna contra Paulum Xarquies, & alios, cuius Cancer meminit vbi suprà num. 114. & posteà nob. Ludo. à Pe-
† gue. decis. 171. in 1. par. qua fuit *declaratum* fideiussores de iudicato soluendo datos in consistorio Consulum logiæ maris teneri ad ea, quæ declarata fuerant à Regia Audientia, ad quam † dicta causa vertens, ante declarationem, fuerat † euocata, *ex eo* (& sunt motiua declarationis) † *quia per euocationem non fuerat mutata causa, nec actio, nec partes, nec iuditium, nec etiam instantia.*

Hæc efficiebant vt parum in me spei resideret obtinendi in causa ex doctrinis, & considerationibus illius Gerundensis, alioquin egregij, doctoris, ad deffendendam in Senatu causam transmissam, recurrendum igitur fuit ad alia remedia, quæ me ad id iuuarent.

Dixi igitur in ea causa quòd quãuis sequuta fuisset condempnatio in causa appellationis sufficiens ad inhabilitandum, ex quo tamen priùs fuerat per iudices tabulę officialis absolutus, & à condempnatione in secunda instantia fuerat statim interposita appellatio ad Senatum, qua pendente, propter dubiũ litis euẽtum, fuerat sequuta trãsactio inter partes, qua concordatum fuerat quòd condempnatus solueret triginta libras ei, qui obtinuerat in centum pro dampnis, & expensis per cõdempnatũ, dum officialis esset, indebitè causatis, quòd propterea non remanebat inhabilis vigore illius sententiæ condempnatoriæ contra ipsum latę, quia in hoc casu verificari non poterant verba constitutionis inhabilitantis.

68 Fundabam † in eo meam sententiam quòd hic officialis nunquam potuerat dici fuisse cõdempnatus, cũ sententia cõdempnatoria nunquàm habuisset effectũ, nec habere potuisset, obstante apellatione ab ea interposita, quæ illius effectum, nedum quãtùm ad executionẽ, sed & quãtùm etiam ad præsumptionem, quæ ex ea solet oriri, extinxerat, saltem inspecto præsenti statu, & sic quoad præterita iuxta *l. 1. §. fi. ff. ad turpil.* licèt inspecto futuro euentu, à quo pendebat, an confirmaretur, an verò infirmaretur, suspendisse tantùm dici propriè posset eundem, *iuxta tex. in c. venientes de in. iur. c.* pastoralis §. præterea, de offi. delega. cum simil. prouti doctores, vt componerent iura dicentia per appellationem suspendi effectum sententiæ, cum iuribus dicentibus extingui, communiter concludunt, vt est videre apud *Rip.* in *l.* 1. à num. 7. cum sequent. de re iudi. Lancello. de attenta. 2. par. c. 12. in præfatione num. 114. Alua. Velas. consulta. 1. num. 9. vers. nec adeò fortis, Couar. in prac. c. 23. num. 1. Ioan. Gutier. etiam in prac. lib. 1. q. 39. num. 6. Antho. Gom. in l. 4. tau. num. 6. & lib. 3. var. tit. de homicid. nu. 69. Bernardin. Muscatel. in prax. appella. glo. 1. sen-
† tentia, à num. 37. *Platuis* hæc resolutio Senatui Neapolita. vt est apud Afflic. decis. 188. num. 5. & ibi Vrsil. eodem etiã nu. 5. idem Vrsil. decis. 296. num. 4. Capic. decis. 102. nu. 8. Vincen. de
† Franch. latè decis. 370. num. 14. *Pedemontano*, vt est apud Osas. decis. 5. nu. 1. idem Osas. decis. 131.
† num. 9. e *Mantuano*, vt est apud Surd. decis. 335.
† num. 3. in 2. vol. *Placuit* idem Ror. Roma. vt est
† apud Cassad. decis. 12. obtinui, nu. 4. *Flor.* vt est apud Magon. decis. 98. nu. 3. & decis. 152. nu. 21. circa quod vide Per. à Syria in lib. prac. foren. quæstio. multò post hæc scripta in lucem edito, q. 32. per tot. vbi hanc quęstionem ex professo examinat, nunquid per appellationẽ suspendatur, vel extinguatur pronunciatum, & licèt ipse num. 5. videatur tenere quòd nedum

inspecto

inſpecto præſenti ſtatu extinguatur, ſed etiam & inſpecto futuro, quia quamuis confirmetur nihilominùs non reaſſumit vires ſententię, ſed actio oritur ex confirmante, tu tamen non recedas à diſtinctione ſuprà facta tot doctorum auctoritatibus comprobata, & deciſionibus Senatuum ornata. Viden. deciſ. Gen. apud Flā. Chartar. 10. per tot. vbi differentiam conſtituit inter diffinitiuam, & interloquutoriam.

69 Item † appellatio conſeruauerat ſtatum noſtri appellantis, ita vt poſſet omnia explicare, quæ poterat ante ſententiam, ſicut ſi ea lata non fuiſſet, Lancello. vbi ſuprà num. 83. cum ſequent. & doctores omnes, quos ſuprà retulimus, quia paria ſunt latam non eſſe ſententiā, & latam quidem, ſed ſuſpenſam appellatione, doctores omnes ſuprà relati ſic docuere, & præſertim Surd. in allega. deciſ. 335. Nihil ergo mirum &c.

Exquibus effectibus appellationis, quia infinita penè deducunt doctores, quæ apprimè noſtro negocio conueniunt, noſtræque iuſtitię partes agūt, ideò aliquantulùm circa ea immo-

70 tabimur, Primò † quòd condempnatus interim pendente appellatione non dicatur condempnatus, Lancel. vbi ſuprà nu. 89. quod clariùs, quàm vllus doctor potuiſſet, dicit I. C. in allega. l. 1. §. fi. ff. ad Turpil. ibi, *Reus condempnatus prouocauit: deinde actor deſtitit, an in hoc Senatus conſultum incidit? propè eſt vt incidiſſe videatur: quia prouocationis remedio condempnationis extinguitur pronuntiatum*, & clariſſimè in l. 2. §. conſtat, verſ. eum ff. de pæn. *Eum* (inquit Cōſultus) *accipiemus dampnatum, qui non prouocauit: cęteriū*

71 *ſi prouocet, nondum dampnatus videtur*. Quod † eſt adeò verum vt ex quacunque cauſa accidat quòd ſententia non habeat exequutionem, vel ſuum debitum effectum, iudicandum de ea ſit ac ſi prolata non fuiſſet, iuxta latè tradita per Surd. deciſ. 51. num. 22. & Cancer. in 3. p. var. c. 17. de ſenten. & earum exequut. à num. 421.

72 Secundò † quòd condempnatus ex ſententia, quę aliàs irrogaret infamiam non dicatur interim infamis dum appellatio pendet, Boer. in conſ. 1. num. 2. Lancel. vbi ſuprà nu. 92. quod antea dixerat glo. *extinguitur*, in allega. l. 1. §. fi. ff. ad Turpilia.

73 Tertiò † quòd ſentētia interim dum pendet appellatio habetur pro non lata, pluribus Vincen. de Franch. probat allega. deciſ. 370. nume-

74 ro 14. circa med. & reducit † appellatio cauſam ad terminos litis cōteſtatæ, l. ita demum C. de procura. Lancel. vbi ſuprà num. 119. cum ſequent. Fran. num. 17. cum omnibus ferè, quos ſuprà retulim°. Alia plura, & pulchra ex ſupradictis effectibus deducūt doctores, quæ nō eſt cordi hic referre ne longior fiam quā deceat.

75 De † duobus tantùm hic breuiter agā, quæ ex ſupradictis inferuntur, in quibus vidi plures lapſos. Primum eſt quòd cum ſæpè à pluribus percontatus fuiſſem vndè ortum habuiſſet illa doctorum opinio, quæ habet actionem non oriri ex ſententia confirmata, ſed ex confirmāte, & iudicem confirmantem, non confirmatū debere prouidere execurionem, & ad eum ſpectare, iuxta latè tradita per Gutier. in prac. quęſtio. lib. 1. q. 97. per tot. Vincen. de Franch. deciſ. 335. Ceuallos in prac. com. cōtra com. q. 617. poſt Bar. in l. à diuo pio ff. de re iudi. & Cancer, qui ſuprà dictos, & alios reffert, par. tertia var. c. 17. de ſenten. & earum exequ. à num. 361. cū ſequent. adde Mar. Mantua in ſuis obſerua. legal. lib. 2. tit. de appella. verſ. *& ad materiam* pag. 43. & Cæſ. Barz. deciſ. 28. num. 2. cum (inquam) à pluribus hæc percontatus fuiſſem omnibus ferè reperi difficilem viſam percontationem, reſponſio tamen eſt facilis ex his, quæ ſuprà diximus de effectibus appellationis, cū enim extinguat pronuntiatum, & actionem, & obligationem, quę ex ea oriri poterat, indè fit quòd ea naſci de neceſſitate poſteà dicatur ex confirmante, ſic Capi. allega. deciſ. 202. numer. 8. circa fin. & Pet. Barbo. in l. diuortio §. ſi vir, nu. 51. in fin. ff. ſolu. mat. Ceual. vbi ſuprà num. 3.

76 Secundum † quod hoc loci explicare decre

* ui, eſt, quid ſit illud, & vndè proueniat quod communiter dicunt doctores in cauſa appellationis onus probandi, & iuſtificandi iuſtitiam ſententię incumbere appellato, non appellanti, cum contrarium de iure videretur dicendū propter præſumptionem, quam præ ſe fert ſententia: hoc ſic intelligitur quòd ſufficiat appellanti præſentare ſe coram iudice ad quem, ſententiam loco grauaminis, & ſuam appellationem ad illum interpoſitam exhibēdo, nec neceſſe habeat docere ď iniquitate circa merita, imò iuſtitiam illius iuſtificare tenetur appellatus, vel ex actis cauſæ primitiuę, vel ex alijs, quę poſtea deducat, aliàs ſuccūberet, & appellans obtineret, cuius rei ratio eſt, quia cum appellatio extinxerit effectū ſententiæ nedum quoad executionem, ſed etiam quoad prę ſumptionē, † quæ pro ea fuiſſet ni appellatum foret, indè fit quòd is, qui illius confirmationem petit, eius iuſtitiam probare debeat, ſic pulchrè explicant Oſaſ. deciſ. 13. & Barz. deciſ. 37. ac Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 67. num. 36. cum ſequent. vbi citatos plures alios videbis, qui idē dicunt.

77 Cum † ergo, vt è diuerticulo redeamus ad viam, tranſactio, quæ finem liti impoſuit, iuxta l. cauſas, & l. non minorem, cum ſimil. C. de tranſac. noſtrū officialem in eo ſtatu reperiſſet, quo non poterat verè dici condempnatus,

vt

vt latè superiùs comprobatũ extitit, indè manifestissimè sequi videbatur quòd nullatenus dici poterant obstare ei constitutiones Cathaloniæ, quæ condempnatum faciunt inhabilem ad alia officia tenenda.

78 Quibus † omnibus finaliter addebam elegantem doctrinam, & resolutionem Anthonij Gomez tom. 3. var. tit. de homicidio, num. 69. quatenus habet legem Castellæ, de qua antea num. 56. loquutus fuerat, quæ disponit quòd facta transactione, & cõcordia inter accusatum, & accusatorem nõ potest accusatus condempnari ad mortem, nec vlteriùs contra eum procedi, intelligi, & habere locum etiamsi transactio fiat post condempnationem, dum tamen ab ea pendeat appellatio, per rationes suprà cõsideratas circà effectus appellationis, atque ita

† dicit *declaratum, & pronuntiatum* aliquando in Cancellaria Regia de Valladolid, sic in nostro casu quemadmodum dubitari non potuisset quòd si transactio fuisset ante sententiam facta non potuisset officialis inhabilis dici, sic nec ea lata postquam pendebat ab ea appellatio.

79 Sed † obijciebat aduersarius quòd dicta causa nunquam fuerat finita, sed imò iudicari de ea debebat ac si adhuc duraret, penderetque adhuc causa appellationis, quam dictus officialis à condempnatione interposuerat, quia transactio illa ad dictum effectum litem finiẽdi non poterat esse in consideratione vtpote quæ facta foret in casu non permisso, scilicèt post sententiam, iuxta l. eleganter 23. §. si post rem iudi. ff. de condic. indeb. his verbis, *si post rẽ iudicatam quis transegerit, & soluerit, repetere poterit, ideirco quia placuit transactionem nullius esse momenti*, & in l. si causa cognita 31. C. de trãsac. cum simil. sed si (dicebat) penderet adhuc causa appellationis ipse habilis non esset ad obtinẽda alia officia, quia inquisitio terminata adhuc non foret, vt in superioribus dictum fuit, ergo &c.

80 Verùm † faciliter ego respondebam quòd in eodem §. post rem iudicatam, ponitur statim limitatio, nisi à sententia appellatum sit: tali enim casu appellatione pendente potest eodem modo transigi super lite atqui si nunquam super ea ius dictum fuisset, quod clariùs dicit I. C. quàm excogitare quisquam potuisset in l. & post ff de transac. *Et post rem iudicatam transactio valet si vel appellatio interposita fuerit, vel appellare potuerit*. & in l. post rem iudicatam eo. tit.

† quod optimè declarat Antho. Fab. *ex resolutione* Senatus Sabusia. in suo Codice li. 2. tit. 4. de transac. diffi. 5. Et generaliter si vis scire in quibus alijs casibus, & ex quibus causis post sententiam, etiam in rem iudicatam trãsactam, liceat transigere, videas Ioachim. Mynsinger. centu. 4. obserua. 47. per tot.

81 Obijciebatur † item nobis quòd si transactio fieri potuit, & finem liti imposuit id fuit in necem dicti officialis, existimando quòd ea subtulerat dubietatem illam iustitiæ partium, quę erat ante dictam trãsactionem, ex eo quòd dictus officialis transigendo visus fuisset concedere iustitiam condempnationis, ac confiteri delictum: ac addendo, quòd transactio nihil aliud operabatur in fauorem cõdempnati nisi quòd centũ libræ, in quas condempnatus fuerat, reductæ fuerant ad triginta, & de residuo per concordiam fuerat gratiosa remissio per actorem ei facta, iuxta l. quoniam ff. de his, qui not. infamia, cuius hæc sunt brevia verba, *quoniam intelligitur confiteri crimen qui paciscitur*, cũ qua pertransit simpliciter Bal. in sua practi. tit. de cautel. & remed. q. 11. in prin. Maximè cum postea triginta libras contentas in concordia soluisset, per quam solutionem visus fuerat cõdempnationem approbare, & in illius executionem soluere, sicque sententiam suum debitum effectum, & executionem habuisse, licèt *non in totum, sed in parte, ex remissione partis*.

Faciliter tamẽ nos ab huiusmodi obiectione expediebamus dicendo cum Gom. tom. 3. var. tit. de homicid. num. 54. & Farina. tom. 1. prax. & theori. causar. criminal. tit. de inquisi. quæst. 5. num. 18. & alijs penè infinitis, quos ipsi

* allegant, addentes sic communiter ab omnibus doctoribus recipi, quòd compositio, seu transactio facta cum fisco, seu parte nullam inducit delicti, super quo transigitur, confessionem, si ea quidem fiat in casu à iure permisso, & in casibus, *in quibus de iure transigi licet, nostet autem casus non erat de iure prohibitus*, nec incapax transactionis, ergo &c.

Ad dictam l. quoniam, & similes, ac etiam ad doctores contrarium insinuantes respondebam cum Farina. vbi suprà quòd loquuntur in casibus, in quibus de iure non est licita transactio, qui † quales sint *is tibi doctor aperiet*, si eum consuleris.

82

83 Allegabatur † item mihi inter informandũ ab vno ex Senatoribus pragmatica Regis Per. sita in secundo vol. constitu. in tit. de remiss. crim. c. 9. quam dicebat disponere compositũ cum curia haberi pro confesso: respondebam tamen id verum esse, vt ibidem dicitur, ad vnũ tantùm effectum, vt sic compositus satisfaciat, ac satisfacere habeat damnificatis, ergo à cõtrario sensu quoad alios casus minimè habetur pro confesso, & sic dicebam magis illam pragmaticam pro nobis facere, quàm contra nos, ad quod in terminis allegabam nostratem Micha. Fenet in 3. par. obseruan. c. 238. vers. ad quinctum.

Præ-

84 Præterea † quòd tranſactio faciat iuſtitiam vnius, aut alterius partis magis certã, quàm antea, dum lis pendebat, eſſet, quòdque tollat dubietatem illam, quæ rei antea inhęrat, non eſt
85 verum, ſed imò totum contrarium, quod † ex eo probatur euidentiſſimè quia ſi aliquando contingat poſtea diſputari de reciſione tranſactionis, vtpote quia prætendatur læſio, intenteturque ob id remedium l.2.C.de reſcin. vendi. prędicta prætenſa læſio non conſideratur reſpectu valoris rei, quę in lite petebatur, quaſi circa eam per tranſactionem iuſtitia petentis fuerit certa effecta, ſed imò reſpectu dubij euẽtus litis, qui ante trãſactionem erat, quaſi nihil plus certitudinis, quàm antea eſſet circa iuſtitiam partium tranſactio cauſauerit, vt pluribus probat Arius Pinel.in repet.d.l.2.p.1.c.4.à n.12. C.ſi aduerſ. vẽdi. qua de re viden. Afflic. deciſ. 220. & ibi Vtil. Vincen. de Franch. deciſ. 159.& nos plura diximus ſuprà hac ea.clau.glo. 9.par.5.de effectib. hæredita.num.199. cum ſequent.

Cui doctrinæ auctoritatem nonmodicam
† tribuit Senatus noſtri pro ea facta *deciſio* refferẽte egregio olim Senatore Guillermo Sunyer ſub die 26. Nouembris 1592. in cauſa coniugum Alfonſos contra Ioſephum Rouirola mercatorem Barcinonæ, ſcriba Mathia Llorens, ac aliæ etiam eiuſdem, & aliorum Senatuum deciſiones, quas in idem vbi ſuprà adduximus. Nec quicquam prodeſſe contendebam aduerſanti ſolutionem triginta librarum factam, vt pote quia non factam in vim ſententię, & pro illius executione, ſed imò vigore tranſactionis, & cõcordię.

86 Addebam † quòd iſte officialis, poſt illam condempnationem, bis aliud officium Regiũ obtinuerat cum approbatione populi, purgaueratque tabulam, & fuerat ſemper per ſyndicatores abſolutus, vndè videbatur iam nunc vlteriùs non poſſe reprobari, poſtquam ſic publicè pro habili, & idoneo ab omnibus tentus, & reputatus, poſt dictam condempnationem, fuerat, per ea, quæ docet Innoc.in c.cum venerabilis, de excep. Pan. in c. præſentium num. 7. de teſtib. & pulchrè Viui. deciſ. 170. verùm ego non multùm de hac ratione confidebam, quippequi ſcirem contra conſtitutiones Cathaloniæ huiuſmodi admiſſiones non potuiſſe effectum operari, ad quem adducebantur, propter conſti.17.tit.de obſeruan. conſti. quæ vult non poſſe contrarios vſus contra conſtitutiones allegari, ſed imò abuſus eſſe dicendos, & corruptelas.

87 Exquibus † omnibus, & alijs, quæ à clariſſimis Senatoribus pro ſuorum ingeniorum dexteritate addebantur, factum fuit, vt pro officia-
† li *obtinerem*, ſententia lata ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor ſub die 10. Decemb.1608. ſcriba erat Hieronymus Boſch, partes Ioannes Torrent, & Franciſcus Basferrer ciuitatis Gerundæ, contra Hieronymum Coſta eiuſdem ciuitatis.

In qua quidem declaratione omnes ferè reſolutiones, & ſeu propoſitiones à me ſuperiùs firmatæ fuerũt ſumptæ pro motiuis illius faciẽdæ, præter illam, quam de extinctione effectus ſententiæ condempnatoriæ tam quoad executionem, quàm etiam quoad præſumptionem cauſata ex vi appellationis ab ea interpoſitæ, adduxi; ſolùm enim dictum fuit quòd per appellationem fuerat ſuſpenſus effectus ſententiæ, nullaque ex ea fuit orta actio, nec obligatio ac ſi non eſſet condempnatus, & partes reposuit in eũ ſtatũ, quo erant ante illius prolationem &c. Cæterùm poterat, meo iuditio, addi poſt verbum, ſuſpẽſus (& extinctus) vt ſuprà probauimus.

Additur in dicta declaratione, quòd conſtitutio, quæ loquitur de condempnatione facta cõtra officialem, ſiue de ſententia contra eum lata, per quã efficitur inhabilis ad alia officia, eſt intelligenda de ea, quę in rem tranſiuit iudicatã, quod ſi *in eo ſenſu* intelligatur, quem verba videntur importare, manifeſtam repugnantiam habere videtur cum his, quæ ſecurè ſuperiùs in principio ex noſtris cõſtitutionibus firmauimus, nempè officialem effici inhabilem per ſententiam condempnatoriam etiamſi ab ea pendeat appellatio, & ſic etiamſi non ſit in iudicatum tranſacta: exiſtimo ego quòd voluit Senatus intelligere poſt finitã omninò litem, & inquiſitionem officialis, hoc eſt quòd ſi poſt litem finitam, & inquiſitionem omninò abſolutam opponatur officiali de aliqua ſententia cõdempnatoria, neceſſum ſit quòd illa monſtretur tranſitum feciſſe in iudicatum, aliàs nõ noceat officiali, ad differentiam earum, quę, licèt lis finiatur, & inquiſitio abſoluatur, remanent tamẽ ſemper ſuſpẽſæ ſicuti antea erant, nec vnquam dici poſſunt in rem iudicatam tranſiſſe, veluti in noſtro caſu, qui ſæpè contingere poteſt, in quo finitur lis, & inquiſitio per concordiam ſtante condempnatione ſuſpenſa per appellationem, & propterea poteſt dici non nocuiſſe, nec nocere, quia nunquam tranſiuit in iudicatum, non verò intellexit Senatus loqui de ſententijs, quæ tranſitum fecerunt in iudicatum quaſi ipſę ſolę noceant, ad differentiam earum, à quibus pendet appellatio, quaſi illæ non nocerent, quia hoc, vt dixi, eſſet contra ea, quę ſecurè ex noſtris conſtitutionibus in ſuperioribus reſoluimus.

88 Alium † caſum dignum commemoratione ponit Auenda.in ſæpè allega.cap.19.numer.19. verſi. *Item ſi ex his*, circa eos, qui nõ poſſunt eligi ad

gi ad officia Reipublicæ administranda, vt inter ipsos cõnumerentur Tabelliones, per l. vniuersos, & ibi Ioan. de Platea C. de decur. lib. 10. rationem tradit Aymon Crauetta in cons. 163. Hac forsan cõsideratione moti statuerunt proceres antiquitùs in quibusdam vniuersitatibus vt nullus vnquàm Tabellio ad ea officia admitti vnquà posset, quod intrepidè, & ad vnguem obseruatur: Cæterùm mitiùs forsan esset cum eis agendum, nemo enim non videt quàm honoris sit his temporibus officium tabellionatus, vt præter id quod potest quotidiana experientia experiri, pluribus comprobat Mago. in tract. de tabellio. auctoritate, quantiq. sint ex ipsis digni quidem nedum ad vnam ciuitatem, sed ad integrum Regnum gubernandum, ac regendum, ac propterea in omnibus ferè republicis nostræ Hispaniæ receptum iam est vt ij ad huiusmodi, & alia officia quęcunque honoris, & lucri laudabiliter admittantur.

An autem † si labatur tempus nominatoribus ad nominandum præstitutum, vtputà quia propter controuersiam inter ipsos nominatores pro nominatione facienda forsan ortam, vel propter aliud impedimentum omittatur ea fieri die quo fieri deberet, an (inquam) tali casu deuoluatur statim ius ad ipsum dominum, sicuti in alijs impedimẽtis diximus in superioribus, quando nominatio est scienter de indigno facta, an verò possint nihilominùs nominatores alio die nominare, dubitatio est, in qua contrarię reperiuntur doctorum sententiæ, ac imprimis pro ipso domino, & in illi⁹ fauorem resoluit Auenda. in sæpè alleg. lib. de exequen. mand. Reg. par. 1. cap. 17. num. 22. vers. *vndecimo*, ex doctrina Bal. quem allegat, in cap. damnamus, de sum. Trini. & fid. Catho. dicentis non posse extra tempus fieri quod certo die, & tempore erat fiendum, contrariam tamen opinionem tenet Abbas Panor. in cons. 93. par. 1. per tot. quem sequitur Borgni. Caual. de contract. par. 1. decis. 40. nu. 10. quam pluribus exornat in reper. ad easdem decisio. in ver. *electio* 4. repetens ibi argumenta, quę in huius sententię corroborationem considerauerat Abbas vbi superiùs, & signãter ex eo quòd re integra liceat purgare moram, atque ita posteà dicit *declaratum* in Senatu Mediola. de anno 1582. Hæc quidem sententia verior proculdubio est ex traditis per Abb. & Caual. in locis suprà citatis, quorum dicta egregia hic ego non repetò ne eorum labores videar inutiliter transcripsisse, ad eos recurras quoties tibi is casus disputãdus cõtigerit. Ad ea tamen, quæ Auenda. tradit pro contraria opinione non puto fore aliter respondendum quàm quòd ego cum diligentia perlegi Bal. in allega. cap. damnamus, & non potui repetire quòd diceret id, ad quod ab Auend. allegatur (est hoc vitium, in quod per sæpè incurrit is auctor)

Sed quid si suffragatio in electione facienda fuerit vno die cæpta, & perfici non potuerit, nec compleri, an tali casu sit rursus die sequenti inchoanda nulla habita ratione suffragiorum in fauorem alterius ex nominatis datorum, an verò iam cæpta suffragatio sit continuanda, discutit plenè Cæs. Barz. decis. Bonon. 58. per tot.

Et hæc †impedimenta, & alia quęcunq. quę obstarent electo, & nominato ad officia, de quibus agitur, possunt ei opponi nedum ab ipsa vniuersitate, sed etiã à minore parte vniuersitatis, quæ electioni non consentisset, & à maiori esset victa, quæ non tenetur appellare, sed sufficit contradicere, ac contradictionẽ coram superiori prosequi, Curia Pisana lib. 2. c. 15. per tot. vbi tamen resoluit quòd cõtradictione nõ obstante mandabitur executioni quòd à maiori parte est ordinatum, & resolutum. Posteà verò c. sequenti disputat cuius expensis istæ maior, & minor partes inter se se litigabunt, & resoluit quòd maior expensis vniuersitatis, minor verò suis proprijs, nisi sit talis, quæ aliundè non habeat, & quamuis maior pars succumbat non propterea restituit expensas vniuersitati, nisi de euidenti calumpnia cõstet, minor autẽ eas recupetat actione negociorum gestorum si vtiliter expendit pro vniuersitate, quæ indè cõmodum, & vtilitatem receperit. Hæc omnia auctor illius libri, & eius additionator Azeue. te docent, quibus nihil addendum censui, quia doctè procedunt præter vnicam Franciſ. Viui. elegantem decis. 42. lib. 1. vbi dicit *decisum* in Audien. Baren. id quod suprà dictum est, quòd procurator constitutus à maiori parte capituli, etiamsi verteretur lis, quæstio, & dissensio inter Canonicos, & illos de capitulo super iurib⁹ capitularibus debet proculdubio habere expensas à capitulo, & sic erogare in lite ipsa expensas de bonis capituli, & hanc dicit esse puram veritatem.

Et non tantùm à minori parte vniuersitatis huiusmodi electiones, & nominationes impugnari valent, sed etiam à quocunque de populo, qui potest solùs electionem, & nominationem impugnare, appellando scilicet ab electione, vel nominatione, l. reus delatus, & ibi glo. ver. *appellatum est* ff. de muner. & honor. Abb. in cap. dilecti, de exceptio. glo. in cap. vt circa, ver. *aliqui*. de electio. in 6. Auenda. vbi superiùs num. 17 sequitur Cabedo in decis. Reg. Portug. 112. num. 2. par. 1. & decis. 84. numer. 16. par. 2. Vel etiã dominus solus ex officio, etiam nemine petente, potest non admittere, Bouadil. in sua poli. lib. 2. c. 16. num. 156.

Cæterùm in Cathalonia, vbi huiusmodi nominatio-

minationes fiunt communiter communicato consilio ipsius vniuersitatis,& ex totius consilij hominum,vel maiori illorum parte concordi voto, valdè superfluum ego iudico quòd velit vnus reprobare quem totum consilium, & reliqui omnes approbarunt,& habilem,& idoneum iudicarunt,neque ego aliàs benè sentirem de eo,qui id tētaret facere, suspicor enim id fieri vix posse absque versutiæ labe, & spiritu vltionis tatione alicuius intrinceci odij quo contradictor electum prosequatur, si non palàm,& manifestè,certè clanculùm,& latentèr, quapropter deberent iudices, cum ij casus occurrunt,hæc diligenter animaduertere,& occasionem perscrutari,quæ mouere potuit contradictorem vt nominationem, vel electionem, aliàs ab omnibus de consilio approbatam, ipse solus reprobaret,& ni valdè iustificata appareret,repellere cum cum omnium expensarū condempnatione, ac damnorum resartione, sicuti ego fieri contendebam in Regio Senatu de anno 1597.cū adhuc studens essem, in causa,quam quidam consanguineus meus contra aliū cōsanguineum, ad officium locumtenētis Vicarij in villa Oloti nominatum, & electum communi omnium voto,mouerat ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego, actuario N. Mallol.Cęterū nō potuit obtineri hęc dampnorum,& expensarum condempnatio licèt contradictor subcubuerit in causa,partes erant Iacobus Bonifacies,& Petrus Camps calligarij villæ Oloti. Sed aliter se gessit postea Senat⁹ de anno 1602. die 12.Iulij in alia aula in causa Stephani Alicant notarij contra Petrum Oriol iurisperitum, ad relationem egregij tūc Senatoris,nunc Regētis in supræmo Aragonū Saluatoris Fontanet,scriba Palau, vertenti, in qua cum fuisset repertum dictum Alicant sine causa impedijsse dictum Oriol quominùs officiū assessoris,& iudicis ordinarij villę de Prats de Mollo,de quo prouisus per suam Magestatem exiterat,exerceret,*fuit condempnatus* ad solutionem expensarum, & dampnorum resartionem,quas,& quæ sustinuisset,ac passus fuisset dictus Oriol ratione dicti impedimenti, iustum quidem est has condempnationes fieri vt vel metu pœnæ,quando aliud non possit,retrahantur homines ab huiusmodi calumpnijs, ac litibus valdè voluntarijs. † 91

Memini quòd de anno 1610.sub die 7.Iunij Senatus refferente egregio Senatore Ioanne Magarola in causa syndici vniuersitatis villæ de Piera creati non à consilio generali,sed imò particulari,& stricto contra quosdam particulares dictæ vniuersitatis,qui administrauerant plurimas pecunias dictę vniuersitatis,& diffinitionem obtinuerant à consilio pleno, & generali vniuersitatis,decernendo fore, & esse per vniuersitatem sibi incarricanda, & assumenda in se quædam censualia,quę dicti particulares tempore quo non poterat vniuersitas propter lites, quas cum domino habebat,super bonis suis vendiderant,expenderant tamen,vt dicebant,ad opus dictæ vniuersitatis prætia eorum,Senatus(inquam)noluit admittere prędictum syndicum vtpote à consilio stricto,& ordinario creatum ad impugnandum dictam determinationem,& consilij generalis ordinationem,sed *repulit* à limine iuditij,formiter declarans cum regia sententia non competere syndico taliter creato actionem impugnandi,scribaerat Alexius Cesiles,quod tñ difficultatē patitur(licèt ego pro mea parte, quam desfēdebā, ita obtinuerim)ex traditis per Craue. in cons. 132.num.1.& 8.vbi singulariter dicit verum esse quod vulgò habetur non posse minorem partem reuocare quod concorditer ab omnibus actum esset,cæterùm non quòd non possit via iustitiæ, & auctore Prætore propter aliquā causam,quæ obstiterit quominùs fieret, vel fieri posset à maiori parte quod factū est, impugnari huiusmodi factum à minori parte vniuersitatis,adde Corse.in suis singular. verbo, vniuersitas,& quæ nos suprà docuimus.Hęc adduxi vt videas quantùm abhorreat Senatus ab his contradictionibus,quas vel minor consilij pars,vel etiam alij priuati,& particulares facitū aduersus ea,quæ per maiorem partem sunt in forma solita, & debita decreta, & approbata. †

Aliquas limitationes ad supradictam resolutionē,qua dicebamus cuilibet de populo licere electiones,& nominationes inpugnare, dicit Auend.in sæpè allega.cap.19.num.27.tradi per Rip.in suis respon.tit.de rescrip. cap. 21.& per Rebuff.in l. vni. C. de senten. quę pro eo quod interest &c.notab.9.num.9.Cæterùm ego,qui cum diligentia eos reuolui, apud Ripā nihil fere reperi, quod ad propositum faceret: Apud † Rebuff.autem inueni eum dicentem ex Anto.de But.in cap.ex parte A.de testibus, & Barba.in cons.64. scribitur,in 1.vol.supradicta vera esse quando quis est promouendus ad aliquod officium, vel dignitatem, nec est adhuc promotus:tunc(inquiunt)opponere se potest quilibet de populo aduersus promotionē faciendam,quando autem fuit iam quis promotus,nemo admititur ad promotionem inpugnandam,nisi is cuius interest,eos perlegas quoties casus occurrerit,nam ego meo munere satis superq.fecisse arbitror si aliud agens sic breuiter viam tibi commonstrauerim, addendus est superioribus Cabedo decis. Portuga. 112. numer. 2. in 1. parte, vbi dicit secundum hanc distinstionem se vidisse bis in Senatu *decisum*. †

Singu-

92 Singularis † tamen ad omnia ſupradicta eſt limitatio, quam tradunt doctores infrà citandi † vt nominatus ad aliquod officium non poſſit modo aliquo nec ab eo, cuius intereſt, nec ab alio reprobari ſi aliàs ad aliud officium, quod requireret eandem, vel maiorem idoneitatē, extitiſſet approbatus, Innoſcen. in cap. cum venerabilis, de excep. Pan. in cap. preſentium nu. 7. de teſtib. & Cel. Hugo in conſ. 28. num. 5. ar-
93 guentes ab approbatione teſtis, quæ † ſi ſemel fuit ab aliquo facta non poterit ampliùs ille teſtis reprobari, latè, & pulchrè Viuius deci. 270.
94 li. 2. benè Boer. deci. 149. n. 16. 17. & 18. Quod † ego verū cēſeo niſi impedimētū, & cauſa reprobationis orta foret poſt primā approbationē, tūc enim nō dubito quin nominatus de nouo poſſit reprobari, id reperio dixiſſe etiā Boer. allega. deci. 149. num. 17. Hæc nota ad abuſus tollendos, quos quotidie videmus fieri in contrariū, maximè vbi eos, qui approbare tenētur (quod ſæpè fit) regit propriæ affectionis, aut alterius intrinceci verſus nominatum odij labes.

95 Verū † vt grādioribus, & paruulis ſimul paſtū, vt par eſt, dediſſe videamur, nō erit incōueniens hoc loci modū oſtēdere, quo agēdū ſit ei, qui aliquā electionē, antequā illa perficiatur, intēdit impugnare. Ac primò ſi officiū prouidēdū eſt Regiū, veluti Vicarij, Subuicarij, Baiuli, Aſſeſſoris ordinarij, & id genus alia, quæ ſolēt in Regia Cācellaria expediri, tūc huiuſmodi impugnatio fieri ſolet p empará, quę fiat ſigillo Regio apponēdo priuilegio, pro dicto officio, expediēdo, quā decernit Cācellarius, vel Regēs Regiā Cācellariā, & excluūtur Scribę mādati, qui eā expedit, duo regalia argētea, & cauſa huiuſmodi emparę tractatur cotā eodē Cācellario, & Regēte reſpectiuè, niſi euocetur ad Reg. Aud. prouti euocari pōt abſq. qualitate aliqua, nō ſecꝰ atq. euocari ſolēt reliquæ cauſæ cotā eis vertētes, & in cōſiſtorio verbali ſuæ Excellen. vbi quomodo hæ cauſæ tractētur dicetur inferiùs, & donec per ſentētiā, vel aliàs empara ſit cācellata, nō pōt Prothonotariꝰ Regiꝰ ſigillū priuilegio apponere, ex natura ipſius
96 emparæ, quę † nihil aliud eſt q̄ quædā inhibitio, quæ fit à iudice ei, penes quem res alterius exiſtit, ſub certa pæna, ne illā rem domino tradat, Caual. deci. 3. per tot. par. 1. Rebuff. in cōſti. Reg. tit. de liter. obliga. art. 6. glo. 3. n. 41. & plenè Iaco. Canc. var. reſol. par. 2. c. 3. de ſequeſt. & empar. p tot. Vbi autē per incuriā, vel inaduertentiā cōtrariū fieret, & priuilegiū ſigillatū expediretur, caſus ſucceſſit de an. 1605. die 17. Februarij, quo egregiꝰ quondā Bernardꝰ Roig in cauſa ſimilis emparæ cotā eo vertēti in Senatu inter ſyndicū de Tona cōtra Gabrielē Prat Gibert, ad petitionē Prothonotarij, ſeu Regētis illius officiū, qui inaduertēter poſt empará priuilegiū ſigillatū parti tradiderat, nō reliquit partem remedio deſtitutā, *prouiſi* ſiquidē quòd aliquis ex Regijs portarijs expēſis dicti Prothonotarij accederet ad dictū locū d Tona, & apprehenderet priuilegiū prædictū, ac in poſſe dicti Protonotarij, ſeu Relatoris poneret, mādaretq. Baiulo, & Iuratis ne interim, & in caſu recuſationis traditionis priuilegij, poſſeſſionē officij Baiuli dicti loci traderēt dicto Prat Gibert, attēta ſupradicta empara. Et licèt ea prouiſio non fuerit facta per totū Senatū, ſed per vnū tantū Senatorē, nihilominus iuridicā eam cēſeo, atq. arbitror Senatū idem prouiſurū ſi caſus ocurreret, ex eo quòd non ſit iuſtū facto alterius partem, cuius intereſt, prægrauari, maximè cum adhuc eſt res integra, ſicuti eo in caſu, quo adhuc non erat adepta poſſeſſio.

97 Si † verò nominatio fieret de aliquo officio Baronis, vel etiā Regio, cuius prouiſio nō ſolet expediri in Regia Cācellaria, tunc poſſet intereſſe prætendens interponere appellationē ab ipſa, ne aliàs tacēdo dici poſſet ſuo cōſenſu eam cōfirmaſſe, iux. l. hi qui, & l. nominationes C. de appella. & hæc poſtea cauſa appellationis euocatur ad Reg. Audien. abſq. aliqua qualitate, ſi eligens, vel nominans nō habet aliū ſuperiorē, præter dominū Regē, vel eius Locumtenentē, prouti cōtingit in Vicarijs regijs, qui ſolēt Subuicarios facere, & cum qualitate pupillaritatis, paupertatis, vel aliàs ſi adeſſet iudex appellationum conſtitutus pro ſententijs, declarationibus, & factis eius, qui electionē faceret, vel etiam aliàs, prouti qualitas negocij ex poſtularet. Cum ſucceſſiſſet de anno 1596. caſus, quo Iacobus Bonifacies calligarius villæ Oloti, vellet in Regia Audientia tractari cauſam impugnationis nominationis, & electionis per Cōſules, & conſilium eiuſdem villæ, & Vicarium Regium villæ Campirotūdi factarū de perſona Petri Camps etiam calligarij eiuſdem villæ nominati ad officiū Locūtenētis dicti Vicarij, motā per dictū Bonifacies corā eodem Vicario antequam per eum fieret *electio appellando* ad cauthelam à procedimentis circa dictam electionē fiēdis, ea fuit euocata eo prætextu, quia à Vicario, qui poſt appellationē fecerat electionē, iuſtitia nō ſperabatur, cū nō præſumeretur reuocare dictā nominationē à ſe factā d per ſona dicti Cāps, & quaſi eſſet iudex in cauſa ꝓpria, & in ea poſtea fuit ꝓceſſū, ſicuti in omnibꝰ cauſis ſupradictis ꝓcedi ſolet, ſūmariè, & p cōpateāt partes, ac per breues dilationes. Relator erat egreg. Senator Ioānes Gallego, Actua. N. Mallol. Vel etiā poteſt lis moueri corā debito ſuperiore cōtra promotū, vel electū, & ſeu promouendū, & eligendū, quem optimū eſſe modum opponēdi ſe huiuſmodi electionibus elicitur ex traditis per Cabo. allega. deci. 112.

98 Cæterùm † an non obstante appellatione, & seu lite mota possit eligere is, ad quem spectat, & exercere is, qui forsan electus iam est, citra vitium attentatorum, non est nostrum in præsentiarum atingere, nisi optaremus hic sepelliri absq. eo quòd ad vlteriora progredi possemus, videatur Rober. Lancello. de attenta. par .2.cap.12.de atten.appella.penden. limita. 5. Is casus successit in causa dictorum Camps, &
† Bonifacies, *in qua iudex declarauit* attentatiuã adeptionem possessionis per dictum Camps, pendente appellatione, factam: breuibus remhãc cũ distinctione resoluit Auiles in cap. prætor.cap.5.ver. *suspendudos*, num.4. & Cabedo de cis.Portug.112.nu.2.vers. *an autem* ex l. qui status ff.de re milit.& l.1.§.penult. ff. nihil noua. appella.penden. quæ vtũque distinctionis casum probant, aut enim inchoauit iam officialis exercere ante appellationem, aut litem motam, & tunc potest continuare, d.l. qui status, aut non inchoauit, & non potest, d.l.1.§. penul.

99 Sed † ponamus quòd diu litigetur super huiusmodi nominatione, vel electione, & postea declaretur in fauorẽ ipsius nominati, seu electi, qui propter dictam litem fuit impeditus suum exercere officium per tempus quo durauit, dubitationis est non modicę primò quis debeat interim officium regere, & exercere, secundò an illud tempus computetur electo in tempus illud limitatũ triennij, vel aliud, quo administrare tenebatur, an verò de nouo incipiat currere post finitum impedimentum.

Quoad primũ breuiter dic quòd ad officialẽ præcedẽtis triennij spectabit id muneris donec venerit successor, & cęperit possessionẽ sui officij, quasi apud eum remaneat administratio cũ titulo, ex l.1.C. vt oẽs iudi.tam ciuil. q̃ milit.& ex l.meminisse poterit ff.de offi.proconſ. & lega.Guid.Pap.tradit & ibi addit.Ranchin.deci.
†† 501.vbi binæ *decisiones* Sena.Gratianopol.& tradit etiãGratia.discepta.foren.184.n.46.& latissimè Bouad.in polit.lib.1.c.2.n.23. Nisi delegat⁹ esset iste officialis, quia tunc nõ cõtinuaret officiũ vsq.ad aduentũ successoris, prout ex Bal.in d.l.meminisse tradũt prior additio ad Gui.Pap. in d.deci.501.& Gratia.vbi supra n.47.ac Boua. etiã loco superi⁹ allega.& ideò (inquit additio prædicta) legatus positus cum temporis præfinitione nõ posset cõferre beneficia post tẽpus, licèt ante successoris aduentum.

100 Ex † hac doctrina mirabãtur aliqui, quî ita fieret ꝙ licèt nfi Regis Locũtenẽtes delegatã dicãtur habere in hac ꝓuincia iurisdictionẽ, nullo modo ordinariã, vt ex nostro Ferrer.in prima par.obseruan.c.9.docet Oliba in vsat.aliũ nãq. c.4.n.37.& post eos Canc.lib.3.var.c.3.de priui leg.n.326.& seq. vbi licèt idẽ teneat, rationẽ tñ Olibæ reprehendit (nescio an meliorẽ ipse tradat, tu ipse videto) licèt (inquam) iste Locũtenens dicatur habere potestatẽ delegatã videm⁹ tñ eam cõtinuare vsq.ad aduẽtũ successoris, sicut si esset ordinarius taliter quòd viderimus eum exercuisse officiũ p annũ, & vltra postquã sciebam⁹ esse iam a liũ prouisum: dicebatur eis quòd quia ita Senatus decreuerat apud eundẽ Ferrer in 3.p.obseruan.c. 413. Ego verò dicebã, & dico mihi videri nullo modo stare posse eam decisionẽ si se res, vti ibi præsupponitur, haberet, quòd scilicèt noster Locũtenens crearetur, & præficeretur ad tẽpus: tunc enim cũ esset delegatus nõ posset modo aliquo post tẽpus finitũ continuare officiũ, ex superiùs allegatis, nec cõtrariũ ꝓbãt quæ in dicta decisione adducũtur ꝓ illi⁹ cõfirmatione quia loquũtur in ordinario, nõ in delegato. Ratio ergo ob quã cõtinuãt isti Locũtenẽtes est quia nõ fiũt, nec præficiũtur ad certũ vsq. tẽpus, sed imò ad beneplacitũ, & dutãte mera, & libera volũtate Regis, indè enim fit quòd cõtinuẽt officiũ vsq.ad aduẽtũ successoris, quia interim nõ cẽsẽt reuocatũ beneplacitũ, nec cessare mera, & libera volũtas, quę videtur esse altera ratio, quã isdẽ Ferrer tetigit circa fin. maximè cũ antequam regimini muneris se immisceãt dicti Locũtenẽtes generales iurare teneant, & audire sentẽtiã excõmunicationis existẽdo prẽsentes in hoc principatu, indè videtur dicendũ nõ posse interim, donec hęc facta sint, dici locum esse prouisum.

101 Fallit † etiã in Cahalonia id quod dixim⁹ officialẽ debere cõtinuare officiũ vsq. in aduẽtũ successoris etiãsi finitũ sit suũ tẽpus, vt nõ procedat qñ cõtra officialẽ est publicata tabula, id est qñ tenet, & tenere dbet syndicatũ, quod fit in Cathalonia singulis triennijs, quibus officia huiusmodi expirare solẽt, vt habetur in nostris cõsti. sub tit. de offi.iud.tab. tunc enim si propter cõtradictiones, aut aliàs nouus officialis nõ põt exercere oficiũ, tali casu illud nõ cõtinuat prædecessor, qui est in syndicatu, sed imò syndicatores, qui apud nos dicũtur iudices tabulæ, alium ponũt in illius locũ, qui dutãte tabula, & seu syndicatu iurisdictionẽ exerceat in vim cõsti.4. tit. de offi. iudi. tab. & ita inconcusse in patria practicatur.

102 Quoad † secundum verò, quod erat an illud tempus, quo officialis fuit impeditus suũ exercere officium, computetur electo in tẽpus illud limitatum triennij, vel aliud, quo administrare tenebatur, an verò de nouo incipiat currere post finitum impedimentum, dicimus quod licèt prima facie videatur dicẽdũ
103 non potuisse currere tẽp⁹, cũ † regulariter impedito currere nõ soleat, ad l.1.in fi. C. ꝺ annal. exceptio.aucten. nisi triẽnale C.de bon.mater. pulchrè Pinel.in d.aucten.ꝺ n.42.cũ seq. cõtrariũ tñ est de iure verius etiamsi tẽp⁹ illud absq.

culpa

culpa electi labatur, vt plenè probant Bar. in l. si ptiùs num. 30. ff. de nou. oper. nuncia. Abba. num. 8. & Feli. num. 4. versi. not. in rex. in cap. significauerunt, ex. de Iud. pulchrè Vicent. de Franch. decis. 419. per tot. latè Aluar. Velas. consul. 155. per tot. tom. 2. & consul. 173. nu. 16. eo. vol. Geor. de Cabedo decis. Portuga. 84. nu. 5. par. 2. qui communem hanc dicũt opinionẽ, ratio est quia quando factum diuersificatur ex cursu temporis, prouti in nostro casu, vbi agitur de operibus personalibus, quæ ex cursu tẽporis mutantur, cum aliẽ † sint operẽ huius anni, & aliæ anni sequentis, l. si non sortem §. libertus, de condictio. indeb. l. si vsusfructus mihi in biennium ff. de vsufruct. lega. finito tẽpore finitur ius, d. l. si vsusfructus atq. ita *declarauit* Senatus Neapol. de anno 1587. vt testatur Franch. vbi superius, & *Sena. Lusita.* vt auctor est Velas. allega. consul. 155. num. 5. ac *noster* in suprà allegata causa Stephani Alicant notarij contra Petrum Oriol ad relationem d. egregij Senatoris Saluatoris Fontanet, actuario N. Palau, prætendebat siquidem dictus Alicant, qui in triennio tunc proximè elapso fuerat prouisus de eodem officio, de quo dictus Oriol, non fuisse elapsum, & finitum suum triennium, ex quo per aliud simile impedimentum sine culpa sua ab alio factum, impeditus fuerat exercere illud per certum tempus, & tamen die 11. Iulij 1602. contra eum fuit declaratum, & prætẽsio repulsa cum expẽsarum, & dampnorũ condempnatione.

Sed † quomodo subuenietur huic dampnũ passo sine culpa, erit ne forsan iustum quòd sit in manu cuiuslibet lucra, quæ me contingunt, impedire, & dampna causare? certè non, poterit siquidem is agere contra impedientem ad interesse, & dampnorum resartionem, vt probãt Bar. Abba. Feli. & Franch. vbi supernùs, quibus adde Caual. pulchrè loquentem in repertor. suar. decis. verb. *electio.* 4. num. 11. vbi signãter dicit teneri impedientem in foro conscientiæ ad omnia dampna, expensas, & interesse, Velas. consul. 155. num. 14. par. 2. & non obscurè deducitur ex allega. l. vsusfructus mihi in biennium, de vsufruc. lega. atq. ita *obseruat* Senatus dum impedientes sine iusta causa ad expensas, & dampna condempnat, prouti superiùs vidimus ex declaratione facta in causa dicti Alicãt contra Petrum Oriol.

Alium † casum, in quo, non obstantibus priuilegijs vniuersitatibus concessis, posset Baro absq. eius nominatione officialẽ creare, & constituere ad exercendam iurisdictionem, refert Capi. decis. 154. in quæstione, quæ Neapoli incidit de facto disputari inter Consulem Cathalanorũ, & Cõsules eiusdem nationis in ciuitate Panormi degentes, quando videlicet per longum tempus desijsset vniuersitas nominare: tunc enim ex facultate foret proculdubio præscriptum, & sic posset Baro solus officialem creare, quem vellet per rationes traditas per eundem Capicium vbi superiùs, circa quæ examen in memoriam velim reuocates quę superiùs clau. 3. glo. 2. in 3. dub. nu 20. diximus; quia maximè conducunt ad huiusce rei intelligentiam, & cognitionem.

Vlteriùs † in hac materia videndum est, nũnam hæc electio, qua de agimus, quęque fieri solet per Barones ex tribus hominibus, qui sibi per vniuersitates præsentantur ad officia iurisdictionalia obtinenda, & regenda possit extra territorium fieri, resolutiuè respondeo quod sic, hoc enim notorium est interesse inter iurisdictionem contentiosam, & voluntariam, vt licèt prima extra territorium exerceri non valeat, vulg. l. fin. ff. de iur. om. iud. posterior tamẽ sic, l. 2. vbi omnes, de offi. proconsl. latè Couar. var. resol. lib. 3. cap. 20. num. 8. Sanchez de matr. lib. 3. disputa. 19. à nu. 7. cum sequent. pulchrè Decius in l. fin. num. 3. cum sequen. de iur. om. iud. Boer. qui ita testatur *decisum* fuisse in Senatu Burdegalen. decis. 30. apud quos est optima de vtriusque *iurisdictionis natura* disputatio, quibus adde Maran. in specul. par. 4. *distinc.* 18. & Stephanũ Gratia. multò post hæc scripta habitũ deci. prouincię Marchię 98. per tot. qui pulchrè de his agit.

Quòd autem hæc electio officialis sit voluntariæ, & nõ cõtentiosæ iurisdictionis, neminẽ esse arbitror, qui difficeatur cũ † possit sine causę cognitione expediri, iuxta doctrinã omniũ doctorũ ā natura vtriusq. iurisdictionis disputatiũ, quos superiùs citauimus, & videtur facere tex. in *l.* 3. de offi. præfect. vrb. quatenus habet posse prefectum vrbis extra territorium iubere iudicare, id est, vt interpretatur glo. ver. *iubere* potest delegare, & delegato iubere vt iudicet, pulchrè glo. in cap. nouit ver. *terminos*, de offi. lega. & clarissimè Las. in l. fin. n. 8. de iurisd. om. iud. adde Gratia. allega. decis. 98. *nu.* 8. & † licèt Dida. in allega. cap. 20. lib. 3. var. num. 11. versic. *est tamen &c.* & And. Fachine. controuer. iur. lib. 1. c. 78. differentiam constituant, ad aliud tamen propositum, inter hęc duo, mandare iurisdictionem, & dare iudicem, quo ad nostrum tamen institutum ea discriminis ratio accõmodari nullatenus potest, vt cuilibet rectè intuẽti fiet perquàm manifestum, nec est id iam nunc tale vt meritò in eo dubitari possit, postquam noster Senatus supradictam resolutionem approbauit de anno 1601. die 16. Nouẽbris coram egregio tunc Senatore Francis. Vbac in causa Martini Ioan. de Malla cõtra nob. Antho. Vila, opposita enim per dictũ Vila exceptione quòd causa appellationis interpositæ p dictũ Malla à

quadam ſententia, per iudicem emphiteoticarium dicto Malla per eundem Vila aſſignatũ lata, nõ potuerat ad Regiam Audientiam euocari prętextu denegationis iuſtitiæ dicti Vila, ſicuti euocata extiterat, quia licèt ipſe denegaſſet dicto Malla petenti iudicem ad dictã cauſam appellationis aſſignare, id non poterat ſapere denegationem iuſtitiæ, cum dicta iudicis datio fuiſſet ab eo petita in præſenti ciuitate, & ſic extra territorium dicti Vila, vbi nec tenebatur, nec poterat iudicem dare, fuit exceptio per † Senatum *repulſa*, non alia quidem ratione, quã quia huiuſmodi iudicis aſſignatio eſſet voluntariæ iuriſdictionis, & poſſet extra territorium fieri, Actuarius erat N. Mallol, nunc Ioſephus †† Cortes. Binæ aliæ *declarationes* Senatus ad idem factæ leguntur apud Michae. Ferrer obſeruan. 3. par. cap. 471. & Ludo. à Pegue. in deciſ. crim. cap. 18. & reffert Iacob. Canc. qui benè loquitur in propoſito, var. reſol. par. 1. cap. 2. de iur. om. iud. num. 211. cum ſequẽt. & in proprijs terminis Franciſ. Solſo. Cathalanus in ſtylo capibreuiandi poſt formam commiſſionis, num. 4. pag. 11. in terminis etiam iſdem Cancer. in 3. p. var. reſolu. c. 13. de iur. Caſtror. à num. 294. cum ſequent. Et in his non eſt dubitandum, ita enim intrepidè in tota Cathalonia obſeruatur.

Vndè cauebis ab Auenda. contrarium (vt ipſe ait) credente in lib. de exequen. manda. Reg. par. 1. cap. 19. numer. 21. verſi. *facta autem*, quia non concludit ratio, qua ipſe mouetur.

110 Supradicta † tamen procedunt in eo, qui habet iuriſdictionem à Principe, ſecus verò in eo, qui iuriſdictionem haberet ab alio inferiore, is enim non poſſet extra territorium iuriſdictionem etiam voluntariam exercere, & ſic nec electiones, de quibus agimus, facere probat eleganter hanc differentiam allega. l. 2. de offi. Proconſ. quatenus Procõſuli extra vrbem exiſtenti concedit exercitium voluntariæ iuriſdictionis, & illud denegat eius delegato, * & tractant ibi omnes doctores, Rolan. à Valle. in conſi. 91. num. 12. vol. 3. idem tenent Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſum. Trini. & fid. Catho. ille nu. 35. hic verò nu. 14. Decius in l. fin. nume. 6. de iur. om. iud. viden. Antho. de. Roſel. in tract. de indulgen. numer. 260. in 16. vol. tracta. Rip. in tract. de peſte tit. de remed. ad cur. peſt. remed. vltim. nu. 50.

111 Vndè † dicebãt Bal. in allega. l. 2. & alij, quos reffert Couar. in citat. cap. 20. num. 8. quòd licèt Epiſcopus poſſet extra territorium beneficia conferre, quia is eſt actus volũtariæ iuriſdictionis, non tamen id liceret Vicario ipſius Epiſcopi quaſi habenti ab eo iuriſdictionem, & ſic ab inferiore à Principe, in quo tamen ab omnibus reprehenduntur, & ſignanter ab eodem Couar. & Boer. in locis ſuprà citatis, qui

† vltimus atteſtatur de *deciſ.* Sena. Burdegal. ad id facta, adde Gratia. allega. deciſ. 98. numer.

† 14. vbi dicit ſic fuiſſe in illa Rot. *concluſum* contra Bal. idq. optima quidẽ rõne, quia Vicarius non dicitur habere poteſtatem ab Epiſcopo, ſed ordinariam, & eandem, quã habet ipſe Epiſcopus, & idem tribunal cum eo, & dicitur ei aſſociatus in iuriſdictione, Boer. vbi ſuprà latè Lel. Zech. de repub. Eccleſi. tit. de Vicar. Epiſcopi cap. 22. nu. 1. Videndus omninò doctiſſimus, ſimulq. religioſiſimus Thomas Sanchez, cuius ego ingenium, & ſummam diligẽtiam ſæpè ſum admiratus, cæterũ eſt ex Societatis Ieſu Patribus, & hoc ſufficit vt plura ab eo expectari poſſint, in diſputa. de matri. lib. 3. diſputa. 29. per tot. & ſignãter nu. 3. vbi pluſquàm ſeptuaginta ad id doctores commemorat. Peruenit poſt hæc ſcripta ad manus meas Nicolai Garcia de benefi. tractatus, in quo pluribus is auctor hanc probat pro Vicario Epiſcopi opinionem 5. par. c. 8. à num. 226. cum ſequent. vbi ad id allegat deciſ. Rot. 5. & vlt. de offi. Vicar. in antiquior.

112 Eadem † prorſus diſtinctio actuum voluntariæ, & contentioſæ iuriſdictionis obſeruatur reſpectũ illorum exercitij in die feſto faciendi, vel non, vt illi, tamquàm de his, qui expediuntur abſque cauſæ cognitione, poſſint in die feſto exerceri, ſicuti & extra territorium ex eadẽ ratione fieri poſſe docuim⁹, hi verò, tamquàm de illis, qui citra cauſę cognitionem expediri non poſſunt, cenſeantur eſſe prohibiti in dictis diebus, ſicuti & ex eadem ratione diximus nõ poſſe extra territorium exerceri, qua in re vix eſt vllus qui dubitet ſignanter ex traditis per Guid. Pap. deciſ. 215. per tot. qui pluribus probauit eam diſtinctionem.

113 Sed † quid ſit in iuramẽto, quod extra iudicium præſtatur, an illud etiã cenſeatur in dictis diebus prohibitum, aperui ſuprà clau. 1. nu. 29.

114 Quia † tamen multò poſt hęc ſcripta, de currenti ſcilicet anno 1611. tempore aduentus Excellentiſimi Marchionis de Almazan Locumtenentis, & Capitanei Generalis in hoc Principatu, dubitatum fuit an poſſet præſtare in die feſto iuramentum, quod ſolet per omnes officiales in ingreſſu ſui officij de obſeruandis terræ ſtatutis, & conſuetudinibus, & aliàs præſtari, ideò ſtatui vlteriùs de eadem re, præter adducta in allega. clau. 1. hoc loci, licèt admodum breuiter, agere.

115 Fuerunt † qui dicerent, & faciliter in ſuprà dicta facti cõtingentia reſoluerẽt pro affirmatiua, exiſtimãtes eandẽ ſore in hoc diſtinctionẽ ſequẽdã inter iuramẽta iudicialia, & extraiudicialia, quæ inter alios quoſcũq. iudiciales actus, & extraiudiciales fuit ſuperi⁹ cõſtituta, caputq. primũ de ſer. quod in clau. 1. adducebamus,

prohi-

prohibens iuramenta fieri in die festo non loqui de extraiudiciali, sed imò iudiciali, & addu cebant in terminis Vincen. Mancin. in tract. de iura. eiusque vi, & effect. par. 2. art. 17. de iura. Iudi. & official. q. 3. nu. 9. qui clarè sic resoluebat, & probabat.

116 Alij † dicebant constituendam fore differentiam inter diem dominicum, & alios festos dies, vt in illo non possint hæc iuramenta præstari, in alijs verò sic, ex doctrina Guid. Pap. allega. decis. 215. num. 5. qui approbat hanc differentiam, addebant quòd dispositio c. 1. de fer. quę iuramentum prohibet in die festo, non loquitur simpliciter de quolibet, sed imò de dominico solùm, imò c. fin. eiusdem tit. quod de alijs diebus festis verba facit, prohibet solùm 118 fieri in eis actus contentiosæ iurisdictionis, nõ voluntariæ, prout est iuramentum istud, quod præstat officialis in ingressu officij, & sunt illa, quę apponuntur in contractibus ad maiorem illorũ corroborationem, & confirmationem, imò de his iuramentis nullum verbum facit, non est ergo dicti cap. 1. de die dominico loquens dispositio ad alios dies festos extendẽ da, quorum respectu aliam iam habemus in c. fin. dispositionem.

117 Ego autem, † qui pluribus probaui in loco iam allegato, cap. 1. de fer. prohibere nedum iu ramenta iudicialia, sed extraiuditialia etiam, de quo Bot. in inferiùs allegan. cons. 59. num. * 43. dicit esse magis communem opinionem si dinumerentur doctores, qui vnam, & alteram tenent, nec quicquam occurrit, quo compellar opinionem deponere, non possum non hic etiam tenere verius meto iure esse, non posse hoc, de quo loquimur, iuramentum in die festo pręstari, imò si præstetur, nulliter censeri prędstitum, nec obligationem inducere, maximè cum habeam plures, qui Ferratij cautelam in ordine 3. quæ id resoluit expresè in officiali iurante in ingressu officij ex Lamphran. de Orian. & alijs, approbarunt, qui refferuntur à Manci. vbi supra, scilicet Plot. in repeti. l. si quãdo n. 755. C. vndè vi, Borgni. Caual. decis. 9. nu. 31. par. 1. & Alpha. in suis collecta. nu. 483. adde Ioan. Bot. in eodem casu officialis iurare debẽtis loquentem in cons. 59. num. 28. qui ad id allegat glo. in clem. 1. verbo, *iudices* de offi. delega. & Cel. Hugo ibidem, Rebuf. in commen. tom. 3. in tit. de reproba. test. art. 1. & 2. glo. vna num. 26. & alios per te apud eum videndos, adde Portol. ad Molin. verbo, *Iuramentum*, nu. 63. vbi simpliciter tenet non posse iuramentũ præstari in diebus feriatis in honorem Dei, & allegat ad id nonnullos, quos nos suprà retulimus, qui in terminis tenent non posse iuramentum prędstari per officialem in die festo. Et eo etiam maximè moueor ad non deponendum opinionem quia non consentiam fundamento, quo Mancin. mouetur ad probãdum contrariam, quod fit in distinctione actuum iudicialium, & extraiudicialium tradita à Guidon. Pap. vbi suprà, cum enim in allega. c. 1. defer. ex nostra, & plurium sententia habeamus expressam in iuramento siue iudiciali, siue etiã extraiudiciali loquentem dispositionem, non sunt aliundè quærenda argumẽta ad quæstionem resoluendam: fateor enim libenter (tibi ego respondebo) quòd vera sit distinctio prædicta, cæterùm nego quòd ea procedat in iuramento, cum habeamus tex. qui de illo loquatur expresè siue iudiciale sit, siue etiam extraiudiciale.

Solùm † remanet scrupulus quòd c. 1. de- 118
fer. in quo fundatur nostra opinio, loquatur tantùm de die dominico, non de alijs festiuis diebus, imò quod de alijs festis diebus loquitur cap. vlt. eiusdem tit. de iuramẽto nihil tractat, nec illud modo aliquo prohibet, sed imò ad cognoscendum an in illis diebus possit aliquid fieri, vel non, solùm vult attendendũ an illud iudiciale sit, vel extraiudiciale, cum autẽ nostrum hoc, de quo agimus, extraiudiciale iuramentum sit, indè sequi videtur quòd debeat permitti in diebus feriatis, præter dominicum, vt actus extraiudicialis.

Sed respondeo cum Patre Francis. Suar. to. 1. de virtute, & sta. religio. lib. 2. de diebus festis c. 10. de numer. & compara. festiuita. nu. 3. dicẽte quòd si comparatio fiat in actionibus, & omissionibus, ad quas obligat præceptum obseruãdi festos dies, hoc modo, & hoc respectu omnes hi dies sunt æquales extensiuè, licèt intensiuè possit inter eos aliqua inæqualitas cogitari: dicuntur autem (inquit) esse æquales in hoc extensiuè, quia non obligat dictum præceptum ad plures actiones in vno festo, quàm in alio, nec ad abstinendum à pluribus operibus in vno, quàm in alio, quantumuis in se sit vnus alio dignior. Ratio (pergit vlteriùs) est quia tenor prędcepti vnus est pro omnibus diebus, nam positiuè iubet tãtùm audire Missam, negatiuè autem prohibet omnia opera seruilia, & omnia, quę ad illa reducuntur, neque in hoc fit ampliatio, aut restrictio pro diuersis diebus, & si quis velit fingere varietatem aliquam, nullam regulam, aut rationem assignare poterit. Est ergo in hoc quędam æqualitas, quæ planè fuit necessaria, quia totũ hoc præceptũ ferrur per modũ vnius, nec poterat aliter ad diuersos dies applicari. Hęc Sua. quib* postea addit quomodo intẽsiuè possit inter hos dies festos inæqualitas cõsiderari, quia quò solemnius, & dignius est festũ eo maior est obligatio seruandi illud, & in illius transgressione, aut cõtemptu magis peccatur, cuius rei signũ est quia magis

scandalizat, seu offendit violatio festi in vno, quàm in alio, sed aduertit hanc inæqualitatem non oriri ex forma præcepti, sed ex materia ipsa, quæ in vno actu eiusdem virtutis nobilior est, quàm in alio, quæ quia meum non tangunt negocium, ideò omittuntur.

Ex huius celebris sacræ Theologiæ doctoris, ac interpretis dictis ego ad meum institutũ colligo quòd ex æqualitate dierũ dominicorum cum alijs anni festiuis diebus, de quibus promiscuè loquitur, quoad actiones, & omissiones, ad quas obligat præceptum eos obseruandi, oriatur absq. difficultate aliqua non esse considerabilem, nec admittendam differentiam, quam aliqui constituere voluere inter hosce dies, sed imò amplectendum quòd de vno dispositio facta, de reliquis etiam intelligatur.

119 Hanc † nostram opinionem sequutus visus est noster Senatus superioribus annis dum spectabilem Hieronymum de Argensola creatum tunc, & factum pro terræ indigentia, & necessitate, donec sua Maiestas alium prouidisset, vices gerentem Generalis Gubernatoris in hoc principatu (quod nunc habet officium in proprietate) per Excellentissimum Ioannem Teres Archiepiscopũ Tarraconæ, & Locumtenentem, & Capitaneũ Generalẽ in eodem
† principatu, *decreuit* iuramentum solitum pro ingressu officij præstare debere extra muros præsentis ciuitatis, ex quo præstari illud oportebat in die sancti Christophori, qui intra muros eiusdem ciuitatis sacer erat, & festus, atq. ita factum extitit.

Sed in ingressu Excellentissimi Marchionis de Almazan, de quo suprà, quem fecit in ciuitate Ilerdæ in die diui Bartholomei 24. Augusti 1611. & in hac Barcinonensi ciuitate in die diui Lupi 1. Septemb. qui licèt in Regio Senatu, & illius respectu feriatus nó esset, erat tamẽ talis apud ordinarium, & curiam ecclesiasticã, ad quam spectat iuramenti receptio, & sententiæ excõmunicationis prolatio, *resoluit* Senat⁹ iunctis classibus & potuisse in dicto die diui Bartholomei in ciuitate Ilerdæ validè iurare, & posse etiam in hac ciuitate simile in die diui Lupi præstare iuramẽtum, & sententiam excõmunicationis pronunciatã, vti assolet, per ordinarium ecclesiasticum, audire, motus, vt audiui, fuit Senatus ex his omnino, quæ Mancin. loco superiùs allegato, existimans quòd quia 112 hi actus non sunt contentiosæ iurisdictionis, possunt ideò in die festo exerceri.

Quid ad hęc dicendum? si opinionem, quæ est pro validitate iuramenti sequamur, notoriè ius violare videmur, quod contrarium suadet, si verò diuersam amplectimur, vniuersum mũ- 113 dum conturbamus, in quo nihil frequentius quàm huiusmodi iuramentorum in die festo præstatio, & contractuum, & actuum voluntariæ iurisdictionis celebratio.

120 Breuiter † ego existimo quòd mero iure teneat, & sit sequenda opinio negans huiusmodi facultatem iurandi in die festo, sed (& hoc maturiùs rem considerans nunc addo traditis per me ipsum in allega. clau. 1. nu. 24.) ex generali consuetudine notoria nedum totius Cathaloniæ, sed & totius etiam, vt audio, ferè orbis, secundum quam solitum semper est contractus fieri in festis diebus, & iurisiurandi religione eosdem munire, necesse vnquam auditum quòd à superioribus sit pro obseruãtia iuris canonici, quod contrarium disponit, id prohibitum, sed imò semper tolleratum, sustineri posse, & debere arbitror, qui sciam
121 † huiusmodi festorum cultum, & obseruationem minimè esse de iure diuino, sed imò canonico, & positiuo, vt vir celebris Nauar. docet in manua. cõfessario. de 3. præcep. decalog. cap. 13. de obserua. festor. in prin. & sequuntur Ioan. Azor societa. Iesu institu. moral. to. 1. p. 1. de eo. 3. decalog. præcep. c. 2. de diei dominicæ cultu, & obseruatione q. 2. & pater Fran. Suar. tom. 1. de virtu. & sta. religio. lib. 2. de diebus festis c. 4. de diei dominicæ obseruatione, & de festo Trinitatis nu. 8. & propterea posse cõsuetudine, aut potestate humana abrogari, vt expressissimè Azor docet vbi suprà, doctrina est expressa Guid. Pap. in allega. decis. 215. nu. 5. & eius additionatoris Ranchin. ad quam etiã Mancin. quem diximus acerrimum esse validitatis iuramentorum deffensorem, tandem cõfugit allega. par. 2. tit. 17. nu. 12. non confidens de opinione quòd c. 1. de fer. loquatur tantùm de iuramento iudiciali, non de extraiudiciali, pulchrum est Petri Gregor. dictum in partitio. iuris canoni. lib. 1. de fer. & fest. dieb. tit. 19. c. 5. quandiu duret festiuus dies, dicentis quandiu, & quatenùs festi dies coli debeant, inspiciendam esse loci consuetudinem, idque probat ex c. 2. de fer. vbi de hac consuetudine.

Nec dubites de potestate consuetudinis, quę enim potens fuit, contra ecclesiæ præceptum, permittere castellanis vesci carnibus in die Sabbathi, prout viri docti tenent, & Manu. Rodrig. refert in explica. bullæ Crucia. §. 1. dubita. 3. multò magis dici debet posse facere quòd validè hęc iuramenta in die festo præstarentur (mito † peccatum si quod contrahitur per exercitium horum actuum, de quo ego nunc non disputo, sed quamuis ita esset, remaneret tamen actus validus, quod est quod nos quærimus, prouti ex Summistis, & alijs tradit Ioan. Bot. allega. cons. 59. à num. 3.)

Sed † an per procuratoré fieri possit electio, de qua loquebamur antequam præcedentibus digressio-

digreſſionibus forſan non inutilibus nos immiſceremus: breuiter tene quòd ſic, ex not. per glo. in l. cũ eſſet mihi, ver. ſolet ff. de ſerui. tuſt. prędl. certè §. 2. ff. de prædar. Auenda. d. cap. 19. nu. 21. verſi. quod extenderem, in tract. de exequen. mand. Reg. Neq. enim iſte caſus cenſetur exceptuatus à regula generali, poſſe quem per aliũ facere quod per ſe ipſum facere ei licebat.

124 Cæterũ † non dubito quin tali caſu neceſſarium foret ſpeciale mandatum, nec ſufficeret generale, propter rationes, quas ſuperiùs glo. 5. clau. 4. nu. 46. dum de inuẽtario ageremus, adducebamus ex Theſau. deciſ. 155. quia videlicet iſto in caſu agitur de magno præiuditio, ac de re grauiori, maiori vè expreſſis, & alijs.

Poteſt item hęc electio per dominum fieri per literas, tex. eſt clarus in cap. ea noſcitur, de his quæ fiunt à præla. Auenda. vbi ſuperiùs. †

Hæc dicta ſufficiant quod attinet ad electores, & nominatores, nominationumq. & electionũ impugnatores, & conuertamus paululũ orationem ad ipſum nominatum, & electũ, & 127
125 videamus primò num † nam ipſe ſtatim quòd ſit nominatus, & à ſuperiore electus, teneatur electionẽ acceptare, & num ad id cogi poſsit, Reſponde quòd ſic, non ſecùs atqui tutor tutelam acceptare, l. ſi quis magiſtratus ff. de muner. & honor. vbi tex. apertus *ſi quis magiſtratus* (inquit) *in municipio creatus muneri iniunẽto fungi detractet per præſidem munus agnoſcere cogendus eſt remedijs quibus tutores quoque cogi ſolẽt ad munus, quod iniunctum eſt agnoſcendum*, tradit Auend. vbi ſuprà n. 24. & ibi de pœnis agit, quæ de iure ſtatutæ ſunt cõtra nolentes acceptare, poſt Impera. qui eas impoſuit, in l. ſi ad magiſtratũ, & l. ex omnib⁹ domibus C. de decur. lib. 10. quas cõminatam fuiſſe de anno 1608. velle exequi ferebatur ciuitatem Barcinonæ contra quendam (caſus ratus, qui vix eſt quòd iterum ſucceſsiſſet, ſaltem poſtquam hoc munus, de quo mox dicetur, cępit multũ honoris, & lucri habere, imò omnes ſic illud ambiunt cõmuniter vt ſummis, & exquiſitis diligentijs, vtinam ne quandoq. ſatis illicitis, procurent in burſas immiti vndè extrahuntur qui talia munera exerceant) velle (inquam) has penas exequi ciuitatem Barcinonæ de anno 1608. ferebatur cõtra 128
quendam, quem cum ſors feciſſet Cõſulem ſecundum eius inclitæ ciuitatis, nolebat tamen acceptare, nec munus ſubire.

126 Id tamen † nõ eſt perpetuò verũ, ſunt enim plures caſus, in quib⁹ quis excuſari poteſt, duodecim ex ipſis [reffert Auenda. vbi proximè, quos breuiter hic refferem⁹ eorũ gratia, quib⁹ liber ille in promptu nõ eſt, aduertens lectorẽ, quòd ad eum recurrat pro perfecta dictorum caſuum intelligẽtia, & doctrina, ſi forſan caſus occurreret quo de altero ipſorum diſputari oporteret. Poſſunt igitur excuſari nobilis ſi eligatur ad officium vile, indignus ne acceptãdo incurreret pœnam, infirmus perpetuo morbo, cõfinatus, vel relegatus à ciuitate, alibi electus ad aliud ſimile officium, etiamſi electionem impugnaret, electus eodem tempore in loco originis, & in loco domicilij, nam iuſtè poteſt non acceptare electionem loci originis, filius electus ad officium, quod proximo ſuperiori anno pater habuit, cum non admittatur huiuſmodi officiorum cõtinuatio, excomunicatus, debitor Reipublicę, qui non dedit rationẽ, nec reliqua ſoluit, priuatus ab honoribus futuris, habens priuilegium à Principe ne eligatur ad munera, & habens duodecim liberos, de quo vltimo caſu vide Theſau. deciſ. 267. pluribus agentem, & plures quęſtiones ſuper eo in Senatu Pedemontano *deciſas* pertractantem, & de ſupradictis omnibus, & alijs excuſationibus vide Geor. de Cabedo deciſ. Portuga. 84. per tot. par. 2.

Quibus † adde & alium caſum, vt aduocatus excuſari etiam poſſit ab horum officiorum acceptatione, cum is à munerib⁹ perſonalibus habeat de iure exemptionem, l. medicos, de profeſ. & medi. lib. 10. C. Nar. in conſi. 65. nu. 1. Rip. in tract. de peſte tit. de remed. pręſer. con. peſtem, num. 216. Fran. Mar. deciſ. 636. nume. 5. pluribus comprobat de his agens Iacob. Ben. in tract. de priuil. Iuriſcon. par. 3. priui. 96. nu. 2. Quod idem an concedatur alijs doctoribus actu non legentibus, tractat idem Ben. ibidẽ nu. 5. & nos etiam aliqua diximus in eod. hoc tracta. clau. 3. glo. 3. de domicellis, num. 16. Atq. ita mihi videri de iure procedere reſpõdebam de anno 1605. cuidam Iuriſperito mihi valdè familiari patriæ meæ chariſſimæ, qui cum fuiſſet nominatus ad officiũ Locumtenentis Vicarij eo in loco, excuſari voluit ab eo munere, vide tamen pro perfecta huius articuli habenda reſolutione Cabedo d. deciſ. 84. num. 45. par. 2.

Excuſantur eriã ab his muneribus, ſicuti & à quibuſcunq. alijs perſonalibus, ſenes 70. annorum per l. vni. C. qui æta. ſe excuſ. & tradit Rip. in tract. de peſte tit. de priui. contrac. cauſ. peſt. num. 222. Cabedo d. deciſ. 84. nu. 45. to. 2.

Cæterùm † quid erit agendum *ei*, qui nominatur, ſi prętendat exẽptionem? Dic quòd tenetur appellare, ne alias tacendo electionem, vel nominationem ſuo conſenſu dici poſsit cõfirmaſſe, l. hi qui, & l. nominationes C. de appella. & tradit Auenda. in allega. cap. 19. nume. 26. verſicu. *his caſibus*, Cabedo allega. deciſ. Portuga. 84. num. 27. & 34. par. 2. vbi ſignanter dicit quòd ſi appellans obtinet, ſumptus recuperat ab eo, qui per inuidiam nominauit, ex l. 1. C. de ſump. recup. lib. 10. Auil. in cap. prętor. cap. 17. glo. *elijam* num. 4.

129 † Benè Anto.Fab.in ſuo Codice lib. 7.tit.29. quorum apel.non recip. diffini.2. vbi de *obſeruantia* Senatus Sabuſ.quo loci, quæſo, aduertas vt præcedentem huius auctoris diffinitionem cum hac componas, quę poſſit eſſe ratio, ob quam tutori dato non admittatur regulariter appellatio niſi excuſatione propoſita,& ea reiecta; ea eſt quia remedium illud excuſationis quaſi ordinarium habet,quod per priùs proponere debet, quàm ad quaſi extraordinarium appellationis auxilium recurrat, iuxta l. 1. §. ſi quis tut.ff.quand.appellan.ſit, §.ſi quis autem, inſti.de excuſa.tut.cũ ſimil.noſter verò electus, & nominatus ad officium licèt remedium excuſationis habeat ſicut tutor,non tamen vt illud ſeparatim poſſit opponere, ſed præcisè tenetur appellare, & excuſationem appellando proponere, ad idem vide Stepha. Gratia.deciſ. prouin.Marchiæ 30.per totum,vbi eiuſdem rei hanc,& alias rationes adducit.

130 An autem † ſi iſte electus non appellaſſet, ſed imò ſponte,& voluntariè abſque proteſtatione aliqua munus illud acceptaſſet, dici proindè poſſet renunciaſſe,vel aliàs ſibi præiudicaſſe in priuilegio immunitatis à muneribus publicis,quam haberet, ſi non quo ad omnia, ſaltem quo ad illud,quod ſemel voluntariè acceptaſſet,ita vt teneretur illud iterùm acceptare ſi denùo ad illud eligeretur,dubitationis eſt non modicæ, in qua illud reſoluriuè dicendum cenſeo quòd non propterea dici poterit ſibi prejudicaſſe in ſuo priuilegio immunitatis is, qui,vt dictum eſt,voluntariè huiuſmodi munus acceptaſſet,nec quo ad ipſum, nec quo ad alia,per tex.in l.voluntariæ C.de excuſa.tutor. Bar.in l.1.in fin.de conſt.Princip. Alex. in cõſi. 33.num.8.vol.5.pulchrè in hac materia declarando plures caſus procedit And. Gayl. pract. obſeruan.lib.2.obſer.60.num. 12.& antè eum Feli. à quo ipſe mutuauit,in cap. cum acceſſiſſent num.30. de conſtitu. & ibi etiam Abbas, ſingularia,ſicut breuia,ſunt verba allegatæ l.voluntariæ C.de excuſa.tutor. *voluntaria tutelæ munera priuilegijs nihil derogant* idem probat tex.in l.2.C.de his, qui ſpon.pub.muner.lib.10.

131 Idẽ † dicim' de eo,qui licèt immunitatẽ haberet,paſſus tñ fuit ſe deſcribi in æſtimo,& cathaſtro, vel libro ſolutionum nõ præiudicat ſibi in futurum,ſed pro illa tantùm vice, Feli. in allega. cap.cum acceſſiſſent,num. 29. extrà de conſtitu. Ludo. de Goſadin. conſ. 23.& Iacob. Menoch.qui benè materiam hanc explicat, in tract.de preſump.lib.6.preſump.41.num.6.optima eſt in propoſito deci. Put. 188.nu.3.lib.2.

132 Et † generaliter vt regulam habeamus generalem,quę omnes in materia caſus contingentes comprehendat,aduertendum eſt quòd quando priuilegium cõtinet effectum ſucceſſiuum non tollitur per vnicum actum, ſecus quando continet effectum momentaneũ, ita Bar.in alleg. l. fin. num. fin. ff. de conſt. Prin. Gayl.allega.obſer.60.num. 11. exempla in habentibus actum ſucceſſiuum ponunt doctores ſuprà citati in duobus illis caſibus, quos ſuprà reſoluimus,in habentibus tamen actum momentaneum exemplum ponit Bar.in alleg.l.finu.fin.de conſtit.Prin.de l.1.C.de iur.dom.impetran.vbi creditor,qui impetrauerat à Principe vt liceret ſibi poſſidere pign⁹ iure dominij, ſi poſteà exegerit à debitore vſuras, per illum actum cõtrarium cenſetur priuilegio prędicto renunciaſſe.

133 Aduertendum † etiã eſt ad eius quod tractamus negocij maiorem declarationem id quod traditur in com.opinio.in 1. vol. loco. 1. tit.18. de decimis cap.2.nu.2.ante finem, communẽ eſſe,& indubitatam concluſionem quòd quãdo priuilegium continet actum reiterabilem illi non præiudicatur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum,citat Beniten.deci.13.nu. 9.

134 Et † finaliter ad huius rei intelligentiã notanda eſt doctrina Bar. in d. l. 1. C. de his, qui ſponte &c.lib.10. Panor.in cap.cũ acceſſiſſent, nu.7.de conſtit.& Gayl.vbi ſuprà nu. 10. quòd aut eſt directa contrauentio, & ea inducit renuntiationem priuilegij,exemplũ conſtituunt in d.cap.cum acceſſiſſent,& in d.l. 2. C. de iur. dom. impetr. aut eſt indirecta contrauentio, prouti hæ,de quibus ſuprà diximus, in ſponte ſuſcipiente munus publicum,vel ſoluente talliam,aut collectam,& hanc dicunt non inducere renunciationẽ.Ego tamen omni caſu cõſulerem quòd fieret proteſtatio ab eo qui actũ ſponte facit,ad quem non tenetur, tunc enim abſque dubio non præiudicaret contrauentio priuilegij,nec tes aliquam pateretur difficultatem,conſeruatur † enim ius per proteſtationẽ, ad tradita per Menoch.in allega. preſump. 41. nu.11.lib.6.poſt Bar.& Feli. & alios ſuprà citatos.

135

136 Sed † quid erit è conuerſo dicendum in eo, qui cũ poſſet ad aliquod officium, ſeu munus publicum concurrere,& de facto in eum ſors cecidiſſet pro eo gerendo,renunciauit eidem, propter aliquod forſan impedimentum naturale,quod haberet,vel aliàs cenſens ſe illud nõ poſſe exercere,an per huiuſmodi renũtiationẽ cenſeatur renunciaſſe muneri, adeò vt quandocunq.in eum poſtea contingat ſors, non debeat,nec poſſit admitti.Huic dubitationi facilem eſſe iudico reſponſionem ex eiſdem his, quę in præcedenti latè deduximus, aut enim iſte renuncians renunciauit ſimpliciter ſorti, quæ ſuper eum cecidit, & tunc hæc contrauẽtio non poteſt præiudicare niſi pro illa vice tantùm,aut verò renuntiauit ſolempniter ſortibus

etiam

etiam futuris, & tunc clarus est casus quòd sibi præiudicat, integrum enim cuiq. est renuntiare fauori suo, vt aliàs in hac materia dicebat Rom. Pont. in cap. fi de terra, extra de priuil. Iste casus disputatus fuit in Senatu de anno 1605. in causa in eo vertenti ad relationem egregij Senatoris Iacobi Pineda inter Bernardum Pena pharmacopolam Vicen. & Cõsules, siue Iuratos dictæ ciuitatis, & tandem in fauorem dicti Pena † *resolutus* cum declaratione facta 5. Septembris dicti anni 1605. declarando scilicet non potuisse dictum Pena inhabilitari pro officio Consulis, pro quo sorte extractus fuerat ex eo quòd sæpè sæpiùs tam in cõsilio generali dictæ ciuitatis, quàm publicè dixisset, & declarasset se nolle esse consulem dictæ ciuitatis, neque præesse muneri, neque officio Cõsulis, vel Iurati, quia erat surditate impeditus, *quia* (& sunt hæc & præcedentia verba sententiæ) *non constat illud dixisse tempore, & loco congruis, neq; vocatũ per consules, aut consilium dictæ ciuitatis, & verba per eum prolata erant verba narratiua necessitatem non importantia &c.* actuario Paulo Daroca.

137 Is † autem, qui post tot passas tempestates, totq. sedatos tumultus, quos, & quas superiùs latè tradidimus suscitari posse contra nominatum quominùs munus exerceat, & eo potiatur, vel etiam sine eis, meruerit pacificè, quod erit non parum, electionem à domino loci obtinere, non dicetur ab vniuersitate, quæ eum nominauit, habere iurisdictionem, sed ab ipso domino confirmante, & eligente, §. ius iurandum verò, in auct. de deffensor. ciuit. colla. 3. & ibi Ang. tex. vbi Bar. & cæteri in l. nulli C. eo. tit. pluribus id probat Moli. de primog. Hispã. l. 1. cap. 25. num. 10. Auenda. in sæpè allega. capi. 19. de exequen. mand. Reg. in 1. par. num. 21. vers. si facta autem electione: Ratio est quia cum vniuersitas non habeat iurisdictionem facile

138 credetur non posse illam dare. Sed † ad quid proderit ab vno, an ab altero dicatur habere iurisdictionem vide casum apud Moli. vbi superiùs; in quo maximè interest vnum sit, aut aliud, quem nos omittimus, quia ad nos nõ pertinet.

139 An † autem ea iurisdictio, quæ datur, & conceditur huic sic electo sit ordinaria, vel delegata, contrariæ reperiuntur doctorum sententiæ,

140 altera, quę delegatam eam facit, vtpote † quia solus Princeps, & lex possint ordinariam concedere, iux. l. 1. §. cum vrbem, de præfec. vrb. l. more maiorum, de iurisd. om. iud. eam tenet Alex. in rub. de offi. eius &c. num. 17. & quos refert Moli. vbi superiùs num. 12. Altera verò, quę ordinariam, dummodo ex scientia, & tollerantia Principis, sicuti nostro in casu, iurisdictio concedatur, hanc amplectitur Bar. in l. nec quicquam §. vbi decretum de officio proconf.

in prima lectura à num. 5. & in secunda num. 8. Dida. var. resol. lib. 3. cap. 20. nu. 4. & quos allegat Moli. loco sæpè citato.

Hac in controuersia nobis magis proculdubio placet secunda opinio, ex ratione præmaximè, quam, eam sequens, tradit Moli. quia videlicet in priuilegijs Principum, in quibus huiusmodi iurisdictiones Baronibus fuerunt concessæ, reperitur communiter concessa facultas eam exercẽdi per se ipsos, vel per suos Locumtenentes, seu Vicarios, & quia generalis consuetudo horum Regnotum, iuxta quam isti officiales solent de causis meri imperij, quæ delegari non possunt, cognoscere, simul cum tollerantia Principum, & vsus cõmunis eam approbauit, atque ideò dicit idem Moli. hanc opinionem fore in iudicando, ac consulendo intrepidè seruandam, Viden. Maran. in specu. iudi. par. 4. in 5. distinc. num. 10. qui benè loquitur.

141 Quid † autem interfit iudicem esse ordinarium, vel delegatum, videatur per Maran. qui benè tractat vbi suprà à num. 23. cum mult. sequent. Et † signanter ea differentia est summè notanda quòd propterea officium huius officialis non expiraret per mortem domini constituentis, Cassane. in cõsuet. Burgun. rub. dez iudices §. 6. in tex. ibi, messiers, & sergens, nu. 83. Maran. vbi suprà num. 61. vbi vide limitationes, & Antho. Olib. in vsat. alium namq. cap. 4. num. 31. & 45. de iur. fis. in nostris constitu.

143 Poterit † igitur iste officialis, cum ordinariam dicatur habere iurisdictionem, omnia expedite, & facere, quæ ipse dominus, docet latè

144 Marant. vbi superiùs nu. 20. & 21. Nec † regulariter poterit durante tempore, ad quod fuit electus, quod solet esse triẽnium, reuocari, vel aliàs iurisdictione priuari, quod, præterquàm quòd satis clarè probat tex. in §. ius iurandum, in auct. de deffen. ciuita. colla. 3. & docet Auẽda. in sæpè allega. tract. de exequen. mãd. Reg. cap. 3. num. 4. versi. vndecimo deducitur, & Bouadil. in sua politi. lib. 1. c. 16. num. 155. deducitur etiam ex priuilegijs vniuersitatum, quorũ vigore fiunt huiusmodi electiones in certum tempus limitatum, nisi adsit iusta causa, præcedente tamen debita monitione, ad tradita per Auenda. vbi suprà 1. par. cap. 5. num. 3. & cap. 12. versi. negligentia autem, Paris. de Put. in tract. de syndica. tit. de excess. Baro. Gram. vot. 28. nu. 28. plenè And. Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 17. † per tot. vbi tradit *obseruãtiã* Cameræ Imperialis, Ioachim. Mynsing. singu. obser. centu. 5. obser. 8. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 55. per tot. vbi de causis ad id sufficientibus, & Ludo. à Pegue. *in decisio. crim.* Regij Cathaloniæ consilij † cap. 36. vbi de *decisione* Senatus circa apprehentionem iurisdictionis Baronis à Rege certa de causa

causa ibi expressa facta, Iacob. Can. var. resol. 2.par.cap.2.num.167. & à fortiori iusta causa ac
† cedente poterit ab officio suspendi, ita *declarauit* Senatus die 8. Octobris 1592. in causa Hieronymi Pons, & Almar villæ de la Bisbal Baiuli naturalis dictę villæ contra Reuerendissimum 147
Gerunden. Episcopum eius loci dominum, ad relationem egregij quondàm Senatoris Guillermi Sunyer vertēti: causam dictę suspensionis iudicauit Senatus legitimam ex quo noluerat dictus Baiulus obedire mandato Episcopi, qui præceperat eidem quatenus assisteret, & præsens esset executioni sententię fustigationis latę contra quosdam facinorosos homines fiendæ in dicto loco de la Bisbal, ipse autē non solùm noluerat præsens esse, verùmetiā suum locumtenentē, ne posset assistere, reuocauerat, quia tamē à die suspensionis ad diem dictæ declarationis lapsi fuerant duo anni, & tres menses, cēsuit Senatus satis per eam suspensionem fuisse punitam culpam dicti Almar.

145 Vbi † autem creatus foret officialis durante beneplacito dubium est num illud possit sine causa reuocari, & primò quidem videtur quòd sic, quia beneplacitum nulli legi subiacet, vulg. l. fideicommissa §. si fideicommissum versi. *quamquam*, iunct. glo. ver. *voluerit*, de leg. 3. Nat. in consi. 608. num. 5. & Gayl. pract. obser. lib. 2. obserua. 60. nu. 15. Item quia beneplacitum morte concedentis finitur, & expirat, l. 4. locatio ff. loca. cap. si gratiosè de rescrip. in 6. qua de re longissimam cōfecit disputationem Carol. Tapia in repeti. l. fin. C. de consti. Princip. c. 3. in 2. par. à num. 5. vbi secundum varias, & diuersas formulas, quibus hoc cōcipi solet, diuersos etiam casus resoluit, Dida. lib. 3. var. c. 15. num. 4. Gayl. pract. obser. lib. 2. obserua. 60. num. 16. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 69. nu.
149 5. Hipol. de Marsil. in rub. de proba. num. 270. Capi. decis. 136. & ibi addi. Prosper. Pet. cū in-
146 finitis, quos ipsi allegant, non † aliter, neq. alia ratione nisi quia per mortem præsumitur inducta tacita reuocatio voluntatis, cum per eam finiatur, d. l. 4. locatio ff. loca. Si ergo per mortem censetur beneplacitum reuocatum ex eo quòd per eam inducatur tacita, & præsumpta concedentis reuocatio, multò magis dici debebit illud reuocari posse per cōtrariā voluntatem concedentis.

* Cæterùm in contrarium est communis quòd imò huiusmodi beneplacitum ad libitū, & ad nutum non possit absque iusta causa, & sine illius cognitione reuocari, & in officijs, quæ sunt per nostras constitationes instituta, creata, & formata, latè probat Antho. Olib. in vsat. alium namque, cap. 4. num. 49. de iure fisci, ex eo præsertim quòd cum in iuribus patriæ, quæ dant Principi electionē, & nominationē, non contineatur quòd possit ipse suos officiales ad nutum reuocare, indè fit quòd facultas reuocandi in nominatione, seu electione per illa verba, *durante nostra mera, ac libera voluntate, vel beneplacito* sibi retenta intelligenda veniet ex causis à iure expressis, & non aliàs, ac † pro indè dicit huiusmodi prouisionem non posse dici propterea temporalem, sed imò perpetuā, pulchrè pluribus probat Guil. Benedict. in cap. Raynuntius, ver. duas habens filias, nu. 37. extra de testam. adde Alex. Rauden. de analog. c. 40. num. 59. vbi dicit quòd imò de priuilegio ad beneplacitum idem est iudicandum atqui de perpetuo, noster Canc. li. 3. var. c. 1. de actio. & obliga. num. 99. & 100. & c. 12. de offi. iudi. tabul. num. 190. cum sequent. vbi alios allegat, vide longam remissionē Prosper. Petræ in addi. ad Capi. deci. 116. in litteris B. Bouadilla in sua politi. lib. 1. cap. 16. de la reuoca. de Tinien. nu. 35.

148 Sed † quid tunc operabuntur illa verba, *durante nostra mera, & libera voluntate, seu beneplacito*? Respōdēt Oliba, & Benedictus vbi superiùs operari quādam in nominato, & prouiso perpetuam monitionem, & stimulum ad benè, & fideliter se habendum in exercitio officij. Nec dicunt obesse quod in superioribus dicebam beneplacitum finiri per tacitam reuocationē, scilicet per mortem, ergo multò fortiùs per expressam. Nam Respōdēt nec verum esse quòd mors operetur tacitam reuocationem, nec etiam quòd in omni casu per mortem finiatur beneplacitum. Primum probant Bar. in l. more maiorum, nu. 8. de iurisd. om. iud. Menoch. in allega. lib. 1. de arb. iud. q. 69. num. 13. Mascar. de proba. conclu. 188. num. 9. & 10. & Carro. decis. seu cas. 18. num. 6. cum alijs, quos allegant, secu
149 rè † constituentes quòd quamuis voluntas morte finiatur, per eam tamen non inducitur reuocatio, l. mandatum C. mandati, & §. item
150 si adhuc, *instit.* mandati: aliud † est enim voluntatem cessare, & aliud voluntatem reuocare, vt dicebat Mascar. d. conclu. 188. num. 10. benè
* Dida. qui hanc facit cōmunem omnium opinionem, lib. 3. var. cap. 15. nu. 5. pluribus exornat Alex. Rauden. respon. 54. num. 72. lib. 6. idē Rauden. de analog. cap. 40. num. 61. quod adhuc probant non meleganti simili desumpto ex tex. in cap. si delegatur, de offi. iud. de leg. in 6. quatenus habet, quòd si quis causam alicui delegauerit donec eam duxerit reuocandam, non censetur reuocata commissio per mortem delegātis, circa cuius tex. interpretationem in proposito, de quo agimus, videndi sunt Menoch. & Dida. locis superiùs allegatis, qui ideo pluribus agunt cum reliquis doctoribus suprà citatis. Secundū verò, quòd non sit perpetuum beneplacitum expirare, & finiri per mortem,

ex eo

ex eo ſignanter probatur quod tradunt doctores eam regulam fallere, & limitari vt non habeat locum quando verſatur publicus fauor, & vtilitas, pone exemplum in Principe concedente ſuam iuriſdictionem ad ſuũ beneplacitum, ea enim conceſſio non finitur morte ipſius Principis, probant Bal. in l. meminiſſe, propè finem, de offi. procon. & lega. Franch. in d. cap. ſi delegatus, de offi. & poteſt. Iud. delega. in 6. Vant. in tract. de nullita. tit. de nullita. ex deffect. iuriſdic. delega. num. 104. Menoch. d. q. 69. num. 8. Maſcar. vbi ſuprà num. 5. Carro. allega. deciſ. ſeu caſu 18. num. 4. & 5. Barbo. in l. quia tale, n. 85. ff. ſolu. mat. latè Brunoſol. à Sole q. lega. 18. per tot. vbi diſputat an bannũ ad beneplacitũ bãniẽtis illatũ cẽſeatur reuocatũ per illius mortẽ, vel expiraſſe, latè Tapia vbi ſuprà, & Capici. deci. 136. per tot. benè Olib. d. cap. 4. nu. 49. vbi tradit quod omnes vidim* *ſucceſſiſſe* de an. 1598. ſequuta morte potẽtis Regis Philippi, per quam non propterea expirarunt officia iuriſdictionalia ad beneplacitum cõceſſa, practi. noſter Miet. in conſtitu. prẽterea, nu. 2. & 8. col. 6. vol. 1. fol. 167. & Fer. in obſeruan. Guber. gener. Catha. par. 1. cap. 9. vbi tradit idem *obſeruatum* fuiſſe ſequuta morte Regis Ferdinandi, & Imperatoris Caroli quinti, atq. ita vſu obſeruari tradit Gayl. in allega. lib. 2. pract. obſer. obſerua. 60. nu. 16. pulchrè Capici. deciſ. 136. nu. 4. vbi ita *declarauit* tradit à Sena. Neapol. Ad tex. in d. cap. ſi gratioſè in contrarium allegatum reſpondet Van. vbi ſuperiùs diſpoſitionem illius tex. ideò factam fuiſſe quia ceſſabat ibi fauor publicus, ac publica vtilitas, latè de hac materia per nob. Ludoui. à Peguera in nouiſſim. deciſ. c. 28. per tot.

Verum igitur videtur quod ſuprà firmatum eſt huiuſmodi beneplacitum concedentis non poſſe reuocari ſine cauſa. Et licèt apud Capi. videatur eſſe deciſ. 116. pro contraria opinione in nouiſſima editione additionata per Proſp. Petram (nam in antiquis non vidi quòd quicquã diceretur an vno, vel alio modo Senatus ille Neapoli. declaraſſet) verùm non deſunt rationes in eadem deciſ. imò omnes ad hoc tendũt vt concludant potiùs non poſſe beneplacitũ ſine cauſa reuocari, quibus an magis, quàm deciſioni ſit ſtandum, tu prudens lector iudicabis. Hæc melior proculdubio, & vrbanior eſt ad Capi. reſpõſio, quàm quę in alio propoſito ad aliam eiuſdẽ Capi. deciſ. fit à Marcobru. in conſ. 106. in prin. volente (forſan quia neſciebat aliàs reſpondere his, quæ ab eo adducebantur contra id, quod ille volebat) auctoritati Capicij modicum eſſe defferẽdum propter rationes ibi per eum traditas, in quibus an benè dixerit, ipſe videbit, faxit Deus ne de ipſo, & à nobis peiora, iuſtiori forſan ratione, alij

† dicant. Sic *declaraſſe* in facti contingentia pro hac opinione Senatum Burdegalen. auctor eſt Nicola. Boer. deci. 149. num. 18. Sic etiam ſe vidiſſe pluriès *indicatũ* refert Hieronymus Ceual. in commu. contra commu. q. 425. num. 28. vbi, prę alijs, viden. eſt, quia plures allegat, qui de hac materia agunt hic propterea conſultò omiſſos. Succeſſit etiã is caſus in Senatu diſputandus de anno 1610. in cauſa in eo vertenti coram egregio Senatore Franciſco Mijauila, & Franquela, ſcriba Iacobo Agramunt, inter Anthonium Padilla, & Paulũ Roſſello, in qua † ſub die 26. Octob. 1610. *reſolui* Senatus, ex doctrinis ſuperiùs allegatis, nõ potuiſſe Excellentiſſimos Duces Cardonæ reuocare ſine cauſa, & illius cognitione, quandam conceſſionem, quam durante beneplacito, & mera voluntate fecerant alicui, his verbis, *Nos alias conſtat dictum beneplacitum fuiſſe legitimè reuocatum precedente cauſæ cognitione*, vidi concluſionem in archiuo regio.

151 His † tamen non obſtantibus vidimus non ſemel de noſtro tempore reuocaſſe ſuam Maieſtatẽ abſq. alicuius cauſæ cognitione beneplacitũ, quo durante quibuſdã cõmendauerat officia valdè prẽheminẽtia in Prouincia, & licèt à principio aliquis inter Prouinciales murmur auditetur de ſupplicando domino Regi vt dignaretur pro ſua benignitate officia reſtituere *quibus ſine cauſa, aut ſaltem* ſine illius cognitione ablata fuerant, vtpotè quia repugnarent eiuſmodi reuocationes doctrinis, & opinioni * doctorum, quæ communiſſima videtur, ſupradictis, non tamen factum fuit, & ideò remanſit negocium in eo ſtatu quòd ſortitæ reuocationes fuerunt ſuum effectum.

Hæc ſunt, quæ à doctoribus tradũtur in hac materia, ex quibus vides omnes ferè cõcordare, vix aliquo diſcrepante, quòd requirat cauſæ cognitionẽ reuocatio beneplaciti, à qua opinione, ne ſolus, ac ſingularis videar, ac temerarius recedens à tam ſecutè per omnes firmatis ſententijs, & reſolutionibus, nec ego recedo, ſed velim mihi cõcedatur dicere quid ſit quod eam mihi opinionem, *ſi non* improbabilẽ, dubiam reddat.

152 Id † eſt quòd ſciam, prout hac clau. glo. 9. p. 3. à num. 4. cum ſequent. pluribus fundaui, maximam eſſe communis vſus loquendi efficatiã circa vocabulorum intelligentiam, & ſignificationem, adeò vt præferatur illa proprietati proculdubio ſermonis: hoc ſi ita eſt, quis, queſo, mihi dicet quòd non intellexerit, & intelligat vulgus quòd concedere ad alicuius beneplacitum ſit concedere ad meram tantùm, & nudam voluntatem concedentis, & dopec ille non duxerit priuilegium, & conceſſionem reuocandã certè non vnus ex mille, ergo benè

videtur

videtur concludi vel quòd ita beneplacitum debeat intelligi, vel quòd, si aliter intelligatur, fit proculdubio *violentia verbi significationi*, quam communis vsus loquendi, ac communis intelligentia ei tribuit.

153 Præterea † argumentum de superfluitate vitanda valdè appositè huic negotio applicatur: si enim in officijs quibuscunque perpetuis licitum est ex causa, & cum illius cognitione reuocare concessionem, nihil plus videntur verba, *durante beneplacito*, operati, vel concedenti tribuere quàm ipse per dispositionem iuris haberet.

Vidi suprà quid super hoc dicerent Benedic. & Oliba, operari verba prædicta quandam in nominato, & prouiso perpetuam monitionem, & stimulum ad benè, & fideliter se habendum in exercitio officij, sed id non satisfacit, habent enim iam per ius commune prouisi hanc perpetuam monitionem, & stimulum † dum sępiùs audiunt illud, quod semper loquitur, monens officiales vt rectè, prout decet, se habeant in administratione, & regimine officiorum scituros quòd si id non fecerint, mulctabuntur pœna illorum priuationis, & alijs pœnis.

154 Memini † quòd ex his considerationibus consulti de anno 1611. quidam huius ciuitatis aduocati, inter quos ego minimus eram, pro parte Deputatorũ huius principatus, super intelligentia c. 64. cur. anni 1599. inclinabamus quòd illa verba de officialibus tirremium Cathalonię loquẽtia posita in dicto c. *Que tots los officials estiguẽ à beneplacit dels Deputats y Oydors los que per ells seran nomenats*, hoc est, *quod omnes officiales sint, seu existãt ad beneplacitũ Deputatorũ, & Auditorum computorũ qui per eos extiterint nominati*, secũdum communem vsum loquendi, & secundũ quod iam aliàs alij Deputati intellexerant, & practicauerant, importabant merum, & libertũ arbitrium Deputatorum absq. aliqua causa, & seu illius cognitione pro libito voluntatis exercẽdum. Tu cuncta considera, & meditare, & quod iustius videbitur sequere, ego cum his discursui finem facio, & si non arriserint quæ hic speculati sumus, transeant cum reliquis, quæ non pauca forsan erunt, quæ omnibus non placebunt.

155 Secundus casus, † in quo potest dominus priuare suum officialem iurisdictione est per euocationem causarum, quam possunt sine dubio facere domini vassallorum. Est autem euocatio (vt hinc incipiamus, ne aliquid, quod expediat, omittatur) litis pendentis coram inferiore ad Principem, vel Superiorem absque prouocatione facta translatio, hanc definitionem deductam ex cap. vt nostrum, de appella. & ex l. iudicium soluitur, ff. de iudi. tradit Ludouicus à Pegue. in praxi ciuil. titu. de euoca. causa. ad Reg. Aud. num. 1. quam tamen, licèt illos taceat, mutuauit à Couar. *in* pract. cap. 9. nu. 1. & Gayl. pract. obserua. lib. 1. obserua. 41. nume. 8. & ij à Rebuff. qui prius omnium eam tradiderat, in tract. de euoca. q. 2. super leg. Reg. vol. 1. ad quos, quæso, recurras cum contigerit de his disputandum, quia optimè materiam pertractant, nos enim non possumus omnia tradere. Eis adde Robert. Lancellot. in tract. de attẽta. 2. par. cap. 10. per tot. & Capel. Tholos. deci. 481. Quòd autẽ possint Barones, & domini vassallorum euocare ad se causas tam ciuiles, quàm criminales coram suis officialibus, & potestatibus pendẽtes, & illarum cognitionẽ, & processum, siue prosequutionem eis prohibere, probãt Rebuffus in d. tract. de euoca. *in* prin. q. 5. num. 38. Alber. Bru. consi. feuda. 91. & Petr. Antho. à Pet. de potesta. Princip. cap. 6. nu. 108. † Noster Senatus in facti contingentia ita *declarauit* quòd possit Baro siue præsens sit, siue absens in loco suæ iurisdictionis, assumere, & ad se auocare singulariter causas tam ciuiles, quã criminales, & earum cognitionem, & processum, siue prosequutionem suo officiali prohibere. Et nonsolùm ipse Baro potest id facere, sed etiam & illius procurator generalis, vel eius Locumtenens quando præsens fuerit in loco iurisdictionis, poterit in dicto loco iurisdictionem omnimodam exercere, & causas ciuiles, & criminales coram dicto officiali pendentes assumere, & nouas inchoare. Dictis tamẽ Barone, & eius procuratore, vel Locumtenente suo casu absentibus, & seu à loco iurisdictionis recedentibus redeunt causæ, & reuertuntur ad dictum officialem, vel eius substitutum, seu Locumtenentem per ipsos terminandę: declarauit (inquam) ita Senatus his eisdem verbis in causa *Hieronymi Pons*, & Almar de la Bisbal contra Reuerendissimum Episcopum Gerunden. ad relationem egregij quondàm Senatoris Guillermi Sunyer die 8. Octobris 1592. Actuario Iacobo Bas.

156 Dictum † existimo singulariter posse fieri has euocationes, quia si vniuersaliter vellet dominus omnes causas ad se euocare vtiq. non liceret, quandoquidem foret id indirectè posse priuare sine causa officialem sua iurisdictione, quod vtique non licere domino suprà latissimè docuimus: hanc rationem considerauit Auenda. vbi suprà vt teneret prohibitam esse dominis inferioribus causarum euocationem, quæ tamen non videtur militare quando Baro singulariter aliquas ad se causas aduocat, sed tãtùm quãdo vellet omnes vniuersaliter sibi assumere.

Idem tamen nihilominùs censerem dicendum quando dominus vellet etiam singulari-

ter

cet omnes causas, vel maiorem earum partem ad se euocare, quia ex huiusmodi euocatione verisimiliter posset iudex, ad quem spectaret, elicere quòd ea fieret ad fraudãdum prohibitionem, de qua suprà diximus, non posse dominũ sine causa suos officiales iurisdictionis cõmissę exercitio priuare: Lex † autem prohibitiua nedum prohibere censetur illud, super quo statuit, sed & illud etiam, per quod ei fraus fieri posset per quod peruenitur ad illud, l. non dubium, cum ibi not. C. de leg. l. oratio C. de sponsal. Anto. Gom. tom. 3. var. resol. cap. 15. de tortu. reo. num. 4. in littera B. & ibi additio Emanu. Soar. à Ribey. ad quod, vt in vno multos complectar, vide Octauia. Simoncel. de decret. in præfa. nu. 17. 157

Vndè † inferas quòd hæc iurisdictio, quę datur illis officialibus dicenda est cumulatiuè data, & concessa, non priuatiuè ad dominum, ad benè not. per Thom. Gram. decis. 30. & vot. 28. per tot. Auenda. de exequen. manda. Reg. 1. par. cap. 1. num. 25. Rolan. à Val. conf. 48. nu. 20. vol. 2. plenè Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 18. per tot. & de arbit. iud. lib. 1. q. 40. nu. 8. plenè Decia. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 55. per tot. plenè tractat Franc. Muñoz de Scobar de ratiocin. cap. 7. num. 41. cum sequent. Vincen. de Fran. decis. 417. num. 7. Viden. Fran. Marc. decis. 100. par. 2. viden. etiam Henrri. à Rossentall nuper, quando iam diu hæc scripta erant, in lucem emissus in tracta. de feud. c. 5. conclu. 5. per tot. Iacob. Cancer. lib. 2. var. c. 2. de iurisdic. om. iud. à num. 199. cum sequent. pulchra est Mynsing. obserua. 99. centu. 6. vbi iurisdictionis concessionem in dubio dicit intelligendam cumulatiuè, non priuatiuè, atq. ita *conclusum* in Camera asserit, & sic poterit etiam ipse dominus, si præsens fuerit, eam exercere. 158 † * † 159

Quia tamen † est magna differentia inter officiales, qui per dominos vassallorum ponũtur ad nutum amobiles, & eos qui ex priuilegio, vel aliàs firmiorem habent iurisdictionẽ, qua per eosdem sine causa priuari nõ possunt, ideò suprà de euocationibus tradita intelligenda fore de prioris generis officialibus, non de posterioris, securè resoluũt Dida. in prac. quæst. c. 9. nu. 4. & videtur colligi ex his, quæ Rebuff. vbi suprà, & Auenda. de exequen. mand. Reg. par. 1. c. 5. num. 12. scribunt, quibus adde nostratem Cancer. qui omnium latissimè id explicat, & pro hac distinctione, & differentia videtur etiam concludere lib. 3. var. resolu. c. 15. de iur. Castro. à nu. 268. cum quo ego libenter de his paulisper disputassem, & rationem scisciassem quare in illa Reuerendissimi Gerun. Episcopi contra Almar, qui non erat officialis ad nutum amobilis, nec triennalis, sed imò perpetuus, quia erat Baiulus naturalis, nihil à tunc Episcopo recognoscens, concessit Senatus euocationi causarum fore locũ, si vera sunt quæ is doctor dicit, & fundat? Verùm quia ibi scripsit in fauorem charissimę patriæ meæ villæ Oloti, cuius ratione optarem nedum quòd per eum scripta forent vera, sed & quòd nullam omnino aliquis ibi haberet iurisdictionem præter dominum Regem, & denique ei omne bonũ desiderarem, ideò decreui de his vlteriùs non agere. Cogita quia non videntur à ratione deuiare quæ graues isti doctores in hac materia euocationis tradunt quando repugnant priui legia, vel repugnare videntur, vtpote quia per ea *sit statutum quòd per aliquem*, per dominũ eligendum ex his, qui sibi per populũ præsentarentur, iurisdictio exerceretur, & ego vix etiã aliud crederem vnquam. † 160

Sed † quid è contra nunquid per præsentiã domini dicetur cessare iurisdictio officialis, sicuti per aduentum, & præsentiam Vicarij cessat exercitium subuicarij, & Locumtenentis? vide tibi per Anchar. in c. volentes per illum tex. extra de offi. lega. vident. l. fin. ff. de offi. pro cons. & lega. l. iuditium soluitur, de iuditijs, Bart. in tract. de præstan. Cardin. 1. par. q. 1. nume. 20. in 14. vol. tract. & Ioan. de Selua de benefi. q. 14. num. 18. in 15. vol. tracta.

Sed hęc quæstio non videtur nostro, quem tractamus, casui accommodari posse, postquã enim resoluimus quòd cumulatiuè, non priuatiuè ad dominum censetur hęc nostra iurisdictio officialibus Baronis data, indè consequitur quòd eius iurisdictio nõ cessat per Baronis aduentum, sed cumulatiuè per eos exerceatur, atq. ita communis praxis admisit. *

An † autem, sicut non potest dominus durante tempore prouisionis, priuare suum officialem, sic vt dictum est electum, & confirmatum, iurisdictione, an etiam è contrario idem dicendum sit in continuatione officij vt illam permitere non possit ad aliud tempus post finitum primũ? Breuiter, & resoluriuè dic quòd sic, & quia hęc solent fieri clara, & manifesta ex priuilegijs vniuersitatũ, quibus pro forma ponitur tempus, quo durare debet officialis electus, ideò aliter id confirmati non opportere arbitratus sum, qui tamen multa ad propositũ videre voluerit Aymon. Craue. adeat qui hanc opinionem tenet in cons. 463. per tot. 161

Et licèt † isti officiales, de quibus est sermo, tantam habeant potestatem, vt prediximus, nõ possunt tamen quicquam facere, quod pertinear, & concernat iurisdictionem ciuilem, & criminalem sine consilio Iudicis ordinarij per Baronem nominati, & creati, Ita Senat' *declarauit* de anno 1592. 8. Octobris ad relationem egregij quondàm Senatoris Guillermi Sunyer † in

in causâ Hieronymi Pons, & Almar cõtra Reuerendissimum Episcopum Gerunden. scriba Iacobo Bas, circa quòd viden. est Bouadil. in sua politi.lib.1.c.12.à nu.8.

163 Excipiuntur † tamen plures casus, quos expedire potest huiusmodi officialis absq.prouisione,& consilio sui iudicis,& assessoris,capturam videlicet iurisdictionem suam contemnentium,delinquentium crimine fraganti,delinquentiumtransitum facientiũ per locum,& terminum iurisdictionis ipsius officialis parte instante,& sine ea,dummodo dicti delinquẽtes,quos sine partis instantia ceperit, seu capere voluerit, sint latrones publici, grassatores, vel banniti,electi à pace,& treuga, vel inimici Regiæ Magestatis, ad tradita per Paris de Puteo de syndicatu ver. captura num.15. & ver. quia plerunque, Iul.Clar.in praxi §. fin.q.28. num.7.Ludo.à Pegue.in prax. crim.cap. 12. de proces.via ordinar.§.3.nu.9. Specula. in tit.de accusa.§.1.versi.hoc tamen fallit,Tib.Decia. in tract.crim.lib.9.cap.29. num.8. vol. 2. Antho. Gom.var.resol.tom.3. cap.9.de captu.reor.nu. 3.viden.Hiero.à Lauren.decis.Auenionen.125. n.7.ita *censuit* Senatus eisdẽ ferè verbis,quibus suprà vsi fuimus,in allegata causa Pons, & Almar contra Reuerendiss. Gerunden. Episcopum cũ prouisione decreti exequutionis Regiæ sententiæ,de qua in superioribus meminimus,& ei dando formam, die 16. Nouembris 1592.

164 Et † istud iudicis consilium officialem excusat à culpa si quid malè agat, Ias. in l.2. num. 4.quod quisque iuris &c.plures allegat Cancer.var.resol.par.2.de iurisd.om.iud. num. 153. & *probat* Senatus,vt constat ex traditis per Micha.Ferrer in obser.Guber.2.par.cap.35.Bouadil.in sua politi.lib.1.cap.12.n.42. qui declarat quòd secùs foret si iudex,vel assessor non fuisset per dominum datus,& assignatus ipsi officiali,sed per ipsum voluntariè assumptus, tunc enim non obstante illius cõsilio teneretur officialis de malè gestis,quia imputatur ei quòd talem sibi elegerit assessorem, argumento l. 2. ff.si mens.fall.mod. dixer. cum simil. & alijs, quæ latè refert Cancer.vbi superiùs num. 148. & *probauit* Senatus de anno 1594. in causa, de qua ibidem Cancer.

165 Est tamen † hoc sanè intelligendum vt officialis non excusetur propter cõsilium assessoris voluntarij ab emenda,& satisfactione dãpnorum,secus tamen ab iniuria, quia non potest dici eum fuisse in dolo,argumento tex.in sæpè allega.l.2.quod quisque iur.quo cessante cessat etiam actio iniuriarum,l.si non conuitij C.de iniurijs,pulchrè Cancer.vbi superiùs nu. 151.vbi tradit ita *obseruasse* Senatum in casu, de quo ibi. Memini ego etiam idem *declaratum* fuisse de anno 1586.10.Septembris ad relationem egregij olim Senatoris,& postea in supremo Regni Aragonum consilio Regentis Ioannis Sabater, in causa Petri Matheu agricolæ parrochię de Tayano, contra Petrum Lledo Baiulum eiusdem parrochiæ,scriba Benedicto Sacarès.

166 Sed in † casibus,in quibus consilium iudicis,seu assessoris excusat officialem,vt superiùs dicebamus,quis tenebitur de malè gestis,an ipse iudex,an verò qui eum creauit,& constituit Baro? contingit enim perspè huiusmodi iudices nihil,vel parum habere in bonis, & cũ nõ soleant cautionem pro respondendo in syndicatu præstare,dubitant ij, quibus ab eis fuere dampna illata, vndè habebũt ex quo satisfiãt, si postea condempnentur dicti officiales. Hãc quęstionem tractant Calicius in extrauagat. cur.cap.7.num.117.& Cancer.in allega.cap. 2. de iur.om.iud.num.153.in malè gestis ab officialibus Regijs an teneatur dominus Rex ad eorum emẽdationem.Imprimis pro affirmatiua opinione quòd teneatur Baro, facere videtur quod † communiter dicitur officialem teneri pro malè gestis à suo Locumtenẽte,l. nullus qui,& l.neminem C.de decurio. lib.10. & l.1.C.ad l.Iul.repetun.& nos habemus constit. 13.sub tit.de offici de Veguers &c.tradit Cancer.in sæpè allega.cap.2.de iur.om.iud.nu. 87. & in 3.par.c.12.de offi.iud.tab. num.188. Contrarium tamen verius est, imò ipse iudex tantùm tenetur,vel officialis de malè ab eis respectiuè gestis,probat l.vni. C. vt omnes iudices circa finẽ,quatenus emendas statuit ibi Imperator fiendas per ipsos officiales, qui in culpa fuerint,idem disponit Iacob.2.in const. 4.sub tit.de iniur.tener Cali.in extrauag.cur. allega. cap.7.num.117.vbi respondet ad rationem in contrarium adductam,& differentiam adducit inter vnum,& alterum casum, & sequitur Cancer. allega.c.2.de iurisdic.om.iud. nu.155. viden.Marquil. in vsat. tutores, versic. quæro quid si Baiulus,pag.314.

Vndè Inferas quòd coram prouisoribus grauaminum non potest *proponi* quæstela *pro* iniustitijs officialium domini Regis, quia ad earum emendationem non tenetur ex suprà *dictis*,& *ita practicatur*. Arque *hæc de his nominationibus*,& electionibus dicta sufficiant, qui plura circa eam materiam videre voluerit recurrat ad doctores in discursu citatos, & signanter ad Auenda.per tot. cap. 19. primæ par. tract. de exequen.mandat.Reg. vbi omnium latissimè eam pertractat,nec omitat Caual. in allega.deci.40.in prima parte de contractibus, qui benè loquitur.

SVMMARIA.

1 *Barones an possint vassallos extrahere à propria patria pro iustitia administranda.*
2 *Praeses duarum prouinciarum potest in vna negotia alterius expedire, & nu. 6. vbi declaratur.*
3 *Dominus potest vbicunq; placitum suo vassallo mãdare, & nu. 7. vbi declaratur.*
4 *Ius reddi debet in loco solito.*
5 *Dominus dicitur vassallos grauare si eos extra propriam patriam trahat pro iustitia administranda.*
7 *Intellectum vsa. omnes homines, de iudi. & fir. iur. & vsus. placitare, de iurisdic. om. iud.*
8 *Dominus si existit in possessione per legittimum tempus potest vassallos alio trahere pro iustitia administranda.*
Fallit si nescientibus, & ignorantibus vassallis id factum sit, ibidem, vbi decis. nostri Senatus.
9 *Vassalli non praescribunt quòd dominus teneatur tenere curiam extra territorium quamuis per longũ tempus tenuisset ibi eandem, sed potest eam ad libitum mutare, & nu. sequenti, vbi decis. Senatus Neapolitani.*
10 *Praescriptioni inducta in fauorem alicuius potest per eum renuntiari.*
11 *Facultatis meræ quę sunt non praescribuntur.*
12 *Appellationis causa possunt tractari extra propriũ patriam, vbi decis. Senatus Neapolitani.*
13 *Causa appellationum possunt tractari extra propriã vicariam, & bailiam.*
Intellectus constitutionum de causis tractandis intra vicariam, & bailiam, ibidem.
14 *Iurisdictio, quæ conceditur per Barones bailis per vassallos nominandis, intelligitur in prima tantũ instantia, vbi decis. nostri Senatus.*
Appellationum causa non veniunt in cõcessione iurisdictionis, ibidem, vbi decis. nostri Senatus.
15 *Causæ appellationum non possunt à domino delegari extra proprium territorium in loco valde remoto.*
16 *Ius faciendi bullettina salutis, vulgò polisses de salut, tempore pestis ad quem spectet, & num. sequenti bus, vbi decis. nostri Senatus.*
17 *Custodum ciuitatis electio spectat ad decuriones.*
18 *Custodia clauium ciuitatis spectat ad decuriones.*
19 *Custodia ciuitatis est munus personale, personaliterq; exercendum, non per alium, vbi decisio.*
20 *Priuilegia incorporationum Episcopatus, Vicariæ, ac ciuitatis Gerundæ, & Vicariæ Bisuldunni.*
21 *Donatio remuneratoria seruitiorum censetur exceptuata à quacunque prohibitione, vbi decisio nostri Senatus.*
22 *Meritorum assertio non prodest in personis prohibitis donare.*
23 *Fallit in Principe secundum aliquos.*
24 *Maximè quando exprimuntur in specie.*
25 *Et quando Princeps in meritis suam fundat intentionem.*
26 *Et quando fundat suam intentionem, & loquitur de facto coram se gesto, non per relationem ab alijs habitam.*
27 *Et quando Princeps iure iurando suam roborauit concessionem propter merita facta.*
28 *Assertioni Principis de generali mundi consuetudine creditur.*
29 *Historijs creditur.*
30 *Donatio propter remunerationem seruitiorum potest de rebus prohibitis tunc tantùm fieri, quando non adsunt bona libera, & sic in subsidium, non aliàs, sed reprobatur nu. 31.*
Intellect. auctem. res quæ C. comm. de lega. ibidem.
31 *Merita propter quæ Princeps potest dare de prohibitis necessarium est quòd sint facta in vtilitatẽ earundem rerum, quæ donantur, non aliarum alterius regni.*
33 *Merita prædicta non sufficiũt quòd sint pro seruitijs priuatim Principi factis.*
34 *Martinus quando fuerit Rex Aragonum factitur.*
35 *Princeps in dubio non censetur voluisse à suis cõcessionibus recedere, & ius tertio auferre, & oportet quòd sciat quid agit, aliàs dicitur circumuentus.*
36 *Rex in Cathalonia non tenetur seruare priuilegia in contrarium redacta.*
Priuilegia omnia in Cathalonia transeunt in contrarium, ibidem.
37 *Charta contra Chartam non valet in Cathalonia.*
38 *Praescriptioni est locus quando per multum temporis vassalli passi sunt quòd dominus possideret Baroniam non obstantibus prohibitionibus.*
39 *Consentire dicitur qui facit aliquem actum, qui venit in approbationem alterius.*
40 *Tempus necessarium vt præiudicasse sibi dicantur vassalli in priuilegijs de non separando si dominum admiserint, & gubernare permiserint.*
41 *Vsus in contrarium non allegatur contra nostras cõstitutiones.*
42 *Confirmatio in forma communi quæ sit, & quid operetur.*
43 *Clausula, quatenus sunt in vsu semper intelligitur in confirmationibus priuilegiorum, quæ fiant in forma communi.*
Clausula prædicta posita in confirmationibus priuilegiorum facit vt non præsumantur esse in viridi obseruantia, sed vsus est probãdus per allegantẽ, ibidem.
44 *Renuntiãti suo iuri non datur amplius regressus.*
45 *Renuntiatio imponit finem litis, & quando est notoria non requiritur alia sententia.*
46 *Maximè quando est acceptata, quia acquiritur parti ius.*
47 *Auctorari sibi ipsi nemo potest.*

Declara-

48 Declaratur quando auctoritas requiritur ad integrandum personam contrahentis, secus quando in fauorem eius, qui auctorari debet est introductum quòd auctoretur.

49 Auctoritas, & decretum quando requiruntur in aliquo actu ratione iurisdictionis, potest vna, & eadem persona contrahere vt priuatus, & auctorari vt publica persona.

50 Renuntiatio litis quomodo debeat esse lesiua vt proindè rescindatur.
Lesio quomodo consideretur in contractibus non correctiuis, ibidem.

51 Vassallos esse Regis potius quàm alterius domini inferioris an sit interesse considerabile.

52 Neuisan. carpitur.

53 Intellectus textus in prin. in auctен. de haered. & falsid. & in §. hoc similiter, in auctен. vt liber. dec.

54 Priuilegium si conceditur presentibus, & futuris vnus non praeiudicat alijs, & nu. 60. vbi decis. Senatus.

55 Quia tot sunt concessiones, & priuilegia, quot sunt personae, vbi decisio Senatus.

56 Vniuersitas semper est eadem, & nunquam moritur licèt moriantur, & mutentur omnes de vniuersitate.

57 Vniuersitatis causa alia est, alia singulorum.

58 Syndicus vniuersitatis non dicitur procurator singulorum.

59 Et vbi posset nomine singulorũ agere oporteret quòd expressè id diceret.

60 Renuntiatio facta per vniuersitatem vbi priuilegium esset etiam concessum praesentibus, & futuris, nocet omnibus.

61 Priuilegiũ vniuersitatis concessum alicui filio, & posteris suis amittitur quoad omnes spatio triginta annorum, vbi decisio nostri Senatus.

62 Priuilegium si conceditur pluribus vt singulis, omnibus censetur facta concessio, & per cõtrauentionẽ vnius non praeiudicatur alijs, secus si pluribus vt vniuersis, vbi decisio nostri Senatus.

63 Negligentia vnius an noceat alijs quãdo plures sunt vocati.

64 Sententia lata in causa egregij Comitis de Montagut contra vassallos.

65 Priuilegia incorporationum debent seruari vassallis nedum quae sunt concessa à domino Rege, sed etiã quae à dominis inferioribus, vbi decisiones nostri natus.

66 Officiales Baronum sunt de iurisdictione ipsorum, non officialium Regiorum vbi decisio Senatus.

67 Mieres declaratur in cur. Reg. Pet. 3. c. 23.

68 Officiales Baronis sunt de iurisdictione officialium regiorum si delinquant in illa specie iurisdictionis, quam iidem officiales Regij ibi habent, vbi decisio Senatus Neapoli.

69 Officiales meri imperij an sint praeferendi alijs, & nu. 83.

70 Archiepiscopus tenetur honorare Episcopum dum est in sua dioecesi.
Idem in Cardinali, & Patriarcha, & alijs.

71 Consecratio Episcopi faciendo spectat ad dioecesanũ, non ad antiquiorem Episcopum, vbi declaratio sacre rituum congregationis.

72 Episcopus nõ potest in dioc. alterius exercere nec quae sunt ordinis, nec quae sunt iurisdictionis sine licentia dioecesani.

73 Episcopus est caput suae Ecclesiae.

74 Rector vniuersitatis praefertur Episcopis scholaribus.

75 Consecratio Episcopi non est actus, qui fiat per Episcopos inter proprio, sed vt delegatos Apostolicos.

76 Antiquior semper praeferatur in omni congregatione.

77 Consecratio Episcopi non requirit certum locum, nec certam dioecesim, sed vbiq. fieri potest.

78 Delegatus non eget territorio, cum Papa, cuius vices gerit, totus mundus sit territorium.

79 Episcopus dioecesanus non videtur habere iurisdictionem in loco exẽpto, nec praerogatiuam, nec praeheminentiam.

80 Locus exemptus aequiparatur loco existenti extra dioecesim.

81 Consecratio Episcopi non cõmittitur tribus Episcopis, sed vni tantum cum assistentia duorum.

82 Delegatio facta Episcopo intelligitur facta vt negotium expediat intra suam dioecesim, non in alia.

83 Nisi apponeretur nomen Episcopi, & residentia, quae esset extra dioecesim.

84 Nobilior tantò quis est quantò nobilium subiectum habet.

85 Merum imperium nobilius, & excellentius est alijs.

86 Officialis meri imperij non potest baculum, & insignia ferre, nec ibi continuò esse, vbi alius habet relatam iurisdictionem.
Archiepiscopus nõ potest in dioecesi suffraganei tenere deputatum officialem pro causis appellationis, ibidem.

87 Officiales qui erant in loco tempore Regis Petri 3. nõ possunt remoueri, sed illis tantùm, qui ex post sunt creati, & constituti, vbi plures decisiones nostri Senatus.
Intellectus cõstitutionis primę sit. quę nouells officials ibidem.

88 Officiales noui creati post tempus Regis Petri 3. non remouentur si fuerunt appositi in vim priuilegiorum.

89 Priuilegia, quę transierunt in vim contractus nõ veniunt in generali reuocatione priuilegiorum.

90 Priuilegium ob remunerationẽ seruitiorum dicitur permutatio, pecunia vero accepta venditio.

91 Priuilegium quando dicatur transire in vim contractus.

92 Officialis mutatio non comprahenditur sub prohibitione

tione de nouis official. nõ ponendis, vbi decis. Sena.

93 *Locumtenens officialis in absentia tenetur assecurare tabulam, vbi decisio Senatus.*

94 *Milites subsunt Locumtenẽti vicarij in absentia sicut ipsi vicario presenti, vbi decis. Senatus.*

95 *Baculum, & virgam portare officiales pro insignijs vndè originem traxerit.*

96 *Subhastatio quare sit dicta.*

GLOS. X. PARS II.

Vbi sit vassallis iustitia administrãda, de priuilegijs incorporationum, quorũ vigore tentant persæpè vassalli Baronum redire ad Regiam coronã, & deniq. de custodia ciuitatis ad quem spectet, an ad dominũ, an verò ad vniuersitatem.

1 VEniamus † ad alias in materia vtiles, & practicabiles quęstiones, & inter alias non omittamus eam, quę quotidie contingit tractari in magnis tribunalib' inter dominos, & vassallos, nũquid Barones possint vassallos ad petẽdã iustitiã extrahere à propria patria, & territorio illorũ iurisdictionis: Hac in re duos fore arbitror casus distinguẽdos, prior est in eo, qui vnicã tãtũ habet Baroniã, & territoriũ, & is dubio procul tenet vassallis in sua ꝓpria patria ius reddi facere absq. eo ꝙ possit ad id eos indè extrahere, §. si igitur in auct. vt omnes obediãt col. 5. & in auct. qua in ꝓuincia C. vbi d crim. agi oport. hanc opinionẽ tenẽt intrepidè oẽs ferè doctores, quos citabim' inferiùs. Secũdus verò casus est in dño, qui plura habet castra, & Baronias, an possit in vna res, & negocia alterius tractari facere, quo in casu licèt Cãc. loco mox allegando difficultatẽ faciliter resoluat negatiuè, nihilominùs nos eam adeò grauẽ iudicamus vt meritò mereatur quòd pluribus examinetur.

Imprimis igitur pro parte affirmatiua facere
* videtur quod cõmuniter tradunt doctores in l. extra territoriũ, quæ finalis est, ff. de iur. om. Iud. & signan. Ias. nu. 9. Ang. de Perus. nu. 3. vers. 2. fillit. posse †
2 Præsidem duarum prouinciarũ, siue Potestatem duorum territoriorũ negocia vnius in altera prouincia, & territorio tractare,
5 facit † secundò pro eadem opinione vsat. oẽs homines debent, in primo vol. constit. sub tit. de iud. & firm. iur. & vsat. placitare, in cod. vol. cõstit. tit. de iur. om. Iud. quatenus habẽt posse dominum vbicunq. mãdare placitum vassallo suo, dũmodo in suo mãdet. Facit deniq. Ioã. de Socar. doctrina in cõme. Per. Alber. c. si aliquis n. 61. pag. 463. quẽ Cancer. ad hoc allegat in 3. par. var. vbi inferi' allegabitur, ꝙ cõsti. 10. tit. de iur. om. iud. quæ vult causas vicariæ intra vicariã &c. fore tractãdas, loquitur d vicarijs, & baiulijs regijs, & nõ de alijs.

His tamen nõ obstantibus in cõtrarium est veritas quòd imò nõ pót domin' vassallos extra ꝓpriã patriã trahere ad petẽdã iustitiã, quã opinionẽ tenent Auenda. de exequen. mand. Reg. 1. par. cap. 5. nu. 5. videtur inclinari Bellug. in specu. Princip. rub. 26. versũ. Iesu Christi n. 17. Vincen. de Franch. deci. 166. nu. 6. & decis. 326. nu. 8. glo. in d. vsat. oẽs homines, in ver. in suo, Guiller. de Vallesica in allega. vsat. placitare, & Iacob. Cãc. in sæpè allega. cap. 2. de iur. om. Iud. in 2. par. var. te fol. n. 245. & rursus in 5. p. c. 13. de iur. cast. n. 214. cũ alijs, quos allegat, benè cæperat Ioco. Calt. rem hanc pertractare in supradicto vsat. oẽs homines, nu. 24. si perfecisset, sunt optimæ ad ꝓpositũ rões, quas Cãc. adducit vbi superi', quas etiã Fran. tetigit in locis suprà citatis, tum
4 † quia ius reddi dbet in loco solito, tum etiã vt parcatur laborib' & expẽsis litigantiũ, q̃ vltimã rationẽ cõsiderauit, & attẽdit Curia, quę statuit causas vicariæ nó esse ab ea extrahẽdas, nec causas Baiuliæ à Baiulia, vt docet Micha. Fer. 1. par. obseruan. Gubet. Catha. c. 23. circa me
5 diũ, & Canc. vbi suprà addit † Auẽda. loco superiùs allegato ꝙ si cõtrariũ dominus fecerit grauare dicitur vassallos, & tali casu non ligat citatio, vel mãdatũ dñi, vti per bona iura probat Mathe. de Afflict. in consti. Reg. Sicilię in rub. 50. cap. Iustitiarij nu. 5. lib. 1. in cuius corroborationẽ cõducunt plura, quę allegat Oldra. cons. 83. quibus adde iniquum esse quòd litigantes cogantur de patria exire pro litigando, vt dicebat Guid. Pap. singul. 637. nu. 1. vbi allegat Bal. in §. præterea, de prohibit. aliena. feud. per Feder. videt. Pet. de potest. Prin. c. 15. nu. 50. elegãter Bouadil. qui idem ptobat in sua politi. lib. 2. c. 16. de la Iurisdic. de señor de vassal. nu. 187.

Nec obeunt rationes in cõtrariũ adductæ, ac imprimis non prima, quia nos nõ negamus quod in ea concluditur posse Potestatẽ duorũ castrorũ tractare causas vnius in altero ex ipsis,
6 cæterũ † id intelligitur quoad effectũ ne procedimenta possint dici nulla tanquam extra proptiũ territorium facta, & nõ aliàs, nec alio modo, vti colligitur ex eo. Ias. & Ang. pro dicta opinione allegatis, quatenus supradicta tradũt ad limitationẽ regulæ l. fin. de iur. om. Iud. indè tñ nõ infertur posse dominũ vassallos inuitos à ꝓpria patria extrahere, & aliò ducere ad petẽdum iustitiã quãuis habeat etiã iurisdictionem in eo loco, vide in ornatum huius respõsionis Bellug. vbi superiùs, qui benè loquitur.

7 Neque † etiã obest secunda ratio desumpta ex vsat. omnes homines, & vsat. placitare: Respõde-

pondemus enim quòd aut territoria, licèt sint diuersa, ita se coniungunt vt sint de eadem Baronia, Comitatu, vel Vicecomitatu &c. & sub eo, vel ea compræhendantur, & nomine eiusdem Baroniæ &c. ea territoria veniant, & tali casu vera est ratio in contrarium adducta quòd potest dominus vbi voluerit in suo iustitiã ministrare vassallis, & in his terminis loquuntur dicti vsatici, vt clarè ex eisdem ipsis constat, & probat latè Bouadil. in sua politi. lib. 2. c. 16. nu. 187. qui eleganter loquitur in proposito, & differentiam constituit inter Regem, & alios dominos inferiores: aut verò territoria ipsa, in quibus dominus habet iurisdictionem, adeò sunt diuersa, & distincta, vt nullã inter se se habeãt connexitatem, nec veniant sub nomine cõmuni alicuius Baronię, Comitatus, vel Vicecomitatus, & simil. & tunc nõ potest dominus facta vnius in alio expedire, nec tale quid disponũt allegati vsatici Cathaloniæ, quamuis enim isdẽ sit domin⁹ vtriusq. territorij, alius tñ, atq. alius, & diuersus domin⁹ cõsideratur respectu vni⁹, & alterius, quia diuersa sunt territoria, & sic de vno ad aliud non infertur, l. 1. cum simil. ff. de compensa. pulchrè distinctionẽ hanc in Rege duorũ diuersorũ Regnorũ cõsiderarũt Bellug. in specu. princip. d. rub. 26. versi. Iesu Christi, nu. 17. & pract. noster Ioan. de Socar. in cõmemor. Pet. Alber. cap. si aliquis dominus, nu. 104. vers. & quod ponit Antho. de But. pag. 386. qui ad id But. allegat in repertor. iur. ciuil. in ver. for⁹ & in versi. habens iurisdictionem. Nec finaliter obest quod Socar. dicebat consti. de causis nõ extrahendis à Vicaria, vel Baiulia nõ compræhendere Barones, quia quamuis id verũ foret nõ haberẽt illi intẽtũ, quia sufficit quòd non sit permissum per cõstitutionẽ, si est per ius cõmune, quod defficiẽtib⁹ cõstitutionibus in hac patria obseruatur, prohibitũ vt suprà vidistis.

8 Supradicta † omnia singulariter limitantur vt non procedant quando dominus per legitimũ tẽpus foret in possessione vassallos trahẽdi extra propriã patriã ad iustitiam ministrãdam, tunc censeo non posse per eos domino obijci quòd iustitiam faceret, ac curiã teneret in proprio territorio, sed imò locus maiorum attenderetur, l. ius pluribus, de Iust. & iur, Afflict. in const. magni Camerarij in 9. not. Franch. in alleg. decis. 166. nu. 6. atq. ita ego consulebam de anno 1605. & habebam ad id causam in Senatu pendentem, quæ nondum finita est. Hoc tñ est verum, & procedit si dicta possessio acquisita fuerit scientibus, & cõsentientibus vassallis, cõtra quos vult dominus dicta possessione vti, † prout in casu singulari noster Senat⁹ *declarauit* referente egregio olim illius Senatore Francisco Descamps, postea Regente Regiã Cancellariam, sub die 28. Aprtil. 1593. in causa hominum Descellent contra Reuerendis. Episco. Vicen. dominum dicti loci, reuocando, & declarando nullum quoddam mandatũ pænale per iudicem dicti loci factum Iuratis, seu Consiliarijs quatenus personam certi cõdempnati captam in dicto loco afferrẽt ad villã de Artes eiusdem etiam Episcopi ad effectum audiendi sententiam in sua causa proferendam, ex eo quòd per priuilegia dictis hominibus concessa eiusmodi extractio erat prohibita, non obstãte quòd pro parte dicti Episcopi prætenderetur aliquoties ita factum fuisse, & se esse in possessione extrahendi personas prædictas, quia (inquit Senatus, & nunc probat nostrum institutum) non constabat quòd scientibus, & consentientibus Cõsiliarijs dictæ villæ extractæ essent, quinimò constabat illas hotis captatis extractas fuisse inscijs, & ignorantibus dictis Cõsiliarijs, vidi conclu. in lib. conclu. dicti anni 1593. in archiuo regio recondito.

9 Sed † quid è contra nunquid si in certo loco extra proprium territorium per tempus legitimum, vt supetiùs dicebamus, tenuerit Baro curiam, & iustitiam vassallis, nũquid si postmodũ voluerit curiã mutare vbi alias eam tenere poterat, veluti in proprio territorio, vel alibi, an possit per vassallos contradici quasi videatur contra dominum præscriptum quòd teneatur in dicto loco sicut solitum est? respondeo quòd non, sed imò poterit dominus ad libitũ curiam mutare, & iustitiam ministrare in proprio territorio, & patria, pulchrè ita resoluit Vincen. de Franch. in allega. decis. 166. per tot. 10 & signanter ex eo quòd † supradicta præscriptio inducta sit in fauorem domini, vt possit extra propriam patriam ius vassallis ministrare, vndè non debet in eius odium retorqueri. Item † 11 quia in his, quæ sunt meræ facultatis non cadit præscriptio, de cuius propositionis, ad multa condncibilis, veritate latissimè nos egimus in inferioribus in glos. districtus, & ex alijs etiã rationibus, quas idem Franch. adducit, quibus nihil addendum censeo quia talem me iudico qui non sim dignus cuiusquam docti Iurisperiti soluere corrigeam calceamenti, proh ac opinione *declarauit* † Senatus Neapol. de anno 1577. vt ibidem auctor est idem Franch.

12 Aliam † & secundam limitationem ad supradicta adducit Franch. in illega. decis. 526. n. 10. vt non procedant quo ad causas primarum appellationum in casibus, in quibus ea pertinent ad Barones, sicut intrepidè contingit in nostra Cathalonia, vti nos aliquando trademus, tunc enim (inquit) poterit dominus in vno territorio, & Baronia causas alterius tractare, ac tenere in vna Baronia iudicem secundarum causarum alterius Baronię, atque ita dicit *decisum* † fuisse per eum Senatum

Hæc

Hæc multis in locis practicantur in Cathalonia,& signanter in exercitio iurisdictionis villæ Oloti patriæ meę charissimę, solent enim causę primarum appellationum in villa Riuipulli tractari,quæ est Baronia eiusdem Abbatis Riuipulli, qui est dominus oppidi prædicti de Olot,adidq.est ibi iudex constitutus,viden. ad hæc Thom.Mier.in cur. Barcinonæ Reg. Pet. 2.anni 1283cap.15.num.3.col.1. vol. 1. pag. 11.& in cur.Reg.Marię cap.4.incip.volents,nu. 20. 13 col.10.pag.3.vol.2.securè † resoluens constitutiones de causis Vicariæ,& Baiuliæ intra Vicariam,& Baiuliam respectiuè tractandis,non habere locum in causis appellationum.

14 Et sicut † (vt hoc dicamus, quod spero fore non iniucundum) constitutiones de causis Vicariæ,vel Baiuliæ à Vicaria,vel Baiulia extrahendisloquentes non intelliguntur disponere nisi in prima instantia, sic priuilegia quæ per Barones solent vassallis concedi, sicuti est in patria mea charissima, quòd iurisdictio exerceatur in termino per solum Baiulũ certa forma nominandum,& eligẽdum, priuatiuè etiã 16 ad procuratorem generalem Baronis, intelligantur in prima tantùm instantia,non in secũda,& propterea causæ appellationũ, & recursuum erunt Baronis, vel sui procuratoris, ac per ipsos cognoscendę, ex doctrinis suprà allegatis, sic Senat° *declarauit* die 9.Ian.1609.referente egregio Senatore Hieronymo Astor in causa Ducis Cessę & Comitis Palamosij contra Syndicum vniuersitatis prædictæ, actua. Fontana,& iustificari hæc vlteriùs possunt ex traditis per Dida.in prac.c.4. num. 2. quatenus habet in concessione iurisdictionis, & meri,ac mixti imperij non venire ius cognoscendi de causis appellationum,latissimè Bouadilla, qui Dida.Rolan.Alber.Brun.Ang. Oldral.Marin. 17 Frec.& Iacob.de sancto Geor.allegat in sua polit.lib.2.c.16.num.76.latissimè etiam Amæde. de Ponte in tit.qui feud.dare pos.num.70.post quæstio. laudemia.& latissimè etiam Henrri. à Rossentall, multò post hæc scripta visus, de 18 feud.c.5.conclu.5.à num. 5. viden. Vincen. de Fran.decis.526.in fi. vbi dicit *decisum* in Sena. Neapoli.quòd si Baro habet duas Baronias potest in vna habere iudicem causarum appellationũ alterius vt suprà dictum est. Vnde ego aliquando mirabar quòd non potuissem in tertia aula obtinere euocationem causę appellationis interpositæ à declaratione facta in domo ciuitatis Barcinonę in causa recursus interpositi per proceres cuiusdam confratriæ, quamuis enim Cõsiliarijs esset cõcessa omnimoda iurisdictio in istas confratrias exercenda pro earum quæstionibus,cæterùm non pro causis appellationum,maximè tertiæ instantię,quæ nũquam censetur concessa nisi expressè dicatur, ex doctrinis superiùs allegatis, cæterùm postea pro euocatione pluries vidi obtentum.

15 Recipit † tamen,& recipere debet, meo iuditio,suprà tradita secunda limitatio singularẽ sublimitationem vt videlicet non procedat quando vna Baronia,& vnum territorium lõgè distaret ab alio,tunc enim cogeretur Baro in propria patria causas delegare,iux.l. cũ post sententiam C. de appella. Franch. vbi superiùs.

Pro Choronide huius disputationis libet hic duos casus referre ad materiam hanc Baroniarum pertinentes,qui mihi contigerunt in hac ciuitate in magno conflictu disputari, nedum de alijs scribimus,patriæ nostrę charissimę,& intimorum amicorum,eorum causas alioqui subtiles, & tractatu dignissimas omitentes, obliuisci videamur.Primus igitur casus est quem de anno 1599.disputauimus cum Reuerendo Abbate Monasterij Beatæ Marię villæ Riuipulli Ordinis Sancti Benedicti domino iurisdictionis ciuilis villæ Oloti,& quotidie oritur inter alios tempore pestis, nunquid † ad eum,vel ad Consules,&Decuriones vniuersitatis pertineret,& spectaret deputatio personæ,quę conficeret Bulletina salutis,siue literas certificatorias,quę ab vno loco ad alium solent tempore pestis expediri in gratiam euntium,transeuntium,& redeuntiũ: qui præcæteris materiã hanc, & reliqua ei affinia latiùs, & exactiùs pertractauit est Fran. à Rippa in suo eleganti tract. de peste tit. de remed. ad conseruandam vbertatem,per tot.ex cuius dictis licet clarè colligere id muneris ad Consules,siue Decuriones spectare, non ad dominũ loci,videndus est num.281.in versi. nam cum, vbi clarè loquitur, viden. etiam idem Rippa numer.185. quatenus † asserit electionem custodum tempore pestis ad ipsos Decuriones spectare, quod idem antea visus est respõdisse Guid.Pap.cons.1.num.7.& postea Auenda. de exequen.mand. Reg.par.1. cap. 21. num. 1. videndus paulò *inferiùs* num.188. asserens † custodiam clauium,saltem de consuetudine immemoriali,ad syndicos vniuersitatis spectare, cui consentit Nichol. Boer. in tract.de custod. claui. num. 36. & deniq.attentè legendus est idem Rippa per tot.dictum titulum quatenus in eo conatur totam solicitudinem conseruãdi sanitatem, quasi propriè ad huiusmodi decuriones spectantem,eis tribuere. Ad hæc in Cathalonia generaliter prescriptum id iuris conficiendi certificatorias per ipsos decuriones, vel alios censeri debet ex genetali totius Principatus obseruantia sequuta, & consuetudine obseruata, quę non obscurè deducitur ex probatis in causa, de qua infrà verba faciemus, & ex probatis generaliter, ac

particulariter circa conſuetudinem dictæ villæ Oloti in informatione de conſenſu partium indè recepta de anno 1599. per Ioannem Baptiſtam Safont legum doctorem villæ Biſulduni, actuario Nicholao Puig notario eiuſdem villæ. Cum † is caſus contigiſſet diſputari in Senatu de anno 1594. in cauſa cõiugũ Ialpins, & aliorum contra Syndicum, & Iuratos villę de Blanis *deciſus* fuit die 18. Aprilis ad relationẽ egregij olim Senatoris Raphaelis Aſſina in fauorẽ dicti Syndici, & Iuratorũ, *Attento* (& ſũt verba ſentẽtię, quæ omiti nõ debẽt ꝓ totali intelligẽtia, & cognitione rei, de qua agim') *cura, & ſolicitudo cõſeruãda ſanitatis in dicta villa, & etiam inquiſitio an in dicta villa ſint aliqui peſte, vel aliquo alio morbo cõtagioſo affecti ad Iuratos, & adminiſtratores dictæ villæ pertinet, & ſpectat, & dictis Iuratis de bona ſanitate dictę villę, ratione ipſorum officij, plenaria conſueuit adhiberi fides &c. & attento quod expeditio, ſeu cõfectio huiuſmodi certificatoriarũ eius eſt natura, vt non exigat neceſſario interuentum, vel ſubſcriptionem alicuius notarij publici, & eſt meri arbitrij, & facultatis Iuratorum dictę villę quòd dicta certificatorię expediantur per notarium, vel per ſe ipſos, vel per alium, de cuius fide, & legalitate confidant &c.* Actuarius erat Ioannes Colell.

19 Circa † ſupradicta de cuſtodia ciuitatis ſequentia nota pulchra, & vtilia, quæ ab Annę. Rober. traduntur, ac in iudicio *deciſa* atteſtantur rer. Iudica. lib. 2. c. 11. in ſecunda queſtione, vt ſcilicet cuſtodia vrbis non per ſtipendiarium, vel mercenarium præſtari debeat, ſed perſonale munus eſſe, atq. ita nulla habita dignitatis, vel magiſtratus excuſatione compelli poſſe ciues eam præſtare, tationem dicit eſſe perſpicuam, quia ſi viles (inquit) ſunt, & ſtipendiarij cuſtodes *non dubitandum quin ciuitas* facilè apud mercenarios emptores inueniat. Si venales animæ portis, muriſq. præficiantur, quæ ſecuritas, quæve fidei obligatio ab ijs expectanda eſt, qui neque pro aris, & focis dimicant, neque vllo in patriam affectu, & charitate incitantur? Hæc is auctor egregie dixit, quæ tamen malè videmus perſæpè in Cathalonia obſeruari.

Secundus caſus, quem hoc loci referre ſum pollicitus eſt grauiſſimę, ac valdè arduæ vaſſallorum egregij Comitis de Montagut contra dominum pro reductione baronię Caſtrifolliti ad coronam Regiam introductę cauſę, in qua tamen, Chriſto gratias, poſt longiſſimam, ab anno ſcilicet 1560. vſque ad 1607. proſequutionem, multis que modis, & medijs procuratam expeditionem vaſſalli ſubcubuerũt, cuius quia ipſe vt aduocatus dicti egregij Comitis partem tuli laboris & æſtus, & præcipuè quia exemplaris ipſa fuit, & eſt vtpote quę graues, & arduos in ſe includit iuris articulos hanc Baronorum, & Baroniarum materiam, quam tractamus, omninò concernentes, & ſine quibus vix poteſt ea dici remanere perfectè declarata (id ſolet eſſe motiuum quod me mouet ſemper vt de aliqua re particulariter diſputẽ) ideò viſum eſt aliqua hoc loci de ea dicere, quæ forſan lectori non diſplicebunt: præſuppoſito enim quòd materia ſit talis, prout eſt, quæ mereatur diſputari, nihil intereſt quòd in abſtracto tractetur, vel in concreto applicata alicui caſui, qui in foro ſuccesſerit,

20 In ea igitur † cauſa prætenſio vaſſallorum innitebatur quibuſdam prohibitionibus, & promiſſionibus de non alienando tam generalibus in fauorem Epiſcopatus, Vicariæ, & ciuitatis Gerundæ, nec non etiam & Vicariæ Biſulduni (intra quam ea Baronia ſita eſt) quàm etiã & peculiaribus, & particularibus in fauorẽ hominum dictæ Baroniæ per diuerſos recolendæ memoriæ Reges Aragonum factis, aſſerentium dictis prohibitionibus, & promiſſionibus obſtantibus non potuiſſe poſtea de anno 1396. Sereniſſimum Regem Martinum donationẽ facere Hugueto de Sanctapace (cui per rectam lineam ſuccedebat dictus egregius Comes) de iure luendi dictã Baroniã, quam inſtrumento gratiæ redimendi in ſolutum antea Sereniſſimus Rex Petrus dederat, & conceſſerat Ioanni ab Aragonia Comiti Emporiarum conſobrino ſuo pro certa dote, quam ei ſoluere tenebatur.

21 Quæ † quidem prætenſio ficà nobis faciliter deſtruebatur. Primò quòd ea donatio facta fuerat in remunerationem ſeruitiorum per dictum Huguetum de Sãctapace, & Hugonem, ac Pontium de Sanctapace patrem, & auum reſpectiuè dicti Hugueti Regiæ Coronæ præſtitorum, qui caſus remunerationis ſeruitiorũ exceptuatus legitur ab omni ſimili prohibitione, & promiſſione de non alienando, ad quod plura allegabamus, verùm nos hic breuitati ſtudentes nonnullos tantùm doctores ex principalionibus, qui rem hãc exactiſſimè, ac fuſiſſimè pertractarunt, refferemus, inter eos egregius eſt Iaſ. in illo celebri, & nunquam ad materiam ſatis laudato conſ. 227. vol. 1. Ferdinan. Loaz. in conſi. oppidi de Mula in 3. argum. pro par. Marchio. per tot. Nat. in conſ. 367. vol. 2. Marcobru. in conſi. 55. lib. 1. Boniſa. Ruger. cõſi. 15. à numer. 16. cum ſequent. Ioan. Pet. Surd. conſi. 313. vol. 3. Amade. de Pont. in tit. qui feud dar. poſ. poſt quæſtiones laudimiales, nume. 59. hi latè hac de re agunt, per quos facilis tibi parabitur ad reliquos aditus, qui tẽpus in idẽ cõſumpſerũt allegabamus ad idem duplicem Sereniſſimi Regis Petri tertij, qui priuilegia incorporationum, de quibus

ſupra

supra,concesserat, declarationem, alteram in donatione facta Bernardo de Capraria de quibusdam iurisdictionibus terminorum,& mansorũ de Costano, & de Ozor 8.Feb.1353. alterã verò in quadã pragmatica edita Perpiniani 16. Nobuẽbris 1355. quæ exhibitę fuerunt in causa,qua de agitur:in his igitur declarationib⁹ declarauit Serenissimus ꝛ Rex nó compræhendi sub huiusmodi prohibitionibus de alienando alienationes,quæ fierent in remunerationem seruitiorum:Et denique ad idem allegabamus
† antiquum quoddã nostri Senatus *decretum* de anno 1577.sub 16. Nouembris ad relationem egregij tunc Senatoris Francisci Xammar factum in causa Syndici de Lloret contra nobilem Hieronymam de Locustaria,quo id,quod dicimus,fuit declaratum his verbis *Attento cõstat dicta priuilegia incorporationum*, (quæ erant eadem cum his,quibus agebat syndicus Baroniæ de Castellfollit) *eam recepisse interpretationem per declarationem Regis Petri tertij die 16. Nouembris 1355. vt per eũ, vel ea non intelligatur prohibita alienatio,seu donatio in remunerationem seruitiorum,prout est donatio,quam &c.* est huiusmodi decreti copia auctentica in processu, de quo agimus.

Per hæc existimabamus satis,superque fulsitam nostram opinionem quòd valeret nostra donatio non obstantibus priuilegijs incorporationum, vtpotè quia facta in remunerationem seruitiorum per nobilem donatarium, & suos prędecessores Regi egregiè præstitorum.

22 Opponebantur † tamen nobis aduersus supradicta quamplurima, quibus oportuit respõdere vt in causa obtineremus. Primò quòd non constaret de meritis nobilis donatarij aliter quàm per assertionem Regis in priuilegio, seu donatione,quam non sufficere contendebant persuadere aduersarij,saltem in præiudicium tertij ex quo essemus in persona prohibita donare,ex latè traditis per Pet. de potesta.Prin.quæst.8.conclu.1.numer.25. pag. mihi 204.

23 Sed† respõdebamus quòd quamuis de meritis aliàs non appareret quàm per solam Principis assertionem, non tamen propterea erat de victoria desperandum, tum quia sunt non pauci doctores,qui existiment solam Principis assertionem,etiam in prędiuditium tertij, plenam probationem facere, è quorum numero est Ias.in allega.conf.227.vol.2.Bero. conf. 65. num.6.& alij plures, quos refert Mascar. de proba.conclu.184.num.31.& conclu.1228. nu. 117.Nat.in conf.367.num. 16. Surd. conf.325. num.29.in fin.probant etiam quos refert Pet. d.quæst.8.d.conclu 2.d.nu. 25. pag. mihi 204. tum etiam quia sumus in antiquis , quo casu standum esse Principis assertioni,etiam in prę-

iuditium tertij,docent Crane.de antiqui. tempor .p.1.§.nõ omito n.25. cũ pluribus,quos allegat Mascar. d.conclu.1228.num.118.

24 Addebamus etiam quòd essemus in particulari,& speciali mentione meritorum,in specie videlicet propter talia seruitia, non in genere propter grandia beneficia, quod summè notandum volunt doctores vt videatur an dici possit standum assertioni Principis, nec ne: In primo enim casu stari debere docent, in secundo verò minime,Pet.vbi suprà num.33.fol. 204.Garcia de Nobilita.glo.2.num.17. & 20.

25 Adiungebamus † itẽ quòd essemus in casu, quo Princeps in meritis suam fundaret intentionem,quod sufficere ad meritorum probationem volunt doctores,Ias.in sæpè allega.cõs. 227.num.38.vol.2.Surd.consi.323.num.30. vol. 3.Mascar.conclu.1228.num.61.Garcia vbi suprà num.20.& reliqui ferè omnes, qui suprà sunt citati.Dicebamus † item quòd eramus in casu

26 quo Princeps suam in facto fundaret intentionem coram se gesto,non quod ab alijs, & eorum relatione accepisset,quo casu id sufficere ad probationem meritorum docent Pet.vbi suprà num.37.post Socin.in conf.87.num.19. vol. 3.Mascar.d.conclu.1228.num.39.cum sequent. & Garcia vbi suprà .Addebamus † finaliter

27 quòd in nostro casu Princeps suam iurisiurandi religione roborasset concessionem propter merita factam,quod sufficere vt assertioni eius sit standum refert Mascar.conclu.184. numer. 13.

28 Ex quibus,†iunctis his,quę docet Menoch. conf.100.num.26.vol.1.cum alijs, quos refert Mascar.d.conclu.1228.num. 119. quòd iam de consuetudine Regum mũdi dicta Principum probationis plenę loco sunt, iũctis etiam alijs, quę de vi geminationis iam aliàs diximus in hoc libro, ex quo Principis assertio de his meritis pluriès legebatur in processu in diuersis scripturis geminata,& repetita per eundem,satis superque existimabamus probata huiusmodi merita.

Veruntamen vt *nullus* remaneret scrupulus, nullaque dubitãdi daretur occasio, fuerãt tandem plura fragmenta, & capitula librorũ. Historiæ Regni Aragonum per diligentissimũ, ac fidelissimum scriptorem Hieronymum Zorita compactæ in processu exhibita,quæ eadem benemerita, & facta egregia strenuorum domus de Sãctapace vitorum, de quibus loquebantur priuilegia eis concessa de Baronia de Castellfollit,& alia plura ita referebant exactè,vt nihil vltra esset desiderandum .Historiæ

29 †autem,maximè si est tam approbata, vt hæc de qua agim⁹,standũ esse ad plenã probationẽ docet Pet.in cap .cum causam,de proba. & latè prosequitur Mascar. de proba. conclu. 287.

per tot. latè etiam Meno. in conſ. 1. nu. 125. in 1. vol. conſ.

30 Opponebatur † etiam aduerſus noſtram principalem rationem quòd quamuis de meritis conſtaret, non tamen propterea dici poſſet potuiſſe Regem propter ipſa donationem, & conceſſionem, quam fecit, facere de Baronia de Caſtellfollit, quia id quod dicitur poſſe Principem ad bona prohibita alienari manus injcere propter remunerationem ſeruitiorũ, intelligendum eſt in ſubſidium non extantibus alijs bonis liberis, de quibus poſſit Princeps remunerationẽ facere, non aliàs, ſicuti in terminis auct. res quę C. com. de lega. quæ certis de cauſis ibi expreſſis alienationem permittit non obſtante prohibitione, tradunt doctores id fore in ſubſidium intelligendum non extantibus bonis liberis, Marzar. in epitho. de fideicom. q. 48. num. 7. plenè Pereg. in eo. tract. art. 42. & videtur idem Imper in ea auct. inſinuare in illis verbis, *ſi liberis portio legitima non ſufficiat ad dotis, vel donationis propter nuptias conſtitutionem &c.* & in §. ſi verò, in auct. de re ſitt. & ea quæ patit &c. ibi, *aliam non habens ſubſtantiam*, latè Surd. deciſ. 62. num. 4. & in proprijs noſtris terminis tenet Amad. de Pont. in tit. qui feud. dar. poſſ. poſt quæſtio. laudem. nu. 60. concinnunt quæ docet Guid. Pap. deciſ. 351. in fin. Grat. conſ. 147. num. 24. *lib.* 2. Ruin. conſ. 108. num. 29. vol. 2. & Craue. conſ. 241. col. fin. verſi. ſecundo reſpondeo, quod multò poſt hęc ſcripta reperi per noſtrum Iacob. Cancer. (quem aduerſarium habuimus in hac cauſa egregij Comitis de Montagut) alijs auctoritatibus ornatum, ac fulſitum in 3. par. var. c. 3. de priuileg. numer. 371. & rurſus c. 13. de iur. caſ. nu. 93.

31 Reſpondemus † tamen cum Nat. in conſ. 367. num. 15. Ferd. Loaz. in ſuprà alleg. conſ. argumento 3. pro Marchio. verſ. nec obſtat, fol. 185. & Marcobru. conſ. 55. nu. 97. cum ſequent. qui plures alios in idem adducunt, quòd imo in poteſtate Principis eſt eligere qua de re velit benemeritum remunerare, an de bonis liberis, an verò de alienari prohibitis, & poſtquam modum elegit, ille eſt ſeruandus, adducunt ad id l. item ſi verberatum §. 1. ff. de reiuẽd. & l. Lucius ff. de euictio. dicentes veriſimile eſſe quòd populus Romanus habebat aliam copiã ſatisfaciendi militibus abſque eo quòd priuatorum agros auferret, & tamen poſtquam illum modum ſatisfaciendi elegit, dicitur hoc iuſta ex cauſa feciſſe, adeò quòd illa ablatio agrorum impugnari non potuit.

Et certè ſi verum foret quòd nõ poſſet Prin 34 ceps niſi in ſubſidium non extantibus bonis liberis remunerare de alienari prohibitis, inanis omninò eſſet, & de vento ſeruiret iuris diſpoſitio, quæ ei remunerationem permittit de bonis prohibitis faciendam, quia nunquam daretur caſus, quo id fieri poſſet, cum ſemper Reges habeant plura bona libera, nec vnquam Regnum ſit tam exhauſtum quòd Regi non remaneant, vltra incorporata, & alienati prohibita, de quibus faciat remunerationem.

32 Verùm † non propterea conquieſcebant aduerſarij, imò adhuc opponebant quòd alia ratione non poterat Rex in dictam Baroniam pro dicta remuneratione ſeruitiorum manum immittere, quia ſcilicet ſeruitia non fuerant facta pro vtilitate huius Regni, ſed alterius, ſcilicet Siciliæ, legis autem diſpoſitio, quæ alienationem permittit rerum prohibitarum propter remunerationem ſeruitiorum, fundat ſe in publica vtilitate, vtpotè quando ſunt in rempublicã collata, vel publicam aliàs concernunt vtilitatẽ, putà exempli gratia, iuuauit ſtrenuus miles Regem ad deffendendum Regnum ab oppreſſione alterius, hæc beneficia dicuntur in rempublicam collata, publicamq. concernere vtilitatem, & ideò reſpectu eorum remunerãdorum dici poteſt, & debet, permiſſum Regi de bonis Regni etiam alienati prohibitis, remunerari militem, nec eſt inconueniens vt patrem eius poſſideat is, qui totum deffendit, à Ponte vbi ſuprà num. 60. in fin. indè † poſteà 33 inferens quòd merita non attendantur ſi fiant priuatim Principi præſtita, & circa familiaria obſequia publicę vtilitati non connexa, & ſaltem bona illius Regni etant priùs excutienda pro remuneratione, argumẽto l. ſi certarum §. Iulianus, de teſta. milit. conferunt quæ docet Clar. §. fin. q. 78. num. 28.

Augebatur difficultas quòd ea ſeruitia nedum non erant facta pro Regno Aragonum, ſed nec pro Rege Aragonum: Martinus enim tempore quo Siciliam petijt cum Hugueto de Sanctapace ad adiuuandum Martinum filium ſuum Regem Siciliæ, nõ erat Rex Aragonum licèt poſteà fuerit, ſed Dux tãtum Montis Albi, vt in Chronicis habetur, & in vita ipſius in principio voluminis conſtitutionum: exclamabant ergo aduerſarij quomodo permitteretur dici quòd potuiſſet Rex poſteà remunerare de rebus Regni Aragonum alienati prohibitis ſeruitia non pro Rege, nec pro Regno facta, & præſtita, ſed pro alio, & in alterius Regni vtilitatem ſeparati à noſtro, & diſtincti?

Huic argumento reſpondebamus ſicuti præcedenti quòd imò in manu Principis erat qua de re vellet cum remunerare, qui de ſe fuiſſet benemeritus.

Dicebamus † item quòd imò & pro Regno 34 Aragonum, & pro Rege eius regni facta fuerant ea ſeruitia, vt enim ex diuerſis locis chronicæ Zoritę (quam non curo hic ponere, quia

non

non historiam, nec facta scribo, sed id quod iuris est enarrare tãtùm institui) commonstrabamus quòd iam tempore dictorum seruitiorũ, & multò ante, tempore scilicet Regis Petri tertij per mortem Federici secundi Regis Siciliæ sine liberis masculis, Regnum illud delatum erat Regibus Aragonum, & illorum Coronę applicatũ vigore testamẽti Federici primi filij Petri secundi eius conquistatoris, licèt à Maria filia vnica dicti vltimi Federici tunc possideretur, quam toto tempore vitæ suæ permiserant Reges Aragonum dicto Regno potiri, & vti frui, ea verò finita illud statim recuperauit noster Martinus donator Rex Aragonum iam factus, nec permisit alterum Martinum filium suum (maritus qui fuerat Mariæ Reginæ, & eius hęres) illud nomine proprio, vel vxoris suę vt eius hęredem possidere, sed imò nomine, & cũ licentia Martini patris Aragonum Regis, & vt eius generalem gubernatorem: ecce ergo quòd iam habemus seruitia hæc facta pro vtilitate Coronæ, & Regni Aragonũ. Quòd autem pro Rege Aragonum essent pręstita, patebat etiam ex eo quòd maior pars cõquistæ Regni Siciliæ facta fuit post delatam Martino Duci Montisalbi successionẽ Regni Aragonum, & post eius Regem renunciatum: erat enim actualiter in Regno Siciliæ cum nostro Hugone de Sanctapace, & alijs viris egregijs pro eius liberatione à manu rebellium militans quando à Cathalonia, & Valentia missi Legati ei nunciarũt delatum sibi Aragonum Regnum per mortem Regis Ioannis fratris sui, quæ dolenter in nemore de foxa, quod est in hoc Principatu, ei venando cõtigit, quibus ipse respondit acceptare se libenter quod ei offerebatur, quantùm autem ad id, quod ab eodẽ exigebatur, & petebatur à Legatis de prompto accessu ad Regnum, dixit se non posse tam citò vassallorum votis annuere, volebat enim priùs paccatum Regnum illud relinquere, & quod inceperat perficere liberando illud omnino ab oppræssione rebelliũ, & notat Zorita factum istud enarrans maiorẽ huius conquistæ partem factam fuisse post hãc legationem, & nuntium allatum de successione Martini in Regno Aragonum: Ecce ergo quòd non potest dici seruitia nostri Hugueti de Sanctapace non fuisse Regi Aragonum præstita.

Addebamus quòd is noster Huguetus, & sui pater, & auus non solùm in hoc Regni Siciliæ bello seruierant, sed in multis alijs occasionibus Regibus Castellę, & Aragonum in Castella, Sardinia, Maiorica, & alijs locis, dùm benè eorum ope Reges indigebant, vt ex multis Zoritę testimonijs comprobabamus.

Adiungebamus finaliter quòd videbatur summæ subtilitatis esse, velle aduersarios, post tam antiquam huius Baroniæ 196. annorum pacificè cum scientia, & patiẽtia aduersariorum, & cum diuersis eorundem homagiorum præstationibus ante litem motam possessionem in successoribus Galcerandi de Santapace primi acquisitoris continuatam, de qua mox dicemus, nostram concessionem, & priuilegium sub colore horum deffectuum, & nullitatum tam parùm fundatarum subuertere.

35 Sed † adhuc cum his non conquiescebat aduersantium animus, instabant enim quòd alia ratione nostra concessio erat nulla, videlicet tam ex deffectu voluntatis ipsius Principis, quàm ex deffectu potestatis, ex deffectu quidem voluntatis quia ea non dicitur adesse vbi Princeps ignorat quid agit: est enim necesse constare Principem voluisse recedere à suis concessionibus, & ius tertio auferre de potestate absoluta, aliàs enim dicitur circumuentus, aut per errorem, vel obliuionem actum fecisse, sicuti docent Ruin. cons. 29. vol. 1. Velasc. consul. 72. num. 21. & 25. Pet. de potest. Princip. fol. 206. col. 3. num. 60. Craue. allega. cons. 241. col. fin. In nostro autem casu Princeps, qui concesserat, seu donauerat ius luendi Baroniã Castri folliti Hugueto de Sanctapace, non habuit notitiam priorum promissionum de non alienando, & separando à Corona Regia per suos prædecessores in fauorem hominum dictæ Baronię, & aliàs factarum, aut saltem de tali non constat, ergo dicendum videtur (aiebãt aduersarij) non debere iudicari quòd Princeps voluerit à dictis prioribus concessionibus recedere, & eas reuocare, iusq. tertio auferre, quod ignorabat sibi concessum.

36 Deffectus † autem potestatis ex eo colligebatur, secundum opinionem aduersantium, quòd in Cathalonia, etiamsi vellet, non potest Princeps reuocare priuilegia in contractus tã facta, quia hic non est dominus iuris positiui, cum illud non ponat *nisi in curia*, & in Cathalonia omnia priuilegia transeunt in contractum, cum confirmentur in curia cum stipulatione notarij, & iuramento, Marquil. in vsat. quoniam per iniquum, verticu. quę secundũ Iacobum, fol. 178. pag. 1. & Vallesica num. 4.

37 Item † addebant aduersantes non valere in Cathalonia chartam contra chartam, const. 3. & tot. ferè tit. si contr. dret, y vtil. pub.

Has rationes adeò firmas, & cõstãtes existimabãt (vti idẽ ipse ab altero ex eorũ aduocatis, dũ pẽderet causa, intellexerã) vt sibi persuaderent neminem posse eas diluere: Verùm nos qui eiusmodi causæ, & iustitiæ merita maturè vsque ad atomos scrutati fueramus, nullumq. ferè obicem, qui opponi posset, non consideraue-

rauetamus vt ſuo tempore diſſolueremus adeò facilem ad illa reſponſionem iudicauimus, vt indignum arbitrati fuerimus quòd ea in re multum temporis conſumeretur.

Dicebamus igitur quòd concedebamus, citra veri præiuditium, argumẽta aduerſantium, negabamus tamen quòd in noſtro caſu tractaretur de reuocatione alicuius prioris conceſſionis, vel de auferendo aliquo iure tertij, vel etiam de conceſſione chartæ cõtra aliam chartam, ratio eſt clara, & manifeſta, cum enim in omni prohibitione de non alienando, & ſeparando à Corona Regia cenſeatur exceptuatus caſus remunerationis ſeruitiorum, vt abundè ſatis in ſuperioribus confirmauimus, indè fit quòd noſtram conceſſionem feciſſe dici debet Rex Martinus abſque læſione priorum in fauorem aduerſantium factarum, & abſque aliqua ablatione iuris tertij, cum illud cõditionaliter dici debeat acquiſitum, niſi Rex vellet propter remunerationem ſeruitiorum alienare, quę eſt conditio tacitè inhærens prioribus diſpoſitionibus, quæ idẽ operari debet quod expreſſa, ex regula iuris notiſſima: vtendo igitur noſter Princeps facultate ſibi de iure cõceſſa alienandi propter remunerationem ſeruitiorum, non obſtantibus prohibitionibus, nemini eſt dicendus iniuriam facere, nullius ius auferre, nullas conceſſiones reuocare, nec aliqua poteſtate abſoluta in his vti, ſed iure ordinario facere quod poteſt, ac proindè non erant in noſtro caſu neceſſaria quę aduerſarij ex aduerſo conſiderabant intercuenire debuiſſe vt valeret noſtra cõceſsio, indè apparet quòd facile corruãt aduerſantium quæ appellabant fortia argumẽta, quàm modicæque ſint difficultatis, ac firmitatis. Hæc reſpondebamus ad ea, quæ nobis aduerſus noſtram primam rationem obijciebãtur. Veniamus iam ad ſecundam rationem, quam ſolam ſufficiẽtiſſimam arbitrabamur ad victoriam quando alię non affuiſſent.

38 Ea † deſumebatur ex lapſu centum nonaginta ſex annorum ante litem motam, quo quietè, & pacificè prędeceſſores noſtri egregij Comitis Baroniam Caſtrifolliti abſq. contradictione hominum illius, imò de conſenſu eorum, ſaltem tacito, qui elicitur ex varijs præſtationibus homagiorum, quas dictis prędeceſſoribus voluntariè fecerunt, & abſq. aliqua proteſtatione, poſſiderunt, quæ quidem lõga, imò longiſſima pacientia dictorum vaſſallorum, iũctis præſtationibus dictorum homagiorũ hoc vnum proculdubio operata eſt vt per eam ſibi præiudicauerint vniuerſitas, & ſingulares prædicti in priuilegio, quod habebant ne poſſent alienari, vt eleganter in his eiſdem terminis docet Laſ. in allega. conſ. 227. ante num. 31. verſi. facit ſexto, vol. 2. quod probat ex doctrina Bal. in l. quo enim, num. 1. ff. rem rat. haber. & Abba. in cap. non iniuſtè num. 7. de procura. dicentiũ

39 † quòd vbi tractatur de pręiuditio alicuius ſi vltra patientiam, & taciturnitatem faciat aliquem actum, qui videatur venire ad approbationem actus illius, certè videtur conſentire, probat item eandem reſolutionem eleganti ſimili, ſicut enim (inquit) alienatio feudi facta per vaſſallum domino ſciente, & paciente de iure valet, & tenet tanquam de eius conſenſu facta ex quo contradicere cum poſſet non cõtradixit, vt not. glo. in cap. 1. ver. permiſſu, de

* prohib. feud. aliena. per Lotar. quæ eſt cõmuniter à doctoribus recepta vt teſtantur And. de Iſern. Iacob. Aluar. & Matt. Laud. ibid. & pulcherrimè docet Ioachimi Mynſing. ſingul. obſer. cent. 4. obſer. 85. per tot. ſic inquit valere debet alienatio vaſſallorum facta per dominum eis ſcientibus, & quaſi expreſsè per huiuſmodi taciturnitatem, & tẽporis lapſum, ac pręſtationem homagiorum conſentientibus, ita vt dici debeat talis taciturnitas, iunctis prędictis voluntarijs actibus abſque aliqua proteſtatione factis, eiſdem prciudicaſſe. Hæc Laſ. cui addamus nos aliqua, quib' eius doctrina illuſtretur.

Aduerto igitur imprimis doctrinam Laſ. in loco prædicto quoad propoſitum, de quo agimus, valdè fuiſſe celebratã in noſtris propijs terminis quando adeſt expreſſa prohibitio alienationis, vt illa poſtea facta ſuſtineri debeat, quando vniuerſitas per longum tempus fuit ſciens, & patiens, & vltra ſcientiã, & pacientiã fecit aliquos act' poſitiuos, veluti pręſtare fidelitatem, & obedientiam domino &c. à Barba. in conſ. 11. col. 3. vol. 2. Socin. conſ. 4. nu. 21. vol. 3. vbi etiamſi actus facti ſint cum aliqua proteſtatione ſi poſtea tacuerũt, Socin. iun. conſ. 94. num. 30. vol. 2. Nat. conſ. 589. nu. 6. Alciat. conſ. 167. num. 1. Paris. conſi. 22. num. 87. & conſi. 13. num. 102. vol. 1. Marcobru. conſ. 55. num. 107. & Surd. qui ſuprà dictos omnes refert, conſ. 323. num. 28. vol. 3. quibus in locis mirè doctores ſupradicti Laſonis doctrinam approbant, & nouis quiſque medijs comprobat, minuſq. † tempus

40 requirunt, quàm eſſet tranſactum in noſtro caſu, Nat. enim exiſtimat ſufficere 80. annos, qui tranſierãt in ſuo caſu, Surd. 40. Marcabru. 25. Laſ. autem 10. annos, videndus in hanc rem Amade. de Pont. in tit. qui feud. dar. poſ. nume. 122. poſt quæſtiones laudemiales.

41 Opponebatur † aduerſus hanc rationem quòd non videretur alicuius eſſe momenti in noſtra Cathalonia, vbi in omnibus curijs generalibus fit confirmatio priuilegiorum vniuerſitatum, per quam videtur ius ſemper eis conſeruari non obſtantibus abuſibus, ſeu contrarijs vſibus earundem: In Cathalonia enim vſus,

vel

vel possessio non admituntur aduersus constitutionem, sed abusus appellantur const.10. tit. de obser.const. cum alijs eiusdem tit.

42 Respondemus † tamen quòd in nostris constitutionibus non repetitur alia confirmatio, præterquàm in forma communi, quæ fit quando Princeps simpliciter priuilegia confirmat non aliàs de negotio instructus, nec aliqua particulari de negotio habita notitia, per quam nihil noui censetur Princeps donare, & parũ, aut nihil ea confirmatio operatur, vt probant dd. in cap. ex frequenti, extra de cõstitu. in cap. quia diuersitatem, de concess. præben. & de cõfir. vtil. vel inutil. per tot. Hostien. in summa suprà proximè relato tit. de confir. vtil. vel inutil. num. 7. pulchrè Ema. Rodrig. quæst. regul. to. 1. q. 8. per tot. nonnulla tradit Gayl. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 1.

43 Imò † *in tali confirmatione semper intelligitur*, quatenus sunt in vsu, Rodrig. vbi suprà quæ clausula ad tollendam omnem dubitationem ponitur in nostris constitutionibus priuilegia confirmantibus, vt ex eisdem ipsis appareat, & signanter ex const. 1. tit. de priuil. & immunita. Quæ clausula posita in confirmatione priuilegiorum facit vt illa non præsumãtur esse in viridi obseruantia, imò sit id probãdum per eum, qui se priuilegio vult iuuare, prouti est † pulchra *decis.* Rotæ prouin. Marchiæ 14. per tot.

Reliqua, quæ obijciebantur aduersus hanc rationem ponemus post sequentem.

44 Erat † igitur tertia ratio, qua claudẽdũ arbitrabamur os aduersantibus, quæ ex renũciatione, quam liti, & causæ vniuersitas per suũ syndicum legitimè constitutum fecerat die 1. Februarij 1597. volens eam pro renunciata haberi, vires accipiebat, ptætendendo quòd prætẽsi noui syndici per ipsam vniuersitatem postea post viginti vnum annos, & vltra cõstituti, qui in causa nomine dictę vniuersitatis comparuerant, non poterant eam prosequi obstante dicta renunciatione, quia de iure iuri suo renuncianti non datur amplius ad ius renunciatum regressus, vul. l. postquam liti, C. de pact. & ibi * communiter scribentes, & signanter Marc. Mont. in repet. eiusd. l. plura alia iura apprimè ad propositum conferentia adducit Cæs. Barz. decis. Bonon. 18. num. 10. Renunciatio † enim

45 finem liti imponit, & quando est iudici nota non requiritur alia sententia, Ias. in d. l. postquã liti num. 7. & Dec. ibidem eo. nu. Mont. nu. 21. & Barz. vbi suprà, qui benè in proposito loqui-

46 tur nu. 11. cum sequent. Maximè † quando renunciatio est acceptata, prouti in casu nostro, per quam acceptationem fit parti incommutabiliter iuris acquisitio, propter quod absque eius voluntate, & consensu reuocari renunciatio nõ põt, vt benè probatur per tex. in l. si diuersa C. de trãsactio. Mõter latè vbi suprà n. 15.

47 Opponebatur † tamen aduersus syndicatum eius, qui renuntiationem fecerat, quòd non fuisset ille legitimè factus ex eo quòd decretum non fuisset in eo legitimè interpositũ, quia interpositum fuerat per Ioãnem de Crudillis tutorem, & curatorem nostri egregij Comitis tunc pupilli, de cuius interesse agebatur in dicto syndicatu, & in eius fauoré fiebat, ad quod allegabatur quòd nemo posset sibi ipsi, & ad propriam vtilitatem auctorari l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad S. C. Trebellia. & l. quod diximus, * de auctor. tutor. vbi omnes.

48 Sed † respondebãmus quòd imò decretum fuerat legitimè interpositum etiam auctorante dicto Ioanne de Crudillis tutore pupilli, quod enim dicitur neminem posse sibi, & in sui fauorem auctotari, intelligitur quando decretum, auctoritas, vel consensus requiruntur ad integrandam personam contrahentis, veluti quando dicitur statutum filium non posse cõtrahere sine consensu patris, mulierem sine cõsensu mariti, vel minorem sine consensu curatoris, tunc certum est neminem posse in sui fauorem auctorem esse: cum enim sit eo casu statutum vt in huiusmodi contractibus propter infirmitatem consilij contrahentium requiratur alterius, qui in maturiori sit ætate, consilium, & consensus, certè non foret iustũ quòd tunc ipsi possent cum istis filijs, mulieribus, vel minoribus contrahere cum suo solo decreto, & auctoritate, sed tali casu necessarium est iudicis decretum, quod succedit, & supplet in locum eorum, ita eleganter Alex. in l. 1. §. quæsitũ num. 7. & 8. ad trebel. & sequitur Vincen. de Franch. decis. 14. nu. 2. & pluribus probat Hiero. Gab. cons. 2. per tot. par. 1. hic non erat casus noster cum contrahentes de vniuersitate legitimam haberent ętatem, ac legitimi, & integri essent consilij ad contrahendum, secùs quando vel in fauorem eius, qui decretum, & auctoritatem interponere debet est introductũ quòd interponatur, veluti forsan in nostro casu in fauorem domini, cuius valdè interest ne vniuersitas, cuius est dominus, depauperetur, tunc enim potest dominus sibi auctorari, ne quod est in eius fauorem introductum in eius odium retorqueatur, Franch. & Gab. vbi suprà,

49 ille num. 2. hic verò nu. 1. Vel † quando decretum, & auctoritas alicuius exigitur ratione iurisdictionis, tunc enim potest contrahere vt primatus, & consentire vt publica persona, ex celebri tex. in l. si consul. ff. de adoptio. vbi l. C. *si consul, vel præses filiũ familias sui posse eum apud semetipsum, vel emancipari, vel in adoptionem dari, consul.* Rippa in sępè allegata d. l. 1. §. fuit quæsitum nu. 6. ff. ad trebellianum.

Oppone-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

50 Opponebatur†item aduerſus renuntiationem quòd ea eſſet valdè læſius,& præiudicialis vniuerſitati,& propterea reſcindenda. Reſpondebamus tamen quòd, præterquam quòd ea de re non poterat in eo iuditio tractari,in quo finita lis erat per renunciationem, vt ſuperiùs fuit dictum,ſed alio nouo ad id opus erat iuditio,certè non conſtabat de legitima cauſa, propter quam reſcindi renunciatio deberet:aut enim reciſionem prætendebat vniuerſitas obtinere ſe poſſe remedio extraordinario reſtitutionis in integrum,& hoc nō poſſe dicebamus,quia in toto proceſſu non reperiebatur petita,aut remedio ordinario eo modo quo maiores poſſunt aduerſus ſimiles renunciationes, quando læſio prætenditur,agere,& ad id neceſſum fuiſſet quòd vniuerſitas probaſſet renunciationem occupare medietatem bonorum,& facultatū ſuarum,ideſt quòd per eam tantum perdidiſſet vniuerſitas quantum eſt medietas bonorum ipſius, ſic enim & non aliter conſideratur læſio in huiuſmodi renunciationibus,& in alijs cōtractibus,qui correſpectiui non ſunt ad aliquod datum,vel receptum,Alciat.in conſ.33.num. 15.li.2.& conſ. 107.num.11.Surd.conſ.46.num. 15.lib.1.Pereg. conſ.77.num.35.& Theſau.deciſ.123.nu.9.qui infinitos alios ad idem allegant, quod ubi ego aliàs latiùs explico in gloſ. cenſualium in quæſtione an aduerſus fideiuſſionem detur minoti reſtitutio,iuxta quæ ibi dicta,&tradita,ac ex profeſſo examinata intelligenda cenſeo quæ hic,& in alijs partibus huius operis incidenter de materia contigit dicere:in noſtro autē caſu nulla læſio erat articulata, nec probata in toto proceſſu, quomodo ergo poterat vniuerſitas reciſionem renuntiationis prætextu læſionis imaginarię prætendere,non video.

51 Et certè,† meo iuditio,nullum conſiderabile intereſſe vniuerſitatis vertitur ſit de iuriſdictione domini Regis,vel alicuius Baronis: ſolùm illud,forſan fuiſſet quando probatæ forēt ſeuitiæ, & malæ tractationes ipſius domini, propter quas etiā poſſet ab eius iuriſdictione eximi,Thom.Gram.viden.deci.104.per tot.& ſignanter num .3.Andr.Gayl.de pace pub.li.1. cap.2.num.22.de quibus nihil extabat probatum,vel deductum in cauſa,& quamuis de eis conſtaret, adhuc forſan ego non concederem eas iuſtam præbere cauſam reciſionis renūciationis quaſi læſiua propterea foret dicēda,quia cum in Cathalonia habeatur recurſus ad Regiam Audientiam quando dominus malè tractat vaſſallos, quo ſe ab eius oppreſſionibus liberant, habeantq. vaſſalli Baronum plures prærogatiuas, quibus non gaudent vaſſalli domini Regis,non video quatiter propterea poſſet dici tam magnū intereſſe vniuerſitatis verſari ſit ne de iuriſdictione domini Regis, vel alicuius Baronis.Imaginarium ergo huiuſmodi intereſſe conſidero ſaltem ad effectum vt ratione illius prętendi poſſit reciſio renunciationis, quia illud ſolùm in eo conſiſtit quòd ſibi homines perſuaſerint melius,ac honorabilius eſſe ſub vaſſallagio Domini Regis militare, quàm Baronis,non aduertentes quantas in Cathalonia plures vniuerſitates patiantur à Vicarijs, & officialibus Regijs oppreſſiones,à quibus liberatas videmus vniuerſitates Baronum:iſtud igitur intereſſe non debet eſſe in cō ſideratione,nec cauſam dare,vel locum facere reciſioni,vt pote quia leue intereſſe dici debet, Amæd.de Pont.in tit.qui feud.dar. poſ. num. 125.limita.4.poſt quæſtio.laudim.

52 Sileat † igitur,& habeat in domino pacientiam Ioan.Neuiſan. in conſ. 12. inter conſilia feudalia à num.95.cum ſequent.vbi adeò execratur id quod eſt eſſe ſub Baronum vaſſallagio vt huiuſmodi vaſſallos ſeruis ęquiparet,eos verò,qui Regi immediatè ſubſiunt, hominibus liberis,primū vaſſallagiū ſeruitutē appellādo, ſecundū verò libertatē dicendo, additque poſtea (vt magis intelligatur quanti is rem hanc æſtimet)ſupinum,ac fatuum eſſe qui talem ſeruitutem non perorreſcat,niſi fortè(inquit) aliquis miſer,vel deſparatus ad inſtar patris qui propter famen filium vēdat l.1.C.de patr. qui fil.diſtrax.vel illius qui ſe vendit ad prætium participandū, §. penult.inſt.de iur. perſon. Sileat(inquam)& habeat in domino pacientiā, nec tantam calamitatem conſideret in vaſſallis Baronum is auctor:viuimus enim nos, qui ſumus experti in multis ocaſionibus peiùs ab officialibus Regis tractari vaſſallos,quàm à Baronibus,maximè vbi(prout in noſtra Cathalonia)nunquam ita alienat Rex vt ſummam regaliam ſubueniendi oppreſſis,& liberandi eos à manu calumpniantium à ſe abdicet:Nec quod Niuizan.ad ſuam probandam opinionem adducit id probat,quod ipſe vult: tex. † enim in

53 prin.de hæred.& falcid.vbi antiquam recepiſſe libertatem dicit Imperator eos, qui ad Romanum Imperium, & eius obedientiam per ipſum reducti fuerant,& tex.in §.hoc ſimiliter in auctē. vt liber. deceț. vbi Imperator pio ſubiectorum libertate dicit ſe ſuſcepiſſe quæ ſuſceperat bella pro his, qui antea Imperij ſubditi fuerant,quos allegat Neuizan. nos loquū tur in noſtro caſu,de eis ſcilicet, qui alienati à Rege,vel Imperatore cum fuiſſent in alium, fuerunt poſtea per ipſum ad Regiam coronā, & ſub eius dominio,& imperio reducti,& redacti, ſed imò de his, qui per captiuitatem à Tyrannis fuerant ocupati,vt ex eiſdē ipſis iuribus apparet,iunct.glo.horum vtrum dum ſub Tyrannorū dominio,& imperio erant nihil

mirum

mitum ſi ſeruitutem Imperator appellet, & reductionem ad ipſius imperium, libertatem, quia verè primum ſeruitus eſt, ſecundum verò libertas, in noſtro autem caſu vbi ceſſat tyrannis, & vbi tot vias habent vaſſalli, quibus à dominorum oppreſſionibus, caſu quo fierent, ſe liberent, non eſt eorum vita ſeruitus appellanda, ac propterea benè Amade. de Pont. in ſæpè allega. tit. qui feud. dar. poſ. nu. 105. de intereſſe vaſſallorum ne alienentur loquēdo, dicit non poſſe tractari de eorum intereſſe, nec illud conſiderari quaſi de ſeruis alienandis, vel diſtrahēdis, ſed aliàs, & alio modo longè diuerſo, vt ibi per eum: benè verum eſt malè complures à dominis tractari taliter quòd eorū reſpectu ſeruitus potiùs eorum vaſſallagium eſt appelandū, verùm non propterea eſt elicienda indè regula generalis in communi pro omni regimine Baronum. Si ipſi in Cathalonia haberent quod Barones in Aragonia, poteſtatem ſcilicet benè, vel malè tractandi vaſſallos, fame, & ſiti necandi pro libito voluntatis, & bona eorum auferendi omni appellatione remota, abſque eo quòd poſſit in eis dominus Rex ſe intromittere, de quo latè per Ioſeph. de Seſe in tracta. de inhibi. c. 4. §. 3. cum ſequent. & deciſ. 73. per tot. qua ratione iſdem Seſe deci. 36. num. 15. dicit in Aragonia à fortiori procedere argumentum de ſeruo ad vaſſallum, quia ibi magis ſubiecti ſunt vaſſalli, quaſi ſubiecti abſolutæ poteſtati, quàm ſerui, coloratam haberent vaſſalli intentionem, qui inſtar ſeruitutis illam ſubiectionē ducerent, ſed in Cathalonia, vbi ſupradicta poteſtas ceſſat omnino, & pro quoliber minimo præiuditio habetur ſemper ad Regem, & eius nomine ad ſui Locumtenentem recurſus, non poteſt, nec debet id quod eſt ſubeſſe Baroni tantopere execrari.

54 Opponebatur † finaliter (vt iam tandē huic, forſan aliquibus feſtidioſo, negocio, mihi tandem iucundiſſimo propter pulchritudinē materiæ, finē imponamus) aduerſus duas noſtras poſteriores rationes, quòd nec conſenſus ille tacitus vaſſallorum, de quo arguebamus, nec renuntiatio expreſſa litis, quam proponebamus, potuerint ijs, qui nūc ſunt in Baronia, præiuditium aliquod inferre quominùs ſuam iuſtitiam nihilominùs proſequi poſſent: Dicebatur enim quòd priuilegia incorporationum nedum fuerant vniuerſitati cōceſſa, & impartita, ſed etiam omnibus ſingularibus illius, & nedū præſentibus, ſed etiam futuris, quo caſu omnes ſingulares veniūt ad priuilegium iure proprio, quia quando fit conceſſio pluribus ea cenſetur ordine ſucceſſiuo facta, & † tot ſunt conceſſiones quot ſunt perſonæ, quibus eſt facta conceſſio, l. ſi arrogator, verſi. penult. de adoptio. l. cohæredi §. cum filio, verſ. nec fideicom. ff. de vulga. Sucar. conſ. 50. num. 31. ex quo fit quòd negligentia vnius alterū non noceat, cum quiſque de directo habeat beneficium à Principe, Suar. in quæſt. de maiora. nu. 18. Moli. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 46. num. 88. conducant quæ in propoſito docent Pau. de Caſt. in Lidē Iulianus 5. ſi quis alicui, de lega. 1. Dida. in cap. alma mater, par. 3. relect. §. 3. in fin. verſi. 4. Pereg. conſ. 28. num. 11. Perey. de nomina. Emphy. q. 3. num. 3. ad fin. Nec deficiebat noſtri Senatus deciſio, qua hæc opinio illuſtraretur: aiebat enim quòd ad relationē egregij olim Senatoris Ioannis Caſtello in cauſa Syndici de Mirauet contra Caſtellanum de Empoſta die † 8. Iulij 1598. fuiſſet *declaratum* priuilegium conceſſum omnibus, & ſingulis hominibus de aliqua vniuerſitate tunc habitantibus, & habitaturis præſentibus, & futuris non præſcribi quoad eos, qui nunc viuunt, licèt prędeceſſores non fuiſſent vſi dicto priuilegio, & ſic cōtra eos eſſet præſcriptum, his verbis poſt priuilegij relatam diſpoſitionem, *per quod conſtat, & maximè attenta natura verbi, ſingulis, poſſe in dicta conceſſione, quæ eſt diſtribuendi vnicuique præſenti, & futuro habitanti, & habitaturo inſolidum dictam conceſſionem, ac ſi vnicuiq; facta eſſet de per ſe, locum habere non poſſe exceptionem præſcriptionis in contrarium oppoſitam in præiudicium eorum ſingularium, qui nunc ſunt Chriſtiani habitātes in dictis villis &c.* ſcriba cauſæ Vilella. Hanc rationem, quam contra nos in hac cauſa totis viribus clariſſimis Senatoribus perſuadere conabatur noſtras Iacob. Cancer. qui in adiutorium vniuerſitatis vocatus fuerat, reperio eundem ipſum poſuiſſe, ac extendiſſe in lib. 3. var. reſolu. c. 3. de priuileg. num. 21. multò poſt hæc ſcripta in lucem emiſſo.

Verùm nos breuiter reſpondebamus non eſſe in noſtro caſu hunc articulum diſputandum ex quo cauſa non duceretur per aliquem particularem incolam dictę Baroniæ, ſed imò per eandem vniuerſitatem, quæ renuntiauerat, quæque conſenſum tacitè præſtiterat alienationi per taciturnitatem tanti temporis, & voluntariam homagiorum præſtationem: Vniuerſitas † enim ſemper eſt eadem, & nunquā moritur, licèt moriantur, & mutentur omnes homines de vniuerſitate, vulg. l. proponebatur ff. de iudi. & l. 7. ſicut ff. quod quiſque vniuerſitatis nomine, cū ſimil. Loſæ. de iur. vniuerſi. p. 1. cap. 1. num. 6. & 29. Alia † eſt enim vniuerſitatis cauſa, & alia particularium perſonarum de vniuerſitate, Loſę. vbi proximè num. 28. & ſic eidem vniuerſitati ſemper obſtant exceptiones renuntiationis, & taciti conſenſus ſuperiùs oppoſitæ.

55 56 57

58 Accedit † his quòd ſyndicus vniuerſitatis non dicitur procurator ſingulorum, nec poteſt

teſt quicquam pro eis facere,l.2.ff. quod quiſque vniuer.nom.Rot.in nou.deciſ.1.de dolo, & contumacia in antiquio. num.3. & ibi additio in litera B. Craue. conſ. 45. Van .de nullita.ex deffect.poteſt. nu.154.

59 Et vbi † ſyndicus habuiſſet talem poteſtatem,dicebamus quòd ea vſus non erat, quia nihil egerat nomine ſingulorum, ac ideò ſingulis nihil prodeſſe poterat eiuſmodi poteſtas,l. maritus, & l.exigendi, C. de procura. Craue. conſ.171.nu.17. Van. vbi ſuprà nu.82.& 83. Indè dicebamus nullo modo poſſe de prætenſo ſingulorum iure ea in cauſa cognoſci.

60 Etſi † & vbi eſſemus in caſu, quo de dicto pretenſo ſingularium iure tractãdum eſſet,adhuc dicebamus iuſtitiam fouere egregium Comitem vt nullo modo forent audiendi obſtantibus dicto tacito conſenſu , & expreſſa litis renuntiatione, quam omnibus nocere tã preſentibus, quàm etiam futuris rectè docet Marcobru.in allega.conſ.55. num. 114. vbi reprehendit Caſtren. qui contrarium tenebat, & ad ſacietatem vſque comprobat Ioan. Garcia Gallecus de nobil. glo.6.nu.38.cum multis

61 ſequentibus,vbi † pluribus rationibus probat priuilegium immunitatis conceſſum alicui, & eius filio,& poſteris perire ſpacio 30.annorum per non vſum,non ſolùm ijs,qui eo non eſſent vſi,ſed etiam & cæteris deſcendentibus in vniuerſum , notanda ſunt penes hunc doctorem plura iura,quæ hanc opinionem optimè probãt .Nec etiã deeſt huic opinioni Senatus noſtri egregij auctoritas, is enim die 3. Iulij 1587. † reſerente egregio olim Senatore,poſteà verò in ſupremo Regni Aragonum Regiam Cancellariam Regente nobili Ioanne Sabater in cauſa Franciſci Deſpuig,& Ferrer villæ de Mataro contra vniuerſitatem eiuſdem villæ,ſcri-

† ba Bartholomeo Balle *declarauit* quòd quamuis in priuilegio vnionis,& incorporationis dictæ vniuerſitatis fieret mentio ſingularium prædictæ vniuerſitatis præſentium , & futurorum,concedendo illud vniuerſitati,& ſingularibus eiuſdem præſentibus, & futuris , nihilominùs non poterant ſingulares,qui poſtea nati fuerant,impugnare iure proprio quaſi tali iure vocati quæ in præiudicium dicti Regij priuilegij dicebantur facta,cuius quidem exemplaris non erat neſcius iſdem Cancer. quem acerrimum in hac cauſa aduerſarium habuimus, cũ illius poſteà meminerit in lib.3.var.reſolu. c.3. de priuileg.num.28.

Vt autem † rem hanc componamus, ne ſic

62 duo ſupradicta exemplaria noſtri Senatus cõtraria , & inter ſe ſe pugnantia relinquamus, aduertimus aliud eſſe conceſſionem fieri pluribus perſonis ſingularibus vt ſingulis, & tunc verum eſt omnibus diſtributiuè cenſeri factam conceſſionem,& quemlibet ex ipſis ſuo caſu, & tempore venire iure proprio,nec vnũ poſſe alteri præiudicare,per iura,&doctores ſuprà in contrarium noſtræ reſolutionis annotata, & conferunt quæ not.Quintilia.Mendoz. in glo. facultatum §.volentes verſ. ſingulis , & in his terminis factum extitit exemplar egregij Senatoris Ioannis Caſtello in contrarium adductũ (licèt hæc cautè etiam ſint tenenda conſideratis benè quæ ad hanc materiam pluribus aduertit Ioan.Garcia in allega.tract. de nobilita. glo.6.num.38.cum multis ſequentibus) aliud verò eſſe quando conceſſio fit pluribus ſingularibus,non tamen vt ſingulis,ſed vt vniuerſis, verbi gratia in noſtro caſu,quo conceſſio facta extitit vniuerſitati , & ſingularibus hominibus &c.quia enim tali caſu ſingulares illi non cenſentur vocati vt ſingulares, ſed vt vniuerſi potiùs,quatenùs ſcilicet conſtituunt vniuerſitatẽ, indè fit quòd quamuis in conceſſione ſuperadditum ſit, præſentibus, & futuris , nunquam tamen ij ſingulares ſiue præſentes , ſiue futuri poterũt actum reſcindere iure proprio, vel contra eum venire licèt allegẽt *ipſos* actui nõ interfuiſſe,nec illum approbaſſe : eſt enim tali caſu eorum verborum is ſenſus,non alius, quòd non modò ſingulares,qui de conſilio dictæ vniuerſitatis erunt tempore priuilegij,gaudeant dicto priuilegio , verùm & futuri, qui erunt de corpore vniuerſitatis , loquendo de ſingularibus quatenùs conſtituunt vniuerſitatem,ita expreſsè,ac his eiſdem ferè verbis *docet* noſtri Senatus decretum vltimò allegatũ rem hanc fore intelligendam:ſic erat caſus noſter, quo conceſsio facta fuerat vniuerſitati , & ſingularibus hominibus præſentibus, & futuris, quos vltimos propterea conſtat non potuiſſe contradicere actui prædeceſſorum, nec vt ſingulos iure proprio,quia taliter non fuerant in conceſsione vocati,nec iure vniuerſo nomine vniuerſitatis,cum vniuerſitas,quæ nunc eſt ex eo quòd eadem cenſeatur quæ antea fuit, non poſsit contra factum vniuerſitatis ante eorum natiuitatem,& ortum venire.

Non † longè ab hac concordia affuit iſdem

63 Cancer.allega.lib.3.var.c.3.de priuileg. nu. 27. dum pro limitatione eius quod antea dixerat in allega.num.21.nempè quòd quando priuilegium eſt conceſſum nedum præſentibus,ſed etiam futuris,tunc negligentia vnius alijs non nocet,adducit ea non procedere quando verba priuilegij,licèt loquantur de ſingularibus, non tamen loquuntur de eis vt ſingularibus, ſed vt repræſentantibus vniuerſitatem : nam ſemel præſcriptum priuilegium contra vniuerſitatem,perpetuò diceretur præſcriptum etiam quoad futuros,cum tunc illi non poſſent venire iure proprio,ad cuius rei confirmationem

addu-

adducit exemplar factum per nobilem Ioan. Sabater, de quo suprà. Hæc Cancer. & benè, ego tamen ab eo hoc vnum vellem, quòd scilicet mihi explicaret quomodo, & quãdo singularibus non vt singularibus, sed vt repræsentantibus vniuersitatẽ censebitur priuilegiũ cõcessum si sic concessum non est dicendum illud, in quo fundabatur intentio aduersantium egregij Comitis de Montagut: tant quòd mihi differentiam assignaret, quæ considerari potest inter hoc, & illud, super quo allegatum exemplar nob. Ioan. Sabater factum extitit, postquã ego inter hoc nostrum priuilegium, & illud exẽplaris Ioannis Castello differentiæ causam tam suprà constitui.

64 Hæc † aduocati egregij Comitis de Mõteacuto dicebamus, siue hæc ego dicebã (quisq. enim ex aduocatis dicti egregij Comitis sua memorialia fecit, & allegationes iuris separatim dedit, quibus suam egregij Comitis iustitiam deffenderet) per quæ tandem factum fuit quòd cum laude, & honore, de mense Iunij anni 1607. ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust, scriba Saluatore Capella, † in causa *obtinerem*. Dixi quod per hæc, quæ ego allegabam in causa obtinuimus, nõ quòd propterea mihi ipsi totam victoriæ gloriam velim tribuere, valdè enim egregiè ad idem scripserat alter aduocatus, ac doctissimè (fateor planè quod probè agnosco) non sum dignus corrigeam calciamenti illius soluere, sed ex eo quòd cum, paucioribus quàm alter aduocatus, contentus, tres tantùm suprà enarraras rationes in confirmationem nostrę iustitiæ, præ alijs, selegissem, quas egregijs Senatoribus proponerem, contingit easdem ipsis, non pluribus, nec paucioribus in causa obtineri, prout ex tenore indè latæ sententiæ apparet.

65 Quæ † in superioribꝰ latè diximꝰ de obseruãdis à Rege vassallis priuilegijs incorporationũ, nisi adsit aliqua iusta causa ex hisꝰ, quas supernùs adduximus, vel similibus, procedũt etiã in priuilegijs, quæ per Barones, et dominos inferiores cõceduntur suis vassallis, ea enim sic ab eis, quemadmodum illa à Rege, obseruanda sunt, quia nõ reperitur in hoc aliqua diuersitatis ratio, sic ego bis *decisum* in Senatu vidi, † primò 8. Septembris 1538. vbi declaratum extitit quendam locum, qui erat separatus à Ducatu Cardonæ reduci, & reuerti debere ad eundem, vigore cuiusdam antiquæ vnionis. Secũdò 17. Nouembris 1587. in causa nobilis Frãcisci Dardena, & Onophrij Bret contra Vicecomitem de Rupebertino refferente egregio olim Senatore Guiller. Sunyer, Scriba Iacobo Bas, qua † *declaratum* extitit Baroniam sancti Laurentij nõ potuisse alienari à Vicecommitatu, cui vnita antiquitùs fuerat obstante dicta vnione, & sic instantibus vassallis debere dictam alienationem reuocari.

66 Finem † huic glo. faciam quærens de duobus, aut tribus, in quibus multùm dubitari aliquando vidi, primò cuius sint iurisdictionis Baiuli Baronum, an ipsorum Baronum, an verò officialium Regiorum, veluti Vicariorum Vicariæ, in qua vitam degunt. Hanc quęstionẽ tractat, ac disputat ad facietatem Prosp. Caraui. in rit. mag. cur. citu 49 per tot. vbi resoluit esse de iure communi quòd sint de iurisdictione ipsorum Baronum, ad quod allegat tex. in §. volumus in vers. sin autem ipsi aliquos, & in §. quod autem primitùs, in aucten. vt iud. sine quoquo suffrag. colla. 1.

Successit de hoc articulo disputari in nostro Senatu de anno 1609. refferente Senatore egregio Hieronymo Astor in causa Excellentissimi Ducis de Cessa contra Syndicum de Palamos, † inqua 9. Ianuarij fuit *declaratum* expressissimè Baiulos Baronum esse de foro, & iurisdictione ipsorum Baronum, & ita de cautis Baiuli in ciuilibus, & criminalibus posse Baronem, & eius procuratorem generalem cognoscere, & cõtra eum ciuiliter, & criminaliter procedere.

Et quamuis probasset Syndicus de Palamos quòd Vicarius, vel Subuicarius Gerundæ esset in possessione cognoscendi de Baiulo de Palamos, non tamen fuit habita ratio ad effectum auferendi iurisdictionem Baronis, sed fuit dictum *nec constat Vicarium Gerundæ de causis Baiuli de Palamos cognoscere consueuisse priuatiuè ad Comitem, & eius procuratorem generalem*, scriba est dominicus Fontana.

67 Vidi † Mier. de hoc agentem in cur. Reg. Pet. 3. cap. 23. vbi officiales pro eorum contractibus conueniantur, num. 21. colla. 6. parte. 2. pag. 43. & tenentem simpliciter quod Vicarij possunt facere iustitiam quærelantibus de Baiulis, & eorum Locatenentibus, assessoribus, & iudicibus infrà eorum vicarias in debitis, quæ contraxerint vt priuatæ personæ, quod ego verum existimo esse in Baiulis iurisdictionum regiarũ, nõ in alijs, quod insinuat isdem Mier. dũ ibi nominat Baiulum Bisulduni, & Figueriarum, verum est quòd postea enumerat interalios, de quibus cognoscere debet Vicarius Gerũdę, Baiulum de Palamos, de quo suprà fuit dictum, & Baiulum de Colonico, qui sunt Baronis, sed aut id fuit quia tunc essent iurisdictionis Regię illa loca, aut certè hallucinatus est is doctor aliàs grauissimus, prout in cur. Reg. Pet. 1. colla. 2. cap. 42. incip. Item quòd Vicarius, nu. 11. vbi vult simpliciter quòd si dominus, qui habet iurisdictionem in aliquo Castro, vel eius Baiulus delinquãt, cognoscit, & punit Vicarius, quod tamẽ de Baiulo dubitamus ꝙ sit verũ, nisi in casu, qui mox tradetur.

Hoc,

68 Hoc,† quod dixi officiales Baronis esse de illius iurisdictione,ego verum existimo quãdo Baro habet in loco omnimodam iurisdictionem,& merum,& mixtum imperiũ,tunc enim absque aliqua distinctione cognoscit de suis officialibus in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus : Caterùm quando, prout sæpè fit,dominus Rex, vel alius habet in loco merum Imperium , & Baro habet tantùm mixtum,vel aliam speciem iurisdictionis, certum tunc est,& indubitatum debet esse, quòd si delinquat officialis Baronis in casibus meri Imperij, & iurisdictionis ad dominum Regem,vel alium spectantis, tali casu ad ipsum, non ad Baronem spectabit cognitio, & ad Baronem tantùm in casibus suę iurisdictionis,ita
† reperio in expresso tradidisse Capi. decis. 27. à num.9.vsq.ad 11.vbi dicit ita *decisum* in Sena. Neapoli. per euidentes rationes per eum adductas, sequitur hanc decisionẽ in nostris terminis Vincen.de Franch.decis.274.per tot. vbi
† dicit sic fuisse de suo tẽpore *decisum* in eodem Neapolita.Senatu,sequitur Baiar. in addi. ad Iul.Clar.q.38.num.10.In Cathalonia non vidi casum,qui particulariter succederet de hoc articulo disputandus,præterquàm de anno 1611. & mense Septemb.inter Reuerendum Abbatem Montisserrati dominum iurisdictionis ciuilis cuiusdam quadræ sitæ in termino de Piera, & Religiosam Abbatissam monasterij de Petrisalbis dominam iurisdictionis criminalis,& meri Imperij eiusdem quadrę,referente nobili Petro Soler Iudice Regiæ curiæ,& scriba Congost,in quo casu cum Baiulus Abbatis recurrisset per arreptionem itineris ad regium consilium à quibusdam procedimentis,quæ intellexerat cõtra se facta in curia Abbatissæ,inclinabat Senatus ad declarandum recursui locum non esse,quia nõ monstrabatur quòd Baiulus Abbatis aliud fecisset quàm inquirere cõtra alterum Baiulum nomine proprio,absq.eo quòd diceretur esse Baiulum,& alios,qui dicebantur aliquod crimen,& delictum commisisse,non tamẽ fecerat prouisionem capturę,vndè dicebatur non adesse grauamen,super quo fundaretur recursus,cæterùm fuit dictum pro parte Abbatis, & baiuli grauamen fundari in
69 eo quòd alterius Baronis baiulus voluisset de suo conbaiulo cognoscere,quod non poterat, cuius prætentionis ratione grauamen debebat considerari in sola manus appositione propter
† deffectum iurisdictionis,*declaratuit* Senatus 27. dicti mensis Septemb.recursui locum esse, sed quo motiuo motus fuisset non dicitur in prouisione, nõ enim id solet fieri in criminalibus, arbitror tamen ego fuisse non quòd simpliciter sit verum baiulum vnius baronis non posse de altero cognoscere, quia id esset cõtra ea, quæ suprà ex binis egregij Senatus Neapolitani decisionibus, & aliàs docuimus , sed ideò quia crimen , & delictum,quod ptætẽdebatur commissum per baiulum iurisdictionis ciuilis debuit esse modicum,nec erat tale , quod spectaret eius cognitio,& punitio ad baiulum iurisdictionis criminalis,etiãsi fuisset per quemcunque alium vassallum commissum, quod si ita est,frustrà,meo iudicio, dicebant aliqui ex ijs,qui partium partes agebant,rem esse difficilem,& dubiam , quia imò valdè facilem eam ego repetio,& reperturũ quemlibet existimo, & rectè per hoc exemplar vnum nostræ distinctionis membrum probatur mirificè quòd dominus iurisdictionis criminalis non habet iurisdictionem in Baiulo ciuilis,nisi in casu suæ iurisdictionis.

Nec propter paritatem iurisdictionis quasi eam non habeat par in parem posset deffendi quòd Baiulus criminalis non cognosceret de ciuili,quia in hoc nõ sunt pares,sed imò superior huic ille videtur esse, & illud procederet vbi ambo cõiunctim , ac mixtim haberent iurisdictionem,non quando,prout in nostro casu,est inter eos diuersitas,vt pulchrè Capi. & Fran.considerant vbi suprà.

Nec denique deffendi posset hic Baiulus quasi de familia baronis dicendo quòd ex quo Baro,& eius familia sunt à iurisdictione alteri⁹ Baronis exempti, propterea idem dicendũ sit de baiulo tãquam de familia Baronis,quia de familia solùm dicuntur esse filij , serui , cognati , & oẽs qui sub vno victu, & domo sunt, l.pronunciatio §. familiæ,ff. de verb. signifi. l. fi.C.eo.l. 1. §. familię,de vi,& vi arma.cũ simil. vel familiaris dicitur qui omni die est insimul cũ domino in domo, & extra domũ , ipsumq. associat,& cũ eo semper assistit siue equitet,vel aliud agat quãuis in domo sua ppria comedat, & dormiat,iuxta l.item apud, §.si quis virgines ff.de iniur.latè Caraui.in ritib. mag.cur.rit.46. à num.28.cum sequent.talis autem nõ erat iste baiulus,ergo &c.

Nota benè Capi. decisionẽ superiùs allegatam,quia egregia,& pulchra in ea dubia resoluuntur frequentiùs occurrentia inter condominos in eodem termino,& loco, & signãter † disputat quæstionem præcedentiæ in actibus publicis,de qua inter homines villæ Olotí patriæ meę chatissimę pro officialibus dñi Regis merũ ibi imperium habẽtis cõtẽdentes, & Reuerendũ Abbatẽ Riuipulli, qui mixtũ imperiũ,& iurisdictionẽ simplicẽ dicitur habere in eadem,& alibi sæpè,vbi sic est mixta iurisdictio,quotidie est disceptatio,sint ne scilicèt prę ferendi officiales meri Imperij,an verò officiales mixti Imperij, & dñi territorij , quam ego quia pulchram hic non omittendam duxi.

In pri-

Imprimis igitur pro officialibus mixti imperij adducit Capi. facete quòd barones, quorũ ipſi vices gerunt, domini ſint & dicantur ipſius territorij, addc Marin. Frec. deſubfeu. tit. de auctori. & poteſt. baro. erga ſuum ſubfeuda. auctori. 2. num. 21. qui dicit dominum iuriſdictionis ciuilis dici ſimpliciter dominum loci, cum verò, qui criminalem tantùm habet, dici dominum non ſimpliciter, ſed cum adiectione certæ qualitatis, videlicet dominũ criminalis, † poſtea affert quandam *declarationem* ſuper hoc iuxta prædicta factã per Sereniſſimum Alphõſum Aragonen. Regem de anno 1443. pro quodam Abbate ſancti Ioan. Baptiſ. in Iamis contra quandam vniuerſitatem, & homines ſancti Ioan. Rotundi, cuius poſteà meminit Roſſental de feu. c. 6. conclu. 85. nu. 10. ac proindè vt tales domini loci in ſuo ſunt honorandi ab 70 omnib⁹, etiamſi ſint digniores, nõ ſecus † atqui dicimus de Archiepiſcopo, qui dum eſt in dioceſi Epiſcopi debet ipſum honorare, quod idẽ eſt in Cardinali. Item Patriarcha debet ſubeſſe Archidiacono in ſuo territorio, alia exempla in propoſito tradit tibi is auctor videnda, adde Thom. Zerol. in prax. Epiſco. verb. Epiſcop⁹ verſ. 9.

71 Cuius † doctrinæ ratione (ne eam cõtempnas) effectum ſuperioribus annis fuit, vt orta, circa conſecrationem in hac ciuitate fiendam cuiuſdam Ballearium inſularum Epiſcopi electi, cõtentione inter dioceſanum, & alium antiquiorem Epiſcopum, vtroq. ex ipſis ad ſe id muneris conſecrationis impartiendi ſpectare contendẽte, re que ad ſacram Rituum in Romana curia congregationem vt decideretur † deuoluta, *declararetur* ſub die 10. Ianuarij 1609. Epiſcopũ dioceſanum in ſua Cathredali, & dioceſi in his conſecrationibus, & alijs omnibus functionibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferendũ eſſe omnibus alijs Archiepiſcopis, & Epiſcopis etiam promotione ipſo dioceſano antiquioribus, Metrapolitano proprio tantùm excepto, licèt (adiũgit declaratio) Epiſcopus dioceſanus teneatur Epiſcopos ad- 78 uenas, & peregrinos in ſua dioceſi honorare, & ex vrbanitate dexteram, & locum digniorem eis cedere, quam declarationem vidi in regeſtris curiæ Vicariatus Epiſcopi Barcinonæ.

Fundabatur dioceſani opinio in his, quæ ſuprà ex Capi. allegata ſunt, & adiungebatur vlteriùs, quod non modicum cõducet pro fortificãda ratione adducta in ſuperioribus pro officialibus domini territorij in quæſtione de qua agimus, non immeritò ſic, vt ſuprà dictum eſt, 72 fuiſſe deciſum, cum † nullus Epiſcopus poſſit 79 in dioceſi, & territorio alterius nec quę ſunt ordinis exercere, nec etiam quæ ſunt iuriſdictionis, in Clemen. 1. de for. competen. Fran. Mar. deciſ. 1004. num. 4. Sacr. conſ. triden. ſeſſ. 6. c. 5. & cum † Epiſcopus ſit caput in ſua dioceſi, clarum eſt ei vt tali omnem in ſua dioceſi deberi honorem, Abbas in c. poſtulaſtis n. 8. & 14. de conceſ. preben. & Æmil. Veral. Caputaquen. deciſ. 307. num. 1. & 2. in prima par. qui 74 † loquuntur de Rectore vniuerſitatis, qui habeat Epiſcopos Scholares vt debeat illis præferri, quia caput vniuerſitatis.

Perquæ repulſa ſunt quæ in contrarium ab Epiſcopo antiquiore adducebantur, quia † 75 nempe huiuſmodi actus conſecrandi non eſſet talis qui fieret, vel fieri haberet per Epiſcopos iure proprio, & poteſtate ordinaria, ſed imò vt ſedis Apoſtolicæ delegatos: ſolus enim Papa conſecrat Epiſcopum, vel is, cui ipſe commiſit ſpecialiter, quicquid aliud olim eſſet, vt aduertit Silueſt. in ſum. ver. conſecratio, nu. 2. Bartachin. in tracta. de Epiſcopo lib. 3. par. 3. tertię partis nu. 1. Lancello. Conrad. in templ. om. iud. lib. 2. cap. 5. de Epiſcopis §. 1. de conſecra. Epiſcopi, num. 2. & glo. notab. in cap. ſi eo tempore, in fin. de electio. in 6. quo ſuppoſito cum 76 † pluribus delegatis concurrentibus honore, & dignitate paribus, antiquior præferatur vt copioſè Specula. de citatio. §. qualiter citatio facta eſt per literas, ex num. 12. quod nedum procedit inter delegatos, ſed etiam in qualibet cõgregatione Epiſcoporum, inter quos iſdem ordo ſeruatur vt primò promotus reliquis anteponatur, can. Epiſcopos 17. diſtinctio. c. 1. de maior. & obedien. cum ſimil. ita Caſſane. in allega. cathalo. glor. mund. par. 4. conſidera. 23. Montan. de auctor. mag. conſ. num. 133. Federi. Scot. reſpon. 28. num. 15. lib. 6. tom. 1. reſponſo. Imò & in quacunque congregatione aliarum quarumcunque perſonarum generale eſſe, vt antiquior præferatur docet Nat. in conſi. 638 num. 17. Menoch. conſi. 51. num. 39. & conſi. 52 num. 89. & Port. in conſi. 164. à num. 3. cum ſequent. conſecratioq. † non requirat de iure 77 certum locum, nec certã dioceſim, imò vbilibet fieri poteſt, c. 2. ſeſſio. 23. de reforma. in ſacr. conſ. Triden. nec delegatus † eget vllo territorio ad ea, quæ ſunt ſuæ delegationis, imò vbicunque, abſque alicuius etiam dioceſani Epiſcopi licentia, ea expediri poſſunt, cum Papę, cuius vices gerit, totus mundus ſit territorium, ac totus etiã mundus ſit dioceſis, c. cuncta per mundum j. & ij. 9. q. 3. Gom. in c. 1. num. 34. de conſtitu. in 6. Zerol. in prax. Epiſco. par. 1. verb. pracmatica, verſ. ad tertiũ, maximè quãdo actus delegatus fiendus eſt in loco exempto (vt hic noſter erat, qui fieri habebat in monaſterio fratrum prædicatorum) in quo † dioceſanus nullam videtur habere iuriſdictionẽ, vel vllam prærogatiuam, vel pręheminentiam præ alijs, c. cum Epiſcopis & ibi glo. ver. non

exempto

exempto de offi. ordina. in 6. Zero. in prax. Epiſ. verb. exemptio, verſ. 8. in prima par. eſtq.
80 ratio † quia locus in dioceſi exẽptus ęquiparatur loco exiſtenti extra dioceſim, Geminia. in d. c. cum Epiſcopis num. 4. hæc cum ita eſſent, dicebat antiquior videri proculdubio dicendum ipſius prætenſionem magis fore fundatã quàm dioceſani.

81 Fuerunt tamen, vt dicebamus, hæc repulſa, quia † imò ex bulla conſecrationis eliciebatur manifeſtè quòd ad conſecrationem faciendã non fiebat, nec fit delegatio tribus, vel plurib⁹ Epiſcopis, ſed vni tantùm, quem conſecrandus elegiſſet, *accitis* (verba ſunt bullæ) *& in hoc ſibi aſſiſtentibus duobus, vel tribus Catholicis Epiſcopis, vt ſcilicet ab eo munus conſecrationis recipere valeat &c.* additq. poſtea, *ac eidem antiſtiti* (loquitur de eo qui eligitur ad conſecrationem faciendam) *prærepto prius per eum à te noſtro, & Romanę Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolito iuramẽto, munus prædictũ auctoritate noſtra impendere liberè tibi poſſit, plenam, & liberam earundem tenore præſentium concedimus facultatem &c.* ecce qualiter non ſimus inter plures delegatos, quod erat fundamẽtum antiquioris Epiſcopi, ſed in re cõmiſſa, & delegata vni Epiſcopo tã-
82 tùm cum aſſiſtentia aliorum, quo † caſu intelligitur facta commiſſio Epiſcopo eligendo vt negotium expediat intra iuriſdictionem dignitatis, non extra eam, ita vt alius Epiſcopus quãtumuis antiquior, prẽter Barcinonenſem, non poſſit negotia ſibi commiſſa ſub nomine dignitatis in dioceſi Barcinonenſi expedire, nec è contra, vt probat Abb. in c. nonnulli num. 7. in fin. de reſcrip. Ioan. de Arnono ſingula. 47. Lęl. Zech. de repub. Eccleſ. c. 22. de Iud. delega.
83 nu. 11. quod † Idem doctores limitant niſi apponeretur nomen Epiſcopi, & reſidentiæ, quæ eſſet extra dioceſim, veluti Epiſcopo Gerundenſi Barcinonę commoranti, tunc poſſet vtique is delegatione vti in ciuitate Barcinonæ. Si ergo commiſſio, quę fit Epiſcopo eligendo, cẽſetur, vt dictum eſt, facta in terminis habilibus, vt is cui præſentatur, illa vtatur intra ſuam iuriſdictionem, indè fit proculdubio quòd reſcriptũ alteri Epiſcopo, præter Barcinonenſem, prẽſentari non potuit in ea ciuitate, vt ibi negotium expediret, ſed imò totum faciendum eſt per dioceſanum, & ſic ceſſat omninò quæſtio, & diſputatio in fauorem ipſius reſóluta, ac propterea deueniendum de neceſſitate fuit ad rationem Capi. ad hanc contentionem decidendam, quòd dioceſanus, & dominus dioceſis, & domin⁹ territorij ſint, præ alijs, in eis honorandi, poſt quę ſucceſſit alios Epiſcopos conſecrari in hac eadem ciuitate, & ſemper ſequutum fuit quod facta congregatio decreuit.

Sic (vt iam ad propoſitum rede amus) dicẽdum videbatur reſpectu domini territorij, qui eſt dominus iuriſdictionis ciuilis vt totus ei honos deberetur, iſque reliquis eſſet præferendus.

84 Verùm † his non obſtantibus (inquit Capi. num. 25.) *declaratum* fuit imò officiales meri Imperij in honoribus fore alijs quibuſcunq. inferioris iuriſdictionis præferendos, quia digniores, vtpote dignius ſubiectum habentes, cauſas videlicet criminales maioris gradus, quàm offi
† ciales Baronis, & etiam aliqua regalia, quę non habet dominus inferior: tãtò enim quis eſt nobilior, quantò nobilius ſubiectum habet, qua ratione dicitur Sacra Theologia omnibus alijs ſcientijs, & facultatibus eſſe nobilior, quia nobilius habet ſubiectum, hæc Capi. quibus addamus Caſſane. in Cathalo. glor. mund. in 7. par. 26. conſidera. num. 26. vbi idem tenet quod Ca
85 pi. eiſdem ferè rationibus, quia † ſcilicet merũ Imperium dignius ſit, & excellentius alijs, quia officio iudicis nobili expeditur, & reſpicit ea, quę conſernunt publicam vtilitatem, mixtum verò Imperium circa priuatam tantùm vtilitatem verſatur, & ei incumbit, & quemadmodũ publica vtilitas priuatę præfertur, ſic illud, q̃ primum reſpicit, prę fertur ei quod ſecundum.

Hæc moleſtiſſimè ferunt Barones iſti, qui in Cathalonia ſolum mixtum Imperium, vel ſimplicem iuriſdictionem in territorio habent, ac propterea curant de repellendis omninò officialibus meri Imperij ab eo, taliter quòd non ſint ibi continuò, nec baculum, & inſignia ferant, niſi occurrente caſu exercitij ſuę iuriſdi-
86 ctionis, quod † faciliter obtinere poſſe ſuadet ratio quòd is, qui habet iuriſdictionem limitatam in certis caſibus in loco aliquo non poteſt tenere ibi officialem, qui ſemper ibidem ſit, vt probat Põt. in c. 1. de offi. ordina. in 6. qui loquitur de Archiepiſcopo, qui tãtùm habet cauſas appellationum in dioceſi ſuffraganei ſui, vbi Franch. Anchar. & Geminia. ac etiã Capi. deciſ. 27. ſuperiùs allega. num. 34. referunt illud dictum Hoſtien. hoc eſſe contra Principes, & prouinciarum præſides, qui licèt in aliquibus locis ſibi ſubiectis non habeant iuriſdictionẽ niſi in certis caſibus, tamen quo ad illos caſus conſtituunt tales officiales, qui quodammodo per alluuionem, & latenter trahunt ad ſe omnem iuriſdictionem, allegantur item ad idem iura tex. in auctẽ. de collã. §. ad hos prohibemus, & in alijs locis, quæ adducuntur à Capi. allega. deciſ. 27. num. 34. in prin. vbi Præſes prouintię prohiberur in locis particularibus prouintiæ tenere officialem, qui ſuo nomine cognoſcat, noſtras Fer. par. 1. obſeruan. cap. 59. & Cancer. lib. 1. varia. c. 1. de iuriſdict. om iud. nu.

290.& in 3.pat.c.9. quòd noui officia. num. 17.

Adde quod Henri. Rosentall scripsit nouissimè de feud.c.6.cõclu.85.nu.10.vbi ex Afflict. & Iacob.de Butrigar.docet officiales meri imperij, & iurisdictionis criminalis nullum in homines subiectionis, siue competentiæ ius habere nisi delicto commisso.

87 Quod † in Cathalonia singulariter limitatur vt nõ procedat, nec locũ habeat in officialibus, qui erant in loco tempore Regis Petri tertij, qui regnauit ab anno 1335. vsq. ad annũ 1387.ex consti.1.sub titu. que nouells officials in 1.vol.cõstitu.vbi generaliter per ius municipale nostrum approbantur officiales quicunq. qui in quocunq. loco erant de tempore dicti Reg.Pet.3.vt ibi sint, & iurisdictionẽ exerceãt in futurũ,ac imperpetuũ eo modo,quo tẽpore prædicto ibi erant,& iurisdictionẽ exercebãt, quod approbasse vidi post hæc scripta, Cancer. † vbi infrà allegatur n.18.ibiq.id *placuisse* Senatui attestatur,noui verò prohibentur apponi,imò appositi post dictũ tẽpus omninò remouẽtur, & remoueri iubentur,quam quidem constitutionẽ iusto cõmentario ornauit noster Thom. Mier.qui legitur in 2.vol.suorũ operũ sub titu. de nou.offi.non crean.colla.10. multa egregia ad eiusdẽ cõstitutionis interpretationẽ adduxit nouissimè nostras Cance.in allega.3.par.varia in toto illo integro c.9.quod de nouis officialibus nõ creandis confecit. Hæc inconcussè practicãtur in Cathalonia, vbi passim remouẽtur isti officiales,qui post mortẽ Reg.Pet.3.probantur appositi in aliquo loco siue sit Baronis, †† siue etiã Regis,prouti,præter *exẽp laria*,quæ adducunt Micha.Fer.in 3.par.obser.allega. c. 59. † & Can.in d.3.p.var.c.9.n.3.& 17.est & *illud*, de quo multis alijs in locis ad aliud propositũ meminit isdẽ Cãcer.in suis operib⁹,Prioris scilicèt de Riuidario dñi illi⁹ loci,cõtra Excellẽtissimũ Marchionẽ de Aytona habẽtẽ in eodẽ merum imperiũ,refferẽte egreg.olim Sena.Narcis.Paullo Regas 30.Octob.1595.Scriba Bartholomeo † Balle,& in eodẽ processu est *aliud* exhibitum Præpositi Sedis Gerũdæ dñi iurisdictionis ciuilis villæ de Lloret cõtra nob.Hieronymam de Crudillis,cui⁹ erat merũ imperiũ,relatore Negrell,& cõrelatore Ros, sub die 4.Iunij 1568.vi- † di *aliud* œconomi S. Cucuphatis Vallẽsis cõtra homines villæ,& vniuersitatis eiusdẽ,refferẽte Raphaele Terça sub die 10.Decẽb.1570.factũ, actuario Saluatore Capella, ℔ est exhibitũ in ℔cessu vniuersitatis de Sitges, cõtra capitulũ Sedis Barcino.cuius erat actuarius N.Palau,& nũc Simõ Fót,in quib⁹ omnib⁹ causis fuit declaratũ nõ posse dñm meri imperij tenere officialẽ in loco,vbi ali⁹ habet mixtũ,& reliquã iurisdictionẽ,vt perpetuò ibi sit,& baculũ, ac insignia officij ferat ℔ sua iurisdictione crimana-

li exercẽda,nisi eueniẽte casu ad dictã iurisdictionẽ criminalẽ pertinẽte,& ℔ executione illius,& nõ vt continuò ibidẽ sit pro futuris forsan casibus ad dictam iurisdictionẽ criminalẽ pertinentibus.

Circa quas regias declarationes nota obiter ℔ in illa Prioris de Riuidario,& in illa Præpositi S.Cucuphatis Vallensis sumitur ℔ motiuo esse de generali cõsuetudine Cathaloniæ regijs sẽtẽtijs approbata in ℔cessu exhibitis,℔ nõ possint poni similes officiales baculũ, & insignia ferẽtes ℔ exercẽda iurisdictione criminali, & in illa Præpositi Sedis Gerũdæ id dicitur esse ℔hibitũ tã in viã iuris,℔ sm dispositiones generaliũ cõstitutionũ Cathaloniæ &c.quæ motiua dubito ne difficultatẽ patiãtur ex eo ℔ nec cõsuetudo illa generalis est facilis ℔batu,nec vlla cõstitutio videtur esse quæ id statuat,℔ allegatæ declarationes regiæ decidũt in terminis, in quo ergo huiusmodi declarationes fũdari possint,solũ est ius cõe allegatũ, ac constitutio de nouellis officialibus non ponendis, si adsint appositi post mortem Regis Petri.

Et adhuc mihi hæc diligentiùs considerãti visum est quòd nedum prętensa consuetudo generalis principatus,sed nec etiã iuris cõmunis dispositio allegata,sint modo aliquo attẽdẽdę in Cathalonia, quicquid Fer.Can.& altera ex dictis Regijs declarationib⁹ dicãt,qui videtur eis in hac materia inniti,sed omnia fore, & esse reducẽda ad const. 1. superi⁹ allegatã titu. que nouells officials in 1.vol.cõst.& secũdũ eã decidẽdas omnes quęstiones circa materiã occurrẽtes:Aut enim officialis huiusmodi pro mero imperio exercẽdo in terra Baronis erat cõstitut⁹ ante mortẽ Regis Petri tertij baculũ, & insignia ibi cõtinuò ferens,& tũc nõ poterit remoueri, siue quia sit approbat⁹ per cõstitutionẽ,vt dixim⁹,siue etiã quòd cõtra Baronẽ,& cõsuetudinẽ prescripserit,aut verò fuerat ex post cõstitut⁹,& tali casu amouebitur in vim cõstitutionis,nec stare permittetur,nec erit quòd cuiquam⁹ de prohibitione iuris cõmunis, sed imò ius minicipale attendetur,secũdum quod imprimis iudicare debemus.

88 Sed † nec dicta cõstitutio (vt aliquid à nobis habeas vltra ea quæ doctè doctores suprà enarrati circa eius materiã dixerũt) ℔cedit in omnibus casibus,in quibus sint officiales in aliquo loco positi post mortẽ Regis Petri tertij, excipiũtur enim,inter alios,qui in vim alicuius priuilegij,℔ trãsijsset in cõtractũ, positi sunt post mortẽ Regis Petri tertij ante cõstitutionẽ Reginæ Mariæ,quę officiales reduxit,vt diximus, ad vsum antiquũ:est enim generale ℔ cõstitutio loquens de priuilegijs intelligitur loqui de priuilegijs in finibus meri priuilegij consistẽtibus,non de his,quæ transierunt in contractũ,

prout in terminis docet nat.in conſ. 674. nu. 6.& ſequitur Ariſmi. Tepa.in compen. varia. ſententia.Iur.lib.1.tit.de priuileg. verſ. conſtitutio loquens fol. 55. pag. 2. egregiè, ac pulcherrimè Ioan.Gutierr.in repeti.l. nemo poteſt à numer. 175. de lega. 1. omnino videndus,vbi
89 † ſignanter tradit quòd ſi Rex, vel Princeps reuocet omnia priuilegia,gratias,& conceſſiones factas de officijs rectorię,vel tabellionat⁹, etiã cũ clauſula,nõ obſtãtibus &c.per huiuſmodi reuocationẽ nõ cẽſebitur derogatũ priuilegijs,quę trãſierũt in vim cõtract⁹,veluti remuneratorijs,& pecunia accepta cõceſſis, & poſteà magis in terminis nu.117.tradens intellectũ cuiuſdã legis Caſtellę,noſtrę ſimilis, per q̃ reuocãtur officia de nouo erecta, atq. creata per Regẽ Hẽricũ cũ vacauerint,& annullãtur prouiſiones eorũ factę,& faciẽdę etiã ꝓprio motu, & ex certa ſciẽtia cũ quibuſcũq.clauſulis derogatorijs,& nõ obſtãtibus &c.dicit eam debere intelligi,ac limitari per ſupradicta,ſcilicèt in officijs,quæ interueniente aliquo prætio, vel ob ſeruitia cõceſſa ſunt,quia huiuſmodi priuilegia trãſierũt in cõtractũ,hęc clariùs noſtrũ probãt inſtitutũ quã ego explicare poſſẽ,nec minũ, cũ hæc priuilegia in plurib⁹ aliàs ſint valdè,prætereat alia,in iure priuilegiata, prouti ex eiſdẽ ipſis doctoribus,qui fuerũt ſuprà à nobis adducti,colligere licet,quę ego non poſſum in præſentiarũ perſtringere.Adde Decia.in tracta.crimi.lib.2. c.55.nu.47.Menoch.lib.6. præſump.10.nu.16. Don Garcia.Maſtril.deci.Sicil.96.n.8. Aldera. Maſcar.de interpræta.ſtatuto.cõclu.8.n. 50. &
90 nos in hac cadẽ glo.& par.n.21.Nec† id etiã eſt minũ,cũ priuilegiũ,ꝙ ab remunerationẽ ſeruitiorũ cõceditur,nõ dicatur quidẽ priuilegium, ſed imò cõtract⁹ permutationis,ex latè à nobis traditis hac cadẽ clau.glo.7.par.2.n.3.& quod fit mediãte pecunia,quæ tradatur cõcedẽti ab acceptãte,vẽditionis cõtractus potiùs dicitur, quã priuilegiũ,vt colliges ex ſuprà à nobis adductis doctorib⁹,& tradit tibi omniũ lati⁹ Bruno.à Sole in cõpen.propo.iur.verbo, Princeps recipiẽdo.Sed hæc omitam⁹ pro nũc,quia cauſam habemus in Senatu valdè grauẽ de hac materia,quę nõ ſinit vlteriùs eius merita pandere.

91 Tranſire †autẽ in cõtractũ,ſeu in vim cõtractus(ne id ignores,ꝙ iam facile poſſes ex ſuprà dictis haurire)dicitur priuilegiũ vbi cõceditur ex aliqua iuſta cauſa,vel ob aliquod factũ cõmẽſuratũ,præteritũ,vel futurũ,impletũ,vel implẽdũ ex parte eius, cui conceditur, prouti ex pluribus probat latiſſimè Amade. de Pont. in tit.qui feud.dar.poſſũt poſito poſt quæſtio.laudimia.nu.97.Afflict.deciſ.128.num.10. Bellug. in ſpecu.prin.rub.9.nu. 27. & ibi additio, noſter Canc.lib.3.varia.c.3.de priuile. numer.113. & alij penè infiniti, quos hi allegant, vbi ſignanter enumerantur inter priuilegia, quæ trãſire dicuntur in vim contractus,ea,quæ concedantur vel propter remunerationem ſeruitiorum,vel pecunia data à recipiente.

92 Neq.†item(vt limitationes cæptas ad d.cõſtitutionem de nouellis officialibus non ponendis proſequamur, & ſimul abſoluamus) procederet dicta conſtitutio vbi ſolùm fieret mutatio officialis,quemadmodum ſi cum antea adfuiſſet in loco aliquis locumtenens alterius officilis foranei, is poſtea mutaretur in Baiulum ordinarium,& triennalem loci: hoc enim non eſſet creatio noui officialis prohibita,ſed ſola mutatio qualitatis,quæ non facit rẽ nouam,hęc clariùs noſtras Cancer.adducit, & probat in allega.c.9.quod noui officia. nu.10. cũ ſequent.quàm ego poſſem referre.Videda ſunt quæ ex Mier.antea dixerat iſdem Cancer. à nu.6. de creatione locumtenẽtis in locũ abſentis, aut impediti quòd non ſit creare nouum officialẽ prohibitum per conſtitutiones.

Id noſter Senatus amplexus eſt referẽte egregio olim eius Senatore,nunc verò in ſupremo AragonũRegẽteSaluatore Fõtanet,dũ ſub die 10.Februa.1601.in cauſa æquitũ Villęfranchę
† pæniten.cõtra ſyndicum dictæ villæ *declarauit* officialẽ nouũ nõ dici creari per priuilegium ꝙ Iurati portẽt baculum in abſentia Vicarij, quia cõſtabat in ſimili caſu abſentiæ ſolitũ eſſe Vicariũ aliquẽ nominare, ſiue ex dictis Cõſulibus, & Iuratis,ſiue alijs,qui id faceret,ſed id(inquit Senatus)eſt aſſignare aliam formam in creatione,ſeu electione illius impoſterum obſeruandam, vidi concluſionem in archiuo Regio in lib.concluſio.anni 1602.

Notanter dictum eſt in ſuperioribus ſuſtineri creationes locumtenentiũ, nec cenſeri vt nouas prohibitas per conſtitutiones quando fiunt in locum abſentis,aut impediti, vel vbi aliàs ſolebat ali⁹ in ſimili caſu poni,quia ſi nulla ex his qualitatibus concurreret,ſed ſimpliciter locumtenens,vel ſubbaiulus crearetur de nouo vt duo officiales in loco eſſent,id tanquã factum contra conſtitutionem non ſuſtineretur, prout Sena. *declarauit* referente egregio
† Senatore,& poſtea Regente Regiam Cancellariam Franciſco Deſcamps 27.Octob.1597. in cau.ſyndici villę de Salſis contra nob. Galcerandum de Armengol Alcaydum caſtri dictæ villæ,in qua, inter alia, fuit declaratum fuiſſe contra conſtitutiones Cathaloniæ factam per dictum Alcaydum quandam creationem ſubbaiuli quam ſimpliciter de nouo fecerat in loco vbi nunquam fuerat nec viſum nec auditũ ꝙ aliquis exerceret officium ſubbaiuli,vidi cõcluſionẽ in archiuo Regio in lib.dicti añ.1597.

93 Alia†duo pũcta referẽte ſupradicto egreg. † Sena.Saluatore Fõtanet *declarat* Senatus in eadem

dem causa non spernenda, licèt à multis multùm igno rata, vel saltem non practicata. Primũ quòd Iurati prædicti, qui in absentia officialis debent portare baculum, & insignia, tenentur præstare cautionem, & assecurare tabulam, & alia facere, quę solent reliqui officiales per cõstitutiones Cathaloniæ, hoc nullibi ferè locorum practicatur, licèt in omni propè loco Iurati in absentia officialis insignia ferant.

94 Secundum † quòd Iurati prædicti durante officio habent qualitates requisitas vt iurisdictionem possint habere in milites, sicut isdem ipse Vicarius, quod scio ego vbi molestissimè ferunt æquites prętendentes non esse de iurisdictione Locumtenentis Vicarij, sed compelli debent habere in domino pacientiam.

95 Concludamus † hanc glosam, & eius materiam quærentes (quod est valdè scitu dignum) vndè originem traxerit consuetudo ferendi baculum, seu virgam pro insignijs iurisdictionis, quę vbique ferè locorum, maximè in tota Hispania, obseruatur, id tibi latissimè explicat Bouadi. diligens profectò rerum antiquarum explorator in sua politi. lib. 3. cap. 2. de las precedentias del corregidor, nu. 11. vbi dicit quòd vsitatum licèt sit à tempore Romanorum huiusmodi baculos, & insignia trahi ab officialibus, neminem tamen inuenit hucusque, qui qua ratione id factum fuerit, ac vndè duxerit originem, docuerit, quod ipse explicans dicit, antiquitùs consueuisse Reges in signum diadematis, & Regię potestatis ferre secũ quasdam breuiores lanceas, siue hastas, absq. ferreo muctone tamen, quæ in obseruantiam, & memoriam illius ritus ponebantur iuxta statuas, & simulacra Deorum, & iuramenta fiebãt per hastas, quod reputabatur valdè sacrum, & inuiolabile iuramentum, multis postea decursis temporibus Iupiter (vt fabulantur poëtæ) effecit quòd Vulcan⁹ in locum hastæ faceret sibi quendam celatum, & artificiosum ceptrum, quo postea vsi sunt Agamenon, & alij plures Reges Sirij, multo tempore (inquit is auctor) vsi fuerunt magistratus, & iudices huiusmodi hastis breuioribus pro insignijs officij, & ad
96 id † alludendo quod vendebatur in encantu publico ex iudicis mandato appellatum fuit in iure subhastatio, ã quo videre poteris quod traditur in lexi. iuris Pontifi. & ciuil. in verbo, hasta, postea verò cursu temporis, & media hominum politia, hastæ, seu lanceæ prædictæ, quas ferebant iudices, reductæ fuerunt ad vicgas, siue baculos, quibus nunc vtuntur officiales. Hæc Bouadil. tradens postea qui fuerint qui huiusmodi virgis, & baculis antiquis temporibus vsi fuerunt vsque ad hodierna tempora in signum imperij, & iurisdictionis, addens demum de virgis, & baculis Alguaziliorum quòd eas, vltra id, quod est esse insignia iustitiæ, ferunt vt præcuntes magistratꝰ, & iudices, cum ipsis submoueant turbam, & vulgum, ne dictos magistratus, & iudices impediant, & eorum iuditia facienda perturbent. Addimus supradictis quòd virga semper fuit signum iurisdictionis, & imperij, qua ratione Iacob. de Valentia super illud, virgam virtutis suæ &c. psal. 109. dicit quatruplicem in sacra scriptura memorari potestatem, videlicet Regiam, sacerdotalem, doctrinalem, & virtutis, scilicet miracula faciendi, quæ omnia denotantur, & signantur per virgam: de Regia potestate dicit esse illud Geneſis 49. non auferetur ceptrum, seu virga de Iuda, de sacerdotali illud Nu. 17. quoniam data est virga Aaron, & ideò Episcopus portat virgam pastoralem in manu in signum regiminis spiritualis; de doctrinali probari asserit per id, quod faciunt magistri scholarum, qui docẽtes tenent in manu virgam, siue ferulam in signum doctrinę, & deniq. de virga virtutis tradit illud de virga, quam Exo. 3. tradidit Deus Moysi, cum qua fecit omnia miracula, ex quibus poteris colligere quàm antiquũ sit quòd per huiusmodi virgas, & baculos significetur imperium, & iurisdictio. Alia plura in idem loca adducit isdem Bouadil. vbi suprà num. 13. & in schol. litter. B. Alia de istis insignijs, baculis, & virgis iustitiæ, quas defferunt officiales non pœnitenda tradit Auendan. de exequen manda. Reg. 2. par. cap. 21. per tot. & cum his finitur hæc glosa.

SVMMARIA.

1 *Castrum vndè dicatur.*

2 *Castrum aliud est terminatum, aliud non terminatum, & quale quidq; sit, vbi decisio nostri Senatus.*

3 *Castri terminati iura quę sint.*

4 *Sonum emittere non possunt Barones, sed per modum appellitus procedere infra terminum castri.*

5 *Opus foraneum, quod dicitur esse ius castri terminati, ad quid vassallos obliget, vbi decisiones nostri Senatus.*

6 *Castri terminati iura an, & quomodo sint imprescriptibilia.*

Intellectus vsat. hoc quod iuris est Sanctorum, ibidem.

7 *Decima licèt non præscribantur per obligatum ad eas, ius tamen percipiendi præscribitur.*

8 *Castri terminati iura præscribuntur si est interuersa possessio, vbi decisio nostri Senatus.*

9 *Turris non potest fieri à vassallo intra terminum castri, vbi decisio nostri Senatus.*

Fallit ratione publicæ vtilitatis, ibidem.

Tenetur tamen tali casu vassallus cauere domino de damno sibi non inferendo ibidem.

10 *Castrum vt castrum nullam habet iurisdictionẽ, nisi sit terminatum.*

11 *Castro concesso an censeatur concessa iurisdictio, quã concedens ibi habet.*

12 *Curia concessa an censeatur concessa iurisdictio.*

13 *Castro concesso cum suis iuribus an veniant molendina, vbi decisio.*

14 *Villa nomen variis modis in iure sumitur.*

15 *Ciuitas vnde dicatur, & quid sit.*

16 *Ciuitates in Cathalonia sunt nouẽ, quæ habẽt Episcopum.*

17 *Perpinianum, licèt in ipsum sit translata sedes, nihilominus noluit fieri ciuitas, & quare.*

18 *Minoriſa appellatur ciuitas, & quare.*

19 *Villæ appellantur omnes populationes in Cathalonia præter ciuitates enarratas, in Gallia verò omnes appellantur villa licèt impropriè.*

20 *Opidum vnde dicatur.*

21 *Fortalitium quid significet.*

22 *Fronteria ideò dicta quòd frontem faciat cõtra aliud territorium.*

23 *Fortalitia sunt plura in Cathalonia.*

24 *Territorium quid sit.*

25 *Territorium extra proprium nemini licet ius dicere.*

26 *Territorium vocatur in Cathalonia licentia, quę datur existenti extra proprium, vt ibi exerceat iurisdictionem.*

27 *Vassallorum consensus an sit necessarius vltra licentiam domini territorij vt alius in eo cognoscat de illis, & nu. 31.*

28 *Dominus directus non potest trahere vassallos ad locum, vnde non possint eadem die ad propria reuerti, nisi vellet eis conductum donare, & quid id sit.*

29 *Consuetudo maximè attenditur in causis emphyteuticarijs.*

Intellectus vsat. placitate, & vsat. omnes homines, &c. ibidem, vbi decisio nostri Senatus.

30 *Capi an possit vassallus in criminalibus à vero domino in alieno territorio cum licentia &c.*

13 *Citatio verbalis potest fieri in alieno territorio de licentia domini.*

32 *Intellectus consti. 13 de iurisdic. om iud. volentis punitionem delinquentis esse faciendam vel in loco delicti, vel vbi captus fuit.*

33 *Constitutio amplians, vel extendens, ac declarans aliam constitutionem intelligitur in terminis cõstitutionis extensæ, & declaratæ.*

34 *Alternatiua quandoque ponitur loco copulatiuæ.*

35 *Dispositio qualibet recipit interpretationem de habilitate.*

36 *Intellectus constitutionis 12. tit. de execu. censual.*

37 *Index originis, vel domicilij, quis eorum præferatur in punitione delicti in Cathalonia non curatur, & de ratione.*

38 *Remissio delinquentium non est de necessitate facienda in Cathalonia, imò nec potest fieri.*

39 *Capi an possit delinquens in alieno territorio cum litteris requisitorijs iudicis competentis, vbi decisio Senatus.*

40 *Remissionis reorum materia per quos tractetur, remittuè.*

41 *Sonus emissus quomodo practicetur in Cathalonia, & quid possit illius vigore fieri.*

42 *Sonus emissus quid sit.*

43 *Sonus per quæ verba emittatur.*

44 *Sonum tenentur sequi omnes.*

45 *Sonum qui emisit officialis non potest remittere pecuniis, & compositionibus illius insequutionem.*

46 *Sonum continuando ingrediuntur officiales aliena territoria, & scrutinium faciunt, & si fiat eis resistentia, procedunt ad tallandum, & crematndum.*

47 *Et non solùm ingrediuntur, & scrutantur aliena territoria, sed etiam Ecclesias, & alia loca sacra, & domos clericorum, etiam sacerdotum, siue assistentia iudicis Ecclesiastici, & nu. 49. vbi declaratur & nu. 51.*

48 *Et capiuntur nedum malefactores layci, sed etiam clerici, & nu. 50 vbi declaratur.*

50 *Clerici possunt detineri per iudicem laycum per spatium viginti quatuor horarum.*

52 *Sonus emissus processus tantùm fit per Regem, aut eius Locumtenentem etiam extra vecariam, & per vicarios, & baiulos regios, vbi declaratio nostri Senatus.*

Baiulus Regius potest tunc tantùm emittre sonum quando ipse est solus in loco, non verò quando adest Vicarius, vel eius Locumtenens, ibidem.

53 *Sonum non emittunt barones nisi infrà suum districtum, & quomodo.*

54 *Sonus pro quibus delictis, contra quos, & quę præcedere debeant vt emitatur.*

55 *Sonus quo iure fuerit introductus.*

56 *Sonus emissus practicatur etiam in Cathalonia per vicarios Regios ad liberandum vassallum baronis ab illius oppressione.*

Sed cum modum procedendi declarauit noster Senatus esse contra constitutiones Cathalonię, ibidem

57 *Possessio, vel consuetudo non potest allegari contra cõstitutiones.*

58 *Sonus sacramentalis quid sit, & ad quid inuentus, & an qui illum emittunt possint omnia, quę officiales qui alium emittunt.*

59 *Causæ vicaria intra vicariam, & causa baiulia intra baiuliam sunt tractandæ.*

60 *Causa non possunt extrahi à Cathalonia.*

61 *Causæ vicaria quæ dicantur, & quæ baiulia.*

62 *Causæ vicariæ, & baiuliæ possunt ad regium tribunal venire in vim regaliarum domini Regis.*

63 *Euocatio cẽsetur facta per solã manus appositionem.*

Euoca-

64 *Euocationes in Cathalonia æquè fiunt inter vassallos Baronis, atque Regis.*

65 *Lx C. quand. Imper. inter pupil. & vid. an procedat in terris Baronum non dubitatur in Cathalonia.*
Exceptiones dilatorie intra quot tempus sint opponendę in Cathalonia, ibidem.
Iudex in Cathalonia, an teneatur ex officio repellere quod extra tempora per constitutiones prefixa gestum est, ibidem remissiuè.

66 *Supplicari potest per Baronem, vel alium ab euocatione causæ criminalis, & quomodo.*

67 *Copia inquisitionis, vel saltem motiuorum, quorum ratione est facta euocatio, vel promissa regalia an sit danda supplicanti.*

68 *Copia inquisitionis non datur reo ante publicationem.*

69 *Antecedenti concesso censetur etiam & consequens concessum.*

70 *Concesso aliquo censentur etiam omnia concessa, sine quibus illud explicari non potest.*

71 *Testes in criminalibus recipiuntur in præsentia iudicis.*

72 *Appellationis causa non mutat naturam causæ principalis, quia dicitur eadem cum illa, vbi pulchra decisio Senatus Neapoli.*

73 *Appellationis causa est summaria si prima talis erat.*
Supplicare an possit in criminalibus, qui succubuit in causa dubij, ibidem vbi decis. Sena.

74 *Euocatio causæ ad consistorium Principis fit ad instantiam miserabilium personarum, & quæ illæ sint.*

75 *Meretricum status omnium miserabilior est.*

76 *Renuntiari non potest priuilegio euocandi causas ad consistorium Principis ex causa miserabilitatis.*

77 *Derogatio specialis est necessaria vt priuilegium prædictum censeatur comprehensum, vbi decisio Senatus Neapoli.*

78 *Priuilegium miserabilitatis, quo mediante euocantur causæ ad consistorium Principis, an possit cedi.*

79 *Litis consors gaudet priuilegio miserabilitatis sui litis consortis.*

80 *Litis consortes qui dicantur.*

81 *Iudex Ecclesiasticus de iure cõmuni cognoscit de causis miserabilium personarum.*
Fallit in Cathalonia ibidem.

82 *Euocatio non fit processu iam denuntiato coram ordinario.*

83 *Euocatio permittitur quamuis sit assignatum ad sententiam si formiter non sit facta denuntiatio processus, vbi decisio Senatus.*

84 *Viduæ omnes tam diuites, quàm pauperes an habeãt priuilegium ducendi causas in consistorium Principis.*

85 *Vidua priuilegijs an gaudeat quæ virum habet in regijs terremibus seruientem.*

Dos an repetatur per mulierem ante solutum matrimonium si maritũ habet in regijs terremibus seruientem, ibidem.

86 *Priuilegiatus vt possit debitorem suum trahere ad consistorium Principis an possit vi priuilegio cõtra partem priuilegiatam.*

87 *Copia inquisitionis recepta coram ordinario, antequã causa euocaretur, an sit danda reo etiam si non sit sibi publicata, vbi decis. Sena.*
Item an si quid in ea sit ad fauorem rei sit ei standũ, ibidem.

88 *Episcops territorio egent ad distringendos etiam clericos extra Ecclesiam, & septa palatij, quod ad id iam habent à Comite Barcinonę.*

89 *Eodem etiam territorio egent ad distringendos laycos pro criminibus mixti fori, quod necesse habent petere, cum illud non habeant concessum, vbi decisio tetius iunctis Senatus.*

90 *Prælatus regularis non egei territorio, nec licẽtia alicuius ad capiendum suum subditum.*

91 *Mare adiacens alicui ciuitati comprehenditur etiam sub territorio illius ciuitatis.*

92 *Terminus quid significet.*

93 *Dies termini an cõputetur in termino, remissiuè.*

94 *Terminus terminans quid sit, & quid terminus terminetur.*

GLOS. XI.

Castro, & villa N. cum fortalitijs, & ædificijs eiusdem, territorijs, & terminis.

1 CASTRVM † dicitur à castrãdo, quia in castro castratur licẽtia habitãtium, id est firmatur ne pateat hostibus passim vagando secundum Ioan. And. & alios in cap. si ciuitas, extra de senten. excom. & tradit Bartholo. Berthazol. de clau. instru. clau. 20. glo. 24. num. 8. Vel etiam castrum dicitur quasi casa alta, hoc est in loco alto, siue superiori posita, & cõstituta, vel casa arcta, quia fortalitiũ non debet esse nimis spacioſum vt paucioribus indigeat ad custodiam, fortis, & cincta muris, vel etiam dicitur locus castramentatus, siue fortificatus vt se tueri possit ab exercitu, docent hæc plenè ex multis, quos allegant, Nichola. Boer. deci. 212. à num. 26. cum sequent. & decis. 310. numer. 3. Guid. Pap. singu. 527. versi. Castellum, & omnium latissimè Pet. Anthon. de Pet. in tract. de fideicom. quæstione 13. à numer. 370. cum multis sequen. cuius ferè copiosa dicta me refrigerabant quominùs de his aliquid dicerem, nisi propositum institutum, singulas nostri tex. dictiones explicãdi, ad id compulisset, adde Ca-

bedo decis.16.num.2.vol.2.Bar.ſuper conſtitu. qui ſint rebelles in §.Lombar.n.4. & noſtrates Socarrats in commen. Pet. Alber. cap. ſi verò aliqui allodiarij, num.39. pag. 177. & Calic. in vſa. aguayt num. 11. pag. 15. Mier. cap. 43. cur. Reg. Pet. 2 anni 1283. num. 38. col. 2. Et de iure noſtro municipali habem⁹ textum, quo ſupradicta probantur in vſat. caſtrũ, ſub tit. de oper. pub. & iur. caſt. in 1. vol. conſt. & Gerundenſes conſuetudinem eius dioceſis ſcriptam in tit. de caſt. & iur. ſuis in prin. ad quę iura, & doctores ſufficiat remiſſio, quia huius rei diffuſa tractatio parum, aut ferè nihil vtilitatis afferret, ideò ea omiſſa ad vtiliora, & iucundiora progrediẽdum cenſuimus.

2 Ac † imprimis quidem illud non fore omitendum arbitramur, quod de diuiſione caſtrorum paſſim traditur à doctoribus: ſunt enim in duplici differentia: Alia dicuntur caſtra terminata, alia non terminata, *caſtrum* terminatum dicitur, & tale probatur eſſe ſi ſit in alto loco poſitum, vt in allega. vſa. caſtrum. Si habet terminos, vſa. hoc quod iuris eſt Sanctorum in tit. de præſcrip. in primo vol. conſt. & conſt. 13. *ſub tit.* d pace, & treuga in eo. vol. Quòd ſit tẽtum, & poſſeſſum dictum caſtrum vt terminatum à tanto tempore, de cuius initio non ſit memoria hominum l. 1. ff. de aqua plu. arcen. & hoc ſciente, & vidente Principe l. quidam *ff. de te iud.* Si *Princeps*, vel eius officiales illud nominauerint caſtrum terminatum, c. eum ab eccleſiarum, de offi. ordina. & ibi Innocen. Si à maioribus ſit habitum, tentum, & nominatum terminatum c. licèt, de teſtibus. Et deniq. ſi is, qui caſtrum poſſidet, vſus fuerit aliquibus iuribus caſtri terminati. *His* probatis, inquit Socarrats, à quo hæc non inficiamur nos mutuaſſe, in allega. cap. ſi verò, num. 28. certè haberi poteſt pro caſtro terminato: probantur hæc omnia per Regiam ſentẽtiam, quę nuper, poſt hæc ſcripta, fuit in Senatu prolata die 9. Nouemb. 1606. in cauſa inter ſyndicum caſtri Aſinorum, & Reuerendum Priorem, & Conuentũ Sſchalę Dei ordinis Chartuſien. referẽte egregio Senatore Hieronym. Senjuſt, in qua † per has qualitates fuit *declaratum* illud caſtrũ eſſe terminatum, & illius iura habere, ſcriba Michaele Perez.

3 Iura † caſtri terminati propria ſunt quatuor, Sonus cornu, ideſt, vt Mier. interpretatur vbi infrà, ſonus de viafos cum cornu, & nõ cũ cãpanis, & ſic nõ debẽt hę duę dictiones, prout apud pleroſq. vidi, legi ſeparatæ, & diſiunctæ, ſed imò cõiunctæ, Guayta, Bada, & opus foraneum, cap. ſi verò in conſuet. Cathaloniæ, glo. & Iaco. de Monte Iudac. in vſa. hoc quod iuris eſt Sanctorũ, & ibi etiam Marquil. verſi. quæro quot ſint iura caſtri, pag. 303. & Socar. in d.

4 cap. ſi verò num. 49. De † ſono, & quomodo illum habeant domini caſtri declarando quòd non poſſunt facere illius proceſſum, ſed per modum appellitus *infra terminum caſtri*, tractat Mier. cap. 43. cur. Bar. Reg. Pet. 2. an. 1283. n. 67. pag. 22. col. 2. & Socar. loco ſuprà allegato, & in cap. præcedẽti nu. 14. pag. 163. diſputat de eodem ſono alias quæſtiones: de cornu, & eius vſu tractat Oliba in vſat. alium namque cap. 3. num. 51. cum ſequen. & de reliquis iuribus caſtri agunt latè doctores ſuprà citati, ad quos ſufficiat pro nunc remiſsio, quia nos non poſſumus omnia attingere. Inter alios non eſt omittendus noſtras Cancer. in 3. par. var. reſolu. c. 13. quod peculiariter confecit de iuribus caſtrorum, quem particulariter videbis in tota hac materia, quam de iur. caſtrorum tractauimus, non enim potui eum ſingulariter in quocunq. articulo allegare, cum multò antea, quã ipſe ſcriberet, eſſent iam hæc parata ad prælum, reliquos non omittes, qui ſuprà allegati ſunt.

5 Circa † vltimum tamen, quod de opere foraneo dicebamus, circa quod plus ſolet eſſe cõtentionis inter dominos, & vaſſallos, illud animaduertendum volo me vidiſſe copiã auctenticam cuiusdam declarationis in Senatu factæ de anno 1544. die 4. Martij ad relationem Franciſci Romeu Regij conſiliarij in cauſa Conuentus Monaſterij Sancti Cucuphatis Vallen. contra ſyndicum vniuerſitatis, qua † *declaratum* extitit homines dicti termini contribuere debere in operibus cuiuſdam partis muri Monaſterij prædicti, quod erat caſtrum terminatum, & in ea fit mentio de alijs declarationibus in eodem Senatu inter dictas † partes factis, quibus etiam *declaratum* extiterat, quòd homines habitatores intra dictũ terminum caſtri terminati tenerentur cõtribuere in operibus, & expenſis neceſſarijs in reparationem murorum, turrium, & vallium eiuſdem: In cauſa iam ſuprà enarrata inter ſyndicũ Caſtri Aſinorum, & Priorem, & Conuentum Monaſterij ſchalæ Dei fuerunt dicta vniuerſitas, & ſingulares dicti caſtri, ex eo quòd erat † terminatum, *condempnati* ad refficiendum ſuis proprijs ſumptibus partem murorum, & ſeu operis foranei dicti Caſtri, quæ reperiebatur diruta, *Hoc tamen intellecto, & declarato quòd in ea parte dicti edificij de nouo conſtruẽdi, in qua iuxta relationem experiorum erat edificata antiquitùs turris, vulgò vocata turris magiſtra, & ſeu in opere foraneo dicta paris, non tenerentur dicta vniuerſitas, & ſingulares integriter ad ſumptus dicta partis, ſed tantùm ad contributionem ſumptuum dicta parietis, videlicet quòd dictum Monaſterium, & Conuentus ſoluerent legaria, & cibos magiſtrorum, ſeu artificum, qui dictam partem edificarent, veli-*

ques

quos verò sumptus soluerẽt dicta vniuersitas, & singulares locis prædictis &c. In Cathalonia enim est differentia inter huiusmodi operas, vide de his Socar.in cap.& si ibi nu.6.cum sequen.pag. 53.& Guillermum de Vallesica in vsat. Castellanus,& consuetudinem scriptam dioc. Gerũdę in tit.de castro,& iur.suis, de qua meminit Mier.eius verba referens, in sæpè allega. cap. 43.cur.Reg.Pet.2.Barcino. celebratæ de anno 1283.n.80.cum sequen.col. 2. adducens plures
†† Senatus *declarationes* ad id factas.

6 Hæc† sunt iura castri terminati, quæ per vsat. hoc quod iuris est Sanctorum, in tit. de prescrip.dicuntur imprescriptibilia,etiam longinqua ducẽtorum annorum possessione, cuius rationes ex nostris practicis tradit Oliba in d.vsat.alium namq.cap.6.num.35.& 36.de iur. fis.& eiusdem aliquas declarationes,& signanter eam,quæ est valdè scitu digna,quòd videlicet dictus vsaticus procedat tantùm in affocato,& habitatore intra fines castri terminati volente vti possessione aduersus iura castri, secus tamen est in eo,qui habet castrum terminatũ vicinum alteri castro:hic enim nõ prohibetur posse præscribere iura vicini castri prescriptione ordinaria 30.annorum in vim vsat. omnes causæ,in tit.de prescrip.in 1.vol.constitu. sicuti
7 †idem dicitur de iuribus Ecclesiæ ex eo quòd Ecclesia est, veluti de decimis prædialibus, licèt enim in eis prohibeatur etiam præscriptio per dictum vsat. tamen id intelligitur quo ad priuatam personam,non quoad aliam vicinam Ecclesiam,cui vtiq.liceret ea iura præscribere per legitimam 40.annorum possessionem,hęc latiùs,& clariùs traduntur per Oliba vbi superiùs quàm debeant à nobis aliàs tractari, vel examinari.

Recipit†etiam idem vsat.aliam declaratio-
8 nem ex mente Ioan.Socar.vbi suprà numer.55. & Tho.Mier.in sæpè allega.cap.43. num. 23. vt non procedat si requisiti homines castri à domino illius pro iuribus ipsius castri cõtradixerint,& sic possessionem illam interuertendo, per tempus legitimum ad præscribẽdum,extiterint in possessione libera, & pacifica libertatis continuę,possent enim tunc ea se iuuare prescriptione non obstante vsatico, qui tantũ est intelligendus procedere quando non est sequuta contradictio, latè id probant Socar. & Mier.vbi superiùs,quibus adde Marquil. in d. vsa.hoc quod iuris est Sanctorum pag.303.col. 4.versi.quæro an ista iura,vbi eadem fere referuntur verba, quibus ad idem vsus fuerat
† Socar.loco suprà allegato,elegans ad id est *decisio* Senatus de qua suprà post hæc scripta facta,quæ loquens de huiusmodi prescriptione contra vniuersitatem,& singulares dicti castri Asinorum his vtitur verbis, *Tamen quia nõ constat in processu de dicta allegata præscriptione, quæ vtra quoad in prædictis ouribus Castri regularitrnõ procedit,de illius initio per interuertionem possessionis,in qua semper fuit dictum monasterium vt dominus dicti Castri, non constat.&c.* tradit Cancer.li. 3.var.c.15.de iur.Castro.num.38.cõducit quod Hieron.Portol. ad Molin.docet verbo,homagium,nu.22. vbi dicit quòd quamuis vassallorum prætentio non subsistat allegantium possessionem non prestandi domino homagia, si tamen(inquit)constet eos fuisse requisitos,& recusasse,& postea pertransijsse tempus sufficiens ad præscribendum, admittenda ea proculdubio erit,& per eam vassalli fient immunes à præstatione homagij. Hoc est per interuersionem possessionis acquiri libertatem etiã à iuribus imprescriptibilibus.

9 Alia † etiam,præter supradicta,habent iura Castra terminata,in quibus non intendimus latiùs insistere,quia ea optimè discutiuntur à nostris practicis *in locis* suprà citatis, & inter alia domini Castri ea fruuntur prærogatiua vt possint prohibere ne intra terminos ipsius fiat turris,vel fortalitium à vassallo, vel ab alio, benè Socarr.in alleg.cap.si verò allodiarij,numer.13. pag.170. vbi quomodo id procedat pluribus declarat,viden.Bar.in l.1.C.de fund.limitro. li. 11.& est pulchra, sicut in aliquibus iocosa deci. Boer.320.latissimè de his agit Per. de potest. Princi.cap.8.à num.9.cum sequen. non est omittendus Cancer.post hęc scrip.visus,c.15. de
† iur.Castro.à num.13.Atq.ita *declarauit* Senatus die 31.Ianua.1601.in causa Abbatis, & Conuẽtus Sancti Fælicis Guixolen.contra Iuratos, & vniuersitatem illius villæ ad relationem egregij Senatoris Iosephi Dalmau,scriba Raphaele Viues,vertenti,benè verum est quòd in eadẽ declaratione fuit dictum quòd ex quo constructio turris,de qua agebatur,respiciebat publicam vtilitatem,quia fiebat pro deffentione portus,& molli dictę villę,quòd propterea tenebantur dicti Abbas,& Conuentus licentiam construendi concedere, si *fuisset* petita, cum impositione congrui cẽsus. Idem postea de *alijs operibus* intra limites eiusdem Castri terminati sine licentia dicti Abbatis,& Conuentus Guixolen.constructis esse dicendum propter eandem rationem,vt scilicet non debeant demoliri,sed imò tollerari per dictum Abbatem,& Conuentum si hoc ab eis per vniuersitatem verbo,vel scriptis peteretur,dum tamen dicta vniuersitas præstaret eis quendam annuum cẽsum in emendam decimæ, & taschę, quæ in loco,vbi constructa erant edificia,recipi potuissent si colerentur *declarauit* Senatus
† 29.Aprilis 1607.in causa earundem partium ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer,Scriba Michaele Perez.

Et ſi conſenſerit dominus quòd fiat ab alio turris, vel fortalitium poterit ex poſt facto eũ compellere vt ſecuritatem, ſiue cautionem ſibi præſtet de damno aliquo ſibi non inferendo, Socar. vbi proximè, & num. 16. & hæc cautio debet eſſe cum pignore, vel fideiuſſoribus, idẽ Socar. nu. 7.

10 Hæc † Caſtra terminata, licet aliàs caſtrum vt caſtrum nullam habeat iuriſdictionẽ, vt ex not. per Innoſcen. & dd. in c. cum ad ſedem, extra de reſtitu. ſpolia. docet Mieres in allega. cap. 43. num. 6. pag. 19. vol. 1. Bar. in conſti. qui ſint rebelles, ver. *Lombardiæ*, num. 4. & Petra vbi ſuperiùs num. 344. habent de conſuetudine modicam quandam iuriſdictionem, veluti bannum quinq. ſolidorum, Socar. & Mier. in locis ſæpè allega. ille num. 63. hic verò nume. 6. Cancer. var. reſol. 2. par. cap. 2. num. 60. & in tertia par. c. 13. de iur. caſtro. nu. 36.

11 An † autem conceſſo caſtro conceſſa etiam cenſeatur iuriſdictio quam in eo habet concedens, dubitationis eſt non modicæ, quam exactiſſimè memini diſputatã fuiſſe in Senatu de anno 1605. in celebri, & famigerata cauſa inter homines *vniuerſitatis* foranæ dela Biſbal ex vna, & Reuerendiſſimum Gerunden. Epiſcopum, ad relationem egregij Senatoris Iacobi Puigmija ab anno 1483. vertenti, ratione, & occaſione ſecundi dubij per Senatum partibus *traditi ad diſputandum.*

Et omiſſis multis, quæ doctè in ea cauſa per aduocatos vtriuſq. partis, celebres mehercle, & ex eis, qui noſtra ætate cauſas ducunt non ſecundos, neque tertios, mihi ſummè placet diſtinctio Bar. in *l. inter eos, in prin. ff. de acquir. rer. domini.* quã pluribus ornat Dida. in pract. cap. 1. num. 10. & poſt eos, omnium latiſſimè, Iaco. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 97. per tot. & Pet. Antho. de Pet. in allega. tract. de fideicom. q. 13. num. 386. Aut enim iuriſdictio ineſt ipſi caſtro, & tunc per conceſſionem caſtri cenſetur etiam conceſſa iuriſdictio, etiamſi ſit merum imperium, & in hoc ſenſu intelligẽdi ſunt Bal. & mille alij, quos in confirmationem huius reſolutionis adducit Dida. d. num. 10. in prin. Aut verò iuriſdictio nó inhæret territorio, nec merum, nec mixtum imperium, eo caſu etiamſi concedens habeat aliàs in eo iuriſdictionem, non tamen venit in conceſſione, & in hoc ſenſu intelliguntur omnes doctores, qui negant conceſſo caſtro cenſeri etiam conceſſam iuriſdictionem, quos latè reffert Dida. vbi ſuprà, quorum ego dictis, quia perpulchrè loquuntur, & exactiſſimè materiam pertractant, nihil addendum cenſui præter id, quod Dida. omiſit, quid videlicet ſit dicendum in caſu quo non conſtaret num nam iuriſdictio adhæreat caſtro, vel non, de quo tamen egit pract. noſter Ioan. Socar. in allega. cap. ſi verò aliqui allodiarij num. 41. ſecurè reſoluens in dubio cenſeri iuriſdictionem cohærere caſtro, ad quod allegat Bar. quem dicit plenè iſtud ponere, in conſi. incip. quæritur an iuriſdictio, quod ego conſilium in meo codice reperire nequiui, id tamẽ clarè dicit in ſuprà allega. *l. inter eos ff. de noui oper. nuncia.* adde Menoch. vbi ſuperiùs num. 48. Et licèt ea cauſa hominũ de la Biſbal declarata poſtea fuerit, hic tamen punctus remanſit indeciſus, quia aliud habuerunt regij Senatores, quo faciliùs à cauſa ſe expedirent, & explicarent, viden. Canc. lib. 3. var. cap. 13. de iur. caſtro. num. 27. vbi in effectu, licèt contrarium à principio dicere videretur, cum hac tamen opinione concordat, quam paulò ante firmauimus, infinitos penè eandem diſtinctionem tenentes adducit Hẽri. Roſſental de feud. c. 5. de regali. conclu. 6. nu. 1.

12 Idem † quod de caſtro dictum fuit, dicendum etiam eſſe in conceſſione curiæ, cum curiænomen ſit pariter vniuerſale compræhendens iuriſdictionem ex Areti. in conſi. 15. col. 1. ver. circa quod, Soci. ſenio. conſi. 86. num. 5. lib. 1. & alijs, docet Meno. vbi ſuprà num. 48. alias ibidem, & in duabus præcedentibus, ac quatuor ſequentibus præſump. reſoluens pulchras de caſtri materia queſtiones per te ipſum videdas.

13 An autem † ſub huiuſmodi caſtri, & iurium in eo competentium donatione, & cõceſſione veniant molendina, & aliç poſſeſſiones, quæ concedens habeat intra fines illius, meritò dubitari poteſt: queſtionem latiſſimè omniũ, plura argumenta pro vtraq. parte adducens, diſputauit Bal. in cap. 1. de Capita. qui cur. ven. in vſib. feud. Et primò quidẽ videtur affirmatiuè reſpondendum: caſtro enim conceſſo cenſentur omnia conceſſa, quæ concedens habet in eo, prouti pluribus probat Vincen. de Franch. deciſ. 116. num. 11. Item quia concedens locum videtur concedere omnia loco cohærentia l. via conſtituo, verſi. penult. & fin. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. 2. in fin. l. & in prouinciali C. de ſeruit. & aqua, Indè qui præſcribit locum videtur præſcribere omnia iura loci l. ſi alienum §. ita igitur ff. de ſeruit. ruſt. præd. Item quia iurium nomen generale cum ſit, *l. bonorum ff. de verb. ſigni.* tot. tit. de ſerui. præd. viba. & ruſt. videtur propterea omnia ſupradicta cõprahẽdere. Per hæc, & alia, quæ adduci poſſent, hanc opinionem tenent Iaſ. ſibi contrarius in *l. 3. in prin. de acquir. poſſ.* & in *l. quominùs* in 20. queſtione poſt Bar. ff. de flum. & alij, quos allegat Bartho. Bertazol. de clau. inſtru. clau. 26 glo. 13. num. 2. eandem tenent Innoſ. & Panor. in cap. ex literis, de iur. pat.

Altera

Altera verò est opinio negans, quæ auctoritate grauissimorum virorũ fulsitur: eam enim tenent alij relati per eundem Berthazol. vbi supersàs, tenent etiam eandem opinionem quos refert Hiero. à Lauren. decis. Auen. 110. num. 2. vbi in facti contingentia ita *decisum* fuisse docet in eo Sena. in casu fortiori, quo dictũ fuerat, & iurium illius quoquo modo competentium, eis adde Oldrad. con. 121. Ratio huius opinionis, secundum doctores supradictos, ea est quòd licèt huiusmodi possessiones sint intra fines castri, non tamen sunt iura castri, ac propterea non debent sub illa concessione venire. Item quia dando iura competentia in territorio, vel super territorio intelligere visus est donans de dominio, & hypotheca ipsius territorij, ex his quæ not. Bar. in l. fundus, de annu. lega. Ioan. Fab. in §. item seruiana, inst. de actio. faciũt quæ tradit Alber. in l. pupillus §. territorium, de verb. sig. vbi vult quòd si Princeps cõcedat alicui iurisdictionem Castri non videtur concedere palatium, & proprietates, quas ibi habet, & possidet.

Quibus tamen non obsistentibus ego tem hanc distinctione quadam esse resoluendam censeo: aut enim ipse molendina, & possessiones habebat eo quòd Castri esset dominus, aut vt priuatus, quia videlicet ea vt talis emisset, vel aliàs in eis succesisset, primo casu venirent quidem in castri concessione, secundò verò minime: hæc est distinctio, quam ponit Bal. in allega. cap. 1. de Cap. qui cur. vend. col. 3. vers. ego idem in molẽdinis dico, quam refert Berthazol. vbi superiùs cum multis, quos allegat, & signanter clarioribus verbis Rip. in l. 2. quominùs num. 130. ff. de flum. aduertens postmodùm ad hanc quæstionem esse videndũ Corn. in consi. 321. in hac, lib. 4. Sed quid si non constaran à principio castrum haberet molẽdina, vel alias possessiones, & postea is, qui de castro inuestitus est reperiatur ea molendina, vel eas possessiones in territorio ipsius castri habere, & possidere, an præsumatur habuisse eas à domino feudi, disputat Henri. Rossental. de feu. c. 12. de iudi. seu controuer. feudal. conclu. 25. n. 35. vbi falsum planè, & erroneum dicit esse quod Menoch. post Craue. docet pro præsumptione prędicta.

Non me latet plures posse dari casus, in quibus hæc distinctio non obseruetur, sed imò in terminis primi casus non venient molendina in concessione castri, secundo verò casu sic, cæterùm cum hæc dependeant ex conceptione verborum, quibus concedens vsus fuerit in cõcessione, nõ potest propterea certa in his regula constitui, sufficiat mihi, vt oneri, quod suscepi, satisfeciisse videar, principia, & fundamenta iecisse, ac doctores allegasse, ex quibus facili negotio huius rei veritas in quacunque specie concessionis haberi valeat, & signanter diligẽter considerandæ sunt quę Menoch. tradit in alleg. lib. 3. præsump. 96. cũ quatuor, aut quinq. sequẽtibus, vbi multis modis viam aperit, quibus hæc optimè dignoscantur, quibus adde Pet. de potest. prin. cap. 21. per tot.

Quantùm verò attinet ad secundum diuisionis Castri in initio huius glo. propositæ mẽbrum, cuius disputatio in eo erat consumenda vt Castri non terminati natura aperiretur, ac patefieret, non intendimus amplius insistere cum ex suprà latè traditis satis, superque clara, ac manifesta ea disputatio fiat.

14 Villæ † nomen, vt iam iam ad explicationẽ reliquorum huius nostræ glo. vt par est, vocabulorum veniamus, variè sumitur in iure nostro, aliquando enim pro domo vrbana illud vsurpatũ legimus in l. plenum, de vsu, & habit. l. videam' §. fin. ff. loca. aliquãdo pro re rustica, quã villici, & operarij rustici incolũt, in l. si ita §. fi. & l. sequẽt. de fund. instruc. & deniq. aliquãdo pro domo cõstructa ad reponẽdos fructus, in quam fructus deuehuntur in l. arboribus in prin. ff. de vsufruc. hæc omnia clariùs docentur à Berthazol. de clau. instru. clau. 20. glo. 22. num. 2. quam debeant à nobis aliter explicari, vbi pariter docet vndè villa dicatur, & alia plura ad eius cognitionem, quæ nos meritò omittimus quia parùm, aut nihil vnquam prodesse posse visa sunt, ille consulatur si casus ocurrerit, in quo expediat nosce eius naturã, & essentiam, nec omittatur Alcia. in l. ager, de verb. signi. & Guid. Pap. singu. 527. & Fran. Marc. decis. 366. num. 27. Pet. de fideicom. quæstione 13. nu. 589.

15 In nostra Cathalonia, & in tota Hispania duo sunt nomina, quib' omnes populi nominentur, ciuitas, & villa: ciuitas † quasi ciuium vnitas dicta, omissis illius multis diffinitionibus, quas ex Isidor. lib. 15. de æthimolog. & *alijs* probatis auctoribus docet Berthazol. *in* allega. clau. 20. glo. 24. *statim in prin.* Pet. vbi supernus num. 397. 411. 420. & 424. Gayl. de pac. pub. lib. 2. cap. 9. num. 15. & auctor lexicon iuridici, id est iuris ciuilis, & cano. verbo, ciuitas, dicitur omnis populatio, quæ habet Episcopum, & est caput diocesis, c. in illis 80. dist. Fran. Marc. decis. 366. num. 27. Huiusmodi † ciuitates in Cathalonia sunt nouem, Tarrachonensis, quę Metropolis est, & habet Archiepiscopum, Barcinonensis, Gerundensis, Ilerdensis, Dertusensis, Vrgelensis, Vicensis, Elnensis, & Gelsonensis, circa quarum enumerationem errauit Franciscus Gratianus in compen. iur. cano. par. 3. dist. 1. quatenus inter Episcopatus, qui Archiepiscopo Tarraconensi subsunt, enumerat Valentinum, & Maioricen. cum tamen non sint huius

16

ius prouincię,& omisit Elnen.quem posuit inter Episcopatus, qui subsunt Archiepiscopo Narbonen.sed tunc forsan Cõmitatus Rossilionis,intra quem est, erat penes Gallos, de Episcopatu Celsonen.non est mirũ quòd fuerit ab eo auctore omissus,cum post eius scripta extiterit erectus,reliqui forsan Episcopatus, quos is auctor tribuit prouinciæ Tarrachonę, eius erant tẽpore quo ipse scribebat,sed nunc 22
hoc est certum non esse huius Tarrachonensis prouinciæ. Vndè in his Regnis statim atque alicui loco,& populationi præficitur Episcop⁹, statim fit ciuitas,& talis appellatur,vt vidimus 23
in erectione Episcopatus Vallisoletani in Castella,& Celsonen.in Cathalonia,quę cum antea villæ,& oppida appellarẽtur,ciuitatis nunc
17 nomine donantur. Opidum † tamen Perpiniani,in quod paucis ab hinc annis translata est Sedes Elnen. noluit mutare nomen,nec ciuitas appellari,ne,vt aiunt,perderet nomen fidelissimæ villę,quo solet à nostris Regibus donari in inscriptionibus litterarum,quæ ad eam mittuntur.

18 Et hæc † in tantùm sun vera vt si aliquo casu ciuitas veniat posteà Episcopo priuanda, adhuc retinet nomen ciuitatis, vt videmus de 24
ciuitate Minorisæ in hoc principatu, quæ quia, vt dicũt, quandoque Episcopum habuit,licèt illo nunc careat, ciuitas tamen nihilominùs appellatur,& sic sunt decem in Cathalonia ciuitates,nouem, quę Episcopum habent,vt suprà dictum est,& hæc quæ non habet licèt aliquãdo habuerit.Alia etiã est in Cathalonia,vltra supradictas,Balegarij ciuitas dicta quę Episcopum non habet sicut Minorisa,de qua suprà dictum est,nec scio an habuerit vnquam, nec curia appelletur,nec curauí inuestigare cum
19 patum,aut nihil faciat ad institutum.Reliqua † loca,& populationes in hoc principatu villę,& oppida appellantur, quod non obseruatur in Gallia,vbi omnes populationes, etiamsi deberent ciuitatis nomine donari, villę appellãtur, 25
quod tamen proprietati sermonis latini repugnat vt aduertunt Alciat.in l.fundi appellatione ff.de verb.sig.& Berthazol. d. clau. 20. glo.22. num. 5.

20 Opidum † autẽ vndè dicatur, si oportuerit, petatur à doctorib⁹ suprà citatis, illi enim benè id explicãt,nos tamen omittimus propter rationẽ iam aliàs superiùs traditã, adde Bellugã in specul.Prin.rub.22.nu.1.& ibi addi.

21 Fortalitij † autem appellatione quid veniat non est,nec reperitur specificè in iure cautum, 26
& ideò standum in hoc esse communi vsui loquendi,docet Corn.consi.206.col.6.versi. sed de verbo Castella, vol. 3. argumento eorum, 27
quæ de domo,quid videlicet veniat eius appellatione, tradit Bal.dicens similiter esse in eo communi vsui loquendi standum, idem planè elicitur ex traditis per Boer.decis.320.

Hoc præsuppolito fortalitia apud nos castra, seu castella fortia appellantur ad propulsandum inimicos,in locis pręmaximè limitrophis posita,ac in confinibus ipsorum inimicorum,siue in fronteria, quæ vltima pars dicitur territorij,ad quam vsque inclusiuè territorium extenditur,ideò † dicta quia frontem facit cõtra aliud territorium, vt dicebat Boer. allega. decis.320.num.16.& Guid.Pap.singu.176. versi. *fronteria*,vulgò fortalezas, vel forças appellamus.Huius † generis ędificia habemus plura in Cathalonia, pro vt est fortalitium loci de Salses,opidi Perpiniani,opidi de Rosis, & his similia,in quibus habet continuò Rex milites stipẽdiarios ad bellũ paratos pro deffensione, ac tuitione terræ,& Regni, vndè licèt omnia *fortalitia castra appellari* valeant, non tamen ècontra omnia castra fortalitij nomine donari possunt.

In ędificij verbi in nostro tex.positi significatione,quia notissima est, neminem arbitror futurum,qui trepidet,vel dubitet, ac proindè nos aliter non intendimus de eo agere.

Territorium † autem,quod posteà sequitur in tex.licèt variè sumi possit, vt cõstat ex traditis per Berthazol.in sæpè allegata clau. 20. glo. 23.nu.8.Alciat.in l.pupillus §.territoriũ,deverbor.signi.Hotom.de verb.iur.co.ver. Cassane. in cõsuet.Burgun.rub.des iustices §.1.in tex.ibi du territoyre,num.1.pag.mihi 25.Pet. in allega. tract.de fideicom.quæst.13.nu. 415. cum mult. sequent.In nostro tex. sumitur in ea significatione,quam ex Rui.in consi.22. nu. 5. & Boer. decis.227.nu.7. tradit idem Berthazol. vbi superiùs num.9.& sequitur Moro.cons.46.n.16. vt sit quoddam terræ spatiũ iurisdictione munitum,& armatum,& in hac significatione vtitur eo vocabulo I.C.in l.fin.extra territorium, ff.de iur.om.Iudi.

Vt tamen † aliqua proferamus, quæ vtilia sint in hac materia,aduertendum est nemini licere ius dicere extra proprium territoriũ, d. l.fin.ff.de iur.om Iud.nisi de voluntate, licentia,& consensu domini illius territorij, clem.1. §.volumus,de for.comp.Iaſ.in d.l.fin.num. 14. de iur.om.iud.Panor.in cap.nouit de offi.lega. Maran.de ordi.iud.par.6. tit. de citatione,nu. 41.& Franciscus Sollona in stylo capibreuiandi post formam territorij,num.1.pag.15.Hanc † licentiam in Cathalonia territorium vocamus,cui⁹ plures formulas videre poteris apud Sollonam vbi superiùs,quem decuit vt notatium eas ponere.

Verùm † circa hæc pulchrum erit exquirere,num nam cum sola licentia,& territorio domini liceat alteri intra eius territorium ius di-

cere

cere inter ſuos vaſſallos, etiam inuitos, an verò, præter id, debeat etiam cõcurrere vaſſallorum conſenſus, & voluntas: Inqua quæſtione duos fore cenſeo caſus diſtinguendos: aut enim loquimur in Baronibus, & tunc arbitror reſpondendum *eſſe iuxta latè tradita in glo.* 10.par.2.à num.1.huius clauſulæ 4. vbi de ea quæſtione agebamus nunquid dominus poſsit vaſſallũ à propria patria extrahere, & aliò ducere pro iuſtitia miniſtranda cum in effectu hę ambæ quæſtiones in vnam reincidant, & eandem quæſtionem: aut verò loquimur in dominis directis, qui etiam iuriſdictionem habent in ſuos Emphyteotas, & in his vtique reſ-
28 pondendum eſt licere, dummodo † ad locatam remota non trahant eos, quòd non poſſint ipſa die ad ſua reuerti, niſi vellent eis conductum donare, hoc eſt cibaria neceſſaria, vt interpręterantur practici noſtri inferiùs allegandi, probatur hæc noſtra principalis reſolutio per vſat.placitate, ſub tit. de iur. om. iud. in 1. vol.conſti. & in vſat.omnes homines 1. ſub.tit. de iud.& fir. iur.eo.vol.conſt.qui licèt videantur disponere quòd non liceat dominis directis id facere ſimpliciter vbicunq.eis videbitur, ſed vbicunq. in ſuo tamen, quod interpręterantur gloſatores Valleſi.Monte Iuda.& Cali. nec non & Marquil. in domo propriæ habitationis, ſiue ſit propria, ſiue conducta, nihilominùs tamen obtinuit de conſuetudine huius
29 principatus, quæ † in huiuſmodi cauſis multùm attenditur vt aliàs dicebat Calici.in vſat. magnates, imò ſecundum conſuetudinẽ huiuſmodi cauſæ decidi debent, cap.1.de feu.cogni.in vſib.feud.& ibi Bal.obtinuit (inquam) de conſuetudine, vt dicti vſatici intelligerentur quòd poſſint domini quocunq, voluerint, etiã extra propriam iuriſdictionem, & domum emphyteotas trahere pro cauſis inter ipſos ducẽdis, cum modificatione tamen ſuprà tradita, dummodo id non fiat vltra vnam dietam, pulchrè Ioan.de Socar.in cõſuet. Cathaloniæ cap. ſi aliquis habet, nu. 59. cum ſequent. pag. 462.
† vbi ita *deciſum* tradit in noſtro Senatu, & de hac etiam conſuetudine omnes atteſtari poſſumus, quippe qui eam intrepidè obſeruari & viderimus, & quotidie videamus. Quomodo autem intelligatur iſtud conductum, & pro quot, & quibus diebus debeat dominus vaſ- 32
ſalo donare, vide in glo.ſequen.nu.153.

30 Sed † quid in cauſis criminalibus nunquid cũ territorio domini loci, *in quo reperitur* vaſſallus, poſſit eius verus dominus, & Iudex cõperens eum ibi capere, & punire? Hæc quæſtio tres, aut quatuor alias ſecum trahit de neceſſitate ad illius maiorem intelligentiam, & cognitionem explicandas quæſtiones ſeipſa non multũ faciliores, ad quas gradatim, Deo cõcedẽte, deueniemus. Ad priorem autem de captura perſonæ priùs reſpondendo dico cã apud me, qui in ſuperioribus conſtanter aſſerui licere domino iuriſdictionẽ in ciuilibus exercere in ſuos vaſſallos extra territorium de licentia eius, cuius eſt *territorium*, nullam habere difficultatem, quippe qui non videam poſſe rationem diuerſitatis inter vtrunq. caſum conſiderari, conducit † quòd citatio verbalis po- 31
teſt in alieno territorio de licẽtia domini (quid ſit ſine ea, non eſt huius inſpectionis, tractat tamen And.Gayl. obſerua. 56.lib.1. & latiſſimè Franciſcus Moli.in libel.de brachio ſecula.nouiſſimè edito cap 33.per tot.) fieri, vt clarè docet, per regulas communes poteſtatis exercendi iuriſdictionem extra proprium territorium de licentia domini illius, Maran.in ſpecu. par. 6.tit.de citatione num.40.& 41. Iulius Clarus in praxi, quæſtione 31.num. 19. quid ergo vetabit quòd non eodem modo fieri poſſit citatio realis, quæ in perſonæ captura conſiſtit? Et ſi & vbi dixerimus in ſuperioribus, præter domini territorij licentiam, requiri etiam conſenſum partis, vt in alieno territorio valeat iuriſdictio exerceri, quem veriſimiliter ſperandum eſt nũquam in noſtro caſu interceſſurum, id ego exiſtimo verum in caſibus, in quibus maioribus impenſis foret opus partibus extra propriũ territorium, quàm intra, quia rationem aliquã non tradunt doctores ad ſupradictam firmandam reſolutionem, præterquàm quòd ſi extra proprium territorium poſſent trahi vaſſalli pluribus, ac maioribus expenſis proculdubio grauarẽtur, vt ex doctoribus pro ea reſolutione allegatis colligere licet, ergo ea ratione ceſſante, quę proculdubio ceſſat in captione perſonę cum ea non fiat expenſis capti, & ſoleat poſtmodum duci ad proprium territorium, vt ibi de eius cauſa cognoſcatur, ceſſare etiam debet diſpoſitio, ac propterea ſecurè teneri, poſſe fieri huiuſmodi captutam in alieno territorio de licentia domini illius: Indè elicitur clara, & facilis reſponſio ad ſecundum quæſitum, quo querebamus nunquid extra territorium poſſit de huiuſmodi delinquẽtium cauſis cognoſci de licentia domini, quòd non poſſit, nec valeat fieri per rationes ſuperiùs traditas in eo, quod de cauſis ciuilibus dicebamus.

Grandis † tamen reputabatur à quodã magni nominis præſentis ciuitatis doctore in facti contingentia difficultas, quam aduerſus ſupradicta dicebat *orirri ex cõſti.15.incip. volens*, in tit.de iuriſd.om.iud.in 1.vol. conſti. quatenus habet delinquentium punitionem faciendam fore in loco commiſſi delicti, vel vbi fuerint capti, quæ cõſtitutio videtur omninò deſtruere ſuperiùs conſtitutam reſolutionem in omni ſui parte, ſi enim punitio facienda eſt in loco delicti,

co delicti,vel in loco captutæ, iam non poterunt hęc inter ſe ſe compati,quòd cum territorio capiantur delinquentes extra proprium,vt ad illud poſtea ducantur puniendi.

Cæterùm faciliter reſpondemus quòd aut ſumus in terris,& officialibus Baronis , aut in terris , & officialibus regijs,primò caſu facilis eſt reſponſio quòd ea cõſtitutio non compræhendit terras,& officiales Baronis: cum enim ea conſtitutio ſit extenſio, & ampliatio aliarũ conſtitutionum præcedentium cauſas Vicatię intra Vicariam,& Baiulię intra Baiuliam tractari pręcipientium,quæ dubio procul in ſolis terris,& officialibus regijsloquuntur,& diſponunt vt eædem ipſæ clariùs demonſtrãt quàm
33 nos poſſimus inſinuare,indè fit † quòd ipſa nõ poſſit cenſeri loquuta niſi in terminis conſtitutionum declaratarum, & ſeu extenſarum , & ampliatarum, iux. doctrinam Feli. in cap. 1. num.5.de iur.iura. quam pluribus probat Nauar. de dat. & promiſ.in prin. annotatione 3. nu.7.

Quid ergo erit in terris,& officialibus regijs, in quib⁹ cẽſemus etiam procedere ea, quæ ſuperiùs tradidimus,nempè quòd officialis vni⁹ territorij poſſit in alieno de licentia eius, qui ei pręeſt,ſuos diſtrictuales capere,& vinctos ducere ad ſuum puniendos, quomodo ſatisfiet ſupradictæ cõſtitutioni ? Reſpondemus quòd ſi illa verba dictę conſtitutionis *dins de la qual hauran comes lo delicte,o,ſeran preſes* id eſt *infra quem commiſerint delictum,aut fuerint captæ*, legẽda eſſent copulatiuè *è ſeran preſes*,id eſt *& fuerint captæ*, prouti legit Mier. d. conſtitu. nu. 29. quę eſt c. 4. curiæ Reginę Mariæ col.10.pag.3. in 2.vol.vel liceat nobis dicere eam alternatiuam fuiſſe †loco copulatiuæ poſitam, prouti in
34 ſimili not. dd.in l. vbi pactum, vel tranſactio, per illum tex.C.de tranſact. minus difficultatis ipſa conſtitutio contineret,foret enim tunc ſenſus quòd captus in loco delicti non poſſet ab eo extrahi,& aliò duci puniendus,& in hoc concordaret cum diſpoſitionibus iuris cõmunis ſtatuentibus iudicem loci delicti præferendum eſſe iudici originis,& domicilij, maximè quando ibi fuit captus, qua de re aliquid inferiùs dicetur,cęterùm cum debeãt ea verba legi diſiunctiuè cum dictione,*o*, id eſt *aut*, inter verba *delicte* id eſt *delictum*,& *ſeran preſas* id eſt *fuerint captæ*, poſita, prouti tam in antiquis voluminibus conſtitutionum quàm in nouis,vbi cum deligentia exquiſiui, leguntur, aliundè erit quærenda ſolutio huius difficultatis. Reſpondemus tamen quòd etiamſi verba ſupradicta diſiunctiuè legantur,prouti legi debent, nullam,aut certè modicã habere poſſunt difficultatem ſi animaduerterimus conſtitutionem prędictam,vti in ſuperioribus tetigimus, ampliatiuam eſſe, & extenſiuam ad cauſas criminales eius quod antecedentes conſtitutiones diſpoſiterant quòd cauſæ Vicatiæ intra Vicariam,& Baiuliæ intra Baiuliã tractari deberent ex eo quòd ipſæ non viderentur in cauſis criminalibus loqui,ſed in ciuilibus tantùm, & declarando vlteriùs quomodo id eſſet faciendum addit,*axi que à inſtantia del procurador fiſcal,ni de algun altre no puguen eſſer tretas algunas perſones de la Vegueria ,o Ballia de Cathalunya, dins la qual hauran comes lo delicte ,o ſeran preſes* id eſt *Ita vt ad inſtantiam procuratoris fiſcalis,vel alterius cuiuſcunq; non poſſint extrahi perſona aliqua à Vicaria,aut Bailia Cathaloniæ,in ſi a quam commiſerint delictum,aut fuerint captę*,quæ verba hunc(meo iuditio)habent ſenſum , & intellectum vt delinquens,qui captus fuerit in loco delicti,debeat ibi puniri,nec poſſit indè extrahi nec etiamſi in quouis alio loco extra locum delicti capiatur,intellige ſi ibi capiens haberet aliàs in eo iuriſdictionem de cauſa cognoſcendi,putà quia foret iudex originis,vel domicilij,
35 vel aliàs,quia † quælibet diſpoſitio,& quodlibet ſtatutum quibuſlibet verbis quantumuis generalibus,& vniuerſalibus concepta declarantur,& intelliguntur in terminis habilibus, recipiuntq. reſtrictionem , & limitationem de habilitate,& ad terminos habiles,vul.l. vt gradatim §.1.de muner.& honor.latè Gom. in §. in perſonam num.22.cum ſequent.inſt. de actio.Tiraquel.de retract. conſangui. §.1. glo. 7. nume.27.Menoch.de arbitr.iud.lib.2. centu.3. caſ. 110. num.14.& Ludo.à Pegue.in terminis noſtrorum iurium , in conſtitu. item ne ſuper. verſi.8.num.44.aliàs,niſi hæc interpretatio fieret,non poſſent ſtare quamplures conſtitutiones verbis generalibus conceptę,inter † quas,
36 vt exempli gratia aliquam referamus , eſt notanda conſtitutio 11.tit.de execu.cenſua.quatenus in fine diſponit ad captionem perſonarum hominum de vniuerſitate pro cenſualibus vẽditis per ſyndicũ nomine illius, nõ poſſe procedi niſi perſonę illorum in ſyndicatu , vel cõtractu firmauerint, ſi hæc conſtitutio non reſtringeretur,& reciperet interpretationem , ac limitationem de habilitate,ac ad terminos habiles,quem,quæſo, ſenſum haberet ? certè ſecundum ſui generalitatem quòd omnes qui firmaſſent, ſiue perſonas obligaſſent ſiue non, poſſent carcerari,quod eſſet pluſquam abſurdum,eſt ergo de neceſſitate in terminis habilibus intelligenda,quando videlicet in inſtrumento cenſualis adeſt obligatio perſonæ ad carceris detentionem,& ſi hoc modo intelligatur noſtra conſtitutio nõ oberit,nec repugnabit eis,quæ nos in ſuperioribus dicebamus: Cum enim is qui capit delinquentem , delicentia domini in alieno territorio non habeat

ibi

ibi iurisdictionem aliquam de causa cognoscendi, sed solùm de capiendo delinquentē ex gratiosa licentia domini, indè fit quòd constitutio præcipiens puniri delinquētem vbi captus fuerit, non intelligetur loqui in eo casu, & sic poterit ea non obstante fieri extractio à loco capturæ.

37 Perhanc † ego constitutionem censeo cessare in Cathalonia difficilem illam iuris altercationem nunquid Iudex originis, vel domicilij possit punire originarium subditum delinquentem in alieno territorio, & an præferatur iudici loci delicti, vel ècontra, de qua tractant latè Antho. Thesau. decis. 90. Vincen. de Franch. decis. 37. Rolan. à Val. in consi. 19. vol. 2. Tiber. Decia. in tract. crim. lib. 4. cap. 16. to. 1. Gam. decis. 13. per tot. latiùs, & exactiùs Hieronymus Ceuallos in speciu. com. opinio. cont. commu. lib. 2. quæstione 678. per tot. & omnes ferè doctores, qui de reorum remissionib⁹ ad alios iudices fiendis agunt, quorum præcipuos nos inferiùs commemorabimus: si enim vbi capitur debet puniri delinquens, si capiens habeat aliàs in eo loco, & in reo iurisdictionem, indè sequitur quòd si capiatur in loco originis, vel domicilij poterit, ac debebit ibi puniri, & nihil poterit prætendere in contrarium iudex loci delicti.

38 Indè † etiã, & consequenter arbitror ortũ habuisse quòd in Cathalonia non sit de necessitate fienda remissio capti ad aliud territoriũ, vt docet Ludo. à Pegue. in decis. crim. cap. 2. num. 4. sicuti nec in Italia ex generali consuetudine, vt attestatur Iul. Clar. in prax. crim. §. fi. quæstione 38. & Bonacosa in commu. opinio. crim. verb. remissio: cum enim vnũ ex requisitis ad remissionem sit quòd iudex requisitus, intra cuius territorium reperitur delinquens, habeat in eo aliquam iurisdictionem, vti ex doctoribus, quos inferiùs refferemus, deprehenditur plusquam manifestè, & per dictam constitutionem possit, ac debeat tali casu puniri delinquens in loco vbi capitur, indè consequenter optimo iure dici debet in Cathalonia (in terris regijs intelligo) non solùm non esse fiendam de necessitate remissionem, sed imò nec de iure fieri posse, per supradicta. Sed quare hęc non seruantur ad vnguem in prouintia, & quare vidim⁹ his annis remissos fuisse quosdam Aragonenses captos in ciuitate Ilerdæ, & alios Valentinos captos in ciuitate Dertusæ, dicebatur quòd quia habitabant in locis limitanijs, & fugientes à Regnis Aragonum, & Valētiæ respectiuè in viciniorem locum Principatus se receperant, & ibi habitabant, vndè inferebatur quòd sub spe immunitatis illorum locorum valdè proximorum dictis regnis deliquisse videbantur, & propterea non debebant immunitate Principatus gaudere, sed remitti poterant, sed an hęc, obstantibus iuribus patriæ, fieri valeant, alijs relinquo cogitandas: scio enim sepiùs in prouintia à grauissimis viris hęc fuisse amplexata, ab alijs execrata, ideò ego omnium minimus silere potiùs, & tacere eligo, quàm ampliùs in materia loqui.

39 Ex quibus † omnibus simul iunctis patet responsio ad illud, quod sępè solet in praxi cõtingere vt exquiratur numnam possit capi delinquens in alieno territorio comorans cũ litteris requisitorijs iudicis loci delicti, vt postea captus ei tradatur, & liberetur, ad exemplum eorum, quę in causis ciuilibus practicamus, dũ pro citationibus verbalib⁹ in alieno territorio commorantium fiendis his vtimur literis requisitorijs, & probatur in iure ex Maran. de ord. iud. par. 6. de cita. num. 40. & Muscatel. in prax. ciuil. par. 2. verbo, *intimato*, nume. 14. Aut enim Iudex requisitus habet in delinquente aliquam iurisdisdictionem, aut non, & vtroq. casu cum materia hęc sit propriè remissionis materia, de qua in §. si verò quis comprehensorum in auct. vt nulli iudicum col. 9. & in alijs iuribus per doctores mox citandos allegatis, quæ in Cathalonia, vt supra dictum est, non practicatur, sequitur indè quòd nullo modo possit, nec debeat per iudicem requisitum obtemperari litteris iudicis requirentis: & hæc tãtò magis procedunt in secundo casu quando Iudex requisitus nullam habet in reo iurisdictionem, tunc enim nec nomine proprio, quia persona priuata quoad eum reputari debet, nec nomine iudicis requirentis, cum defficiat principalius remissionis fiendæ requisitum, vti in superioribus dicebamus, capi poterit. Sed quid, dicendum ne erit posse reũ intra Cathaloniam in tuto esse vt non possit capi, maximè quando peruenit in eum locum vbi iudex in eo nullam habet iurisdictionem? Certè nõ, supereſt enim remedium, quod supra dicebamus, vt iudex loci delicti cum territorio, & de licentia alterius eò ingrediatur delinquentem capturus, vel aliud excogitet qui eo opus habebit: non enim sunt transgrediendæ faciliter leges, quę in Cathalonia remissiones prohibent.

Benè verũ est quòd memini de anno 1608. aut 1609. fuisse quendam Sebastianum Castañer in Vicaria Campirotundi captum ad requisitionem egregij Comitis de Montagut sui domini naturalis, & in cuius Baronia dicebatur deliquisse dictũ Castañer cum litteris eiusdem Comitis requisitorijs, & traditum postea dicto Comiti puniendum, cumque ad regium consilium recurrisset dictus Castañer conquęrens de mala captura, & alijs oppressionibus, fuisse refferente egregio Iudice regiæ curiæ

Michaele

† Michaele Sala, Scriba Cauſa, *declaratum* quòd erat locus recurſui, non quia malè fuiſſet captus, quia ſi id fuiſſet, vtique extitiſſet prouiſum eum fore liberandum, ſed imò ad effectū vt dictus egregius Comes non cognoſceret de cauſa, quia inter alia agebatur ꝺ̄ puniẽdo quodam prætenſo delicto, quod reſpiciebat intereſſe dicti Comitis, cuius propterea cognitionis † erat proculdubio incapax vt abūdè ex *mente* noſtri Senatus docet Cancer. in 3. par. var. c. 13. de Iur. caſtro. nu. 197. cum ſequent. atq. ita fuit ad Regium conſilium cauſa euocata, & eo reſpectu ſublata cognitio Comiti, cæterum non declaratum capturam malè factam, in quo videtur Senatus approbaſſe huiuſcemodi capturas, & citationes reales, quę per aliquem fiunt in ſuo diſtrictu cum requiſitorijs alterius iudicis competentis, & legitimi ſuperioris.

40 Per hæc † ego exiſtimo neminẽ futurũ qui mihi vitio vertat quòd hoc loci de remiſſionibus delinquentium pluribus non agam, integrumque tractatum non conficiam, cum enim ſciam noſtris Cathalanis, quib⁹ præcipuè hæc, qualiacunque ſint, ſcribimus, parùm eam tractationem profuturam, ex quo vix in praxi ſuccedit quòd de hac materia diſputetur apud noſtrates, ſufficere igitur debet vt, pro more, in his, quę non poſſumus plena manu pertractare, viam lectoribus commonſtremus, qua poſſint ad illius plenam notitiam, & intelligentiã deuenire. Tractant igitur latiſſimè materiam hanc Pegue. Gam. Rolan. Decia. Vincen. de Fran. & Theſau. in locis ſuprà relatis, quibus adde Guid. Pap. deci. 202. Bellug. in ſpecu. Prin. rub. 11. §. *ex quo præmiſimus*, & ibi additio Camil. Borrel. in ver. *remiſſiones*, qui fuſiſſimè, ſimulque omnium latiſſimè, adeò vt nihil aliud videatur poſſe in materia deſiderari, ꝺ̄ his agit, Hipol. Bonacoſa in commu. opinio. crim. verb. *remiſſio*, & Fran. Mar. deciſ. 400. Dida. in pract. cap. 11. Proſp. Farina. tract. crim. tit. de inquiſ. q. 7. num. 25. & 29. & nouiſſimè Fran. Molin. in libel. de brachio ſeculari, poſt hæc ſcripta in lucem edito, cap. 41. cum ſequent.

41 Quia † tamen quidam ſunt in Cathalonia caſus, in quibus, nõ obſtãtibus ſupradictis, per iura noſtra municipalia fit locus remiſſioni, ideò libuit ne aliquid intactũ, in quantũ poſſimus, relinquamus, eos referre: eſt igitur præcipuus caſus valdè practicabilis in hac prouincia quando regij officiales cum ſono emiſſo in caſibus de iure permiſsis inſequuntur malefactores, ſi enim ipſi à territorio commiſsi delicti egrediantur, ac aliud ingrediantur, & ibi capiãtur, tenetur tunc iudex capiens eos officiali inſequenti tradere, ac liberare ſi eos petijerit, imò poterunt etiam ij officiales cum ſono emiſſo aliena ingredi territoria abſque licentia ordinariorum, & ibi ea omnia facere, quæ in proprio ſibi ipſis licerent ad effectum capiẽdi malefactores, quos inſequuntur, docet Mier. cap. 4. cur. regin. Mari. Barcinonæ celebratæ incip. volents num. 33. col. 10. pag. 4. in 2. vol. pro qua facit pragmatica Caro. Imper. incip. per quant ſub tit. de ſomatent, in 2. vol. conſti. clariſsimè id diſponit cõſtitu. reg. Iaco. 2. incip. Item, queſi malefeyta es feta, quam ad litteram refert Cali. de ſono emiſſ. quæſt. 1. & de qua meminit Mier. conſtitutionem antiquam illam appellans, cap. 20. cur. Barcinonæ reg. Iaco. 2. col. 4. pag. 45. & Oliba in vſat. alium namque cap. 14. num. 50. quam ego non credo cum alijs impreſſam fuiſſe, nõ enim potui eam inuenire in toto volumine conſtitutionum.

Hic locus expoſcere videbatur vt aliqua de materia ſoni emiſsi, valdè in hac patria practicabili, traderemus, verùm nõ omnia poſſumus omnes, videatur per Mier. qui ſummam de ea confecit, & ſuper priuilegio ſacramentalis cõceſſo ciuitati Gerundæ, quę opera, licèt aſſerat Mier. à ſe fuiſſe exarata in c. 20. & 21. cur. 1. Barcinonæ Reg. Iacob. 2. col. 4. pag. 45. in 1. vol. & cap. 9. cur. Barcinonæ Regis Ferd. col. 9. pag. 89. in 2. vol. & alibi ſæpè, nihilominùs nunquam fuerunt impreſſa, nec reperitur aliquis, qui ea viderit, ſaltem ex pluribus, à quibus exquiſiui cum diligentia, idem contigit Antho. Olib. vt ipſe teſtatur in vſati. alium namque cap. 3. nu. 62. in fin. & cap. 14. num 54. etiam circa finem, de Iur. fiſ. in 1. vol. conſtit. integrum tractatum de ſono emiſſo cõfecit Iaco. Cali. & aliqua nõ pœnitenda docuit Antho. Olib. in allega. vſat. alium namque cap. 3. num. 62. & cap. 14. à num. 42. cum mult. ſequent. multa dixit Iacob. Cancer. in 3. par. var. poſt hæc ſcripta in lucem edita, in tot illo c. 5. quod de ſono emiſſo cõfecit, quæ omnia, iunctis noſtris iuribus patriæ, quæ de hac materia loquuntur, in integris titulis de ſono emiſſo in 1. & 2. vol. conſt. conſulantur ab eo, qui huius rei notitiam habere voluerit, vix vllus erit qui in ea doctiſsimus non euadat.

42 Vt autem † abſq. alia reuolutione librorum poſſit quilibet huius materiæ aliqualem notitiam habere, operæ prętium duxi breuiter, & reſolutiuè quid ſit ſonus emiſſus explicare, per quem fiat, & pro quibus delictis, & quæ ad id requirantur, item & vndè ipſe originem habuerit. Eſt igitur ſonus emiſſus vociteratio facta in loco perpetrati delicti, & tempore quo perpetratum eſt, vel in continenti, de maleficio, de quo malefactor debet corporaliter puniri, vel quod eſt perpetratum in camino, vel extra caminum, ſed malefactor non poteſt facere emendã, ita Cali. in d. tract. de ſono emiſ. cap. 5. & Oliba in d. cap. 3. num. 62. Hęc † autẽ vociferatio fit his verbis, *via fora ſomatent*, per-

43 quam

quam fit conuocatio gentium præsentis principatus: † tenentur enim omnes armari sonú
44 sequi, & officialem, qui eum immisit, prag. reg. Ferdinan. incip. Primeramente volem, sub tit. de somatents in 2. vol. const. aliàs debent
45 puniri, vt in eadem pragma. dicitur. Nec † potest officialis, qui sonum emisit, remittere pecunijs, & cõpositionibus dictam insequutionẽ, quam nos seguimẽt appellamus, sub pœna priuationis officij, & inhabilitationis ad alia, ac ducentarum librarum soluendarum de bonis dicti officialis, aut fideiussorum eius pro qualibet vice applicandarum pro medietate Regijs arcarijs, & pro alia medietate parti denunciãti, ita cautum reperitur in nouissimis curijs anni 1599. cap. 10. quod tamen malè obseruatur in Cathalonia, vix enim aliud habent officiales ex quo maiores pecunias extrahant, quàm ab his compositionibus, nihilominùs non videmus aliquem propterea inhabilitari, prouti
46 quotidiana experiẽtia hæc experimur, & † huiusmodi officiales continuando sonum ingrediuntur aliena territoria absque licentia ordinariorum vt ibi capiant malefactores, vt supernùs dictum fuit, & si ordinarius loci, vbi suspicatur se recepisse delinquẽtem, illum abneget tenetur dare scorcoll, hoc est pati quòd per officialem soni emissi fiat scrutinium eo loco ad videndum num nam ipse delinquens eò se receperit, & si fiat dicto officiali aliqua resistẽtia potest procedere ad tallandum & cremandũ, docet Cali. in sæpè dicto tract. de sono emisso quæst. 8. pragma. Carol. Imper. quæ est sub titu-
47 lo de sometẽt cap. 4. incip. per quant, & † non solùm ingrediuntur, & scrutantur dicti officiales cum sono aliena territoria, sed imò etiã Ecclesias, & hospitalia, ac alia etiam loca sacra, & indè malefactores extrahunt absque incursu excommunicationis, Micha. Ferrer in 3. par. obser. cap. 245. versi. aliqui tamẽ doctores, Cali. vbi suprà quæst. 7. & Oliba in allega. cap. 14.
48 num. 45. Et † non solùm capiuntur malefactores layci, sed etiam & clerici, si inter eos reperiantur, latè Oliba vbi superiùs num. 43. Hæc
49 tamen † sanè intelligenda sunt ita vt non intelligatur quòd capti in ecclesijs perdãt immunitatem ex eo quòd extrahuntur cum sono emisso, nam nihilominùs ea gaudent si casus, pro quibus capiuntur, non sunt ex illis, qui priuant reum immunitate, & sic poterunt firmare contentionem ac si sine sono emisso fuissent extracti, Oliba vbi proximè num. 48. tãtũ enim præstat sonus emissus securitatẽ officiali quòd non incidat in excomunicationem propter ingressum ad ecclesiam, & violentam extractionem delinquentis, vt suprà dictum est, quam incurreret si alias extractio fieret, tali enim casu aduersus ecclesiasticam libertatem id dice-

retur factũ, cap. inter alia & cap. fin. de immu. Ecclesiast. Octa. Vulpel. in libel. de immu. Eccles. par. 1. num. 26. Hostien. in sum. de immu. Eccles. 5. fin. & Ludoui. à Pegue. in pract. crim. cap. 26. de processu quando immunitas Ecclesiastica allegatur num. 5. Et quòd † de clericis diximus posse capi per officialem laycum cum sono emisso, si ij inter malefactores repertiuntur, sanè est etiam intelligendum non vt de eis, & illorum delictis cognoscatur, id enim fieri nullatenus potest, sed tantùm possunt capi, & detineri per spatium 24. horarum, & debent, exacta ab eis depositione, ad iudicẽ Ecclesiasticum remitti, plenè probat Oliba vbi suprà nu. 45. qui iura patriç ad id allegat, & signanter cap. 1. item supplica, & cap. 6. tit. de Sacro. San. Eccle. in 2. vol. const. Ingrediuntur † etiam isti officiales cum sono emisso domos Clericorũ etiam Sacerdotum, & indè extrahunt Laycos malefactores absq. assistentia iud. Ecclesiastici nisi per dominum domus resistatur, nam tunc foret necessaria, Oliba vbi suprà numer. 50. in fine.

Fit † autem iste processus soni emissi per Regem, aut eius Locumtenentem etiam extra Vicariam, quia constitutio de causis Vicariç intra Vicariam tractãdis, non comprehendit hunc processum, qui est de præcipuis regalijs domini Regis, Cali. q. 6. *quæro an processus soni emissi*, Oliba loco sæpè allegato num. 60. & per Vicarios, & Baiulos Regios, docent ijdem doctores in suprædictis locis, de Vicarijs & Baiulijs Regijs probat Regia *declaratio* facta 18. Martij 1569. ad relationem egregij olim Senatoris Bernabæ Serra in causa inter syndicum vniuersitatis de Mogoda, & œconomũ Monasterij, & Conuentus Montis Alacris Ordinis Carthuzien. actus Benedicto Sacares, vertenti, quam vidi in processu causæ vniuersitatis de Sitjes contra capitulum Ecclesiæ Barcinonæ, actuario N. Palau, nunc Simone Font, super luitione ad relationem olim etiam egregij Senatoris, & postea Regentis Cancellariam Francisci Descamps vertenti, hoc intellecto quòd ad Baiulum tantùm spectat iste processus quando ipse est solus in loco, si verò in eo sit Vicarius, vel eius locumtenens, ad eos, &
55 non ad Baiulum spectat. Per † Comites autem, & Barones fieri non potest nisi intra suum districtum tantùm, aliàs punirentur si id facerẽt, Cali. in sæpè dicto tract. de sono emisso q. 6. versi. *quæro an dominus Castri*, & Oliba vbi suprà nu. 60. quod quomodo procedat declarat vbi proximè Cali.

54 Contra quos † autem, & pro quibus delictis fieri possit iste processus, & quæ præcedere debeant ad soni declarationem nó est quòd tempus in explicando conteramus, cum multa ex

ta ex eis nota fiant ex definitione, seu descriptione soni emissi, quam superiùs tradidimus, item ex consti.1.tit.de sono emiss.in 1. vol. constit.& ex traditis per Cali.quæstio.5.& 8.& Oliba.in allega.cap.14.num.46.& 56. vbi signanter agunt de informatione summatim, & sine scriptura super facto,an scilicet talis sit casus,in quo sit sono locus,faciẽda,& formam, & modum tradunt,quibus ea informatio fiat.

55 Quo † autem iure fuerit introductus iste processus soni emissi si quæramus, occuret nobis statim Oliba d.cap.14.num.52. ex Cali.q.1. dicens habuisse originem, ac fuisse figuratum iure diuino,scilicet Nume.cap.19.& 20. vt explicat ibidem Cali.firmatus iure positiuo tam communi,quàm huius patriæ:cõmuni (inquã) inquit Cali.ex §.si Iudex de pace tenenda,& eĩ violat.in vsibus feudo. cui Oliba vbi suprà addit cõstitutiones Federici de pace tenen. inter subd.& iura.firma.de iure verò municipali tres refert constitutiones Cali. quas dicit columnas esse in materia soni emissi, prima est constitutio illa appellata per Mier.in cap. 20. cur. Barcinonæ Reg.Iaco.1.col.4.pag.45. constitutio antiqua,quam ediderat Rex Iacob. incip: Item que si malafeyta, quam ego non potui in toto vol.constitutionum reperire, secunda est cõstitutio eiusdẽ Reg. Iaco.1.in 1.cur. Barcino. cap.19.facta,quæ in noua compilatione est cõstitutio prima, tit. de sono emis. tertia tandem constitutio est eiusdem Iaco. confirmans præcedentem edita in 2.cur.Barcinonę cap.24.incip.item quel capitol,verſi.è encara, quę legitur in antiquo,& nouo vol.constitu.sub tit.de exequu.re.iud.hoc solo inter dicta volumina discrimine annotato quòd licèt in d. vol.nouo legatur d.cõstitutio Item quel capitol, quę est constitutio 4.incip.lo capitol nostre,non tamẽ in ea legitur d. verſi. è encara, qui in antiquo vol.continebat confirmationem superiùs memoratę constitutionis primæ d. tituli de sono emisso.Hæc pauca volui de hac habere materia,videantur reliqua apud doctores suprà citatos.

56 Tradit † circa hanc soni emissi materiam noster Can.in 3.par.varia.c.5.de sono emiss.à n. 114.quòd licèt introductus ille sit in Cathalonia per iura patriæ ad capiendum malefactores tantùm, vt idem ipse antea docuerat num.10. post Calici.& Olib. alius tamen est in eadem Cathalonia soni emissi processus valdè diuersus ab eo,quem cõstitutiones præenarratæ stabiliunt,quem dicit æquè permissum, arq. illũ, eumq.maximè practicari in partibus Gerundæ asserit,procedereq.quãdo aliquis captꝰ per Baronem in sua Baronia emittit sonum de via fora quasi clamando,& cõquęrendo de iniusta captura,& detentione,& timendo,ac dubitando de oppressione fienda per Baronem,& ille sonus continuatur per alium quemcunq.qui audierit captum clamantem, & reportatur ad Vicarium Vicariæ illius loci,vbi captus detinetur,potest(inquit iste auctor) Vicarius prædictus recipere sonum, & conuocare Consules, & Iuratos,ac aliquos probos homines vt declarent an sit locus processui soni emissi, quòd si locum esse dicant,possit tunc Vicarius cũ solito exercitu accedere ad locum vbi captus detinetur,& compellere Baronem ad eum sibi liberandum cum inquisitionibus, ad effectum vt videat an iustè Baro processerit,vel non, ita vt si iustè,captum illi restituat,sin minùs, relaxet eum liberè,vel cum manuleuta.

Hunc procedendi modum diuersum esse dicit Cancerius ab eo,de quo superiùs latè dictum fuit,cum ille ordinetur ad capiẽdum malefactores,hic verò ad liberandum innocẽtẽ à manibus Baronis suspecti,qui illum vult indebitè punire,& ideò(inquit) pro illius iustificatione non sunt attendendæ regulæ in superioribus traditæ,cum ex diuersis non fiat illatio.Fundatur autem hæc praxis, inquit isdem auctor,in possessione immemoriali,in qua existunt Vicarij huiusmodi processum faciendi, quæ habet vim tituli,quamuis simus in materia regaliarum,quia hæ etiã, sicut reliqua omnia,possunt præscriptione immemoriali acquiri,per quæ postea num.128.dicit se deffendisse in Senatu quendam Iudicem villæ Bisulduni, qui per Iudices tabulæ fuerat condempnatus in septingentum ducatis propterea quòd dictum processum fecisset contra quendam Baronem, & effecisse quòd Baro, quia inter informandum intellexit à dominis de Senatu sententiam fore reuocandam, nunquam vlteriùs instaret cõfirmationem, quam antea amidè procurauerat.

Hæc Cancer.asserit, circa quæ ego aduerto quòd in casu de quo in d.n.128. propter quem supradicta composuit,cum Baro, qui erat nobilis Geraldus de Crudillis postea Comes mõtisacuti, reuertisset ad Regium consilium à procedimentis per dictum Iudicem ordinariũ Bisulduni factis in sua Baronia,fuit tandem referente egregio olim Senatore Petro Caluo, † sub die 9.decemb.1594.*declaratũ* dicta procedimenta fuisse facta in casu non permisso, sed imò contra dispositionem generalium constitutionum Cathaloniæ, vidi declarationem in processu causæ tabulæ dicti Iudicis ordinarij Bisulduni, qui erat Cosmas Damianus Ferrer I.V.D. apud N. Roure notarium causarũ appellationum tabulæ, quod si ita est quòd fieri dicantur huiusmodi procedimenta contra cõstitutiones Cathaloniæ,indè inferre potes qua liter cornat fundamentum prætensæ possessionis

sionis immemorialis,cui Cancerij opinio in-
57 nititur:contra † id enim,quod per constitutio-
nes est dispositum nullam posse allegari con-
suetudinem,vel vsum millies in suis operibus
isdem auctor confessus est,& probat const.10.
de obser. constitu.& quòd sit huiusmodi pro-
cessus co ntra cõstitutiones Cathaloniæ vide-
tur probari ex eo quòd illum solùm permitant
pro capiendis malefactoribus,vt diximus,item
constitutio 1.sub tit.de somatẽt,disponit quòd
Regij officiales non procedant contra aliqué
sonum mitendo absq. citatione,nisi esset pro
malefacto certæ qualitatis,de qua ibi, item in
eod.tit.de somatent in 2.vol.const.c.3.fuit dis-
positum propter plures abusus, qui fiebant in
soni emissione, seruandas esse constitutiones 60
habitis pro reuocatis quibuscunque vsibus, &
abusibus factis in contrarium,ex quibus vide-
tur satis apertè colligi verum esse quod dicitur
in supradicta declaratione contra constitutio-
nes, Cathaloniæ esse processum, quem vult
Cancer deffendere.Sed hæc nunc omitamus,
quia aduocatus cum sim dicti egregij Comitis
de Montagut, & causa speretur de proximo
declaranda,non expedit illius merita vlteriùs
pãdere,& declarare,sed illius exitũ expectare.

58 Sed † quid in sono sacramentali,qui simili-
ter fuit adinuẽtus ad expellẽdũ malefactores:
est enim sonus,qui emititur in vim societatis,
& cõfederationis inhitę,& iuratæ inter vicinos
pro expellẽdis malefactoribus à suo vicinatu,
& contributione, assignatis pro exequutione
certis Capitaneis cũ sufficiẽti delectu armige-
rorũ vt colligitur ex cõst.3.sub tit.de son. emis.
in 1.vol.cõsti.& docet Olib.in sæpè alleg. c.14.
nu.51.nũquid(inquam)isti Capitanei cõtinuã-
do sonũ possint intrare aliena territoria,& offi
ciales illorũ cõpellere quatenus sibi tradant,&
liberẽt malefactores,vel an ipsi possint eos pro 61
pria auctoritate capere,vt ad locũ cõmissi deli-
cti ducãtur,sicuti de officialib⁹ sonũ emitẽtib⁹
in superioribus dicebamus.Respõdemus quo-
ad ingressũ nullã habere difficultatẽ quòd is
possit fieri impunè in alieno territorio ad effe-
ctũ capiẽdi malefactores,ad id enim sunt clarę
constitutiones 4.& 5.de sono emisso, cæterùm
nõ possunt extrahi à loco vbi capiuntur male-
factores,imò isti Capitanei,si eos cęperint, te-
nentur eosdẽ ponere in manu,& posse officia
lis termini,vbi capiũtur,vt de eis iustitiã faciat
iuxta demerita,vti clarè disponit const. Carol.
Imper.quæ incipit cõtinuãt,quę est 5.sub tit.de
sono emis. Qui plura ẽ hoc sono scire voluerit
recurrat ad constitutiones dicti tituli de sono
emisso,& sacramen.in 1.& 2.vol.constitu.& ad
Antho.Olib.qui materiã hanc aliàs satis de se
obscurã,& parùm cognitã ita suis scriptis illu-
strauit,vt nullo negocio possit quilibet ad illi⁹
perfectã notitiã,& intelligẽtiã deuenire,Oliba
(inquã)in vsat. aliũ namq.c.14.n.51.53.58.& 61.
vbi latè de ei⁹ origine,forma,vel solẽnitate, &
effectu, ac qualiter in his omnibus differat à
sono emisso.

59 Et † in Cathalonia nonsolùm requiritur,vt
anteà dicebam⁹,vtq. iam iam è diuerticulo re-
deamus ad viam,quòd quilibet ministret iusti-
tiã intra suũ territoriũ,quod cõmune habet cũ
dispositione iuris cõmunis, sedetiã requiritur
quòd causę vicarię intra vicariã,& causę baiu-
liæ intra baiuliã tam ciuiles, quàm criminales
tractẽtur,vulg. cõst. 2.10.& 13.ac alijs plurib⁹
tit.de Iur.om.Iud.& ibi pract.nostet Mier.An-
tho.Olib.in vsat.aliũ namq.cap.4.nu.20. cum
seq.de iur.fisci.Ex † quo cõsequitur quòd mul-
tò minùs possunt à Cathalonia extrahi,& aliò
duci vt ibi cognoscantur,const.1.& alijs consti.
eiusd.tituli,viden. Mier. & Oliba vbi suprà.

Huius legis obseruantissimi sunt Cathalani,
taliter quòd Deputati Generalis (quibus curæ
est iuriũ patriæ obseruatio)solent se statim op-
ponere cuicunq. quæ fiat in cõtrariũ,prouisio-
ni,& signãtèr viderũt multi, qui nunc viuunt,
quid tẽpore casus, & mutationis fortunæ An-
thonij Perez Regi Philippo secundo indelebi-
lis memoriæ antea tam chari, & dilecti prout
probè nouit hęc ętas,cõtigerit in prouincia, cũ
enim captus in ea fuisset quidam Guillermus
Stues Cymbrius,siue Flamench dicti Perez fa-
mulus,& posta ductus Madritũ,vnde aufuge-
rat,puniẽdus,ex ordinatione don Petri Ludo-
uici Galcerãdi de Borja Magistri Montesiæ,&
Locumtenentis,ac Capitanei Generalis in hoc
Principatu, tam enixè Deputati prædicti stite-
runt pro obseruatione constitutionum vt ob-
tinuerint tandem eundem ad hanc prouinciã
reduci,ac restitui.

Dicuntur † autem causæ vicariæ,& baiuliæ,
quę iure ordinario habẽt tractari in curia Vica
rij,vel Baiuli respectiuè villæ,castri,vel loci,vel
quia reus conuentus est de foro Vicarij,vel Bai-
uli respectiuè ratione domicilij,vel rei,de qua
agitur,quia actor regulariter sequitur forũ rei,
c.cum sit generale,de for. compe.Mier. in sępè
allega.consti.volents num.16.

Recipiunt tñ supradicta plures limitationes,
in quibus ipse,quia materia est vtilis,paulisper
institissem nisi viderem Ferrer,Olib. & Pegue.
in locis inferiùs citãdis adeò latè de eis pertra-
ctasse vt vix quidem alteri locũ aliquem reli-
querint dicendi,nihilominùs ego paululũ spa-
ciari decreui circa principaliorẽ ex dictis limi-
tationib⁹,quæ magis magisq. in palatijs quoti-
diè practicatur, nonnulla tradendo, quæ licèt
(meo iuditio) vtilia, ab eis tñ fuerunt omissa.
Ad illud igit̃,q de causis vica. & baiu.intra vica
riã,& baiuliã respectiuè tractãdis dicẽbamus,

62 singularis limitatio † traditur imprimis vt procedat, prætereà in causis regaliarum domini Regis, quarum vigore potest causas in prima, & secunda instantia, & tam ciuiles, quã ciiminales à Vicaria, & Baiulia extrahere, & ad suum tribunal euocare, de quibus agunt iura nostra municipalia in toto illo tit. de euoca. cau. in primo volum. constit. & ibi pract. noster Mier. Tractant latissimè eandem materiam Micha. Ferrer in 1. par. obser. per tot. Antho. Oliba. in vsat. alium namque cap. 3. à nu. 35. cum mul. sequen. in 1. vol. constit. & nouissimè nob. Ludoui. à Peguera in prax. ciuil. tub. 3. vbi de cau. mouen. agi opor. per tot. ad quos recurrat lector, qui huiusce rei perfectam habere voluerit doctrinam: nostrum enim non est alienos labores transcribere, nec minùs manum apponere in his, quæ alij exactè pertrac-
63 tarunt. Illud † solùm duxi annotandum, quod ipsi prætermiserunt, censeri per Superiorem factam causæ euocationem nedum quando ita expressè dicitur, sed etiam quando simpliciter Superior cognoscit de causa: tunc enim ex eo solo quòd manum imponit, causam videtur euocare, Deci. in cap. cum M. num. 40. de constitu. Cabedo decis. Portugal. 85. numer. 4. par. 2. Hæc volui aduertere ne in eum quis incidat errorem, in quo non diu est quòd quendam antiquum aduocatum huius ciuitatis vidi inuolutum existimantem, ac extrenuè deffendentem nullitatis vicio affecta fuisse procedimenta omnia in quadam causa in Regia Audientia vertenti facta, ex quo in euocatione non fuerat dictum quòd ea euocaretur, &c. sed simpliciter quòd committeretur N.

64 Huiusmodi † causarum euocationes ad tribunal, & consistorium Principis in vim alicuius regaliæ, æquè fiunt in Cathalonia inter vassallos Baronum, & dominorum inferiorum, atqui inter eos, qui sunt Regi inmediatè subiecti, vti ex dictis constitutionibus, & doctoribus iam relatis, quotidianaque experientia, ac practica, qua vtimur, colligere licet, si tamen concurrant quæ ad dictas euocationes faciè-
65 das iura nostra municipalia requirunt. Vndè † in Cathalonia cessat difficilis illa iuris quæstio, quam post alios, & omnium latissimè disputat Thesau. decis. pedem 177. à num. 10. an priuilegium l. 1. quando Imper. inter pupil. & vid. de qua mox dicetur, procedat, & habeat locum inter vassallos alicuius baronis, benè verum est, vt & hoc nõ omitamus, quòd causæ criminales difficiliùs euocantur, & seu admittuntur in consilio criminali si sint inter vassallos Baronum, quàm si sint inter Regi immediatè subiectos: cum enim Barones ægrè ferant quòd punitio vassallorum ab eis auferatur, ideò Senatus cautiùs eo in casu procedere solet. Sed siue in ciuilibus, siue etiam in criminalibus fiat euocatio causæ, quæ euocari non potuisse prętendatur, non reliquerunt hunc casum nostrę constitutiones sine remedio, in ciuilibus enim prouiserunt posse reum intra octo dies post oblatum libellum opponere exceptionem, ad quam probandam habet triginta dies, quibus elapsis, depositò tamen priùs per opponẽtem salario, quia aliàs de exceptione nulla ratio haberetur, declaratur an ei sit locus, vel non, constit. fin. de excep. & reconuen. si tamen est facienda prouisio, qua declarari debeat non fuisse locũ euocationi, fit prouisio facto verbo, cum enim agatur de auferenda iurisdictione Regiæ Audientiæ in causa, quam ad se euocauit, de stylo obseruatur id fiendum non nisi cum voto, & consilio totius aulæ, quod secus est quando est declarandũ pro euocatione, tunc enim solus Relator ex eodem stylo facit, & facere potest prouisionem, à qua, siue vno, siue etiam alio modo fiat, non supplicatur extra eam aulam, in qua facta fuit, siue contrario impetio, siue etiam in forma, vt habetur in eadem consti. vltima, atque ita obseruatur inconcusè.

Si tamen non sint hæ exceptiones oppositæ intra tempus, sicuti quando non est reconuentio facta intra tempus constitutionis, vel alia etiam non sunt facta intra tempora constitutionum, debeat iudex ex officio repellere, & rationem non habere, etiam non opponente parte, an verò sit necessaria oppositio, & contradictio partis, vide apud Seraphi. de priuileg. iuramen. priuileg. 149. & per Olib. de actio. parte 1. lib. 3. c. 4. num. 25.

66 In † criminalibus autem si prætendatur vel per partem, vel per ordinarium, siue regiũ, siue etiam Baronis, non potuisse fieri euocationem, vel prouideri regaliam, dispositum habemus per cap. 10. cur. anni 1590. posse vnũ, vel alium ex ipsis, vel etiam ambos à prouisione supplicare ad vnam ex duabus aulis ciuilibus, modo, & forma ibi expressis.

67 Circa † quam materiam illud est notatione dignum quod receperit Regium Consilium non posse, nec debere dari supplicanti copiã, vel inspectionem inquisitionis, nec ad effectũ videndi quo prætextu fuerit regalia, vel euocatio facta, vt possit impugnari, nec aliàs, ex
68 eo † quòd huiusmodi inspectiones non sint concedendę ante publicationem inquisitionis, Iul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 49. Ludoui. à Pegue. in pract. crimi. cap. 12. §. 6. Solet tamen causæ Relator supplicanti verbo dicere quo prętextu fuerit facta euocatio, vt indè possit illam impugnare, ita practicari vidi in

pluribus

pluribus cauſis, inquibus patrocinabar. Verũ ab aliquibus (forſan non ſine omni ratione) prætenſum etiam vidi iuxta mentem dictæ conſtitutionis 30. cur. anni 1599. fore, & eſſe vno, aut altero modo (excogitét quem voluerint) ſupplicãti dãdam copiam, & inſpectionẽ deductorum, & probatorum, vt regalia, vel euocatio fieret: cum enim conſtitutio permittat poſſe ab huiuſmodi regalijs, & cauſarum euocationibus ſupplicare, & eas impugnare, ac intra decem ſuas probationes ſuper his facere, de neceſſitate videtur concedendũ patefaciẽdas eſſe ſupplicãti probationes, quarum vigore fuit factus proceſſus regalię, vel cauſæ euocatio, vt eas impugnare poſſit: conceſſo † enim antecedenti cenſetur etiam & conſequens cõceſſum vulga. iur. reg. in l. r. §. 1. ff. ſi vſusfruct. per. cum ſimil. Et † ſi conceditur aliquid intelliguntur etiam conceſſa omnia, ſine quibus illud explicari non poteſt, d. iur. & l. fin. in fin. ff. de offi. eius &c. cum ſimil. pluribus rem hanc comprobat Euerar. in top. lega. loco à conſeq. anteced. ad conſeq. conſequen. aliàs enim nihil diceretur egiſſe conſtitutio, quæ permittit huiuſmodi ſupplicationẽ. Hęc clariora videntur quàm debeant à nobis aliàs confirmari, & ſeu comprobari. Plus volebant aliqui, cum quibus aliquando contigit de hac re diſputari quòd etiam dari debet ſupplicanti copia, vel inſpectio teſtium, qui ſuper qualitate dicti proceſſus regaliæ, vel euocationis cauſæ depoſuerint vt eos, & illorum dicta poſſit impugnare, vt non obſcurè videtur ex eadem conſtitutione deprehendi, quatenus probationes fieri permittit ſupplicanti contra dictum proceſſum, & euocationem, probationum autem appellatione repulſam teſtium, & cõtra eorum perſonas, & dicta obiectionem, venire nemo eſt qui dubitet, niſi ignotet prorſus omnia iuris principia. Sed quia quandoque dicta teſtium, quorum vigore eſt facta euocatio ſunt commixta cum eodem facto principali taliter quòd ſeparari nullo modo poſſint, & de vno ſine alio copia modo aliquo tradi, & eſſet magnum inconueniens, & reipublicę valdè nociuum quòd talis copia daretur ante publicationem, & multoties ante reum captum, propterea forſan fuit melius quòd generaliter Senatus in omnibus cauſis copiam, & inſpectionem inquiſitionis denegaret pro probationibus faciẽdis per ſupplicantem, & praxim ſuprà adductam amplecteretur, tu cogita an ex duobus malis melius fuerit hoc, quàm illud admittere.

71 Alterum † quod in hac materia notatione dignum iudicari debet eſt quòd teſtes, qui recipiendi ſunt pro parte ſupplicantis ad probãdum contra regaliam, vel cauſæ euocationem examinari debent coram iudice dictę cauſę, ſicuti ita regulariter fieri præcipitur in cauſis criminalibus, vulg. l. 3. §. Diuus ff. de teſt. l. ſolam C. eo. tit. & ibi glo. cum ſimil. Dida. lib. 2. var. cap. 13. num. 10. pluribus id probat nob. Ludo. à Pegue. in pract. crim. cap. 12. §. 2. de teſt. in offen. recip. Cauſa † enim appellationis à ſententia, ſeu prouiſione cauſę criminalis non mutat naturam, ſed nihilominùs criminalis remanet, quia cauſa appellationis dicitur eadem cum prima l. 1. ff. an per alium cau. appell. glo. in cap. 2. de iur. calump. in. 6. & in cap. fin. de teſti. eo. lib. Bal. in l. inuitus poſt nu. 6. in 2. q. C. de procur. glo. & dd. in l. ita demum C. de procura. cũ ſimi. pulchra eſt in propoſito *deciſ.* Vincen. de Franch. 520. in qua dicit ex hac ratione in cauſis appellationum, quæ ad ſacrum conſiliũ Neapol. introducuntur à ſententijs, ſeu prouiſionibus cauſarum criminaliũ in magna curia Vicariæ factis, conſueuiſſe, & ſolere ſeruari eundem modum procedendi, qui ſeruatus fuerat in prima cauſa, vnde dicit quòd ſi in prima cauſa fuit proceſſum per horas, ſolet etiam ſacrũ conſilium per horas procedere in cauſis appellationis, vndè † dicebat Ang. in allega. l. 1. ff. an per alium cau. appella. relatus per Franch. vbi ſuprà, & Muſcatel. loco inferius allegando, quòd ſi prima cauſa fuerit ſummaria, ſummaria etiam erit cauſa appellationis, hæc fuſiùs, clariùs, ac dilucidiùs, per regulam generalem cum ſuis declarationibus, & limitationibus procedendo, docet Muſcatel. in prax. ciuil. iudicia. tot. iud. appella. parte 5. glo. inſtantia à num. 11. cum multis ſequen. quàm ego ſcirem explicare, pulchrè Michae. Ferrer quondàm noſtri Senatus auditor in 3. par. obſeruan. cap. 493. vbi de *obſeruantia* ſacri Senatus atteſtatur, affirmans ad multa id prodeſſe, quę ibi ipſe latè refert, maximè cum hę probationes naturã ſapiant deffenſionum, in quibus teſtes recipiuntur tantùm in præſentia Iudicis, & non aliàs, iuxta diſpoſitionem conſtit. 14. tit. de accuſa. & denun. Iul. Clar. *in prax.* §. fin. quæſt. 26. in prin. Ludo. à Pegue. in prax. crim. cap. 12. §. 7. num. 2. Hęc volui aduertere quia, non multi lapſi ſunt dies, vidi quendam aduocatum, magni certè nominis in hac ciuitate, contendentem in facti cõtingentia perſuadere regijs Senatoribus quatenus literas compulſorias pro teſtibus extra vrbem recipiendis ad probationem articulorum in cauſa ſupplicationis, de qua verba facimus, oblatorum ſibi concederent, ex rationibus directò contrarijs his, quę de identitate cauſæ principalis, & appellationis in ſuperioribus dicebamus exiſtimans fortè quòd quia in aula cauſarum ciuilium res tractabatur, ordinem ciuilium clariſſimi Senatores ſequerentur, cęterùm repulſam paſſus eſt.

Faciamus finem huic ſupplicationis interponendę in criminalibus materiæ, quęrentes nunquid remedium conſti. vni. ſub tit. com ſe deu declarat lo dupte, &c. qua præficitur modus, quomodò ſit declarandum an aliqua cauſa ſit ciuilis, vel criminalis, debeatque vel ciuiliter, vel criminaliter pertractari, ſit incompatibile cum hoc de quo tractamus, & ècontra, taliter quòd vno intentato non detur alteri locus quaſi per declarationem vnius cenſeatur declaratum & aliud? Hæc in re memini multùm his proximis annis per aduocatos, qui egregij proculdubio erant, nobilium fratruum Alentorns vociferatum, ex vna enim parte prætendebatur quòd quia declaratum fuerat in cauſa dubij procedendum fore in vtraque cauſa, tam ciuili, quàm criminali, non potuerat poſteà is, qui in hoc ſuccubuerat, ſupplicare ab euocatione cauſæ criminalis, quaſi iam eſſet ius dictum per declarationem in cauſa dubij factã ſuper eo omni, de quo cognoſcendum erat in cauſa ſupplicationis prædictæ, ſed repulſam paſſus eſt, *declaratum* enim extitit id non obſtare quin poſſet procedi in cauſa ſupplicationis prouti proceſſum fuit, & declaratum non fuiſſe locum euocationi, memini quòd fuit facta declaratio in aula admodum Reuerendi Cancellarij de anno 1610. Relator erat egre. Sena. Ioſe. Ferrer, in archiuo regio videri poterit, ſicut ego vidi. Contigit mihi de eodem articulo diſputare in aula eiuſdem admodum Reuerendi Cãcellarij coram eo. egregio Senatore Ioſepho Ferrer de anno 1611. inter collegium notatiorum aulæ Regię præſentis ciuitatis, & notarios non collegiatos, ſed repulſam collegium paſſum eſt in prętentione, quam deffendebat, nõ poſſe in cauſa ſupplicationis interpoſitæ per notarios non collegiatos à quadam prouiſione regaliæ facta cõtra eos, cauſis, & rationibus, quæ ponũtur infrà in fine glo. & cũ omni dominatione honorũ, & diſtrictu, procedi, ex quo in cauſa dubij fuiſſet declaratum fore, & eſſe in vtraque cauſa, tam ciuili, quàm criminali procedendum, fuit enim non obſtantibus ſupradictis ad vlteriora in cauſa *proceſſum, & declaratum* contra collegium, nõ potuiſſe procedi per proceſſum regaliæ certis ex cauſis ibi expreſſis ſub die 17. Maij, Scriba Michael. Ioã. Amat regio ſcriba mãdati. Et licèt multa ego auditem egregiè dicta per aduocatos in illa fratruum Alentorns, mihi tñ paucis agendum viſum eſt ad hanc veritatem perſuadendam, dicebam ſiquidem quòd non videbantur mihi remedia incompatibilia hæc duo, poterant enim ambo ſtatere ſine repugnantia aliqua, in cauſa enim dubij ſolùm tractatur an negocium habeat criminalitatem, nec ne, taliter quòd ex ſe poſſit criminalitèr tractari, ſed in cauſa ſupplicationis vlteriùs progreditur, nunquid adſint qualitates neceſſariæ vt cõtra hunc, vel illum procedi poſſit, & valeat eo modo quo proceſſum eſt criminaliter, poteſt enim fieri quòd negocium ex ſe ſit criminale, criminalitatemq. contineat, ac criminaliter ſit tractandum, ſed an contra hunc, vel illum, qui ſupplicauit, hoc declaratur in cauſa ſupplicationis, exemplum habemus in ſupradictis duabus cauſis, in quibus cum dubium verteretur fuit declaratum cauſam eſſe criminalem, quia agebatur in vim vſatici iuditium in curia datum, quia prætendebatur cõtrafactum eiuidam ſententię regiæ, cæterùm quia poſteà in cauſa ſupplicationis fuit oſtenſum non concurrere qualitates contra hunc, vel illum, propter quas cõtra eos haberet locum regalia, ideò fuit pro eis declaratum.

74 Inter † has autem regalias (vt reuertamur ad inſtitutum) quę locum faciunt euocationi cauſarum ad conſiſtorium Principis, illa quę principalior videtur, queque magis practicatur in ſupremis tribunalibus eſt, quæ deſumitur ex l. 1. C. quando Impe. int. pup. & vid. qua poteſt Princeps ad inſtantiam miſerabiliũ perſonarum, vt ſunt viduæ, pupilli, peregrini, cęci, orphani, fugientes ad Eccleſiam, leproſi, ſeruientes Eccleſijs, & alij quamplures, qui appellatione miſerabilium perſonarum de iure veniunt, quos reffert Theſau. deci. 177. in prin. & declarat Ferrer in prima parte obſeruan. cap. 28. quibus adde meretrices, Vincen. de Franch. 75 deciſ. 233. & Viuius plenè, illarũ ſtatum † omnibus alijs miſerabiliorẽ docens, deciſ. 521. nu. 5. lib. 4. cauſas ad ſe euocare, quæ quidem regalia nonnulla habet ſpecialia, ac quaſdam prærogatiuas valdè notandas. Primò quòd † non poſſit ei per aliquem præiudicari, id eſt quòd miſerabiles perſonę non poſſint huic priuilegio conueniendi ſuos debitores coram Imperatore, vel Principe renunciare, Bellug. in ſpecu. Prin. rub. 25. §. ſed pone, num. 9. Nat. conſi. 590. num. 13. Vincen. de Franch. deciſ. 192. nu. 7. & Theſau. in allega. deciſ. 177. num. 5. Cancer. 2. par. var. cap. 2. num. 29. Habet † item hoc ſpeciale iſtud priuilegium vt neceſſaria ſit ſpecialis derogatio ſi ei derogandum ſit, nec ſufficiat generalis, Alex. Rauden. in tractat. de analog. cap. 23. num. 83. & Vincen. de Franch. deciſ. 87. & 192. vbi de *obſeruatione* Senatus Neapolitã. Cancer. par. 2. var. cap. 2. num. 25. Illud † etiam habet ſpecialitatis huiuſmodi priuilegium vt poſſit cedi in fauorẽ perſonæ nõ miſerabilis, vt dicebat Rebuff. d ſenten. prouiſio. glo. ſi. n. 20. & reffert Theſau. in alleg. deci. 177. n. 2. Verũ id ego nunquã vidi in noſtro Senatu practicatũ, & multũ dubito de admiſſione, caſu quo per

aliquem

aliquem tentarerur fieri, quippe qui sciam in casibus minùs dubitabilibus, quando videlicet istæ miserabiles personæ vigore donationum,& seu cessionũ ab alijs eis factarum volunt debitores ad consistorium Principis trahere,voluisse iura nostra quòd huiusmodi donationes,& seu cessiones nihil redolerẽt simulationis,vel fictionis, ad causam tantùm euocandam ad supremũ tribunal, factæsi enim id esset,præcipitur iudicibus nõ cõcedi euocationes,const.3.& 5. cum simil. sub tit. de euoca.

79 caus.Et finaliter † hoc habet istud priuilegiũ specialitatis vt ratione personæ miserabilis alij litis consortes priuilegio fruantur,Nat.in consi.590.Couar.in pract.cap.7.num.5.in fine,Vinius allega.decis.521.num.18. & 21. Thesau. d. decis. 177. num. 2. & ita inconcusè practicamus.Licèt ego de anno 1611.viderim dubitari in tertia aula in causa appellationis quorundam hominum,vulgò de plassa dictorũ, villę Perpiniani contra Consules eiusdem villę,noluit enim Senatus ad relationem egregij Francisci Bonet,& notario Sacares,euocare causam quoad litis consortes, qui plures erant, diuites, sed solùm quoad pauperes, qui duo, vel tres erant,dicendo quòd illi poterant postea venire opponendo se causæ,prouti sequendo quòd Senatus decreuerat facere fuit opus. Sed, vt dixi, sempet aliàs vidi practicari quod

80 supradixi. Circa † quod tñ aduerte necessum fore ad hoc vt locum habere possit, quòd obseruetur decretum Imper.in l.vni.C.si in com. eademq. causa,&c. Dida.vbi suprà.Item quòd verè sint litis consortes, quibus eadem actio, vel defensio competat, nec possit causæ cognitio diuidi,& examen,iux.respon. Rom. Cæsar.in l.fin.C.si vnus ex pluribus, & Rom.Põt. in cap. vna sententia, extra de appella. Circa quod est omnino videndus Lancellotus de attentatis appella.pẽdẽ.amplia.11.per tot. Maur. Dola.de in integ.restit.cap.185.cum sex cap.sequentibus.

81 Habet † denique hęc regalia hoc specialissimum vt licèt de iure liceat iudici Ecclesiastico cognoscere de causis earum miserabilium personarum oppressarum,tunc maximè quando potest in iudice layco considerari negligẽtia,cap.si quis de potentibus 14.quæst.3.qua de re agũt Pet.Bellug. in speculo Principum rub. † 38.§.denuò,nu.3.& ibi additio Camil. Borrel. & habetur in vol.com.opinio. de Deo, & vniuer.Eccles.Oeconom.loc.1.tit.31.c. vni. In Cathalouia tamẽ Rex non permittit quòd ad Ecclesiam tali casu habeatur recursus, quia non potest considerari negligentia in suo tribunali, cum ob eas potissimùm personas Regia Audiẽtia sit statuta,latè Oliba.in sępè allega. vsat. alium namque cap.14.num.111.

82 Recipiunt † tamen omnia supradicta, quæ de euocationibus causarum docuimus, singularem limitationem vt non procedant si processus esset corã ordinario denunciatus,tunc enim non posset causa pretextu cuiuscunque qualitatis ad Regiam Audientiã euocari, cõsti. 17.sub tit.de euoca.cau.in 1.vol.const.& docet Peguera in praxi ciuili rub.4.de euo.cau.nu.8.

83 Dubiũ † tamen maximũ ortũ fuit de anno 1602.circa supradicta in causa Ioannis Simeonis del hombre contra viduam Xarquies,& T. Folch botiguerium, coram egregio Senatore Hierony. Senjust,actua. Iosepho Cortes, nunquid dictæ constitutioni esset locus si licèt processus non esset denunciatus,quia non sit solitum,sit tamen post lapsas plures dilationes, & testibus iam publicatis,pluriès assignatum ad sententiam,ita vt huiusmodi causæ nõ possint ad Regiam Audiẽtiam euocari,sicuti nec illæ, in quibus processus denunciatur,dubium faciebat pro vna parte ratio finalis dictæ constitutionis 17.ibi,*per prouisio que sia tingut lo proces per denunciat,lo que importa esser declarat que es concios en la causa,y esta apunt de poderse en ella donar sententia diffinitiua,y no sia just que estant la causa en tal punt se lleue la deffinitio al Jutge ordinari qui esta instruit dels merits della*, &c. quæ verba videntur non obscurè declarare intẽtionem curiæ non fuisse attendere ad denunciationẽ processus simpliciter,vt prohiberet euocationem, sed imò eo respectu quia per eam concluditur in causa,& post eam est causa in puncto ferendę sententiæ diffinitiuę,quo casu noluit curia cognitionem causæ ab ordinario in ea iam instructo auferri, vndè cum in eodẽ statu sit causa post assignationem ad sententiã, vbi denunciationes non sunt in vsu,in quo est post denunciationem processus vbi denunciationes practicantur, Indè dicendum videtur in casu proposito non esse admitendam euocationem obstante dicta constitutione,& eius ratione.Pro alia verò parte facit quòd constitutio sit intelligenda strictè in causis,in quibus processus formiter denunciatur,de quibus loquitur,cum non possit extendi,etiam ex identitate rationis,ad casum non expressum in ea.

Hæc sunt argumenta, quę rem hanc valdè dubitabilẽ reddunt, Senatus tamen in supradicta causa, post multam altercationẽ, *resoluit* strictè esse constitutionem intelligendam in causis,in quibus formiter processus denunciatur,non in alijs,quæ licèt sit assignatum ad sentiam,possunt euocari die 2. Decemb 1602. & fuit dictum per antiquos aulę quòd id fuerat iam antea per tres aulas decretum : tu tamen amplius cogita,difficultatem enim videtur habere hæc Senatus resolutio ex suprà adductis.

84 Tractandum † hoc loci foret quę mulieres

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gaudeant hoc priuilegio viduitatis, an ita diuites, ſicut pauperes, an vitam inhoneſtam degentes, an hæ, quæ vitam agunt cęlibem, & nũquam habuerunt maritum, & an denique illę, quæ licèt maritum quidem habeant, illum tamen habent inutilem, putà quia eſt captus ab hoſtibus, vel dampnatus ad tirremes regias, vel aliàs, vertũ deficeret papyrus ſi omnia, quæ in diſcurſu occurrunt, tenaciter vellem pertractare, videantur hæc per dd. ſuprà citatos, & ſignanter per Dida. in pract. d. cap. 7. & Viui. d.

85 deciſ. 521. pulchra † eſt deciſio, ſeu caſus Caro. 106. de muliere habente quidem maritum, remigando tamen in regijs tirremibus Regi ſeruientem, ac propterea conſtante matrimonio, ac ſi illud foret ſolutum, dotem repetere volẽte, de qua nos forſan aliquid in ſequenti vol. dicemus.

86 An autem † vidua, pupillus, & alij habentes fori priuilegiũ poſſint eo vti aduerſus ſimile, & par ius habẽtes, non eſt quòd nos in præſentiarum, extra propriam materiam, diſcutiamus, ne poſtea quod proprius eſt noſtri inſtituti omittere cogeremur, videatur per Dida. in pract. cap. 7. num. 4. Vincen. de Franch. deciſ. 188. Hoc vnum poſſum, ex longæua experientia, omnibus teſtatũ habere nunquam vidiſſe me in Cathalonia ſuper eo motam difficultatem, ſed intrepidè huiuſmodi priuilegio vtuntur qui poſſunt, *contra* pariter priuilegiatos, aſſentitur Can. 2. par. var. cap. 2. nu. 23.

87 Huiuſmodi, † de quibus loquimur, cauſarũ euocationes ſolẽt perſępè fieri in criminalibus quando negocium erat iam per ordinarium præuentum, & informatio de caſu recepta, in quibus contingit non rarò quòd informatio, quę poſtea recipitur per regium Commiſſariũ, qui ad id mititur à regio conſilio, non quadrat cum informatione recepta per ordinarium, imò quandoque qui in vna apparet reus, in alia oſtenditur immunis ab omni culpa, quo viſo per fiſcum ſolet is adhærere informationi, quæ maiorem veriſimilitudinem habet, & ferè ſemper vtitur ea, quam regius Commiſſarius nomine regiæ curię recepit, alia ſpreta, & peſumdata, nec de ea aliqua habita ratione, nec in proceſſu exhibita: ſed reus captꝰ in vim 89 ſecundæ informationis, ſciens ſe talem non eſſe in prima, petere vult duo à regio conſilio; primò quòd ſibi detur copia dictę prioris informationis, ſecundò quòd ſtetur contentis in ea ad ſui deffentionem, dubitatur an obtinere debeat in ſua prætentione, contra quam dubitationem facit, quòd dicta prima informatio non ſit ſibi publicata, nec ea iuuari fiſcus velit, indè videtur quòd nec copia ſit danda, nec ei ſtandum in fauorem capti: ſed contrarium in vtroq. caſu reſoluit Farina. de indi. & tortu. q. 39. num. 154. in addi. quoad primum, quia ſua intereſt habere copiam vt videat num ſit ad deffentionem, & quoad ſecundum, quia cum ſit informatio recepta ad inſtantiam fiſci iudicis ordinarij ante cauſam euocatam, tantam debet fidem habere, quantam ſecunda, nec fiſcus regius, qui idem eſt cum fiſco ordinarij, reſpuere debet, vel poteſt quod ad huius inſtãtiam factum fuit, ſic quoad primũ caſum ego † *obtinui* 27. Nouembris 1609. in cauſa procuratoris fiſcalis contra Dominicum de Andara de Arles, ad relationem egregij Senatoris nob. Petri Soler, de ſecundo tractabimus quando cauſa decidetur, in qua arbitror obtinendum quòd detur fides omnibus probationibus in prima informatione ad fauorem dicti Andara factis.

88 Circa † hanc, quam tractauimus territorij materiã, duo, inter alia, ſunt notatione digna, cum quibus ei finem imponemus. Primum eſt quod Oliba docet vbi ſuprà cap. 11. à numer. 2. cum mult. ſequent. Epiſcopos, & alios Eccleſiæ Prælatos, licèt in tota ſua dioceſi habeant iuriſdictionem ordinariam, ita vt in quolibet loco poſſint pro tribunali ſedere, ac ſubditos, ſi opportuerit, capi facere, & carcerari, cap. cũ Epiſcopus, de offi. ordi. in 6. cap. 1. extra eo. extra tamen ſepta Eccleſiæ, & Palatij Epiſcopalis non habere territorium, nec poſſe capere aliquem, nec captum ducere niſi habeant territorium à Principe, cuius eſt territorium concedere pro exercitio contentioſæ iuriſdictionis, atq. ita opportuit quòd in Cathalonia per Comitem Barcinonæ huiuſmodi Prælatis territorium concederetur in vſat. laudauerunt etiam, & auctorizauerunt, & in conſt. 6. ſtatuim Iacob. 1. in cur. Tarraco. verſi *ſobre la qual coſa al dit Bisbe poteſtat per autoritat Real atorgam* ſubtit. de hęret. in 1. vol. conſt. pluribus exornat Oliba vbi ſuperiùs omninò in materia videndus, vbi ſignanter tradit qualiter olim Epiſcopi petebant territoria, & concedebantur illis per Regem, pulchrè, & doctè vide materiam hanc ad ſaturitatem vſq. diſputatam in vol. com. opinio. tom. 1. de Deo &c. lo. 1. tit. 7. cap. 1. & ibi additionem.

89 Sed † an Epiſcopi habeant territorium ad capiendos laycos pro criminibus mixti fori tractat latè noſtras Cancer. in 3. par. var. cap. 19. de inuoca. brac. ſecular. à num. 56. vſq. ad 82. vbi quæſtionem reſoluit affirmatiuè in fauorẽ Epiſcoporum, cęterùm d. numer. 82. ſcribit, quod omnes vidimus, fuiſſe de anno 1607. per Reuerẽ. Paulum Pla Archidiaco. Sedis Barcino. tertium in locum admodũ Reuerẽdi Cãcellarij vt canonici Eccleſię Gerũdæ, cuiꝰ cauſa tractabatur, recuſati, ſuffultum, & electũ de conſilio omnium trium aulatũ egregiorum

Sena-

† Senatorum, *declaratum* contra Episcopos, & in fauorem iurisdictionis regiæ, præmebat enim, & præmit valdè contra Episcopos quòd in priuilegio concesso iudicibus Ecclesiasticis ad eorum supplicationem per Regem Ferdin. 2. in 2. vol. consti. tit. de Epis. & cler. sub cap. 6. col locato, cum fuissent duo petita pro parte iudicũ Ecclesiasticorum, vnum, quòd possent vbicunq. capere Clericos in territorio Regis, & aliud, quòd possent etiam capere laycos in casibus suę iurisdictionis, quod fuit clarè territorium, de quo quęrimus, petere, alterum tantùm ex supradictis fuit concessum, primũ scilicet, nõ verò secundum, vndè videtur denegatum, & visi etiam sunt Ecclesiastici cum dicta petitione fateri sibi non licere sine licentia Regis, quę non fuit concessa, laycos capere, & cum acceptatione priuilegij cum concessione solius primi capitis, & tacita denegatione secũdi ei acquieuisse, propter quod, & quia dubia valdè quęstio huiusmodi habetur apud omnes, taliter quòd plures vnã, plures aliam amplexi sint sententiam, & fortissimis argumentis roborarint, vti signanter apparet ex eisdem doctoribus, quos Cancer. allegat vbi suprà nu. 57. si diligẽter animaduertatur, & ex alijs, quos etiam adducunt nostrates Fran. Molin. & nob. Ludouic. à Pegue. qui eandem quæstionem tractant, ille in libell. de brach. secula. c. 4. & 18. hic verò decis. 92. ac etiam quia ad omnia ferè argumenta aduersæ opinionis poterat, & potest non incongruum dari responsum quòd quæ iura coertionem, & districtionem concedunt iudicibus Ecclesiasticis versus laycos in delictis mixti fori, recipiant interpretationem de habilitate, concurrentibus scilicet quę concurrere ad id debent, nempè licencia, & territorio domini, quod quidem congruum responsum non ita faciliter videtur posse dari ad cap. illud 6. priuil. Reg. Ferdin. ex aduerso allegatum, nimis enim clarè loquitur contra prætentionem iudicum Ecclesiasticorum, quamuis multùm in hoc elaborauerint isdem Cancer. vbi suprà num. 77. & 78. cum sequent. & Molin. superiùs allegatus in quibusdam allegationibus, quas imprimi fecit pro deffentione Ecclesiæ in illa causa, de qua isdem Cancer. animaduer. 11. & quia denique ex opinione pro Ecclesia sequi persæpè necesse foret quòd delicta remanerent impunita si Episcopus pręueniisset negocium, cum enim non habeat pęnam delicto multoties condignam, delinquens illa 91
sola pæna punitus aliam maiorem euitaret, & si & vbi dicatur quod huius opinionis assertores asserũt, posse nihilominus iudicem secularem reum iterùm capere, & alia pęna condigna punire, id tamen totum plenum est difficultatibus, & vix in praxi admitibile: quis enim reum iudici seculari exhibebit post factam primam punitionem? Episcopus? absit, ne irregularis fieret. Propter hęc (inquam) iustè censeo peritissimos, si qui in orbe sũt, sũt autẽ plures, nostros Senatores in fauorem Regis contentionẽ dirimisse, declarasseque vt Cancer. asserit allega. num. 82. non licere iudici Ecclesiastico sine licentia, quam territorium appellamus, capere laycum in territorio alieno quantũuis delictum commiserit mixti fori ad suam ęquè, atque secularem iurisdictionẽ spectans. Egregius ad propositum, sicut peregrinus est locus Ioan. Galli in suis quæstio. per arrest. parlam. de cisis q. 137. per totum, vbi pluribus hanc nostri Senatus declarationem etiam quoad capturã Clericorum confirmat, & argumentis cõtrarijs respondet.

An autem † Superior regularis territorio similiter egeat domini Regis ad capiendum suum subditum per vicos, vel plateas incedentem, dubitari nõ modicùm vidi de anno 1609. dum per Superiores certæ religionis captus fuit in præsenti ciuitate quidam regularis eorũ subditus persona grauis, & in magna reputatione habita, cæterùm occurrit statim doctissimus Nauarrus, qui nebulas fugauit, ac nodũ dessoluit, is enim in comment. 3. de regular. tit. de potesta. Præla. ad capien. vbicunq. regular. tantam esse docet Prælati suprà suum regularem potestatem, vt eum etiam extra suum monasterium, & territorium manentem, fugientem, & benè, vel malè facientem possit capere realiter, & vinctũ propria auctoritate, & absq. alicuius licentia ad suum monasterium reducere, quod probat tum quia Prælatus possidet suum regularem, & exercet in eum potestatẽ sicut dominus in seruum, & sic quemadmodum possessor alicuius rei, & dominus serui potest eum, & eam, vbicunque sint, absque aliqua licẽtia, sed propria auctoritate capere, sic (inquit Nauar.) Prælatus regularem suum, alijs etiam idem rationibus probat, quas *ibidẽ* adducit per te ipsum videndas, per quas fit manifesta responsio ad propositam dubitationẽ, quòd scilicet nullo territorio, nulla ve licentia Prælatus opus habeat ad capiendum suũ subditum vbicunq. sit, & maneat. Vide nonnihil de ęquiparatione potestatis Prælati in suũ regularem cum potestate domini in suum seruũ apud Hiero. Ceuallos in com. contra com. q. 446.

Alterum † quod esse dixi notatione dignũ est, quod docet glo. in c. vbi periculum §. porrò, verbo, territorio, de electio. in 6. appellatione territorij alicuius ciuitatis cõprehendi etiã mare districtum per illam ciuitatem, pluribus exornant Feli. omninò vidẽdus in cap. Rodulphus, extra de rescrip. Pet. Calesa. in l. Imperiũ

num. 147. ff. de Iur. om. Iud. vide Cancer. var. par. 3. c. 13. de Iur. castror. nu. 297. Bellug. in specul. rub. 30. num. 1. atque hæc de territorio.

92 Terminus † in iure nostro dupplicem habet significationem, & vtramque satis vulgarem, quandoq. enim sumitur pro dilatione temporis à lege, vel ab homine ad aliquid faciendum concessa, & in hac significatione non sumitur
93 in nostro tex. Circa quam tamen † pulchra est quæstio an dies termini computetur in termino, quam ego libentiùs explicarem nisi videtè alienam eam esse ab instituto, videatur tamen per Guid. Pap. & ibi addentes decis. 270. Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glo. 11. à. num. 17. vbi latè, aliqua in proposito tradit Antho Gom. in l. 70. tau. num. 25. Ceua. in specu. pract. quæst. com. con. com. par. 1. quæst. 401. per tot. atque Mago. decis. Floren. 8. Parla. rer. quot. lib. 2. cap. fin. 5. par. §. 10. num. 3. aliquando verò sumitur pro fine, vel limite distinguente confinia agrorum, & in hac significatione sumitur in l. 1. C. de accusa. & in tot. titulo ff. de term. mot. & in cap. forus, extra de verb. sig. latè de termino in hac significatione in pluribus quæstionibus in materia quotidie in praxi contingentibus, tam circa terminorũ motiones, quàm aliàs, Abbas in cap. ex literis, extra de proba. Menoch. de arbit. Iud. lib. 1. cent. 4. casu 395. per tot. & auctor com. opinio. tom. 4. loco 12. tit. 3. cap. 1. &
94 2. vbi plenè. Et hic † etiã dupplex est, alius enim dicitur terminus terminans, qui propriè terminus dicitur sumptus in ea significatione, quam vltimò tradidimus, ali⁹ verò dicitur terminus terminatus, cuius appellatione venit quicquid intra fines cõpræhenditur, Bal. in l. si fines agri C. de euictio. & Bartho. Berthazol. de clau. Instru. clau. 26. glo. 6. num. 3. & in hac significatione sumitur terminus in nostro tex.

SVMMARIA.

1 *Feudorum materiam qui scripserint.*

2 *Laudimium de iure communi est quinquagesima pars pretij, sed aliter de iure municipali.*

3 *Laudimium non debetur de successionibus ascendẽtium, & descendentium titulo lucrativo, secus oneroso.*

4 *Feudum est aliquod de iure communi, quod sit diuisibile, secus de iure Cathaloniæ.*

5 *Successio in feudis de iure est ab intestato, sed non de iure municipali, & nu. 7.*

6 *Femina non succedit in feudo de iure communi, sed secus est de iure municipali.*

7 *Feudum de iure communi non venit regulariter in restitutionem fideicommissi, secus de iure nostro.*

8 *Legitima non detrahitur de feudo de iure communi, secus de iure Cathaloniæ, vbi limitationes, & de-*
cisio Senatus nostri.

9 *Innestitura in feudis est petenda intra annum, & diem.*

10 *Minor restituitur aduersus non petitam, intra tẽpus, innestituram.*

11 *Tempus petendi innestituram post mortem domini, quando incipiat currere, vbi decis. Sena. Neapo.*

12 *Mora an purgetur per vassallum, qui intra tempus non petijt innestituram, remissiuè.*

13 *Feudum non transfertur in manum mortuã de iure communi, & de ratione. & nu. 15.*
Manus mortuæ quæ dicantur, & quare, ibidem. & nu. 15. & nu. 30.

14 *Bellug a carpitur.*

16 *Feudum de iure Cathaloniæ potest in manum mortuam transferri, & quomodo.*

17 *Manus mortua tenetur intra annum feudum in personam capacem alienare, & ad id compelli potest per dominum etiamsi sit Ecclesia, & nu. precedenti.*

18 *Empara realis apponitur per dominũ si requisita manus mortua non vacuet intra tempus.*

19 *Interpretatio c. 1. de immun. eccles. remissiuè.*

20 *Manus mortua non tenetur transferre feudum in personam habilem quando illud possidet iure pignoris, & qualiter tali casu consulatur domino, vbi decis. nostri Sena.*

21 *Item nec quando dominus vult amortizationem.*

22 *Amortizatio quid sit, & nu. 30.*

23 *Quomodo practicetur.*

24 *Amortizatio multoties est necessaria, & ei tenetur dominus consentire.*

25 *Veluti quando res feudales, vel emphy. quæsita sunt pro fundandis ecclesijs parrochialibus, vel necessario ampliandis.*

26 *Vendere quilibet compelli potest rem propriam pro certis necessitatibus, vbi decis. Veronę.*

27 *Vendere an quis compellatur rem propriam nedum fauore ecclesiæ, & religionis, sed etiam reipublicæ, & cuiuslibet alterius publicæ vtilitatis, & num. 28. vbi decis. nostri Sena.*

28 *Vendere frumentũ tempore necessitatis quilibet compelli potest etiam viliori pretio.*

29 *Necessitatis tempore quæ permittantur, quæ aliàs nõ permitterentur, remissiuè.*

30 *Vendere qui cogitur fauore publico, an cogatur habere fidẽ de pretio, remissiuè.*

31 *Fatica vtitur dominus de iure communi intra duos menses post denuntiationem, sed de iure Cathaloniæ intra 30. dies.*

32 *Tempus omne præfixum ad aliquid faciendum incipit currere à die scientię.*

33 *Tempus ad appellandum currit à die scientię.*

34 *Scientia qualis sit probanda habita per dominum de venditione rei feudalis vt dicatur cucurrisse sibi tempus vtendi fatica, vbi decis. nostri Sena.*
Scientia quibus modis probetur, ibidem.

35 *Emptor potest agere ad rescissionem cõtractus nisi seruatis*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

uitus redimatur sine qua res est sibi vendita.

36 *Denunciatio, qua fit domino directo venditionis ad videndum an velit uti fatica, debet de iure communi fieri antequam vendatur, secus de iure Cathalonie.*

37 *Ius utendi fatica de iure cõmuni non cedit alteri, secus de iure Cathalonie.*

38 *Præscriptio an procedat contra dominum pro usu fatica, etiam si nunquam sit sibi denunciata venditio, & nu. 98.*

39 *Præscriptio 30. annorum non currit ignoranti, vel si currit, datur restitutio, vbi decis. Sena. Pedemon.*

40 *Præscriptio longissimi temporis an currat ignoranti, difficilis quæstio.*

Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ an detur aduersus præscriptionem longissimi temporis, difficultima quæstio, ibidem.

In supradicta quæstione doctores sibi ipsis repugnãt, inter se se, & Senatus egregij in diuersas iuerunt sententias, ibidem.

41 *Decisiones Senatuum, quæ pro affirmatiua factę fuerunt.*

42 *Decisiones Senatuum, quæ pro negatiua.*

43 *In supradicta quæstione referuntur plures, qui propter sui difficultatem determinatè respondere non sunt ausi.*

Negans opinio in hoc articulo, ab aliquibus appellatur aquissima, affirmans verò satis uridica, & magis vera, ibidem.

44 *Doctores referuntur, qui exactius quæstionẽ pertractarunt.*

45 *Doctores pro negante referuntur.*

46 *Doctores pro affirmante traduntur.*

47 *Præscriptio sic procedit contra ignorantem, sicus cõtra scientem nulla data differentia.*

48 *Thesau. carpitur, & alij doctores.*

Interpretatio tex. in l. fi. C. de præscri. long. temp. l. fin. C. si quis ignorans. l. vni. C. de vsucap. transfor. & c. vigilanti, extra de præscrip. ibidem.

49 *Præscriptio quadrigenaria plenissimam tribuit securitatem, & nu. 69. cum seq.*

50 *Præscriptio 40. anno. sic facit quem securum, vt nullam inquietudinem formidare debeat, & omnem prorsus actionem excludit.*

51 *Ignorantia regulariter præsumitur.*

52 *Præscriptio est inuenta ne dominia rerum sint semper super incerto, & nu. 72.*

53 *Restitutionem non legimus dari alicubi ignoranti, licèt sic impedito, & absenti.*

54 *Præscriptione utens iniquissimo dicitur uti præsidio, & riguroſa exceptione, vide num. 73.*

55 *Restitutioni contra præscriptionem esse locum in dubio debet declarari, & nu. 41. & nu. 73.*

56 *Res iudicata rescinditur ex instrumentis nouè repertis. & nu. 81.*

57 *Absens, & ignorans æquiparantur.*

58 *Absenti tantùm datur restitutio aduersus ordinarias præscriptiones, nõ aduersus eã, quæ est 40. an.*

59 *Ignorans seruitutem sibi legatam restituitur si ea nõ sit vsus, & nu. 82.*

60 *Seruitus discontinua non amittitur nisi tempore immemorabili.*

61 *Quadriennium ad petendum restitutionem est utile, non continuum, & propterea non currit ignorãti, & num. 76.*

62 *Quadriennium ad petendum restitutionem æquè datur maioribus, sicut minoribus.*

63 *Culpa, vel negligentia ignorantis imputari non potest, & nu. 75.*

64 *Ignorans dicitur non valere agere, & nu. 84.*

65 *Præscriptio non currit non valenti agere sine sit 30. sine 40. sine etiam centum annorum, & immemorialis, & nu. 67. vbi decis. Rota Roma.*

Quod procedit tam propter impedimentum iuris, quam etiam facti, ibidem.

66 *Ignorantia dicitur impedimentum facti.*

67 *Dictio, nullus, vniuersaliter negat, ac vniuersaliter, & sine exceptione operatur.*

68 *Argumenta opinionis negantis circa quæstionem, an aduersus præscriptionem quadrigena detur restitutio, breuiter resumuntur.*

69 *Restitutionis in integrum remedium non censetur sublatum per verba generalia, & nu. 93.*

70 *Soluens minori cum auctoritate Iudicis, & curatoris consequitur plenissimam securitatem.*

71 *Minor quandoque restituitur aduersus solutionem cum auctoritate Iudicis, & curatoris sibi factam.*

72 *Restitutio aduersus præscriptionẽ efficit vt dominia non sint semper sub incerto.*

73 *Præscriptionis rationem habere debẽt Iudices æquitatis.*

74 *Præscriptio 30. annorum est quæ appellatur iniquum præsidium, non quæ est 40. annorum.*

75 *Iure suo quis potest priuari sine culpa si adsit causa, & nu. 63.*

76 *Quadriennij vtilitas dicitur sublata ex l. fi. C. de temp. in integ. resti. postulan.*

77 *Argumẽtum a simili semper claudicat altero pede, & fragile admodum est.*

78 *Simile nullum est idem.*

79 *Argumẽtum à simili vt procedat, necessum est quòd probetur similitudo in eo, in quo fit comparatio.*

80 *Argumentum à simili nõ procedit data aliqua dissimilitudine, etiam si sit parua, inter res simules.*

81 *Publica vtilitas non versatur in rescisione sententiæ ex instrumentis de nouo repertis.*

82 *Intellectus tex. in l. si partem §. fi. ff. quemad. seruit. amit.*

83 *Seruitutem ad amitendam breuius tempus requiritur, quàm ad acquirendam.*

84 *Res mea iustissimè mihi, etiam ignorãti, auferetur per lapsum temporis ad præscribendum statutum, sed reprobatur per auctorem, ibidem.*

Restitutio ex capite ignorantiæ, secundum opinionẽ auctoris, datur minori, licet non maiori.

Ecclesia, & minoribus in dubio est fauẽdum vt opinionem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nionem eis fauorabilem amplectamur, vbi decis. nostri Sena.

87 Ignorantia connumeratur inter rationabiles causas concedendi restitutionem.

88 Restitutio datur ex magna causa, etiam post quadriennium.

89 Dolus, & fraus re ipsa ibi sunt, vbi adest enormissima lesio.

90 Intellectus c. ad nostram, de reb. eccle. non alienan. & 92.

91 Restitutio Iustitiæ, & ordinaria quæ dicatur, & quæ gratiosa, & extraordinaria.

92 Fructuum restitutio fit quando quis restituitur restitutione iustitiæ, secus si restitutione gratiæ, vbi decisiones nostri Senatus.

93 Vsat. omnes causæ an impediat restitutionem aduersus præscriptionem in Cathalonia.
Cance. tenet quòd sic auctoritate Senatus Dolani, sed contra censet auctor, ibidem.

94 Statutum disponens quòd præscriptio currat minori nō censetur propterea prohibuisse restitutionē.

95 Statuti verba quantumuis precisa inductiua præscriptionem non censentur comprehendere non valentem agere.

96 Statutum etiamsi expresiè loquatur de minor. non tamen propterea censetur excludere restitutionē.

97 Restitutionem in integrum vbi constitutiones Cathaloniæ voluerunt excludere iam expresserunt.

98 Restitutio in integ. ad probandum post decem dies supplicationū contrarij imperij, cōceditur minoribus, vbi decisiones nostri Senatus.

99 Restitutio non conceditur maioribus aduersus quadragenariam præscriptionem prætextu ignorātiæ, secundum opinionem auctoris.

100 Sed aliquando id fallit.

101 Ignorantiæ iustę exempla, remissiuè, & nu. 79. in fi.

102 Bini consiliatio opinionum dissidentium nunquid detur restitutio aduersus præscriptionem 40. an. ex ignorantia.

103 Lasio vix est considerabilis in non vsu fatiçæ.

104 Minor an restituatur contra minorem.
Priuilegiatus an vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, ibidem.

105 Agere de lucro captando, & de damno vitando qui dicantur, & num. 108. in fi. cum sequent.

106 Priuilegiatus non vtitur priuilegio cōtra pariter priuilegiatum quando vterque est priuilegiatus respectu eiusdem causæ secus quando vnus est priuilegiatus in genere, & alter in specie.

107 Intellectus l. fin. ff. ex quib. caus. maior.

108 Ecclesia an restituatur contra Ecclesiam.

109 Intellectus §. Item quæritur l. verum ff. de minor. & l. si minor 25. an. ff. de minor.

110 Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum & c. brocardicū est, quod vix potest in iudicijs acōmodari.

111 Anthonius Faber reprehenditur.

112 Fatica in dioces. Gerunda non vtitur dñus pro alio.
Quid seruetur Barcinonæ, ibidem.

113 Fatica quibus in casibus vti dominus non possit.

114 Fatica potest vti tam dominus ecclesiasticus, quàm etiam secularis, vbi notatur nob. Ludo. à Pegue. contrarium dicens.

115 Commissum de iure habet locum ex multis causis, sed non in Cathalonia.

116 Emphyteuta accipiens possessionem sine firma dñi, vel aliud facies, pro quo de iure cōmuni esset locus commisso. punitur in Cathalonia alijs pœnis.

117 Laudimij duplicati pœna est quæ in Cathalonia practicatur contra adipiscentes possessionem rei emphyteuticariæ sine firma domini, vbi decisio nostri Senatus.

118 Commisso in quibus casibus sit in Cathalonia locus.

119 Commisso est locus quando is, qui iurauit pensionem soluere, non adimplet promissionem.

120 Laudimiū dupplicatū debetur in Cathalonia propter adeptam possessionem rei emphyteuticę sine firma domini, si adipiscenti esset denunciatum per quem teneretur, vbi decis. nostri Sena.

Intellectus consli. als scandols, tit. de Ju. Emphy. ibi.

121 Commisso vt sit locus dolus requiritur.

122 Commissi à pœna in quibus casibus de iure communi quis excusetur, remissiuè.

123 Emphyteota cessans per 30. annos à solutione canonis an perdat rem emphyteuticam, an præscribat libertatem non soluendi, remissiuè.

124 Mora purgatio in quibus casibus admittatur post incursum pœna, remissiuè.

125 Res submissa censui an tota cadat in commissum si cessatum fuerit in solutione, an verò pro ea parte, pro qua submissa extitit, remissiuè.

126 Pactū an valeat quòd res obligata p̄ aliqua pēsione non emphyteutica annuatim soluēda cadat in cōmissū si cessatū ab ea fuerit, vbi deci. Sena. Lusit.
Et an sit differentia inter censum reseruatiuum, & consignatiuum remissiuè, ibidem.

127 Feudum non potest obligari sine consensu domini de iure cōmuni, & an sit necessaria traditio vt in caducitatem incidat vassallus.

128 Secus de iure Cathaloniæ.

129 Creditor habens specialem hypotecā rei feudalis, vel emphy. pro suo credito cum firma domini, non præfertur habenti similē hypotecā sine firma.
Guiller. de Valleſica, Pegue. & alij practici nostri reprehenduntur, ibidem.

130 Emptor habens possessionem per clausulam cōstituti præfertur posteriori habenti eādem corporalem.
Emptor qui habet firmam domini in sua emptione licèt de iure communi præferatur priori huiusmodi firmam non habenti, id tamen nō procedit in Cathalonia, ibidem.

131 Intellectus consli. Aquesta es la pau §. ningun Christia, de pace, & treuga, & consli. 1. de iur e emphy.

132 Decretum irritans non est necessarium in dispositionibus prohibitiuis.

133 Dispositio prohibitiua semper loquitur, & habet clausulam derogatoriam.

134 *Leges duę quando reperiuntur cōtrariæ, per posteriorem censetur priori derogatum.*
135 *L. quoties, de rei vendi. nō habet locum in hypotecis.*
136 *Hypoteca transfertur sine aliqua traditione.*
137 *Creditor cum speciali hypoteca posterior præfertur, Barcinone, priori, vbi decisio nostri Senat.*
138 *Idem procedit in ciuitate Gerunda.*
Gerunda ciuitas gaudet priuilegijs ciuitatis Barcinonæ, ibidem, vbi decisio.
139 *Firma dñi non requiritur in generali hypoteca.*
Creditor habens generalem hypotecam præfertur posteriori habenti specialem, ibidem.
140 *Dominus de iure cōmuni non habet iurisdictionem in emphy. secus de iure Cathalonię.*
141 *Dominus directus constituit iudicem, & habet causas appellationis.*
142 *Causæ emphyteuticales inter dominū, & emphyteutam euocantur, cum qualitate, ad Reg. Audientiam in principatu Cathaloniæ si sunt maiores 300. librarum.*
143 *Causa appellationis quæ euocātur ad Reg. aud. à iudicibus emphy. debēt cōmitti doctoribus tertię aulę.*
Interpretatio c. 2. cur. anni 1599. ibi.
144 *Iudices dominorū directorū an dicantur ordinarij, an verò delegati.*
145 *Index delegatus ad vniuersitatē causarū dicitur ordinarius.*
146 *Domini directi lato sumpto vocabulo Barones dici possunt.*
147 *Contentio firmatur inter ordinarium, & dominum directum, & eius causa euocatur sine aliqua qualitate ad Regiā Audien. vbi plures decisiones nostri Senatus.*
148 *Iudex emphyteuticarium an teneatur obedire inhibitioni ordinarij, quando coram eo est firmatum de iure per subditum negantem dominium.*
Cognitio, an res sit feudalis seu emphyteuticaria, vel allodialis, ad quem spectet, ibi.
149 *Contentionum causa tractantur in Senatu summariè.*
150 *Causæ emphyteuticariæ vbi sint ducēdæ, & tractādæ.*
151 *Causæ emphy. possunt alibi quàm in suo tractari, dūmodo non vltra dietam.*
152 *Territorio nō est opus ad prouidendū scedulas in alieno, sed tantùm ad publicandum sententias, & intimas faciendum, & curiam formatam ibi habēdum, vbi decis. nostri Senatus.*
153 *Dñus directus quomodo teneatur emphyteutę præstare fos obs, si eum trahat extra suū, vbi decis. nostri Senatus.*
154 *Baiulus Generalis Cathaloniæ an teneatur soluere fos obs suis emphyteutis quādo eos trahit ad præsentem ciuitatem vltra dietam.*
155 *Miles quis dicatur in materia feudali.*
Vassallus quis dicatur, ibi.
156 *Miles non dicitur quilibet feudatarius, & quid ad id requiratur.*
157 *Vassalli, an emphyteotæ, prius fuerint in Cathalonia.*

GLOS. XII.

Feud. Mili. Feudatar. & vassal. &c.

De differentijs inter ius commune, & nostrum municipale tam in materia feudali, quàm emphy. & alijs quæstionibus æquè vnam, atq. aliā materiam tangentibus.

SATVERAM, nec forsan sine ratione, nihil dicere de feudis, & emphyteusi in hac glo. nec alibi in hoc opusculo, ex quo materia est tam vulgaris, tamq. plena commentarijs vt nihil penè loci relictum videatur successoribus quo possent suam eruditionem ostendere: Verùm enimuero cum cōsiderarem pro iniuncto, seu suscepto munere, quod fuit à principio omnes, & quascunq. clausulas, ac dictiones notatione dignas, quæ in his capitulis matrimonialibus continerentur, explicare, non posse me modo aliquo sine nota excusare quominùs aliqua de materia feudali, nobili quidem, ac notabili in iure, in medium proferrem, excogitaui nonnulla circa eam docere, quæ forsan fuere ab alijs omissa, vel saltem (ne videamur tantum nobis ipsis tribuere quasi existimemus posse vires nostras aliquid assequi, vel pensare quod priùs alij nō calluerint) non ita distinctè, & ordinatè extitere tradita ab anteriotibus nostris iuris assectis, sicuti nos tradere, & docere intēdimus, aduertentes lectorem † quòd pro perfectiore huius
1 materiæ doctrina, ac intelligentia, & pro his, quæ à nobis hic omitentur, adeat doctores, qui de materia scripserunt, & signanter, præter ordinarios in suis titulis iuris, Martin. Siliman. Ioan. Baptis. Caccialup. Vldaric. Zasium, & Lauren. Siluan. in 13. vol. tract. Iul. Clar. in §. feudū Cur. Iun. in eo, quem de feud. confecit, tractatu, & Iacobi. de San. Geor. in eod. tractat. nostrum Ludo. à Pegue. in const. Item ne super laudemio, tit. de iure Emphy. in 1. vol. constit. & ibi pract. nostet Miet. Iaco. de Fran. in tract. de feud. inter decis. Vincen. de Franch. Alber. Bru. & alios dd. in vol. cōsil. feuda. Iaco. Cancer. resol. par. 1. cap. 12. de feu. passim de feud. agit nostet Socar. in commē. Pet. Alber. auctores com. opinio. in car. vol. lo. 5. de contract. tit. 1. cap. 1. cum mult. sequent. tom. 2. & alij plures, quos ipsi allegant. Et post omnes Henr. à Rosentall, qui integrum, & absolutum de feudis multò post hæc scripta tractatum fecit, qui est in materia consulēdus, cuius copiosa dicta refrigerassent proculdubio quemquā à proposito,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sito, si habuisset, de feudis agere.

Imprimis igitur quod nos tractare existimamus in hac materia est, differentias ponere, quæ circa eam inter ius nostrũ municipale, & 2 commune scriptę reperiuntur. Differunt † igitur hæc iura imprimis in laudimio, est enim illud de iure communi quinquagesima * pars prætij, l. fin. & ibi tradunt omnes C. de iur.emphy. & latè Amede.à Pon. in laudemia. q.4. per tot. De iure verò nostro municipali laudimium aliter atq. aliter considetatur, est enim decima pars prętij, siue ęstimationis rei si feudum alienetur in ascendentes (exceptis patre, & matre) vel etiam in fratres, vel alias personas extraneas titulo lucratiuo, vulga. const. perço q̃ sobre lo luisme, & 2.tit.de iur.emphy. 3 Dixi, † exceptis patre, & matre, vt hoc à principio aduertamus, quia de alienationibus tam feudarijs, quàm emphyteoticarijs, quę in eos, & etiam in descendẽtes fiunt titulo lucratiuo, non debetur laudemium, d.consti.2.cap. si aliquis habet hominem in commen. Pet. Alber. licet secùs sit de factis titulo oneroso, Socarr. in commem. Per. Alber. §. item consuetudo num.3.pag.572. Si verò feudum alienetur tit. oneroso in quoscũq. tũc laudimium est tertia pars prętij, vel ęstimationis, pulchrè Pegue. in d.cõst. item ne super laudimio, ver.1.nu.70.cũ sequẽ. & post eum Iaco.Can.var.resol.p.1.c.12. de feu.nu.4.

4 Differt † item ius nostrum municipale à iure communi in hac feudorum materia, quia secundum illud est quoddam genus feudorũ, quod est diuisibile, feudum scilicèt inferius, quod dignitatem annexam non habet, docẽt quos suprà commemorauimus, clau. 4. glo. 9. par. 2. num. 28. adde Capicium dec. 12. Boer. dec. 46. nu. 2. & cap. 12. loc. 5. tit. 5. tom. 2. in vol. com. opi. vbi de his latissimè, viden. Matan. consi. 130. num. 1. In Cathalonia verò nullum feudum potest diuidi, diximus vbi suprà & probatur cap. dret è costuma in cõme. Pet. Alber. quod est. 9. titulo de feudis in 1. vol. constit.

5 Septem † alios casus, in quibus differunt inter se se hęc iura ex nostris practicis refert Cancer. in d.cap. de feud. quos nos breuiter, aliquo tamen addito vt nihil ignoretur, cum alijs etiam casib⁹ referemus. Est igitur primus casus in successione, de iure enim communi propria successio in feudis est ab intestato cap. 1. de successio. feu. In Cathalonia verò ab intestato, & ex testamento, vsat. si à Vicecomitibus, de succes. ab intesta. consuetudi. si algun vassall, §. si empero, quæ est 41. tit. de feu. in primo vol. const. & d. const. Item ne super laudemio.

6 Secundus † casus circa eandem successionem est quòd licèt fœmina in feudo non succedat de iur. com. cap. 1. §. quia videmus, de his qui feud. dar. possunt, & cap. 1. §. fœminam, per quos fiat inuestitura, in vsib. feud. Quod tamen an sit perpetuũ, & quomodo procedat, videatur per Iul. Clar. §. feudum q.73. per tot. benè Iaco. de Franch. in tract. de feu. inter decis. Vincen. de Franch. in rub. speci. feu. quot sint, num. 144. & 190. pleniùs in rub. de his, qui feu. dar. possunt §. hoc autem, per tot. Nota. est in materia decis. Thesau. 146. Gam. 6. Caual. de cis. 7. de contract. in prima par. quę est in ordine 36. num. 34. Minadoi 36. num. 2. pulchrè de his agitur in vol. com. opi. to. 1. loc. 5. tit. 1. c. 50. De iur. verò nostro municipali fœmina, sicut masculus, succedit in feudo, cap. si defuncto. 22. tit. de feu. in comme. Pet. Alber. & ibi Socar. pag. 237. benè Pegue. vtrunque explicat in d. cõst. Item ne super laudimio, versi. 2. à nu. 17. & versi. 4. per tot.

7 Tertius casus † est quòd licèt feudum de iure non veniat regulariter in restitutionem fideicõmissi, Bar. in l. si patroni n. 3. ff. ad S.C. Trebel. qua tamen de re vltra allegatos per Can. in cita. cap. de feu. nu. 55. vide Manti. plurib⁹ agentem de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 9. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 197. & Mar. Antho. Peregri. pulchrè in huius materiæ tractatione procedẽtem, in tract. de fidcicom. art. * 6. nu. 18. Inter communes opiniones hæc reffertur in. vol. com. opin. to. 2. loc. 5. tit. 1. cap. 34. De iure tamẽ nostro Cathalonię feudum semper venit in restitutionem fideicõmissi, d. cõst. Item ne super laudimio, versi. *si empero*, ibi, *de substitutio, ho vincle*, & not. Peg. super ea. const. versi. 2. num. 7. ratio est clara, quæ à Pegue. & Cancer vbi suprà adducitur, quia in Cathalonia permititur de feudo testari vigore dictæ cõstitutionis, quo casu certum est de iure feudum venire in restitutionem prædictam, Iul. Clar. in §. feudum q. 85. num. 3. vide Pegue. vbi suprà latè hac de re agentem.

8 Quartus † casus est quòd licèt de iure non debeatur legitima de feudo, quodcunq. illud sit, Pau. de Cast. in cons. 417. ista domina lib. 1. & in l. si patroni, ad trebel. Craue. in consi. 165. num. 2. quod quomodo procedat docet plenè Can. vbi suprà num. 58. & Pegue. loco inferiùs allegando, in Cathalonia tamen de feudo debetur legima, hoc est de illius æstimatione ad instar aliarum rerum hereditariarũ, demptis feudis, quę habent annexam regalẽ dignitatẽ, plura ad id comprobandum allegat Can. vbi suprà & Pegue. in d. cõst. item ne super laudimio, versi. 6. num. 58. vbi signanter reffert illud quod de feudis dignitatem regalem habentibus dicebamus *decisum* fuisse in nostro Senatu † 28. Septembris 1538. in causa fratrum domus de

Cardona

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cardona contra Excellentiſſimum eius Ducē, quam legere poteris in proceſſu cauſæ nunc nobilis Ioſephi de Cardona contra Excellentiſſimum Ducem penes N. Boſch ad relationem primò, & in 1. inſtantia egregij Senatoris Hieronymi Torner, nunc verò, & in ſecunda egregij etiam Senatoris Hieronymi Aſtor pag. 2779.

9 Quintus caſus, † in quo in hac materia feudali reperitur notabilis differentia inter ius commune, & municipale eſt in curſu anni, & diei, intra quem à morte domini tenetur vaſſallus renouationem inueſtituræ petere, & debitum fidelitatis iuramentum exhibere, ne incidat in pœnam priuationis feudi, idem eſt quādo moritur vaſſallus, nam ad idem tenetur eius filius in feudo ſuccedens iuxta tex. in cap. 1. in prin. quæ fuit prima cau. benef. amit. ſi plebeius ſit, nam ſi miles habet annum, & menſem, cap. 1. quo tempore miles &c. Benè quomodo id procedat declarat Pet. de fideicom. q. 14. num. 138. Gaſpar. Theſau. queſtio. foren. 23. per tot. pulchrè Viuius deciſ. 428. lib. 3. docens contra Fely. Card. & Riminal. idem procedere contra minores, ac dicens doctores ſupradictos, dum contrarium aſſeuerarunt, contra communem opinionem, & veritatem fuiſ-
* ſe loquutos, Eſt † tamen verum quòd dictis
10 minoribus daretur ſuo caſu reſtitutio, plenè
†† idem Viuius num. 10. & 19. vbi ita bis fuiſſe *deciſum* in Sena. Neapoli, arteſtatur. In hoc ius noſtrum municipale cum iure communi concordat, tex. in conſuet. domino deffuncto, quę eſt 28. tit. de feu. & ibi Socar. pag. 267. tex. in conſuet. item es coſtuma, in fine eo. tit. Cancer.
11 d. cap. de feu. num. 66. & 67. Eſt † tamen, vt dixi, differentia inter vtrunq. ius circa curſum huius temporis: de iure enim communi currit à die ſcientiæ, hoc eſt à tempore, quo vaſſallus adeptus eſt poſſeſsionem rei feudalis, & probabiliter ſciuit, vel ſcire potuit rem eſſe feudalē, vt probatur in d. cap. 1. quo tēpore miles, Iul. Clar. in d. §. feudum quæſtione 49. nu. 3. Viui. in allega. deciſ. 428. num. 2. lib. 3. vbi refert ita
† in Senatu, de quo ibi, fuiſſe aliquādo *deciſum*, Sed in Cathalonia non currit niſi à die requiſitionis per dominum vaſſallo factæ, dictis iuribus, & docet Pegue. vbi ſuprà in 1. prælu. numer. 15. & Cancer. loc. alleg. numer. 69. vbi latiùs habes hanc materiam explicatam.

12 An † autem poſſit iſto in caſu mora purgari à vaſſallo non petente inueſtituram intra dicta tempora reſpectiuè, tractatur optimè in vol. com. opinio. de feudal. loco 5. c. 13. circa mediū, vbi pulchrè hęc, & alia in materia, ac exactè examinantur.

13 Sextus † caſus, in quo inter hæc iura cognoſcimus differentiam eſt in conceſſione, & ſeu trāſlatione ipſius feudi, de iure enim communi non poteſt ea fieri in manum mortuā, prouti eſt Eccleſia, ciuitas, vniuerſitas, cap. 1. de mili. vaſſal. qui ar. bel. depoſ. glo. in l. de quibus, ff. de legibus, Bellu. in ſpecu. prin. rub. 14. in §. veniamus per tot. vbi † illud velim aduertas me val-
14 dè dubitare ne labatur is auctor in explicatione eorum, quæ ibi enodanda ſuſcepit, aut certè nō loquitur de amortizatione in noſtris terminis, vt ibi eſt videre, poſt hæc ſcripta reperi id notatum à Franciſco Solſona in ſtylo capibre. poſt vltimam formam amortizationis n. 1. pag. 84. viden. Pegue. in d. cōſt. itē ne ſuper laudemio verſ. 7. num. 2. Oliba. in vſat. alium namque cap. 7. nu. 25. Eſtq. † ratio, quia per huiuſ-
15 modi feudi conceſsiones priuaretur dominus laudimijs, & alijs iuribus dominicalibus, aut ſaltem iure in ſpe ſibi competenti, ex quo nūquam moriuntur Eccleſia, ciuitas, vniuerſitas, ob idq. dicuntur manus mortuæ ad ſimilitudinem mortui, qui iam ampliùs non moritur, vt dicit Botrel. in addi. ad Bellug. vbi ſuprà verbo, mortuam, Oliba. loco iam allegato num. 7. &
16 25. De † iure tamen Cathaloniæ licet vtiq. eas conceſsiones in manum mortuam, & alias perſonas incapaces facere, dum tamen intra annum vacuent manus ſuas, & feudum in perſonam habilem tranſferant, d. conſt. item ne ſuper laudemio, verſi. hon empero lo vaſſal, & ibi Pegue. vſat. præcipimus 2. qui eſt. 1. ſub. tit. de ſacros. Eccleſ. in 1. vol. conſt. Cancer. tit. de emphy. num. 59. in prima par. var. reſol. qui tamen, vereor, ne ſit lapſus, dum inquit poſt annum debere fieri hāc euacuationem, ſeu tranſlationem feudi in perſonam habilē, cum tex. in d. conſti. item ne ſuper laudi. dicat id eſſe fiendum intra annū, benè loquitur Oliba. vbi ſuprà num. 25. Idem ſeruati in Francia de conſuetudine, docet Fran. Mar. deciſ. 255. num. 2. par. 1. & additionator ad communes opiniones to. 1. lo. 1. tit. 4. cap. 5. num. 1. ac etiam in Sena. Neapoli. vt refert Vincen. de Fran. deciſ.
17 659. Et † ad id ſi renuerit compelli poterit manꝰ mortua, etiāſi ſit Eccleſiaſtica per dominū
18 feudi cum mandatis opportunis, quibus † ſi non pareatur, poteſt fieri manus iniectio per Regem, & dominum feudi, hoc eſt apponi em para realis in feudo, & fructus ſuos facere, donec ſit paritum mādatis, Socar. in comme. Pet. Alber. cap. eodem modo, nn. 24. & 28. pag. 111. Grego. in ſyntag. iur. vni. lib. 6. cap. 5. num. 7. latiſsimè Oliba. alleg. cap. 7. nu. 10. & 25. Difficilis
19 † tamen contra hæc eſt tex. in cap. 1. de immu. Eccleſi. in 6. quarenꝰ ibi Rom. Pont. hęc iura, & regias pragmaticas videtur damnare, & improbare, quaſi ſint contra libertatem Eccleſiaſticam, ibi, *vel extra manum ſuam ponant huiuſ-*

modi

modi acquisita, & ibi, *vel etiã liceat*, cui variè respondetur Guiller. Bened. in cap. Raynuntius ver. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 563. & 594. Carol. de Grassal. lib. 2. regal. Fran. cap. fi. versi. ex his patet responsio, Pechi. de amortiza. cap. 6. versi. audacter tamen, Moline. in cõsuet. Paris. tit. 1. §. 41. num. 95. quos vnà cum alijs pluribus refert Oliba vbi suprà nu. 26. vbi quia pluribus de his agitur, nec est materia in qua expediat multùm se inuoluere, ideò nos nõ existimamus opportere quòd in his amplius immoremur.

20 Dubitatum † tamen circa supradicta aliquãdo vidi nunquid si manus mortua, putà Ecclesia, vel alia vigore clausularum cõstituti, & specialis hypotecæ, prout sepè fit, in aliquo contractu censualis appositarum, in casu cessatæ solutionis apprehenderit possessionem alicuius rei feudalis, vel emphyteoticariæ, sic, vt dicitur, specialiter obligatę, & eam per aliquod tempus possederit, an possit tali casu dominus directus compellere manum mortuam prædictam eo modo, quo supradictum est? Qua in re quia peritissimus Senatus noster semel manus apposuit, & doctissimè quid faciẽdum resoluit ex rationibus tam iuridicis vt nihil egere confirmationis eædem ipsæ demonstrãt, ideò sola dictę decisionis relatione contentus alia in proposito non adducam. Successit ergo casus inter procuratorem fiscalem Baiuliæ generalis, & Confratriã Sartorum præsentis ciuitatis, referẽte Francisco Descamps olim egregio huius Senatus Senatore, & postea Regẽte Regiam Cancellariam, in quo is articulus fuit disputatus, & tandem die 12. Decembris 1594. † *resolutus* in fauorem manus mortuæ, his motiuis, *Quia constat dictam manum mortuam non potuisse, neque posse vendere, seu alienare rem specialiter obligatam, cuius in casu cessata solutionis apprehenderat possessionem, cum iure creditorio, non proprietario illam tenuerit: nam de iure pignus in bonis debitoris remanet, & dominium illius ad creditorem non transit, & ita constat proprietatem, seu dominiũ vtile dictæ lesdæ penes debitorem remansisse, &c.* Sed quia magnam dominus Rex, qui dominus directus erat rei specialiter obligatę, patiebatur iacturam ex possessione manus mortuæ, qualitercunque ipsa possideret, ideò curauit Senatus non relinquere fiscum regium sine remedio aduersus præiuditium prædictum, † *declarans* quia nõ constabat de successione veri domini lesdæ, qui posset cẽsuale luere, & rem feudalem liberare ab onere dictæ obligationis, licere Baiulo generali nomine Regis luere, & quitare dictũ censuale, vt facta dicta luitione posset rem obligatam apprehendere nomine † Regis, & illam extrahere à posse manus mortuę, 26 & illam retinere quousque appareret de vero successore in dicta re, & donec sibi de prætio dictæ luitionis esset facta satisfactio. Vidi conclusionem in archiuo regio in lib. conclusionum dicti anni 1594.

21 Et † supradicta quidem procedunt nisi dominus voluerit quòd feudum remaneat pęnes dictas manus mortuas, præcedente amortizatione, tunc enim non tenetur manus mortua vendere, nec alienare personę capaci, vt not. Socar. in alleg. cap. eodem, nu. 74. & 75. pag. 111. vbi refert tres pragmaticas Regias id prohibẽtes, Olib. d. cap. 7. num. 4.

22 Est † autem amortizatio in manum mortuã translatio iussu Principis, & auctoritate facta, Pet. Bellug. in specu. rub. 14. de amortiza. §. veniamus, num. 2. Olib. vbi suprà num. 1.

23 Practicatur † autem hęc amortizatio in nostra Cathalonia hoc modo vt imprimis pro vnaquaque amortizatione soluatur vnum laudimium, deindè vt commoditati domini feudi sit vtiliter prouisum, solet dari ã 30. in 30. annis aliud laudimium, aut tardiùs, aut frequentiùs, habita consideratione de quanto in quantum temp⁹ posset res alienari, quę est amortizanda: alia enim sunt, quæ tardiùs, prouti res magni valoris, alia verò, quæ frequentiùs, prouti res paruæ æstimationis, solent alienari, & sic in illis tẽpus potest elongari, in his verò abreuiari: & concordato tempore inter partes, laudimiũ illud diuiditur in tot pensiones, quot fuerint anni concordati, ita vt illæ omnes pensiones in annis concordatis efficiant illud integrum laudimium, & tunc illa pensio debet singulis annis domino solui vltra solitum censum, tradit hanc practicam verus in his practicus noster Solso. in stylo capi. post formas amortizationis num. 1. pag. 84. apud quem sunt optimæ formæ instrumentorum, quę de his amortizationibus sunt conficienda, quibus facile est duci ad perfectam huiusce materiæ cognitionem.

24 Sunt † tamen aliqui casus (vt nec id, quod videtur non animaduertendum omittamus) in quibus tenetur dominus amortizationi consentire, nec potest modo aliquo compellere manum mortuam ad vacuationem istam, de qua loquuti fuimus, & translationem in personam capacem faciendam, † quando videlicet res huiusmodi feudales, vel emphyteoticariæ (de quibus idem in his est iudicium) emptæ, vel aliàs quæsitæ sunt pro fundandis Ecclesijs parrochialibus, vel necessariò ampliandis, videtur probare tex. in l. placet, iunc. glo. ver. dedicata, C. de sacrotan. Eccles. relatus per Solso. vbi suprà. Cæterùm is tex. nihil mihi tale videtur probare, est tamen pro eo Franciscus Mar. decis. 534. num. 6. vbi dicit se ita vidisse *practicari* in † patria Delphinali: pro huiusmodi enim necessitatibus potest quilibet compelli rem propriam

ptiam iusto prętio vendere contra reg. l. nec emere C. de iur. delib. & l. inuitum C. de contra. emp. nec distinguitur an sit allodialis, vel non, Marc. & Solso. vbi suprà, qui ambo citant Bartholo. Cepol. de seruit. vrba. præd. tit. de seruit. qui est cap. fin. illius tract. vbi dicit se
† ita *obtinuisse* Varonę, faciunt quę in proposito pro limitatione reg. d. l. nec emere, tradunt Ang. & Ludo. Roma. in l. 2. ff. sol. mat. Socin. in reg. 435. incip. vendere, Boer. decis. 322. Dida. var. resol. lib. 3. cap. 14. Antho. Gom. var. etiam resol. tom. 2. cap. 2. de emp. & vend. num. 51. & ibi pulchra additio Ema. Soar. à Ribey. latissimè Don. à fin. in vol. com. opi. to. 2. loco 4. de contrac. cap. 9. Feder. Scot. respon. tom. 2. lib. 3. respon. 3. à num. 16. cum seqnen. Caro. deci. seu casu 26. per tot. vbi latissimè, Vincen. de Franc. 29
plenè decis. 9. Ioan. Gutier. pract. quæst. in 9. 13. lib. 1. pulchrè Cabedo decis. 105. per tot. par. 1.
27 Aluar. Velas. consul. 22. in prin. Hæc † benè nota quia ex his doctoribus perfectam hauries 30
faciliter huius materiæ doctrinam, & cognitionem, & signanter num nam supradicta procedant tantùm fauore Ecclesiæ, & religionis, an etiam fauore reipublicæ, & cuiuslibet alterius publicæ vtilitatis, egregiè faciunt ad propositũ decis. Neapol. Vincen. de Franch. 9. & Geor. de
28 Cabedo 202. per tot. par. 2. quatenùs † docent fauore publico cogi posse quemlibet tempore necessitatis vendere frumentum vilioti prętio, quâ forsan opporteret, pro bono publico, bona est decis. prouin. Marchiæ apud Sebastia.
† Medices 28. vbi dicit *resolutum* compelli debere quemlibet vendere suum frumentũ tępore necessitatis. Ita in hac patria vidimus de mense Maij 1605. practicatum, & obseruatum, ne gens propter necessitatem & annonæ caritatẽ (vendebatur enim tunc mensura tritici quęlibet ad rationem trium librarum monetæ 31
Barcinonę, & in multis Cathaloniæ partibus trium librarum, & duodecim solidorum, & in alijs ad rationem quatuor librarum, quæ aliàs vendi solebat communiter ad rationem triginta sex solidorum, vel ad summum, duarum libratum) fame periret, latè Garcia Mestril. de cis. Siciliç 17. per tot. vbi postea disputat quo prætio debeat res eo casu vẽdi, an eo, quod vigebat in loco, an eo quod valuisset in alio loco destinata vendi. Notetur decis. nostri Sena. referente egregio olim illius Senatore, postea Regente Regiam Cancellariam Francisco Delcamps facta sub die 12. Septembris 1592. inter syndicum villę de Blanes, & Petrum Mi- 32
† rans, & alios, qua *declaratum* fuit teneri dictũ Mirás, & alios vẽdere vniuersitati proprias proprietates pro ampliatione plateç, quia vertebatur in hoc fauor publicæ vtilitatis, vidi cõclusionem in archiuo regio in lib. conclu. dicti 33
anni 1592. pro qua declaratione, ac pro omnibus suprà adductis stat Gasp. Thesau. q. forens. 64. per tot. vbi signanter tradit quòd propterea potest vicinus, qui palatium cõstruere vult, cogere vicinos ad vendendum domunculas deformes ibi cohærentes, quia (inquit) publicè interest ciuitates domib⁹, & palatijs ornari, & similiter adducit requisita vt hæc locũ habeant, quæ sunt primò quòd venditio fiat sine magno vendentis incõmodo, secundò quòd res æstimetur, & fiat venditio iusto prætio, tertiò quòd non velit partem rei habere is, qui vult cogere ad vẽdendum, & aliam partem relinquere, quia tunc non teneretur alius obedire. Sed redeamus de rem, & hoc vnum aduertamus, vt vnico verbo plura complectamur, Franciscum Viui. decis. 123. multis docere † quę permitantur causa necessitatis, quę aliàs non permiterẽtur, ad quem recurras quando casus tibi contigerit.

Sed non † omittamus, postquam materiam hanc coactæ vẽditionis fuimus aggressi, videre nunquid is, qui tenetur sic inuitus vendere, cogi possit habere fidem de prætio, si emptori non est *in promptu* pecunia, qua prętium soluat, vide ad saturitatem vsq. apud Velas. in allega. consul. 22. à num. 3. cum seqnen. vbi eam negatiuè resoluit, nisi esset extrema, & incuitabilis necessitas, iux. tex. & not. in cap. si quis propter necessitatem, de fur. vel si talis non esset, dicit se ei⁹ esse opinionis vt princeps, aderetur, qui ita iuberet.

Quid autem sit manus mortua, quid amortizatio, vnde originem traxerit, quid empara realis, & alia plura in materia qui exactè scire voluerit, Olib. adeat in allega. vsat. alium namque cap. 7. per tot. & c. 9. nu. 25. de iur. fisci, vbi de his perpulchrè, & latè.

Septimus casus † differentiæ est in iure prętionis, & fatiç, quod habent domini vt eodem prætio possint rem feudalem, vel emphyteoticariam retinere, iux. l. fin. ver. & siquidem dominus C. de iur. emphy. cap. potuit extra de loca. c. 1. §. porrò, qual. olim feud. alien. por. In his triplex reperitur inter hæc iura, quæ tractamus, differentia. Prima est circa tempus, quod habet dominus, intra quod potest eo iure vti, de iure enim communi est tempus duorum mensium post denuntiationem sibi factam à feudatario, vel emphyteuta, d. l. fin. cum ibi not. De iure verò nostro Cathalonico ibi duo menses sunt redacti ad triginta dies, d. consh. Item ne super laudemio, & ibi Mier. † qui cur- 32
rere incipient à die notitiæ, & nõ antea, Mier. vbi supra, Socar. in cõme. Per. Albet. cap. cautum, num. 54. pag. 559. sicuti regulariter solet aliàs omne tempus à die scientiæ curere, non aliàs, prouti † de tempore ad appellandum san-

cijt

eijt Rom. Cæſin l.3. C. quom. & quan. iud. eſt etiam ad idem tex. in l.1. §. ſi aduerſus ff. quan. appella. ſit, comprobãt deciſſ. Rot. in nou. 49. 237. & 364. & in antiquis 500. plenè Graua. ad Veſtri. lib. 7. cap. 3. in lit. O. vide ad comprobationem ſupradictæ principalis reſolutionis quòd tempus non currat niſi à die ſciẽtiæ Bal. in l. ſi cum dies in fin. prin. ff. de arbit. Theſau.
34 deciſ. 260. num. 3. Et iſta † ſcientia non ſufficit quòd deueniat ad dominum quomodocunq. per auditum ab alijs, vel aliàs altero ex multis modis, quibus ea poteſt haberi, vel probari, de quibus per Maſcar. latè de proba. conclu. 1294. per tot. ſed oportet quòd ea habeatur ex præſentatione inſtrumenti domino facta, vt per eam de alienatione, de prætio, & de modo illud ſoluendi omninò certus fiat, Socar. in allega. cap. cautum num. 54. Solſo. in lucer. laud. quæſtione 4. num. 20. Pegue. in d. conſt. item ne ſuper laudemio verſi. 6. num. 28. Vndè cum de anno 1595. contigiſſet in noſtro Senatu diſputari in cauſa Ioannis Ioachimi Deſpuig contra Catharinam de la Poma ad relationem Ioannis Sabater egregij olim noſtri Senatus Senatoris, poſtea verò in ſupremo Regni Aragonum conſilio Regentis, num nam tempus vtẽdi fatica eſſet lapſum ex curſu triginta dierum à die cuiuſdam requiſitionis ad id domino directo præſentatæ per emptorem, qua certiora
† batur de venditione, fuit *declaratum* die 26. Ianuarij quòd non, his verbis, quę inſerere volui quia ea mirè probãt id quod tractamus. *Et certum eſt quòd terminus triginta dierum ad vtendum fatica, & deponendum prætium non currit domino niſi à die, quo charta fuerit illi præſentata, quippe quia ab eo die, per inſpectionem, & lecturam inſtrumenti, dominus certus fuit tam de alienatione, quàm de prętio, & de modo, quo illud ſoluendum eſt, & poteſt de eo certiorem reddere eum cui concedit fatica. Et quando ſcientia alicuius rei facit quem incidere in pœnam requiritur quòd concludenter probetur, & illo modo, quo ius vult, & diſponit in dicto caſu probari, & requiſitio per dictam Poma præſentata Stephano Carramas die N. licèt inducat probationem ſcientiæ venditionis, & quantitatis prętij, non tamen modi ſolutionis illius &c.* Scriba cauſę erat N. Llanes, & poſtea Viloſſa. Alia pulchra de ſcientia requiſita ad aliquem actũ, qualis nẽpe debeat eſſe, abundè adducit noſtras Cancer. lib. 3. var.
37 c. 4. de ſeruitu. à nu. 162. cum multis ſequent.

35 Per quæ † ego prætendebam de anno 1609. ad relationẽ egregij quondàm Senatoris Ludouici à Peguera, & poſteà de anno 1610. ad relationem egregij cõſiliarij Ioſephi Dalmau, & deinde de anno 1611. ad relationem egregij etiam Senatoris Franciſci Ferrus, fore in fauorem Ludouici Meneſcal Bibliopolę contra Annam Bornada, ſcriba Thio, declarandum, quòd potuiſſet agere ex empto ad reſolutionẽ contractus niſi ſeruitus, & onus cuiuſdam cẽſualis, quod poſteà emerſit ſuper quibuſdam domibus, quas emerat diſtrictu curiæ, ſine illius expreſſione, vti optimæ, maximæq. ſunt, ideſt ſine aliquo onere, redimeretur, in vim l. ſi tibi liberum in fi. l. ex empto §. ſi quis virginẽ, ff. de actio. emp. l. penul. in fi. ff. de euic. l. qui vti optimæ, & ibi Alcia. ff. de verb. ſig. Socin. in cõſil. 26. col. vlt. lib. 3. verba ſunt hæc expreſſa Caballi. milleloq. 345. non obſtante quòd contra probationem per dictũ Meneſcal factã quòd domus fuiſſet ſubhaſtata, & ſibi liberata ſine expreſſione oneris dicti cenſualis, opponeretur quòd venditio fuiſſet ſibi firmata cum illo onere, & poſteà ipſe in vim dictæ venditionis, quæ calendabatur in inſtrumento indè confecto, poſſeſſionem accepiſſet dictarum domorum, per quam poſſeſſionis receptionẽ in vim dictæ venditionis cum dicto onere ſibi, licèt abſenti, firmatæ, videbatur ptoculdubio dicẽdum dictum Meneſcal habuiſſe notitiam, & ſcientiam dictæ venditionis, & per conſequens onus approbaſſe: nam reſpondebam non ſufficere eam ſcientiam, quę indè argui tantùm poterat de venditione ſibi facta, & firmata, id eſt quòd vẽditio eſſet ſibi facta, & firmata, ſed non de circũſtãtijs, & qualitatibus illius, quod erat neceſſarium vt ſuprà dictum fuit: non eſt adhuc controuerſia declararata, ſi contingat fieri in tempore, quo ego poſſim declarationẽ ponere, ſcribam, Deo dante, quid ſucceſſerit. Vide alia perpulchra de ſcientia ad plures materias conducibilia, deciſ. Floren. 40. apud Hieronymum Magon. per tot.

36 Et hæc † quidẽ denuntiatio (vt ad propoſitum redeamus) licèt fieri debeat de iure communi antequam fiat venditio, ſolùm enim poteſt eo iure exponi venalis ad ſciendum verum prętium, Fran. Mar. deciſ. 575. num. 2. par. 1. Vincen. de Fran. deciſ. 17. num. 9. De iure tamẽ Cathaloniæ poteſt perfici venditio, & de ea confici inſtrumentum antequam denuntiatio domino fiat, vt ex ſupradictis apparet, & docet Solſo. in alleg. quæſtione 3. num. 9. & 10. & nõ obſcurè deducitur ex d. conſtitu. Item ne ſuper laudemio, in verſi. ajuſtans que al vaſſall, & hęc eſt ſecunda differentia inter iſthæc iura in hac materia. Tertia † tandem & vltima differentia
37 eſt quòd de iure communi ius iſtud fatigæ, & prælationis non poteſt alteri cedi, ſed nomine ſuo tantùm proprio poteſt dominus eo vti, allega. l. fin. §. ſed nec hac occaſione, in fin. C. de iur. emphy. tex. in auct. vt de cæterò non fiant commuta. cir. med. Guid. Pap. deciſ. 411. in prin. & ibi Ranchi. in additio. Caſſa. in conſu. Burgun. tit. de cenſi. §. 1. in tex. ibi, retenue nume. 1. De iure verò noſtro municipali Cathaloniæ

poteſt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

potest id ius alteri cedi, & vēdi, Socanin d. cap. cautum num. 53. vbi refert pluries fuisse ita in
†† Senatu *declaratum*, ego semel me id vidisse in facti contingentia possum asseuerare; in causa videlicèt, de qua suprà memini, Ioānis Ioachimi Despuig contra Catherinam de la Poma, in quà per Regiam sententiam extitit opinio canonizata, Solso. vbi suprà quæstione 3. à num. 17. pluribus probat Ludo. à Pegue. in sæpè allega. constitem ne super laudemio, versi. 6. n. 32. vbi vide limitationes.

38 Hic † non est omitenda difficilis illa iuris quæstio, nunquid aduersus huiusmodi facultatem vtendi fatica, & iure prælationis admitatur præscriptio, si acquisitot per triginta annos, vel aliud longius tempus, tem feudalem, vel emphyteoticariam possederit; etiamsi nunquā venditio sit denunciata domino feudi, & instrumentū illius præsentatū: nam si hoc foret factum, ex solo lapsu 30. dierū repelleretur dominus volens vti fatica, vt in nostro iure municipali cauetur, quo istud tātū tēpus indulgetur dominis vt vti possint iure faticæ vt superi⁹ dictū est. Dubia certè est hęc quæstio propterea quòd ad illius cognitionē, & resolutionē disputanda necessariò venit & illa, nunquid currat
* prę scriptio ignorāti, qua in re doctores cōmuniter distingūt inter prę scriptiones 30. & 40. an
39 norū, vel alteri⁹ lōgissimi tēporis, vt prima † nō currat ignoranti, vel si currat, quòd detur restitutio ex capite ignorantiæ, latè Thesau. decis. 153. vbi asserit ita in Senatu. Pedemon. fuisse *declaratum*, & latè reliqui doctores, quos inferiùs
† citabimus, omnes enim in hoc conueniunt ferè absque vlla contradictione: In altera † verò
40 præscriptione longissimi temporis quid sit tenendum vix constat inter doctores: ea enim quæstio tam difficilis reputatur ab omnibus vt dicat Boer. decis. 39. num. 1. se inter omnes materias, quas à iuuentute sua scripsit, nihil hac quæstione difficilius scripsisse, eandē difficultatem statim in initio comendant doctores tot ferè, quot sunt, qui hac de re agunt, & ea deprę henditur satis ex diuersis, & valdè discrepantibus opinionibus, quas ipsi amplexi fuere, alij enim dari restitutionem existimarunt aduersus præscriptionem 40. annorum, alij verò nō dari, alij, vt Cagnol. in l. qui in alterius, num. 4. ff. de reg. iur. priorem opinionem adeò veram existimarunt, vt velint eam nedum procedere in præscriptione quadrigenaria, sed etiam in centenaria, alij denique, vt Ferd. Vasq. locō inferiùs citando, adeò contrariam opinionem veram censuerunt, vt putarint eam procedere nedum in ea præscrip. 40. annorum, sed etiam in quacunque alia etiam ordinaria, vt scilicèt nunquam detur restitutio, vt hæc & alia ex infrà dicendis manifesta fient, & maximè (quod summè dolendum est) huius quæstionis difficultas oritur ex varietate eorum, qui modò vnam, modò alteram sequuti fuerunt opinionem, ac sententiam, quam cum diligentia notarunt Pinellus in aucten. nisi tricennale à nu. 58. cum mult. sequent. C. de bon. mater. Dida. Couar. de præscrip. 3. par. §. 3. num. 2. Thesau. decis. 134. in prin. & ferè omnes, qui materiam hanc pertractarunt, & signanter, vt vno plures referam, qui meliùs varietatem hāc detegit, & clariùs, est Feder. Scot. respon. 1. li. 4. to. 2. nu. 3. singulariter omnes enumerās, qui in hoc peccauere, quam variationem pati nō valens Craue. post eam ostensam, in tract. de antiqui. tempor. §. materia singulari. tandem n. 48. sic loquitur, *Heu miseros litigantes, qui in manus incidistis doctorum, qui leges circumferunt in ambabus (quod aiunt) manibus; pudet me tantæ doctorum varietatis, qui apud vnigus intellectus velocitatem non cōsiderātes aris cōsulēdo rationē habuisse, nisi fuit potius, quàm veritatis, cur non opinionem vnam, aut alteram electam habuerunt, quam firmiter tenerent, aut si mutatio opinionis melior visa est, cur mutationis, & varietatis non reddiderunt rationem.* Ad hæc si ad decisiones egregiorum Senatuum oculos conuerterimus, reperiemus proculdubio eādē hāc inter ipsos opinionū diuersitatē,
41 & aliquando varietatem; vt patet † ex Afflict. decis. 37. & 329. vbi refert bis fuisse in Sena. Neapol. *decisum* aduersus præscriptionem 30.
†† vel 40. annorum concedendam fore restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, idē, magis in nostris terminis, dicit se *declarasse* Iose. Ludo. decis. lucen. 52. idem quòd contra ignorantem nulla currat præscriptio, etiam per
† mille annos, dicit *declaratum* in Rot. luca. Hiero. Mago. decis. 77. num. 13. & refert Borg. Caual. decis. 27. de iudi. in veteri impressione nu.
† 44. in eādē opinionē videtur *inclinari* Rot. Bono. apud Beniten. decis. 69. & 71. quę in verbis, & allegationib⁹ ferè omnib⁹ cōcordat cū præcedenti, & clariùs apud Cesar. Barz. deci. 101. à num. 13. dicentem signanter num. 14. pro restitutione in integrū *in dubio* fore *iudicandum*, quæ dicitur *fundata esse in æquitate*, & quòd præscriptio iniquū est, & riguosum remediū, quodq. cōtra eā est iudicādū ex Turte. & Craue. quos allegat, eādē opinionē *tenuisse* Rotam
† Roma. refert Trentasinq. resolu. 1. nu. 3. versi. videte igitur in 2. lib. var. tit. de resti. *in integ.* Noster Senatus restitutionem fore Ecclesiæ ex capite ignorantiæ concedendam aduersus præscriptionem, quantūcunq. sit longissimi tēporis; *censuit* post lapsum quadriēnū, & plurā
† quadriēnia, cū illud nō curtat nisi à die scientiæ, in causa Petri Solet beneficiati in Ecclesia Barcinonæ cōtra vniuersitatē de Guimerà ad relationem Ioannis Sabater egregij tunc Sena-

toris, posteà Regentis Cancellariâ in supremo Aragonum Consilio die 1. Iunij 1594. actuario † Benedicto Sacares, & idē posteà *declarauit* referente egregio etiā Senatore Hiero. Senjust in causa eiusdē Petri Soler cōtra viduā N. Claris actua. Iaco. Agramūt, sub die 20. Maij 1609. reuocando regiā sententiā in cōtrariū in causa primitiua cōtra actorem, & in fauorē quadragenatiæ præscriptionis in aula Regētis Cancel. latam. Et quòd etiā ex alijs causis, & rationibus specialibus priuilegiatis, sicuti est ignorantia, cōcedatur ecclesię restitutio post quadriennīū, † & plura quadriennia *declarauit* Senatus die 22. Septēb. 1593. in causa Christophori Miquel Canonici ecclesię Gerūdæ cōtra vniuersitatē villę Balneolarū ad relationē egre. Sena. Anto. Oliba vertenti, actuario Onophrio Micha. Puigferrer, in qua sufficientē causam restitutionis cōcedēdæ iudicauit Senat⁹ esse q̄ beneficium remanebat ferè prorsùs indotatum, *licèt aliud* quid modicū ei remaneret, *præter id*, q̄ fuerat præscriptū, nō tñ sufficiens ad onera ipsius beneficij. E conuerso † 42 tamē pro negatiua opinione quòd ex capite ignorantiæ nō cōcedatur restitutio aduersus præscriptionē 40. annorū, sed † quòd imò ipsa currat cōtra ignorātē, dicit *decisū* fuisse in Rot. Luca. Ioseph. Ludo. decis. 52. n. 12. † iam allega. idē etiā refert *decisum* post maximā discussionem in Sena. Pedemon. Thesau. deci. † 134. *Idem* in Sena. Sabūsia. Anto. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 20. defi. 1. Dēniq. difficultas huiꝰ quæ- 45 stionis oritur ex eo quòd videamꝰ, vt dixi, pro vtraq. parte stare egregios viros, qui suā defendant, cōmunē, ac magis comunē appellēt, & * rationes tam efficaces tradant vt linceo sit opus oculo ad dignoscendū quid sit in hac re tenendum, in quorū doctorū relatione, & cōmemoratione nō existimaui oportere quòd modo aliquo tēpus cōsumerem, postquam suprà relati, & signantèr Pinel. Rolan. Scot. & Thęsau. in eo summa cū diligētia laborauere. Benè ergo dicebat Bursatꝰ in proposito articulū hunc, propter sui magnā difficultatē, Cęsarea egere 46 decisione in cons. 160. nu. 70. Quæ † difficultas 43 effecit vt fuerint perplures qui valdè dubitauerint quo figerent pedem nō audentes inclinari in vnā, nec in alterā partē, dubitauit enim Rot. Genuen. deci. 203. nu. 7. dubitauit Senatus Mantuæ auctore Surd. decis. 4. nu. 5. dubitauit itē Ceuallos nouissimè in specul. pract. quæst. com. con. com. lib. 1. q. 48. nu. 12. alterā, scilicet negantē currere præscriptionē, æquissimā vocans, affirmātē verò pro alia parte satis iuridicā, & magis verā, & alij quos refert Thesau. in allegata decis. 134. nu. 3. Hac attenta difficultate, & grauissimorū virorū dissidentibus opinionibus nihil mihi homuncioni superesse videtur quod dicā in re, quā ipsi tam exactè, ac tanta cū eruditione pertractarunt, nisi velim inutiliter in trascribēdis aliorū laboribus tēpus cōterere, ea propter, quibusdā tantùm breuiter annotatis circa rem hanc, eam alijs acutioris ingenij, dexteriorisq. doctrinæ, & eruditionis speculādam relinquam.

44 Quod † igitur primò adnotamus est, ex his, qui de hac re egerunt, quos nos viderimus, qui exactiùs, & perfectiùs, ac ex proposito materiā hanc pertractarunt, sunt Boer. Craueta, Pinel. Ioseph. Ludo. & Thesau. in locis suprà citatis, quibꝰ adde Dida. Couar. d̄ prescrip. 5. p. §. 5. Tiraquel. de vtroq. retractu, fol. 220. & 227. in glo. 4. in verbo, *ignorātes*, n. 39. cū sequēt. in parua impressione, Antho. à Per. de fideicō. q. 14. à num. 247. cū sequēt. Rolā. à Valle in cons. 68. per tot. vol. 3. Feder. Scot. respō. 1. per tot. li. 4. to. 2. respō. Oddō de restitu. in integ. par. 2. art. 5. & 6. q. 90. Frāciscꝰ Sarmiēto selectarū interpræ. lib. 2. c. 20. Vasq. cōtro. Illust. li. 2. c. 75. per tot. & nouissimè Hiero. d̄ Ceual. in specu. pract. quęstionū cō. cōt. cō. li. 1. q. 48. per tot. & post oēs Alex. Trētalinq. li. 2. var. resol. tit. de restitu. in integ. resolu. 1. à nu. 2. cum sequent. vbi latissimè.

Verùm isti post lōgā disputationē, ac varias cōsiderationes hinc indè factas ad eliciēdā veritatē nō potuerūt in eadē opinione cōuenire, sed imò scissi sunt in duas partes, & diuersas, ac cōtrarias sentētias, quorū vnusquisq. curauit, vt meliùs potuit, suā fulsire, & argumēta alteriꝰ diluere. Stant † igitur pro opinione negāte, quòd nō detur restitutio ex capite ignorātiæ, Dida. Pinel. Thesau. Scot. (qui vltimꝰ ita cōsidere in suæ opinionis certitudine mostrauit vt in fine respōsi hęc nō sit vetitꝰ verba proferre, *qui vult leges saluas esse, me sequatur*, quasi qui cōtrariā sequuntur, extra legū omnimodā dispositionē loqui videātur) Gayl. pract. obser. li. 2. obser. 160. n. 3. cū sequēt. Sarmien. & Vasq. in locis suprà citatis. Hi Bal. habēt, quē sequātur, de more Bartholo cōtrariū, in l. 1. nu. 14. C. qui admiti, cū pluribꝰ alijs, quos ipsi referunt, Pro opinione † verò affirmatiua, quòd imò restitutio detur propter ignorātiā tā maioribus, quā minoribꝰ, stant Boer. Craue. Oddo, Petra, Rolan. à Valle, & Ludoui. vbi superiùs, adde eūdē Ludoui. decis. etiā lucen. 48. n. 23. & Craue. in cōsi. 101. nu. 44. Trentalinq. d. resolu. 1. n. 3. ver. videte igit. dñi &c. vbi dicit q̄ sēper ipse cōcurreret, p affirmatiua, & nō auderet recedere à sententiā sacri Senatus Neapoli. & Rot. Rom. additq. postea quòd dinumerando omnes doctores apparet hanc esse magis communem opinionem, & veriorem in puncto iuris, * adde etiam Cæs. Vrsil. in addi. ad Afflic. decis. 37. num. 2. dicentem quòd sibi (& ita credit omnibus Christi fidelibus, quibus est spes salutis æternæ, quibus etiam Ecclesia quotidiè concinit,

nit,& admonet ne propter temporalia amittamus æterna,cum prætereat figura huius mundi,& cum in cælo sint præmia,& corone)omissis alijs, quæ dici possent,semper hęc opinio placuit,& placet,dari restitutionem ex capite ignorantię,& quandocunque claruerit veritas quòd mea res sit,aduersus præscriptionem etiam 100.annorum,cum sit scriptum, non dimittitur peccatum,nisi restituatur ablatum, & quia impijssimum est refugium allegare præscriptionem &c.hæc Vrsil. Et si primæ sententiæ assertores gloriantur quòd Bal.habeant,quem imitentur, nonminùs etiam de eodem gloriari possunt hi, qui hanc sequuntur, clarè enim eam tenet Baldus sententiam in l.falsam num. 3.C.si ex fal.instru.cum multis alijs, quos suprà relati doctores referunt: quod autem de Bar.dicit Igne.in l.4.§.si conditione num. 126. ff.ad Syllania.quòd hanc opinionem tenuerit in l.1.§.si quis propter ff.de itin.actuque priua. non videtur verum,quia ibi tantùm loquitur de præscriptione longi temporis 10. 20. vel 30. annorum,vt ex eo apparet,& adnotat Pinel.in sæpè allega.aucten.nisi tricennale num.58.circa medium,& Scot.in allega.respon.1.num. 2. Verùm licèt id verum sit,ratio tamen illius generalis videtur æquè præscriptionem 40.sicuti 30. annorum complectens, vt ex multis quos refert,adnotauit Petra vbi suprà num. 248. & Craue.etiam vbi suprà §. materia singularitatis nu.55.

Pro vnaquaque ex his opinionib⁹ sunt fortissimę rationes, quibus earum assertores eas respectiuè munire conati sunt, quarum nos aliquas,quæ magis vrgere visæ sunt, referem⁹, reliquas apud doctores suprà citatos latiùs videndas relinquętes: Imprimis igitur pro priori opinione,& in illius confirmationem arguitur de l.fin.C. de præscrip. long. tempor. quatenus † disponit apertissimis verbis in prescriptione nullam fore habendam rationem ignorantię, nec aliquam differętiam faciendam inter scientiam,& ignorantiam ibi, *nulla scientia, vel ignorantia expectanda,sed altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio*,ad idem allegatur tex. in auct. malæfidei,eodem tit. cū similibus, hac ratione vtitur Thesau. in allega. decis. 134. num.11.& reliqui doctores, qui hanc tenent, opinionem. 47

Circa † quod ego illud à Senatu Pedemontano,& reliquis doctoribus exquiretem quomodo in confirmationem huius opinionis ea iura adduxerint qui securè constituerant aduersus præscriptionem 30.annorum dari restitutionem ex capite ignorantiæ, vti apparet ex traditis per Thesau.in decis.135.non aduertentes dicta iura loqui in præscriptione longi temporis 10.vel 20.annorum,& sic æqua lance debere ex eis inferri tam præscriptionem 30. quā etiam 40. annorum currere ignoranti, vnde aut concedant mihi necesse est quòd prescriptio 30.annorum currat etiam ignoranti vigore eorum iurium, aut non est quòd contra opinionem tenentium ignoranti nō currere prescriptionem 40.annorum,de eis opponatur. 48

Idem dico de tex.in l.fin.C. siquis ignorans rem minoris,de quo opponit Thesau.in alleg. decis.134.num.12.dicens se non videre quomodo dominus à Petra,qui conatus fuerat respondere tex.apertissimo in l.fin.C.de præscrip.lōg. temp.volens non excludi per illius verba restitutionem in integrum,poterit huic respondere,qui de ignorantia, & restitutione loquitur: dico(inquam)quòd ille tex. loquitur in præscriptione longi temporis, & sic non est quòd Thesau. de eo opponat aduersus opinionem, quæ tenet quadrigenariam præscriptionem non tantam præbere securitatem,quin contra eam possit peti in integrum restitutio,nisi velit à securè per ipsum, & suum Senatum in præcedenti decis.133.constituta opinione, quòd detur restitutio aduersus prescriptionē 30. annorum,recedere, & si alia exquiratur responsio per Thesau.licèt ipse existimet non posse per Petram dari,nihilominùs ego, quamuis Petra non sim, nec cum eius eruditione modo aliquo comparandus, dico quòd si vrgentiora, hæc Thesau. & aliorum opinio non haberet fundamenta,quibus muniretur, non arbitror fore plures qui eam sequerentur: posset enim forsan ei textui satis commoda assignari respōsio ex trad.per Nat.in cons.162.num. 31. & 32. Meno.de recup.possessio.reme.15.num.185.& per Octauia.Simoncel.de decret.lib.3.tit.9.nu. 57.cum sequēt.sed de his satis, nec enim tenemur omnes in omnibus suis cogitationibus satisfactos dimittere.

Idem etiam dico de tex.in l. vni.C. de vsucap.transfor.quem in huius opinionis confirmationem adducit Pinel. in allega. auct. nisi tricennale num.59. in 5. oppositione, & Mencha.in allega.cap.75.contro.illust.num. 4. in 6. oppo. ibi, *nullus ad eam reseruabatur regressus*, iunctis illis verbis,*nescientibus dominis*, idem(inquam)dico de eo tex. quòd loquatur tam de præscriptione longi temporis,quàm etiam longissimi, vti ex se ipso apparet. Et finaliter idem etiam dico de tex.in c.vigilanti,extra de præscrip.in quo videtur Rom.Pont. prescriptionē admitere aduersus ignorantes, & de quo opponit Pinel.vbi suprà in 7. oppo. nouam eam dicens,loquitur enim tam in ordinaria, quàm in longissima prescriptione.

Secundum † fundamentum huius opinionis deducunt doctores ex l. omnes, in fine, C. de præscrip.30. anno. quatenus ibi statuit Im- 49

perator huiusmodi, ã qua loquimur, quadrigẽnariam præscriptionem plenissimam præbere securitatem, quod non videretur verum futurum si posset aduersus eam peti in integrum restitutio ex capite ignorantię, ad not. per glo. notabilem in l. ait prætor §. permititur, verbo *imputandum*, de minor. idem ferè probat l. sicut C. eo. tit. versi. *ex quo competere iure ceperunt*, & versi. fin. Dictam l. omnes tripliciter inducit Trentasinq. vbi suprà nu. 1. ad hãc probandam opinionem, vt apud eum iustum est quòd videas.

50 Tertium † desumitur argumentum ex l. fin. C. de fund. patrimo. lib. 11. quatenus habet per præscriptionem 40. annorum adeò quem fieri securum vt nullam penitùs super dominio rei præscriptæ actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare debeat, ad idem facit tex. in cap. ad aures, de prescrip. vbi quadrigenalis præscriptio omnem prorsus actionem excludere dicitur.

51 Quartum † deducũt doctores argumentum ab absurdo vitando, cum enim regulariter ignorantia in omnibus actibus præsumatur, iuxta vulgares nostri iuris regulas, habeatq. qui eã allegat intentionem fundatam, qua de re latè per Rolan. à Valle in allga. cons. 68. nu. 10. vol. 3. inania certè viderentur iura nostra, quæ in præscriptione tantam securitatem promiserunt, quæque de ea loquuta fuerunt, si ex ipsius ignorantiæ sola allegatione ei⁹ vires prosternerentur.

52 Ex eadem † hac ratione manat & quintum huius opinionis fundamentum, sequeretur enim ex contraria & illud vtilitati publicę non parùm aduersans absurdum, propter quod euitandum introducta est præscriptio iuxta l. C. responsum in l. 1. de vsucap. & Dida. doctrinam in relect. reg. possessor de reg. iur. in 6. in §. vni. 2. par. num. 5. quòd dominia rerum diu, & ferè semper in incerto essent, incertusq. possessor an res, quam fortè ab alio emit, sua sit, nec ne, vndè & curam illius abijceret, eamque perire sineret veritus ne qñ verus dominus eam sibi aufertet, & tandem nunquàm foret litium finis, vt patet ad vnguem.

53 Sextum in † eo fundatur argumentũ quòd licèt de iure restitutionem videamus dari absenti, vel iustè impedito, nunquam tamen legimus de ignorante fieri mentionem, vti appareret ex l. 1. cum sequent. ex quib. cau. maior.

Hæc sunt fortiora argumẽta, quibus mouẽtur doctores ad hanc sequendam opinionem, reliqua vsque ad vndecim vide apud Pinel. vbi suprà nu. 59. & apud Vasq. loco iam allega. in cap. 75. contro. illust. vsque ad viginti tria, qui tamen ex vno ex adductis à nobis plura facit, prout i penes ipsum est facile videre.

Vertamus folium, & videamus num nam pro contraria opinione, quòd imò detur restitutio aduersus etiam præscriptionem quadragenariam, adsint argumenta, quibus ea fulciatur, certè plura sunt, nec forsan debiliora his, quæ suprà pro altera adduximus opinione, ea audiamus.

54 Est igitur † primum argumentum, quoniã qui præscriptionis exceptionem obijcit iniquissimo vtitur præsidio, ac riguroſa exceptione contraria iuri, & æquitati naturali, glo. in l. 1. ff. de negoſ. gest. ac proindè qui se tempore deffendit circũductione vti videtur, §. nolumus in auctẽ. de his, qui ingred. ad appel. vndè fit † quòd in dubio fieri debeat interpretatio vt sit locus restitutioni contra præscriptionem, pluribus rationem hanc extendit, & com probat Rolan. à Valle in sæpè allega. cons. 79. num. 11. cum sequent. vol. 3. Pet. de fideicom. q. 14. numer. 259. & sequent. Craue. vbi suprà nu. 61.

55

56 Secunda ratio † huius opinionis desumitur à simili, sicut enim res iudicata rescinditur ex nouis instrumentis ex clausula generali, & petita restitutione ex capite *ignorantiæ*, vt tradunt doctores in l. Imperatores ff. de re iud. * vbi Iaſ. & Alex. dicũt communem, etiamsi adsint tres sententię conformes, vt probat Ioan. Garcia de nobi. glo. 6. §. 2. nu. 5. qua de re vide latissimè Oddo de restitu. *in integ.* q. 73. 74. & 75. cum sequent. idem dici debet de præscriptione 40. annorum quòd aduersus eam completam detur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, cum non debeat, nec possit plus operari, quàm sententia in rem iudicatam transacta: hanc rationem vt nouam tradit Ceuallos in d. lib. pract. quęstionum com. cont. com. lib. 2. q. 48. nu. 11.

Tertia ratio huius opinionis desumitur ab alio simili, sicut enim succurritur absẽti per restitutionem in integrum aduersus præscriptionem, l. 1. ex quib. cau. maior. idem etiam debet
57 dici de ignorante, quia † *absens*, & *ignorans* æquiparantur, l. vni. C. de vsucap. transfor. & sic eadem suadet æquitas quòd succurratur ignoranti, quę patitur quòd absenti. Per hanc rationem tolli multa fundamenta contrariæ opinionis dicit Oddo de testi. in integ. parte. 1. q. 8. art. 9. numer. 45. versi. secundo qui. Ve-
58 rùm † hæc argumẽtatio parũ, meo iuditio, vrget quia absentib⁹ tãtũ repetim⁹ dari restitutionẽ aduersꝰ præscriptionẽ ordinariã 10. 20. & 30. annorum l. vni. C. de vsucap. tranfor. non aduersus quadrigenariam, nisi velis alio modo hac argumẽtatione vti, quemadmodum tempus legitimæ absentię excipitur in maiorum restitutionibus, ex l. fin. C. de tempo. in integ. restitu. postu. ita etiam in eisdem tempus ignotantiæ

tantiæ, cum in iure æquiparentur absentia, & ignorantia.

59 Quartò † arguit Ceuallos vbi superiùs nu. 4. de l. si partem §. 1. iunc. glo. verbo, non vtẽdo ff. quemad. seruit. amit. vbi si nescio seruitutem mihi legatam, & ita ea non vtor, non currit cõtra me præscriptio, & datur restitutio, quod quidem argumentum tantò magis hanc probat opinionẽ si cõsideraverimus cum tex. loqui de seruitute discontinua volentem quòd ea non amitatur per nõ vsum, nec præscribatur contra ignorantem etiamsi per cõstitutũ tempus ad amitendam seruitutem ea non vtatur:

60 constitutum † autem tempus ad amitendam seruitutem discontinuam, & eam præscribendam, * secũdum communiorem opinionem, est tempus immemoriabile, & de cuius initio non existat hominũ memoria, l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua quot. & æsti. l. foramen ff. de seruit. rust. prędd. cum simil. Guid. Pap. decis. 573. † vbi dicit ita fuisse in camera consilij *declaratum* de anno 1461. Fran. Mar. deci. 591. idque procedere ex regulis claris docet Vincen. de Fran. decis. 185. nu. 13. Antho. Gom. var. resol. to. 2. cap. 15. num. 28.

Quintum fundamentum desumitur ex illa * opinione, quam communiter tenent doctores in præscriptionibus 10. 20. vel 30. annorum, vt aduersus eas ex capite ignorantię detur maiori restitutio, indè enim sequitur quòd nunquam erit locus præscriptioni 40. annorum in ignorante, quia post lapsum 30. annorũ intrat tẽpus

61 petendę restitutionis in integrum, quod † quidem cum sit vtile, & non currat ignoranti, manifestè apparet quòd impedit cursum 40. annorum contra ignorantem: hoc argumẽtum ineuitabile videri in pũcto iuris dicit Pet. in alleg. q. 14. nu. 277. & per illud dari intelligi impossibile esse quòd cũ effectu ignoráti currat præscriptio quadrigenaria, pluribus se extẽdit Pet. omninò videndus, æneum esse idem argumẽtum, & aggeribus taurinis efficacius dicit Caue. d. §. materia singularitatis num. 57. dicens se velle quòd aliquis bis, ter, quaterve subtilis responderet ad illud: sed nõ deffuerunt qui id muneris susciperẽt, Scot. in alleg. respon. 1. lib. 4. to. 2. num. 39. & Thesau. d. decis. 134. nu. 13. an sufficienter, alterius esto iuditium: ego autem in illius confirmationẽ addo quod docet Me-

62 noch. de præsump. lib. 1. q. 71. nu. 1. ęquè † maiotibus, atq. minotibus petẽtibus ex iusta causa restitutionẽ in integrum dari quadriennii, ex l. fin. C. de tẽp. in integ. resti. postu. quod debet esse vtile, & non cõtinuum ex supra dictis, & sic non potest currere ignoranti.

63 Sextum † desumitur argumẽtũ ab absurdo vitando, si enim præscriptio curreret ignoráti, nec daretur ei restitutio, sequeretur quòd quis puniretur, & iure suo priuaretur sine censa, & sine aliqua sui culpa, cum ignoranti negligentia, aut culpa imputari non valeat, l. argentum ff. commod. cap. 2. & cap. quia diuersitatem, de concess. præben. contra cap. cognoscentes, de constitu. cap. satis pernersum 56. distinct.

64 Septimũ † est argumẽtũ, quia qui nescit dicitur non valere agere, not. est l. annus ff. de calumpnia. Bar. & dd. in l. genero, de his qui not. infam. & ideò annus, de quo in d. l. annus, nunquam currit nisi à die scientię, vt ibi apertissimis verbis dicit I. C. & hoc † quidem argu-

65 mentum vires aliàs sumit ab illo notissimo iuris principio, quo docemur non valenti agere nullam currere præscriptionem, ex l. 1. ad fin. de anna. excep. & aucten. nisi tricennale C. de bon. mater. vbi plenè Pinellus à num. 42. cum sequent. l. cum notissimi §. quamobrem, & §. illud C. de præscrip. 30. vel 40. anno. quod procedit tam in non valentibus agere propter impedimentum iuris, quàm etiam in non valentibus agere propter facti inpedimentum, prout pulchrè vbi suprà declarat Pinel. & Surd. de-

66 cis. 151. num. 4. & decis. 236. num. 14. ignorantia autem impedimentum dicitur facti ex d. l. annus, & docet Rolan. in sæpè allega. consi. 68. num. 27. Nec est quòd dicatur ea iura loqui de præscriptione ordinaria 10. 20. vel 30. annorum, non de præscriptione longissimi temporis, nam imò contrarium est verũ, verba enim allegatæ l. 1. de anna. excep. ibi, *nullam temporalem exceptionem opponi*, omnem omninò comprehendunt præscriptionis speciem, tam lõgi,

67 quàm longissimi temporis, quia † vniuersalis negatiua, *nullus*, vniuersaliter negationem significat, ac vniuersaliter, ac sine aliqua exceptione operatur, glo. in c. nemo potest j. ver. *obseruari*, circa principium, de reg. iur. in 6. Bar. in l. nullum C. ex quib. cau. infam. irro. Tiraq. in l. si vnquam, ver. reuertatur, nu. 77. facit in argumẽtum tex. in l. nulla iuris ratio ff. de leg. cum simil. latè rem hanc probat Quintil. Mandosi. glo. faculta. §. sanè, ver. *nullũ*, & Octauia. Vulpel. in tract. de prepo. aduer. & coniunct. significa. verbo, *nullatenus*, & ver. *nunquam*, & clariùs quòd ea iuris dispositio, quę statuit non valenti agere non currere præscriptionem, intelligatur etiam in præscriptione 40. annorum probat tex. sine aliquo circũloquio, vel suffragio, in allega. l. cum notissimi §. quamobrem, & §. illud, de præscrip. 30. vel 40. anno. vbi de ea præscriptione loquitur Imperator, & quòd etiam procedat, & locum habeat supradicta iuris dispositio in centenaria præscriptione, & ea, de cuius initio non est hominum memoria, tenet Gab. in consi. 163. numer. 16. & 17. relatus per Peregrin. qui id plenissimè comprobat, in tract. de fideicom. art. 41. nu. 17.

& licèt in præſcriptione immemoriabili ab his recedant Moli. (qui tamen in quadragenaria nobiſcum conuenit) in tract. de primo. Hiſpan. lib. 4. cap. 10. & Decia. in conſi. 24. nu. 108. cum ſequent. vol. 1. nihilominùs dicit Peregri.
† contra illud conſilium fuiſſe in Rot. Rom. *declaratum*, & ſe aliàs in facti contingentia contra
† illud *obtinuiſſe*.

68 Hæc † ſunt (humaniſſime lector) vrgentiora argumenta, quæ pro vtraque ex his opinionibus faciũt, reliqua enim, quæ à doctorib⁹ proponuntur, aut non faciunt ad rem, quia in præſcriptione 40. annorũ, de qua agimus, non concludunt, aut certè parùm mouent (mihi crede, qui cum diligentia examinaui) vt vna ex his opinionibus omiſſa, alteram amplectamur: quę quidem argumenta ſi cum ſtudio perlegeris, ac eorum vires, ac robur introſpexeris, dubium te (non dubito) adeò reddét vt facili negocio, pauloque momento huc illuc impellaris, & tunc magis ſi doctores videris, qui quæſtionem hanc pertractarunt, & ſignanter eos, qui ſuprà fuerunt à nobis relati: ita enim quilibet ex ipſis conatus eſt contrarię opinionis argumenta diluere, vt magnam confuſionẽ parere viſi ſint ijs, qui veritatem aſſequi deſiderant, quis enim prima fronte nõ diceret quòd illud de pleniſsima ſecuritate habẽda ex præſcriptione 40. annorum, quod ſuperiùs tradidimus, illud de nullo dando regreſſu ad res hac præſcriptione amiſſas recuperandas, illud de nulla formidãda actione, moleſtia, vel inquietudine ſuper dominio rei præſcriptæ per 40. annos, illud de excluſione cuiuſuis actionis per 74 præſcriptionem 40. annorum, & reliqua huius generis: quis (inquam) eſt qui nõ exiſtimaret hæc argumenta prioris opinionis ineuitabilia prorſus eſſe, ac indiſſolubilia? Verùm tãta facilitate ab alterius opinionis aſſeclis diſſolui ſibi ipſis videtur, vt nihil pænitùs vrgere arbi-
69 trentur. Dicunt † enim quòd per ea verba generalia non cenſetur ſublatum remedium reſtitutionis in integrum, iux. glo. in cap. coram ſęlicis, de reſtitu. in integ. Cancer. de offi. Iudi. tab. c. 12. num. 30. in 3. par. var. latè proſequitur Rolan. in allega. conſ. 68. nu. 28. & Petr. d. q. 14. n. 263. & Craue. cõſ. 291. n. 35. cũ reliquis, qui hãc
70 opinionem tenuerunt, non † ſecus atqui videmus quòd licèt ſoluens minori cum auctoritate Iudicis, & curatoris, dicatur cõſequi pleniſſimam ſecuritatem, l. ſancimus C. de adminiſt. tutor. §. nunc admonendi, inſt. quib. aliena. licet, vel non, qua de re agit plenè Cald. à Perey. in l. ſi curatorem habens, ver. *laſis* à num. 59. cũ
71 ſequent. non † tamen propterea ei omninò denegatur reſtitutio: quid enim ſi ex falſa aſſertione, & cauſa ei ſoluatur conſumpturo? certè non videtur quòd ſoluens, vel cum eo contrahens tutus ſit quominùs ſuccurratur minori beneficio reſtitutionis in integrum, Per. vbi ſuprà num. 267. faciunt quæ tradit Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 3. Rolan. in allega. conſi. 68. nu. 28. vol. 3. cum alijs huius opinionis: replicant contra hæc Pinel. & Scot. in locis citatis, quos per te ipſum videas, latè Trentaſinq. d. reſolu. 1. de reſti. in integ. nu. 2. verſ. his legibus.

72 Ad illud † quòd dominia forent ſemper incerta ſi ex capite ignorantię reſtitutio concederetur ex eo quòd ſemper ignorantia præſumatur, & ſic publica vtilitas læderetur, quę ad hæc vitanda præſcriptionem introduxit, reſpõdet Pet. nu. 271. quòd imò ſemper erunt certa, quia qui ſemel dominus, ſemper erit dominus, ſi reſtitutio concedatur.

Argumẽtum vltimum dictæ prioris opinionis ſatis remanere videtur deſtructum ex his, quæ pro ſecunda ſunt tradita.

Ex his, quis eſt, qui non arbitraretur verioręm eſſe ſecundam opinionẽ, verùm expectet eius fundamentorũ diſſolutionem, & videbit quãta ſit in his difficultas. Ad illud de iniquiſſimo præſidio ipſi⁹ præſcriptionis, & quòd qui præſcriptione vtitur, circunuentione vti videatur, & quòd propterea in dubio contra præſcriptionem pro reſtitutione eſt iudicandum, reſpondent plurib⁹ Pinel. in allega. auct. niſi tricennale à num. 39. ver. ſed quamuis vſucapio vſque ad num. 42. & Scot. d. reſpon. 1. nume. 46.
73 tandem reſoluentes † quòd iudices æquitatis debent habere rationem preſcriptionis. Aliter ſoluit Alex. Rauden. lib. 1. reſpon. 17. par. 2. illius
74 conſilij num. 25. dicens † id intelligi debere de præſcriptione 30. annorum.

75 Ad illud, † quod dicebatur ſequi, ni reſtitutio concederetur, quòd ſcilicet indè eueniret quem ſine culpa priuari iure ſuo ex quo ignoranti culpa non poteſt imputari, reſpondet Scot. num. 45. quòd licèt priuetur ignorans ſuo iure ſine culpa, non tamen ſine cauſa, quod nõ eſt abſurdum, c. ſine culpa, de reg. iur. lib. 6. cauſa autem eſt publica vtilitas.

76 Ad illud, † quod de vtilitate quadriennij dicebamus in 5. fundamento, quod Craue. dicebat eſſe æneum, & aggeribus taurinis efficatius argumentum, quodque dicebat Petra eſſe ineuitabile, reſpondent Scot. num. 39. & Theſau. allega. deciſ. 134. nu. 13. tandem cõcludẽtes per illam l. fin. C. de temp. in integ. reſti. poſtu. ſublatam fuiſſe vtilitatem quadriennij, & ita loco anni vtilis continuum quadriẽnium fuiſſe conceſſum, & per hæc & alia, quæ tradunt, dicunt remanere euacuatum, & cereũ effectũ argumentum, quod æneum appellabat Craue.

Reliquis argumentis poſteriotis opinionis non reſponderunt ex profeſſo licèt aliquid de eorum materia dixerint doctores, qui priorem

ſequun-

sequuntur, non tamen propterea tanti facienda sunt quasi non possint sine magna difficultate subuerti, vel saltem dubia reddi, ac imprimis quoad argumenta à simili deducta illud
77 annotare libuit, huiusmodi † à simili argumẽtandi genus fragile admodum esse, ac ferè semper vno (vt aiunt) aut altero pede claudicare,
83 nisi concurrant quę pluribus docet Nicholaus Euerar. in sua topi. lega. loc. à simi. à n. 1. ad n. 7.
78 quod præsertim indè fit quòd † nullum simile dicatur idẽ esse, vul. l. quod Nerua, ff. depositi,
79 ac proindè † nisi probetur similitudo in eo, in quo fit comparatio, non procedit is argumentandi modus, pluribus exẽplis id illustrat Euerar. vbi superiùs nu. 7. à nobis iure optimo hic omissis, vt ad alia vtilia dicenda fiat locus, imò
80 † nunquam procedit data aliqua dissimilitudine inter res similes, vt dicebat ex Specula. Afflict. decis. 350. nu. 11. etiamsi sit patua, Alex. Rauden. de anal. in apendi. 5. par. nu. 11.

Vt autem singulariter ostendamus ea argumenta posse saltem controuerti si non omino tolli, dicimus
81 † quoad illud de recisione sententiæ ex nouis instrumentis nouiter repertis, non versari eo in casu rationem publicæ vtilitatis, quæ in præscriptionibus consideratur, ne dominia sint semper in incerto, ac sit tandẽ aliquando litium finis, vndè cum non sit identitas rationis in vtroque casu, propter quam maximè fit locus huic à simili argumentandi modo, indè consequitur parùm obstare illud fundamentum.

Ad illud, quod de æquiparatione ignorantis cum absente dicebamus satis arbitror responsum, ac satisfactũ ex his, quę ibi dicta sunt.
82 Supereſt † illud, quod de l. si partem §. 1. ff. quemad. seruit. amit. desumebatur, disoluam, dicimus igitur quod nõ parùm sit de Ceuallos, qui illud adducit, mirandum, quòd non aduertens ad dispositionẽ illius tex. dixerit id, quod de directo repugnat eidem, is enim vult quòd per illum tex. probetur nõ currere præscriptionẽ seruitutis viæ mihi legatæ si ignorans legatũ ea vsus nõ fuerim per tempus ad amitendã seruitutem constitutum, quod autem imò amittatur eo casu seruit, probat clarè ille tex. Idem quod Ceuallos, circa eum tex. crediderat antea Feder. Scot. in alleg. respo. 1. lib. 4. to. 2. nu. 15. Benè verum est quòd ibi glo. ver. *non vtendo*, quam non allegat Ceuallos, dicit dari nihilominùs restitutionẽ, ad quod allegat l. & Attilicinus ff. de seruit. rust. præd. verum reperi respondere duppliciter Scotum vbi superiùs, aut quòd diuersa sit ratio dispositionis d. l. & Attilicinus, quia ibi fuit impedimentum siccitatis fontis, & sic irremediabile per hominem, non autem impedimentum ignorantię, & sic concordat cum l. 1. §. si quis autẽ ff. de itin. actuque priua. vbi fuit impedimentum inundationis, & irremediabile per humanam opem, nõ impedimentum ignorantiæ remediabile per humanam diligentiam, vel etiam quòd ea iura non loquantur de tempore longissimo, licèt enim illud requiratur in præscribenda seruitute, vt in dicto contrario dictũ fuit, ad eam † tamen amitendam longè breuius tempus sufficit, vt potè biennium, vel quadriennium, quod lex appellat dupplicatum tempus, vt probat vbi suprà Scot. & in cons. 13. lib. 1. to. 1. nec tunc erat cognita longissima præscriptio, vt docet Pinel. in d. auct. nisi tricennale num. 3. & 58.

84 Ad vltimum, † quod de ignorante dicebamus non videri posse agere, & sicnõ posse cõtra eum vllam, quamuis longissimam, currere præscriptionem, fateor vrgentissimam esse argumentationem, & tantò vrgentiorem quãtò magis eius vis cõsiderabitur, verùm non deerit ijs, qui contrariam tenent opinionem, vndè ab ea se expediãt, vnus se nobis offert Feder. Scot. in allega. cons. 1. lib. 4. tom. 2. num. 44. vbi pro responsione ad istud argumentum lectorem remittit ad tradita per Pinel. in sæpè alleg. auct. nisi tricennale à num. 39. ad nu. 42. vbi (inquit) examinat Pinel. causas vsucapionis, & præscriptionum, & ostendit iustissimè particularibus etiam ignorantibus auferri res suas per lapsum temporis, vt vniuersaliter possessoribus consulatur, & dominia sint certa: Verùm ego exquirerẽ ab Scot. & Pinel. causam quare in alijs impeditis impedimento iuris, vel facti hanc publicam præscriptionis, & vsucapionis causam non consideraruntlegumlatores, sed imò, vt suprà vidimus, statuerunt ea non obstãte nullum impedito currere tempus, contra ignorãtem autem, qui verè impeditus dicitur impedimento facti, ex allega. l. annus, ff. de calump. voluerint currere huiusmodi tempus? certè nõ video quomodo possint ignorantem deteriotis facere conditionis, quàm alios impeditos, stantibus maximè expressis verbis d. l. annus, quæ vult ignoranti, vt iustè impedito, ac agere non valenti, nõ currere tempus: Cogita igitur, & vide num nam aliud tibi occurrat, quo melius his respondas.

Hæc sunt, quæ difficiliorem hanc reddunt iuris quæstionẽ, quæ non fuerunt à nobis adducta quasi existimemus adeò fuisse per has responsiones vtriusque partis argumentorum vires prostitutas, vt nihil loci relinqueretur alijs, aliud circa ea speculandi, sed imò & vt rei difficultas appareret, & occasionem huius nostrę facultatis professoribus acutioris ingenij, & eruditionis pręberemus suam dexteritatẽ, & ingenij aciem ostendendi. Restat nunc vt nos inter tantas doctorum varietates, contrarias opiniones, contrarios intellectus,

& sensus, ac deniq. inter tot difficultates, nostram in his aperiamus sententiam, nostrum que, qualecunq. sit, proferamus iudicium.

85 Ego † igitur Ecclesiam, & minores, nec non & omnes, qui minorum beneficio gaudent ab ipsis maioribus secerno, ac diuido, vt priorib' intrepidè existimem, absque vlla difficultate, si adsit læsio, ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem longissimi temporis dari restitutionem: hanc distinctionem fecerunt glo. Bar. & doctores in auctē. quas actiones C. de sacrosan. Eccles. Dida. de præscrip. par. 3. §. 3. nu. 4. & plures alij, vt dicit Pinel. in auctē. nisi tricennale num. 58. C. de bon. mat. infinitos penè ad id commemorat Sfor. Oddus de restitu. in integ. par. 2. q. 90. art. 5. cuius allegatione contentus alios silebo, ne actum agere videar. Et

86 certè † vt hęc opinio amplecti debeat hoc vnū mihi sufficere visum est quòd sit res dubia hæc, quam tractamus, an sit danda restitutio aduersus præscriptionem, nec ne, & quòd plures grauissimi doctores vnam, alij verò aliam partem sine scrupulo sequuti sint, indè enim existimo efficiendum quòd quis in fauorem ecclesię, & minorum, aliàs de iure in ferè omnibus rebus, præter alios, priuilegiatorum, inclinetur in hanc opinionem, per ea, quæ egregiè docent Beniten. decis. 19. num. 2. & Ioseph. Ludoui. decis. lucensi 3. nu. 59. & 60. quòd in dubio, & in conflictu opinionum iudicandum sit pro ecclesia, vel eo maximè cum in his propriè inculpabiles existāt, ex quo bona ipsorum per alios reguntur, & administrantur, qui nihil minùs fere semper curant, quàm eorum commodum, & vtilitatem. Pulchra est ad hoc pro-

† positum *decisio* Senatus, de qua suprà meminimus, ad relationem Ioannis Sabater egregij olim eiusdem Senatoris, & postea in supremo regni Aragonum consilio Regentis in causa Petri Soler beneficiati in ecclesia Barcinonæ contra vniuersitatem de Guimara die 1. Iunij 1594. actua. Benedic. Sacares, facta, cuius hæc sunt notanda verba, *Attento etiam quòd ad excludendam præscriptionem est magna considerationis mutatio beneficiatorum, ex qua sequitur titulorum, & iurium dicti beneficij ignorantia, ob quam ignorantiam datur in integrum restitutio beneficio, & illius beneficiato, cum quadrennium ad petendū in integrum restitutionem aduersus præscriptionem sit vtile, & non currat nisi à die scientiæ* Elegans, & summè notādus est tex. in c. 1. de resti. in integ. in 6. ibi, *si quadrennij spacium post sit lapsum, & negligenter omiserit, non est ad beneficium huiusmodi admittenda*, is autem, qui ignorat negligens dici non potest, ad latè tradita in superioribus ad 6. argum. 2. opinionis nu. 63. Rursus ponderanda sunt verba illa post explicationem quarundam causarum, propter quas post quadrię-

nium datur restitutio appositæ, *aut alia rationabilis causa subsit*, inter quas † rationabiles causas videtur iurè connumeranda ignorantia, prouti insinuat ibi glo. verbo, *causæ*, loquendo de nouis mutationibus Prælatorum ecclesię.

88 Fauet huic † opinioni quòd in casu magis dubitabili in fauorem Ecclesię, & minorū tradunt dd. eis propter solam enormissimam læsionem de iure speciali dari restitutionem post quadriennium, & plura quadriennia, & aduersus ea decursa post præscriptionem, c. 1. de restitu. in integ. in sexto, quatenus postquàm dixit oportere Ecclesiam hoc beneficium implorare, nec aliter audiendam fore, addit, *Nisi præuaricationis, aut fraudis probetur commentum*: fraus †

89 autem, & dolus (nemo dubitat) inest re ipsa, vbi adest læsio enormissima l. si de meis §. recepisse & l. sed & si seruum §. si quis iudex ff. de recep. arbitris, latè Perey. loco infrà allegan. & nos in superioribus aliter etiam probauimus hac ea. clausul. glo. 9. par. 5. nu. 210. apertè glos. in d. c. 1. verbo *causa* hanc enormissimę lęsionis causam reffert inter rationabiles, propter quas dicit Pont. concedendam restitutionem

90 post quadriennium, ita † dicunt forè intelligēdum tex. difficilem in c. ad nostram de reb. ecclesiæ non alien. doctores infrà citandi, Dida. lib. 1. var cap. 3. num. 10. Pinel. in l. 2. par. 2. c. 4. n. 21. in fin. C. de rescin. vendi. Ferdin. Vasq. controuer. vsufrequen. c. 9. num. 1. in fin. Cassador de empt. & vendi. decis. 1. nu. 5. adeò vberrimè & iuribus, & rationibus, ac doctorum auctoritatibus rem hanc comprobat Cal. à Perey. in allega. l. si curatorem habens verbo *infra legit. temp.* num. 9. vt non existimem oportere quòd in alijs commemorandis ampliùs insistam, nisi velim transcriptotis vitio ab omnibus notari,

†† & hanc opinionem *seruari* in Rot. Roma. ex Antho. Aug. reffert Thuzan. in lib. com. opin. conclu. 109. & docet Achil. de Graf. decis. 84. optima est decis. nostri Senatus quam suprà retulimus de anno 1593. 22. Septemb. facta ad relationem Anthonij Oliba olim illius egregij Senatoris in causa Christophori Miquel Canonici Gerundæ contra vniuersitatem villæ Balneolarum, actua. Puigfetrer, quatenus aduersus præscriptionem 52. annorum propter enormissimam læsionem ecclesię restitutionē concessit, ac decreuit ea de causa concedendā iure speciali post lapsum quadriennium, & plura quadriennia. Quæ est tamē (vt nec id omittamus, quod spero fore iucundum, & vtile) restitutio diuersa ab ea, quæ cōceditur intra quadriennij tempus ordinarium ad concedendū,

91 hæc enim vltima † dicitur restitutio iusticiæ, & ordinaria, nostra verò, quæ post quadriennīū cōceditur, gratiosa, & extraordinaria iuxta distinctionem, quam in hac materia faciunt

commu-

communiter doctores Dida.lib.1.var.resol.c.3. Eman.è Costa in l.Gallus in §. & quid si tantũ 2.par.à num.42.& ibidem Sarmien.à nu.65.inter selec.opin.lib.5.& plures alij, quos ipsi refferunt. Nec est otiosa† hęc annotatio, indè enim intelligemus quę fuerit ratio quòd in eadem aula nostri Senatus *in* suprà memora. cauſ. Petri Soler cõtra vniuersitatem de Guimara fuerit data restitutio fructuum cum rei restitutione, in causa verò, de qua etiam suprà meminimus Anthonij Miquel contra vniuersitatem villę Balneolarum, non fuerat siquidẽ in priori ex capite ignorantię concessa restitutio iure ordinario, intra quadriennium scilicet, quia licèt fuisset elapsum in rei veritate, non tamen cucurrerat ecclesię, cum sit vtile, & ipsa ignorans fuisset, & sic fingebatur adhuc ecclesia esse intra quadriennium, quo casu auocatur res cum fructibus, l.quòd si minor, §. restitutio ff. de minor. l.patri §. si pecuniam, vers. item ex diuerso, iuncta glo. verbo *fructibus* ff. eo. l. videamus §. in fauiana ff. de vsur. cum simil. plenè Dida. in allega. c.3. lib.1. per tot. & hęc appellatur restitutio iustitiæ, in posteriori vero casu fuerat restitutio gratiosè concessa, in qua non veniunt fructus, vt dicit eadem ipsa decisio his verbis, *Attento quòd cessat restitutio fructuum per possessorem, seu quasi ante petitam restitutionem, contra quem ecclesia restitutio concedatur iure speciali, & extraordinario post lapsum quadriennium, & plura quadriennia*, & probat tex. in aucten. idem est de Nestorianis C. de hæret. & Maniche. ac tex. difficilis in c. ad nostram, de rebus Eccles. non alien. vbi propterea non fuisse factam condẽpnationem de fructibus restituendis interpręt antur doctores suprà relati, quia Ecclesiæ, in ea facti specie, concessa fuerat restitutio iure speciali, & extraordinario, ac gratiosè, licèt id cõtrouertere conetur Pinel. in l.2.par.2. c.4. n. 20. C. de rescinden. vendi. vide latiùs apud doctores suprà citatos, mihi sat est summo digito hæc pauca, pro instituto, tetigisse, eis tamẽ adde Geor. de Cabedo, post hęc scripta habitũ, decis. Portugal. 144. num. 3. par. 1. vbi dicit ita pluries in eo Senatu in fauorem huius opinionis fuisse *declaratum*.

Quibus igitur (vt ad rem redeamus) tantum fauoris tribuitur in materia restitutionum, nihil mirum si & nos in suprà tradita iuris quæstione, sit ne concedenda restitutio ex capite ignorãtiæ aduersus præscriptionem 40. annorum, concedamus quod plures, vt suprà vidimus, etiam maioribus cõcedunt, dandam esse restitutionem.

Sed † an id respectu minorum procedat in Cathalonia obstante vsatico omnes causæ, quo disponitur omnes causas, siue bonas, siue malas spacio triginta annorum præscribi, docet Cancer lib.2.var.resolu.c.1.de minor. vigintiquinque an.num.238.vbi Senatus Dolani *obseruantiam* refert pro negatiua opinione, respectu autem Ecclesiæ quòd nil noceat illius vsatici dispositio iam antea docuerat in 1. lib.var.c.15.de præscript.num.2.adde Boer. in consuetu.Bituricen.tit.de præscript. §.1. quasi per tot. Ego tamen illud, quod de minore Cãcer.docuit non admitterem quamuis eius dicto Senatus Dolani auctoritas (nihil tamen allegato) accesserit, quippe quia videam omnes concordare quòd, vt superius diximus nu.69. & 70. per quæcunque verba statuti, quantumuis generalia illa sint, & præcisa, non censetur exclusum restitutionis in integrum priuilegiatum remedium, immò non censetur statutum voluisse restitutionem reijcere, quamuis omnes exceptiones reijciat, prout abundè, vt nihil suprà, probat Carol. de Graf. in tracta. de statut. reijcien. omnes exceptiones exceptione 34. per tot. cum penè infinitis, quos allegat, & inter eos summè notandum est egregium Pau. Castren. 392. lib.2. cons. quod allegat qui mox adducetur, notandum etiam est aliud Franci. Bec. cons. 12. num. 68. vbi latè † signãtèr in proposito probatur per glo. in l. sicut, vers. *seruanda sunt* C. de præscript. 30. an. quòd si disponat constitutio quòd minori 25. an. currat præscriptio, intelligitur vt currat mero iure, sed non propterea denegatum intelligitur beneficium restitutionis in integrum, conducit quod Stepha. Gratia. tradit dec. prouin. March. 177. num. 18. dicens quòd quando statutum solùm *disponit* valere gesta per maiorem 18. an. aliud circa ætatem non disponendo, operabitur quòd acta valeant *mero iure*, quæ aliàs non valerent, non tamen per hoc erit sublata restitutio in integrum. Alias plures instantias, pulchras mehercle, ad idem probandum assumptum, quod superiùs tradidimus, non censeri comprehensum beneficium restitutionis sub generalitate verborum statuti, tradit isdem Bec. vbi suprà per te ipsum videndas, quę si ita sunt, non video quare dicere debeamus per nostrum vsat. reiectum fuisse restitutionis beneficium singulari priuilegio in fauorem minorum indultũ, postquàm de eo nullum verbum in vsat. Conducit † quod docent Bal. in aucten. nisi tricennale C. de bon. mater. & Craue. in cons. 116. num. 8. quòd licèt verba statuti inducentis præscriptionem sint valdè præcisa, ea tamen non currit contra non valentem agere.

Supradicta † de statuto quòd nõ censeatur excludere venientem medio restitutionis beneficio, adeò vera esse existimat & probat Oddus de resti. in integ. par. 1. quæs. 15. art. 7. quem reffert Vincen. de Franc. decil. 431. numer. 3. vt

proce-

procedant etiamsi expresse loquatur de minoribus, intelligeretur enim comprehendere eos, quatenus volunt iure communi vti, non quando iure speciali restitutionis in integrum.

Per quæ Senatus Lusitanus, vt refert Gamma † decis. 191. *declaranit* minorem posse admitti etiam elapsis 15. an. ad effectum, de quo ibi, precisè per iura municipalia prefixis, ad scilicet vtendum remedio l. 2. C. de rescin. vendi. si beneficiũ ad id restitutionis in integ. implorauerit, quia ea non censetur per dicta iura reiecta.

97 Adiungitur † quòd vbi iura nostra municipalia voluerunt restitutionis in integrum beneficium excludere, expresse id disposuerunt, prouti apparet ex consti. 3. & 5. tit. de excep. impedient. &c. & consti. vni. en quins casos no es licit supplicar &c. & simil. & vbi id nõ expresserunt, semper videmus aduersus lapsum temporis, quantumuis præcisè ad aliquid faciendum per cõstitutiones prefixi, admitti restitutionem minoribus, & eis, qui eorum priuilegio gaudent, prouti practicamus in temporib⁹ probatorijs, in exhibitionibus instrumentorũ post denuntiatum processum, & casibus similibus, in quibus etiamsi minori sint lapsa tempora, restitutio tamen cenceditur semper eidem.

98 Et si † de eis plura scire volueris, quib⁹ propositum cõfirmes, aduerte quid in causis supplicationum cõtrario imperio interpositarum seruemus, licèt enim constitu. 12. tit. de supplica. de senten. statuat seruandos in eis esse terminos, & formam, qui, & quæ in causis supplicationum interpositarum à prouisionibus factis super exceptionibus impedientibus litis ingressum, & in consti. precedenti 11. in ordine, quę loquitur de dictis causis supplicationũ contrarij imperij, quæ interponuntur à prouisionibus, quę fiunt super dictis exceptionibus, dicatur terminum decem dierum concessum ad probandum in dictis causis esse præcisum, & peremptorium, quemadmodum terminus statutus in prima instantia dictarum exceptionum, & iste per consti. 3. tit. de except. impedient. sic statuatur præcisus, & peremptorius vt nec per restitutionem in integrum possit extendi, quę in hoc non est correcta per consti. 5. eiusdem tit. solùm enim terminum 15. dierũ extendit ad 30. dies, nihilominùs tamen obseruat Senatus quòd nec per verba tam præcisa censeatur derogatum beneficio restitutionis in integrum, & minores intrepidè eo beneficio mediante admittit ad probandum, etiam post lapsum dictorum decem dierum, prouti referente egregio Senatore Iosepho Dalmau in causa Ioan. Ros contra pupil. Llobets sub † die 26. Augusti 1601. *declaranit*, actua. Sebastia. † Morato, & *rursus* egregio quondam Senatore Iosepho Benac referente, in causa viduæ, & pupillorũ Saportas, & Munyos, cõtra heredes Micha. Frias, sub die 15. Nouembris 1603. & *demũ*, referente egregio etiam Senatore Hieronymo Seniust in causa manumissorum testamenti Iacobi Ferrer contra viduam, & pupillos Flaquers, sub die 30. Augusti. 1603. scriba Iacobo Agramunt, fuisse vidi sic declaratum.

Accedit his finaliter quòd mens conditorum vsatici non fuit alia, quàm per eius dispositionem tollere, & erradicare à Cathalonia omnes, & quascunque alias prescriptiones minores triginta annorum, vt non obscurè ex nostris practicis deducitur, quos Oliba, & Cancer allegant, ille quidem de actio. par. 1. lib. 3. ad. §. rei persequendæ num. 23. & 24. de actio. & hic lib. 1. var. c. 15. de prescrip. num. 1. & lib. 3. c. 4. de seruitu. num. 47. non verò tollere priuilegiatis sua priuilegia.

99 Quod verò † attinet ad maiores, ego regulariter in eam inclinarer opinionem vt restitutio non concederetur aduersus præscriptionẽ 40. annorum ex capite ignorantiæ, ne tot iura in fauorem vsucapionis, & prescriptionũ propter bonum publicum, & ne sint semper dominia rerum sub incerto, sirq. tandem aliquando litium finis, introducta, facili negotio, sub colore cuiusdam mendicatæ ignorantiæ, subuertantur, possessores antiqui inquietentur, ac molestentur, & finaliter ne indè detur occasio quòd sit inter homines perpetuum bellum ciuile, de litibus loquor, quas bella dici posse nõ est quòd comprobemus, omnes enim, qui eas tractamus, id satis testari possumus.

100 Dixi † regulariter, quia posset dari casus, quo à dicta opinione faciliter recederem, veluti si viderem allegari causas ignorantiæ, per quas faciliter possem induci ad credendum nullam posse impingi ei, contra quem fuisset præscriptum, negligentiam, vel culpam, cur rei suæ maiorem curam non habuisset, quòd eam præscribi tanto tempore passus fuerit, hos tamen casus fore perpaucos arbittor, consulas si huic aliquando opinioni adhærere volueris, Pinel. in sæpè allega. aucten. nisi tricennale num. 60.

101 qui † iustæ ignorantiæ plura exempla tradit, quæ tamen nescio an ipse sequerer in facti cõtingentia, & an iustam ignorantiam ex omnibus causis per eum relatis iudicarem, sed tu lector, pro tua ingenij acie hæc rectè considera, & quod iustius videbitur sequere: ego enim suspensa, quod ait ille, manu, & timidè aperui quid sentirem. Eiusdem iustæ, & probabilis ignorantię, quæ locum facit restitutioni, exẽpla nonnulla posuit Surd. allega. decis. 4. num. 7.

Etsi

101 Et ſi hæc opinio † non arriſerit, vide earũdẽ opinionum aliam conſiliationem apud Petrũ Bunũ conſ.3.n.20.vol.1 poſt hæc ſcripta habitum, qui dicit opinionẽ negãtẽ aduerſus præſcriptionẽ 40.annorũ dari reſtitutionẽ tũc procedere quando ille, qui ignorare ſe dicit, fuiſſet in humanis tempore contractus, cuius dicit ignorantiam habere, quia tunc conſiderari poſſet aliqua eius negligentia, qui poterat diligentiam conferre ad obtinendam negotij veritatem, affirmatiuam verò procedere quando is, qui reſtitutionẽ petit, ſucceſſit in locum alterius, nec vitam ducebat tempore inhiti contractus, & ideò, etiamſi voluiſſet, non potuiſſet 105 diligentiã præſtare in exquirenda rei veritate, & idcirco cum eius ignorantia ex iuſta cauſa procedere videatur (inquit iſte auctor) admitenda eſt reſtitutio, ad quod citat Tiraquel.de retract.ligna.§.35.glo.4.num.43. qui dicit eum ita latiſſimè ſcripſiſſe. Verùm cogita de huius conſiliationis veritate, & iuſtitia, quia eſt quod conſideretur. Alium modũ conſiderandi iuſtam ignorantiam tradit Barz.allega.deciſ. 101. nu.16.& 17.

103 Ex quibus omnibus † arbitror ſatis fuiſſe factum ei quæſtioni, quam in principio moueramus, nunquid ex capite ignorantię detur reſtitutio aduerſus non vſum fatícæ, ſi per 30. vel 40.annos is, cui venditio facta fuiſſet, extitiſſet in poſſeſſione rei venditæ: Dicim⁹ enim quòd quoad præſcriptionẽ 30. annorũ nõ eſt dubiũ quin cõtra eam detur reſtitutio ex ſuprà traditis, quoad præſcriptionẽ autẽ 40. annorũ ſoli Eccleſiæ, & minori fore, & eſſe concedendã ex iuſta ignorantia, non tamẽ maiori, licèt exiſtimem quòd vix dabitur caſus, in quo poſſit dici dandam reſtitutionem, ſiue loquamur in maioribus, ſiue in minoribus, vel eccleſia: cũ enim in his vix ſit quòd cõſiderari poſſit læſio ob non vſum fatícę, & facultatis retrahendi, indè fit quòd ideò vix vnquam poſſit, vel debeat concedi reſtitutio. Benè verum eſt quòd 107 vnus Ioſeph.Ludoui.qui ex omnibus doctoribus ſuprà allegatis ſolus ſcripſit particulariter de hac materia, tenet intrepidè tam maiorib⁹, quàm minoribus concedendam ſemper fore reſtitutionem, quia tamen ſuam opinionem comprobat ex regulis generalibus, quæ ſuperiùs in diſcurſu tractatus prędcedentis quęſtionis traditę fuerũt, in qua nos quid ſentiremus iam iam aperuimus, ideò nõ propterea ab his, quæ ſuprà diximus, recedendum arbitramur.

104 Aduerte † tamen ad vnum, antequam ab his diſcedas, quod ſpero fore nõ iniucundum 108 propter ordinarias altercationes, quæ quotidiè in iudicijs indè mouentur, contingit enim perſæpè quòd ex quo is, contra quem reſtitutio petitur, vel eſt minor, vel Eccleſia, ſicut ille, qui eam prætendit, ſtatim reſpondet aduerſarius vt petentem excludat à beneficio, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum nõ vtitur priuilegio ſuo, ex l.verùm.§. item quæritur, de minor. replicat tamen petens quòd ipſe agit de dampno vitando, & ſuus aduerſarius de lucro captando, quo caſu permiſſum eſt priuilegiato ſuum exercere priuilegium etiam cõtra pariter priuilegiatum, vt doctores omnes * in hoc conueniunt, vt ex infrà allegandis hauſire poteris, & per ſæpè fit quòd ſi queratur ab vtroque quomodo exceptio intelligatur, & replicatio procedat, omnes obmutęſcunt: audiui plures ex noſtris, qui dicerent interrogati, † cũ cenſeri agere de lucro captando, qui actor eſt in iuditio, & petitor, eum verò de dampno vitando tractare, qui reus eſt, & deffenſor, propterea prætendentes actori nunquam fore reſtitutionem concedendam; cæterùm vidi aliquando partem in expenſis condempnatam ratione huius prætentionis: vis ergo ſtat in percipiendo quomodo hęc intelligantur, ad quod facilem nobis proculdubio parauit aditũ ſummus ille iuris Coriphæus Bar. in auctẽ. quas actiones.num.3.C. de ſacroſan. Eccleſ. dicens † quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatũ non vtitur priuilegio, intelligatur quando ſcilicet vterque eſt priuilegiatus reſpectu eiuſdẽ cauſæ, quæ agitatur, verùm quando ex parte Eccleſię, vel minoris, cõtra quam, & quem petitur beneficium, ſolùm concurrit ſuum priuilegium, quod habet, vt ſi læderetur poſſet reſtitui, & ſic eſt tantùm priuilegiatus in genere, ex parte verò alterius, qui implorat reſtitutionem, vltra ſuum priuilegium, concurrit *læſio*, tunc indubitatum eſt non procedere regulam quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum &c. ſed fore, & eſſe concedendam reſtitutionem, quia altera Eccleſia, vel minor, qui nõ ſunt læſi in illo articulo, non habent in eo priuilegium, & ſic nõ poſſunt dici pariter priuilegiati, pro hoc dicit Bar. † eſſe caſum in l. vlt. ff. ex quib. cauſ. maior. vbi reſtituendum ſtatuitur eum, qui reipublicæ cauſa abeſt contra alium ſimiliter abſentem, *ſi aliquid dampni* (inquit rex.) *iniſtè quęritur*, quod eſt dicere ſi ipſe læſus ſit, & quando ſic, vt dictum eſt, res procedit, tunc ad videndum an ſit reſtitutio concedenda, nec ne, nulla eſt facienda diſtinctio lucri captandi, vel dampni vitandi, ſed ſemper illa concedenda, prout pulchrè declarat Bar. vbi ſuprà verſ. *ſi verò*, benè Redoa. de reb. Eccleſ. alienan.q.78.cap.9.num.7. vbi ſequendo Bar. doctrinam dicit † Eccleſiam eſſe contra aliam Eccleſiam reſtituendam, vt in cap.1.de in integ.reſtitu. id tamen ſic eſſe intelligendum quando concurrit ſolùm priuilegium vnius Eccleſiæ, reſtitutio enim datur Eccleſię læſæ,

vndè

vndè Eccleſia, quæ non eſt læſa in illo articulo non habet in eo priuilegium, ſecus autem inquit eſſe quando priuilegium vnius, & alterius cõcurrit ſuper eodem, tunc enim conquaſſantur priuilegia, & ambæ Eccleſiæ, ſiue perſonę priuilegiatæ vtuntur iure communi, id quod probat clariſſimè tex. capitalis, qui pro brocardico, priuilegiatus &c. ſuprà allegatus eſt, vbi in reſtitutione concedenda minori contra minorem inſpiciendum dicit I. C. quis capt⁹ ſit, & ei eſt reſtitutio concedenda, ſecus verò ſi ambo capti ſunt, & eo caſu quando vnus ex priuilegiatis eſt lęſus, & alter non, tunc læſus dicitur certare de dampno vitando, & ſic habet reſtitutionem, Cald. à Percy. in l. ſi curatorem habens, ver. *lęſus* num. 169. in fin. qui ſequitur Bar. vbi ſuprà, & allegat Cepha. in conſ. 116. num. 5. & 6. vol. 1. vidē. Dida. in reg. poſſeſſor, par. 2. §. 2. num. 4. & Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 5. inſpect. 1. num. 3. qui Bar. ſequuti mirè illius doctrinam explicant, bona deciſ. Siciliæ apud Maſtril. 44. & alia apud Caual. 30. nume. 17. & 34. cum ſequen. par. 1. plenè Ioan. Gratian de Falcon. reg. 316. nu. 8.

109 Exemplum † autem caſus, inquo procedit *regula, priuilegiatus contra pariter priuilegiatum* &c. ex eo quòd ambo ſint priuilegiati in ſpecie, & ambo agant de dampno vitando, vt perfectè materiam enodatam habeas, haurire poteris ex §. item quęritur l. verùm, de minor. ſuprà allegato, vbi minor mutuans pecuniam alteri minori, qui eam perdidit, non vtitur priuilegio reſtitutionis in integrum contra eum, nam vterque ratione *minoris ętatis, & læſionis* habet priuilegium reſtitutionis in ſpecie, in eodem caſu & actu, & exercitio, hoc eſt reſpectu pecuniæ amiſſę, cũ minor agens haberet reſtitutionem aduerſus datione pecuniæ, & minor conuentus aduerſus receptionem illius, vndè fit quòd cum vterque tractet de dampno, ideò deneganda eſt reſtitutio, idem in eodem caſu probat l. ſi minor 25. annis ff. eo tit. de minor. declarat benè Gratia. deciſ. prouinciæ Marchiæ 196. num. 18. 19. 20. & 21. nota longã, ad brocardicum, de quo agimus, factam remiſſionem per Camil. Borrel. in addi. ad Bellug. in ſpecu. Prin. rub. 21. §. & primò videamus, in littera. A.

110 Ex quibus † ego infero quòd vix in iuditijs caſus dati poterit, in quo petenti reſtitutionẽ aduerſus lapſa tempora obijci valeat regula, *priuilegiatus contra pariter priuilegiatum* &c. ex quo vix erit quòd concurrant ea, quæ ſuprà diximus neceſſaria vt regula locum habere poſſit, q. nota ne paſſim ſine diſcretione, vt ſolẽt plures, in ore ſtatim habeas exceptionẽ, priuilegiat⁹ cõtra pariter priuilegiatũ &c. aduerſ⁹ eũ, qui reſtitutionẽ ad aliquid in iuditio petit.

Hęc perſuadere nunquam potui cuidã Iudici Eccleſiaſtico præſentis ciuitatis in cauſa inter duos Clericos coram eo vertenti, in qua cũ meus cliens nomine ſuæ Eccleſiæ petijſſet reſtitutionem aduerſus omiſſam probationem contra aliam Eccleſiam, viſum fuit iudici illam non concedére ex regula, priuilegiatus &c. quia dicebat meum clientem agere de lucro captando quia actor, ſed num benè declarauerit, ex ſuprà adductis conijcere licet; diſpeream ſi aduocat⁹ eius, pro quo fuit declaratum, quia egregius erat, contrarium non ſentiebat intra ſe, & iuxta meam opinionem declaraſſet, ſi iudex fuiſſet, cæterùm quia inuenit animũ iudicis pro ſuo cliente præparatum, non cenſuit debere remorari illum.

111 Circa hæc † nota Anthon. Fab. viri aliàs doctiſſimi lapſum in ſuo C. lib. 1. tit. 2. de ſacroſanc. Eccleſ. defi. 86. num. 17. *quatenus* ex quo vidit in ſuperiùs allegata l. vlt. ex quib. cauſ. maior. dari, vt dictum eſt, reſtitutionem priuilegiato contra pariter priuilegiatum, magnitudine tũ tæ diſpoſitionis perterritus, *ſimpliciter dixit* ex ea l. conſtare brocardicum illud eſſe falſum, cum, vt ex ſupradictis patet, non poſſit modo aliquo talis illatio ex ea l. fieri, imò illius diſpoſitione non obſtante remanet illud quidem firmum in ſuis caſibus.

Redeamus iam ad noſtram materiam, & proſequamur ea, quę in ſuperioribus *imperfecta reliqueramus, quod igitur* ſe nobis in præſentiarum circa ſupradicta offert diſcutiendũ, eſt, nunquid illud, quod dixeramus in Cathalonia poſſe dominum feudi, & emphyteoſis vti fatica, & iure prælationis non ſolùm pro ſe, ſed & pro quocunque alio, atq. ita ius iſtud eſſe in alium ceſſibile, ſit perpetuò verum, & vniformiter obſeruetur in tota Cathaloniâ?

112 Dic quòd non, in dioceſi † enim Gerundę eſt conſuetudo ſcripta ſub titulo de iure emphyteo. & feuda. quæ incipit, item eſt de conſuetudine, prohibens vſum faticę, niſi rem velint ad proprium vomerem, vel vſum retinere, & in ciuitate Barcinonæ eſt cap. 80. incip. item concedimus capitulum, in priuile. recognouerunt proceres in 2. vol. conſt. quod licèt in totum nõ prohibeat vſum faticæ pro alio, prohibet tamẽ ne aliquis faticam honoris, qui pro ipſo teneatur, vendat, promitat, vel donet alicui, donec inſtrumentum factum de venditione, vel alienatione fuerit ſibi præſentatum. Verùm his faciliter ocurrirur ſi dominus pro ſe fatica vtatur, & poſteâ cui voluerit poterit impunè vendere, donare, vel in emphyteoſim concedere, & habebit intentum eodem modo atqui ſi fatica vſus foret pro alio, præſenſit hoc idẽ ante nos Ludoui. à Pegue. in ſepè allegata conſtitutione item ne ſuper laudemio, verſ. 6. num. 32. in fin.

in fin. & ante eum Socar. in allega. cap. cautum nu. 54. & Solson. in lucer. laudimio. tertia prin. quæstione nu. 19. & 20.

113 In quibus † autem casibus non possit dominus vti iure faticæ, & prælationis docent Guid. Pap. decis. 47. & 508. cũ suis addentibus; Tiraquel. de retrac. §. 26. glo. 1. num. 4. Ias. in l. fina. C. de iure emphyteo. Capel. Tolos. decis. 27. Bellug. in speculo. Prin. rub. 41. in §. leges regni, nu. 7. & Anthon. Gom. in l. 70. tau. cum quinq. legibus sequentibus, num. 19. & 20. vbi habes quid dicendum in donatione, quid in permutatione, quid in insolutum datione, & illis similibus contractibus, & præ omnibus maximè notanda sunt in proposito quæ docet plenè ex nostratibus Ludo. à Pegue. loco superiùs allegato, vers. 6. à num. 32. cum sequent. vbi per totum illum ferè versi. de hoc agit latissimè iure faticæ, & prælationis, & post eum Iaco. Cancer. varia. resol. par. 1. cap. 11. de emphyteu. à nu. 45. cum sequent.

114 An item † cuilibet domino directo siue ecclesiastico, siue seculari liceat indifferenter vti fatica, tractat isdem noster Ludouicus à Pegue. in allega. vers. 6. super constitu. item ne super laudemio, num. 43. vbi docet differentiam esse inter Ecclesiasticum, & secularem, quia Ecclesiasticus non potest vti fatica. Sed deceptus manifestè fuit, quia Boer. quem allegat in consuet. Bituricen. tit. de reten. rer. feuda. id non dicit sed imò totum contrarium esse de iure communi apertè profitetur, ex c. potuit, de locato, & conduc. & ibi Abbate, & alijs, verũ est quòd de cõsuetudine illius terræ Bituricen. dicit clericum non vti fatica, sed id nihil ad nos. In Ducatu Sabusia. moribus omninò abrogatum est istud ius prælationis, & vsus faticę siue in laycis, siue in Ecclesiasticis personis, vt auctor est Anthon. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. defi. 48.

115 Octauus casus † in quo inter ius commune, & nostrum municipale in hac materia reperitur notabilis differẽtia, est in pœna commissi, de iure enim communi emphyteuta priuati non soluens canonem per triennium, & Eccle sic per biennium, cadit à iure suo, l. 2. C. de iur. emphyteo. & c. potuit de loca. & conduc. Item emphyteota, & feudatarius alienantes rem sine domini consensu cadunt etiam à iure suo, * l. fina. in fi. glo. & ibi communiter scribentes C. de iur. emphyteo. c. potuit iunc. glo. extra de loca. cum simil. de iure verò nostro municipali commissi pœna est sublata tam in vno, quàm in alio casu, vsa. si quis suum feudum, & vsa. si quis Baiuliam, & vsat. sequen. tit. de feud. Et in feudatario non soluente pensionem nedum supradicta procedunt de iure Cathaloniæ, sed etiam de iure cõmuni, Specula. de emphy. §. nunc aliqua, num. 108. cum alijs allega. per Cacer. tit. de emphy. num. 3. in prima par. varia. resol. Puniuntur † tamen in vtroque casu alijs de iure municipali statutis pœnis, veluti duplicatę pensionis solutione in primo casu, viat. supra allegato, & in altero quòd potest dominus contra emphyteutam, vel feudatarium procedere per oblationem querelæ paris, & treugæ violatarum, in qua æstimantur dampna, & injuria ad certas quantitates, constitutio. 3. Regis Petri primi §. nengun Christia, titulo de pace, & treuga in primo volumine constitutionum. Item quòd possunt puniri pœna quingentorum aureorum, ex pragmatica eiusdem Regis Petri, quoniã dignè regnat, posita in titulo de iure emphyteotico in 2. vol. consti. Et denique est tertia pęna, quam statuit Rex Ferdin. 1. in consti. als escandols, quæ est 3. in tit. de iu. emphy. in j. vol. consti. per quam ingredientes possessionem, vt suprà dictum est, sine consensu domini, vltra alias pœnas de iure statutas, puniuntur pœna solutionis dupplicati laudimij. Et † hęc est pęna, quæ practicatur in Cathalonia, nam alias pœnas non videm⁹ vnquã declarari contra huiusmodi emphyteotas, & feudatarios, dico quòd ego nunquam vidi, licèt plures causas in Senatu habuerim, in quibus de his ageretur, solùm enim fit condempnatio dupplicati laudimij, ad quod licèt potuissem plura adducere Senatus exempla, quibus id comprobaretur, ne tamen tædio, & molestia lectorem afficeretem statui vnius tantùm declarationis meminisse in causa Æconomi Monasterij Ordinis prędicatorum villę Castilionis emporiarum contra Montisserratum Vernies ad relationem egregij tunc Senatoris, nũc Regẽtis Cãcellariã Micha. de Salba, & de Vallesica, & scrib. Serra 12. Nouẽb. 1601. (me aduo caro) factæ, in qua propter adeptam possessionem sine consensu domini solùm fuit emptor ad pœnam dupplicati laudimij *condempnatus*, nõ ad alias pœnas, vidẽ. Pegue. in allega. ver. 6. aiustans, & Can. in d. tit. de emphy. à num. 1. ad nu. 11. qui hęc bene declarãt quomodo procedant.

118 Aduerte † tamen quòd in duobus casibus tradunt practici adhuc in Cathalonia habere locum commissum, primò quando scienter denegatur dominium negando se aliquid tenere in feudum, vel emphyteusim. Secundò si res feudalis, vel emphyteoticaria pro alodiali alienetur, vel taceatur esse feudum, vel emphyteusim, Pegue. post reliquos nostros ptac. in allega. vers. 6. aiustans num. 16. & Can. dic. tit. de emphy. num. 15. Cel. Hugo in cons. 60. num. 10. Adde tertium casum quando pagensis relinquit mansum inhabitatum per annũ const. commemorans 5. de homin. bus pro-

prijs;

prijs, quod quidem tempus postea fuit reductum ad tres menses per sententiam reg. Ferdin. quæ est in 2. vol. consti. eo. tit. de homin. prop. Can. vbi suprà nu. 19.

119 Hæc † sunt, quæ à nostratibus traduntur in hac materia, quibus nos adiungamus aliqua, quæ videantur non negligenda. Ac imprimis illud adnotamus dari posse, secundum aliquorum opinionem, casum in Cathalonia, quo, non obstantibus iuribus patriæ commissum prohibentibus ob non solutum canonem, ei locus forsan foret, quando videlicet emphyteuta iurasset canonē soluere, & postea in periurium incurrens cessaret ab illius solutione, vti tenet expresiè Ias. in l. siquis maior, num. 12. C. de transac. & Bartholom. Barthazol. in repetitio. quam ad eandem l. fecit impressam post tracta. de clausu. instrum. num. 285. ex Bal. in. c. quærelam, de iu. iur. faciunt quæ docent idem Ias. in l. 1. num. 47. C. de iu. emphy. Antho. Corset. singul. 93. incip. licèt emphyteuta, & Thō. Ferrat. cautel. 20. Rationes huius dicti vide apud doctores suprà citatos, non tamen ego vidi vnquam vel declaratum, vel minùs ab aliquo prætensum quòd propter hoc commisso esset in nostra Cathalonia locus, imò reperi patrem Molina de contract. dispu. 381. num. 5. dicentem iuramentum efficere quidē posse quòd quis incidat in periuriū *si promissa non adimplet, cæterùm non* quòd propter hoc res cadat *in commissum, quę eo* secluso *non* cecidisset.

120 Alterū, † quod nobis in proposito notatione dignum videtur, est circa intelligentiā tex. in allega. consti. als scandols, sub tit. de iu. emphy. superiùs allega. per quam ingredienti possessionem rei feudalis, vel emphyteoticariæ absque consensu domini diximus impingi pœnam soluendi duplicati laudimij, vt ea dispositio non procedat nisi tantùm quando per vēditorem in instrumento venditionis, vel aliàs legitimè fuisset notificatum per quem dominum res vendita teneretur, & in his terminis † facta fuit *declaratio*, quam suprà retulimus contra Montserratum Vernies, secus verò est quādo vel vendita fuisset emptori res pro puro, & franco allodio, vel aliàs in instrumento venditionis non fuisset ei notificatum per quem dominum teneretur, licèt in instrumento venditionis legerentur illa verba sæpiùs in similibus apponi solita, *salvo iure eius domini, vel dominorum, qui nostrabuntur esse dicta rei venditæ*, tunc enim cum emptor dicatur esse in bona fide propter ignorantiam, propterea excusari debet à dicta pœna commissi, cui pœna duplicati laudimij per iura nostra successit, vt antea dicebamus, benè Guid. Pap. & ibi eius addentes decis. 24. & 305. & Guillel. Benedic. in c. raynuncius verbo. *Et vxorem nomine adulterij* num. 1011. extra de testam. Bartholom. Barthazol. de clau. instrumentor. cla. 13. glo. 2. num. † 4. pulchra est *decis.* Math. de Afflic. 278. num. 5. † & Antho. Gam. 91. nec non & *nostri Senatus*, quam refert Ferret. 3. par. obser. c. 399. quibus in locis hæc latè pertractantur, & signanter dictæ decisiones hunc decidunt casum, facit quod docet Antho. Thesau. decis. 227. num. 6. 121 dolum † inter alia requirit vt commisso sit locus ex tex. in c. quoniam inter, de prohib. feud. aliena. per tot. qui considerari non potest in eo, qui dominum ignorabat.

Indè hauries rationem, in qua vidi perplures magni nominis viros dubitare, & de variatione Senatus in hac materia (variationem enim appellabant) non parùm admirari, quare in nonnullis casibus videmus emptores ad hanc pœnam condempnatos, vti in ea, quā suprà adducebamus contra Montserratum Vernies facta, & similibus, in alijs verò ab ea pœna absolutos, est enim huius differentiæ ratio, quia in vno certificatus fuerat emptor de domino directo, & quis is esset, & sic fuerat constitutus in mala fide, in alio verò casu minime, imò erat ignorans, & sic erat constitutus in bona fide, quæ cum ab ea pœna excusauerat vt suprà diximus.

122 In quibus † autem casibus de iure communi, & non obstante eius rigurosa dispositione excusetur quis à pœna commissi licèt canonē non soluerit intra statutum temp^s, & seu possessionem acceperit rei emphyteoticariæ sine consensu domini, vide (vt paucis multa dicam) pulchras *decisiones* Gam. 83. 91. 147. †† & 274. Fran. Mar. à decis. 569. ad 580. Sesse decis. 35. per tot. vbi plura adducit de ignorantia excusante à commisso, quibus possunt quę superiùs dicta sunt corroborari nonnodicum 123 Thesau. decis. 169. & 179. vbi † signāter illa disputatur † elegans quęstio nunquid cessans per 30. annos continuos à solutione canonis nulla facta interpellatione perdat rem emphyteoticariam, vel præscribat, quæ etiam tractatur in vol. com. opin. tom. 2. loco 5. tit. 2. c. 7. & aliquid habebis infrà in glo. censuum, vbi etiam nonnihil dicetur de sequenti quæstione.

124 Item † in quibus casibus admittatur purgatio morę post incursum pœnæ, & intra quod tempus, consule Mar. decis. 576. & 577. latè Ioseph. Ludoui. decis. Perus. 90. Guid. Pap. decis. 123. & 166. & ibi Math. & Ranchi. in addi. ad eum, decis. 107. Hiero. à Lauren. decis. 145. à nu. 4. cum sequentibus, Franciscus Viui. decis. 531. per tot. Fran. Veg. cons. 68. num. 28. Meno. de arbit. iud. casu. 7. per tot. Fachin. contro. iur. lib. 1. c. 98. latissimè omnium Vincen. Caro. ad quē recurras quoties tibi casus occurrerit si vis perfectam

fectam huius rei doctrinã habere, in decis. seu casu 9.nu.13.

125 Et deniq. † an res valens mille si pro ducatis tercentum quę recipiantur, submittatur in emphyteusim, obnoxiaq. propterea fiat solutioni ducatorum quindecim annualium, an, inquã, tota res ipsa submissa cadat in commissum si cessatum fuerit in solutione in terminis, de quibus suprà, an verò pro illa tantùm parte, pro qua submissa fuit, scilicet pro ducatis ter- 128
† centum, tractat latè Afflic. dicẽs quòd pro parte tãtùm caderet in commissum *declaranis* Senatus in decis. 80. per tot.

Nec mireris lector quòd tam longis, & amplis in proposito vtamur ad alios remissionib⁹, quasi videamur labotem subterfugere, qui in his esset sumendus, est enim huius rei causã 129 quòd non possimus nos omnia extensè pertractare, & quando aliud facere nõ poteram, volui saltem sic alijs viam commonstrare, qua res nullo negocio innotescere possit, quibus accedit quòd cum hęc parùm practicentur in Cathalonia, nostrumque institutum à principio fuerit, & sit semper de practicabilibus tantum agere, venia propterea nob. concedenda erit si ita breuiter à supradictis nos expedierimus.

126 Vltimum † caput, quod in hac materia pertractandum censuimus est, nunquid in venditione alicuius annuæ pensionis super aliqua proprietate facta possit apponi pactum quòd si cessatum fuerit in solutione dictæ pensionis per annum, vel biennium, vel aliud tempus res cadat in commissum. Hanc quæstionem latè tractat Aluar. Velas. consul. 35. per tot. eamque negatiuè resoluit, ac dicit ita fuisse in Senatu
† Lulita. *declaratum*, quę opinio satis mihi placet, quia pœna illa cum non sit de natura contractus, si apponatur ei ex conuentione partium, apposita censetur in fraudem vsuratum, Bal. in l. cum allegas versi. septimo oppono ff. de vsuris, stante maximè noua forma creandi census per Pium 5. Pont. Max. præscripta, quæ huiusmodi conuentionibus repugnat, vide Velas. latiùs, vt dixi, de his agentem, & Virgin. de Boca. in tracta. de cens. super dicto motuproprio nu. 56. Cæuallos qui plures allegat in specul. commu. con. cõ. quæstione 469. & Ioseph. de Sesse decis. 42. per tot.

Sed quid in cẽsu reseruatiuo? vide Dida. lib. 3. var. c. 7. num. 1. Gutier. de iura. confir. c. 31. nu. 10. patrem Molina de contrac. disputa. 381. nu. 5. ac eosdem suprà allega.

127 Nonus † casus differentię inter ius commune, & nostrum municipale est, quòd de iure communi feudum sine domini consensu non potest obligari, not. in c. imperialem de prohib. feu. allena. per Fede. & alijs iurib⁹ allega. per Canc. d. c. 12. de feud. numer. 61. quibus * adde Iul. Clar. hanc dicens communem opinionem in §. feudum q. 35. latè hoc dictum explicatur in vol. com. opin. tom. 2. loco 5. tit. 1. c. 21. per totum, vbi videbis plures ampliationes, declarationes, & limitationes huius dicti, & signanter ea traditur limitatio notab. vt non procedat in sola pignoratione, vel obligatione, sed quòd sit necessarium rem tradi, alias nõ incideret vassallus in caducitatem, idem sequitur Clar. vbi suprà. In Cathalonia † tamẽ obligari potest feudum, sicuti etiam alienari, sine consensu domini, d. cõsti. Item ne super laudimio, Pegue. in commenta. ad eam versic. aiustans nu. 15. cum sequent. Socar. in c. Castellanus nu. 28. pag. 194. & Iacob. Can. var. reso. par. 1. c. 12. de feud. nu. 62.

Inde † vbi suprà infert Canc. (quod & antea tenuerat etiam Solson. in lucer. laudim. cellu. 8. de specia. oblig. num. 30. & 31.) falsam fore opinionem Guiller. de Vallesic. in vsat. si quis suum feudum, num. 18. & Ludo. à Pegue. vbi suprà ver. 1. num. 43. quibus adde Marquil. in eo vsat. versi. *quæro iuxta præmissa* quatenus asserunt posteriorem creditorem, cui res feudalis fuisset specialiter obligata, & hypothecata cum consensu domini, præferẽdum esse anteriori, cui etiam specialiter obligatio facta extitisset, absq. tamen consensu domini, cui ego libẽter assentior, si enim per iura nostra municipalia integrum est vassallo res feudales alienare, vel pignorare sine consensu domini, licèt propterea in pœnas incurrat, de quibus per eadem iura, indè deducitur manifestè non esse locum huiusmodi prælationi, & per hanc rationem corruit quam adducunt Vallesi. Peguer. & reliqui vbi suprà prò corroborãda sua opinione, dicebant enim è contrario quòd eũ per iura municipalia prohibeantur huiusmodi obligationes sine consensu dominorum, indè sequi debebat posteriorem legittimè cum consensu domini factam præferendam fore priori nulliter, & contrà iura sine cõsensu domini factæ, ea enim ratio Vallesicæ, & Pegue. & aliorum est de directo contraria allegatæ constitutioni, item ne super laudemio, in contrarium pro nostra opinione allegatæ.

130 Per quæ, † cum in Senatu coram egregio Senatore Hieronymo Seiust in causa Magdalenę Cireta contra Micha. Pujalteu Sancti Stephani de Basso, actua. Daroca, ageremus de prælatione duorum eiusdem rei diuersis temporibus emptorũ, egoq. dixissem primũ præferendum licèt posteriori fuisset priùs tradita corporalis possessio, quia sufficiebat vt eum excluderet, quòd illi fuisset priùs per clausulam constituti tradita eadem possessio, vt est communis opinio dd. quam in l. quoties C. de rei vendi. omnes tenent, & latè Tiraquel. de

consti.

consti.par.1.à num.21.Gom.tom.2.var.c. 2. nu. 20.vers.4.& replicaretur mihi potiorē esse possessionem secundi vrpotè quia haberet instrumentum firmatum per dominum dominij ratione,& sic esset à domino inuestitus,quod primꝰ nō habebat, per ea, quæ docet Guid. decis. 46.& 81.Guiller.Benedic.in c. Raynun.verbo, *& vxorem nomine Adelasiam* decis.4. num. 7.ac Hieronymum Marilia.in repeti.d.l.quoties C. de reiuendi.impres. post eius decis.nu.307. & 308.replicaui id in Cathalonia non habere locum,vbi non est necessarius domini consensus pro validitate alienationis,illud autem procedit de iure communi,non alia quidem ratione nisi quia prima venditio de iure non valuerit tamquam facta sine dicto cōsensu, non est causa declarata, si possum,ponam in fine quid successerit.

131 Difficilia † tamen videntur iura tex.quæ nō soluuntur à Canc.in consti.Aquesta es la pau in §.ningun Christia,de pace & treug.in 1. vol. cōsti. & in cōsti.1.tit.de iure emphyteuti. quatenus disponunt nemini licere feudum pignori,vel alio titulo capere sine consensu domini, qui quidem tex.tantò magis vrgebunt si consi-

132 derauerimus † in dispositionibus prohibitiuis non fore necessariū decretum irritans, vt nullus dicatur actus, qui contra eas fiunt iuxta l.

133 non dubium,cū ibi not.C.de leg.imò † dispositio prohibitiua semper loquitur, & intelligitur habere clausulam derogatoriam, & anullatiuā actꝰ absq.eo q. sit necesse quòd vlteriùs progrediatur anullādo, prouti ex d.l.nō dubiū docet Immol.in l.cū lex col.pen.vers.11.casu ff. de fideiul.& ibi Ias.num.17.Dec.consi.17. num. 3.Virgin.de Boca.in trac.de interdic. vti possidetis c.18.quæst.de censi.nu.40.& sic ex tex. in d.§.ningū Christia,& d.cōsti.1. elici debet nullam esse alienationem,siue impignorationem † rei feudalis sine consensu domini factam, etiā 138 si in eanon sit decretum irritans.Respōdemus tamen iura prædicta fuisse correcta per dispositionem tex.in allega.cōsti. Item ne super laudemio,posteà factā,quę,vt suprà diximus,contrarium disponit eius quod continetur in d.iu-

134 ribus,atque † ita cum sint contrariæ,nec simul † stare possint,dicendum est per hanc posteriorē sublatam fuisse priorē,ad latè tradita per Meno.qui fusissimè de legum correctione agit, in trac.de præsump.lib.6.præsum.38.per tot.multò fusiùs Aldera. Mascar. de interpræta. statu. conclu.8.per tot.

Alij aliud in proposito excogitabant, quo prælationem secundi creditoris aduersus primum,habentem tamen generalem tantū hypotecam,tuerentur,dicebant enim quòd cum in speciali hypotheca soleat communitèr fieri rei obligatæ traditio, saltem per constitutum, vel alium actum fictum,indè videbatur dicendum huiusmodi secundum creditorem vigore dictæ specialis hypothecæ,& traditionis priori fore præferendum, ex dispositione l. quoties

135 C. de reiuendica. verùm † falluntur egregiè, quia dispositio d.l.quoties nō habet locum in hypothecis,prout tenent Cyn. Ioan. Fab. Bal. * Salice.Castren.& cōmuniter doctores ibidē, & signantèr Ias.nu.11.Antho. Gom. tom.2.var. c.2.de emp.& vendi.num.20.versi.quartò principalitèr extende,Dida.var.lib.2.c.19.nu.7. Cachera.deci.133.nu.4.per iura manifesta,quę vbi † suprà adducit Gom.& signantèr per tex. in l. creditor §.fin.versi.etiam fin. ff. qui potior.in pig.hab. his formal.verb. *Nam & in pignore placet si prior conuenerit de pignore, licèt posteriori res tradatur,adhuc potiorē esse priorem.* Ratio est elegans,quam adducit idem Gom.quia in his, in quibus solo titulo,& conuentione transfertur dominiū,& ius aliquod reale absque eo quòd necessaria sit traditio vera, vel ficta, non habet locum dispositio d. l. quoties,vt tenent cōmunitèr ibi doctores,& plenè comprobat vbi suprà Gom.paulò ante locum vltimò allegatum,

136 ius autem † hypothecæ transfertur procul dubio sine aliqua traditione l.1.ff.de pig.ac tex.in l.contrahitur ff. de pig. cum alijs per eundem Gom.latè allega.

137 Hæc † tamen limitātur in *ciuitate Barcinonæ*,in qua posterior creditor cum hypotheca speciali dominij ratione firmata præfertur anteriori,qui similem habet hypothecam absque tamen firma domini, prouti deducitur argumentando à contrario sensu ex c. 12. Itē in spōsalicijs in priuileg. *recognouerūt proceres* in 2.vol. consti.& docent prac.nostri in locis suprà allega.& Iacob.Canec.var.resol.par.1.c.11. de emphy.num.22.vbi hanc interpretationem tradit nuper fuisse à Senatu in facti cōtingētia *secutā*. † Quo † etiam priuilegio gaudent ciues Gerundę per priuileg. Regis Pet.eis concessum dat. in ea ciuitate 8.kal.Feb.anni 1283.quo *indulgetur* eisdem quòd vtantur,& vti possint vsaticis Barcinonen.& consuetudinibus,ac bonis vsibus, quæ in ciuitate Barcinonæ haberi consueuerunt,atq. ita in facti contingentia *declarauit* † egregij tunc nostri Senatus Senator,& nunc Regens Cancellariam Michael de Salba,& de Vallseca,non tamen facto verbo in audientia, in fauorem egregij tunc Senatoris,& Regentis eandem Cancellariam Hieronymi Torner die 1.Octob.1605.in causa nonnullorum creditorum contra N. Mangi mercatorem ciuitatis Gerundę,actua.N.Boera.

139 Ea † autem, quæ antea dicebamus,quòd regulariter anteriorem habens hypotecam præfertur posteriori etiam cum firma domini facto,multò magis,& sine scrupulo aliquo procedunt

cedunt quando ptior obligatio foret generalis omnium bonorum, quia in ea non requiritur consensus, vel firma domini, Marquil. in allega. vsat. si quis suũ feudũ, vers. *sed quid in generali obligatione*, pag. 106. Mier. in const. Itẽ ne super laudemio, quæ est Pet. 3. in cur. Cerua. col. 6. n. 18. pag. 165. Soccar. in com. Pet. Alber. c. eoden nu. 40. pag. 110. latè resoluit Canc. var. resol. par. 1. c. 11. de Emphy. n. 20.

140 Decimus † tandẽ in hac materia differẽtiarũ inter ius cõmune, & nostrũ municipale casus, vt reliquos omittam⁹ videdos per nostros practicos suprà citatos, iam enim fetet res hæc, est vt licèt de iure cõmuni dominus nõ habeat iurisdictionẽ in emphyteotam super re, quã pro eo tenet (quicquid sit in re feudali, de qua nos in præsentiarũ aliter agere non curamus, quia ea materia maximè iu nostra Cathalonia, cui præsertim scribim⁹, parũ practicatur, qua tñ de re videatur Iul. Clar. in §. feudũ q. 90. per tot. & Iacob. de Franc. inter decis. Vincen. de Franc. in tract. de feud. q. 2. num. 142. & omniũ latissimè Henri. Rossental. de feud. c. 12. cõclu. 1. per tot.) vt not. in c. potuit, extra de loca. & conduc. & Can. in sæpè allega. c. 11. de emphy. n. 61. de iure tñ nro municipali dñs directus habet iurisdictionẽ in emphyteotã super re, q̃ ꝓ eo tenet, cõ sue. nengũ home tit. de iurisdic. om. iud. in 1. vol. cõsti. vsat. placitare eo. tit. Soccar. in c. eodẽ n. 5. pag. 112. latissimè Frãciscus Solsona in stylo capibreuian. statim ferè in initio pag. 7. à nu. 3. cum sequent.

141 Atq. † ita qñ domin⁹ vult in Cathalonia petere ab emphyteota cẽsus, vel laudimia, vel etiã recoguitionẽ rei emphyteoticariæ, nõ est opus q̃ adeat iudicẽ ordinariũ ipsius, sed põt ipse iudicẽ nominare, coram quo tenetur emphyteota respõdere, & lata sentẽtia, si censerit se grauatũ, debet etiã appellare ad eundẽ dñm, qui aliũ iudicẽ pro dicta causa assignabit eidem, vt probãt doctores suprà citati, quibus adde Solso. in stylo capibreuian. post formã præcepti, in vers. verũ n. 1. fol. mihi 25. pag. 2. & est hæc cõmunis praxis, qua vtimur in hoc principatu.

142 Circa † q̃ illud primò nota posse huiusmodi causas inter dñm, & emphyteotã corã iudice emphyteoticario vertẽtes, sicuti & reliquæ causæ ordinariæ, si maiores fuerint tercentarũ librarũ, in prima instantia ad Reg. Aud. euocari prętextu alicui⁹ ex qualitatib⁹, putà viduitatis, paupertatis, pupillaritatis &c. propter quas solent aliàs fieri euocationes, latè Michael Ferrer 1. par. obseruan. c. 17. & Ludoui. à Pegue. in prax. ciui. rub. 4. de euoca. caus. nu. 6. & 27. vbi † disputãt latissimè de hac re, & *obseruãtia* Senatus attestãtur, de qua etiã & nos aliquid dicere possum⁹, qui vidim⁹ idẽ sepissimè practicatũ.

Et nõ solũ in prima instãtia fit huiusmodi euocatio, sed etiã & in secũda, prætextu altetius ex dictis qualitatib⁹, si causa sit maior decẽ librarũ, licèt regulariter huiusmodi causę spectẽt ad dñm emphyteusis, Ferrer, & Pegue. in locis suprà citatis.

143 Dubitatũ † tñ scio de anno 1604. sub die 10. Februarij in Senatu iũctis tribus aulis, vbi essent huiusmodi appellationũ causæ introducẽdæ, nũquid in tertia aula vigore c. 2. cur. anni 1599. præcipiẽtis causas appellationũ tã ordinariorũ, q̃ Baronũ fore in ea aula tractãdas, an verò in alijs aulis, sicuti antea fiebat, quasi nihil quoad eas causas fuisset immutatũ, quippe quia dñi directi nec essẽt Barones nec ordinarij eorũ Iudices, quorũ tantũ causæ appellationum iubẽtur tractari in tertia aula: non quidẽ
144 Barones, vt de se patet, nec ordinarij, quia † imò videt. esse delegati iudices horũ dñorum, vt tenet Cali. in vsat. placitũ, & vsat. placitare.

Fuit tñ per maiorẽ partẽ egregiorũ Senatorũ *cõcluũ* fore huiusmodi causas cõmittẽdas, † & tractãdas in tertia aula, sicut reliquas Baronũ, & ordinariorũ, ea rõe quia non esset attendẽdũ per quẽ iudicem erat lata sentẽtia, sed in cui⁹ curia, & cõsistorio, veluti an ille, ad quem cognitio dictę causæ pertinebat, esset iudex ordinarius, & haberet iurisdictionẽ ordinariã, quia si talis erat, & ipse propter aliquod impedimẽtum tenebatur causam cõmittere alteri, qui de iure nõ esset ordinarius, sed delegatus prout not. Maran. de ordin. Iudi. tit. Iudi. aliud est ordina. & aliud delega. n. 5. nõ tñ propterea diceretur ad effectũ, de quo in d. c. 2. cur. anni 1599. sententia delegati, sed imò ordinarij Iudicis, sic dicebatur esse in dominis directis, quia ipsi dicuntur ordinarij, & ordinariam habere iurisdictionem, vt isdem Cali. docet in allega. vsa. placitare, & patet ex eo quòd habent iurisdictionem à lege municipali, quamuis ergo ex aliquo casu, quia scilicet nõ possũt esse iudices in causa propria, causas delegent alijs, non tñ propterea eorũ sententiæ dicuntur Iudicis delegati, sed imò ordinarij, attendendo ad personam non eius qui iudicauit, sed imò illius, qui causam commisit.

Prętera dicebatur nõ esse verũ q̃ Cali. asserit illos Iudices dominorũ directorũ esse delegatos, quia imò dici debent ordinarij ex quo à lege habẽt iurisdictionẽ, vt in sequẽti glo. 13. par. 3. n. 22. dicemus, patet quia lex municipalis disponit quòd domini directi habeant iurisdictionẽ in emphyteotas cum hoc quòd iudex emphyteoticarius à domino nominatus de causis inter eos cognoscat, in quo videtur nominationem tantùm domino tribuere.

145 Dicebatur † etiam quòd ex quo isti iudices emphyteoticarij solent à dominis non ad vnã tantùm causam nominari, sed ad vniuersas eorũ

causas,proptorea dici debent ordinarij, nō delegati, ad tradita per Maran.vbi suprà n. 2.cum sequent. & nu.55.& Cāce.2.p.var.c.2.nu.268.

146 Dicebatur † finaliter quòd latè sumpto vocabulo isti dñi directi dici poterāt Barones,& eorum appellatione venire ex eo quòd in suo habent iurisdictionem,& territorium, & ibi possint creare iudices, notarium,nuncium, & alios ministros necessarios pro sua iurisdictione exercenda, & habent etiā appellationes,sicut, & quemadmodum alij Barones,ergo &c.vidi hęc elegāter discussa in quibusdam doctis annotationibus egregij cuiusdā Senatoris,qui interfuerat disputationi articuli, vtinā huiº egregij viri essent oēs isti nostri labores, forēt enim multùm politiores, & (ne dubites) doctiores.

147 Alius † modus euocandi huiusmodi causas ad Senatum fuit in hoc principatu introductus,quando videlicet is, qui conuenitur corā iudice per dominum assignaro prætendit se non esse eius emphyteotam,tūc,firmato priùs iure coram ordinario,& rescripto in forma iudici prædicto,potest dicta causa quoad articulum contentionis iurisdictionis inter dictos iudices ortæ ad Regiam Audientiam euocari, quæ cognoscit cuius sit iurisdictio, latè probat Ferrer d.prima parte obseruan.c. 18. vbi docet † ita fuisse sępiùs in Senatu *decisum*. Verùm videant aduocati quomodò his euocationibus vtantur, ne id feciāt,sicuti per aliquos fieri vidi,causa tantùm differendi,ac in infinitum litem prottahendi scientes quòd interim pendente huiusmodi contentionis causa nihil poterit per iudicem emphyteoticariū attentari, nisi enim id fiat maxima cum probabilitate iustitiæ,ego non excusarem in foro poli aduocatum ab omnibus dampnis,& expensis, atq. interesse ratione prædictę euocationis passis, & sustentis.

148 Circa † hęc aliud noster Anthonius Oliba nostri quondam Senatus egregius Senator docet,quod si verum, non oporteret huiusmodi contentionibus vti,dicit enim de actio. par. 1. lib.5.ad §.prędiudiciales,in posteriori interpretatione numer.8.quòd si vassallus,vel emphyteota negat se talem,cognitio spectabit ad iudicem ordinarium, & firmato coram eo de iure silebit iudex emphyteoticarius donech per ordinarium sit in exceptione prædiudicialis declaratum : hęc duriuscula sunt si consideraverimus quòd par in parem non habeat imperium,& quòd frustra iura nostra municipalia cognitionem de suis emphyteotis,& vassallis cōcessissent dominis, si in dictorū emphyteotarum,& vassallorum manu foret, firmando ius,& de iure coram ordinario,facere inhiberi prædictorum dominorum iudicibus, donec per ordinarium esset declaratum num vassalli,& emphyteotæ essēt ij, cōtra quos ageretur,& denique si quādo duo iudices ordinarij inter se de iurisdictione contendūt, quia quilibet ad se pertinere existimat, superior ipsorum de dicta prętentione cognoscere debet, ex l.de iure ff. ad municip. prout latè probat Cancer.lib.3.var.resolu.c.10.de contentio.iurisdic.à numer.1.vbi varios casus reffert,in quibus noster Senatus de contētione iurisdictiones inter diuersos iudices orta cognoscit, & cognoscere solet vt superior,ac nomine Regis, quomodo,quæso,dici poterit quòd huiusmodi declaratio ad ordinarium spectabit, qui est vnus ex contendentibus?atq.ita(inquit Solsona noster *in stylo capibreuian. post formam* præcepti in verb.*verùm* num.2.fol.mihi 25.pag. 2.)quòd nō obstāte firma iuris facta coram ordinario ipse dominus directus,& eiº iudex potest ,& debet cognoscere de huiusmodi causis inter dominū,& emphyteotam suscitatis, addens quòd si in hoc molestatur ab ordinario, poterit in tabula ordinarius puniri , & quòd ita solitum est rescribi dictis ordinarijs , quòd scilicet anullēt procedimēta,& partes ad iudices diminorū remittant cū cōminatione quòd aliàs ad vlteriora causæ procedetur, & etiam contra dictos ordinarios in purgatione tabulę. Ex quibus apparet *dicendum* quòd *donec* per superiorem, vtpote quia ad eum sit causa contentionis euocata, ac corā eo introducta,fuerit iudex emphyteoticarius inhibitus, non tenetur se abstinere,quantumuis requiratur ab ordinario. Accedit his quòd huiusmodi causę cōtentionū iurisdictionis introducuntur absq. qualitate aliqua, quod fieri non posset si ad ordinarium earum cognitio spectaret: causæ enim Vicariæ intra Vicariam &c. nisi prętextu alicuius qualitatis fiat euocatio.

149 Hę † contentionum causę tractantur summariè in Senatu absque assignatione ad sententiam,& expediuntur cum sola prouisione, qua declaratur locum fore,vel non fore firmę iuris coram ordinario factæ,vel etiam ad quem spectet cognitio causæ. Hæc quia omnibus sunt plusquam notoria, ideò non insistimus in eis ampliùs.Reuoca in memoriam alia pluta,quæ de his causis diximus suprà clau.3.glo.3. nu. 55.

150 Nota † secundò quòd huiusmodi causæ emphyteoticarię tractari,& duci poterunt vbicunque voluerit dominus, dummodo id fiat in suo,idest in domo propriæ habitationis , sine propria sit,sive conducta, vel in re ipsa emphyteoticaria , latè superiùs ex mente nostrorum iurium,& practicorum docuimus hac eadem clau.4.glo.11.num.18.& ad id nō est opus territorio,quia per dicta iura habet dominus

151 iurisdictionem in dictis locis, potest † etiam alibi de huiusmodi causis cognoscere, dummodo id

do id non fiat vt trahatur emphyteota vltra vnam dietam extra propriam habitationem, nisi vellet dominus conductum ei donare, id est cibaria necessaria, & dummodo adsit territorium domini loci, in quo id fieri debet, latè hæc sunt suprà comprobata in hac clau. 4. glo. 9. numer. 28. adeò vt non oporteat amplius in eis persistere, nisi bis velimus idem inutiliter repetere.

Adde his Solsonam, latè materiam hanc pertractantem, in stylo capibreuiandi statim in initio, & quę vlteriùs paulò infrà dicentur.

152 Illud † autem, quod de territorio diximus velim sanè intelligas, vt eo opus tantùm sit ad prolationem sententiæ, & intimas faciendas, quę sunt actus iurisdictionales, non autem indiget iudex territorio ad prouisiones faciẽdas in scedulis, & transfatis partium, adeò vt sufficiat ibi habere territorium, vbi commoratur notarius causę, & vbi fiunt intimæ, & profertus sententia, licèt non habeatur in loco iudicis, qui alibi moraretur, quia huiusmodi prouisiones nõ sunt actus iurisdictionales donec parti intimantur, & sic possunt vbique fieri. Hæc, licèt notissima sint, volui tamen non omittere ne quis incideret in errorem, quo vidi innodatum de anno 1603. quendam aduocatum multæ aliàs doctrinæ, & eruditionis (non mentior) qui cum esset assessor cuiusdam baiuli alterius territorij existimabat se non posse extra illud territorium prouisiones facere, licèt intra territorium venirent postea intimandæ, quo effectum fuit vt causa prædicta, licèt aliàs non haberet aliquam qualitatem, qua ad Senatum euocari posset, fuerit, me aduocato, *euocata* prætextu denegationis iustitię (ita enim ego appellabam eam recusationem iudicis nolentis extra territorium prouisiones facere) in causa Honophrij Bach Parrochiæ Sancti Stephani de Basso contra Syndicum, & singulares Parrochiæ Sãcti Iuliani de Iuanetes ad relationem egregij tunc Senatoris, & nunc in supremo Arag. Regentis Saluatoris Fontanet die 21. Iunij 1603. actua. Bartholomeo Balle, ex quo conijcere licet quàm verum sit quod antea dicebamus, licere cuiq. prouisiones facere extra territorium postquam Senatus denegationem iustitiæ iudicauit esse si iudex recusaret id facere.

153 Et illud † finaliter, quod de conducto præstando vassallo, & emphyteotæ per dominum trahẽtem illum ad aliud territorium extra sua, & vltra vnam dietam ad placitandum cum eo, diximus, sanè intelligendum est non quòd pro toto tempore litis teneatur dominus id facere, sed pro eo tantùm tempore, quo opus est vassallo ad eundum, & redeundum ad propria, ac causam introducendam, & seu aduocatum, & procuratorem conducendum in loco, vbi fuit placitum mandatum, cum enim non habeat necesse vassallus toto tempore litis eo in loco stare, sed possit per aduocatum, & procuratorem causam ducere, indè fit quòd non debeat pro alio tempore cõductum dari nisi pro eo tantùm, quod necessarium habet emphyteota ad supradicta faciendum, quod satis videtur esse de mente allega. vsat. placitare, ibi, *ita vt si ad sua ipsa die reuerti non possit, donet ei conductum*, iuncta doctrina glossarum, quæ intelligunt ea verba de die placiti, vt scilicet pro eo teneatur dominus dare conductum si vassallus non potuerit ad propria reuerti.

† Ita *declarauit* Senatus 23. Iunij 1589. ad relationem egregij quondàm Senatoris Anthonij Oliba in causa Francisci Pasqual contra Petrũ Agusti de Bordils, cum enim in executionem cuiusdam regię sententiæ in eodem Senatu (licèt non cum conclusione, & determinatione illius, quia modicitas causæ id non patiebatur) per N. Puig regium Consiliatium latæ 21. Octob. 1586. qua declaratum fuerat potuisse prædecessorem dicti Pasqual iudicem appellationis suo emphyteotæ extra sua, in ciuitate Vici distãti vltra vnam dietam, assignare propterea quòd se obtulerat dictus dominus directus ei conductum dare: cum (inquam) in executionem dictę regiæ sententię declarasset iudex dictæ causæ appellationis, qui erat Ludouicus Pexau die 2. August. 1588. teneri dictum dominum directum soluere emphyteotæ conductum pro diebus tantùm, quibus opus habebat pro eundo, & redeundo ac causam introducẽdo, & aduocatum, & procuratorem conducendo, & non aliàs, Regius noster Senatus ad relationem dicti Oliba prædictam declarationem iudicis primitiui in causa appellationis, die superiùs citato, in omnibus confirmauit, actuarius erat N. Palau, penes quem vidi processum, nunc Simon Font, qui ei successit.

Et vt scias quomodo se habere debeat iudex in huiusmodi conducto taxando, aduerte quòd in supradicta declaratione Ludouici Pexau per nostrum Senatum confirmata pro eũdo, & redeundo à ciuitate Gerundæ ad ciuitatem Vici fuerunt tantùm taxati quatuor dies, & vnicus pro causa in dicta ciuitate Vici introducenda, ac aduocato, & procuratore conducendis, ad rationem decem solidorum tantùm pro die, attenta qualitate emphyteotę, (quam attendi in his volunt practici nostri in vsat. suprà allega.) qui rusticus erat.

154 Sed † an hęc etiam, quæ de conducto danda suprà diximus, procedãt etiam respectu eorum, qui citantur ad præsentem ciuitatem Barcinonæ in consistorio Baiulię Generalis pro capibreuiando, & recognoscendo quæ in emphyteusim, & feudum tenent pro domino Re

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

ge, non vidi hucusque in facti contingentia disputatum, censeo tamen quòd sic, quia constitutiones, quę conductum dari præcipiunt, æquè in Comite Barcinonæ ac in alijs procedunt, benè probat Oliba in commentar. de actio. post hæc scripta in lucem editis; par. 1. lib. 3. ad §. pœnales nu. 87.

155 Milites † feudatarij, & vassalli sunt verba, quæ post feudi dictionē in nostra glossa sequuntur, quæ in materia feudali synonima esse eum significantia, qui aliquid ab alio accepit in feudum, & pro alio tenet, habetur in lexico iuridico, hoc est iuris ciuilis, & canonici, verbo *miles*, & probatur de milite, in quo poterat esse difficultas quòd pro feudatario, & vassallo vsurpetur, in tot. titu. de milite vassallo, qui contumax est, & quo tempore miles inuestituram petere debeat, in vsib. feud. & alijs penè locis infinitis in eodem libro.

156 Sed † non putes quòd omnis feudatarius, & vassallus possit, & debeat, eo ipso quòd talis est, appellari miles, multa enim alia ad id requiruntur, quę habes apud Vincen. de Franc. decis. 3. ferè per tot. & signanter nu. 7.

Quæ sit differentia inter vassallum, & subditum, vide apud Cancer. lib. 3. varia. c. 10. de cōten. iurisd. nu. 29. 40. & 41.

157 Qui † autem priùs fuerint in Cathalonia, an vassalli, an verò emphyteotę (hos nemo ignorat sumi pro eis, qui aliquid in emphyteusim pro aliquo tenent) pete tibi ab Oliba de actio. par. 1. lib. 3. c. 3. nu. 22.

Et quia reliqua, quæ circa has voces annotari possent, sunt perquàm facilia, ideò finem cū his glossæ facimus.

SVMMARIA.

1 *Alienationis appellatione venit in emphyteusim concessio, vbi decis. nostri Senatus, & nu. 4.*

2 *Est tamen impropria alienatio.*

3 *Alienationis appellatione qua veniant.*

5 *In feudare an sit alienare, vbi decisiones nostri Senatus.*

6 *Alienatio rei Ecclesiasticæ regulariter est prohibita tam in mobil. quæ seruando seruari possunt, quàm in immobilibus, & nu. 7.*

7 *Ecclesię res humanæ conuentioni subiectæ non sunt.*

Mobilia, quæ seruando seruari possunt, æquiparantur immobilibus, ibidem.

8 *Alienationem rei Ecclesiasticæ impugnans dicitur habere regulam pro se, alium verò exceptionem.*

Reiuendicatio competit Ecclesiæ contra bona alienata, ibidem, vbi decis. Senatus nostri.

9 *Causa & solemnitates simul requiruntur ad validitatem alienationis rei Ecclesiasticę, nec vnum ex his sufficit intercessisse, vbi decis. Rot. Roma.*

10 *Causa sola sufficit ad validitatem rei Ecclesiasticæ in foro interiori.*

11 *Alienatio rei Ecclesiasticæ nulla ex aliquo defectu sustinetur volente Ecclesia, & illius Prælato. nec de nullitate potest is, qui cum eis contraxit, opponere.*

Intellectus Clemen. 1. de reb. Ecclesia non alienandis, ibidem.

Intellectus c. dudum, extra de reb. Eccles. non alienādis, ibidem.

12 *Claudicatio contractus ex vna parte in multis permittitur.*

13 *Prælatus tenetur facere diligentias pro habenda confirmatione alienationis rei Ecclesiæ expensis acquirentis, aliàs is non tenetur stare contractui, vbi decis. Senatus Neapoli.*

14 *Minor si vult stare contractui, etiam nullo, cum eo celebrato non potest alius eum impugnare.*

15 *Argumentum à minore ad Ecclesiam, & è contra, valet.*

16 *Sententia lata in fauorem minoris, etiam sine curatore litigantis, valet, vbi decis. Rot. Rom. & aliorum Senatuum.*

17 *Minor non tenetur adhiberi facere solemnitates in suo contractu fauorabilis, nec si non adhibeantur, potest qui cum eo contraxit à contractu recedere, & de ratione.*

18 *Solemnitates alienationis rei Ecclesiasticæ supplentur per auctoritatem Papæ in ea interpositam, vbi decis. Rot. Roma.*

19 *Causæ alienationum rerum Ecclesiæ non supplentur per auctoritatem Papæ interpositam in contractu, vbi decis. Rot. Roma, nisi interponatur cum causæ cognitione, & nu. 21. vbi decis. Rot. Roma.*

20 *Causæ alienationis rei Ecclesiæ iustificantes nunquā præsumuntur.*

22 *Decreti interpositio, vt aliquid operetur, debet fieri cum causæ cognitione, vbi decis. nostri Senatus.*

23 *Auctoritas Papæ, & decretum an possint apponi in alienationibus rerum Ecclesiæ post mortem Prælati alienantis, nolente successore stare contractui.*

24 *Successor in beneficio, vel prælatura Ecclesiastica nihil dicitur habere ex prędecessore, & ideò potest illius cōtractum reuocare, & nu. 31. vbi declaratur.*

25 *Assensus Regius non potest impetrari post mortem eius, qui feudum vendidit, nisi interueniente consensu illius hæredis, & nu. 32.*

26 *Maioratus confirmatio sine Regia licentia instituti non potest fieri post mortem institutoris, & nu. 32.*

27 *Papa habet plenissimam, & amplissimam potestatē in rebus Ecclesiæ.*

28 *Papa potest aliquem sine causa beneficio priuare.*

29 *Alienationi rei Ecclesiasticæ, si est vtilis, potest ex post interuenire auctoritas, vbi decis. Senatus Neapoli.*

30 *Ecclesia, cuius nomine contrahit Prælatus, nunquam moritur.*

33 *Delegatus à Papa pro confirmatione faciendæ alienationis*

nationis rei Eccleſię cum clauſula ſi in euidentem, &c. an Papa mortuo re integra, poſſit delegatione vti.

34 *Executoris poteſtas non exirat per mortem Papæ.*

35 *Littera executoriales, mutato, vel mortuo iudice, qui eas conceſſit re integra, poſſunt exequi, quod declaratur.*

Fallit tamen in Cathalonia, quod quomodo procedat declaratur ibidem.

36 *Reſcriptum ad lites an expiret mortuo concedēte, & nu. 43.*

37 *Gratia Principis non expirat per eius mortem.*

38 *Licentia teſtandi conceſſa Prælato non expirat per concedentis mortem, vbi deciſiones Rot. Roma. Dida. carpitur, ibidem.*

39 *Dimiſſoriæ ad ſuſcipiendum ordines non expirant mortuo, vel tranſlato Epiſcopo, etiam re integra.*

40 *Dimiſſorias ad ſuſcipiendum ordines poſſunt concedere Capitulū ſede vacante, & Vicarius Epiſcopi in remotis agentis.*

41 *Meno. notatur quòd dixerit Vicarium Epiſcopi in remotis agentis poſſe ordinare clericos.*

42 *Gratia non expirat per mortem Papæ, etiam ante confectas litteras.*

Gratia, rationi congruit, qua ſit, ibidem.

43 *Gratia ſi non fiat à Papa, vel Principe, ſed alteri cōmittitur facienda, poteſtas eius expirat per mortem committentis, vbi deciſ. Rot. Roma. & nume. 45. vbi deciſio noſtri Senatus.*

44 *Intellectus c. ſi ſuper gra. de offi. delega. in 6.*

45 *Mandatum expirat morte mandantis re integra.*

46 *Mors Papæ quomodo probetur in his partibus, vbi teſtes, nec ſcripturæ reperiuntur de morte illius, ſecundum obſeruantiam noſtri Senatus.*

GLOS. XIII. PARS. I.

Directis Dominaturis, poteſtatibus, & emparis, iuribus commiſſi. &c.

De alienatione rei Eccleſiæ,

EX his, quæ ſuprà in præcedenti glo. docuimus, ſatis ſuperque exiſtimam⁹, quantum fert noſtri inſtituti ratio, de emphyteuſi, & eius natura nos egiſſe, & ideò vix fuit quòd vlteriorem eius tractationem non omiſerimus: verùm enimverò cū ſæpè videamus in iudicijs, ac præſertim in noſtro Senatu agitari cauſas, ac moueri ab eccleſiaſtis cōtra eorum emphyteotas pro recisione contractus emphyteutici ſub colore alienationis per eoſdem, vel per ſuos in præbenda prædeſceſſores cum dictis emphyteotis celebrati, quæ maximam perſæpè dicuntur habere difficultatem, ideò eam hoc loci in glo. de emphyteuſi, pro captu noſtro, cum diligentia pertractare operę prætium duximus.

1 Circa quam † materiam illud primò notamus alienationis appellatione venire de iure in emphyteuſim conceſſionem, iura ſunt ad id aperta in aucten. de non alienan. & permut. reb. Eccleſ. §. nos igitur, ver. alienationis autē, tex. in l. fi. C. de reb. alien. non alienan. latiſſimè probat Redoa. de reb. Eccleſ. non alienan. q. 2. c. 22. per tot. & ideò ſub prohibitione alienationis rei Eccleſiaſticæ eodem modo compræhenditur conceſſio in emphyteuſim, atqui vera, & proptia alienatio, & hoc eſt extra omnem controuerſiam, hac de re integram Anthon. Fab. confecit diffinitionem ſextam ſub tit. de reb. alienan. in ſuo Codice viden. Sic noſter Senatus ſub die 11. Feb. 1611. in cauſ. cōiugum Feus cotra Anticam Xarles viduam, actua. Michaele Puigferrer, *declaranit* dū anullauit conceſſionem in emphyteuſim de aliquibus domibus per aliquem factam, qui erat grauatus de reſtituendo. Idem antea in cauſa pupillorum Trinxers contra Hieronymum Genoues mercatorem librorum *declaranerat*; me aduocato, reſſerēte egregio Senatore Frācisco Mijauila, & franqueſa dum ſimilē in emphyteuſim cōceſſionem reuocauit, quia factā poſt hæreditamentum filijs factum, Actuarius erat Stephanus Colell. Quod de alienatione prohibita ei, qui grauatus eſt de reſtituenda hę reditate vel ex teſtamento, vel etiam ex contractu, an ſit perpetuò, & in omni caſu verum, docuimus in ſuperioribus hac eadem clau. 4. glo. 9. par. 5. à nu. 142. & in inferioribus in gloſ. cenſuum in prin.

2 Not. † tamen quòd Alex. Rauden. reſp. 17. num. 148. in prima parte illius reſponſi vol. 1. hanc ditit impropriam alienationem, idem Rauden. in trac. de Analog. lib. 1. c. 38. num. 150. & Dida. var. reſolu. lib. 2. c. 17. nu. 4.

3 Generaliter † autem, ſi quid alienationis appellatione veniat, ſcire capias, vide Caſtillo Sotomaior quotidia. controuer. iur. de vſufruc. lib. 1. c. 54. à num. 1. is tibi aditum parabit vt huius rei perfectam cognitionem, nec non & totius huius materiæ, quæ eſt in hac glo. tractanda, habeas doct⁹ enim eſt is auctor, & laude dignus propter ea, quę cum labore, & eruditione cumulauit eo in libro, in hoc tamen vno notabiliter defecit, ac peccauit quòd ſeuerius multò, & acriùs, quàm decuiſſet forſan virum doctum, ſe habuit in repræhendendis aliorum deffectibus, non animaduertens hominem ſe eſſe ſicut reliqui, qui potuit in eoſdem, vel etiā longè maiores elabi errores.

4 Conceſſiones † erant in emphyteuſim, quas propter deffectum ſolempnitatuum in alienationibus rerum Eccleſiæ requiſitarum per noſtrum

†† ſtrum Senatum ſæpiùs vidimus nullas *declarari*, & ſignanter veniunt nunc in mentem binæ declarationes in Senatu, de meo tempore, factæ, altera die 24. Octob. 1605. ad relationem egregij tunc Senatoris nunc Regētis Michaelis de Salba, & de Vallſeca in cauſa Reuerēdi Fratris Franciſci Seniuſt Abbatis Arularum egregij Senatoris Hieronymi Seniuſt Fratris, & dum hæc prælo dantur de anno 1611. Deputati Generalis Cathaloniæ, contra Ioannem Franciſcum Reart, Actua. Benedicto Sacares, altera verò die 5. Martij 1605. ad relationem egregij tunc Senatoris Saluatoris Fontanet, nunc in ſupremo Arago. conſilio Regentis Cancellariam, in cauſa Reuerendi Fratris Hieronymi Deztord Abbatis Campirotundi, cōtra viduā, & pūpilos Paſquals Villeſtanchæ Confluen. Actua. Micha. Perez, quibus quidem declarationibus ita nullæ declaratæ fuerunt binæ in emphyteoſim conceſsiones ex deffectu ſolēpnitatūm, ac ſi fuiſſent cuiuscūq. alterius generis alienationes.

5 Notamus † ſecundò idem videri dicendū de infeudatione, vt & ipſa dicatur alienatio, & per conſequens eodem etiam modo prohibita, atqui reliquæ alienationes ſi non fiat cum ſolēpnitatibus de iure requiſitis.

Hic diſputandus veniebat articulus pulcher ſanè, tametſi difficilis, nunquid extante promiſſione de non alienando, & ſeparando à corona regia alicui vniuerſitati, & ſingularib⁹ eiⁿdem facta per Regem, cenſeatur etiam prohibita infeudatio, de quo ego pluribus libenter egiſſem niſi noſtrum Cancer. vidiſſem nullum non mouiſſe lapidem, qui huius negocij cognitioni prodeſſe poſſet, lib. var. 3. c. 3. de priuileg. à num. 357. vbi ſi quam contra Senatum affimatiua tenet opinio, tibi non arriſerit, apud eum tamen hoc ſaltem reperies, quòd abundè doctores tibi indicauit, ex quibus pauculo labore tuam falſias opinionem, ſiverò è contra, rationibus ipſius vti poteris, quibus contrariam ſufficienter ſatis confirmes, ne igitur oleum, & operam perdamus in tractandis his, de quibus alij latè egerunt, ideò conſultò huiuſce rei hoc loci prætermittimus tractationem.

Hoc tamen vnum aduertētes quòd vbi promiſſio de non alienando tranſiret vlteriùs, loquendo de aliquo caſu affirmatiuo, qui non poſſet verificari ſi fieret infeudatio, quemadmodum ſi fieret quęcunque alia alienatio, tūc quia æquè per infeudationem atqui per aliam quamcunq. alienationēm contrafieret huic diſpoſitioni, indè fieret proculdubio quòd ſub prohibitione alienationis veniret etiā infeuda-
† datio, ſic Senatus *declarauit* refferēte egregio Senatore Frācisco Ferruz de mēſe Iulij 1609. in cauſa Syndici d Caſtellſit cōtra N. Planella,

vbi poſt prohibitionē alienationis legebātur hæc, vel ſimilia verba, *ita vt ſemper in eo loco, quē prohibem⁹ alienari, ſit vn⁹ officialis, qui eligatur de triēnio in triēnū, & exerceat iuriſdictionē nomine Regio, & ſit vnius Corona Regię ſicut Comitatus Barcinonę comitatui Barcinonæ &c.* Ad hæc, vel ſimilia verba deberent attendere qui à Regibus ſimiles cōceſſiones, & priuilegia de nō ſeparādo impetrāt vt ponerētur in illis, ſic fieret vt à multis difficultatib⁹, quę circa ea oriri poſſent, ſe explicarēt. Verū eſt quòd audio nō trāſijſſe dictā declarationē ſine magna difficultate, dicūt enim clariſſimorū vota Senatorū fuiſſe in paritate, od quod fuit neceſſum quòd Excellētiſſimus Locūtenens ſuū etiā pro obſeruātia cōſtitutionū daret, qui inclinauit in fauorem Coronæ Regię: expectāda igitur eſt declaratio cauſæ ſupplicationis, quæ in alia aula pendet, ego interim filebo ne quid proferā quod vni, aut alteri ex partib⁹ afferat præiudicium.

6 Notamus † tertiò regulariter alienationem rei Eccleſiaſticæ eſſe de iure prohibitā, c. nulli d reb. Eccleſiæ alienā. auctē. hoc ius porrectū, C. d ſacroſā. Eccleſ. cū ſimil. ad quod emanatūt in iure integri tituli tā à Romano Pōtifice, quā etiā ab inuictiſſ. Imper. de quib⁹ per Redoa. in trac. ſuperiùs allega. in prin. & varij mot⁹ proprij, de quibus aliquid inferiùs, Deo cōcedēte,

7 dicetur, quia † humanæ conuentioni nullatenus ſubiectæ ſunt huiuſmodi res Eccleſiæ, not. Afflic. deci. 17. n. 1. & ibi Cæſar Vtſil. quę prohibitio habet locū tā in mobilib⁹, quæ ſeruādo ſeruari poſſunt, quā in immobilib⁹, vt poſt glo. & Abb. in d. c. nulli, & in alijs locis docet Rober. Maran. in tracta. de multi. aliena. n. 2. quia æquiparātur immobilib⁹, l. lex, quæ tutores. C. de adminiſ. tut. idē etiā eſt d annuis redditib⁹, & nominibus debitorū, Maran. vbi ſupra, longam circa hęc doctorū relationem vide apud Sotomaior de vſufruc. lib. 1. c. 54. nu. 4.

8 Notamus † quartò id quod ex proxima annotatione deducitur, indè inferri eū, qui cōtra alienationē agit, regulā dici habere pro ſe, alterū verò, qui eā deffendit, inniti exceptioni, quę per eū venit probāda, pulchrè Rolā. à Valle in conſ. 15. numer. 16. 17. & 18. vol. 1. & Maſcar. de proba. concl. 75. nu. 2. cum ſequent. quod niſi fecerit, ſubcumbere eum oportebit in cauſa ſine dubio, ſi contra eum Eccleſia directa rei vendicatione egerit, prouti pōt, argum. l. illud de acquir. hęred. & tenet poſt But. Alex. & alios Pet. Nuñez de Auen. de exequen. māda. Reg. c. 4. nu. 42. verſi. *Item aduertendum*, in prima par. addens poſtea iudicē poſſe, Prælato nō agēte, ex officio ſupplere, adde Alex. Rau. in trac. de Analog. li. 1. c. 38. n. 3. & q vti poſſit Eccleſia reiuēdicatione hoc in caſu, eſt de mente Sena. vt apparet ex declaratione facta ad re-

lationem

lationem egregij Senatoris Michaelis de Salba, & de Vallseca in causa Abbatis Arularum contra Ioannem Franciscum Reart, de qua suprà meminimus, vbi dicitur posse Abbatē vēdicare castrum; de quo ibi agitur.

9 Notamus † quintò quòd tūc dicetur is, qui alienationem deffendit, eius validitatem pto basse, si de aliqua ex causis, propter quas permittitur, simul cum solempnitatibus de iure requisitis, docuerit, nec enim sufficit vnum, aut alterum probare, sed oportet probari vtrunq. & adfuisse causam, & non defuisse solempnitates, * vti ex communiori, & verioti opinione ita resolvit Mascar. in allega. conclu. 75. nume. 6. cum sequent. Mathe. in addi. ad motū prop. 1. Paul. 4. in vol. mot. prop. latissimè Caualca. de cis. 46. à num. 3. cum mult. sequent. & num. 63. par. 1. Rol. à Val. cons. 59. num. 38. vol. 1. & Vincen. de Fran. decis. 35. num. 1. & num. 8. Pinel. in l. 1. 3. parte hume. 51. cum sequent. C. de bon. mat. Ioan. Gutier. prac. quæstio. lib. 2. q. 22. Sarmien. de reddi. Eccles. c. 2. num. 1. cum sequent. & Dida. vat. resol. lib. 2. c. 17. nume. 2. qui hanc * opinionem dicunt communiorem, & verioré eandem appellat Pinel. vbi superiùs numer. 21. eandem tenet Hieronymus Ceuallos in spec. prac. quęstio. cōmu. contra communes q. 667. & q. 675. num. 11. qui tamen posteà num. 18. eā cum contraria certo modo conciliat, ad eum recurras si casus tibi contigerit; qui multa in vtriusq. opinionis confirmationem adducit, adde Viui. qui multos citat, decis. 145. num. 2. & auctorem com. opin. loco 1. tit. 4. c. 2. versi. sextò valet, ita *decisum* fuisse de anno 1581. in Rot. Rom. hoc motiuo vtendo, quòd ad validitatē alienationis rei Ecclesiæ duo copulatiuè requirantur & causa, & solempnitas; nec vnum sine alio sufficeret, refert Alex. Rauden. in trac. de Analog. lib. 1. c. 38. num. 161. Sotomaior abundè in d. c. 54. de vsufruc. lib. 1. num. 11. & 12. Mago. decis. Floren. 69. Antho. Fab. in suo Codice tit. de reb. alienan. diffini. 6.

10 Hęc † tamen sanè intellige vt procedant in foro exteriori, non ità interiori, & conscientiæ iudicio, in hoc enim sufficit adesse legitimam causam alienandi quamūis defficiant solempnitates vt licitè possit is, in quem alienatio facta sit, rem retinere, pulchrè Pan. in c. 1. de resti. in integ. num. 19. Bero. cons. 88. num. 15. vol. 1. & Pet. Antho. de Petra in additione ad Redoa. in sæpè allega. tracta. de reb. Ecclesiæ non alienan. q. 24.

11 Declara † item supradicta procedere quando Prælatus nollet valere contractum, si tamē vellet, standum quidem ei esset, licèt deficerent solempnitates, & reluctaret alter contrahens, Dec. in c. quæ in Ecclesiarum num. 19. de consti. Vincē. de Frāch. allega. deci. 35. n. 4. Emā. Soar. in vol. com. opin. tom. 1. loco 1. tit. 4. c. 3. pulchrè id in proposito tradit Alex. Rauden. de Analog. lib. 1. c. 38. à n. 17. cum sequent. Viui. decis. 180. num. 8. lib. 1. Ioan. Gutier. in prac. quæstio. lib. 2. q. 22. nn. 9. licèt postea nullā inter alienationem factam de re Ecclesiæ, & minoris quoad illud, quod nos infrà tractamus, an scilicet teneantur Ecclesia, & minor adhibeti facere solempnitates debitas in contractu, differentiam constituat, Flamin. Carthar. deci. 46. num. 19. Estq. elegans huius resolutionis ratiō, quia aliàs id, quod est in fauorem Ecclesiæ introductum, in eius odiū retorqueretur, ita dicunt doctores suprà citati intelligenda esse iura tex. in clem. 1. de reb. Ecclesiæ non alienan. 12 & in c. dudum, ex eo. tit. Nec † est mirandum quòd in hoc casu contractus claudicet, cum & in pluribus alijs casibus ius non reputet absurdam claudicationem, qua de re vide quæ pulchrè docent Antho. Corse. singul. 220. incip. pupillus, Aym. Crāue. in cons. 286. & Vincen. cen. de Fran. alleg. decis. 35. nume. 4. Viden. Anthon. Fab. in suo Codice tit. de reb. alienā. diffini. 7.

13 Sublimitatur † hæc limitatio, siue dēclaratio quando post celebratum contractum fuissent adhibitæ diligentię pto eius confirmatione habenda, & ea non potuisset obtineri, vel esset requisitus Prælatus alienans expensis alterius contrahentis, & is eam non obtinuisset: tunc enim non teneretur is, in quem facta est alienatio contractui stare quamuis ita vellet Prelatus, quia quæ suprà tradidimus procedūt quando Ecclesia post initum contractū vult eis stare adhibendo tamen debitas solempnitates, quæ pro eius validitate de iure requiruntur, atque ita loquūntur, & intelligunt doctores suprà citati, & tenent Innoc. in c. 1. de his quę fiunt à Præla. Ias. in l. cum hi §. eam transactionem ff. de transac. Corse. vbi suprà, & Vincen. de Franch. cum alijs, quos allegat, in d. decis. 35. numer. 4. referens sic bis, de *annis* videlicet 1573. & 1574. in 1. & 2. instantia fuisse in Senatu †† Neapoli. *declaratum*, ac opinionem hāc dicens esse conformem iustitiæ, & æquitati, quia aliàs contrahens cum Ecclesia foret semper in suspenso quando ea vellet rem alienatam recuperare, nec auderet ipse hoc timens expensas ea in re facere, quod quàm absurdum foret, præter alia incommoda, quæ indè oriri possent, quę insinuat Fran. vbi superiùs, facilè est cuique, vel mediocris eruditionis, cōsiderare. Viden. Nicola. Garcia de benefi. 2. parte. c. 2. num. 74.

14 Sed quid † dicendum in minore, vel pupillo an etiam si ipsi, vel eorum tutōres, & curatōres velint stare cōtractui per eosdē minores sine dictorū tutorum, vel curatorum consensu

in casu non permisso celebrato quia forsan eis vtilis sit, licet nullus, possint id facere reluctãte eo, cum quo contraxerunt? Breuiter dicendum est quòd sic, nec in hoc reperitur aliqua differentia inter minorem, & Ecclesiam vt docent omnes ferè doctores suprà citati, qui promiscuè de Ecclesia, & minore loquuntur, quibus adde quos lõga serie refert Simoncel. (vbi is est non oportet quòd alij allegentur doctores, solet enim semper omnes ferè citare, qui de materia egerunt, licèt aliquando in allegationib⁹ vel ipse, vel Typhographus nõ modicũ fallat.) de decret. li. 3. tit. 8. inspec. 17. n. 124.

15 Euet † huic opinioni argumentum à minore ad Ecclesiã, & èconuerso, quod in iure validissimum esse docet inter alios Euer. in top. lega. loco à minor. ad Ecclesiam, ita in proposito arguit Redoa. in trac. de reb. Ecclesię nõ alienan. q. 20. nu. 174.

16 Indè † dicitur quòd licèt sententia contra minorem sine curatore lata non teneat, si tamẽ in eius fauorem foret promulgata, teneret, etiã nullo intercueniente tutore, vel curatore, l. de ætate ff. de minor. l. si quis ex aliena ff. de iudi. plura in huius opinionis confirmationẽ scribunt Crescen. decis. 8. aliàs 181. num. 9. de senten. & re iudi. & decis. 9. aliàs 206. num. 3. eo. tit. Æmil. Veral. decis. 147. seu 34. sententia quando est lata in 3. par. Viui. decis. 51. li. 1. & Andre. Gayl. practi. obseruа. lib. 1. obseruа. 47. qui om-

†† nes testantur respectiuè *decisum* in Rot. Roma. Sena. Apuliæ, & Camera Imperia. plura ad idẽ institutum coãceruauit Surd. decis. 108. per tot.

17 An autem † idem, quod de Ecclesia dicimus, dicendum etiam sit de minore, vt si ipse velit standum contractui per eum, licèt nulliter, vtiliter tamen celebrato, teneatur contractum ita confirmari facere vt securus sit alter contrahens de eius firmitate, & si id non fiat, vel etiam si ipse contrahens factis debitis diligentijs non potuerit obtinere confirmationẽ, an teneatur nihilominùs huiusmodi contrahens cum minore stare tali contractui? In qua dubitatione idẽ videbatur prima facie dicendum, ex regula æquiparationis, quam fecimus de contractibus Ecclesiæ ad contractus minorum, item ex eadem illa ratione, qua opinionem hanc superiùs in Ecclesia fundauimus, ne sit semper contrahens in suspenso quando velit minor à contractu recedere. Contrarium tamen est de iure verius, vt docet Franch. in allega. decis. 35. num. 5. & 6. ratio est elegans, quam is auctor tradit vbi superiùs, quia diuersa est ratio in hoc nostro casu inter Ecclesiã, & minorem ob spem conualidationis contractus minoris breui successurę, vel ex ratificatione tacita post lapsum quinquennij, completa minori ętate: vel expressa, quam faciat minor post quam maior effectus fuerit, tot. tit. C. si maior fac. rat. hab. & tot. tit. C. si maior fact. alienationẽ sine decre. fac. rat. hab. & ita nõ põt dici q futurus sit semper in suspenso maior cũ minore contrahens, quod non procedit in Ecclesia, in qua eius contractus nunquam ratificari potest ad omnimodam securitatem cõtrahentis, *imò in tot mutationibus Prælatorũ*, quæ contingere in Ecclesia solent, in quotidiano manebit timore, num nam successor velit rem sibi (post factas forsan in eo plures expensas) auferre, contractum improbando. Hanc differentiam (in alio tamen proposito, alienatione videlicet rerum immobilium sterilium, siue infructuosarum, quæ Ecclesiæ permittitur sine solempnitate, & minori denegatur) tradunt Bar. in l. si pupillorum, in prin. ff. de reb. eorum, Ias. in l. cum hi §. eam transactionem, num. 2. ff. de transac. latè alios doctores ad hoc propositum refert Simoncel. in allega. tracta. de decre. lib. 3. tit. 8. inspec. 17. num. 127. Euerar. in top. lega. loco à minor. ad Eccle. num. 11. Alex. Rauden. in trac. de Analog. li. 1. c. 3. num. 125. versi. *quarto respondetur*, & Vincen. de Fran. in allega. decis. 35. nu. 6.

18 Declaratur † vlteriùs, & seu limittatur eadẽ suprà tradita quinta annotatio vt non procedat quando in alienatione adesset auctoritas Papæ per seipsum, vel per suos Commissarios interposita, tunc enim non oporteret probari solempnitates, per eam enim ipsæ supplẽtur, vt docet Pan. in cons. 41. par. 1. Capi. decis. 16. Petrus Nuñez de Auenda. in trac. de exequen. mãda. Reg. Hispa. par. 1. c. 4. num. 38. Redoa. latè in trac. de non alienan. reb. Eccle. q. 43. per tot. Alex. Raud. in trac. de Analog. lib. 1. c. 38. nume.

† 161. vbi *decisionem* Rot. Rom. refert de anno 1581. factam, quæ id ponit pro constanti, vidẽ. Vincen. de Fran. decis. 163. nu. 13. Sotomajor de vsufruc. c. 54. nu. 21.

19 Diximus † non fore probandas solempnitates quando adest auctoritas Papę, quia ipsę supleantur per eam, ad differentiam causarum alienationum, quæ nunquam supplentur per huiusmodi auctoritatem, imò earũ deffectus reddit decretum, & confirmationem Papę

† nulla, Geminia. cons. 48. numer. 9. & *declarauit* expressis verbis Rot. Roma. de anno 1581. in supradicta causa, quam refert Raudẽ. vbi superiùs, sunt alię rot. *decisiones* ad idem 229. & 230. in

†† nou. docet Redoa. in sæpè allega. trac. de reb. Ecclesię non aliena. q. 22. nume. 71. & 72. & q. 30. num. 11. Sicut † nec aliquo, quantumuis lõgiori temporis cursu, præsumuntur interfuisse, cum id foret præsumere iustificationem, & substantiam tituli, Nat. cons. 102. num. 24. Osas. decis. 173. num. 4. Mascar. de proba. conclu.

20

UAB Biblioteca de Ciències Socials

3512.num.28.Borgni. Canal. decis. 29. num.11. & 15. & decis.30.num.82.par.2.cum alijs, quos refert,& sequitur Ludoui. de Cassanate post hęc scripta in lucem editus,cons. 43. num. 116.

21 Nisi † interposita fuisset Papę auctoritas parte vocata, & cum causæ cognitione, tunc enim per illius interpositionem suppleretur procul dubio defectus causæ,vt probatur in suprà allega.decis.Rot. 230. & docet Redoa. in suprà mentiona.q.22.nu.75.

22 Et generale † esse in omni decreto quòd vt aliquid operetur debeat interponi parte vocata,& cum causæ cognitione,*declaranit* expressissimis verbis noster Senatus sub die 30. Augusti 1582. referente egregio tunc Senatore Raphaële Quintana in causa Bernardi Massaguer contra Ioannem Creus,scriba Onophrio Palau,dictum enim fuit non validari quasdam alienationes de rebus filij per patrem vt legitimum illius administratorem factas ex eo quòd fuisset in eis appositum decretum Vicarij Barcinonæ, *quia* (& sunt verba sententię) *non constabat in dicta interpositione interuenisse aliquam causę cognitionem, neq; fuisse adhibitam in dicto decreto asserebatur, & consequenter non præsumebatur cum causæ cognitione fuisse factum, & sic tamquam nullum, & nulliter interpositum nullatenus corroborabat, & validabat dictas alienationes:* latè decisionem hanc probat Simoncel.de decret.lib.1.tit.1.de offi.iudi.in interpositione decreti, à nu.31.

23 An autem † huiusmodi decretum,& auctoritas Papæ possint interponi post mortem Prælati alienantis sine nouo consensu noui successoris,imò eo reluctante,& renuente,tractat Vincen.de Fran.in allega.decis. 163. Pro parte negatiua facit quòd iste Prælatus successor non tenetur stare facto sui antecessoris, § vnico, qui succes.feud.dare tenen.in vsib. feud.& ibi benè declarat Iacobu.de Fran. num. 6. in-

24 ter decis. Vincen.de Fran.Ratio † est elegans quia Prælatus nihil dicitur habere à prędecessore,Pinel.in l.1.parte 5.num.71.C. de bon. mat.Anthon.Gom.in l.40.tau.num.81.Ludoui.Moli.de Primoge.Hispa.lib.1.c. 11. numer. 3.Berthazol.cons.ciui.45.numer.3. Crot. cons. 19.numer.8.Redoa.in sæpè allega. tracta. de reb. Ecclesiæ non alienan. q.57. per tot.Canal.decis.46.numer.18. & 30.est *decis.*Rot.Roma.252.in nou.imò potest huiusmodi contractum reuocare,l.post mortem ff.de adop. & ea si qui præsbiterorum,de reb. Ecclesiæ non alien.ergo videtur dicendum quòd successore inuito sine eius consensu non possit cõfirmari alienatio per prędecessorem facta.

25 Vlteriùs † facit in simili quod dicitur de assensu Regio in vita eius,qui feudum vendidit non impetrato, vt is amplius impetrari non possit,nec impartiri nisi interueniente nouo consensu hæredis,Andre. in c. Imperialem in prin.de probibita feudi aliena. per Feder. refert Fran.in suprà allega. decis.163. numer. 9. Rolan.à Val.cons.63.nu.52.vol.4.

26 Iuuat † vlteriùs quod in simili resoluunt doctores de confirmatione maioratus sine regia licentia instituti,vt ea fieri nó possit post mortem institutoris,qua de re videas quod plenissimè,post scribentes super legibus Castellæ,docet Ludoui.Moli.de primoge.Hispa.lib.2.c. 7. à.nu. 12.cum multis sequent.Ioan.Gutier. li.2. quæstionum prac.quęstione 76.& Mencha.de success.crea.lib.1.§.4.nu.14.

Sic in nostro casu videtur dicendum non posse Papę confirmationem aliquid operari post mortem alienãtis sine nouo consensu successoris.

Verùm his non obstantibus ego existimo contrarium de iure verius esse,quòd imò possit auctoritas Papę alienationi interponi post mortem eius,qui alienationem fecit,nec video quomodo quis possit iurè in hoc dubitare absque eo quòd simul dubitet de Pontificia potestate, qui † cum eam habeat plenissimã, & amplissimam in bonis, & rebus Ecclesię, vt

27 est celebre cons.Anchar.305.incip. tres domini,& refert Redoa.in sępè allega. trac. de reb. Ecclesiæ non alienan. q. 54. numer. 37. benè Ceual. de hac potestate Papæ in specul. commun.opin.con.commu. q. 645. nume.4. ita vt possit pro libito,& arbitrio suo de eis disponere,But.in c.constitutus,& ibi Abba.num.15. de religio.dom.Geminia. in c. si gratiosè,de rescrip.in 6.cum alijs allega.per Redoa.vbi superiùs quæstione 45.nume. 13. adeò † vt teneant

28 aliqui,quos refert Ceual.vbi suprà q.528. posse ipsum sine causa quem beneficio priuare; quis, quæso, audebit dubitare de validitate confirmationis alienationis rei Ecclesiasticæ vtiliter factæ per Papam plenè de negocio informatum concesse?

29 Quibus † accedit quòd quando alienatio est vtilis Ecclesię potest ex post interuenire auctoritas, Redoa. vbi suprà q. 42. nu. 18.& 19. addens quòd propterea in proposito videm' quòd cõtractus facti per Prelatos de,& super alienationibus de rebus Ecclesiasticis ;etiam post multa tempora in qualibet mundi parte confirmantur per Papam quotidie cum solitis clausulis,si in euiden. &c.de eadem practica, & cõmuni vsu testatur Vincen. de Fran. qui consilium Neapolita. in hanc insinuat

† *inclinari* nostram sententiam, decis. 163.nu.13. addens postea num.14. quòd † Prælatus non

30 contrahit nomine proprio, sed nomine Ecclesiæ, quæ nunquam moritur, c. liberti, 12. q. 2. & id circo non est tractandum si Prela-

tus

tus velit, vel non, stare concessioni, sed erit videndum an contractus tendat, vel non, in commodum Ecclesiæ, cui Ecclesiæ successor, quando concessio esset vtilis, præiudicare non poterit, & quemadmodum ex dictis in decis. 35. Prælatus potest cogere emphyteutam adhibitis solempnitatibus ad standum contractui cedenti in commodum Ecclesiæ, ita etiam debet posse compelli ipse Prælatus ne negociũ claudicet, vt ibi fuit plenè dictum. Hæc Vincen. de Fran. per quæ optimè nostra fulsitur, & comprobatur sententia. ††

31 Nec obstãt quæ in contrarium sunt adducta, ad primum enim respondemus successorem non teneri stare facto prædecessoris quãdo defficiunt solempnitates, verùm quando illæ adsunt, tenetur vtique, prout ex latè suprà adductis in toto hoc tractatu clarè liquet, quando autem adest Papæ auctoritas, ea supplet omnes solempnitates, vt suprà etiã nu. 18. diximus.

32 Ad † secũdum, & tertium facilem iudico esse responsionem quòd in illis casibus non operetur aliquid assensus regius, & regia confirmatio post mortem feudum alienantis, & maioratum instituentis ea ratione, quia agitur de præiuditio tertij, hæredum videlicèt alienantis, & filiorum instituentis respectiuè, quibus medio tempore ius quæsitum extitit in prædictis, vt pulchrè declarat Moli. in d. li. 2. de Hispan. primoge. c. 7. cum alijs suprà relatis, hic autẽ, vbi alienationẽ præsupponimus vtilem Ecclesiæ, de nullius agitur præiuditio.

33 An † autem pars, quæ obtinuit à Papa rescriptũ in forma solita Commissarijs cum clausula, si in euidentem &c. & vocatis vocandis &c. in partibus directum ad ipsius auctoritatẽ, certę alienationi interponendam, possit eo vti post mortem Papę re integra contingentem, non inferior superiori est dubitatio. In qua videtur prima facie affirmatiuè respondendum,

34 ad † quod facit tex. in c. si super gratia, de offi. delega. in 6. vbi executorũ potestas super gratia à Papa facta datorum non expirat per mortem illius, etiam re integra, contingentem, sed nihilominùs ad executionẽ procedere possunt.

35 Per † quem tex. dicebat Bar. in l. fundi in fi. ff. de acquir. possess. & in l. more maiorum ff. de iuris. om. iud. executionem factam vigore literarum executorialium, mutato, vel mortuo iudice, validam esse, quod tamen an sit simpliciter verum, & an procedat tam quando expediuntur litteræ sine causæ cognitione, quàm cum ea, item an tam quando relaxantur leuato velo, quàm quando in vim sententiæ diffinitiuę, vel illius vim habentis, & alia multa in proposito tractat latissimè Vincen. de Fran. decis. 405. per tot. & Guid. Pap. cum adden. decis. 491. † † †

In Cathalonia habemus obseruantiam Regij Senatus in hac materia, de qua Micha. Ferrer illius quondàm auditor in tertia parte obseruan. 132. in litteris citatorijs, quæ in principio causæ absque aliqua causæ cognitione à Senatu emanant, vt illæ exequi non possint post mortem Locumtenentis generalis, cuius nomine expeditæ fuerũt, nisi casu quo dicta executio incœpta foret in vita illius, ibi vide *decisiones* Senatus in vtroque casu factas, benè nostras Cancer. 3. par. var. c. 17. de senten. & exec. nu. 361. vbi declarat.

36 Huc † spectat dispositio tex. in c. gratum, de offi. delegat. c. fin. de offi. lega. & l. & quia ff. de iurisdic. om. iud. vbi habetur in rescriptis ad lites ad cognoscendum an ea expirent per mortem concedentis, vel non, inspiciendum esse an in vita sit facta citatio, vel delegatus incœperit vti, vel non, vt primo casu non expiret commissio per mortem concedentis, secundo verò casu sic, ita docet Franciscus Mar. decis. 512. parte 1. numer. 4. quæ resolutio videtur probare optimè obseruantiam nostri Senatus.

37 Recipit † autem prima superiùs adducta ratio robur, ac fundamentum à regula illa generali, qua docemur gratiam principis non expirare per eius mortem, Philip. Fran. in c. si gratiosè, de rescrip. in 6. Rol. à Val. in cons. 6. nu. 4. vol. 5. Andre. Gayl. lib. 3. obseruа. 60. numer. 25. Nat. in cons. 647. per tot. latè Granu. Theorem. 13.

38 Per † quam rationem reprehendit ibi Granutius Socin. Iun. cons. 89. lib. 1. & Dida. in c. cum in officijs, nu. 8. versi. qua ratione, extra de testam. quatenus tenent licentiam testandi à Papa Prælato concessam morte Pontificis extingui, & expirare si ea ante illius mortem vsus non fuerit, ex eo quòd talis licentia sit mera gratia, quæ morte non extinguitur concedentis, idem firmant Franciscus Sarmien. de reddi. Eccles. parte 4. versi. 2. cauendum est, Bursa. in cons. 29. lib. 1. & Nat. vbi suprà, adde Ioan. Gutier. in prac. li. 1. q. 75. in prin. nouissimè Nicol. Garcia de benefi. com. 1. 6. parte c. 2. §. 3. nume. 328. vbi de *decis.* Rot. sic etiam aliàs *declaratum* tradit Granu. in Rot. Roma. de anno 1578.

39 Per † eandem rationem ego de anno 1608. pro quodam Scholari diœcesis Elnensis, qui ad hanc ciuitatem Barcinonę venerat pro suscipiendis sacris ordinibus cũ dimissorijs Reuerendissimi illius diœcesis Antistitis tempore quo translatus iam erat in Episcopum Vicen. confectis tamen, & concessis ante translationem, respondebam Reuerendissimo Barcinonen. Episcopo, & suis examinatoribus dubitantibus,

tantibus, posse dictum Scholarem absq. dubio dictis litteris iuuari, vtpote quia cum meram gratiam continerēt, non expirabant, etiam re integra, per translationem, vel etiam mortem concedentis, ad quod allegabam idem tenentes Gardin. in Clem. fin. q. 5. de elec. Nauar. in c. placuit, num. 34. & 162. de pœnit. distinc. 6. & 18 cons. 5. de rescrip. Ioan. Gutier. vbi suprà nu. 5. Zerola in prac. Episcopali, par. 1. verbo, dimissorię, num. 9. Rodrig. in sum. c. 14. de ord. iudi. num. 15. pleniſſimè, plura ad propositum inferens, Pater Thom. Sanchez in disputa. de sancto Mattimo. Sacramen. lib. 8. de dispen. disputa. 28. nu. 83. to. 3.

40 Idem † dico de Capitulo sede vacante, seu eo ad quem tunc tempotis administratio spiritualium pertinet, & de Vicario generali Episcopi in remotis agentis, qui iuxta dispositionē tex. in c. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. dare possunt clericis dioecesis licentiam ordinandi, nam si mutentur, vel moriantur respectiuè, licentia nihilominùs tenet, per rationem suprādictā quia mera gratia.

41 Circa † quod obiter nota egregium egregij. viri Iacobi Meno. de arbit. iud. lib. 2. casu 222. num. 9. lapsum, quatenus facultatem dandi licentiam ordinandi, quæ in eo tex. Vicario generali tribuitur pro ipsa facultate ordinādi sumit dicens posse ipsum Episcopo in remotis agente ordinare, ad quod allegat d. c. cum nullus, qui de sola facultate concedendi licentiam loquitur, quem Menochij locum licèt vidisset Ioan. Gutier. canonica. quæstio. li. 2. quæstione 17. nu. 25. lapsum tamen non notauit, sed 44 simpliciter cum eo pertransiuit.

42 Quæ ratio † adeò vera est vt etiam si moriatur Papa non confectis litteris, facta tamen gratia, non tamen proindè expirat, nec extinguitur, sed solent expediri per successorem de eadem data, sub nomine tamen noui Pontificis, & appellatur cōmuniter gratia rōni cōgruit, quia ita solent initium habere huiusmodi litterę, de qua gratia loquitur regula Cancel. 8. ita Rip. in rub. de consti. num. 50. Franciscus Mar. decis. 512. num. 4. & 5. Rebuf. in prac. benefic. de gratia rationi congruit, num. 1. pag. mihi 235. Cassa. in cōsue. Burgun. rub. de 2 justices §. 5. in verbo, *sil na grace*, num. 180. cū multis sequent. Bayar. in addi. ad Clar. q. 59. nu. 13. & 14. Ægrid. Bos. tit. de Prin. n. 293. Moli. de primoge. Hispan. lib. 2. c. 7. nu. 63.

43 Supradictis † tamen non obstantibus contrarium est de iure verius, vt imò morte Papæ extinguatur hæc, de qua agimus, gratia, ita vt non possit amplius pars impetrans ea vti, nec iuuari, quotienscunque enim gratia ipsa non 45 fit ab ipso Principe, vel Papa, sed ea committitur alteri cum causæ cognitione facienda, tunc pet mortem concedentis expirat gratia, nec Commissarius potest tali casu eam facere, c. exhibita, de iudi. c. ex parte, et c. olim de rescrip. Rot. decis. 12. alias 349. de offi. deleg. in nou. probat clarissimè tex. inc. si cui, in secundo exemplo, de præben. in 6. quod idem refert Lācello. in inst. Cano. tit. de colla. §. illo quoq. hęc enim repetitur de iure differētia inter executores datos ad gratiam iam factam exequēdam, & inter executores, qui dantur ad gratiā causa cognita faciendam, vt priorum potestas non expiret morte concedentis, & mandantis, posteriorum verò sic, vtrunque ex his duobus casibus probat non obscurè allega. tex. in d. c. si cui nulla, de præben. in 6. & clariùs ibi glo. verbo *moriatur*, & ibidem Per. de Ancharra. Et hoc est quod dicebat Bal. in l. falsus, num. 11. C. de fur. & in l. fin. col. 1. de consti. Prin. Rip. in rub. de consti. num. 50. & Moli. de primoge. Hispa. lib. 2. cap. 7. nume. 63. gratiam Principis non expirare per illius mortem quando quid perfectum continet, secus quando datur ad aliquid faciendum, & denique hoc idem est, quod dicebat Cassane. in consuetud. Burgun. Rub. dez justices §. 5. in tex. ibi, *sil na grace* num. 178. quod nos etiam superiùs tetigimus in ratione dubitandi, quòd mādatum, quod datur à Principe in vim iustitiæ extinguitur eius morte, non illud, quod in vim gratię, faciunt adducta per Anthon. Gab. commu. conclu. tit. de præben. conclu. 1. nu. 13. Bellug. in specul. Prin. §. sciendum, rub. 47. num. 6. versi. *sed dictam decretalem.*

Per hæc † satis superque arbitror claram, & manifestam fieri responsionem ad tex. in c. si super gratia de offi. delega. in 6. pro contrario allegatum, ibi enim Papa fecerat gratiam, & ideò nihil mirum si, iuxta terminos nostræ distinctionis, per eius mortem non fuerit extincta potestas executorum ad illā gratiam exequendam datorum, ita respondent glo. alega. in c. si cui, verbo, *moriatur*, de præben. in 6. & reliqui doctores suprà citati, vltra quos viden. sunt in proposito Ioan. Gutier. in quæstio. Canon. lib. 2. quęst. 17. nu. 4. & Peregri. de iu. fisci lib. 5. tit. 2. nu. 12.

In nostro autem casu Pontifex non facit gratiam, sed eam faciendam cum clausula, vocatis vocandis, & si in euidentem Ecclesiæ vtilitatem cedere alienationem reperierint, & sic cum causæ cognitione, certis Delegatis committit, ac proindè nihil mirum si, iuxta regulas suprà traditas, prædictorum delegatorum potestas per mortem Pontificis extincta dicatur, si adhuc res sit integra: tunc enim propriè locum habet certissima iuris regula, quòd † morte mādantis finiatur, & extinguatur mandatū re integra, l. inter causas, in prin. ff. manda. & l. &

quia,

quia, & ibi doctores ff. de iurisdic. om. iud. l. mandatum C. manda. cum simil. quam regulam explicat optimè Franciscus Viuius cum multis extensionibus, & limitationibus, ac sui
† Senatus *decisionibus* decis. 494. per tot. Successit hic casus in Senatu disputandus de anno 1601. in causa Reuerendi Abbatis Arularum contra Ioannem Franciscum Reart Burgensem villæ Perpiniani ad relationem Michaelis de Salba, & de Vallseca egregij tunc Senatoris, nunc verò Regentis Regiam Cancellariã vertenti, qui fuit tandem 24. Octobris dicti anni in fauorem dicti Abbatis prætendentis non potuisse dictum Reart iuuari confirmatione per Commissarios sibi facta de quadam alienatione cuiusdam castri facta per prędecessores dicti Abbatis ex quo dicti Commissarij eam fecerãt post mortẽ Sixti quinti Pontificis maximi, qui rescriptum cum clausula, vocatis vocandis, & si inuenidentem &c. vt nomine illius auctoritatem Apostolicam tali alienationi interponerent, concesserat, fuit
† *resolutus*, estq. notabilis decisio ad propositum quę eisdem ferè mouetur fundamentis, quę supra nos tradidimus in confirmationẽ nostræ opinionis, Actuarius est Benedictus Sacares. Reperi multo post hæc scripta quòd nostras nob. Ludo. à Pegue. egregius Principatus Cathaloniæ Senator, & illius, tempore mortis suę, Decanus eandem hanc decisionem retulit, & multa in eius confirmationem adduxit decis. 130. spero tamen quòd nihilominùs hæc legisse non pænitebit.

46 Circa † hunc casum illud nota, in quo forsan, si tibi contingeret, dubius esses, quomodo probata fuerit in eo mors Pontificis, cum in hac prouincia, vtpotè quæ valdè remota est ab Italia, vix possit per testes, vel aliquod aliud instrumentum eiusmodi mors probari, nota (inquam) quòd mors prædicta probata extitit per instrumentũ cuiusdam annotationis exequiarum factarum in Ecclesia Sedis Barcinonæ pro anima bonæ memoriæ Sixti Papæ quinti reconditę in archiuo Sedis Barcinonæ.

SVMMARIA.

1 *Iudex laycus an, & quomodo possit de causis Ecclesiastici fori cognoscere, siue principaliter, siue incidenter.*

2 *Exceptio illegitimitatis facit supercedere negocium principale, donec super ea per iudicem Ecclesiasticum sit cognitum.*

3 *Prohibito aliquo censetur etiam prohibitum omne, per quod peruenitur ad illud.*

4 *Iudex laycus non cognoscit de validitate, vel inualiditate confirmationis apostolica super alienatio. rei Ecclesiæ interpositæ, vbi decis. nostri Senatus.*

5 *Iudex incompetens potest incidenter cognoscere de articulo incompetenti,*

6 *Iudex secularis incidenter cognoscit de causa excõmunicationis, quę est spiritualis, & numer. 28.*

7 *Iudex secularis cognoscit incidenter de causa iuris patronatus, & nu. 29.*

8 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit incidenter de causa ad forum secularem spectanti.*

9 *Iudex secularis cognoscit de validitate confirmationis apostolicę incidẽter, vbi decis. nostri Senatus, & nu. 44. vbi declaratur.*

10 *Iudex secularis incapax est cognitionis causarum spiritualium, & Ecclesiasticarum.*
Sed an id sit de iure diuino respectu vtriusq; generis causarum, vel de iure positiuo, difficultas est, ibidem.

11 *Incapacitatis iudicis layci quoad spiritualia, & Ecclesiastica quæ sit ratio, remissiuè.*

12 *Causæ spirituales quæ dicantur.*

13 *Causæ Ecclesiastica quæ item dicantur.*

14 *Possessorium rei spiritalis an sit spirituale, & rei Ecclesiastica an sit Ecclesiasticum, vt nec de eo possit iudex secularis cognoscere, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

15 *Causę Ecclesiastica quibus modis, & ex quibus rationibus possint in Cathalonia in Regio Senatu tractari, remissiuè.*
Manutenentiarium vsus in Cathalonia remissiuè, ibidem.

16 *Clericus potest conueniri corã iudice Layco, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*
Clericus potest conueniri super petitorio quando ipse causam mouit super possessorio coram iudice layco, ibidem, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.

17 *Clericus non potest renunciando conuentioni euadere inditium reconuentionis, vbi decisio Senatus Neapoli.*
Clericum posse reconueniri coram iudice layco non est decisum de iure, sed de consuetudine secundum Prosper. Caraui.

18 *Clericus non potest reconueniri coram iudice layco super re tangente negotium spirituale, vel illi annexum.*

19 *Iudex secularis nec etiam incidẽter cognoscit de causa spirituali, nec Ecclesiastica.*

20 *Intellectus l. Quoties C. de iudi.*

21 *Iudex incompetens potest incidenter de causa, cuius est incompetens, cognoscere, sed non is, qui est incapax.*

22 *Ratio diuersitatis inter supradictos duos casus.*

23 *Intellectus c. in præsentia, extra de dona. inter vir. & vxor.*

24 *Iudex laycus quare dicatur incapax ratione causarum spiritualium, & Ecclesiasticarum.*

Iudex

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Iudex verò Ecclesiasticus incompetens tantùm ratione causarum laycalium.

25 *Iudex laycus cognoscit de quęstione facti rerum spiritualium, sed contra nu.33.*

26 *Iudex laycus non cognoscit de quaestione facti rerum spiritualium inter duos clericos, nec quando esset à iudice Ecclesiastico inhibitus.*

27 *Quaestio iuris quando dicatur tractari, & quando quaestio facti.*

28 *Intellectus c.decernimus, de Jemen. excommuni. in 6.*

Iudex secularis cognoscit de quaestione facti excommunicationis incidenter, ibidem, vbi decis. nostri Senatus.

29 *Intellectus c.significauit, de testibus.*

Iudex laycus cognoscit de quaestione facti iuris patronatus, ibid.

30 *Iudex laycus cognoscit circa matrimonium de quaestione facti, hoc est an inter aliquos fuerit aliquando matrimonium de facto contractũ, & nu.sequẽti, vbi decis. nostri Senatus.*

31 *Iudex secularis cognoscit an quis sit filius eius, de cuius hereditate agitur, & de alijs pluribus circa hanc materiam, remissiuè.*

32 *Quaestio facti rei spiritualis non est spiritualis.*

34 *Ius oritur ex facto, & ideò quęstio iuris videtur inseparabilis à quaestione facti. & nu.41.*

35 *Iudex laycus non cognoscit an quis sit clericus, necne, & nu.38.*

36 *Iudex laycus non cognoscit de quaestione, an quis sit haereticus, & nu.41.*

37 *Intellectus l.si ex plagijs §.cum in clino ff. ad l. Aquil.*

38 *Intellectus c.si iudex laycus, de sentent. excommuni. in 6.*

Quaestio facti mixtam habens quaestionem iuris quae dicatur, ibid.

Iudex secularis non cognoscit de quaestione facti mixtam habente quaestionem iuris, ibidem, & numer. 41.

39 *Clericus quomodo probetur.*

40 *Iudex laycus cognoscit de mero facto clericatus ad effectum remittendi ad suum iudicem.*

41 *Intellectus c.vt inquisitionis §.prohibemus, de haeret. in 6.*

42 *Iudex laycus statuit super re pertinente ad iurisdictionem Ecclesiasticam quando sit in adiutorium statuti Ecclesiae.*

Decuriones iustè faciunt statuta quòd non possit quis diebus festiuis laborare, & operari, & pœnas exequuntur, ibidem, vbi decisio Senatus Portugal.

43 *Iudex laycus cognoscit incidenter de causa spirituali in notorijs.*

44 *Notoriè constare de re spirituali quando dicatur ad effectum vt iudex laycus cognoscat, & in omni materia, remissiuè, vbi decisio nostri Senatus.*

45 *Vsurarum cognitio ad quem spectet.*

46 *Vsurarum crimen est mixti fori, & nu.51.*

47 *Vsurarum crimen punit iudex secularis.*

48 *Reprobatur opinio eorum, qui iudicibus laycis concedunt tantùm cognitionem criminalem vsurarum.*

49 *Iudex secularis cognoscit sine dubio de vsuris, vbi decis. nostri Senatus.*

50 *Iudex secularis cognoscit de quaestione facti vsurarum.*

51 *Item de quaestione iuris.*

52 *Vsurę vtroq. iure prohibentur.*

53 *Vsurarum cognitionem spectare ad solum iudicem Ecclesiasticum in quaestione iuris, defenduni plures, qui enarrantur.*

54 *Intellectus Clemen. dispendiosam, de iudi.*

55 *Vsurae an omni iure sint prohibitae, tam ciuili, quàm Canonico, & naturali.*

Barbosa circa materiam vsurarum opinio, ibid.

56 *Certum, & indubitatum esse dicitur quod est de iure determinatum.*

57 *Decimarum cognitio an spectet ad iudicem laycum.*

58 *Decimarum cognitio in Cathalonia spectat ad iudicem laycũ, nec permittitur quòd prò eis layci trahantur ad forum Ecclesiasticum, vbi decisiones Senatus.*

59 *Iuramenti causę cognitio ad quem spectet.*

60 *Sacrilegij crimen est mixti fori.*

61 *Sacrilegus quandoq. punitur à duobus Iudicibus, & quomodo.*

62 *Fallit si pœna condigna sit per vnum iudicem sacrilegus punitus, & nu.66. vbi decisiones.*

63 *Sacrilegus punitur per iudicem laycum non obstante absolutione Ecclesiastici, qui negocium praeuenisset.*

64 *Sacrilegus punitus à iudice seculari an possit iterùm puniri ab Ecclesiastico, sicut è contra.*

65 *Absolutus, vel condemnatus per dolum, aut collusionem potest iterum accusari, & puniri.*

66 *Pœna est delicto commensuranda.*

67 *Punitus vna pœna, etiam si non sit commensurata delicto, si id sit sine dolo, & collusione factum, non potest iterùm ab alio puniri.*

68 *Fraus, & collusio an praesumantur eo ipso quòd quis pro magno delicto fuit minima pœna punitus, vbi opiniones pro affirmatiua.*

69 *Pœna in criminalibus, vt plurimùm, sunt arbitrarie.*

70 *Remissio facta per vicarium Barcinone alicui, qui cum deliquisset graniter in alio loco veniens ad eam ciuitatem procurauit ibi reperiri in aliquo leuissimo delicto, vt remitti posset in consequentiã etiam de graui, est nulla, vbi decisio Senatus.*

71 *Iudex Ecclesiasticus an egeat territorio ad puniẽdũ delicta mixti fori.*

72 *Iudex Ecclesiasticus non eget territorio ad pœnas excommunicationis, & aliarum, quę animam afficiunt, impositionem.*

GLOS. XIII. PARS II.

Iudex laycus an & quando possit de his, quæ sunt Ecclesiastici fori cognoscere.

1 SED AN† & quomodo sustentari valeat quòd possit iudex laycus de validitate, vel invaliditate huiusmodi cõfirmationis Apostolicæ, quam Ecclesiastici fori esse est indubitatum, cognoscere, egregia est dubitatio, quæ oritur ex traditis in fine præcedentis primæ partis huius glos. id enim expressè prohibet Pont. in c. 2. de cõfir. vtil. vel inutil. & docet glo. in c. frater, verbo, auctoritate 17. q. 4. & Caual. qui multos allegat, decis. 50. nu. 35. in 2. part. etiam incidenter, quæ est vna ex dubitationibus in iure nostro difficilioribus, in qua valdè se ipsos torquerunt doctores, & signanter ij, qui in scholis vnum, & aliud ius profitentur dum deueniunt ad interprætationem tex. in c. tuã, de ordin. cogni. in c. lator, qui filij sint legit. & in l. quotiẽs, C. de iudi. nos breuiter quãtũ fieri poterit (relictis illis subtilitatibus, ac textuum explicationibus, seu verùs cõtortionibus, quæ in scholis passim frequentantur ad vnius cuiusq. maioris eruditionis specimen demonstrandũ, vtpotè quæ parùm prosint pro causis publicè in palatijs vel defendendis, vel iudicandis) adhærendo certissimis doctissimorum virorum in materia factis resolutionibus, & in actu practico à grauissimis Senatibus amplexis, huiusce rei, & difficultatis veram, ni fallamur, curabimus tradere resolutionem.

2 Imprimis † igitur pro parte negatiua facit tex. in allega. c. tuam, de ordin. cogni. in quo cum Reginæ Cypri agenti petitione hæreditatis coram Philippo Rege Franciæ opposita fuisset exceptio illegitimationis, procederetq. nihilominùs in causa principali successor dicti Philippi eo mortuo: fuit per Honorium Pap. eidẽ rescriptũ ne in causa procederet quousq. super incidenti quæstione illegitimationis, quæ ad forum spectabat Ecclesiasticum, ipse pronuntiasset, idem probat tex. in c. lator, qui filij sint legit.

3 Secundò facit † pro eadem opinione quòd non soleat concedi indirectè. & per obliquum quod via directa denegatur, l. si sponsus 5. §. generaliter, de dona. inter vir. & vxorem, l. quod de bonis §. 1. & fin. l. Seyus, & Augerius 27. ff. ad l. falcid. & l. nec pro se C. de hæred. insti. cũ enim aliquid prohibetur, omne illud etiã prohibitum censetur, per quod peruenitur ad illud, l. oratio, de sponsal. non igitur dici posset posse iudicem laycum etiam incidẽter de causa ad forum Ecclesiasticum pertinẽte cognoscere.

4 Hanc † opinionem amplexus videtur Senatus in propria hac nostra materia dum de anno 1600. de mense Nouemb. in causa Ludouici Ferran Prioris S. Laurentij de monte contra Iacobum Bosch de Font Arnau, ad relationem priùs Ioannis Gallego, postea verò Iosephi Benach egregiorum Senatorum veritenti, de opposita exceptione nullitatis confirmationum Appostolicarum in quadam in emphyteosim concessione per Priorem, dicti Ferran prędecessorem, facta, & in quadam arbitrali sententia inter partes super prædictis lata appositarũ, † *noluit cognoscere*, sed imò expressè *declarauit* cõfirmationem validam censendam quousq. per Romanum Pontificem foret cassata, reuocata, & anullata, & parti agenti silentium imponendum, Actuarius erat Gaspar Biosca, & nunc Dominicus Fontana. Cuius declarationis vigore timebam ego valdè ne Sebastianus Custous agens in Regia Audientia ad relationem egregij Senatoris Iosephi Benach contra Raphaelem Llaudes pro vendicatione quarundam rerum, quæ fuerant cuiusdam præsbiteri, qui beneficium, cuius nomine agebat dictus Custous, fundauerat, & dotauerat de omnibus bonis suis, timebam (inquam) valdè ne repulsam dictus Custous pateretur ex eo quòd ostenderet dictus Llaudes quandam confiscationem per Reuerendam Cameram Apostolicam de bonis dicti instituentis factam certis de causis, & permissionem postea dicto Llaudes factam vt bona, quæ habebat dicti instituentis, sibi retinere posset, licèt enim ostenderem nulliter, vt existimabam, dictam confiscationem factam, ac lite pendente, non audita nec citata parte, vt sic euitaretur condemnatio. quæ de proximo sperabatur in Senatu, timui tamen vellet Senatus de hoc articulo cognoscere ex suprà allegatis, maximè cũ expressè à iudice Ecclesiastico, in vim dictę confiscationis, Senatus fuisset inhibitus, & ideò suasi partibus concordiam, per quam earum differẽtiæ compositæ, & sedatæ fuere, scriba dictæ causæ erat Raphael Pasqual.

Recordabar (quod me magis timere faciebat) audiuisse me quandoq. in Senatu nostro superegregio declararum (licèt difficultate nõ careat) obseruandam fore inhibitionem à iudice Ecclesiastico emanatam in casu quo procedebatur contra Ecclesiasticum coram iudice layco, quamuis ageretur contra illum pro recuperatione pensionum censualis cuiusdam per Ecclesiasticum in casu, qui dicebatur fieri potuisse, cum renuntiatione proprij fori,

fori,& cuiuslibet alterius,etiam secularis,submissione venditi,vidi conclusionem in archiuo regio.

5 Pro † contraria verò parte,& opinione facit quòd iudex aliàs in competēs principaliter de aliquo genere causarum cognoscere, potest tamen ratione incidentiæ de eo iudicare,si cōtingat in negocio principali de eo incidenter moueri quæstionē,tex.formalis in l.quoties C. de iudi.in l.1.C. de ordin. cogni. in l.fi.in fi. C. vbi,& apud quem in integ.restitu.c.causa restitutionis,extra de in integ.resti.l. nullum C. de testi.l.cum proponas C.de reb.cred.in quibus respectiuè iuribus iudici aliàs incompetenti conceditur quòd possit incidenter cognoscere de causa status,restitutionis in integrum, & de causis criminalibus.

6 Et ne † vis fiat in eo, an causa incidens sit spiritualis,vel solùm Ecclesiastica,vt in primo casu procedere priorem opinionem dicamus, in secundo verò hanc posteriorem,prouti plures dixerunt,summè notandus est tex.in c. decernimus,de senten. excommuni.in 6. quo loci iudex secularis incidenter cognoscit de causa excommunicationis,quam spiritualem esse docemur in c.nemo contemnat 11.q.3.c. corripiantur 24.q.3.c.quærenti,de verb.sig.c.dilecto,de senten.excom. in 6. Notandus † etiam
7 ad idē est tex.in c.significauit 41. de testib. vbi iudex laycus,qui incapax est causæ iurispatronatus principaliter intentatę iuxta tex. in c. quando de iudi.potest de ea cognoscere si incidenter contingat de eadem disputari, causam autem iurispatronatus spiritualem esse,aut spirituali annexam,docet Pont. in c.de iure,& in c.quia clerici,de iure patro.

8 Et hęc † quidem videntur peroptima inniti ratione, postquam idem videmus è conuerso vt possit iudex Ecclesiasticus ratione incidentię de causa ad forum secularem pertinente cognoscere, vulga. tex. in c. de prudentia, de dona. inter vir.& vxor.vbi iudex ad causam diuortij principaliter delegatus potest etiam de quæstione dotis incidenti, quę merè secularis est,cognoscere.

9 Hanc † opinionē visus est noster Senatus non reiecisse in causa, quam suprà retulimus, Abbatis Arularum contra Ioannem Franciscū Reart ad relationem Michaelis de Salba,& de Vallseca,dum de opposita nullitatis exceptione aduersus confirmationem summi Pontificis,de ea cognouit, eandem nullam declarando, ex causis ibi expræsis, quę declaratio ex diametro,licēt in eadem aula ambę sint confectæ,videtur pugnare cum ea, de qua pro contraria opinione meminimus. Quis, quæso suū inter has difficultates profferet iudicium? voluissem hoc loci nunquam de hac prouincia suscipienda cogitasse,vt sine dedecore possem meam nō aperire sententiam, verūm post quam Deus ita permisit, ac voluit, non terga vertam, sed quod pro mei ingenioli tenuitate occurrer,omnibus patefaciam.

10 In † hac igitur materia sit certissima conclusio, Iudex secularis, & laycus incapax de iure est ad cognitionem nonsolùm causæ spiritualis,sed etiam ciuilis Ecclesiasticæ,c.de cernim⁹, c.quanto,c.at si clerici,c.cum non ab homine, c.qualiter,& quando,& c.fin.de iudi.c.2, & c. si diligenti, & c.significasti, de foro compet. plenè Rip. in d. c. decernimus,extra de iudi. multa adducit Dida.in prac.quæstio.c. 31.32.& alijs sequent.latè in vol.com.opin.tom. 4. loco 11.tit.3.c.6.Vincen.de Fran.decis. 189. num. 3.Velasc.consul.159.num.5. Incapax (inquam) quoad spiritualia lege diuina,glo.in c. Imperator,& c.quoniam,argumento illius tex. 10. distinct.glo. in c.quanquam verbo, *diuino*, decens. in 6. quarum glosarum opinionem sequuntur Dida.vbi suprà num.2.versi.1.conclusio,& probatur argumento psal.104.ibi, *nolite tangere Christos meos*, quem locum ad propositura expendit Dida.vbi superiùs:quoad Ecclesiastica verò negocia dicitur iudex laycus incapax lege positiua,iure videlicet nostro Canonico,Feli.in c.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,nume.6. de consti. Dida. vbi suprà versi. 2. conclusio Suar.de paz in prax.tom. 2. præli. 2. numer. 2. Micha. Salon de iusti.& iu. quæstione 67. art. 1.controuer.1.conclu. 4. Viden. Azor in insti. moral.par.1.lib.5.c.12.per tot.quod tamen non placet Ludouico à Pegueta, post hæc scripta viso, imò ipse constantee asserit, & pluribus probare satagit quoad Ecclesiastica etiam negotia iudicem secularem omnino incapacem esse iure etiam diuino,sicut quoad spiritualia, in decis.91.à num.5.cum sequent.

11 Quare † autem dicantur layci incapaces ad cognoscendum de huiusmodi causis docent latè Dida.& Pegue.vbi superiùs.

12 Dicuntur † causæ spirituales (vt nihil,quod expediat,ignoretur) quæ versantur circa Ecclesię Sacramenta,ceremonias, & ritus Ecclesiasticos, ac denique circa quicquid inter Christianos contingens ortum habens ex aliquo, quod specialiter ad Ecclesiam,legem,fidemve Christianam pertineat, vt Dida.eleganter docet prac.quæstio.c.31.num.2.versi.*prima conclusio*,& refert Pegue.allega.decis.91.nu.4.

13 Ecclesiasticæ † verò erunt causæ ciuiles clericorum, & Ecclesiarum, quæ de alijs agent quàm de Sacramentis, & alijs rebus, ex quibus,ac quarum ratione causis spirituales dici superiùs docuimus,id manifestè deducitur ex eisdem doctoribus, qui in quo versentur causę spirituales docuere,necessium enim est quod

reliquę

reliquæ cleticorum, & Eccleſiarum cauſſæ, quæ circa ſupradicta non verſantur, ſint quæ Eccleſiaſticæ dicãtur, viden. Azor. in inſti. moral. d. lib. 5. c. 12. verſi. conuenit etiã, viden. Van. de nulli. tit. de nulli. ex defec. iuriſdic. num. 54. Farina. lib. 1. tit. 1. de in quis. q. 8. nu. 20.

14 An † autem hæc concluſio procedat in poſſeſſorio, ponamus in cauſa beneficiali, matrimoniali, vel alia ſimili ſpirituali, vel Eccleſiaſtica, an de ea poſſit iudex layeus cognoſcere inter duos clericos de eo contendentes, necne, ſunt plures, qui affirmatiuam tenent pro iudice ſeculari, gloſ. in c. litteras verbo, *rebus ſpiritua.* de iuram. calump. & qui eam ſequuntur, Boer. deciſ. 69. num. 23. Oſaſ. deciſ. 116. numer. 1. Andre. Gayl. ſingul. obſeruan. lib. 1. obſer. 38. in prin. & Theſau. qui ſupradictos citat deciſ. 82. in prin. vbi notanda eſt Gaſpar. Anthon. Theſau. filij ſui additio, qui ſaltem ex conſuetudine
†† id fieri poſſe vult, & plures Sena. *deciſiones* in id reffert, deque Gutier. loquens, qui contrarium tenet, dicit eum vt Eccleſiaſticum trahere aquam ad ſuum molendinum, idem Theſau. de
†† deciſ. 117. & deciſ. 131. num. 10. Guid. Pap. deciſ. 1. Adde Maran. in ſpecul. part. 4. diſtinc. 11. nume. 77. Gram. deciſ. 78. per tot. Afflic. deciſ. 24. nu. 2. & deciſ. 324. Addo etiam quos lõga ſerie reffert Dida. in prac. c. 35. num. 1. Aluar. Velaſ. conſulta. 93. per tot. Cabedo deciſ. Portugal. 82. per tot. par. 1. Amade. à Ponte tit. quis ſit iudex in cauſ. feuda. à num. 23. cum mult. ſequent. inter quæſtio. laudimiales, Ioſeph. de Seſſe in tracta. inhibitio. & magiſtra. Iuſti. Arag. cap. 8. §. 3. à num. 15. qui vſque ad num. 29. articulum examinat, & ſimul antea in numeris præcedentibus quid inter laycos eſſet dicẽdum docuerat, & Iacob. Meno. de recuper. poſſeſ. remed. 15. n. 10. hi oẽs tenẽt quòd hic, & plures ex ipſis de
†† *obſeruantia* ſuorum Senatuum teſtantur, rationem aſſignant, quia ſit quid temporale, & facti ipſa poſſeſſio, vt dicit gloſ. in c. litteras ſuprà allega. quod pluribus probant dd. ſuprà citati, ſignanter Velaſ. nu. 4. vide Iacob. Ferrer Tholoſan. qui multò poſt hęc ſcripta additiones edidit ad Guid. Pap. allega. deciſ. 1. dicendo ſupradicta vera eſſe in poſſeſſorio cuiuſcunque rei ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, putà pro ſacramentis, & ordinibus conferendis, pro decimis, pro reliquijs Sanctorum, & pro alijs quibuſcunq.
†† rebus, vbi nonnullas *deciſiones* adducit ad hoc in Francia factas.

Contrarium deffendit Afflic. in conſti. regni lib. 2. rub. 67. numer. 9. & 11. Abba. in allega. c. litteras num. 8. de iuramen. calum. Immol. in c. fin. num. 9. de iudi. Guiller. Bened. in c. Raynuncius, verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam* num. 331. communem dicit Aufrer. deciſ. Toloſ. 471. & ideò forſan non immeritò de prioti opinione dubitauit Dida. vbi ſuprà adducitur, vt reffert Theſau. ſuperiùs citatus, ego tamen Dida. repetio num. 1. verſ. *verùm*, neuticam dubitantem, ſed imò clarè priorem dicentem falſam opinionem, Rolan. à Val. in conſ. 23. vol. 2. per tot. Rationem aſſignant *ij* doctores ſuperiori contrariam, quòd imò ipſum poſſeſſorium ſit etiam ſpirituale, vel Eccleſiaſticum, Clemẽ. vni. de cauſ. poſ. & proprie. & Clemen. vni. de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. latè de hac quęſtione tractat Farina. in prax. & theo. crim. lib. 1. tit. 1. de inquiſ. q. 8. nu. 23. fuſiſſimè eandem pertractat Alex. Moneta in tracta. de decim. c. 8. num. 14. vbi hanc vltimam opinionem ſtrenuè deffendit, & poſt hos omnes latiſſimè Nicola. Garcia in trac. de benefi. multò poſt hęc ſcripta in lucem emiſſo, parte 1. c. 2. à num. 51. cum ſequent. & poſt Paz in prax. 2. tom. 1. prælu. nu. 15. Gutier. Canon. quæſtio. lib. 1. c. 34. à numer. 16. Zerol. in prax. Epiſcopal. 2. par. verbo, *poſſeſſorũ*, Azor. in inſti. moral. lib. 5. c. 14. q. 1. & alios, vbi Garcia pluribus rationibus hanc opinionem
†† probat, & *deciſiones* reffert Rot. Roma. pro eadem factas.

†† Ter ego vidi ſucceſſiſſe ſuper hoc *declarari* per admodum Reuerendum Cancellarium Raphaelem de Rouirola poſtea Barcinonen. Epiſcopum, in tribus contentionum cauſis ea ratione firmatarum, primò quidem in contentione firmata per Dignitates Eccleſię Solſonę, & alias ex eo quòd quidam layci eos cõuenerant in Regia Audientia pro recuperatione poſſeſſionis quarũdã baiuliarũ de Sach, qua ſe ſpoliatos dicebant per dictas Dignitates, fuit enim declaratũ die 2. Appril. 1598. de cõſilio egregiorum Senatorum Iacobi Pineda, Hieronymi Seniuſt, Michaelis de Salba, & de Vallſeca, & Hieronymi Torner (*ij* duo poſteriores poſtea fuerunt Regentes Regiam Cancellariam) cognitionem ſpectare ad curiam Eccleſiaſticam, licèt ageretur de ſolo poſſeſſorio rei laycalis, quia perſonæ erant Eccleſiaſticæ, de quibus cognoſcendi notoriè erat incapax iudex ſecularis, atque ita licèt iudex ſecularis eſſet competens ratione rei, non tamen ratione perſonarum, contra quas agebatur. Et rurſus de anno 1601. cum de eodem articulo diſputaretur coram eodem Cancellario ad inſtantiam Reuerendi Abbatis de Amer, qui tacens ſuam qualitatem fuerat iam per Senatum refferente egregio Senatore Hieronymo Aſtor, actuario Carmona, condempnatus in interdicto recuperandæ poſſionis intentato per nobiles Leãdrum de Margarit, & Hieronymam illius vxorem de conſilio egregiorum Senatorum Ioſephi Benach, Saluatoris Fontanet (nunc Regentis in ſupremo Arago.) & Hieronymi Torner fuit reſolutum quòd nihil declararetur ſuper dicta

dicta contentione, ex quo visa ea fuit declarata in fauorem Ecclesiæ, iuxta iura patriæ. *Idem* finaliter punctualiter contigit Reuerendo Abbati Ripipulli cum nobili Guillermo de Yuorra eodem ferè tempore, & memini (aduocatus enim fui in illa Abbatis de Amer, & consultus in illa Abbatis de Ripoll) quòd in nostri fauorem diceretur quòd si & vbi Guid. Pap. & Afflic. contrarium tenuerant, nihil id mirum, quia id erat propter quædam indulta Roma. Pont. concedentia ibi eius rei cognitionem iudici seculari vt idem Guid. Pap. d. decis. 1. & Afflic. d. decis. 24. dicunt, & adhuc est vidē. idem Guid. Pap. cons. 149. vbi declarat quomodo id procedat, licèt Ferrer, qui nouissimè additiones fecit ad Guid. Pap. in d. decis. 1. decipi dixerit illos, qui putant ex priuilegio competere Regi Franciæ ius istud iudicandi super possessorio rei Ecclesiæ, sed quòd imò proprium ei sit posse de eo cognoscere: illud autem, quod diximus de priuilegio Regis Frāciæ super hoc, nihilominùs (verū est quòd tunc adhuc nō adscripserat is doctor) vidimus dominis Senatoribus placuisse, & quomodo quòd istud ex priuilegio, & indulto apostolico faciat Rex Franciæ, negari possit, ego nō video, postquā Guid. Pap. in allega. decis. 1. vnum Martini Pap. ad litteram refert. De hac eadem materia non nihil diximus suprà in glos. de domicellis nume. 44. 16

In Cathalonia † tunc tantùm de huiusmodi causis cognoscitur in possessorio per iudicem secularem quando parantur arma ad vim inferendam contra possessorem beneficij: vt enim tollatur via facti, & ne sequantur perturbationes in populo, iudex secularis se se intromittit in omnibus causis, & cessant tunc omnes iuris regulæ, Felin. in c. 2. num. 2. & sequent. de præscrip. Bossi. tit. de Prin. & priuileg. eius num. 211. & sequent. & ad hanc viam facti tollendam editæ sunt constitutiones penul. & fin. tit. de violen. y resti. de despull. ita docet Anthonius Oliba egregius quondam huius nostri Senatus Auditor in vsat. alium namque cap. 14. numer. 12. cum sequent. vbi plura in proposito. †

Alijs etiam modis in Cathalonia, ac præsertim in Regio consilio solet tractari de rebus, & causis spiritualibus, & Ecclesiasticis, præsertim beneficialibus, etiam inter duos clericos, veluti quando vnus timens molestari ab aliquo adit Regem, & eius Audientiam, & impetrat ab eo manutenentiam vt manuteneatur, & defendatur in possessione sui beneficij, tunc causa huius manutenentiæ, si alius eam impugnet, ex eo quòd impetrans non sit possessor, vel alias, tractatur in regio tribunali, pluribus hęc docet Anthonius Oliba in allegat. vsat. alium namq. c. 15. nu. 26.

Item quando Princeps ex causa concedit, quod potest, Ecclesiæ Saluaguardiam, guidaticum, & emparamentum, Oliba. suprà à n. 50. cum sequent.

55 Ad ſecundum † Didaci argumentũ reſpondet Barboſa vbi ſuprà, multò quidẽ plus habere crimen vſurarum, quàm reliqua crimina, homicidium, furtum &c. & inter ea manifeſtam eſſe rationem differentiæ, propter quam illud debeat Eccleſiaſticum dici, hæc verò non, quia videlicet hæc crimina prohibita iam fuere iure gentium antequam prohiberentur per ius canonicum, & ideò nõ poſſunt dici merè Eccleſiaſtica, crimen vſurarum incepit prohiberi per ius canonicum fundatum in iure naturali, & ſupernaturali, quamuis iure ciuili eſſent vſuræ permiſſæ, quod ſufficit vt dicatur crimẽ Eccleſiaſticũ, allegat Panor. in c. cum ſit, nume. 31. vbi Marian. num. fina. de foro comper. Nauar. in ca. nouit 6. notab. nu. 42. Verùm reſponſio non ſatisfacit, quia ſecundum comuniorem, & veriorem ſententiam vſuræ prohibitę ſunt nedum de iure põtificio c. quoniam, c. ſicut, & per tot. 47. diſtin. cap. 1. cum ſequent. l. quæſtio. 3. 4. & 5. & tot.

& tot. tit. de vſur. extra, & in 6. Clemē. & extrauagan. ſed & iure naturali, quia res ſui natura ſterilis, & infecunda, vt eſt nummus, vel aurum, parit, & generat pecuniam, ita conſiderat tex. in c. ſicut 47. diſtinc. & c. plerique 14. q. 3. & indè locupletatur quis cum tactura aliena, decem & nouem ad id rationes coniecit Maria. Soci. in c. 1. num. 30. de vſur. concludens ratione naturali vſuram eſſe quoad Deum impiam, quoad proximos iniquam, quoad ſe perniciosam, & quoad rempublicam, & eius leges deteſtabilem, & horrendam, alias rationes adducit Dida. lib. 3. var. reſol. c. 1. nu. 5. & alias Anthon. Guilber. Coſta. quæſtio. iur. memorab. lib. 1. c. 1. Iure diuino, Deutoronom. 23. Leuitici 25. Prouerb. 28. Pſal. 14. & 52. Mathei 19. Luce 6. Et denique iure ciuili, vt pluribus probant communem hanc appellantes ſententiam, Iul. Clar. in §. vſura num. 4. & ibi additio Bayar. Dida. vbi ſuperiùs, inter communes opiniones hęc refertur in vol. com. opin. tom. 1. loco 1. tit. 26. c. 1. de vſur. Farina. in prax. crim. 1. partis tom. 1. tit. de inquiſ. q. 8. num. 140. verſi. quarta ſit concluſio, pulchrè Dida. Sahagun in ſæpè allega. repetitione c. decernimus nu. 138. & ſequent. de iudi. & Hierony. Ceuallos in ſpecul. com. opin. con. com. q. 555. vbi hanc dicit communiorem, & veriorem, & receptiorem tam in palatijs, quàm in Scholis, plures ad rem allegat Camil. Borrel. in addi. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. 5. de vſurarijs in littera c, Si ergo in furto, homicidio, & alijs delictis concludit Barbo. ea propterea non dici Eccleſiaſtica quòd non inceperint prohiberi per ius Canonicum, ſed per ius gentium, quantò maiore, aut certè non minori ratione hoc vſurarum crimen erit dicendum non merè Eccleſiaſticum, quod tot alijs iuribus, & ante, & poſt pontificium prohibetur, ac præſertim ſi crediderimus Farinacio vbi proximè ſecurè conſtituēti ſufficere quòd hoc delictum prohibeatur per ius ciuile vt nō poſſit dici merè Eccleſiaſticum. 56

Per hanc reſponſionem corruit tertia Barbo. ſolutio ad tertium Didaci argumentum quatenus negat vſuras de iure ciuili prohibitas eſſe: reſoluimus enim ſecurè in ſuperioribus, ſecundum veriorem, & communiorem doctorum opinionem ex doctoribus ibi allegatis (quorum allegatione contenti reliquos omitimus, qui id probāt, & rationes, quibus id iuſtificatur, quia ipſi elegantiſſimè in hoc proceſſerunt) quòd imò vſuræ ſunt etiam iure ciuili prohibitæ, quod ſufficere vt crimen hoc non poſſit dici merè Eccleſiaſticum ibidem etiam docuimus. Per hęc ſatis videtur firma manere noſtra opinio, quam in his, in ſuperioribus, in medium protulimus. 57

Licèt autem hę Barboſæ argumentorum, ſeu reſponſionū ad rōnes Dida. diſſolutiones, quæque ad idem ab alijs excogitari faciliter poſſent, faciles ex ſe eſſent cognitu, quas non credo latuiſſe Senatorem illum egregium præſua, quam ſuis ſcriptis commonſtrat, ſingulari, ac egregia eruditione, nihilominùs ipſe ſecuriùs rem hanc tractare volens non potuit propterea induci vt huic noſtræ opinioni adhæreret, quo factum fuit vt debeat propterea meritò quilibet rem hanc vlteriùs examinare, & rationes vtriuſque partis perpendere, & conſiderare: nam quamuis propter deducta per dictum Barbo. ipſe non receſſerim à ſuprà firmata contra eum opinione, id fuit quia quæ in eius comprobationem adducta fuere magis ingeniolo meo placuerunt, & probata ſunt, quàm quę contrà eam, verum eſt quòd exiſtimo pauciſſimos fututos, qui non Didaci potiùs, quam Barboſę opinioni adhæreant.

In duobus tamen caſibus (licèt non in pluribus) conceſſit poſtea iſdem Barboſa poſſe iudicem ſecularem de cauſa vſurarum cognoſcere, eos audiamus.

Primus eſt in quęſtione facti nume. 51. & 53. vt ſuperiùs diximus nume. 50. vbi quid circa hunc caſum nobis videretur, aperuimus.

Secundus caſus eſt, quem explicuit num. 52. vt de quęſtione iuris vſurarum tunc demum liceat iudici ſeculari cognoſcere; quando ea inueniretur deciſa per ius Canonicum; quia quamuis apud indoctos ea quæſtio iuris poſſit dubitabilis videri, non tamen apud doctos, qui ſciunt eā quęſtionem per ius Canonicum deciſam eſſe, argumento l. ancillæ C. de furtis & quia † id, quod de iure determinatum eſt, certum, & indubitatum eſſe dicitur l. ornamentorum, & ibi Bar. ff. de au. & argent. lega. ita vt ſeculares eo caſu magis debeāt dici exequutores iuris canonici, vt in ſimili tradit Caſtro de hęrezi lib. 1. cap. 7. pag. 21. & ita in ſpecie docet Gutier. de iura. confir. 1. parte cap. 2. nu. 27. nec tunc ſecularis aliquid determinat, ſed determinarum, & declaratum per ius Canonicum detegit, l. adeò 7. §. videtur, de acquir. rer. dom. quod non inuenitur prohibitum ſecularibus, vt in ſpetie aduertit Bellug. in ſpecu. Princip. rub. 11. §. de vſur. nume. 19. Hæc Barbo. allegās noſtrum Peguer. in cita. deciſ. 30. num. 23. verſi. neque reſſragari, qui refert ita *declaratum* fuiſſe per iudicem ſecularem, & ſic regium conſilium cognoſcere de cauſa vſurarij, in qua nullum probabile, nec conſiderabile dubium reſultare poterat an contractus eſſet vſurarius, nec ne, & hęc de hac re ſatis.

Sed † quid de decimis, an de eis ſpectet cognitio ad Eccleſiaſticum iudicem, vel ſeculare, non intendo hoc loci pluribus pertractare: nā ſi qualibet de re incidenti eſſet conficiendus integer

integer tractatus,adeò creſceret liber vt pœnè inmenſus fieret,videatur in propoſito Belluga in ſpecu.Princip.rub.13.§.reſtat num.1.Pet.Rebuff.in tracta. de decim. q. 10. num. 39. Dida. Sahagun in allega. repeti. c. decernimus à nu. 88.de iudici.Dida.in pract.cap.35. Ioan. Garcia de expen.c.9.num. 97. Ioan. Gutier. in pract. quæſt.lib.3.q.26.per tot.latè Pet.Barboſa in citata l.Titia à num.39.cum ſequent.& latiſſimè Alex. Mone. in tracta.de decim. cap. 8. per tot.

58 Hoc † tamen vnum non omito quòd in Cathalonia cum decimę ſint profanę,& de patrimonio regio,vt aliquando latiùs,Deo dãte,dicemus,& tradit Micha.Fer.in ſuis obſer.3. par. c.278.verſi.pro materia,de eis cognoſcit Princeps in ſua curia, nec permitit pro illis laycos trahi ad forum Eccleſiæ,docet Mier. in conſti. Reginæ Marię incip.volents col.10.c.4.nu.24. †† vbi dicit ſe ita ſæpiùs vidiſſe *ſeruari* in Audientia Regia, de quo & nos teſtari poſſumus, qui idem quotidie videmus intrepidè obſeruari, circa quod videndus eſt omninò Dida. practica.queſtio.cap.35.num.2.& Barbo.perdoctè explicans quomodo poſſit ſummus Pontifex concedere laycis decimas, in allega. l. Titia nu.42.ff. ſolu.matrimo. & Georg. de Cabedo deciſ.Portugaliæ 63.num.4.par. 2. notabilis eſt regia Epiſtola per bonæ memorię Philip.2.Regem Hiſpaniarum Marchioni de de Aytona ſuo Locumtenenti, & Capitaneo generali in Regno Valentiæ trãſmiſſa ſub die 21.Iulij 1590. ex eo q. Epiſcopus Oriolen. cauſam decimarũ tentaſſet mouere contra nonnullos in curia Romana,quam reperies apud Thom. Cerdan de Tallada in ſuo vetiloquio en reglas de ſtado c.12.§.5.Sed de his pluribus in propria gloſ. decimarum.

59 Quid † autem ſit de cauſa iuramenti, an de ea cognoſcat iudex ſecularis, vel Eccleſiaſticus,viden.Farina.in prax.& theori. crim. lib.1. tit.1.de inquiſitio.q.8.à num.141.cum ſequent. qui optimè id explicat, & pro reliquis limitationibus,quę ad regulam ſuprà traditã, quòd non poſſit iudex ſecularis de cauſa ſpirituali, vel Eccleſiaſtica nec principaliter, nec incidẽter cognoſcere, eundem Farina. adeas ſimul cum Sahagun,& Barbo.in locis ſuperiùs citatis,qui tibi benè explicant rem hanc.

60 Sed † quid ſit de crimine ſacrilegij, an ſcilicet eius cognitio ad Eccleſiaſticum iudicem pertineat,vel ſecularem? Breuiter dic quòd ad vtrumq. eſt enim mixti fori , prouti apud omnes ferè doctores paſſim eſt in confeſſo,c.cum * ſit, vbi communiter ſcribẽtes,de foro competen.Dida.var.reſol.lib.3.c.3. num.1.verſ. ego vt liberè,in fin.Foller.in prac.crim.cano.c.17.§.vt ſi ſit ſacrilegium num.13. & 14. Farina. qui ſupradictos,& plures alios reffert,ac Iulio Claro, & alijs contrarium tenentibus reſpondet in prax. & theori. crim. partis 2. tom. 1. tit. de inquiſ.q.8.num.132. adde Salſedo in additione ad prax.cano. Ioã.Bernar. Diaz de Luco c.77. de ſacrileg.Rolan.à Val.conſ. 24. per tot. vol. 2.Pet.Bellug.& eius additionator Camil. Borrel. qui plures allegat in ſpecul. prin.rub. 11.§. videamus num.1.Ita *deciſum* docet Oſaſ. in Sena.Pedemon.deciſ.103.& *in Parlam.Grationop.* Papon lib.1.tit.4.à num. 6. relatus per Salſed. vbi ſuprà.

61 Poterit † ergo tam iudex Eccleſiaſticus putà Epiſcopus,quàm etiam ſecularis,ſcilicet qui iuditium præuenerit,ſacrilegium punire vt docent ſuprà citati doctores,& hoc eſt eſſe crimẽ communis,& mixti fori, non tamen intelligas quòd ab vno tantùm iudice præueniente debeat ſemper puniri,nam imò aliquando ab ambobus punitur,putà quando pręuenit iudicium iudex Eccleſiaſticus,& ſacrilegium puniuit canonicis pœnis, quas habet citra ſanguinis effuſionem:Cum enim vt plurimùm pœnæ eiuſmodi non ſint condignæ ad punitionem tanti facinoris, indè fit quòd permittatur poſtmodum iudici ſeculari quòd iterùm ſacrilegij reum puniat pœna ſeculari,probat tex.elegans in c.fælicis §.per hoc, depæn.in 6. vbi Pont.*per hoc quod*,(inquit,poſt relatas iuris Canonici aduerſus ſacrilegum pœnas iniunctas,quibuſque præcipit eum mulctari per iudicem Eccleſiaſticum)*ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales,quas aduerſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt &c.* per quẽ * tex.ita tenent ibi , & alibi ſæpè communiter ſcribentes latè relati per Dida. var. reſol. lib.2. c.10.num.6.Anthon.Gom.qui benè,ac latè articulum examinat, tom.3.var.reſol.c.1. nu. 40. per tot.& ſignanter in verſi.quarta concluſio, Iul Clar.in prax.crim.§.fi.q.57. num.14. Bouadil.in ſua poli.tom.1.lib.2.c.17.num 94. Octauia.deciſ.Pedemon.103.num.8. Bellug.in ſpecul.prin.rub.11. in §.viſo num.22.& in §.videamus num.2. & ibi Camil. Borrel. in additione littera c.plenè Tiber. Decia. in tracta.crim.to. 2.c.36.nume.8.lib.6.Adde Farina.in quæſtio. crim.tit.de inquiſitione q. 4. num. 7. vbi poſt hæc ſcripta vidi eum per quinque longiſſimos numeros fuſiſſimè materiam hanc pertractaſſe,& ſignanter Philip. Fran. in ſuprà allega.§. per hoc,regulam in hac materia adducit cum octo limitationibus . Quomodo autem id ſit intelligendum quòd poſt pœnam impoſitam per iudicem Eccleſiaſticum poſsit & alia per ſecularem imponi,an prima pœna ſit computanda in ſecundã, & ſecũda ſuppleatur per primam, an verò vtramque in ſuo rigore ſentiat reus & primam iudicis Eccleſiaſtici minorem,

& ſe-

& secundã secularis condignam, videto apud Maran.de ordin.iudi.tit.de inquis.nume.100, & Farina.vbi suprà num.10.vers.sed ad prædicta.

62 Est † tamen supradicta opinio, quam diximus non obstante punitione iudicis Ecclesiastici puniri reum per secularem, sanè intelligẽda si iudex Ecclesiasticus reum pœna sufficienti ad criminis punitionem non afficeret, secus verò contra, pulchrè, & singulariter Dida. vbi suprà post Ioan.Andre.& Domin. in allega.c. fœlicis, Farina.vbi suprà nume. 11. quæ opinio tam patentem, ac notoriam præ se fert iustitiam,& rationem vt nulla alia indigeat comprobatione: cum enim opinio prædicta vires ex eo assumat quòd, ne delicta remaneant impunita, licitus sit recursus ad alium iudicem pœnam delicto condignam habentem quando ille, qui reum punire debebat, talem pœnã non habet, per l. secundam vers. sin autem C. de sportul. & sic fundetur in defectu iurisdictionis iudicis Ecclesiastici, qui vt plurimùm pœnam ad delicti punitionem sufficientem non habet vt doctores suprà enarrati clarè docent, indè fit quòd si sacrilegium sit eius naturæ vt pœnæ canonicæ sufficiant,& eis iudex Ecclesiasticus reum dampnet, non erit postea punitioni prætensæ per iudicem secularem faciendæ locus.

63 Eadem † locum habet opinio quando reus foret per iudicem Ecclesiasticum omnino absolutus, posset enim adhuc iudex secularis contra eum procedere si culpabilis repertus fuerit ad inflictionem pœnæ delicto condignæ, ita doctores suprà ennarrati vno ferè ore docent,
† sic *decisum* refert Papon in Parlam. Parisien. lib.1.tit.5.arrest.46.vt refert Iul. Clar. allega. §. fi.q.57.num.11.sed dissentit Farina. vbi suprà nu.19.

64 Sed † quid sit è conuerso dicendum, an post punitum reum per iudicem secularem, qui præuenerat, possit iudex Ecclesiasticus aliis canonicis pœnis eundem afficere? Respondemus differentiã constituendam fore inter pœnam excõmunicationis, & alias pœnas, vt prima nunquam censeatur prohibita iudici Ecclesiastico quamuis secularis præuenerit, cũ enim † diuersæ pœnæ sint,& vna sit animæ,& alia corporis afflictiua,benè se se compatiuntur, Decia.tracta.crim.lib.6.c.36.quis sit iudex in causa sacrileg.num.8.cuius quoad hoc sententiam approbo, in eo verò cum ipso non consentio, quod ibidem docet tunc tantùm posse iudicem secularem iterũ contra sacrilegum procedere quando ille per iudicem Ecclesiasticum hac excõmunicationis solùm pœna punitus foret, non quando alijs pœnis, contrarium enim in superioribus ex probatissimorum virorum opinione resoluimus, tenent eandem opinionem Iul. Clar. in prax. crim. §. fi. q. 37. num.8.Igna. Lopez in addi. ad prac. Diaz de Luco c.77. de sacrileg. & traditur passim per doctores in c.cũ sit generale, de foro compet.

Quod verò attinet ad alias pœnas, dicendum est non posse eas per iudicem Ecclesiasticum sacrilego imponi, qui iam fuisset aliàs debitè per iudicem secularẽ, qui præueniisset, pro crimine punitus, Clar.in prax.§.fi.q.57.nu. 14.Anthon.Gom.var.resol.tom.3.c.1.num.40. • qui dicit ita esse de mente omnium doctorũ. Camil.Borrel.in addi.ad Bellog.in specul.rub. 11.§.videamus, littera C.& alij per eos relati, adde Farina.vbi suprà num. 12. qui huius dicti rationem, post alios, referens dicit ideò id esse quia pœna imposita à iudice seculari semper censetur competens, & grauis ex qualitate iurisdictionis, ideò absque dubio qui per iudicẽ secularem fuerit semel punitus non poterit amplius per Ecclesiasticum molestari. Quod tamen sanè adhuc intelligendum est dummodo iudex secularis iustè, & pœna condigna illa, quam iudex Ecclesiasticus imposuisset, sacrilegum puniuisset, aliàs autem integrum Ecclesiastico foret non obstante punitione iudicis secularis in eiuscemodi criminis reum alia debita pœna seuire, ita Clar.vbi suprà q.57.nu. 14.& Camil.Borrel.etiam vbi superiùs, qui citat Bartholom. Veronen. caut. 5. & Ioan. de Amicis in cons.37.Farina.vbi proximè.

65 Et hæc † quidem limitatio ab eo fundamento vires accipit quòd de iure sit certum, & expeditum cuiuscunque criminis reum siue absolutum, siue condempnatum, si absolutio vel condempnatio factę sint per collusionem, aut dolum, posse iterùm de eodem crimine accusari,& pro eodem cõdignè puniti, Iul. Clar. alleg.q.57.num.12. Brunor.à Sole in suis quæstio.legal.q.17.post num.55.& Farina.tit. de inquis.q.4.num.2.vers. & si rursus, & num. 13.& benè q 7.num.26.nihil autem magis collusionem sapere potest quàm in graui delicto leuissimam pœnam imponi: pœna † enim est delicto commensuranda, l. sancimus C. de pœn. atque ita per hanc doctrinam dicit Clar. allega.q.57.nu.12. fuisse in Senatu Mediolani *conclusum*, fore & esse nihilominùs contra quendam procedendum, qui pro homicidio deliberato animo patrato pœna quadam pecuniaria fuerat punitus per alium iudicem, & Antho.de Gam decis.53. refert Senatum Lusitanum † similiter procedendum *declarasse* contra quendam, qui homini sagitta oculum effoderat occipite transuerso, non obstante quòd pro eodem delicto alibi fuisset pœna 400.marapatinorum,& exilij in duos menses condẽpnatus.

Notantes

67 Notanter † dixi, *si per collusionem, vel dolum cõdempnatio, vel abs lutio per iudicem secularem facta fuissent*, quod solum existimo locum facere vt iterùm contra reum procedatur: alias autẽ si cessante omni dolo, & fraude condempnatio facta extitisset, etiã in minori pœna, quàm deceret, non existimo posse propterea reum iterùm pro eodem delicto puniri, & molestari: tunc enim militat generaliter ratio quòd de eodem delicto sæpiùs non est quærendum, cuius assertimus est deffensor Antho. Gom. var. resol. tom. 3. de delic. c. 1. n. 27. atq. ita dicit quotidie practicari Bal. in conf. 34. in fi. lib. 1. & sequitur Iul. Clar. d. quæst. 57. nu. 12. estq. de mente Farina. vbi suprà nu. 1. vers. & rursus, & vers. sequent.

68 An autem † eo ipso fraus, & collusio præsumatur quòd pro delicto valde graui, prouti est homicidium, leuis pœna, putà pecuniaria, imponatur, Clar. & Gam. vbi suprà videtur tenere quòd sic, atque ita asserunt *declarasse* Senatus Mediolan. & Lusitan. quod tamen Farina. vbi suprà vers. *sed an*, dicit se existimare nõ esse simpliciter verum, quia multi sunt casus in iure, in quibus delicta grauia, ac etiam homicidia puniuntur pecuniaria, atq. extraordinaria pœna, quia pluribus modis quis ab ordinaria excusatur, & quandoq. in totum, prout idem ipse Farina. postea explicat in titulo, & materia homicidij, vndè dicit se credere quòd si quis pro homicidio, in quo reus nullam excusantem qualitatem in actis adduxit, nec adducere poterat, fuisset in pecuniariam pœnam condempnatus, posset forsan iterùm inquiri ex præsumpta collusione, seu fraude, vt videtur de mente Clar. in loco prẽcitato, quod tamen (inquit isdem Farina.) nec pro nunc affirmare audeo, secus verò si fuerit pro reo adducta aliqua excusans qualitas, seu etiam deduci poterat ad eius deffentionem. Hæc Farina. adducere voluit, quibus videretur à sentẽtia Clari discedere. Verùm si *consi*derentur quę doctores, & isdem ipse Farina. in praxi, & theori. crim. par. secundæ tom. 1. tit. 10. q. 87. cum sequent. de pœnis temperãdis, docent, & ratio naturalis suggerit, esse scilicet pœnam delicto condignam quandoque pecuniariam, quandoq. aliã, quando ipsum qualitatem aliquam excusantem habet, propter quam receditur à pœna illius ordinaria, exemplum constituitur in minore homicida, certum est quòd is propter ætatem excusabitur à pœna mortis ordinaria delicti, & vel ad tirremes mittetur, vel aliàs extraordinariè punietur, nemo tamen mihi negabit quin pœna hęc tirremium sit iusta, & condigna homicidio huic à minore perpetrato, atqui mortis pœna in maiore: quia illa qualitas minoris ætatis minus etiam delictum fecit: si hæc (inquam) considerauerimus, reperiemus proculdubio Clari opinionem, & ipsiusmet Farinacij vnam, & eandem esse, nec modo aliquo inter se ipsos esse dissidentes. Dicit Clar. & dicit etiam Gam. collusionẽ, & dolũ iudicis præsumi quando minori pœna quàm delictũ mereretur reum condempnauit, dicit Farina. se id perpetuò procedere non existimare, quia talẽ potest crimen habere excusantem qualitatem, quę à pœna ordinaria quandoq. & quandoq. in totum reum immunem faciat, verùm cum in hoc vltimo casu minori hæc pœna, qua reus plectitur propter qualitatẽ excusantem, æquè delicto condigna dicatur, atqui pœna ordinaria in eo, in quo ea qualitas defficit, dicendum indè est quòd propterea collusio, vel fraus in iudice præsumi non potest, quod proculdubio idem est cum eo, quod docuerãt Clar. & Gam. nec erat cur Farina. id adduceret existimans sic eorum opinionem improbare: remanet igitur tuta Clari, & Gammę opinio, qua dicebant collusionem in iudice, & fraudem præsumi ad effectum vt iterùm ab alio iudice competenti reus posset puniri, si is minorem pœnam delinquenti dederit, quàm crimen mereretur, quã tamen ego veram tunc existimarem quando nototiè appareret pœnam ipsam longè, latèq. à iusto distare, putà quãdo pro homicidio omni qualitate excusante nudato, imponeretur vel pœna pecuniaria, vel exilij à loco, vel prouincia cuius quis non est oriundus, vt in casu Clari, & Gammæ: tunc enim quia, vt dicebat Gam. pœna prædicta ridicula est respectu delicti, indè fit quòd reus possit iterùm inquiri, nõ verò quando pœna parùm distaret à iusto: cum

69 enim † pœnę ipsę in criminalibus vt plurimũ, sint arbitrariæ, & possint Iudices ex causa eas minuere, & alterare, vt post multos, quos refferunt, docent Menoch. de arbit. Iud. lib. 1. q. 96. num. 14. cum sequent. & Farina. tit. de inquis. q. 5. num. 8. partis 1. tom. 1. & partis 2. tom. 1. de pœn. temperan. indè fit quòd non debeat eius arbitrium propter minimum à iusto discessum repræhendi, nec propter tam minimam occasionẽm regula illa generalis, qua docemur nõ posse bis de eodẽ delicto cognosci, sic facilitèr (non ratò contra quietem, & pacem, ac tranquillitatem publicam) infringi, maximè cum possit in ipso delicto, vel etiam in delinquente considerari aliqua excusans qualitas, quę minuendę pœnæ occasionem si nõ dederit, dare potuerit.

70 Per supradicta † ego vanam omninò, ac prorsus inutilem in facti contingentia dicebã quorundam cautelam, qua vt quis de graui delicto alibi commisso absolueretur, consulebant eidem quatenus accedens ad præsentem ciuitatem communem patriam Catalanorum.

rum, in quaque quilibet repertus poteſt conueniri, & iuxta conſuetudinem antiquam regijs priuilegijs confirmatam, de quibus in proceſſu, de quo infrà, ibidem de quibuſcunq. delictis alibi cõmiſſis puniri, & ſuo caſu remitti, faceret cum Vicario Barcinonæ, qui ordinarius eſt, vt eum reperiret in lupanario cum armis de nocte, vel etiam alibi cum armis prohibitis, vel aliquod aliud læuiſſimum delictum committentem, & eum remitteret certa pecunia recepta pro dicto delicto, & in cõſequentiam pro alijs quibuſcunque per eum patratis: vanã (inquam) & protſus inutilem ego eam cauthelam exiſtimo, quia cenſeo nihilominùs poſſe reum per iudicem, ad quem ſpectet, de dicto delicto iterùm inquiri: hic enim adeſt notoria colluſio, & fraus iudicis, vel ſaltem ea reſultat ex modo procedendi, & minoritate pœnæ, longè à digno, & iuſto diſtantis, atq. ita cum is caſus ſucceſſiſſet diſputandus in noſtro conſilio criminali de anno 1605. in cauſa criminali hiſci procuratoris, & Hieronymi Salom de Bordils cõtra Petrũ, & Michaelem Saloms fratres, in qua oppoſitam fuerat per dictos fratres Saloms de mala captura de eorum perſonis facta in ciuitate Gerundæ vigore cuiuſdã inquiſitionis ibi contra eos fulminatę pro certo quodam delicto, quia oſtendebant ipſos repertos in præſenti ciuitate cum enſibus iuſto longioribus contra regias præconizationes, & captos per Vicarium, ſeu Prætorem eius ciuitatis, poſt tamen dictam inquiſitionem in curia regia Gerundæ coram iudice originis iam fulminatam, fuiſſe per eundem Vicarium de delicto portus dictorũ enſiũ ſimul cũ delicto, de quo in regia curia ciuitatis Gerundę fuerãt antea accuſati, expręſsè remiſſos certa quantitate recepta, cũ (inquam) de validitate, vel inualiditate dictę remiſſionis in Senatu fuiſſet diſputatũ an ea non obſtante foret, & eſſet in cauſa criminali antea incepta in curia regia Gerundæ, & poſtea ad regium criminale conſilium euocata, procedẽdum, nec ne, fuit tandem die 27. Nouembris 1605. referente egregio tunc iudice regię curiæ Franciſco Mijauila, & Franqueza inſequẽdo concluſionem in regio conſilio factam, *declaratum* dictæ allegatæ exceptioni malæ capturæ ratione, & prętextu dictę remiſſionis locum non fore, nec eſſe, ſed imò ad vlteriora dictæ cauſſę criminalis procedendum dicta exceptione non obſtante, quod fuit in effectu declarare nihil prodeſſe huiuſmodi fraudulẽtas, & doloſas remiſſiones. Ibidem in eodem proceſſu videbis aliud *exemplar* ad idem de anno 1576. die 31. Iulij factum à libris concluſionum Regiæ Audientiæ, qui ſeruantur in archiuo regio extractum, vbi expreſſis verbis hæ remiſſiones appellantur fraudulentæ, & nullę, & in caſu non permiſſo factæ, eſt dicti proceſſus Scriba N. Beſturs.

71 Maior † autem difficultas, quæ circa hæc verſatur, quæque diutiùs de anno 1607. doctores omnes Regij conſilij dubios, & ancipites tenuit in cauſa contentionis iuriſdictionis ortę inter curiam Eccleſiaſticam Reuerendiſſimi Gerunden. Epiſcopi, & ſecularem Vicarij eiuſdem ciuitatis ratione, & occaſione capturę per dictum Reuerendiſſimum Epiſcopum factæ propria auctoritate, & ſine inuocatione brachij ſecularis de perſona Geraldi Piera eiuſdẽ dioceſis delati, & inculpati de ſacrilegio per eũ commiſſo ratione necis, quam dicebatur ipſum perpetraſſe in perſonam cuiuſdam preſbiteri, & proprij Rectoris, & parrochi, eſt, nunquid iudex Eccleſiaſticus quando vult ſacrilegium, vel alia crimina mixti fori pœnis canonicis punire, poſsit propria auctoritate laycum capere, vel ad id egeat domini Regis territorio, vel brachij ſecularis inuocatione.

72 Qua in re † vt certa ab incertis imprimis ſeparemus, differentia eſt conſtituenda inter pœnas ſpirituales, & corporales inter eas, quæ animam afficiunt, veluti eſt excommunicatio, & eas, quæ corpus cruciant, vt in prioris ſpeciei pœnis non intelligamus inquirere nunquid ad procedendum per eas egeat Epiſcopus, & iudex Eccleſiaſticus aliquo territorio domini Regis: certum eſt enim in hoc caſu non indigere, ita in expreſſo docuit Iaſ. in l. fi. num. 17. de iuriſdic. om. iudic. & ibidem Hypol. num. 22. & Tiber. Decia. in tracta. crim. tom. 1. lib. 4. c. 29. num. 10. & tradit noſter Oliba. in vſat. aliũ namq. c. 11. num. 5. ex Mier. in c. 9. Item ordinamus num. 33. & 34. in 3. cur. Barcinonę Iacob. 2. colla. 4. & is ex Innoſ. in c. cum venerabilẽ in fi. extra de excep. & Ioan. de Imol. in Clem. Paſtoralis §. cæterùm, verſ. *quæro in quo diuerſificantur diſtringitur*, & verſ. *ſed ipſi in ſua dioceſ.* de re iudi. in Clemen. Diaz de Luco in prac. cano. c. 160. de innoca. brachij ſecular. Hæc, licèt leuia videantur, non fuerunt hic ſine cauſa animaduerſa, nam vltra quod ad perfectionem rei, quam tractamus, intelligentiam, videntur non modicùm conducere, ſeruient de dando reſponſo duobus non ex minimis huiuſce ciuitatis doctoribus, & alicuius conſiderationis aduocatis, qui contra quendam iudicem Eccleſiaſticum procedentem per cenſuras Eccleſiaſticas contra laycum, qui aliquid molitus contra Eccleſiam, & illius libertatem fuerat, oppoſuerunt de carentia territorij quaſi illud foret ad excommunicationem proferendã neceſſarium, pro quibus videtur ſtare Dec. in alle. l. fi. nu. 10. de iuriſdic. om. Iud. dicens non poſſe Epiſcopum extra territorium aliquem excommunicare, ſed reprobatur à doctoribus, vt patet

ex

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

ex Decia. vbi suprà ea ratione quòd excommunicatio nõ fiat circa corpus, sed circa animam, quæ non circumscribitur loco.

Quod verò attinet ad capturam illius, qui sacrilegium commisit faciendam vt possit posteà corporaliter puniri, & castigari per iudicẽ Ecclesiasticum, dubitatio est non modica an id fieri possit sine licentia, & territorio iudicis secularis, cuius est ipsum territorium, qua in re quia nostri sacri Senatus, & nostrum in glo. 11. de castro nu. 89. aperuimus iuditium, ac quid Senatus egregius in facti contingẽtia decreuerit, demonstrauimus, ideò nihil aliud hoc loci de materia dicere statuimus, sed ad eum locũ remittere lectores contenti huic finem imponimus discursui, & glos. 13. 2. par.

SVMMARIA.

1 *Competentia iurisdictionis inter Iudicem ecclesiasticum, & secularem iudicatur per ecclesiasticum de iure communi.*

2 *Iudex ecclesiasticus est maior, ac maiori præfulget dignitate, quàm secularis.*

3 *Iudex delegatus est maior ordinario.*

4 *Intellectus c. 6. sessio. 14. de reforma. in sacro Cons. Triden.*

Religio Sancti Benedicti prætendit non comprehendi sub dispositione S. Cons. Triden. c. 6. sessio. 14. de reforma. in materia electionis arbitrorum, quando est contentio iurisdictionis inter ipsam, & alium Iudicem ecclesiasticum, ibidem.

5 *Contentiones iurisdictionis desciduntur in Cathalonia, & in Regno Arago. per arbitros, vel Cancellarium Regium.*

6 *Arbitri pro dirimendis contentionum causis, an debeant esse ecclesiastici, an verò possint esse seculares.*

7 *Appellari an possit à declaratione arbitrorum, vel Cancellarij in causis contentionum, vbi decisiones Regni Arago.*

8 *Delegatus Iudex ecclesiasticus si procedit contra iurisdictioni Regiæ submissos iubetur per Senatũ Cathalonia, & plurium aliarum prouinciarũ, vel venire ad informãdum bancum Regium, vel ad reuocandum, & desistendum, & quando, nec firmatur cum eis contentio, & nu. sequentibus.*

9 *Delegati ecclesiastici Iudices benignius tractantur in regno Castellæ, quàm in Cathalonia quando cõtra eos est procedendum quia vsurpent iurisdictionem Regiam.*

10 *Delegatis iudicibus Ecclesiasticis in Aragonia non permititur protestationes facere in reuocatione procedimẽtorũ cõtra laycos in casu nõ ꝑmisso factorũ.*

Pœna tamen banni ibi non practicatur contra istos iudices, ibidem.

11 *Praxis procedendi per Iudices seculares cõtra ecclesiasticos vsurpantes iurisdictionem Regiam qua ratione fundetur.*

12 *Praxis prædicta qua ratione improbetur.*

13 *Consuetudo nihil prodest in his, quorum sumus incapaces.*

14 *Consuetudo, & præscriptio impediuntur per publicationem Bullæ in cœna dñi.*

15 *Publicatio Bullæ in cœna domini sufficit quòd Romę fiat.*

16 *Sententiæ Rotæ Romanæ impugnantes praxim, & consuetudinem procedendi per laycos contra Iudices ecclesiasticos.*

17 *Supplicari non permittitur à prouisione, qua declaratur in Senatu procedendum cõtra aliquem Iudicem ecclesiasticum delegatum vsurpantem iurisdictionem Regiam, & ibi ratio, vbi decisiones nostri Senatus.*

18 *Inconuenientia, quæ orirentur nisi praxis procedendi contra Iudices ecclesiasticos turbantes Regiam iurisdictionem obseruaretur.*

19 *Inconuenientia, quæ è contra oriuntur si ea seruatur.*

20 *Contentio deberet firmari inter Iudicem ecclesiasticũ delegatum, & Iudicem laycum, sicuti seruatur in Ordinario, & non procedi contra illum per Iudicem laycum, & per hoc melius prouideretur & libertati ecclesiasticæ, & quieti reipublicæ.*

21 *Præsidentes religionis sancti Benedicti, an sint ordinarij, vel delegati.*

22 *Ordinaria iurisdictio dicitur quæ datur à lege.*

23 *Scholaris, siue Mestre scueles vniuersitatis Illerdæ ordinariam, non delegatam dicitur habere iurisdictionem.*

GLOS. XIII. PARS. III.

De competentia iurisdictionis inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares.

1 SED † si cõpetentia est inter hosce Iudices ecclesiasticum, & secularem super hisce rebus ad quem cognitio spectet, dubitari meritò quis poterit quis ex ipsis debeat dirimere controuersiam, & quidem si ius commune attendamus, id ad Iudicem ecclesiasticum solum spectare planè fatebimur, nec tenetur arbitros eligere, Dida. in pract. c. 33. num. 1. Iul. Clar. §. fina. quæst. 36. num. 21. qui
* dicit communem, & latè, qui hos & alios antiquos allegat, Hieronym' Portoles in Schol. ad Molin. super foro 1. de la competen. de las
2 iurisdictiones, num. 9. vol. 1. Dicunt † esse rationem quia Iudex ecclesiasticus est maior, ac maiori præfulget dignitate.

Per quam qui sumus aduocati nobilissimę Benedictinę religionis quotidie deffendimus, ac susti-

ac ſuſtinemus quòd quando per Præſidentes Ordinis proceditur, ſicut poſſūt, cōtra aliquā perſonam Eccleſiaſticā in vim c.in ſingulis, de ſtatu Monacho. & aliorum indultorum Apoſtolicorum in fauorem dictæ religionis, quæ ſunt non pauca, conceſſorum, & mouetur contentio ſuper competentia iuriſdictionis inter ipſos, & Ordinarium perſonæ Eccleſiaſticæ, ad illos, non adhunc pertinere, & ſpectare cognitionem cuius ſit iuriſdictio, quia cum exiſtimē tur delegati, ac vt tales tractentur (an id mihi placeat, explicui infrà hac eadem glos. & parte
3 nu. 21.) & per conſequens † ſint maiores quocūq. Ordinario in iuriſdictione delegata c. ſtuduiſti cum ſimil. de offi. lega. c. ſanè de offi. delega. indè fieri debet quòd ipſi debeant controuerſiam dirimere, prouti in terminis tenet Inno. in cap. Paſtoralis num. 7. de reſcrip. & ibi
* Dec. num. 6. & 7. vbi dicit ita communiter teneri, ac alij, quos Portoles reffert vbi ſuprà num. 8.

4 Nec † faceſcete negocium arbitramur diſpoſitionem tex. ſacri Conſ. Tridē. de reforma. ſeſſio. 14. c. 5. quatenus vult controuerſias huiuſmodi, quę mouēt. ſuper iuriſdictione inter Conſeruatores Apoſtolicos, & ordinarios deci dēdas fore per arbitros in forma iuris electos, quia iſdem tex. in fin. regularia loca inter alia à ſua diſpoſitione eximit, & minimè comprehendi vult, atq. ita ſemper procedimus, ac procedere ſolemus quouſq. eſt paritum mādatis Apoſtolicis, nō obſtantibus literis quibuſcūq. quę emanāt ab Ordinarijs etiam cum electione arbitrorum, & habet religio antiquiſſima exemplaria, quibus probet veterem vſum, & conſuetudinem antiquam. Et generaliter ſi in quibuſcunque iudicum ſpeciebus, circa quos iuriſdictionis competentia pōt eſſe (eos dicit qui infrà allegabitur, in quadruplici tātùm eſſe ſpecie, ſcilicet aut inter duos iudices ordinarios, aut inter duos delegatos, aut inter delegatum, & ordinarium, aut denique Eccleſiaſticū, & ſecularem) quomodo competentia iſta iuriſdictionis ſit terminanda, & decidenda, ſcire volueris, explicat benè Portoles vbi ſuprà ſtatim in initio, qui benè declarat.

5 Sed † reuertamur ad propoſitum, licèt de iure communi illud ſeruetur, quod ſuprà dixi circa terminandas contentiones iuriſdictionis, quę mouentur inter iudicem Eccleſiaſticū, & ſecularem, in nra tñ Cathalonia aliū modū ſeruamus in declarationib⁹ iſtarū cōtrouerſiarum: firmatur enim cōtētio inter dictas curias, ſiue iudices, & eliguntur arbitri per eas, qui poſſunt intra quinq. dies cōtētionē prædictā declarare, quibus elapſis, ſi non ſit declaratio, deuoluitur negociū ad Cācellariū Regiū ad id (virum in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutum) deſtinatū, qui tenetur intra triginta dies cōpetētiā prædictam terminare, quod ni fecerit, remanet ea declarata in fauorem Eccleſiæ, probantur hæc omnia per concordiam Reginæ Electoris, & Cardina. Cōuen. in tit. de conten. de iuriſdic. in 1. vol. conſtitu. & alia iura patriæ per totum illum titulum, & in 1. vol. conſtitu. eo. tit. Quod idem practicatur in Regno Aragonum vt probatur foro primo tit. de competen. iuriſdic. Quorum iurium diſpoſitiones mirè exornātur per vtriuſque Regni practicos doctores, noſtra quidem per Michae. Ferret quondām Regij Conſilij doctorem in 3. part. obſer. in littera C. verbo. *contentio* per plura capitula, Anthon. Oliba eiuſdem etiam Senatus Senatorē in doctiſſimo illo comēta. ad vſat. aliū nāq. de iure fiſci edito, cap. 14. & 15. Iacob. Cancer. lib. 3. varia. cap. 10. de conten. iuriſdic. à num 16. cum ſequen. ac Ludoui. à Peguer. in prax. cap. 24. Forus autem prędictus Regni Arago. per Hiero. Portoles, & Ybandū de Bardaxi in ſuis comment. ac Ioſeph. de Seſſe in tracta. inhibitionum, & Magiſtratus iuſtitiæ cur. Aragon. cap. 9. §. 2. per tot. Ex quibus percipies plenè materiam hanc, & quomodo hęc ſint tractanda in vtroq. regno, vbi ęqualiter obſeruātur, cōperies quàm faciliter.

6 Circa † quæ illud obiter annotamus quòd licèt de iure communi controuerſū ſit nunquid debeāt huiuſmodi arbitri eſſe Eccleſiaſtici, vel poſſint etiā eſſe ſeculares, & layci, quod diſputat Hieron. Portoles vbi ſuprà nu. 18. nam glo. 4. in cap. legitima, verſi. *formam uris*, de appella. in 6. cum alijs, quos citat Bellame. in c. Paſtoralis ante nu. 1. verbo *arbitros* verſi. *an poſſint eſſe layci*, & ibi Immo. nu. 18. de reſcrip. aſſerunt arbitros clericos eligi debere, alij verò, quos Bellame. & Immol. vbi ſuprà citant, conſtanter deffendunt poſſe dictos arbitros eſſe layeos, de conſuetudine tamen huius prouinci eligi ſolent arbitri, vnus Eccleſiaſticus pro pārte curiæ Eccleſiaſticę, & alter ſecularis pro ſeculari. Ad hæc, & alia in materia, etiam iuxta noſtrorum iurium diſpoſitionem, occurrentia, vide Hieronymū Portoles vbi ſuperiùs, qui pulchrè loquitur, multaque alia dubia ſuo ingenio digna elucidat.

7 Illud † item circa rem hanc eſſet videndū, ac examinandum, ſi de materia contentionum ex profeſſo ageremus, nunquid quantuis iura noſtra præcipiant declarationi arbitrorū ſupradictorum, & ſuo caſu Regij Cancellarij eſſe ſtandum, poſſit is, qui ſubcubuit, appellare ad ſuam Sanctitatem, qui iudex competens in his videtur eſſe? Caſus eſt iſte qui rarò ſucceſſit in prouincia diſputandus, quia vix vllus vnquam fuit, ſaltem noſtris temporibus, qui appellatē tentauerit: omnes facilitèr de-

clarationi arbitrorum, & ſuo caſu Cancellarij Regij acquieſcũt, forſan ea ratione moti quòd in concordia inter Sereniſſimam Reginã Eleonorem, & Cardinalem Conuenarum vt delegatum Apoſtolicum facta (de alijs ſtatutis patriæ pro nunc nihil dico quia dubitatio maxima eſſe poteſt de eorum validitate, vt ex Portoles vbi infrà habebis) cui per omnes eſt parendum, expreſsè diſponitur declarationi Regij Cancellarij eſſe ſtandum ſub pœna quingentorum morapatinorum, cuius ratione dubitari poteſt nunquid fuerit intentio tollendi appellationem: Succeſſit tamen non ſemel in Regno Aragonum, vbi iſdem ordo harum declarandarum contentionum ſeruatur, & per ſimilia verba, quibus iura noſtra vtuntur, appellatio prohibetur, & dicit Portoles ad Molin. in d. tit. de competen. iuriſdic. à nu. 42. poſt longam à ſe factam diſputationem nunquid per iura patriæ potuerint huiuſmodi appellationes prohiberi, & nunquid ſine peccato poſsint iudices ſeculares tale ſtatutum obſeruare, dicit (inquam) quòd cum bis contigiſſet in eo Regno quòd quidam appellaſſent ab his declarationibus *compulſi* per Senatum ſunt ad nõ proſequendam appellationem, imò ei renunciandum, ac pluriès etiam ſententiam ſanguinis poſt declaratam contentionem, non obſtante appellatione, fuiſſe exequutam, idque ex voto omnium doctorum illius Regni Regiæ Audiẽtiæ, ex doctrina Nauar. in manua. cap. 27. num. 119. quam Portoles allegat nu. 47. dicens quòd non deſunt aliqui docti ſimul, & pij viri, qui per eam affirmant iudices huiuſmodi talia ſtatuta obſeruantes nõ peccare, ſi ipſi ſincero corde credentes eorum obſeruantiam reipublicę neceſſariam, atq; perſalutarem fore, illa obſeruent, atq. ita (inquit) eiuſcemodi doctrina moti iudices ſeculares facere ſoliti ſunt in eo Regno quod ſuprà dictum eſt: audiui quòd antiquitùs idem cõtigiſſet in hac prouincia, & nulla fuiſſet appellationis habita ratio, ſed ſententia exequuta ac ſi nõ fuiſſet appellatũ, ſed quomodo, quo tẽpore, & in quos hæc ſucceſsiſſent nõ reperi qui mihi certò referrent, vidi tñ de anno 1609. quoddam reſcriptum Apoſtolicum, quo cauſa appellationis cuiuſdam certè grauiſſimi viri huius prouinciæ interpoſitæ à quadã ſententia contra eum ſuper immunitate Eccleſiæ lata per Regiũ Cancellariũ commitebatur cognoſcenda, & terminãda quibuſdã probis viris in dignitate conſtitutis, quod tñ verũ eſt non fuiſſe preſentatum, nec exequutioni demandatũ, quia apparuit conſulẽtibus dicto egregio viro reſcriptũ prædictũ nõ caruiſſe ſurreptionis, & obreptitionis vitio culpa agẽtis, & procuratoris in Romana curia, qui illud impetrauerat, commiſſo, & aliàs non opottere quod tale quid ipſum tantaſſe vnquã aparetet, vel aparere poſſet, vidend. iſdem Portoles vbi ſuprà num. 25. & Ioſeph. de Seſſe in tracta. inhibitio. Magiſtra. iuſti Aragõ. cap. 9. §. 2. nu. 25. vbi cum Portoles concludit.

8 Sed hæc † obſeruantur quando eſt contentio inter iudicem Eccleſiaſticum ordinarium, & ſecularem, qñ verò inter iudices delegatos Apoſtolicos, & iudices ſeculares, nõ ſeruatur dicta cõcordia, quia de eis illa nõ loquitur, Micha. Fer. in tertia pat. obſer. c. 172. & 273. Oliba in vſat. aliũ namq. c. 11. nu. 21. latè Ludo. à Pegue. in prax. crim. c. 14 idem Peguer. latiſsimè deciſ. 92. & nér. Can. in allega. 3. p. var. c. 10. de conten. iuriſd. nu. 45. Sed in his hoc ſeruatur qñ per cenſuras procedunt contra ſubmiſſos iuriſdictioni Regiæ, reſcribitur eis quòd reuocent procedimenta per eos facta contra laycũ, qui ius firmauit in curia Regia intra aliquem terminum, aut intra eundẽ cõpareant in Reg. Aud. bãchũ Regium informaturi, & ſi compatent, relinquitur proceſſus Reg. Aud. per quã extraiudicialiter, & ſine ſcriptis cognoſcitur an iudex Eccleſiaſticus procedat in ſuo caſu, vel non, ſi verò non comparcat, ſed imò contemnendo Regia mandata cõtra laycos procedat, ſolet Reg. Aud. facere contra eum declarationem occupationis temporalitatũ, quas habeãt in prouincia, & creſcente contumacia proceditur ad banniendũ dictũ iudicem Eccleſiaſticũ, & ad declarãdũ eũ pro extraneo huius prouinciæ. Hæc omnia ita latè tam in theo. quàm in praxi ſic declarantur per doctores noſtros ſuprà citatos, vt ſuperfluum foret hoc loci vlteriùs in eis immorari.

Hanc praxim, & modũ procedẽdi cõtra iudices Eccleſ. delegatos Apoſtolicos deffendũt in Cathalonia ſuprà citati noſtrates doctores, in Caſtella Dida. pract. queſtionũ li. vni. c. 55. n. 3. & Gaſpar Roder. de annu. reddi. c. 17. nu. 66. li. 1. Bouad. in ſua politi. li. 2. c. 18. à n. 60. cõducũt quę docẽt Pala. Rube. in introduc. rub. de dona. inter vir. & vxo. n. 24. Auendan. de exequen. mãda. Reg. p. 1. c. 1. nu. 32. & p. 2. c. 6. n. 12. Saleed. in prax. crim. cano. cap. 102. per tot. Gutier. de iura. confir. p. 1. c. 2. nu. 16. Auiles, qui de tota Hiſpa. loquitur, in cap. Prętor. c. 1. glo. mãdamiẽtos, n. 11. Alphõ. de Azeue. qui plurib⁹ ad hoc vritur, in l. 2. per tot. li. 2. tit. 6. nouæ recollectio. qui eſt tom⁹ prim⁹ ſuorũ operum, & alij, quos latè reffert Martin. Alphõ. de Viualuo in explica. bullæ in Cœna dñi caſu 14. & 16. & Gaſpar Roder. de annu. reddi. lib. 1. q. 17. à nu. 9 66. vbi † tñ minùs agitur cum his iudicibus Eccleſiaſticis, quàm in noſtra Cathalonia: cõtẽtatur enim ibi Senatus Caſtellanus quòd per ſcribam cauſæ, in qua procedit iudex Eccleſiaſticus, mittatur, ſeu defferatur proceſſus vt videatur

deatur num in suo casu procedat, vel non, vt docent Dida.Salcedo,& Roder.vbi superiùs. In Cathalonia tamen hoc non contentus præcipit Senatus, ac compellit iudicem Ecclesiasticum, vbicũq; suũ habeat domicilium, vt personaliter accedat eum informaturus, nec contentatur quòd alius pro eo, vel assessor, vel aduocatus hoc munus suscipiat, prouti aliàs in facti contingentia in quadam causa Apostolica, me existente Assessore Reuerendi Abbatis Riuipulli Præsidentis religionis Monachorum S.Benedicti,& eo nomine Conseruatoris Apostolici Monachorum, & rerum dictæ religionis de anno 1604. vidi obseruatum, rogabat enim isdem Abbas Regios Senatores quatenꝰ cõtentarentur quòd ego vti eius assessor coram eis in Cõsilio compaterem informaturus eosdem de facto, qui plenè de eo eram instructus, cum coram me dicto nomine fuisset ea causa ducta, communicata hac petitione Abbatis cum Senatu, per eum, qui causæ iudex erat, sine relator, fuit ibi resolutum nõ esse admittendum alium quàm eundem ipsum Abbatem, ad banchum regium eius nomine informandum,& sic quòd tenebatur ipse personaliter comparere, fuit tñ eidẽ concessum quòd ego cum ipso Senatum ingrederer ad informandum vt in causa instructus, & ita fecimus.

Eandẽ praxim in Aragon. deffendit Ioseph. de Sesse in tracta. inhibi. & magistra. iusti. Arag.c.8.§.3.à num.197. cum sequent.& c.10. §.1.vbi † tñ paululũ acriùs his in casibus proceditur non permitendo iudici Ecclesiastico reuocare volẽti sua procedimẽta quòd in actu reuocationis protestationes sibi salutares faceret, ac proinde vbi proximè à nu. 9. cũ sequẽt. refert Sesse non permisisse Iustitiã Arag. quòd iste iudex apponeret protestationem qnòd reuocationem faciebat compulsus per ipsum,& per violentiam metu occupationis temporalitatum,& ideò dictum fuisse iudicem per reuocationem cum huiusmodi protestatione factam non obediisse, sed teneri ad obediendum simpliciter, prouti postea obedijt, & simpliciter reuocauit. An sit iustum quòd hæc ita fiant ego non disputo, sed aliorũ iuditio relinquo, in alio tñ agitur mitiùs, quia in eo Regno non practicatur pœna banni contra personas Ecclesiasticas tenentes parere mandatis, sed sola occupationis temporalitatum vt refert isdẽ Sesse d.c.8.§.3.nu.104. quod dicit esse benignius, & citra incursum censuratum.

In Gallia, in Regno Nauar. in Cur. Burdegalẽ. in Regno Neapoli. in Statu Mediola. in Sena. Pedemon.& in Regno Lusitaniæ eandem praxim,& modũ procedendi contra iudices Ecclesiasticos deffendunt,& practicati dicũt cõplures, qui enarrantur ab Azor. vbi infrà allegabitur,& Peguer. vbi suprà nu.17. in fin.& Salced.d.c.102.& nouissimè Ioseph. de Sesse de inhibitio.& Magistra. iusti. Arag.c.8.§.3.à n.43. cum sequent. qui rem hanc latissimè omnium pertractat,& multis medijs praxim confirmat, ac in patrem Azor ad reprobationem suæ opinionis, quam inferiùs refletemus, multifariam insurgit. Adde nouissimè om. Gerar. Maynar. in suis decis. Tolosa. lib.1.decis.2.nu.3. qui loquitur de curia Tholos. cuiꝰ tñ verba exterminari digna sunt à Catholicis,& pijs auribꝰ: audaciter enim nimis in hac materia loquitur,& Antho. Fab. qui de Senatu Sebusiano loquitur in suo Cod. lib.7.tit.28.de appella. tamquam ab abusu per tot.

11 Hi † doctores praxim hanc,& modum procedendi contra iudices Ecclesiasticos multis rationibus confirmare satagunt, signãter Ludo. à Peguera,& Azeuedo post omnes in locis suprà citatis, qui multum in hoc temporis consumpsere, quarum principalior (quantùm ego ex eis conijcere potui) fundatur in eo quòd ferè omnes Christiani orbis Principes hac ab antiquo vsi sunt potestate consilio prudentissimorum virorum, qui iustitiæ zelo, & Christiana pietate id ipsis persuaserunt, vndè dicunt non esse credendum id factum fuisse, & tot annis à totius ferè orbis Christianissimis Principibus obseruatum nisi magna niteretur rõne,& iustitia.

Addunt aliqui tacitum Romani Pontificis consensum, quem ex eius scientia,& tolleratia huius praxis,& modi procedendi eliciunt, & quia nullus iudex Ecclesiasticus habet vt excommunicatos laycos, qui talia faciunt, imò nec ipse Beatissimus, nec vllus aliꝰ euitat illos, euidens igitur, ducunt, testimonium hoc est, licitum esse modum procedendi.

Nec deesse huic praxi,& modo procedendi rationem concludentem dicunt, qua deffendatur, ea est quòd possit Rex, imò eius est proprium officiũ, liberare subditos vi oppressos de manu calumpniãtium,& sic si censuris, vel aliàs opprimatur, inquiunt, vassallus Regiꝰ à iudice Ecclesiastico, licebit ei ad Regẽ recurrere vt eũ liberet ab oppressione,& poterit tũc Rex procedimẽta facere, de quibus loquimur, probant latissimè hæc omnia suprà citati doctores,& signanter Azeue. Pegue.& Sesse in locis suprà allegatis.

12 Verũ † cõtra hãc praxim supradictis,& alijs rõnibꝰ, quę in idẽ adduci possunt argumẽtum, non obstantibus,& cõtra talem modũ procedendi, nec nõ & cõtra doctores oẽs, qui id docuerunt,& tutati sunt, nouissimè insurrexit post Nauar. in manua. confes. c.27.nu.67. Ioannes Azor. doctissimus Societatis Iesu Sacerdos in suis institu. morali. lib.5.cap.12. per tot.& signanter à versũ. *ex dictis infertur*, iuniores vocans

auctores, qui ſuprà tradita docuerunt, ac eos dicens inconſideratè, ac inconſultè ſcripſiſſe, ac cõſtantiſſimè aſſeuerãs, & aſſertimè defendens huiuſmodi praxim, & modum procedendi fore per ſacros canones improbatum, & in bulla in cœna Domini c.14.cum duob. ſequẽt. ſub pœna excommunicationis dampnatum: indè enim, inquit, ſequeretur laycos eſſe meros iudices, Eccleſiaſticos verò meros exequutores cum compellantur ſub pœnis ad tranſmittenda omnia acta, & cauſæ proceſſum ad conſilium regium, & iudices laycos vt vſa illi⁹ iuſtitia declarẽt an ſit deferẽdũ, & ſi ei deferẽdũ putauerint, præcipiũt iudici Eccleſ. vt illi deferat, excõmunicatũ abſoluat, & omnia retractet, & reponat in eum ſtatũ, in quo erãt tempore appellationis, & ſententiæ, & etiam cognoſcunt an iudex Eccleſiaſticus ſit iudex illius cauſæ competens inhibendo illi cognitionem, & remittendo illum ad iudicem ſeculare, & his omnibus iudex Eccleſiaſticus ſub pœnis cogitur obtemperare, quę omnia improbant ſacri canones, & ſub pœna excommunicationis dampnatur in Bulla Cœnæ cap. 14. cum duob. ſequent. Hęc ille, quibus adde quæ in ſuperioribus circa incapacitatem iudicum laycorum ad cognoſcendum de cauſis Eccleſiaſticis docuimus.

Nec iuuare (inquit) poteſt, vel etiam iudices laycos excuſare, quin pœnam excommunicationis incurrant, prætenſa cõſuetudo, & antiquiſſimus vſus, quibus tot annis tot Principes Chriſtiani cum cõſilio ſapientiſſimorũ, ac grauiſſimorũ virorum hoc modo procedendi vſi
13 fuere, quia † in his, quorũ capaces non ſumus, ius tribuere nõ poſſunt cõſuetudo, vel præſcriptio aliqua, quãuis lõgiſſimo tempore, & fama cõfirmata, Hoſtien. Archidia. & alij per Abbatẽ citati in c. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælato, idem Abbas in c. quanto n. 2. de cõſuetu. Ioan. Prob. c. 2. de præben. n. 7. Decius in c. 1. num. 36. de iudi. per tex. in c. clerici, de iudi. Azor. vbi ſuperiùs verſi. *ſed dubitari poſſet*, verſi. *quod verò*, & verſi. *ſed obijcitur*, videndus etiam eſt in verſ. *quę ad muniendam*, vbi fundamentis doctorum reſpondet, in quibus prædictam cõſuetudinẽ fundare conãtur.

Et hæc (addit) tantò magis procedẽt ſi cõſiderauerimus Bullam in Cœna dñi ſingulis annis Romæ publicari, & per cõſequens excõmu
14 nicationẽ renouari, per quam † publicationẽ impeditur, ac interrũpitur omnis conſuetudo, & præſcriptio, ex doctrina Fely. in c. cum nõ liceat col. penul. verſi. *quinto cõſiderat*, de præſcrip. (quam tn ego reperio per doctiſſimũ Dida. quẽ in hoc nõ mõſtrat Azor. ſe vidiſſe, falſam fuiſſe appellatam, de præſcrip. par. 2. §. 12. nn. 5. per tationes ibi adductas, quas attẽdes cõ vacauerit) ſequitur tn Azor. verſi. *quod verò*, circa finẽ,
15 quæ † publicatio ſufficit quòd Romæ fiat vt liget oẽs abſq. eo quòd in ſingulis prouincijs eã fieri opotteat, Nauar. in manua. c. 27. n. 70. verſi. *quod pretextum*, ita excommuni cõſenſu Theologorũ, & Canoniſtarũ, ac Summiſtarũ recepto ſecurè reſoluit Azor. vbi ſuprà, ver. *queri ſolet* circa finẽ. Ad illud autem, quod de tacito Pontificis cõſenſu ex eius ſciẽtia, & tollerãtia huius praxis elicito dicebatur, reſpõdet idẽ Azor verſi. *queri ſolet*, falſum omnino eſſe in hiſce cauſis eſſe tacitũ Romani Pontificis cõſenſum, ſiquidẽ (inquit) ſummi Pontifices, vt notiſſimũ eſt, quotidie reclamant, cõqueruntur, prohibent, pœnas conſtituunt, & ſententias ferunt in laycos, qui talia faciũt, vt dicit apparere ex actis iuditialibus Auditorũ Cameræ, & varijs deciſionibus Rotæ, in quibus improbãtur, & dãpnantur tales recurſus, & hi, qui recurrũt, declarantur excommunicati, & certè publicatio, inquit, quę quot annis fit Bullæ Cœnæ Dñi, in qua publicè, & ſolempniter excõminicãtur Magiſtratus, Iudices, & Principes ſeculares, qui in ſuis tribunalibus cauſas clericorum, vel Eccleſiarum tractãt, & iudicãt, vel ad ſua prætoria reuocant, apud ſe diplomata, vel litteras Apoſtolicas detinẽt ne ad effectum deducantur, apertè oſtendit, & indicat longè abeſſe ab his tacitũ Romini Pontificis cõſenſum, & præſũptam, quam vocant, pacientiam.

Et ad illud denìq; quod debeat licere laycis ad Regẽ recurrere vt eos oppreſſos de manu calumpniantium liberet, & ſic licitum eſſe à iudicib⁹ Eccleſiaſticis, cũ cenſuris opprimũt, adire Reg. tribunalia, vt vim auferãt, & cõpellãt iudices Eccleſiaſticos ab ea inferẽda ceſſare, reſpõdet idẽ Azor. vbi ſuperi⁹ verſi. *quæ ad muniẽdã*, circa mediũ, & verſ. *ex dictis infertur*, id fore intelligẽdũ quoad eos, qui ad illorũ iuriſdictionẽ ſpectãt, nõ quoad clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, quorũ iuriſdictionis ſũt incapaces, nã quoad ipſos in caſu ꝓpoſito, vt vis auferat. ne iuſtitia negligatur, ſeu denegetur, id ſpectat ad immediatos iudices Eccleſ. ad quos eo caſu recurrẽdũ eſt vſq. ad Papã. Ægid. in c. qualiter, & quãto verſi. 1. *quęrit*, de iuditijs, Butriga. ibid. nu. 2. Imol. nu. 3. Alex. in conſi. 8. num. 1. vol. 1. per tex in d. c. qualiter, & quanto de iudi. vbi id not. glo. verbo. *prohibemus*, & ibidem Bal. in fin. & Panor. n. 7. cum alijs citatis per Azor vbi ſuperiùs in verſiculis allegatis, & idem antea docuerat eo. cap. verſi. *ſed dubitari poſſet*, videnda eſt Martini 5. conſtitutio dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos Kalen. Feb. Pontificatus ſui anno 11. quæ eſt 3. in meo vol. Motu. proprio. incip. *ad reprimendas*, quæ expreſsè prohibet iudicibus ſecularibus hanc cognitionem ſub excommunicationis maioris pœna Papæ reſerua

ta præ-

ta prætextibus,quibus ſuprà.

Legi poſt hęc ſcripta quarrum Proſper.Farina.operum,qui conſiliorum,in cauſis criminalibus redditorum,& deciſionum in eiſdem factarum inſcriptionem habet, tomum, quem vidi in conſi.68.per tot.hanc Hiſpanię,& aliarum prouinciarum praxim procedendi contra perſonas Eccleſiaſticas pluribus improbantę, ac dicentem nulla conſuetudine, quantumuis immemoriali, poſſe ſuſtineri ne illam admitentes ſententiam incurrant excommunicatio 17
nis in Bulla in Cæna Domini promulgatam, tùm quia talis conſuetudo ſingulis annis per renouationem,& publicationem dictæ bullæ cenſeatur interrumpi,tum etiam quia ſit contra auctoritatem Sacrorum Canonum eam expreſsè execrantę,vt patet per deci.Rotæ Rom. de conſuetu.in antiquis,& ex alijs pluribus rationibus,quas is doctor eo loci coaceruauit, &
16 quod† me magis perterruit,fuit videre tres,aut quatuor deciſiones Rotę Romanæ modernas, quæ poſt dictum conſilium impreſsæ leguntur,quibus contra dictam praxim dicitur fuiſſe declaratum ex eiſdem fere motiuis, quæ Azor adduxit,& Farina.Nec alicuius momenti voluerunt qui in dicta Rota pręerant Reuerendiſſimi patres eſſe conſuetudines immemoriales,quæ quotidie allegantur in contrarium, quinimò dixerunt eis eſſe expreſsè derogatum per Bullam in Cæna Domini,nec etiam exiſtimarunt quicquam officere quòd adſit copiosa doctorum turba aſſerentium licitos eſſe in quibuſdam caſibus ipſos recurſus ad iudices ſeculares,quoniam(inquiunt) Sacrorum Canonum auctoritas illis omnibus præpõderat, per quam etiam excluditur (dicunt) prætenſa antiquiſſima conſuetudo nonnullarum prouinciarum,de qua teſtatur Couar.&c. (allegantur plures doctores ex his, quos nos ſuprà retulimus in comprobationę cõmunis multarũ prouinciarũ in his obſeruantiæ)quia(inquiunt)talis cõſuetudo tanquã improbata,& Sacris Canonib⁹ inimica,quę clericos iuriſdictioni laycorũ quãdoq.ſupponit,nõ eſt attendẽda. Perquæ vides quomodo fluctuet.hæc praxis in ſola antiquiſſima cõſuetudine,lõgeuoq.vſu fundata.Benè verũ eſt quòd vnã ex vrgentioribus ſupradictis deciſionib⁹ rotalibus teſſert ad lit- ††
terã Ioſeph. de Seſſe allega. tracta. inhibi. c.8. §.5.nu.109. & poſt eã nõmodicè alijs rationib⁹ cõprobatã deſtruere conatur eandem illius argumentis ſatisfaciẽdo,& noua in cõtrariũ adducendo,ſed an id,quod volebat,preſtiterit,alterius eſto iuditiũ,meũ non eſt vlterius hoc loci articulũ examinare.

Per hęc,& alia quę ſuprà in hac materia dicta, & animaduerſa ſunt ex Azor.Farina.Dominis de Rota,& aliis,praxis prędicta,ac modus procedendi contra iudices Eccleſiaſticos dubia videtur reddi: Benè video Ludo. a Pegue. in locis ſuprà citatis enixè conatum fuiſſe his omnibus ſatisfacere (tacito nomine Azorij, quia eum fortè non viderat) vt cõmunem praxim deffenderet poſt Azeuedo, & poſt eos Seſſe vbi ſuprà,verùm nec ignoro Farina.& Rot.Roma. multa dixiſſe quaſi prędentes quæ Peguera,& alij dicturi erant,quibus eorum fundamenta deſtruerent.

In Cathalonia † nedum ea ſeruantur, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſed quòd etiam à declaratione facta in aula,in qua cauſa tractatur,quòd delegatus abſtineat à procedimentis futuris,& facta reuocet, & annullet, non admittitur nec delegato,nec parti,quę ea inſtar ad aliam aulam ſupplicatio,ſeu teuiſio, quę iuxta conſtitutiones noſtras generales abſq.differentia aliqua, & per edictum (vt aiunt) permiſſorium omnibus conceditur,qui læſionem prætendũt in quacunque cauſa quantumuis minima, & parui præiuditij,ſaltem in illis, in quibus contrarium non diſponitur,ſed cũ nõ habeamus cõſtitutionem, quę in hoc caſu ſupplicationis remediũ deneger,multi quærũt quotidie quid ſit in cauſa cur nemini cõcedatur, dicũt quòd propter regiã præheminentiam,& auctoritatẽ ne delegati occupantes, & impedientes Regiã iuriſdictionẽ poſt mãdatũ eis factũ cauſa cognita per dominũ Regẽ de reuocãdo,per ſupplicationem,vel aliàs differendo negocium dictę Regiæ iuriſdictioni prędiudicare poſſẽt, & quia extraindicialiter in his per Senatum procedi-
tur vt ſuprà dictum eſt, verùm replicãt alij, in illo mandato,licèt cum cauſæ cognitione fiat, non ne põt eſſe aliquis lapſus, aliqua incuria, nomina id quocunq.malueris nomine(non dico iniuſtitia,quã nõ prędumo eſſe in tot, tãtiſq. Senatoribus,nec mihi perſuadere poſsũ quòd ſcienter poſſit adeſſe) ſicuti alijs in rebus, quæ per homines fiunt,& declarantur etiam in eadẽ Reg.Aud.(quid enim aliud eſt reuocari,ſicut paſſim videmus ab his, qui in vna aula ſeſsent,ea,quæ in alia fuerunt decreta ex eiſdem, vt aiũt,actis?)nõne forſan(dicũt)foret bonũ & reuideretur negociũ,& nemini fieret iniuria? quòd autem repellantur huiuſmodi ſupplicationes in caſibus prædictis, allegantur *concluſiones* in vtraq; aula factæ 1. Octob. 1529. & de mẽſe Feb.1555. & ſi ita eſt, puto mihi relatũ fuit, videre poteris in archiuo Regio, vbi recõditæ concluſiones ſeruantur: replicant denique,& ſeu reſpõdẽt nõ eſſe ſolũ in Cathalonia vbi huiuſmodi appellationes repellantur,obſeruatur enim idem in alijs etiam locis, prout Gaſpar Roderi. teſſert de annuis redditibus lib.1.q.17. n.72.vbi rationes affert, & Auendan. allegat.

Circa hæc ego omnium minimus meũ nũ pro-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

feram iuditium:grauis enim res est, & periculosa,in qua satis me meo *muneri* feciſſe arbitratus ſum ſi hęc paucula, vndè ſecura reſolutio ad dubitationem haberi poteſt,ſummo digito tetigerim, *dignetur* Deus pro ſua miſericordia Regum,ac Principum,& eorum Conſiliariorum cordibus enunciare quid in his ſit ſecurè tenendum,& quomodo res hæc ſit rutè tractanda:ni enim à patre luminum hæc deſcendant,à quo omne datum optimum,& omne donum perfectum,non arbitror fieri poſſe quòd ea ita agantur vt ex omni parte & Eccleſiæ libertati,honoriq.& reuerentiæ,quæ ei debentur,& ſimul reipublicę quieti,& tranquillitati conſulatur:ſi enim contendamus à Principibus ſeculatibus hanc tollere poteſtatem, vix erit,vt dicebat Dida.loco ſuprà citato,quin ſtatim experimento manifeſtiſſimo comperiamus multum calamitatis reipublicæ inuexiſſe: ſi verò eandem poteſtatem eiſdem principibus concedamus, vix etiam erit *quin Eccleſiaſtica* iuriſdictio aliquantulũ læſa dici poſſit, vndiq. igitur ſunt anguſtiæ non faciles explicatu.

18 Ego † licèt non dampnem prorſus ſuprà ad ductum *omnium* ferè mundi Principum contra iudices Eccleſiaſticos, ex cauſa,procedendi modum, nec ad id diſcurſum fecerim, quem ſuprà vidiſtis, propter ſupradictas tamẽ,& alias quamplurimas difficultates, quę in iure circa hanc praxim reperiuntur, quęq. in facto quotidiano experimento comperimus cõtingere, quando præſertim non habet iudex Eccleſiaſticus(ſicuti vt plurimum ita ſuccedit) temporalitates in regno,quæ ei propter contumaciam occupentur: is enim non obſtantibus Regijs mandatis fulminat cenſuras,animas illaqueat, & licèt procedat Senatus ad declarationem pœnarum,veluti banni,& aliarum,is nõ propterea à procedimentis abſtinet, quia Senatus eas non exequitur,prout teſtatur nobilis Ludo.à Pegue.huius noſtri Senatus Senator antiquus ſe nunquam vidiſſe aliquam ex his declarationibus exequutam, licèt plures viderit factas,in allega.prax.crim. c. 24.circa finem,& d.deciſ.92.numer.22.& quando vellet eas exequi,non ita faciliter modum,& formam reperiret, quibus huic caſui plenè mederetur: ad ſummum enim vteretur forma præſcripta per Pegue.in locis ſuprà citatis, præter quam nullã aliam valuit totus Senatus iunctis claſſibus reperire cum de his ageret paucis ad hinc annis, vt intimata iudici Eccleſiaſtico ſententia banni contra eum prolata, & miſſo ad eũdem monitorio quatenus pro exequutione dictæ ſententiæ exiret intra ſex à Principatu Cathalonię,ſi in contumacia ille perſiſteret,& perſeueraret, mitteretur ad eum Regius Officialis, qui, petita priùs aſſiſtentia iudicis Eccleſiaſtici Ordinarij ſiue obtenta,ſiue non,illum decenter,& cum vrbanitate caperet, & captum pro executione dictæ Regię ſententiæ à regno extraheret,quę quidem forma nõ eſt ſufficiens ad effectum, quem optamus, vt libereretur laycus ab oppreſſione,nam non propterea abſolueretur à cenſuris,quibus innodatus exiſteret,nec aliquis vetaret quin iſdem clericus ſic à Cathalonia extractus,poſtquam foret dimiſſus ab officiali,per aliam viam reuerteretur in regionem ſuam,& iterũm cõtinuaret oppreſſionem.

19 Præterea † ſi ex alia parte oculos conuerteremus in laycos,reperiemus, ac videbimus nullum ferè eſſe,qui Delegatorum Apoſtolicorũ, hac ſpe ſuffultus trahendi iudices ad Regium tribunal reddituros rationem procedimentorum,cenſuras pertimeſcat,& metuat,imò ſatis ſe feciſſe communiter arbitrantur omnes ſi regium tribunal adierint, & ibi contra iudicem Eccleſiaſticum quærelam,ac quærimoniam deferint,vndè euenit perſæpè vt non curantes appellare ab excõmunicatione, vel ſi appellauerint, alias circa proſequutionẽ appellationis facere diligentias, per multum temporis, & annorum in excommunicatione permaneant abſq.eo quòd reperiatur qui potens ſit ad eis perſuadendum quòd non fecerint ſatis, quamuis id,quod ſuprà dictum eſt, egerint:& hic error iam nedum vulgarium hominũ animos communiter compræhendit, ſed & plutium eorum etiam,qui inter ſapientes enumerantur:noſco enim ipſe quendam in Cathalonia Iuriſperitum,qui tota ſua in Regium tribunal,quod adierat,ſpe poſita, nõ veritus eſt per annum,& vltrà in excõmunicatione per quẽdam Cõſeruatorem Apoſtolicum aduerſus eũ declarata perſiſtere rebus ſacris ita intereſſendo ac ſi nihil, quod foret timendum, cum eo geſtum fuiſſet.

20 Propter † has(inquam) & alias difficultates, ac inconuenientia non pauca, quę indè exoriuntur vellem ego quòd aliud excogitaretur remedium,quo difficultates ceſſarẽt, maximè vbi multùm viget Chriſtiana religio, & ſumma in Papam,prout(Chriſto gracias) in Hiſpania, obedientia,& ſi aliud alij non reperirent, ego exiſtimarem optimè reipublicæ in noſtra Cathalonia conſultum in ſi per eos,ad quos ſpectat,totis viribus cõtenderetur obtineri ab eo, qui poteſt,vt contentiones hæ, quæ inter iudices Eccleſiaſticos delegatos, cum iudicibus ſecularib⁹ mouẽtur,per arbitros per vtroſq. electos,& ſuo caſu per Regiũ Cãcellariũ, ſicut illæ,quæ ſuſcitãtur inter iudices Eccleſiaſticos, ordinarios,cũ eiſdẽ ſecularib⁹ iudicibus,iuxta concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Cõuenarũ,de qua ſuprà dixim⁹, terminarẽtur

ac de-

ac decidentur: tunc enim, & non aliter existimo fieri vt plenissimè huic negocio in fauorem rei publicæ, & vassallorum domini Regis absque scrupulo aliquo, & læsione iurisdictionis Ecclesiasticæ esset prospectum; diuinitùs enim illa concordia fuit per maiores nostros excogitata, per quam manifestissimo experimento quotidiè comperimus quàm pacificè, quàm sine tumultu, & quàm sine alicuius partis præiuditio disceptationes, in quib° ea locũ habet, decidantur. Hæc est mea in his sententia dum alius aliam meliorem non excogitauerit, qua huic morbo vndiquaque medeatur plenius, & vtiliùs, vberiùsq.

21 Antequam † ab his recedamus pro eo, quod nostræ debeo Benedictinæ religioni, qui tot annis sum eius aduocatus, & in ea habeo Abbates maximo consanguinitatis vinculo coniũctos, ad maiorem intelligentiam eorum, quæ suprà docuimus cum iudicibus Ordinarijs Ecclesiasticis procedentibus contra laycos in casibus de iure non permissis procedendum fore per firmam contentionis, cum delegatis verò per citationem vt veniant banchum regium informaturi, adnotandum duxi dubitari, meo iuditio, non absque fundamento posse num sicut processum hucusque fuit in Regio consilio contra Præsidentes supradictæ sacrę Benedictinæ religionis, quando ipsi, vt solent, procedunt contra laycos monasteria dictæ religionis offendentes in personis, aut reb° per censuras Ecclesiasticas, procedi possit, id enim nõ faciũt dicti Præsidẽtes auctoritate delegata, sed imò ordinaria, vtpotè à lege sibi concessa vigore c. in singulis (q. ad vnguẽ in omni sui parte obseruatur, & practicatur in ea religione à tanto tempore, cuius initij non est hominum memoria) extra de statu Monacho. vt tenet expressè ibi glo. ver. *illis quatuor*, Ioan. And. ibid. in fi. super verbo *vice nostra*, Zabarella super § aduocent autem, & in §. huiusmodi verò, & ibi Ioan. de Anania, Panor. nu. 5. & com-
* 22 muniter scribentes eo in tex. est enim † de iure expeditum eos habere iurisdictionem ordinariam, qui eam habent à lege, pronti notatur in c. ad Ecclesiarum de offi. ordina. & in l. more maiorum cum legibus sequent. de iurisdict. iud. Specula. in tit. de offi. ordinarij §. 1. in prin. & in §. 2. Maran. de ord. iud. 4. par. 5 distinc. nu. 2. benè Lancello. in institu. cano. in tit. de iudicijs, §. est & alia diuisio, melius Anton. Olib. in vsat. alium namq. c. 4. nu. 37. & 38. de iure fisci
23 † in nostris cõstitutionibus, per rationem † hanc ita *declaratum* extitit in Senatu obseruandũ in Scholari, siue Mestreescueles ciuitatis Illerdę vt cum eo non procederetur per viam citationis vt veniret informaturus banchum regium, sed imò per viam contentionis, ex quo iurisdictionem habet ordinariam, non delegatam, cum eam habeat à lege vigore c. 1. 2 & 3. tit. de stud. generals in 1. vol. constitu. ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor die 26. Iunij 1604. in causa Melchioris Monjo, contra tutores, & curatores filiorum Raphaelis Prats ciuitatis Illerdæ, scriba nescio quis fuerit, sed videri potest in archiuo regio in libro conclusionum, & auditui à quodam Senatore ita aliàs in eodem casu Scholaris vniuersitatis Illerdæ fuisse conclusum in Senatu iunctis tribus aulis. Cæterùm tentatum per dictos Præsidẽtes licèt quandoq. sit, de anno scilicet 1607. ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola, scriba Monserrato Serra, coram quo ad instantiã Hieronymi Colomer Baiuli villæ Bisulduni fuerat citatus Reuerendus Abbas Balneolarũ Præsidens Religionis S. Benedicti ad informãdum banchum Regium, cum Regijs Senatoribus ne tractarentur vt delegati Apostolici per citationem ad banchum Regium, sed vt ordinarij vt habentes iurisdictionem à lege, per contentionem iurisdictionis inter curiam Ecclesiasticam, & secularem coram Reuerendo Cancellario, vti obseruatur in reliquis Ecclesiasticis iudicibus ordinarijs, non potuerunt tamen id obtinere, sed remanentibus vtrisque in sua opinione, Senatu scilicèt quòd erat per citationem ad banchum Regium contra religionem procedendum ex quo dominus Rex esset in ea possessione, religione verò ècontra quòd per firmam contentionis ex eo quòd Præsidentes haberent iurisdictionem à lege, nec potuerit vsus eos ex ordinarijs facere delegatos, maximè cum pauciora reperitentur tunc exemplaria, quibus probaretur hos Præsidentes comparuisse in banco Regio licèt pluriès citati fuissent, nihil declaratum extitit, sed per taciturnitatem partis remansit sic negocium sine declaratione, ex qua tamen parte magis inclinaret iustitia, ego non dico, alterius esto iuditium, mihi sufficit hæc annotasse, exquibus satis manet hęc materia declarata, benè verum est quòd si meum in his ego votum proferre debeẽ, mallem proculdubio errare eligendo viam contentionis quando probabiliter apparere posset per eam procedi posse, sicuti in casu Præsidentium dictæ religionis, quã inextricabili ferè Lybirinto processus violẽtiæ me implicare.

SVMMARIA.

1 *Papæ auctoritas an sit necessaria in omnibus alienationibus attenta Paulina dispositione.*

2 *Diffinis, aut, natura.*

3 *Soluta res infeudari, vel emphyteuticari non comprę-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

henduntur sub Paulinę dispositione, & ideò possunt sine auctoritate Papa iterum eo modo alienari, vbi decis. Sena. Portugal.

4 *Etiam si iurasset Prælatus non alienare.*
Iurare tenētur ecclesiastici non alienare inconsulto Romano Pont. ibidem.
Alienatio nō dicitur, sed prioris continuatio, seu executio, quæ fit de rebus alienari solitis, ibidem.

5 *Superfluum vt aliquid nō dicatur, sufficit quòd quid minimum operetur.*

6 *Solitæ res alienari possunt alienari sine consensu capituli, etiam in consanguineos.*

7 *Solitę rès alienari possunt iterùm alienari sine solēnitatibus, si priores alienationes erant cum eis factæ, non aliàs.*

8 *Solēnitates alienationis rei ecclesiastice sufficit probare verè intercessisse, vel præsumptivè.*

9 *Solitę res infeudari possunt iterùm infeudari si cedat in euidentem vtilitatem ecclesiæ tempore nouæ infeudationis, non aliàs, vbi decis. Rot. Rom.*

10 *Solitum quando aliquid dicatur, remissivè.*

11 *Causæ alienationum debent clarè probari, nec præsumuntur nisi certis casibus, & nu. 13.*

12 *Causæ alienationum, vel solēnitates non sufficit quòd enarrentur in instrumento sed probētur, vbi decis. nostri Sena.*

13 *Solemnitates, & causę alienationis rei Ecclesiasticæ an præsumantur ex antiquitate temporis.*

14 *Solemnitas extrinseca regulariter non præsumitur.*
Fallit ex antiquitate temporis, vbi plures decisiones nostri, & aliorum Senatuum, ibidem.

15 *Antiquitas temporis omnia facit præsumi solemniter acta.*

16 *Antiquitas quot annorum sit necessaria vt per eā solemnitates præsumantur, & nu. sequent. vbi plures decisiones.*

17 *Arbitrio iudicis relinquitur quę temporis antiquitas sit necessaria vt solemnitates præsumantur.*

18 *Præscriptio cōtra ecclesiā requirit tēpus 40. annorū.*
Differentia maxima inter præscriptionē rei ecclesiæ, & præsumptionem tituli validi alienationis, ibidem.

19 *Ecclesia potest impugnare contractum propter lesionem quamuis per antiquitatem temporis solemnitates in eo intervenisse præsumantur.*

20 *Vtilitas an præsumatur ex cursu temporis quando conditionaliter per rescriptum cum clausula, si in euidentem &c. missa erat fieri alienatio.*

21 *Solemnitates vt præsumantur an debeant esse enunciatę in instrumento, & nu. sequen. vbi decis. nostri Sena.*

22 *Præsumptio solemnitatis tollitur per aliam fortiorem præsumptionem.*

23 *Solemnitates in quibus casibus non præsumantur, remissivè.*

24 *Restitutio in integrum datur Ecclesia aduersus præsumptionem solemnitatum.*

25 *Causa alienationum rei ecclesię sunt de iure quatuor, & quæ illę sint.*

26 *Causa alia, præter supradictas quatuor, quæ locum faciunt alienationi rei ecclesiæ.*

27 *Alienationis vno actu permisso, & alijs similes permissi videntur.*

28 *Exheredatio filiorum non solum permittitur ex causis à iure expressis, sed etiam & ex similibus.*

29 *Solemnitates requisitę in alienationibus rei ecclesię, plures sunt, & quæ illa sint.*

30 *Alienatio rei ecclesiæ nulliter facta potest impugnari ab eodem Prælato, etiamsi eam iurauerit ille.*

31 *Sine habeat ecclesia alium per quem ei possit consuli, sine non.*

32 *Iuramentum Prælati nulliter alienantis potius est dicendum periurium, quàm iuramentum.*

33 *Absolutio iuramenti non est necessaria Prælato volenti agere aduersus alienationem rei ecclesię à se nulliter factam.*

34 *Intellectus tex. in c. pernenit j. de in. iur.*

35 *Alienatio nulla rei Ecclesiæ impugnatur ab eo Prælato, qui illam fecit nomine ecclesię, non suo, sine absolutione iuramenti.*

36 *Alienatio rei Ecclesiæ nulliter facta potest impugnari ab eodem Prælato pro suo interesse, petita, & obtenta absolutione iuramenti.*
Posse tamen id fieri sine absolutione alij tenent, paulò infrà.

37 *Papa stringitur iuramento.*

38 *Prælatus quilibet sit periturus ob non obseruantiam iuramenti.*

39 *Alienatio etiam de iure permissa an possit fieri per Prælatum, qui iurauit non alienare, remissivè.*

40 *Iuramentum de non alienando solitum præstari in assecutionibus prębendarum ecclesiasticarū, nū præsumatur semper præstitum.*

41 *Religio sancti Benedicti in multis est, quàm alię, in materia alienationum rei Ecclesiæ magis priuilegiata.*

42 *Tractatus duplex requiritur in alienatione rerum Religionis sancti Benedicti, licèt vnicus sufficiat in alienationibus aliarum ecclesiarum rerum.*

43 *Benedictinæ vulgò nuncupatæ, quæ sunt constitutiones Benedicti 12. in fauorem religionis diui Benedicti facta, possunt allegari pro iure in causis illius religionis.*

44 *Auctoritas Papæ requiritur in alienationibus rerū religionis diui Benedicti.*

45 *Monasteria ordinis diui Benedicti fere omnia sunt ab Ordinarijs exempta.*

46 *Auctoritas Papæ semper requiritur in alienationibus exemptorum.*

47 *Præscriptio corruit si allegatur titulus vicioſus, qui ei initium & causam dederit, & infrà, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

48 *Titulus vicioſus non tribuit causam præscribendi, & constituit in mala fide.*

Alie-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

49 *Alienatio rei Ecclesiæ sine causa, vel solemnitatibus dicitur titulus inofficiosus, & vitiosus ex illis, qui non tribuunt causam præscribendi.*

50 *Titulus vitiosus quando possit sine conscientiæ discrimine tueri.*

51 *Possessorio remedio in foro conscientiæ non potest quis alium inquietare, quamuis foueat in eo iustitiam, si ea non est in petitorio.*

52 *Præscriptio immemorialis differt à centenaria in materia tituli vitiosi, & inofficiosi.*

53 *Mala fides in Cathalonia nõ attenditur in præscriptionibus.*

54 *Præscriptio non currit viuente Prælato, qui alienationem fecit, vbi decis. nostri Senatus.*

55 *Præscriptionis extrema sunt per eum probanda, qui eam allegat, vbi decisio nostri Senatus.*

56 *Declaratur secundum aliquos, modo hic expresso.*

57 *Præscriptio non currit vacante Ecclesia.*

58 *Præscriptio non currit quandiu Ecclesia est commendata.*

59 *Ecclesia vacans non dicitur vacare per mortem cõmendatarij, qui vltimò eam obtinebat, sed per mortem alterius, qui eam habebat antea in titulum.*

60 *Commendatarius alicuius Ecclesiæ nõ dicitur illius Prælatus.*

61 *Comendatarij non residentes sunt qui maximè dicuntur non esse Prælati, & Ecclesiam vacare quandiu ipsi commendatam Ecclesiam habent.*

62 *Paria sunt habere Prælatum, & illum habere inutilem.*

63 *Præscriptio non currit tempore belli, & pestis.*

64 *Præscriptio si probatur quòd sit temporis immemorialis nulla ab ea tempora subducuntur.*

65 *Præscriptio vt dicatur non posse allegari quia nõ cucurrerit tẽpore belli, vel pestis, an necessũ sit probare quòd agere quis volebat, & litem habebat præparatam, non tamen potuit eam mouere propter dicta impedimenta, remissiuè.*

66 *Restitutio conceditur Ecclesiæ aduersus præscriptionem intra quadriennium.*

67 *Motus proprij, quibus alienationes rei Ecclesiæ prohibentur.*

68 *Motus proprij valdè rigorosi contra alienationes Ecclesiæ correcti.*

69 *Prælatus tenetur sub reatu peccati mortalis res perperam alienatas recuperare ab iniquis possessoribus.*

70 *Pœna apposita in extramagan. ambitioſæ, de reb. Eccles. alienan. non sunt vsu recepta, nec in eas propterea quis incidit quòd ei contrafaciat.*

71 *Potestas, verbum, quid significet tam de iure communi, quàm nostro municipali.*

72 *Empara, verbum, quandoque significat mandatum, quod sit debitori ne soluat quod alteri debet, vel ne res, quas ab eo habet, tradat.*

73 *Empara quãdoque etiam significat saluaguardiam, & guidaticum.*

74 *Empara quandoq. etiam dicitur in Cathalonia quando dominus aliqua legitima causa intercedente alicui priuat possessione feudi.*

75 *Empara apud Gallos dicitur manus iniectio.*

76 *Emparare alios an possit fieri tam in feudalibus, quàm in emphyteoticarijs, & alia pulchrè in materia, remissiuè.*

77 *Empara non potest apponi quando est firmatum de iure domino.*

78 *Empara verbalis quid sit, & quando illius incidat vsus.*

79 *Empara qua fit per crucem appositionem qua fit.*

80 *Commissum quid sit, & quid rem cadere in commissum.*

81 *Cadere a re quid sit.*
Caducitas quid sit, ibidem.

82 *Commissum quare dicatur incursus pœnæ priuationis feudi, vel Emphyteosis.*

83 *Committere delinquere significat, & peccare.*

84 *Commissum dicitur incursus ille pœnæ, in quã quis incidit ob non solutam gabellam.*

85 *Commissa hereditas quæ dicatur.*

86 *Commissa pœna quæ dicatur.*

87 *Stipulatio commissa quę dicatur.*

88 *Commissa obligatio quando dicatur.*

89 *Commissoria lex quare dicatur.*

GLO. XIII. PARS. IIII

Continuatur materia alienationis rei Ecclesiastica.

1 IS † sic pertractatis ratio iam postulat vt eò reuertamur, vndè diuerteramus, & continuemus materiam alienationis rei Ecclesiasticę, quam in superioribus indecisam, & interruptam (alijs ducti cogitationibus, forsan non omnino inutilibus) reliqueramus, & circa illud, quod nu. 18. in 1. par. huius glo. 15. de auctoritate Papę dicebamus eam solam sufficere ad sustinendam alienationem rei Ecclesiæ absq. probatione solempnitatũ, vtiliter quæramus nunquid hodiè attenta Paulinę dispositione sit necessaria in omnibus alienationibus Papæ auctoritas ad illarum validitatem? Rodoa. in sæpè allega. tracta. de reb. Eccl. non alienan. q. 36. nu. 3. refert Gondisaluũ de Viladiego, & Anto. de Præt. tenentes quòd sic, quia aliàs videretur nihil operari ea noua constitutio, ipse tamen concludit contra eos, & tenet ꝙ nõ, idq. propter dictionẽ alternatiuã, & disiunctiuã, *aut*, in ea extrem. appositã, quæ alternatiuè, & disiunctiuè est sumẽda, nõ copulatiuè sicuti

ſicuti probat per multa iura, docés poſtea quomodo nihilominus dicatur ea conſtitutio aliquid operari vltra ius cómune, videas per te ipſum apud Redoa. noſtrum enim non eſt aliena dicta tranſcribere, pro dictione †autem diſ-
2 iunctiua, *aut*, ſi perfectam volueris eius cognitionem habere, videas Octauia. Vulpel. de præpo. aduerb. & coniunct. ſigni. in litera A. Eſt igitur breuiter huius doctoris ſentétia, quòd tunc tantùm requiratur auctoritas Papæ in his alienationibus quando fiunt contra diſpoſitionẽ extrauagantis, aut alienando ſimpliciter per propriam, & veram alienationem, aut in emphyteoſim concedendo in caſu à iure non permiſſo res aliàs ab antiquò concedi non ſolitas, & ſine vtilitate Eccleſię, quod per Pontificem prohibetur in ea cõſtitutione, ſecùs verò aliàs, quia tunc ſufficeret cuiuſcunq; alterius legitimi ſuperioris auctoritas, ſicuti eſt de iure communi ſtatutum, vel etiam ſufficeret fieri cũ ea ſolempnitate, qua fieri cõſueuiſſet, ſic ex cap. 2. de feud. & pluribus doctoribus, quos allegãt, reſoluunt Dida. varia. reſol. lib. 2. cap. 17. nu. 4. & addi. Mathei ad Guid. Pap. q. 100. Nec eſt contempnenda alia Iacobi Ferrerij Tholoſatis ad eandem deciſ. nuper, multò poſt hęc ſcripta, facta additio, quæ pulchrè id, quod tractamus, declarat.

† Et hoc forſan eſt, quod voluit *ſignificare* Senatus in deciſione cauſæ Abba. Campirotundi contra viduam, & pupillos Paſquals villæ Franchæ Confluen. de qua in ſuperioribus meminimus nu. 4. in 1. part. huius glo. 13. vbi non ſumitur tantùm indè motiuum nullitatis quòd in emphyteoſim cõceſsio foret inconſulto Romano Pontifice facta, ſed quia non conſtabat eam factam fuiſſe conſulto Romano Pontifice, nec aliàs Superioris legitimi dictorum Abbatis, & conuentus ad id poteſtatem habentis auctoritate, & conſenſu accedentibus, quæ verba id videntur innuere, quod ſuperiùs dicebamus non requiri in omnibus alienationibus de neceſsitate ſummi Pontificis auctoritatem.

Et hoc etiam forſan è contrariò eſt quando per veram alienationem aliquid alienatur in caſibus non comprehenſis ſub ſecunda parte alternatiuæ: hoc (inquam) forſan eſt, quod idẽ Senatus *voluit* in cauſa Pauli Soler præsbiteri
† Barcinonen. cõtra vniuerſitatem de Guimerano ad relationem in 3. inſtantia N. Planes, ſcriba Benedicto Sacares, ſub die 19. Iulij 1597. dũ declarauit reductionem quandam de cenſuali quodam, quod fiebat Eccleſiæ, factam, nullam omninò eſſe obſtante noſtræ Paulinæ diſpoſitione, quamuis fuiſſet auctoritate, & decreto Ordinarij, precedẽte iuditio viſorum, & expertorum, roborata, ex quo talis reductio veram alienationẽ ſaperet, quæ omninò prohibetur per Paulinam fieri abſque auctoritate Papæ.

Ex his conſequitur quòd vbi fit alienatio rerum Eccleſiæ in caſibus aliàs de iure permiſsis, vel conceſsio in emphyteuſim, vel etiam infeudatio de rebus aliàs emphyteuticari, vel infeudari ſolitis ab antiquò, non ſit neceſſarium exquirere Romani Pontificis conſenſum, & auctoritatem, ſed ſolùm requiſita de iure cõmuni, cum eis ſolis ſuſtinentur huiuſmodi alienationes.

Et quia circa eas, quæ aliàs ſolitæ ſunt ab antiquo infeudari, vel in emphyteuſim concedi, ſolent quotidie majores oriri controuerſiæ, & eæ ſunt, quæ magis in palatijs frequentantur, libuit propterea, alijs prætermiſsis, de eis pau-
3 liſper verba facere. Dico †igitur in hac materia quod Henri. Roſental, qui nuper copioſum tractatum edidit de feud. cap. 4. conclu. 21. tenet quòd cum huiuſmodi res ſolitę infeudari, vel emphyteoticari non ſint comprehenſę ſub conſt. Paulina dicta, quinimò ab ea exceptę vt vidimus, ideò ipſæ poſſunt iterùm in feudũ, vel emphyteuſim concedi abſq; Papę auctoritate, ſi ſint ad Eccleſiam ex aliquo caſu reuerſæ, imò & abſq; aliqua ſolempnitate, quia nõ dicitur noua alienatio, ſed potiùs antiquæ alienationis, & infeudationis quaſi exequutio, ad quod probandum in glo. litera A. plures allegat id tenentes, & ſignanter *Cameram Imperialẽ*
† apud Gayl. obſerua. 116. lib. 2. Eis ego addo Senatum Luſitanum, qui idem *decreuit* deciſ. 343. apud Anthon. de Gam.

4 Quod †idem poſtea in conclu. 22. extendit etiam ſi iuraſſet Prælatus ſe non alienaturum ſine conſenſu Romani Pontificis, prout communiter faciunt omnes, qui aliquod beneficiũ ſeu aliqué gradum à Papa recipiunt, ſic ex multis dicit additio litera B. ad deciſ. Guid. pap. 153. Ratio eſt eadem cũ ſuperiori, quia ſcilicet hæc noſtra infeudatio, ſeu emphyteoticatio non dicitur alienatio, ſed quaſi antiquę exequutio, ad quod in glo. 1. litera A. adduxit tex. in cap. ex parte, extra de feud. vbi id videtur Pontifex, fieri poſſe, decerneré, & plures allegat, qui idem probant.

Et licèt poſtea iſdem auctor dubitare videatur de huiuſmodi reſolutione dum in fine glo. prædictæ dicit, *caueat quilibet anceps periurium*, cui dubitationis cauſam dedit Claud. Sayſel. quem allegat, ex quo in rub. qui feud. dare poſ. par. 2. reg. 1. amplia. 2. voluit diſtinguere inter iuramentum, & iuramentum, vt ſi id præſtitum ſit ſimpliciter de non alienando, vel non alienando vltra formam iuris, procedat hæc opinio, ſecus verò ſit ſi iuraſſet Prælatus bona non alienare inconſulto Superiore, vel ſine eius licentia, quia non poſſet fieri alienatio ſine eo conſenſu in caſibus etiam aliàs de iure permiſ-

ſis

sis, ego tamen sequutus opinionem tantorum partuum, qui eam tenēt, quos isdem Rosental allegat, ac rationem euidentem, quæ id suadet, quòd hęc infeudatio, vel emphyteuticatio rei ad Ecclesiam reuersę non censeatur noua alienatio, sed prioris quasi exequutio, & continuatio, & propterea non comprehensa sub iuramento, quòd de vera, & propria alienatione prohibita est intelligendum, & Prælatum sic alienantem à periurio excusarem, & alienationē validam iudicarem, quamuis factam sine Pontificis consensu, & auctoritate, quam etiam, vltra allegatos per Rosental. vbi suprà, tenere videtur Redoa. de reb. Eccles. non alienan. q. 55. à nu. 70. vbi declarat quomodo id sit intelligendum, Caldas à Perey. de renoua. emphy. q. 11. nu. 30. & Pater Moli. de contract. disputa. 468. nume. 17. clariùs, & apertiùs eandem opinionē sequitur Ioan. Gutier. de iura. confirma. par. 1. c. 52. nu. 4. post Cassador. de acquir. ter. domi. decis. 1. nu. 12. Nec mihi dicatur, quod Saysel. dicit, iuramentum nihil operaturum si hanc opinionem sequimur, quia imò multùm operatur; facit enim incidere in periurium ipsum alienantem in casibus à iure prohibitis; & semper retardat eum metus periurij ne prohibitam alienationem faciat, & quandoque accumulat forum foro, quod† sufficere debet vt alias superfluò quid appositum non dicatur; scilicet vel quid minimum operetur ex Cassana. consi. 51. nu. 4. & 8. Barz. decis. 12. nu. 16. & decis. 71. nu. 17. & Surd. consi. 34. nu. 49. prout in terminis ita dicit Redoa. de reb. Eccles. q. 55. nu. 31. Reliqua, quæ huc adduci possent, petantur à doctoribus, quos infrà citamus ad quæstionem an iuramentum de non alienando præstitum operetur tam quoad prohibitas, quàm etiam quoad licitas quascumque alienationes.

6 Eandem† principalem resolutionem, quòd scilicet res solitæ alienari possint, reuersæ ad Ecclesiam, infeudari sine solemnitate, extēdit isdem Rosental allega. cap. 4. conclu. 21. vt etiā fieri possit sine consensu capituli, & conclu. 23. etiamsi sint consanguinei ij, quibus est facienda noua infeudatio, vel emphyteoticatio, circa quæ, quia plenè probata per auctorem suprà dictum, ego ampliùs non immoror.

7 Solùm noto† quod is auctor omisit aduertere, suprà dicta intelligi vera quando alię infeudationes, seu in emphyteusim cōcessiones fuissent cum debitis solemnitatibus factæ, tunc enim post reuersionem ad Ecclesiam, si denuò tenent in feudum, vel in emphyteusim concedendæ, non esset necessarium id facere cum alijs solemnitatibus, secus verò si priores non essent factæ cū solemnitatibus, tunc enim nō valeret vltima, si sine eis facta esset. Ratio videtur euidens quia cum sit hæc vltima concessio quasi exequutio, & continuatio priorum, si in his adfuerunt debitæ solemnitates, non est necessarium quòd in illa similiter adhibeantur, si autem non affuerunt solemnitates prædictæ in prioribus, illę fuerunt nullę, ac nulliter factæ; & propterea nulla, & nulliter facta dici debet quæ sit vltimò in illarum exequutionem, & cōtinuationem, sic in terminis tenet Rot. Rom. apud Cesar. de Graf. decis. 134. nu. 14. & 135. nu. 19. dicens ex Curt. Iunio. de feud. in. 2. par. q. 1. col. 2. versi. 4. *me mouet*, quòd dictum illud, *vltima in feudum, vel emphyteusim concessio est exequutio antiquæ*, debet intelligi hoc pacto, nempè quòd quando res semel fuit alienata cum debitis solemnitatibus videtur ex tunc statutum, & ordinatum quasi in vim primæ illius alienationis quòd de cętero possit res illa alienari, & propterea quando reuertitur ad dominum directum, & de nouo alienatur, in hoc dicitur exequutioni demandari antiqua alienatio, pater Moli. vbi mox allegabitur infrà.

8 Intelligo† quòd de solēpnitatib⁹ antiquæ alienationis constet vel verè, vel præsumptiuè, quod idem est, non quòd semper sit, huiusmodi solemnitates verè interuenisse, probādum, prouti ex multis, quæ circa præsumptionem earum diximus in inferioribus, colligi potest non difficiliter, & docet in terminis patet Molina de contrac. q. 468. nu. 17.

9 Intelligo† item quòd hæc vltima in feudum, vel in emphyteusim concessio cedat in vtilitatem Ecclesiæ inspecto tempore contractus illius, nec sufficiat quòd prima concessio attento tempore illius esset Ecclesiæ vtilis, si hæc vltima suo tempore appareat damnosa, idq; probatur ex pluribus, ac præsertim manifestè ex tex. in allega. extrema. arbitiosa, in illis verbis, *præterquàm in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concessis solitis, & nunc in Ecclesiarum eandem vtilitatem*, dictio enim *nunc* denotat extremitatem temporis, & ex tex. in c. 2. de feud. ibi, *si videris expedire*, quę important arbitrium boni viri, sic Rota Romana *definiuit* apud Cęsa. de Graf. decis. 131. & multifariam probauit, nec existimo alio opus esse ad iustitiam huius opinionis manifestandam præter id, quòd id doctor ibi allegat: hanc decisionem infernis in glo. *censuum*, & *censualium* allegant ad idem propositum, vbi videbis.

10 Sed† qualiter, & quando dicatur aliqua res solita infeudari, vel in emphyteusim concedi, vt superiùs adducta locum habeant, & quæ ad id requirantur, declarant tibi Gam. allega. decis. 343. Rauden. consi. 17. nu. 64. & 68. par. 8. illius consilij, adde Fachine. controuer. lib. 7. c. 69. & quos late refert Rosental d. c. 4. conclu. 19. per tot. quæ Gam. dec. sumè notan. est ad totā materiæ, quā hucusq. tractauimus, & alia-

sunt

rum contingibilium declarationem, quam si ab hoc auctore non habeas, vix erit quód ab alio habere possis.

11 Declarantur † quę in superioribus circa quintam annotationem, quam explicamus, in principio docuimus, causas alienationis fore probandas, adeò vera esse vt in eis nõ sit locus præsumptioni, sed imò clarè, & manifestè probandæ sunt, vt probant doctores ibi allegati, quibus adde Guido. Pap. decis. 151. & ibi Mathe. in addi. Vndè infertur quantùm periclitetur doctrina Vin. Caro. decis. seu casu 52. nu. 28. cũ quo videtur conuenire Antho. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 38. de reb. alien. non alienan. defini. 7. cõ tractum in dubio præsumi in vtilitatem Ecclesię celebratum, & licèt ipse ad id confirmandũ alleget Bal. in c. 1. de his, qui feud. dar. pos. & Alex. in consi. 79. col. 6. lib. 1. hi tamen id tunc verum dicunt quando essent forma seruata, & superioris decretum interpositum, tunc enim dicunt fore locum huiusmodi præsumptioni, non aliter, nec alio modo, ad quod melius eundem Bal. citauit additio ad Guido. Pap. d. decis. 151. in litera A. & Alex. Rauden. de analog. lib. 1. cap. 38. nu. 49. quam autem diuersus sit vnus casus ab alio, dijudicet ipsemet Carro. & qui latius id videre voluerit, euoluat Octauia. Simõcel. de decret. lib. 3. titu. 7. inspect. 3. nu. 44. vndè & ex alijs multis numeris præcedentibus, & sequentibus materiam hautiet, qua ad huius rei perfectam deueniat cognitionem.

12 Nec sufficit † quòd in instrumento alienationis enarretur aliquam ex prędictis causis cum solemnitatibus interfuisse, Guid. Pap. in alleg. decis. 151. Rolan. à Val. in allega. consi. 15. nu. 19. vol. 1. Ioseph. Ludoni. decis. Perusi. 93. num. 20. Thom. Gram. decis. 79. nume. 16. & 20. Redoa. in sæpè allega. tract. de reb. Eccles. non alienã. q. 20. nume. 68. & 78. optimam huiusce rei reddens rationem, quia aliàs nihil dicerentur egisse iura nostra, quæ tam enixè prohibuerunt per sonis Ecclesiasticis rerum Ecclesiæ alienationes, si ex sola assertione ipsarum causæ alienationum, & solemnitates probatæ dicerentur, esset enim tunc in manu alienantium, vt quãdo vellent, possent validè alienare, licèt in rei veritate non adesset aliqua ex causis, quæ alienationem permitunt, vndè per indirectum fieret licitum, quod directè est prohibitum, & facilè fraudibus via aperiretur, quia eadem facilitate, qua quis induceretur ad alienandum, eadem etiam induceretur proculdubio ad confitendum, viden. Mascar. conclu. 75. nu. 15. cum sequent. qui vnà cum doctoribus suprà citatis antiquos allegant Scribentes, qui hanc probãt verissimam opinionem, adde Maluasi. in consi. 56. nume. 19. lib. 1. & Alex. Rauden. in appendi. ad tracta. de analog. 3. par. nume. 124. id quod

† *enunciatur* expresè in motiuis sententiæ latæ in causa Abbatis Campirotundi contra viduam, & pupillos Pasquals, de qua in superioribus verba fecimus.

13 An autem † saltem ex antiquitate temporis præsumantur tam causæ alienationum, quàm etiam solempnitates in eis requisitę, & necessariæ, dubitationis est non modicæ, in qua qui eã pertractarunt, dum ei lucem afferre voluerũt, tenebras potiùs accersisse visi sunt, quod sanè est summè dolendum quòd in re tam necessaria, de quaq; quotidie in palatijs contingit disputatio, & in quam solent resolui omnes ferè causæ, quæ contra huiusmodi alienationes instituuntur, tam variè processerint doctores, vt quid certò tenendum sit, non possit faciliter ex eis compræhendi, faxit Deus ne nobis, postquam multùm in eius dubitationis enodatione elaborauerimus, idem, quod alijs, miserè cõtingat. Imprimis autem est quód causas alienationum ab ipsis solempnitatibus seperemus, & distinguamus, in illis enim iam in superioribus nu. 11. quid foret tenendum ex mente doctorũ docuimus, circa quod tamen ad huc vide Rauden. in sæpè allega. consi. 17. in illius 5. par. à nu. 1. cum sequent. ildem Rauden. de Analog. lib. 1. cap. 38. nume. 66. & 67. Hæc igitur ego in re, omisso multiloquio omissisq; multis, quę circa solempnitatuũ tam extrinsecarum, quam intrinsecarum præsumptionem docet Aymon Craue. de antiqui. tempor. 2. par. incip. ex præmissis, per tot. Iacob. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 152. Ioseph. Mascar. de proba. cõclu. 75. & conclu. 1317. Borgni. Caual. in allegat. decis. 45. & 46. Alex. Rauden. in allega. respon. 17. in 2. illius par. lib. 1. responsorum, Feli. in c. sicut à nume. 26. de re iudi. & Rebuf. in compend. aliena. rer. Eccle. nume. 13. & 14. qui eleganter in genere de his agunt, breuiter, & resolutiuè procedendo, ac certissimis doctorum traditionibus inhærendo, dico † quód licèt regulariter 14 solempnitas extrinseca non præsumatur interuenisse iuxta l. quæcunq; §. fi. de publi. in rẽ ac. & pluribus docent Meno. & Mascar. vbi superiùs, nihilominùs ex antiquitate temporis procul dubio præsumitur, probant latissimè doctores suprà citati, & signanter Craue. Meno. & Mascar. quibus adde sequentes, qui testantur †† *decisum, & obseruatum* in Senatibus, quorum ipsi decisiones scribunt, Andre. Gayl. prac. obserua. lib. 2. obserua. 161. Cap. decis. 16. Gam. decl. 49. n. 3. & decis. 83. n. 2. Iacob. Put. decis. 155. lib. 1 & decis. 210. nume. 5. lib. 2. quibus adde Alex. Rauden. in tract. de analog. lib. 1. c. 38. nume. 15. vbi dicit ita obseruatũ in parlam. Parisien. & rursus nume. 17. vbi ita etiam declaratum testatur in Rot. Roma. adde eundem Rauden. in d. lib. 1. de analog. c. 38. nu. 106. & 107. Frã. Mar.

decis.

decis.472. nu.3. Francis. Viui.de cis 289. nu.39. lib.2 & decis.538.nu.34.lib.4. Mathæ. de Afflic. decis.107.à nume.5. Guid. Pap. decis.151. in. fi. cum mille alijs, quos isti tefferunt, in quorum allegatione non duximus ampliùs immorandum,quia nihil afferret hæc diligentia vtilitatis, sufficiat horum allegatio, quorum doctrinæ, vt pote nudæ omni affectione, solent plutis haberi, quàm eorum, qui consilia conscripserunt, saltem apud me grauissimæ sunt auctoritatis. Hi oēs hanc vocant communem opinionem, adde, si vis, vt ferè omnes habeas, qui de his scripserunt, quos longa serie refert Ioan. del Castillo Sotomajor quotidia. controuer. iur. de vsufruc.lib.1.c.54.nume.26. superadden da his est pulchra Antho. Fabri diffinitio 7. in suo Cod.lib.4.tit.38.de reb.aliena.& tit.42.diffi.53.vbi asserit *decisum* in Senatu sabusia. valere alienat.rei Ecclesiasticę sine solempnitatibus, dum adsit antiquitas temporis, quę eas faciat præsumi,& vtilitas. Hanc *sequutus* est noster Senatus in causa nob.Fratris Martini à Ferrera Castellani Ampostæ contra homines locorū de Mirauet,& Benissanet, referente egregio Senatore Ioan.Magarola sub die 9.Sep.1609. scriba Puiguert, vbi expressè declarauit ex antiquitate temporis,& obseruantia sequuta præsumi has solempnitates intercenisse, quæ necessariæ sunt in alienationibus rerum Ecclesiæ. Idem postea isdem Senatus *declarauit* eodem Magarola referente in alia simili causa fratris Raymundi Olmera contra Matheum Botellet Derrusen. scriba Cortel, vbi videre poteris. Ex hac generali propositione multa ad multos casus particulares in praxi faciliter circa huiusmodi præsumptiones quotidie contingentes, deducunt latè doctores supra citati, quæ non possumus nos hic inserere, ne extra materiā diu vagasse dici valeamus: satis arbitramur nostro muneri satisfacisse si meruerimus cum aliqua satisfactione ab hac causarū, & solempnitatuū præsumptionis explanatione, quam suscepimus, nos explicare.

15 Rationem † addunt doctores eandem cum dicto, quia propter antiquitatem temporis ōnia præsumuntur solempniter acta, c. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prela. c. peruenit, de emp.& vendi. Gayl.allega.obser.161.nu.6.

16 Et licèt † doctores omnes in supradicta propositione, & generali conclusione cōueniāt q̄ ex temporis antiquitate præsumatur solempnitas, non tamen concordant in tempore, quo ad id opus sit: maxima est enim inter eos in hoc dissensio, adeò vt meritò dicat Craue. de anti. temp.3 parte in prin. latum hunc esse campum certaminis, in quo variè inter milites belli nostri certatum reperitur. Hac in re plures sunt, qui simpliciter tenent ex lapsu decem annorū præsumi solēpnitates, quos tefferit Mascar. allega.conclu. 1317. nume. 44. Alij requirunt cursum triginta annorum, quos refert Franciscus Viui. cita.decis.189.nume.39. lib.2. & 534.nume.34. lib.4. Alij deniq; voluerunt necessarios ad id esse centum annos, hos auctores commemorat Mascar. vbi superiùs nume.45. versi. *Aliter sentit*. Craue. autem, & Meno. in locis suprà citatis, ille scilicet in 3.part. tracta. de antiqui. tempor. hic verò de præsump. lib. 3. præsump. 132. qui magis ex proposito hac de re egerunt, multis se inuoluunt, multosq; casus distinguunt, quibus contrarias doctorum sententias inter se componant.

17 Mihi † tamen, post considerata cum diligētia quæ in proposito tradunt supradicti doctores, ex quibus eliciebā vix posse in materia certam dari regulam,& doctrinam, propter tot, tātasq. circunstantias facti, quas considerant doctores vt in vno vnum dicant, & in alio aliud respondeant, placuit tandem opinio eiusdem Meno. in tract. de arbit. iud. casu 3. li.2. centu.1. nume. 1. quòd id totum remittendum iudicis arbitrio sit,& eam dicit crebriorem opinionē, cui se etiam libenter accedere in tāta varietate dicit Mascar. in allega. conclu. 1317. nume. 47. & ante eos idem voluerunt But. & Hostien. in c. illud de præsump. Tiraquel. in l. si vnquam versi. omnia, nume. 31. C. de reuocan. don. cum alijs, quos ipsi allegant, is enim iudex optimè perpensis qualitatibus, & circunstantijs facti, an agatur de re magni, vel modici præiuditij, an de interesse tertij,& alijs, quas considerant supradicti doctores, poterit tunc iuxta qualitatē facti sequendo doctorum prædictorum sententias, quæ ei multum afferent ad id luminis, arbitrari quod tempus in materia debeat dici antiquum.

Vnum tamen hoc omnibus animaduertendum duximus Franciscum Viui. cuius magna solet esse apud doctos auctoritas, in allega. decis.534. nume.34. lib.4. constanter defendere absq. distinctione aliqua ad *huiusmodi* præsumptionem inducendam requiri de necessitate cursum triginta annorum, & id dicit esse verius,& receptius, & sententiam Craue. contrarium tenētis falsissimā. Antho. autē Fab. vbi suprà dicit sufficere viginti annos. In casu nostri Senatus, suprà primò relato elapsum erat tēpus plusquam septuaginta annorū, quod sufficere existimatum est ad præsumptionem solempnitatuum.

18 Verùm † quomodo admitti possit præsumptio ex cursu temporis, quod minus sit 40. annorum, vt securus sit qui eam allegat, dubitationem continere videtur non modicam, cum tāmen tum temporis ad præscribendum contra Eccles. sit necessarium, l. fi. C. de sacrosan. Eccles.

& sic

& ſic videatur non poſſe ante lapſum dicti tẽporis dari aliqua ſecuritas. Reſpondemus tamẽ hoc noſtro in caſu nõ agere nos de præſcribẽda re Eccleſiæ, nec dicimus quòd talis præſcriptio induci poſſit ex curſu temporis, quod ponimus ad præſumptionem ſolempnitatuũ, ſed tantùm agimus de præſumendo valido titulo alienationis rei Eccleſiæ, in qua non probantur interfuiſſe ſolẽpnitates requiſitæ, vt illam non poſſit impugnare Prælatus prætextu nulli tatis, ſitq; propterea in hoc ſenſu ſecurus is, in quem alienatio facta fuiſſet, magna eſt enim inter hæc differentia, pulchrè Antho. Fab. in ſuo Codice dicto tit. de reb. alien. diffi. 7. nu. 6. qui allegat tex. in c. ea noſcitur, de his, quæ fiũt à Præla. & Guid. Pap. deciſ. 15. in fi. qui tamen ni-
19 hil dicit. Cæterùm † ex hoc non cenſetur propterea Eccleſia deſtituta omni remedio, poteſt enim nihilominùs nullitatem proponere, & probare, Craue. vbi ſuprà nume. 28. Maſcar. etiam vbi proximè nume. 33. & obtinebit, vel etiam agere remedio reſciſorio vel reſtitutorio ſi lætio interceſſerit, hæc docet Crau. in d. tra. de antiq. temp. 3. part. nu. 4. & 5. Circa quæ memini mihi cum quodam non infimi nominis noſtrate aduocato conſultis pro certo Prælato, contigiſſe quòd vix potuiſſem ei perſuadere quòd licèt emphyteota foret ſecurus ex antiquitate tẽporis in eo ſenſu, quo ſuprá explicui, nihilominus poſſet Prælatus contra eum agere vel reſtitutorio vel reſciſorio remedio propter læſionẽ, quæ in cõceſſione in emphyteuſim interceſſerat. Alio etiam modo Eccleſ. ſuccurri poterit per reſtitutionẽ in integrũ vt inferiùs
20 dicetur. Quod † idẽ circa vtilitatẽ an procedat etiã in alienatione, per reſcriptũ Papæ cũ clauſula, *ſi tibi per diligẽtẽ inquiſitionẽ in euidentem Eccleſię vtilitatem cedere conſtiterit*, & ſic cum commiſſione conditionali facta, tractat latè Borgni. Caual. alle. deciſ. 46. à nume. 28. vbi ex multis, quæ adducit, tenet quòd imò etiam tali caſu ſufficiat huiuſmodi præſumpta ex antiquitate temporis vtilitas.

21 An autem † oporteat enuntiari ſaltẽ ſolemp nitates adhibitas fuiſſe in inſtrumento alienationis vt præſumptioni predictæ ſit locus, non eſt certum inter dd. Rot. enim Roma. apud Achil. de Graſ. deciſ. 199. tenet, & *declaratum* dicit † quod ſic, & colliges plenè ex traditis in propoſito per Meno. allega. præſump. 132. à nume. 36. lib. 3. idẽ etiã videtur probare Felin. in .c. quoniam contra, num. 37. de proba. Alcia. præſump. 10. reg. 4 & plures, quos allegat Maſcar. allega. conclu. 1317. nume. 34. Meno. allega. præſump. 132. nume. 79. lib. 3. Caual. deciſ. 46. nu. 22. & 215. Caro. de loca. & conduc. tit. de reb. Eccl. non alien. nume. 8. & Redoa. q. 39. nume. 25. quibus adde Mathe. de Afflic. deciſ. 107. nu. 5. & deciſ. 368. Thom. Gram. deciſ. 79. nume. 21.

†† vbi *deciſiones* Senatuum, quatenus volunt tũc tantùm præſumi ſolempnitates, quãdo de alienatione non conſtat per publicum inſtrumentum, ſi enim (inquiunt) illud oſtenderetur, & in eo non apparerent ſolempnitates, tunc non fore locum volunt præſumptioni, eo ducti argumento quòd tunc ſimus in claris quòd non interceſſerint ſolempnitates, & ſic non ſit locus præſumptioni. Alij tenent quòd ſiue enuncientur ſolempnitates, ſiue non, & ſiue appareat de alienatione per inſtrumentum publicũ ſiue non, ſemper ſit locus præſumptioni ex antiquitate temporis reſultanti, Alex. conſ. 89. circa. 1. nume 9. lib. 1. Craue. d. part. 3. de antiquitate temp. nume. 27. plures ad idem allegãtur apud Redoa. q. 39. quibus adde Ant. Gam. deciſ. 49. nume. 3. vbi expreſſiſſimè noſtrum in
† tentum probat, & ita in Senatu Luſitano *concluſum* affirmat, & deciſ. 83. nume. 2. vbi dicit
† fuiſſe in eo Sena. Portugal. *deciſum* quòd quãuis in inſtrumento non enuncientur ſolempnitates, & ſic ex eius inſpectione conſtet eas nõ interueniſſe, ſit tamen nihilominus locus præſumptioni, quia potuerunt adhiberi in alio papyro, vel charta, idẽ videtur tenere Capi. dec.
† 16. num. 1. vbi *deciſione* Sena. Neapol.

Indè, vt opinor, ſumpta ocaſione Caſtren. Craue. Lambe. Tiraquel. & Cepha. quos refert Maſcar. allega. conclu. 1317. nume. 36. dicunt hanc vltimam opinionem procedere quando ſolempnitas potuit aliàs ante, vel poſt contractum interuenire.

Iſdem autem Craue. vbi ſupra nume. 27. conſiliando ſupra dictas opiniones tenet tunc demum ex inſtrumenti productione, in quo non apparet de ſolempnitatibus, dici debere non eſſe locum præſumptioni quando in eo enunciatur ſolẽpnitas, quę ex eodem inſtrumẽtra apparet minùs legitima, vel etiam enuncia tur non interueniſſe, ſi tamen producatur inſtrumentum, in quo de ſolẽpnitatibus per verba narratiua tantùm fiat mẽtio, & de eis aliter non conſtet, vel etiam nulla de eis mentio fiat, tunc dicit ſemper locum fore præſumptioni, adhæret huic opinioni Alex. Rauden. de analo. c. 38. nu. 140.

Difficile tamen ego multùm exiſtimo quomodò quis poſſit induci ad credendum quòd ſi appareat inſtrumẽtum, in quo nulla fiat mentio de ſolempnitatibus, poſſint, vel debeant illæ præſumi, præſumptio enim eſt ratiocinatio ſumpta à veriſimili, ex Bal. in rub. de proba. imò appellatur veriſimilitudo, c. conſtitutis 1. ibi *quia veriſimile non videtur*, de teſtib. Maſcar. de proba. tom. 1. q. 10. nume. 13. & 15. vndè in omni eo, quod veriſimile non erit, non poterit cadere præſumptio nemo autem dicere cũ

ratio-

ratione posse videtur verisimile esse quòd fuerint in alienatione rei Ecclesiasticæ seruatæ solempnitates quando saltem in instrumento illius non fuerint enunciatæ, & sit de iure per aliquam aliam præsumptionem potiorem præsumptione solempnitatis ex antiquitate temporis inducta, ea eliditur iuxta doctrinam Mascar. in sæpé allega. conclu. 1317. nume. 35. post Craue. vbi superiùs nume. 30. quod ex proposito generaliter in omni materia quomodo procedat, explicat Meno. de præsump. lib. 1. q. 30. per tot. certè per hanc, quòd non sit verisimile solempnitates non enunciatas in instrumento interfuisse in alienatione, videtur debere omninò iudicari elisa.

In primo casu nostri Senatus, de quo suprà, non erat enunciatum quòd intercessissent solépnitates, imò dicebatur in alienatione quòd actus fiebat sic vt interueniret postea, & accederet ei auctoritas et consensus magni Rodensis Magistri, quam tamen, & quem non constabat interuenisse, & tamen Senatus *existimauit* sufficere præsumptionẽ solempnitatũ ex tãti temporis lapsu, & audiui ego à quodam ex clarissimis Senatoribus eos habuisse pro constãti quòd siue enunciarentur, siue non, solempnitates prædictæ, semper locus esset præsumptioni ex antiquitate temporis, solũ inquiebat dubium apud eos fuisse quod tempus requireretur ad id, & valdè periculosam existimasse opinionem eorum, qui 30. vel 40. annorum spatiũ ad id sufficere arbitrabantur.

Rot. etiam Roma. idem pluriès *declaranit*, vti apparet ex Put. decis. 365. nume. 2. part. 2. & comprobãt plures decisiones eiusdem Rot. manuscriptæ, authenticæ tamen, quæ sunt exhibitæ in causa fratris Raymundi Olmera contra Mathe. Boteller. Dertuzen. ad relationẽ egreg. Sena. Ioan. Magarola vertenti, scriba Cottell, vbi pluribus hanc reperies opinionem confirmatam, quòd scilicet ad hanc præsumptionem inducendam non sit necessaria enuntiatio solẽpniratuum, & ibi refferuntur qui communẽ appellant opinionem, tu benè considera quid videbitur iustius.

Quando autem, & in quibus casibus nullo modo locus detur huiusmodi solempnitatũ præsumptionibus docet Cassanate cons. 44. à nu. 116. cum sequent.

In casibus autem, in quibus præsumuntur solempnitates non est adhuc propterea omnino tutus is, qui rem Ecclesiæ acquisiuit, competit enim Ecclesiæ beneficium restitutionis in integrum aduersus dictam præsumptionem, pronũ ex Rui. cons. 68. vol. 1 & Hiero. Gab. cons. 36. nume. 53. vol. 1. docet Fran. Viui. decis. 534. nume. 39. lib. 4.

Notemus 6. causas legitimas alienãdi, sine quibus diximus non posse fieri alienationem rei Ecclesiæ, quatuor de iure reperiri statutas, vel necessitatis, vt si aliquod debitum Ecclesiæ vrgeat, & sit necesse alienare pro illo soluendo auctẽ. hoc ius potrectum C. de Sacrosan. Eccles. c. sicut Io. 2. 12. q. 2. vel pietatis, vt in redẽptionem Captiuorum, vel alimoniam pauperũ, c. sacrorum. c. aurum, eisdem caus. & quæstione, l. sancimus C. de Sacrosan. Eccles. vel euidentis vtilitatis, c. sine exceptione, 12. q. 2. c. tua, de his, quæ fiunt à præla. vel deniq. incommoditatis, vel minoris vtilitatis, c terrulas 12. q. 2. cum simil. quamuis hęc causa eadem videatur esse cum proximiori. Circa hæc cordi non est plutibus insistere cum in eis multum temporis contriuerint Redoa. in sæpè allega. tracta. de reb. Eccles. non alien. q. 19. cum sequen. & ibi Per. Antho. de Petta in addi. Mathe. in scholio ad sæpè allega. motum proprium Paul. 4. in vol. mot. prop. & addit. ad Guid. Pap. decis. 149. in litera B. Maran. de multi. aliena. nu. 4.

Præter has alienandi causas, alias etiam dicunt doctores fore legitimas, propter quas alienatio sustineatur, veluti inundationis periculũ Angel. in l. non solùm de peti. hered. Simõsel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspec. 12. nume. 80. Alex. Rauden. in sæpè allega. resp. 17. part. 3. nume. 11. vol. 1. respons. Item si res Eccle. sit longè sita, ita vt commodè frui non possit, §. sin autẽ annuale legatum, in aucten. de Eccles. tit. col. 9. Moli. de primo. Hispa. lib. 4. c. 4. nume. 17. Alias 56. causas iustæ alienationis (vt nos breuitati, referendo tantùm, studeamus) adducit Canop. in extrauagan. ambitioſç, & alias Seraphy. de priuileg. iuram. priuileg. 52. alias adducit auctor voluminis communium opinionum tom. 1. loco 1. tit. 4. c. 2. & alias Maran. vbi superiùs nu. 4. cum sequent. si tamen hæ omnes causę attẽtiùs considerentur videbimus omnes ad quatuor suprà relatas reduci, prouti animaduertit, ante nos, prælega. addit. ad Guid. Pap. decis. 149. in litera B.

Et hęc ex ea quidem regula robur accipiũt, ac vires, qua docemur alienationis vno actu permisso & alium illi similem eiusdem effectus, vel melioris permissum etiam censeri, ita Bar. per illum tex. in l. sicut §. sed si permiserit ff in quib. caus. pig. vel hypot. taci. contra. nu. 1. ita in simili calu ad propositum argumẽtatur Moli. de primoge. Hispa. lib. 4. c. 5. nu. 19. non secùs atqui solemus dicere quòd nedum propter illas vndecim causas assignatas ab Imper. in §. aliud quoq. capitulum in aucten. vt cum de appell. cognos. col. 8. licet parentibus filios exhæredare, sed propter alias etiam consimiles, & grauiores, argum. tex. in c. 19. porrò, quæ sit prima causa benefi. amit. in vsib. feud. & l. fi. in certa glo. ordin. C. de reuo. dona. Dida. in c. Raynun.

nun.nu.16.de testam.Iul. Clar.in § testamentũ, q.41.nu.2.Antho.Gom.tom.1.var.c.11.nu.2.Ferdin.Vasq.de exempla. substi.lib.2.§.17.nu.101.

* inter communes opiniones hęc refertur, quã tractamus,in vol.com. opin.com.3. loco 7.tit. 13.c.21. quot, & quibus caus. filius exhæredari potest per tot. vbi ad saturitatem vsq. videbis materiam hanc enucleatam.

29 Notamus 7.† solempnitates, quæ requiruntur, vt superiùs diximus, in huiusmodi alienationibus,plures esse, veluti tractatus inter alienantes habendus nunquid Ecclesiæ expediat alienatio,vel non, & in quo consistat vtilitas, auctoritas Superioris,consensus totius Capituli, & Clericorum, & subscriptio ipsorum Clericotum de Capitulo, de quibus, quia latissimè agunt Caual.in allega.decis.45.& 46.Rauden.in cita.resp.17.lib.1. Rolan.cons. 15. vol.1. Mathe. cum his,quos laudat, in additio. ad mot.prop. Pau.4.Auenda.de exequen.manda.reg. Hispa. part.1.c.4. à nume.34. cum sequent. vbi explicat extrauagan.ambitiosæ vulgò Paulinam nũcupatam,in tit.de reb.Ecclesiæ non alien. in extrauagan.com.collocatam, Dida.lib.2.var.c.17. Rober. Maran.in tract. de multip. aliena.nu.8. & omnium fusissimè Guiller. Redoa. in proprio tract. de reb. Ecclesiæ non alienan. q.24. cum multis sequent.ideò nos, ne actum agere dicamur, consultò hanc tractationem omittimus. Aduertimus tamen Ioan. Castillo Soto major in tract.de vsufruc.lib.1.c.54. per totum, latè solempnitates has prosequutum fuisse, adeò vt ad eum recurrere debeat lector pro huius rei resolutione habenda:fiet enim sic quòd vel ex his, quæ ipse docet, vel ex doctoribus, quos allegat, certa, & secura resolutio habeatur.

30 Notamus 8.†qnód in casibus, in quibus est nulliter facta alienatio, putà ob defectum legitimę causæ,vel solempnitatuum,potest idem Prælatus, qui eam fecit, contra factum suum venire,etiam si illud iurasset,c. si quis præsbiterorũ,iuncta ibi glo.verbo,*alienator*,de reb. Ecclesię non alienan.& ibi Abbas, & doctores,c. 2.eo.tit.in 6.c.peruenit j.de iure iur.Hostien.in sumn.a tit.ne Sede vaccan. § 1. Bar. in l. iubemus nulli, §. si sanè hæc,nu. 10. C.de sacrosan. Eccles. Dec.in cons. 174. in fi. Fran. de Are.in cons.113.col.2.Nicol.de Mil.in suo reper.verbo *Prælatus*, Rober. Maran.in tract.de multip.aliena.nu.12.Redoa.q.29.nu.9.isdem Redoa.q.76. c.2.numer.10. cum capitibus sequent. Francis. Mar.decis. 43.nu.2. & 4.in 1. part. qui alios ca-

31 sus similes explicat, & hoc† procedit nedum quando Ecclesiæ non potest consuli per alium veluti quando non posset ei dari curator, vel œconomus,vel alius, qui nomine Ecclesiæ ageret, vt tenet glo. in hoc tantùm casu in d. c.si quis Præsbiterorum,verbo,*alienator*, et Innoc. in c.cum venissent,de insti.& c. peruenit de iu. iur.sed & quando aliàs posset Ecclesiæ consuli,

* vt tenent Abbas.nu.7.& communiter dd.in allega.c.si quis Præsbiterorum,& Fran. Mar.vbi suprà.

32 Ratio† est quia huiusmodi iuramentũ nullo modo obligat iurantem, nam periurium potiùs est dicendum, quàm iuramentum, c.2. de reb. Ecclesiæ alien. in 6.not. Abba. in suprà allega.c. si quis præsbiterorum, de reb.Ecclesiæ

33 non alien. adeò† vt nec sit necessaria absolutio etiam ad effectum agendi,quia ea præsuppone ret ligamen,& obligationem,sicut priuatio habitum,quæ nõ sunt in iuramento in alienatione rei Ecclesiæ præstito, exsupradictis.Difficilis† tamen est tex.in c.peruenit j. de iu. iur.quo

34 loci petita fuit iuramenti absolutio, & relaxatio pro recuperandis rebus Ecclesiæ,quas Prælatus iurauerat se non repetiturum.Respondetur tamen ex interprætationibus glo.ibi,verbo,

* *absoluimus*, communiorem, & veriorem esse, quæ omnimodam difficultatem diluit, quòd in eo tex.non fuit Prelatus absolutus à iuramẽti vinculo, quia nullum erat, sed ad cautelam à temporis schandalo, in principio enim nascentis Ecclesiæ tanta erat Ecclesiasticæ disciplinæ obseruatio vt à iuramentis etiam illicitis absolutio peteretur, c.1.cum sequent. 22. q. 4.& c. cum quidam, de iu. iur. ne vulgò putarent homines schandalum esse, eademq. ratione, non necessitate vinculi, sed temporis,& eius schandali, dixit Grego.in tex. quem explicamus, *quẽ tamen absoluimus*, aliàs enim indigna Gregotiõ essent verba, quæ sequuntur, *quia nefandissima coactione iurauit*, improprium enim esset nefandissimum iuramentum Episcopũ obligare, ita affirmandum est nullum fuisse, nullaq. eguisse absolutione,sicuti antea non obscurè significauerat idem Pontifex,*asserentes ipsum Episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse constringi.*

35 Intellige† tamen sanè supradicta procedere quando Prælatus ageret nomine Ecclesiæ, & pro illius interesse tantúm, tũc enim posset nõ obstante iuramento, & sine illius absolutione agere ad recuperationem rei alienatæ,secus verò est quoad ipsius Prælati interesse, quem iuramentum obligat ad standum contractui, teneturq.propterea ipse de vita sua ad illius obseruationem,vt declarant omnes in locis suprà citatis, signanter Abb.in d. c. cum venissent nu. 14.probat pulchra Sacrosancti Cons. Tridenti. disposit.c. 4. sess.6. & c.6. sess. 25. de reforma. & decisiones Mohed.250.& Cęsa.de Graff.88. &

36 89.quę super eo Cõsilij decreto factæ extitere. Benè † verũ est quòd si Prelatus intenderet agere pro suo interesse ad recissionem contractus

tus vt non teneretur etiã de vita sua, putà quia adesset in eo enormissima læsio, vel aliqua alia causa recisioni locum faciens, posset quidẽ id facere, ceterùm tenetur priùs absolutionem, & relaxationem iuramenti obtinere, ne in periurium incideret, sicuti quilibet alius (non enim est nouum teneri Prælatos ad obseruantiam iuramenti, c. cum venissent, de iusti. immò & isdem ipse summus Pontifex, c. quanto
37 de iu. iur. cum ipsum † sit de iure diuino, c. & si
38 Christus, eo. tit. nec † etiam nouum Prælatum, etiam si sit Episcopus, incidere in periurium contraueniendo iuramento Feli. in c. dilecto 42
nu. 18 de proba. pulchrè Cæs. de Gras. in allega. decis. 88.) Hæc notoria sunt quàm debeant aliter à nobis explicari, nec debet Prælatus, postquam in obseruatione iuramenti, & in periurio non est magis priuilegiatus, quàm alij priuati, in hoc esse illis deterioris conditionis, quòd obtenta absolutione iuramenti nõ posset, sicut ipsi, in casibus de iure permissis agere ad recisionem contractus à se celebrati, pulchra in proposito glo. in c. peruenit, de iu. iur. 43
verbo, *rebus suis*.

Legi, multò post hæc scripta, Nicola. Garcia de benef. part. 2. c. 2. à nu. 43. cum sequent. qui videtur velle quòd non solùm pro Ecclesia, sed etiam pro se ipso possit alienans contraue-
nire non obstante iuramento, cum vide, & ad- 47
uerte an ex adductis per ipsum debeas à nostra opinione recedere: nos enim solũ veritatem inquirimus, & vndecunq. veniat, amplexabimur libenter.

39 Nottamus † nonò quòd si Prælatus in initio suscepti regiminis iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, est dubium an tunc possit alienare in casibus à iure permissis, & expressis, & an fiat periurus si alienauerit, quod quia latè tractant Abb. in c. vt super de reb. Eccles. non alien. & in c. fi. eo. tit. Dida. lib. 2. var. c. 16. nu. 2. Redoa. q. 9. num. 7. cum sequen. q. 51. c. 1. num. 14. & plenius q. 55. per tot. Alex. Rauden. in sæpè allega. resp. 17. in 1. part. 45
nu. 232. vol. 1. Bened. Canophi. in repeti. extrauagan. ambitiosæ nu. 85. de reb. Eccle. nõ alie. 46
& fusissimè, post omnes, Iuan. Gutier. de iura. cõfir pa. 1. c. 52. per tot. nos ne actũ agere videamur, hãc disputationẽ ð industria omittimus.

40 Hoc † solum vnum aduertentes quòd ex 47
quo istud iuramentum est necessarium quodammodo, & præstari cõsuetum, præsumitur semper præstitum à Prælatis, & inferioribus beneficiatis in allecutione dignitatis, vel benefi-
† cij, prouti latè *ex decis.* Rot. & alijs cõfirmat Redoa. d. q. 55. nu. 4. Nauar. ð alie. rer. Eccle. nu. 12.

Notta † decimò vt hoc saltẽ vnicum verbũ
41 proferamus in fauorem nobilissimæ Benedictinæ Religionis, cui incredibilibus meritis me obstrictum sentio, nec diffiteor: fum etenim eius multis ab hinc annis aduocatus, & assessor ordinarius stipendiatus, ac Prælatorũ, & monasteriorum eius ordinis maiori ex parte conductus aduocatus; habeo etiam in eadẽ religione Abbates duos maxima mecum cognatione coniunctos, à quibus quantum beneficij receperim, quantumque recipiam indies, non est hic locus, quòd velim, nec debeam omnibus patefacere) quòd religio Benedictina in duobus præsertim censetur, præter alias religiones, & Ecclesias, circa huiusmodi alienationes priuilegiata, ac imprimis † circa tractatus, qui fieri debet inter alienantes num Ecclesiæ expediat alienationẽ facere nec ne, licèt enim regulariter sufficere dicatur vnicus tractatus, nõ plures, prouti tenẽt omnes, qui ð his egerũt & docet Redoa q. 25 nu. 28. & ibi addit. Petræ, in alienationibus tamen rerum, & bonorum Benedictinæ religionis non sufficit vnicus tractatus, sed duo requiruntur duorum dierũ interpollatorum, vt præcipit Bened. Pap. 12. & habetur in consti. Benedi. impræsiis (quas † in huiusmodi causis posse allegari pro iure, docet Feli. in c. ex parte col. 17. verli. de diuersorum librorũ, extra de rescrip. cum alijs latè relatis per Cel. Hugo conf. 54. nu. 12.) c. 9. rub. de mutu. ac vendi. silua. refert Rebuf. in cõpẽ. alie. rer. Eccle. nu. 82. Redoa. in alle. q. 25. num. 29. Rimin. Iun. conf. 77. nu. 3. lib. 1 Alex. Rauden. cita. respon. 17. par. 6. num. 14. Thom. Gram. decis. 79. num. 8. cum multis, quos ipsi allegant.

44 Aliud † speciale, quod habet nobilis Benedictina Religio, est quòd licèt in superioribus hac eadem 4. par. glo. 13. nu. 1. dixerimus in alienationibus rei Ecclesiæ non requiri de necessitate auctoritatem Papæ, sed sufficere auctoritatem legitimi Superioris, nihilominus in rebus, & bonis dictę Religionis alienandis necessaria est summi Pontificis auctoritas, prouti habetur in eisdem Benedicti. ca. 1. de forma iurã. à Præla. præst. & refert Redoa. vbi proximè.

Nec † id mirum, cum ferè omnia eiusmodi religionis monasteria, ex particulari Sedis Apostolicæ gratia, exempta dicantur, in quibus † legitimus Superior, qui debet ponere auctoritatẽ, est Romanus Pontifex, glo. in clem. 1. verbo *propriij*, ð reb. Eccl. nõ alie. Afflic. dec. 107. nu. 7.

47 Nota † vndecimò quòd si per eum in quẽ facta fuit alienatio, vel eius successorẽ allegetur antiqua possessio, & præscriptio rei alienatę, multa cõtra eã opponi poterũt, primò si simul cũ ea allegetur titulus alienationis vicios*, & in officios* ex defectu causarũ, vel solẽpnitatũ quę cõstet dictæ possessioni, & præscriptioni dedisse initiũ & causã, tũc oponi poterit ꝙ ea possessio, & præscrip. quãtumuis immemorialis, non est legitima, nec aliquid operatur

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sed imò corruit, & destruitur ex tali titulo vi-
48 cioso, in quo fundatur, quia † non potuit dare causam præscribendi, imò constituit semper præscribentem *in* mala fide, docent pulchrè Craue. de antiqui. temp. 4. part. §. materia singularitatis n. 1. versi. *primus casus*, cum seq. Moli. de primog. Hispa. lib. 2. c. 6. num. 65. cum sequent. Dida. in reg. possessor 2. part. §. 3. num. 7. in fi. & §. 8. nu. 4. Mascar. de prob. conclu. 1372. numer. 63. cum simil. Rot. in nouis decis. 257. & Achil. de Gras. decis. 267. nu. 2. vbi de dua-
†† bus Rot. in proposito *decisionibus* attestatur. Alia duo exemplaria reperi fuisse in consistorio Baiuliæ Generalis, cum conclusione tamẽ nostri Senatus; referente egregio olim Senatore Antho. Oliba, facta de anno 1596. in causa Petri Portella, & fisci procuratoris contra Stephanum Ribes, & alios villæ Turricellæ de Montegrino, & rursus in causa eorundem agẽtium contra N. Tarasco, vidi conclusiones in archiuo regio, in quibus quidem causis fuerũt condempnati dicti Ribes, & Tarasco ad soluendum quæ ab eis petebantur iura regalia, non obstante allegata, & probata immemoriali consuetudine in vim cuiusdam regij priuilegij in contrarium inuiolabiliter obseruata, ex quo cõstitit de titulo inofficioso, qui dederat causam consuetudini, & præscriptioni, quia videlicet in dicto priuilegio non erat expressus casus, de quo agebatur in dicta causa, sed alius diuersus.

49 Quod autẽ † titulus iste, de quo agimus defectuosus in solempnitatibus, & causis sit ex his, qui præscriptioni causam dare non possũt, tenet expressè Moli. præter alios, vbi suprà nu. 68. versicu. *cæterum*, vndè isto casu ei qui sola temporis antiquitate causam deffendere posset, consulendum foret ne titulos produceret, ne ex eorum vitio, seu solẽpnitatis defectu vir tus etiam immemorialis præscriptionis, quam allegaret, elideretur, prouti Ioan. de Milis cõsulit in suo reperto. in litera P. verbo, *præscribere volenti non obstat error iuris* cum alijs, quos ref
50 fert: si tamen † id (ego addo) sine conscientię discrimine fieri posset, quando enim talis titulus causam efficit iniustam clientis, cõsulendũ ei proculdubio est vel quòd liti cedat, vel in strumentum in iuditio exhibeat, vel aliàs propriam conscientiam exoneret, ita Moli. vbi suprà nu. 75. & 76. posset autem consilium prędictam tunc dari, & sequi quando titulus ipse causam producentis non omninò iniustam, arq. improbatam, sed solum ex certa, & iusta dubiam efficeret, tunc enim is, qui ex sola immemoriali præscriptione iustitiam fouet, nec ex titulo in mala fide constituitur, non tenetur illud in iuditio, vt causam alioqui tutiss. simam, dubiam forsan, arq. difficilem reddat, producere, pulchrè hæc omnia declarat vbi superiùs Molin. omninò videndus.

De his reperi, multò post hæc scripta, egisse nostrum Cancer. lib. 3. varia. cap. 3. de priui. nu. 124. cum sequent. vbi optimè declarat.

51 Quorũ † occasione expedit vt hoc loco animaduertamus id, in quo multos quotidie peccare videmus, quòd quemadmodum quando ego habeo titulum inofficiosum, qui dedit causam possessioni, & præscriptioni, non possum sola possessione, vel præscriptione in conscientia me deffendere, sed teneor vel titulum allegare, vel liti cedere, sic contingit in remedijs possessorijs vt non possim modo aliquo eis iuuari si scio me habere deffectum proprietatis, & ideò solet communiter dici possessoria remedia esse periculosa in conscientia, quia si adest deffectus propietatis non possunt in cõsciencia sine reatu peccati intẽtari, vt benè probat Sarmien. Selectar. interpręt. lib. 2. cap. 13. nu. 5. & 6. Ioan. Gutier. cons. 6. nu. 12. & Hiero. Gonsalez in regu. cancellar. 8. de mensib. & altern. glo. 15. §. 1. nu. 9. Sed quis est ex nobis, qui causas in foro deffendimus, qui ad hęc attendat? quis qui hæc obseruet? vix est vnus ex mille, sed hæc omittamus, ipsi viderint quã seuerã, & rigidam sumet de eis Deus rationem cum cõueniet nos omnes ante tribunal ipsi° cõparere.

52 Aduerte † tamen circa supradicta quòd Antho. Fab. in suo C. lib. 7. tit. 13. de præscrip. 30. & 40. annor. deffini. 2. in 2. tom. differentiam facit inter præscriptionem immemorialem, & cẽtenariam, dicens quòd illa ex titulo vitioso nõ corruat, nec materia hæc in eam præscriptionem cadat, cum immemoriale (inquit) tempus futurum non sit, si ponas malæ fidei, quæ ab initio interuenit, memoriam aliquam constare: centenaria verò corruat, & in eam optimè cadat materia, cum de principio illius non sit absurdum dicere posse constare, per quę vides qualiter Faber reprehendat, ac increpet tacitè ignorantiæ eos, qui loquẽtes de nullitate præscriptionis ob reperturam tituli vitiosi, materiam volunt immemoriali præscriptioni accõmodare, sed an rectè, tuum esto iuditium, doctores enim loquuntur de præscriptione, quę reputabatur communiter immemorialis non ignorantes quòd postea, apparẽte titulo vitioso, perdit vim immemorialis, imò ideſt, quod dicunt corruere eam ex titulo vitioso.

53 Sed mirum † est quòd in nostra Cathalonia doctrina superiùs tradita de destructione præscriptionis etiam immemorialis ex repertura tituli vitiosi, qui illi causam dedit, admittatur, & admiti possit, cum id, vt dictum in superioribus fuit, fundetur in eo quòd per huiusmodi titulum vitiosum constitutus à principio fuerit possidens in mala fide, quæ

ei in

& in Cathalonia non nocet, iux. vulgatis. vſati. omnes cauſæ &c. ſolùm enim inſpicitur an res ſit præſcriptibilis, vel non: ſi enim talis eſt, ſicut non obſtat mala fides, ſic nec titulus nullus, nec titulus vitioſus, qui malam fidem conſtituunt, cogita benè, & vide ſi ex traditis per Cancer. in 3. par. var. c. 3. de priui. numer. 127. ſatisfieri poteris.

54 Poteſt ſecundò † aduerſus eandem præſcriptionem opponi quòd ea non potuerit inchoari, nec currere durante vita Prælati, qui alienationem fecit, imò illud omne à præſcriptione ſubducendum eſt, c. poſt quingentos §. item ſi de rebus, & c. ſequenti 16. q. 3. Guid. Pap. deciſ. 150. & ibi additio Mathei, Rebuff. in compend. aliena. numer. 36. Caualca. deciſ. 45. nu. 59. cum ſequent. & deciſ. 46. numer. 94. cum multis alijs, Baret. conſ. 111. numer. 14. ita † *declarauit* Senatus de anno 1594. 1. Iunij in cauſa Petri Soler contra vniuerſitatem de Guimera ad relationem Ioannis Sabater tunc regij huius Senatus Senatoris, poſtea verò in ſupremo Aragonum conſilio Regentis, actuario Benedicto Sacares, quæ fuit deindè in alia aula ad relationem egregij quondam Senatoris Pauli Regas confirmata. Idem etiam poſtea † *declarauit* Senatus ſub die 20. Maij 1609. in cauſa eiuſdem Petri Soler, contra viduam Claris ad relationem ægregij etiam Senatoris Hieronymi Senjuſt, actuario Iacobo Agramunt, vertenti, in quibus duabus cauſis non ſuffragati debitori cenſus, vel cenſualis, poſſeſſionem ſolutionis minoris penſionis, quàm in titulo originalis creationis conſtituta eſſet per quinquaginta annos, & vltra continuatam, fuit declaratum, ex eo quòd detrahenda foret vita illius, qui primò monſtrabatur recepiſſe penſiones diminuatas, quaſi ille eſſet alienans, & pro tali iudicaretur, cuius propterea vita durante dictum fuit non potuiſſe incipere, vel currere præſcriptionem. Aduerto tamen quòd in dicta cauſa viduę Claris hunc modum computandi noluerat Senatus in cauſa primitiua in aula Regentis Cancellariam vertenti (hæc enim erat ſecunda inſtantia) facere, ſed ſimpliciter ſilentium fore imponendum beneficiato conſueuerat propter allegatam quinquaginta annorum, & vltra, præſcriptionẽ: pendet nunc in tertia inſtantia cauſa in tertia aula ad relationem egregij Senatoris Laurentij Iouer, neſcio quid egregijs illis viris placiturum ſit.

55 Et hoc † caſu cum præſcriptio, quæ allegatur, incipiat currere, vt dictum eſt, poſt mortem alienantis, debet allegans præſcriptionem præciſè probare, quòd videlicet à morte prædicta vſque tunc decurriſſet tempus legitimum ad præſcribendum, & ſic probare extrema præſcriptionis, initium ſcilicet, & finem, benè Craue. in conſ. 201. numer. 32. atque ita † *declarauit* expreſſis verbis Senatus in cauſa primò relata.

56 Sed aduerte † quòd Iacobus Ferrer, qui nouiſſimè, multò poſt hęc ſcripta, additiones edidit in deciſ. Guid. Pap. in deciſ. 150. ſuperiùs allegata dicit illud de ſubducenda vita Prælati malè alienantis à tempore præſcriptionis lapſo, intelligendũ fore quando alienatio deplorata eſt, quod eſt quando interuenit læſio enormis, & ſine ſolempnitate, vel quando Prælatus fuit diſſipator ſolitus negligere, & diſpendere iura Eccleſiæ, aliàs (inquit) intra quadriennium à tẽpore contractus peti debet reſtitutio in integrum, & currit viuente Prælato, ad quod allegat Moline. ad Alex. in conſ. 9. vol. 3. in fin. littera B. qui egregiè idem eiſdem verbis dicit, & alios allegat, quibus id probet.

57 Deducendum † inſuper erit à tempore præſcriptionis tempus vacationis Eccleſiæ, ſi aliquo tempore vacauit, quo durante non poteſt currere præſcriptio, cum non valuerit Eccleſia agere, Bar. in l. naturaliter, numer. 34. de vſucap. Caualca. vbi ſuprà, Franc. Balb. de præſcrip. 2. part. 6. partis principa. num. 7.

58 Idem † propter eandem rationem dicendũ videtur de tempore, quo Eccleſia fuit commendata, maximè ſi Commendatarius, ſicuti regulariter fit, in ea non reſiderit, tunc enim eo tempore durante cẽſetur Eccleſia vacare,

59 adeò †, vt ſi cum vacaret per mortem prælati, fuit data in comendam, mortuo Comendatario non dicitur vacare per illius mortem, ſed per mortem prælati prædeceſſoris. Item † quia

60 Cõmendatarius non dicitur Prælatus, vt hæc omnia pulchrè probat additio ad Guid. Pap. deciſ. 152. Capi. deciſ. 3. viden. Anth. Fab. in ſuo C. lib. 1. tit. 1. deffi. 10. vbi per tot. de hoc agit, & pulchras rationes adducit, propter quas ſit tẽpus commendę de præſcriptione ſubducẽdũ.

61 Et licèt † contrarium teneat Guid. Pap. in allega. deciſ. is tamen non eſt intelligendus ſaltem in Cõmendatarijs nõ reſidentibus, qui nihil minùs curant, quàm Eccleſię vtilitatem, & commodum, vti pulchrè contra eos exclamat Ruzeus in tracta. de cõmen. q. 4. relatus per Rebuff. in prax. beneficia. tit. de cõmenda nu. 66.

62 Vnde † locum forſan habere poſſet regula, idẽ eſſe non habere Prælatum, & Prælatũ habere inutilem, de qua Balb. de præſcrip. in 1. par. 6. par. principa. nu. 7. benè in propoſito loquens & latiùs per Iadoc. Damhaud. in enchyri. par. & ſimil. ver. *Eccleſiæ Prælatus*, fusè de regula, paria ſunt non eſſe, & inutilẽ eſſe, eam ad deciſionem multorũ caſuum particulariũ accõmodans Vinc. Carros. deciſ. ſeu caſu 106. per tot.

Vndè ego in proposito consulerem quòd articulatetur de commenda, ac non residentia simul cum dilapidatione, & mala, vel saltem nō diligenti, a dministratione ipsius Commendatarij, & tunc, si id probaretur, existimarem fieri non posse quòd per æquum, & iustum iudicem id tempus non deduceretur de præscriptione, ex supradictis, & signanter ex his, quæ tradit Balb. vbi superiùs.

63 Et denique† ex eadem ratione deducenda sunt tempora belli, & pestis, si quæ viguerunt intra tempora præscriptionis, Bar. in l. naturaliter numer. 22. & 23. de vsucap. Rolan. à Valle. consil. 80. numer. 38. & 41. vol. 1. Euerar. in consil. 61 per tot. Iadoc. Damhau. in enchyr. par. & simil. ver. *pestis*, plenè Rippa in tracta. de peste tit. de priui. contra .cauf. pest. à numer. 151. cum sequen. & Balb. vbi suprà d. 2. par. 6. par. principal.

Plura alia sunt, quę de iure faciunt dormire præscriptionem, quæ nobis, tractatum particularem de præscriptionibus non facientibus, cordi non est latiùs explicare, videantur pœnes doctores suprà citatos, & signanter apud Balb. loco superiùs allegato.

64 Alex. tamen† Rauden. qui totis viribus conatur defendere Emphyteotas contra Ecclesiam in allega. respon. 17. par. 2. à numer. 10. & rursus à numer. 37. plura excogitauit, quibus supradictis res ponderet, & signanter dicens ea non procedere in terminis temporis immemorialis, in quo si non vno, saltem alio mense, vel anno agi potuerit. Item†

65 quando non probatur Ecclesiam litem paratam habuisse ad mouendum, & propter dicta impedimenta non potuisse, & alia his similia adducit, quæ nos ingenioso lectori scrutanda relinquimus, vt cum se se obtulerit ocasio, possit iudicare, & consulere quod sibi iustius, & firmius videbitur.

66 Eoin† omni casu quòd aduersus dictam præscriptionem Ecclesiæ concedatur restitutio in integrum propter læsionem sibi indè resultantem, & contingentem intra quadriennium post ipsam completam, & aliquando post, latissimè in superioribus hac ead. clau. glo. 12. à numer. 38. cum sequent. & numer. 88. extitit pluribus disputatum, & resolutum.

67 Nota 12. †varias fuisse per Summos Pontifices diuersis temporibus motu proprio factas constitutiones pro huiusmodi rerum Ecclesiæ alienatarū recuperatione, quas in bullario, siue volumine motuum propriorum facili negotio reperies, quasq. ad literam refert, & scripsit Redoa. in calce sui operis de reb. ecclesiæ non alienan. circa†

68 quas ego hoc vnum notandum, ac animaduertendum duxi, in quo plures de meo tempore vidi errare allegantes in fauorem Ecclesiæ motum proprium Pau. 4 prid. Idus Iulij 1555. anno primo iui Ponti. factum, quo districtissimè procedendum mandat Pontifex contra eos, in quos factæ extiterant alienationes pro rerum alienatarum recuperatione, nullam vix faciens differentiam inter eas, quæ ex causa necessaria, vel vtili, & illas, quę ex voluntaria causa factæ forent, quæq. Ecclesiæ damnosæ essent, nullamq. admitens, quantumuis longam, temporis præscriptionem, & alia disponens in fauorem Ecclesiæ, per quæ vix vlla secura poterat iudicari alienatio, Aduerto (inquam) constitutionem prædictam correctam postea fuisse per Pium 4. alia constitutione dat. Romæ 3. Idus Septembris anno sui Pontificatus primo, ac redactam quodammodo ad terminos iuris communis tanquam nimis rigurosam, prouti talem postea appellat idem Pontifex alia cum constitutione dat. Romę 5. Cal. Iunij 1565. ac proindè non potest nunc in similibus causis allegari, hęc in ea Ecclesiæ iustitia fundati.

Et licèt videatur postea per eund. Pont. prædicta cum constitutione 5. Cal. Iunij 1565. quodammodo innouata suprà relata Pau. 4. constitutio, id tamen factum fuit in alienationibus tantùm rerum Ecclesiæ Romanæ Sedis, & Cameræ apostolicæ, de quibus loquitur ea constitutio, non quoad alias Ecclesias.

69 Nota 13.† vt iam nos ab hac materia expediamus, id quod pauci animaduertunt, quos negotium tangat, teneri scilicet Prælatos bona, & patrimonium Ecclesiæ repetere ab iniquis possessoribus, & ea illæsa seruare, sub pœna culpę læthalis, c. in canonibus vers. *iniquum* 16. q. 1. glo. in cap. ea, de offi. Archidia. not. D. Thom. 2. 2. q. 43. art. vlt. latè Dida. in reg. peccatum in initio primæ par. numer. 6. Si hæc vera sunt, prouti verissima, quam, quæso, reddent plures summo illi, ac seuero iudici viuorum, & mortuorum venturo, in illo terribili, ac tremendo iuditio futuro, villicationis suę rationem, qui scientes plura de patrimonio Ecclesię perperam alienata à multis possideri, nihil minùs curant, humanis forsan (vtinam nō esset) affectibus, & respectibus moti, quin eorum recuperationem, & reparationem, & repetitionē. Sed de his satis homini layco, cui, non licet de Ecclesiasticis personis, ac Deo dicatis vlteriùs loqui.

70 Nota vltimò † & finaliter quòd licèt huiusce modi extrauagans ambitiosæ, de qua agimus, sit vbique ferè locorum recepta, id tamē intelligitur quo ad principalem illius dispositionem, quo ad nullitatē scilicet alienationis,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tionis, & locationis, non tamen quoad pœnas extrinsecas priuationis beneficiorũ, & ex cõmunicationis, taliter ꝙ quãuis cõstitutioni cõtrafiat nõ sit cur timeatur priuatio, nec petatur ab excõmunicatione absolutio, sic Naua. resoluit in manua.c.27.nu.150. Molin.de contrac.diputa.466.nu. 8. Ioan. Gutier. in canon. lib.1.cap. 8. numer. 7.& Nicola. Garcia de beneficijs 2.part.c.1.numer.87. nota longissimam de hoc remissionem apud Pet. Cenedo in collecta.iur.cano.ad sex.cleme.& extreuag.collecta. 32. in prin.

Et cum his finem inponimus huic de rerum Ecclesiæ alienatione tractationi, super est nunc vt duo, vel tria, quę sequuntur in nostra glo. vocabula aliquam difficultatem habentia nos hic breuiter explicemus, quod autem se nobis primum offert, est verbum, *potestas*,

71 †quod, omissis pluribus, quas habet de iure cõmuni significationes, quarum quinque refert Pau. in l. potestatis ff. de verb. sig. & alias eis ibi adiungit Alcia. & Ioan. de Socar. in c. si dominus petierit numer. 13. in coment. Pet. Alber. pag. 9. & alia notat Tib. Decia. in tract. crim. tom.1.lib.4. c.2.numer. 8. Vaco. à Vacu. decla. iur. lib.6. declara. 77. numer. 5. pleniſſimè Quintil. Mandos. glo. facul. 5. & in ipsa, verbo, *potesta te*, quæ quia ad nostrum non faciunt propositum, & institutum, non immorabimur in eis refferendis. De iure etiam nostro Cathaloniæ multis etiam modis sumitur, & diuersimodè in iuribus patriæ reperimus illud vsurpatum: Primò enim quando ponitur in numero singulari, & est masculini generis, tunc solum Principem Cathaloniæ respicit, & Comitem Barcinonæ, pluribus probant Guiller. de Vallesi. in vsat. cum dominus Raymundus num. 74 23. cum sequent. Ioan. de Socar. loco suprà citato, & Anthon. Oliba in vsat. alium namque c.4. numer. 6. qui cum diligentia loca annotarunt, in quibus in hac significatione vsurpatur. Quando verò ponitur in numero plurali, & retinet idem genus masculinum, tunc omnes Comites Cathalonię compræhendit, Vallesi. Socar. & Oliba. vbi superiùs, & in his significationibus non sumitur in tex. nostro. Duas alias habet de eodem iure nostro municipali idem verbum, *potestas*, significationes, in quib⁹ sumitur in nostro tex. primò sumitur ꝑ iure, quod dominus habet in appræhẽdẽdo Castrum per emparam realem, vel simplicem Castri appræhentionem, de qua potestate fit mentio in vsat. si quis suum feudum, & in vsati. potestatẽ, secũdò sumitur pro ipsa Castri potestate, quæ nihil aliud est, quando in iure nostro fit mentio de danda dño potestate, quam exercitium liberum domino dare de suo castro, quia dominium directum iam est pœnes dominum, sed vtile pœnes vassallum, ita ex Præposi. in suo alphabe. super vsat. verbo, potestas, resoluit Socar. vbi superiùs, & in hac significatione sumitur in c.2.3. & 4. in cõmẽ. Pet. Alber. ex quorum verbis hæc mirificè probãtur, & in multis vsat. Cathaloniæ, quos reffert Socar. loco iam citato, qui latiùs de his agit. Hæc est igitur castri potestas, quæ donatur in nostra donatione cum ipso feudo.

72 Emparæ†autem nomen (quod secundò sequitur explicandum in hac glo.) tripliciter vsurpatum legimus, & practicamus in Cathalonia. Primò enim mandatum illud significat, quod ad instantiam creditoris fit cuidam tertio per Iudicem, ne pecuniam, quam debet suo creditori, soluat eidem, vel res, seu bona illius, quę pœnes se habet, illi tradat, vel restituat, de qua empara loquitur tit. de sequestra. & empar. in 2. vol. consti. & latè Iacob. Cancer. var. resol. part. 2. c. 4. eo. tit. per tot. Hanc Caual. decis. 3. part. 1. inhibitionem appellat, & de ea non est noster sermo.

73 Secundo modo † sumitur empara pro protectione, saluaguardia speciali, & guidatico, veluti quando dicimus, Rex facit empatam de aliquo, ideſt recepit illum sub protectione, saluaguardia speciali, & guidatico, quæ etiam empatamentum solet appellari, & est loquutio vulgaris huius patriæ, qua solemus dicere, *tal empara à tal contra tal*, ideſt *talis deffendit, manutenet, ac protegit talem*, & in hac significatione sumitur in vsat. simili modo, & const. 4. com per alguns, in tit. de iur. fis. in 1. vol. consti. benè Antho. Oliba id declarat in vsat. alium namque c.14. nu. 73. & Ioan. Socar. in c. eodem modo nu. 4. pag. 112.

74 Tertio modo † dicitur in Cathalonia empara quando dominus directus, cõcurrente legitima causa, propria auctoritate vassallum feudi possessione priuat, & eã sibi ocupat de facto, & hęc appellatur empara realis, de qua loquitur vsat. magnates, & vsat. si quis suum feudum, c. si castellanus in commen. Pet. Alber. consti. Item ne super laude. de iure emphy. & alia iura patriæ relata per doctores mox citandos. Huius Emparę materiam tractant latissimè practici nostri in vsat. magnates, & in vsat. si quis suum feudum, de feud. Ioan. Socar. inc. eodem pagin. 111. & c. si castellanus pagi. 283. Ludouicus à Peguera in repeti. consti. Item ne super laudimio prælud. 5. in prin. & in versi. 8. per tot. Iacob. Cancer. var. resol. part. 1. tit. 12. de feud. à num. 6. cum multis sequent. & Antho. Oliba in vsat. alium namque. c. 9. num. 25. & sequenti, de iu. fis. propter quod nos, ne eorum labores transcripsisse inutiliter videamur, breuiter ab eius explicatione nos expediemus.

75 Hanc † emparam Galli manus iniectionem appellant vt tradit Moli. ad Parisien. in 2. part. §.4.nu.60. & alijs in locis relatis per Olib.vbi superiùs, estq.valdé vtilis propter fructuũ acquisitionem, quos, dicta empara dutã te,suos dñus facit,vt docẽt doctores suprà citati,quibus adde Bartho. Cassane. in consuetu. Burgun tit.desfied.in tex. ibi, *faire les fruicts siens*, nu.1. & probat c.eodem, in commem. Per.Albert.

76 An autem † empara realis possit tam in rebus emphyteoticarijs, quàm feudalibus fieri, docet nouissimé,post nostros practicos,Anth. Oliba in commen. de actio.part. 1. lib 3.in §. omnes nu.15.Quando autem fieri possit, & in quibus casibus,& quibus ex causis,qua forma fiat,& eius processum, quid differat à potestate, de qua superiùs loquuti fuimus,& quando sit tollenda, non est quód nos in præsentiarũ explicemus, postquam per prædictos doctores multum temporis in his, & alijs in materia perutilibus quæstionibus enodandis contriuerint, apud quos facile cuiq.erit,si casus occurerit, quęrere resolutionem,de hac empara loquit.tex.nost.

77 Aduerte tamen † ne emparam hanc apponi facias postquam tibi est per vassallum firmatũ ius, & de iure, cũ enim ad aliud non teneatur vassallus pulsatus per dominũ, donec,& quousq.iudicialiter cognitum sit de prætentionibus, indè fit quòd iniustè postea per dominũ diceretur contra vassallũ procedi si non obstare iuris firma absque alia cognitione causæ quasi vassallus fuisset in fatica deprehẽsus,propter quam solet empara apponi, apponeretur, plurib⁹ iuribus probat nob.Ludoui.à Pegue. in repetitione cõsti.itẽ ne super laudemio,prælud.5.nu.4. àdeò vt non sit opus alia allegatione:propterea Senatus referente olim egreg. Senatore,& postea Regente Regiam Cancellariam Francisco Descamps in causa Marcelli Forner contra nob. Ioan. de Llupia sub die 11. † Iunij 1593. *declarauit* emparam realem appositam per dictum nob.de Llupia in quibusdam bonis immobilibus dicti Forner,cuius dicebatur esse dominus directus dictus de Llupia, fore, & esse anullandam, cassandam, & reuocandam ex eo quód per priùs dictus Forner dicto de Llupia firmasset de iure, & requisiuisset quatenus contra eum cum causæ cognitione procederetur, quia ipse ignorabat se aliquid tenere pro dicto de Llupia.Et signanter vtitur hoc motiuo, *quia per iuris firmam impeditur appositio emparæ realis, & quæ attentãtur post iuris firmam reponi debent in eo statu, in quo erant tempore iuris firmæ*, vidi conclusionem in archiuo regio.

78 Alia † dicitur empara verbalis,qua possunt domini directi vti contrà suos vassallos, & fit quando non quidem auferetur possessio possessori, vt in reali diximus,sed quando inhibetur ei ne aliquid indè extrahat,de hac loquitur vsat. Rusticus si desemparauerit, & Iacob.de Monte Iuda.in vsat.magnates,n.1.Ioan.de Socar.in allega.c.si castellanus nu.10.Iacob.Marquil.in eo.vsat. magnates,super verbo,*emparauerit*.fol.90. col.4.& in d. vsat.rusticus in prin. pag 290. Et hanc † dicit esse, quę in tota Cathalonia fit per crucum appositionem in fructibus fundi,nob.Ludoui.a Pegue.in consti.item ne super laudem. prælud.5.nu.2. Olib. in vsat. alium namq.c.15.nu.63.Et de hac,quatenus ea vtuntur domini, potest etiam intelligi nostet tex.Hæc de empara.

79

80 Commissum † est vltima vox, quæ in nostro tex. requirit aliquam explicationem, quia tamen de eo aliquid diximus hac ea.clau.glos.12. in 8.casu á numer.115.cũ sequent.quæ per se sola sufficerent ad institutum, quod prosequimur breuiter,& resolutè naturam, & essentiam harum dictionum explicandi, ideò hoc loci,vnicum tantum verbum ad prædicta addens, paucis me ab eis expediam.

Quod igitur circa commissum notamus illud est, omnibus quidem esse manifestum quid de iure sit rem cadere in commissum, dicunt enim omnes id esse incidere in pœnam priuationis feudi,vel emphyteosis,cuius ratione,vt dicebant Rom. Pont. in c. potuit,de loca.& conduc.& Impera.in l.2.de iu.emphy.poterat, & potest emphyteota certis ibi de causis expresis á re emphyteoticaria expelli per dominum, quod aliàs † cadere á re, & caducitas 81 solet vulgò appellari,verùm á nemine † audiui 82 quare id appelletur commissum, cum nullam videatur habere similitudinem cum supradictis, nec eius propria significatione possit id, quod volunt Pont.& Imper. in dictis locis significare, aliam enim, atque aliam habet verbum,committo,á quo commissum debet deriuari,significationem, quàm quæ possit intentioni Pontificis,& Imper.in dictis locis acommodari vt omnibus est perquàm manifestum, maximè si considerauerimus huiusmodi feudi, vel emphyteosis priuationem multoties succedere propter omissionem, putà quando cessatur in solutione canonis iuxta l. 2. C. de iu. emphy. & allega. c. potuit,deloca. & conduc. quando omittitur requiri consensus domini in alienatione, l. fi. iuncta glo. & ibi communiter scribentes C.de iu. emphy.quomodo ergo omissum potest dici commissum? videtur nulla ratione.

83 Breuiter † res hæc ita cõponẽda est, quòd iste incursus pœnæ priuationis feudi dicatur cõmissum,vel ex eo ꝙ verbũ,committo,delinquere, & peccare

& peccare quãdo que significet, Cice. in Ver. *quæ tu sine Verre commisisti*, Virgil. 1. Æney. *quid meus Æneas cõmittere tantum, quid Troes posse*, idem Cice. *non committas* (inquit) *vt dicendũ sit non putarem*. Et Triphon. in l. auxilium ff. de minor. *Et non sit* (ait) *ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat in leges committit*, ita docent Ambro. Calepi. in suo dictiona. verbo, *commissum*, & *commis* & Ioan. Oldendor. in tracta. de vsucap. & præscrip. tit. de commis. numer. 2. in 8. vol. tracta.

Is autẽ, qui cessat in solutione canonis, omittitq. requirere dñi cõsensum in alienatione, & alia facit, propter quæ commisso fiat locus, delinquere dicitur in latiori eius significatione, quæ est vt significet prætermittere quod non oportet prẽterire, & id facere quod non oportet facere, in quo sensu delicti verbo vsus est l. C. in l. cum mancipium de ædil. edic. vbi delictum appellat quod scions seruus animal morbosum emisset, vt domino noceret, serui fidelis officium deserinquens, licet ibi Accur. malè exponat *delictum* id est *stultitiam*, cũ imò id significet, quod suprà dictum est, & in l. ex contractibus ff. de actio. & obliga. vbi dolum tutoris in tutela gerenda delictum appellat, benè Tiber. Decia. in tracta. crim. tom. 1. lib. 1. c. 7. de delic. numer. 1.

Mirum ergo non est, nec esse debet si incursus iste in pœnam priuationis feudi, vel emphyteosis dicatur commissum, id est commissum delictum, in ea significatione, qua prætermittere quod non erat prætereundũ, facere quod non oportebat fieri, & deniq. dolum in aliquo actu gerendo commissum appellant Iureconsulti delictum, maximè si considerauerimus probandũ esse semper dolum in feudatario, vt commisso sit locus, & cõmissi pœna ipse plectatur, sicuti latè hac ea. clauſ. glo. 12. nu. 121. probauimus.

84 Propter † hanc eandem rationem in cursus ille in pœnam amissionis rei, quam quis, non soluta gabella, aliò traducit, commissum appellatur in tot. illis tit. de vectigal. & commiss. ff. & C. & in l. Imperatores §. fi. ff. de publi. & vectigal. commissum (inquam) appellatur propter delictum, quod dicuntur committere qui rẽpublicã sua pẽsitatione defraudant, ita glo. in d. §. fi. verbo *commissi*, & Ioã. Oldendor. vbi suprà.

Vel etiam dicitur commissum, & in commissum cadere rem feudalẽ, vel emphyteoticariam, quia aliquid commissum, id est factũ est, propter quod ea domino debeatur, & ab alio auferatur, glo. in allega. l. Imperatores §. fi. verbo, *commissi*, de publica. & vectigal. benè Fran. Ottoma. in commenta. de verb. iur. verbo, *commissum*.

85 Indè † commissa hereditas ea dicitur, in qua id commissum est quãobrem alteri debeatur, veluti, iussus fuerat hęres in foro statuas ponere, nisi poneret Veneri Erycinę mulctatus est, mortuo testatore nõ potuit, cõmissa propterea mulcta dicitur, & hæreditas.

86 Indè † etiam commissa pœna dicitur quæ debetur l. 4. § Caro, & l. sequenti § si forte, de verb. oblig. l. Lucius Titius, de actio emp.

87 Indè † dicitur stipulatio commissa, cum id, quod per eã promissum est, debetur, l. apud Celsum §. idem Labeo in fi. ff. de dolo mali except. cum mille simil.

88 Indè † etiã cõmissa dicitur obligatio in l. 1. § fin. de stip. ser. docet perpulchrè Frã. Hotto manus alle. cõmen. de ver. in verbo, *cõmissa*, vbi plura alia similia his exempla tradit.

89 Vndè † facilimè percipies quamobrè cõmissoria appelletur lex illa, quę si pacto, & cõditioni nõ pareatur, præcipit rescindi, seu rescisã ipso iure declarat vẽditionẽ eo pacto facta vt si emptor intra certum temporis pecuniam non solueret, foret res inempta, iuxtà tot. tit. ff. de l. cõmiss. & tex. in l. cõmissoriæ C. de pact. inter emp. & vẽdi. continet enim cõmissi speciẽ eo eo sensu, quo illud in superioribus declarauimus. Sic satis arbitramur declaratam vocẽ hanc, cõmissũ, de qua agimus.

Hæc commissi pœna propria est contractus emphyteotici, nec regulariter admittitur; etiam ex speciali pacto, in alijs contractibus nisi certo in casu, vti alibi docuimus, & cum his hæc expeditur glos. pars.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio vndè dicatur, & nu. 3.*
2 *Ditio potestatem significat.*
4 *Iurisdictio in genere sumpta quid sit.*
5 *Iurisdictio in genere sumpta comprehendit merũ, & mixtũ imperium, ac simplicem iurisdictionem tamquam illius species.*
6 *Iurisdictione concessa & merũ, & mixtum imperium concessa censentur, & nu. 15.*
7 *Maximè si concessa sit omnimoda iurisdictio, vel cum aliquo alio signo vniuersali.*
8 *Regalia nõ cẽsentur concessa in cõcessione iurisdict.*
9 *Appellationes, & alia res, qua maiores indices postulant, excepta censentur à generali concessione iurisdictionis.*
10 *Nobiles exceptæ censentur cum eorum castris, & domibus à concessione iurisdictionis alicui facta.*
Domestici nobilium gaudent eorum priuilegio quò ad forum, ibidem.

11 Nisi venirent regaliæ in consequentiam concessorum.
12 Nisi Princeps sibi vnam regaliam reseruaret tantùm, tunc ea exceptio firmaret proculdubio regulam in contrarium.
13 Regaliæ quibus modis expressæ dicãtur, & quomodo, & quando censeantur translatæ.
14 Regaliæ quædam sunt sic ossibus Principis affixæ vt ab eo non possint separari.
15 Regaliæ etiam supremæ an concedi possint in vim legis, & constitutionis.
16 Deputati generalis Cathaloniæ an possint capi durante officio.
17 Merum imperium est de regalibus.
18 Merum, & mixtum imperium an veniant sub illis verbis, cõcedo tibi omnem iurisdictionem, & nu. 19.
20 Merum imperium censetur translatum cum concessione iurisdictionis ex consuetudine.
21 Merum imperium venit in generali concessione regaliarum.
22 Baro habens merum imperium non impeditur vsatico camini, & strata, quominus de delictis in camino publico commissis cognoscat.
23 Si Rex non præuenit negocium in vim dicti vsatici.
24 Remissio facta per Baronem de delicto in via publica commisso valida est si sit facta antequam Rex in vim vsat. camini, & strata, manus apposuerit, vbi decisiones nostri Senatus.
25 Consiliantur in hoc articulo contrariæ Guiller. de Vallesica, & Marquil. ex vna, & Ludoui. à Pegue. ex altera parte, opiniones.
26 Baro non habens merum imperium, nõ potest cognoscere de delictis in via publica commissis, etiam si essent aliàs de sua iurisdictione, vbi decisio nostri Senatus.
27 Imperium significat vniuersam Cæsaris ditionẽ, & principatum.
28 Imperium item significat publicę, vel priuatæ personæ iussum.
29 Pater an habere dicatur imperium in filium.
Dominus an habere dicatur imperium in seruum, ibidem.
30 Imperium significat auctoritatem, & potestatem Magistratus.
Imperium in hac significatione sumitur in materia iurisdictionali, ibidem.
31 Imperium est dupplex, aliud merum, & aliud mixtum.
Merum imperium quid sit, ibidem, & numer. 33. & 38.
32 Animaduertio est punitio.
33 Gladius, quando dicitur merum imperium esse gladij potestatẽ &c. an sumatur pro materiali, an verò pro legali, remissiuè.
34 Mixtum imperium quid sit, & nu. 38. & nu. 46. in fi.
37 Merum imperium, & mixtum in hoc solùm differunt quòd illud publicam, hoc verò priuatam respiciat vtilitatem.
39 Merum imperium vndè dicatur, & quare ita dicatur, & nu. 42. & 44. cum sequent.
40 Potestas absoluta nulla in Principe reperitur.
41 Plenitudo, quæ ab alijs dicitur potestatis, à Thesau. plenitudo dicitur tempestatis.
43 Merum ius gentium, mera pœna, merum factum, mera conditio, merum iudicis officium merula auis, merum vinum, merũ ius, & mera donatio quare dicantur.
45 Genus inest cuilibet speciei.
46 Genus prædicatur de qualibet specie.
47 Iurisdictio simplex quid sit.
48 Gradus meri, & mixti imperij, ac simplicis iurisdictionis, remissiuè.
49 Casus meri imperij, & mixti, ac etiam simplicis iurisdictionis qui sint, tam de iure communi, quã de iure nostro municipali, remissiuè.
50 Pœna seruiendi in regijs tirremibus ad tempus, an sit meri, vel mixti imperij, & numeris sequent. vbi decis. nostri Senatus.
51 Pœna seruiendi in regijs tirremibus an noua sit, veteribus incognita, nec ne.
52 Cõdempnatus ad seruiendum in regijs tirremibus dicitur interim mortuus ciuiliter.
53 Pœna mortis ciuilis non potest dari à iudice mixti imperij, & inferiore.
54 Pœna dampnationis in metallum est meri imperij.
55 Pœna seruiendi in regijs tirremibus remigãdo successit in locũ pœnæ dãpnationis in metallũ, & nu. 57.
56 Senatus nostri opinio in articulo, an pœna tirremiũ sit meri, vel mixti imperij.
57 Pœna temporaria seruiendi remigando in regijs tirremibus non successit pœnæ dãpnationis in metallũ.
58 Dãpnatus ad seruiendũ in regijs tirremibus ad tempus non efficitur seruus pœnę.
59 Pœnæ omnes capitales sunt meri imperij.
60 Pœna dampnationis in opus publicũ perpetuũ, est capitalis, temporaria verò non.
61 Pœna carceris perpetua, est capitalis, temporaria verò non.
62 Pœnam seruiendi in regijs tirremibus, sunt qui velint, nec perpetuã, nec tẽporariam æquiparari dãpnationi in metallũ.
63 Exiliũ non potest ęquiparari dãpnationi in metallum.
64 Pœnã seruiendi in regijs tirremibus temporalem non esse meri imperij videtur Senatus noster approbasse.
65 Pœna simplex ad tirremes an censeatur remigando, vel militando, vbi decisio nostri Senatus.
66 Exilium est meri imperij, si est perpetuũ, mixti verò, si temporale.

Exilium

67 Exilium perpetuum successit in locum interdictionis ignis, & aquæ.
Deportatio quid sit, ibidem.
Relegatio quid sit, ibidem.
68 Exilium exceptuatum in aliqua sententia regia adindicante mixtum imperium, est illud exilium, quod perpetuum est, non quod est temporale, & numer. sequent. vbi decis. nostri Senatus.
69 Exilium in propria significatione significat perpetuum, & sic deportationem.
70 Verba sunt intelligenda in propria, non in impropria significatione.
71 Verba sunt intelligenda per prius, non per posterius.
72 Observantia sequuta declarat dubia verba.
73 Tortura an sit meri, vel mixti imperij.
74 Membri abscisio est meri imperij.
75 Membri abscisio aquiparatur morti.
De hac pœna qui pluribus agerint, ibidem.
76 Tortura est grauior pœna, quam sit veriusq; manus abscisio, declaratur nu. 98. & 99.
77 Torturam pati, est supremas angustias sustinere.
78 Tortura est locus, ex flautibus inditijs, in omnibus causis, & criminibus.
79 Tortura non permittitur in lenibus delictis, sed in grauibus, & atrocibus.
80 Pœna debet esse delicto cõmensurata.
81 Indirectè permitti non debet, quod non potest directè.
82 Ordinata ad vnũ finẽ debent regulari secundũ naturã illius finis.
82 Mediũ, per quod peruenitur ad finẽ, non debet excedere ipsum finẽ.
83 Delicta atrocia, & grauia qua dicantur, remissiuè.
84 Delicta atrocia, & grauia dicuntur qua spectant ad merũ imperium, lenia verò qua ad mixtũ.
85 Tortura non datur in omni crimine, sed in illo tantũ, pro quo venit imponenda pœna vltra relegationẽ, ibidẽ, sed reprobatur nu. 105.
Tortura alia dicitur grauis, & seuera, & alia lenis, & minor.
86 Tormentorũ plura sunt genera, quæ in tortura inferuntur.
87 Tortura plures sunt gradus.
88 Tormentorum in materia non potest dari certa regula.
89 Tortura grauis datur in grauibus delictis, lenis verò in lenibus.
90 Torqueri licèt omnes, & in omnibus casibus non possint, possunt tamen terreri.
91 Intellectus l. edictum, de quæstionibus.
Tortura serui, qua infertur pro delicto domini, differt multùm ab ea, quam quis sentit pro proprio delicto, ibidem.
92 Statuta, & leges puniri iubentia aliquem pro alieno delicto, sunt multùm odiosa.
93 Tortura an facilius infligatur seruo, quàm libero homini.
94 Intellectus l. lauia ff. de accusa.
Tortura non prohibetur in delictis, in quibus est procedendum simpliciter, & de plano, ibidem.
95 Intellectus l. defensores, ij. C. de defensor. ciuit.
Defensoribus ciuitatis an concedatur vti tortura, ibidem.
Intellectus §. si verò ignoti, in auctẽ. de test. b. ibidem.
96 Tortura non datur in his, quæ oriuntur ex contractu, vel quasi.
97 Tortura est remedium extraordinarium adinuentum vbi deficiunt ordinaria probationes.
98 Tortura duppliciter potest imponi, vel in medio cursu, pro eruenda veritate, vel etiam in fine, pro finali pœna delicti.
99 Intellectus §. fin. in auctẽ. vt nulli iudicum &c. & nu. sequent.
100 Pœna illa membrorum, & articulorum dissolutionis, de qua tex. in §. fi. in auctẽ. vt nulli iudican sit tortura, qua communiter vtimur.
101 Pœna dissolutionis articulorũ, & membrorum est de iure sublata.
102 Tortura potest esse locus vbicunq; pro delicto venit imponenda pœna corporalis, & corporis afflictiua.
103 Iudex mixti imperij plures habet pœnas corporales, quas imponat.
104 Pœna fustigationis est multùm grauis, & aquipà paratur morti.
105 Tortura datur etiam in delictis, pro quibus pœna non semper excedit relegationem.
106 Vilis persona facilius torquetur, quàm honesta.
107 Tortura in inferenda conditionis persona est habenda ratio.
108 Viles personæ quæ dicantur.
109 Pauperes non veniunt appellatione vilium personarũ.
110 Paupertas cum honestate vitæ, & morũ coniuncta non spernenda, nec faciliter contra eã presumẽdũ.
111 Percussiones ensiũ, & cultellorum an sint meri, vel mixti imperij.
112 Percussiones proditoriæ quare dicantur meri imperij, in rixa verò mixti, vbi decisio Senatus nostri.
113 Proditionis qualitas facit maius delictũ tribus respectibus.
114 Proditorium delictum magis punitur.
115 Proditorio homicida datur pœna mortis qualificata arbitrio iudicis, vbi decisio nostri Senatus.

Immuni-

116 *Immunitate Ecclesiastica proditorius homicida non gaudet, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

117 *Immunitate Ecclesiastica non solùm non gaudet qui proditoriè verè occidit, sed etiam qui vulnerauit animo occidendi, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

118 *Proditio quando verè dicatur commissa.*

119 *Proditorium vt dicatur delictum an requirantur insidiæ simul cum animi deliberatione, vbi quòd alterum sufficiat, decisio nostri Senatus, & Senatus Aragonen. & aliæ decisiones in contrarium, ibidem.*

120 *Proditio non facit transire delictum de mixto in merum imperium.*

121 *Delicti grauitas cognoscitur ex grauitate pœnæ, quæ pro eo imponitur, & nu. 125.*

122 *Merita talia indicantur quale est quod pro eis detur præmium.*

123 *Armorum delatio non censetur leue delictum, sed graue vbi pro eo imponitur grauis pœna, vbi de cis. Rota Senen.*

124 *Pœna est commensuranda delicto, & nu. sequent. vbi latè examinatur.*

126 *Homicidium maius est furto, & tamen minori pœna punitur.*

127 *Sed contra, vbi declaratur.*

128 *Delicta fiunt maiora, & quandoque minora ex qualitatibus extrinsecus aduenientibus.*

129 *Matricida, licèt committat maius delictum, minor tamē pœna imponitur, quā vxoricida, & quare.*

130 *Vir, & vxor vna caro censentur.*

131 *Vir, & vxor dicuntur socij diuinę, & humanæ domus.*

132 *Fornicatio simplex punitur quandoq; magis, quā alia delicta.*

GLOS. XIIII.

Ac cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, alta, & baxia, ciuili, & criminali, & exercitio eorundem, &c.

AVCTVRIS nobis in hac glo. de explicatione trium vocabulorum in tex. nostro contentorum visum est à iurisdictione, licèt posteriori, tamquam vniuersaliori, initium sumere.

1 Dicitur † igitur iurisdictio, vt hinc ad perfectiorem eius cognitionem exordiamur, à ditione, quod est potestas, & iuris, quasi iuris
2 potestas, seu legittima potestas: ditio enim † potestatem significat, §. 1. in proœmio inst. ciuil. ibi, *iterum ditioni &c.* & in l. 1. C. de lib. & eor. liber. ibi, *à patrono rursus sub imperio, ditionej, mitatur*, Virgil. 1. Æneid.

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Ita glo. in l. Imperium, verb. *mixtum est*, de iurisdic. om. iud. quam ibidem sequuntur Bar. num. 3. & Calefa. qui latè de his agit, nu. 89. & ante eos Azo in sum. de iurisdic. om. iud. numer. 1. Cora. miscellan. iur. lib. 3. cap. 17. nu. 1.

3 Alium † iurisdictionis æthymum adducit Vacon. à Vacu. declarationū iur. ciuil. li. 6. de clarat. 77. priori forsan propriorem, & veriorem, vt imò dicatur à dictione scripta cum c. quæ cum deriuetur à verbo, *dico, dicis*, idem erit quod loquutio, vt sit quasi iuris loquutio, nam dicere propriè loqui significat, iuxta tex. in l. 1. ff. de iurisdic. om. iud. vbi is, qui iurisdictionem exercet, ius dicere dicitur, ibi, *ius dicentis*, facit tit. totus si quis ius dicenti non obtempera, tenet Dec. in l. Imperium nu. 29. de iurisdic. om. iud. Cancian. de offi. iud. c. 9 nu. 3. p. 2 vol. 1. tractat. Parlador. rer. quotidia. lib. 2. c. 1. nu. 1.

4 Sumi autem † potest iurisdictio duobus modis, in genere scilicet, & in specie ad instar adoptionis l. 1. & 2. ff. de adop. In genere sumpta dicitur potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, atq; æquitatis statuendæ, Azo, Bar. & Calefa. qui benè explicat num. 79. in allega. l. imperium, adde ibidem Bal. num. 3. & Hostien. in sum. de foro competē. in fi. Quintil. Mando. glo. facilita. § sanè, verbo, *iurisdictionem*, habetur in vol. com. opin. tom. 4. loco 12. tit. 1. c. 1. num. 1. singulas particulas huius diffinitionis, nec non & æthymi iurisdictionis suprà traditi, explicat Thō. Mier. in c. 9. cur. 3. Bar. Reg. Iacob. 2. n. 5. col. 4.

5 Et hoc † modo sumpta comprahendit merum, & mixtum imperium, quæ aliàs iurisdictio alta, siue criminalis, & baxia, siue ciuilis solent appellari, ac simplicem iurisdictionem, l. 1. ibi, *qui iurisdictionem suā mandat*, & l. cognitio ff. de offi. eius, cui manda. est iuris. §. iusiurandum in aucten. de deffen. ciuita. not. glo. in allega. l. imperium, verbo, *mixtum*, & ibi Bar. nume. 4. de iurisdic. om. iud. latè ibidem Alcia. & Calefa. ille nume. 4. hic verò nu. 68. 91. & 93.

6 Vndè † sequitur concessa iurisdictione & merum ipsum imperum, & mixtum cōcessa censeri, vt est communis scribentium sententia in allega l. imperium, de iurisdic. om. iud. Alcia. in c. quod sedes n. 41. de offi. ordin. Paris. in cōs. 9. li. 1. Roder. Suar. allega.

6. & 7.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

6.& 7. Dida.in practi.c.1.num.10.& vers.*quarto & regulariter* Rol.à Val. consi. 42. vol.2. Iacob. Meno. de præsump.li.1.præsump.97. num.18. Vincen.de Fran.decis.116.num.15. Quod an in omni materia procedat, tã odiosa, quã fauorabili, per regulas analogiæ, explicat Alex. Rauden. in tracta.de analog.lib.1.c.15. à num. 136. cum sequen. contrarias tamen in his opiniones refert Ceual.in prac.com. con.com. q. 41. viden. Afflic.decis.122.et ibi optima Visil. additio.

7 Et hæc † quidem sine aliquo scrupulo procederent quando concessa foret omnis, vel omnimoda iurisdictio, vel etiam cum alio quocunque signo vniuersali, tunc enim in huiusmodi concessione venirẽt proculdubio metum, & mixtum imperiũ, vt pluribus probant doctores suprà citati.

8 Sed † quid de regalijs, an ipsæ censeantur etiam, sicuti merum imperium, concessę sub generali iurisdictionis omnimodę concessione? Die quod nõ, semper enim ad id requiritur expressa concessio, c.1.de Capita.qui cur. vend.& c.1.quæ sint regal.in vsib.feud.& c.quoad trãslationẽ.de offi. lega.& vtrobique doctores, Cabellin. millelo. 42. numer. 12. elegans *diffinitio* 17. Anthonij Fab.in suo Cod.lib.3. tit.12.de iurisdic.om.iud.vbi elegans ratio, *vassallos enim non socios, & Principes* (inquit) *facere cogitat Princeps, qui nobilibus subditos, feudum, & omnimodam iurisdictionem concedit.* Exemplificat † id postea in supremis appellationibus, & alijs rebus, quæ maiores Principis iudices postulant, earum enim cognitio excepta (inquit) intelligetur à cõcessione, quod ego memini tradidisse alibi in hoc opere. Addit † deindè quòd si nobiles aliqui in territorio habitent, excipiendi illi etiã erũt ne pari in parẽ data iurisdictio videatur, & nedum ipsi, sed & eorum etiam castra, & edificia omnia, eorumque continẽtia cum domesticis omnibus, vide Capi.decis.12. Papon li. 5. tit.12.arrest.7.& 8. Gram. decis. 87. numer. 4. plures ad id citat Oliba in vsat.alium namq; c. 6. nume. 7. de iu. fis. qui † limitat nisi venirẽt in consequentiam concessorum, idem Oliba in eo.vsat.c.14.num.8. Boer.q.50.num.12. non secus atqui solemus in Cathalonia communiter dicere regalias non contineri sub generali constitutionum dispositione, qua de re alibi diximus, & tractat Oliba ex mente Cali. & Mier.in vsat.alium namque c.4. num.19.de iu. fis. nisi † quando Princeps concedendo iurisdictionem, aliquam ex regalijs sibi reseruasset, tunc enim per eam reseruationem censetetur firmata regula in contrarium in regalijs non exceptis, vt illæ censerentur etiam concessæ, argumento tex. in l. generali §. vxori, de vsufruc. lega.c.qui ad agendum de procura. in 6. & c. 2.de offi. Vica.in 6.qua de re plenè agit Dida. lib.2.var.c.5.per tot.& in specie post Roma.& Dec.quos sequitur, not. Rip.in l.1.nu. 55.ff. de vulg. Huc spectant quæ in alio proposito circa effectum reseruationis alicuius casus particularis in dispositione generali factæ alijs in locis in hoc opere non semel docuimus. Quibus au

13 tẽ † modis expressio regaliarum fiat, & quibus modis transfatæ censeantur, & per quę verba, declarant Claud.in rub.qui feud.da.pos.versi. *quod duplicitèr limitandum est*, cum plur. sequẽt. Boss.de regal. num. 13. & alij relati per Antho.Oliba in vsat.alium namque c. 6. numer. 11.

14 Hæc tamen † sanè intelligas vt non procedant in omni genere regaliarum, quædam enim sunt adeò Regię Coronæ annexæ, & incorporatæ, ac vnitæ, Principisq. ossibus affixæ, vt nullo modo nec tacitè, nec expressè possint à Rege abdicari, & alijs inferioribus concedi, veluti Regaliæ supremæ, quæque Regi competunt in signum supremæ potestatis, & aliæ de quibus post alios (melius tamen, & exactiùs quàm reliqui) Antho. Oliba vbi superiùs in c.4.5.& 6.ferè per tot.cuius allegatione contentus, quia ipse vtiliter, & doctè materiam hanc pertractat fusissimè de omni specie regaliarum agens, & quæ, & quales sint cõcessibiles pulchrè docens, ampliùs non censui immorandum, adde tamen Bellug. in specul. Princip.tub.22.§. & quia quotidiana, numer. 59.& Vincen.de Fran.decis.275. per tot.

15 Hoc tamen † vnum arbitratus sum oportere quòd silentio non præteriret. cuius ratione, & occasione vidi grauissimam in hoc Principatu de anno 1602. suscitatam contentionem, esse qui existiment posse Regaliarum concessionem fieri per viam legis, & constitutionis, etiã in supremis, veluti quando Reges in casibus specialibus, vt quando populus peteret, & ad illius vtilitatem, aliquam ex dictis supremis regalijs, & prærogatiuis à se abdicare vellet, & in populi Magistratum aliquem conferre, ita Oliba in allega.c.6.num.14. vers.i. sanè, quod exẽplificat in recursibus, & secundis appellationibus, quas abdicauit à se Rex in hac prouincia quando agitur de causis super iuribus generalitatis Cathaloniæ incidentibus. Idem videm' fuisse factum in causis Syndicatus officialium eiusdem generalis Cathalonię, in quibus non licet modo aliquo Regem adire pro recursu, vel appellatione, iuxta c.1.nouę reformationis. Quibus accedit (inquit) quòd huiusmodi abdicationes, & concessiones factæ à Rege Generali Cathaloniæ, & sic toti vniuersitati Cathaloniæ sunt factæ per Regem cum curia generali, & hoc modo per viam constitutionis, & legis possunt aliquę regaliæ, etiã maiores, transferri, &

UAB Biblioteca de Ciències Socials

si,& concedi, Igne.in l.neceſſarios §. non aliàs par.1 num.376.ad Syllan.quia hinc reſultat capacitas,& habilitatio recipientis, ibidem nu. 378.& 395.Et in ſumma(addit idem Oliba d. c.6.num.41.) vbicunque in hac prouincia Princeps in curia generali de conſenſu,vel aſſenſu brachiorum aliqua regalia iura inſtituit, vel erecta extinguit,& ſupprimit,vel alicui ea concedit in particulari aliquo caſu,aut loco,huiuſmodi conceſſio,erectio,inſtitutio,extinctio rata eſt:ſic enim omnia regalia orta ſunt, & augmentum receperunt, & pleraque ſicut finita, extincta,l.1.& 2.C.vectigal. noua inſti. nō poſ. l.1.C.de commer.& merca.de his omnibus etigendis,extinguendis,& remittendis,& alicui donandis ponit exemplaCuia. in c.1.quę ſit regalia &c.Hactenus Oliba , qui tamen poſtea idem probat ex alijs , & accōmodata exempla huius,quam tractamus,rei adducit, extinctionis videlicet aliquorum iurium regaliorum,& aliorum de nouo inſtitutionis in curijs generalibus huius principatus factarum,quę nos hic cōſultò omittimus,ne eius vtiles labores trāſcribamus.

16 Per hanc† Olibę doctrinam exiſtimabat hic Principatus,& ſeu illi,qui eius partes ſuſceperant in grauibus illis,& arduis cōtentionibus, quæ in eo circa impreſſionem , & executionē quinque Capitulorum curiæ anni 1599.videlicet 50.77.78.79.& 80. de anno 1602. ſuſcitatę fuerunt,non potuiſſe iurè capi Deputatos generalitatis dicti Principatus(qui in vim certæ regaliæ capti fuerant de voto , vt communiter ferebatur,duorum ex quatuor tertiæ aulę doctorum,concludente cum eis Eccellentiſsimo Locumtenente in vim iurium patriæ, alijs duobus eiuſdem aulę licèt vtiliter reluctantibus doctoribus) ex quo Rex in curijs generalibus abdicaſſe à ſe prætendebatur facultatem de prædictis cognoſcendi , ad quod allegabantur plura,circa quæ mihi inter omnes minimo cordi non eſt aliud dicere,nec meum,quod valdè tenue eſt,proferre iuditium , ſufficit monere quòd res ſuauiter per ſuam Mageſtatem pro ſua,quæ ſumma eſt,clementia,compoſita fuit, prout aliàs de hac eadem re agens dixi ſuprà clau.3.glo.3.num.77.cū ſequent. Reuertamur ad inſtitutum.

17 Ex his,† quæ ſuprà diximus neceſſariam eſſe expreſſam regaliorum conceſſionem vt ea, quæ poſſunt alijs concedi,ac in alios transferri,conceſſa dicantur,dubitationem non modicam recipit noſtra reſolutio ſuperiùs firmata, quatenus diximus in conceſſione iuriſdictionis,vel omnimodæ iuriſdictionis venire merū imperium,cum enim illud ſit de regalijs , ſiue de regalibus l.1.de conſti.Prin.c.1.quæ ſint regalię in vſib.feud.Afflic.in c.1.§.præterea inter duos num.21.de prohibi. feud. aliena. per Feder.notatur in vſat.hoc quod iuris eſt Sanctorum, vbi noſtet Marquil. non videtur venire poſſe in generali conceſsione iuriſdictionis, quod clarè videtur probari in l.1.§. fin.de offici.eius,cui manda.eſt iuriſdic.vbi de mero imperio loquens Conſultus dicit quòd ſpecialiter lege , conſtitutione , vel Senatusconſulto tribuitur.

18 Vndè † dicebat Bal.in c.quanto num. 7.de iudi.contra noſtram reſolutionem quòd etiā ſi dicatur,cōcedo tibi omnem iuriſdictionem, adhuc non dicatur,nec dici poſsit conceſſum merum,& mixtum imperium, quia ſignum illud vniuerſale *omnem*,non prædicatur de pluribus defferentibus ſpecie,ſed de pluribus differentibus numero:quia iſta ſuprema requirūt ſpecialem expreſsionem , & conceſsionem, l. Pōponius in prin. de procura. Plura in ornatū huius dubitationis, & difficultatis adducit Rolā. à Val.in cōſ.42. à prin.ad n.15.vol. 3.in quib⁹ memini fundari opinionē hominū de la Biſbal contra Reuerendiſsimum Epiſcopum Gerunden.ad relationem egregij Senatoris Iacobi Puigmija in reſponſione ad 2. dubium per Senatuum partibus datum ad reſoluendum, quo quærebatur an in cōceſſione iuriſdictionis per Reges Francię Epiſcopis Gerunden.facta venirent merum,& mixtum imperium.

19 Ad hæc † memorię repeto me à grauiſsimis præceptoribus in ſcholis audiuiſſe ita reſponſum vt dicerent propterea merum imperium venire in generali conceſsione, licèt ſit de regalibus, quia vſu receptum eſt vt tranferatur in inferiorem , & ſolitum eſt concedi , Ioan. Fab.in §.item Seruiana num.27.cum ſequent. de actio.Bellug.in ſpecul.prin.rub. 22.nume.2. ex qua conſuetudine infertur vt tranſlatum intelligatur,vt conſulit Cuma.conſ.162.quem ſequitur Alcia.in allega.c. quod ſedes num.47. Rol.à Val.d.conſ.42.nu.33.

20 Verùm† hęc ratio,& reſponſio non videtur ſatisfacere,quia ſola conſuetudo transferendi in alium ius regale non videtur poſſe ei tribuere hoc priuilegium vt indifferenter ſub quacunque diſpoſitione veniret, & compræhenderetur,ſed illud ſolum,quòd in generali conceſsione regaliorum conceſſum & illud cenſeatur,quod non ita foret ni ſolitum eſſet concedi,vt docent Boſſ.in allega. tit.de regal. nu. 23. & 24.& Anthonius Oliba in allega.vſat.alium namq.c.6.nu.8. de iur.fiſ.

21 Sed† certè ſufficiens erit ea reſponſio,quicquid ſit in ſuperioribus dictum in contrarium, ſi ei adiungerimus quòd cum merum, & mixtum imperium ſint ſpecies iuriſdictionis in genere ſumptæ,& ſint ſolita concedi,& in alium transferri, nec ſint de reſeruatis, nihil veræ

quomi-

quominus in generali concessione iurisdictionis & ipsa tanquam eius species veniāt, Alcia. in sæpè allega. c. quod sedem num. 29. de offi. ordin. Rol. à Val. in allega. cons. 42. num. 32. & Ioan. Soccar. in commem. Pet. Alber. c. Barones num. 6. pag. 405 nec enim omnia, quæ posita sunt in c. 1. quę sint regaliæ, in vsib. feud. incommunicabilia sunt, vt in c. intellecto de iu. iur. not. Bal. in l. 1. C. d̄ iu. anul. aure allega. ab Igne. in repeti. §. non aliàs l. necessarios nu. 651. ad Syllan.

22 Quo fit † vt Baro habens merum imperiū non imperdiatur vsatico camini, & stratę sub tit. de commer. in 1. vol. consti. collocato, cognoscere de criminalibus in via publica cōmissis, vt not. Bal. in l. si plures num. 13. C. de condi. inser. Cæpola de serui. tit. de via q. 10. Guid. Pap. decis. 577. Pet. Gregor. in syntag. iur. vniuer. lib. 32. c. 9. Alcia. in allega. c. quod sedem, num. 48. vbi ita testatur se consuluisse, vt patet in respon. 1. *facti contingentia visa* lib. 7.

23 Quod † ego verum existimo dum Rex non præuenit Baronem in cognitione delicti in via publica commissi, vel etiam manus apposuit, sicut potest, in vim dicti vsatici, si enim prœuenisset, vel aliàs manus postea quandocunque apposuisset, non posset Baro de huiusmodi delictis cognoscere, imò in quacunque parte teneretur quiescere, & abstinere, per ea, quæ de manus appositione Superioris docet Rebuf. in prax. benefi. tit. de reseruat. numer. 31. Quintil. Mando. reg. cancel. 3. de reserua. q. 13. numer. 4. Iacob. Meno. cons. 83. num. 31. vol. 1. & Rober. Lancel. in trac. de attenta. 2. par. c. 10. de attenta. post euoca. caus. vbi plures ad id allegat

†† Rot. Roma. *decisiones*, quæ id probant.

24 Vndè † inferas ad validitatē, vel inualiditatem remissionis factæ per inferiorem, habētem tamen merum imperium, de delicto cōmisso in via publica intra suam iurisdictionē, qua de re sæpè vidi in arduis causis disceptari, vt dicere debeamus eam validam futuram si fiat ante manus Superioris impositionem, inualidam verò si post.

†† Ita sæpiùs *declarauit* noster Senatus vti apparet ex traditis per nostratem Michaelem Ferrer in tertia par. obseruan. c. 468. & 469. vbi plura ad id iura allegat, & doctorum auctoritates adducit.

25 Sic † cōsiliandas arbitror Guiller. de Vallesi. quem sequitur Marquil. in vsat. camini, & stratæ, & Ludoui. à Pegue. in prac. crim. c. 15. num. 1. contrarias, ac dissidentes opiniones, quatenus Vallesi. tenet delicti in via publica commissi cognitionem, & punitionem spectare ad Baronem habentem merum imperium, in cuius districtu commissum sit, Pegue. verò deffendit ex obseruantia, vt ait, Senatus spectare eam cognitionem ad dominum Regem, nos verò consiliando has opiniones dicimus ad vtrumque pertinere modo quo suprà declaratum extitit, viden. Canc. var. par. 1. c. 2. num. 90. & 91.

26 Notanter † diximus in superioribus de Barone habente merum imperium, vt is possit cognoscere de delictis in via publica commissis, quia si illud non haberet, non posset vtiq; de huiusmodi delictis, etiam aliàs ad suam iurisdictionem spectantibus, cognoscere, si ea in itinere publico commissa extitissent, Marquil. in vsat. in Baiulia pag. 317. col. 4. circa medium, & Thom. Mier. in c. 43. cur. Barcinonæ reg. Pet. 2. num. 98. Faciunt quæ doctores docent in locis suprà allegatis, quibus probauimus habentem merum imperium posse cognoscere de delictis

† in via publica commissis, ita fuit *declaratum* in famigerata illa sententia Prioris de Riuidario contra Vicecomitem de Basso ad relationem Narcisi Pauli Regas 30. Octob. 1595. Actua. Bartholomeo Balle lata, quaterius iuxta Marquil. & Mier. in locis suprà citatis opinionem, à casibus iurisdictionis ciuilis excipiūtur furta in itinere publico commissa, etiam si nō excedāt valorem ducentorum solidorum, de quibus aliàs cognosceret dominus eius iurisdictionis, si non forent in via publica commissa.

His annotatis explicemus iam singulas iurisdictionis in genere suprà propositas species, quæque enarrātur in nostra glo. & quid sit merum imperium imprimis doceamus. Antequā tamen id facerem operæ prætium duxi priùs aliqua breuiter de significationibus verbi *imperij* prętari.

27 Imperium † igitur significat primò vniuersam Cęsaris ditionem, & Principatum l. 1. de consti. Prin. §. sed quod Principi, inst. de iur. nat. gen. & ciuil. quo in sensu intelligitur dictum illud Imper. relatum in l. cum ratio §. si plures de bon. dampnat. *malle se hominum adiectione, quam pecuniarum copia imperium ampliare*, id est *Principatum suum, & ditionem suam*, in eodem sensu imperij vocabulo vtitur Virgil. ibi

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Et rursus alibi.

Imperium Oceano famam qui terminat astris.

28 Secundò sumitur † imperium pro publicę, vel priuatæ personæ iussu, cui parendum est, indè patris in filium imperiū, domini in seruū, & sic de cæteris, sic sumitur in l. quod iussit, de re iudi. l. fin. ne quid in loco pub. in hac significatione

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cationevtitur hoc verbo Auſon.

Capta manu, ſed victa manu, neſcivit herile
Imperium, dominę vult domina eſſe manus.

29 Hanc † ſignificationem licèt approbet Corraſ. loco inferiùs citato, & Cur. Iun. in l. imperium num. 3. & 4. de iuriſdic. om. iud. eam tamen reprobat Pet. Caleſa. in ea. l. nume. 27. dicens nullibi in iure noſtro reperiri quòd patri competat imperium in filium, vel domino in ſeruum, ſed ſola poteſtas, l. poteſtatis verbo, de verb. ſig. Sed certè licèt leges noſtrę imperium non vocitent poteſtatem patris, quam habet in filium, dominus in ſeruum, nihilominus à quibuſdam apud alios probatiſſimos auctores ita vſurpatū legitur, eſtq. peroptima loquutio, vt pluribus exemplis probat Corraſ. vbi inferiùs.

30 Tertiò tandem, † & vltimò ſumitur imperium pro dignitate, & auctoritate Magiſtratus, & poteſtate, quam habet ratione illius, ſic ſumitur in l. ius plurimus, de iuſti. & iu. l. 2. de in ius vocan. l. 3. §. fin. de recep. arb. l. cum prætor de iudi. & in l. imperium ff. de iuriſdic. om. iud. atque alijs in locis relatis per Corraſ. qui hæc peroptimè tradit, miſſellan. iur. lib. 3. c. 17. nu. 3. Caleſa. in allega. l. imperium numer. 27. Tib. Decia. in trac. crim. lib. 4. c. 2. num. 1. In hac ſignificatione ſumitur in tex. noſtro, & in materia iuriſdictionali, vt docent omnes ferè ſcribētes in famigera. illa l. imperium, vbi de his latè agitur, ff. de iuriſdic. om. iudic.

31 Hoc † imperium dupplex eſt, aliud enim dicitur merum, & aliud mixtum, d. l. imperium, de iuriſdic. om. iud.

Merum imperium diffinitur ab Vlpia. in ſæpè allega. l. imperium, vt ſit habere gladij poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines, quod aliquando maior animaduerſio appellatur in l. liquid erit, & in l. ſolet ff. de offi. proconſ. in l. illicitas §. qui vniuerſas ff. de offi. præſid. & in l. nemo poteſt gladij, de reg. iur. & dicitur animaduerſio, id eſt punitio, animaduerſio † enim idē eſt quod punitio l. 1. & ſi. de cadauer. punitor.

33 An autem † gladij poteſtas ſumatur hoc loci pro gladio materiali, vel gladio legali, & ciuili punitiuo delictorum, tractāt Alcia. Paradox. lib. 1. c. 7. Caleſa. in ſæpè allega. l. imperium nu. 1. & latè diſputat Corraſ. miſſella. lib. 3. cap. 17. numer. 12. Hieronymus Ceuallos in ſpecul. com. opin. con. com. quęſtione 639. per tot.

34 Mixtum † verò imperium eſt, iuxta eiuſdem Vlpia. ſententiam, cui iuriſdictio ineſt, quod quomodo intelligatur, an ſcilicet de iuriſdictione in genere ſumpta, vt ea inſit mixto imperio, quemadmodum genus ineſt ſpeciei, vel potiùs intelligatur de iuriſdictione in ſpecie ſumpta, quæ in ciuilium cauſarum diſceptione conſiſtit, vt ſcilicet ea, vel illius qualitas dicatur ineſſe mixto imperio, diſputant ſcribentes in d. l. imperium, & ſignanter Caleſa. à num. 16. vbi etiam docet quibus modis imperio ineſſe poſſit iurisdictio, Nicol. Bello. ſup puta. iur. lib. 3. c. 6. per tot.

Verùm quia per hæc non probè declaratur natura meri, & mixti imperij cum in l. imperium, vndè ſupradicta deſumpta fuere, non tradatur eorum diffinitio, ſed exempla, vt ibi tenet Bar. & communis contra Ang. ibidem, & * alios, quos reffert Dida. var. reſol. lib. 3. c. 20. n. 1. & Fachi. plenè controuer. iur. lib. 9. c. 94. & docet Pet. Caleſa. in ea. l. num. 1. quęrendę nobis erunt, & inueſtigandæ propriæ cuiuſque imperij diffinitiones, quibus ea notiora fiant.

35 Diffinitur † igitur merum imperium vt ſit iuriſdictio, quæ iudicis officio nobili expeditur publicam reſpiciens vtilitatem, l. placet ibi, *ex officio ſuo* C. de pedan. iudi. iuncta l. ea quæ ad municip. & de incol. l. 1. in prin. de offi. eius, * cui manda. eſt iuriſdic. ſequitur Bar. & cōmunis in d. l. imperium, explicat plenè Caleſa. contraria adducens, & ea diluens, quæ hāt diffinitionem impugnare poſſent, in d. l. imperium nu. 101. Circa veritatē huius diffinitionis duas cōmunes opiniones contrarias reffert Alcia. in allega. c. quod ſedem de offi. ordin. numer. 52. & 58.

36 Mixtum † autem imperium diffinitur, vt ſit iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur priuatam reſpiciens vtilitatem principaliter, ita Bar. & communis in allega. l. imperium * de iuris. om. iud. qui benè id declarat, adde Caleſa. in ea. l. num. 197. viden. Fachin. controuer. iur. lib. 9. c. 95.

37 Ex quibus † duabus diffinitionibus hoc vnum videmus reſultare inter merum, & mixtum imperium, quòd hoc tantùm inter ea reperitur diſcrimen, vt illud publicam, hoc verò priuatam reſpiciat vtilitatem, quod benè declarat Caleſa. loco allega. num. 198. poſt Cur. Iun. in ea. l. imperium nu. 102.

Verùm quia nec ex his, nec ex alijs, quæ in propoſito adducunt doctores, plenè, meo iudicio, nec vti oporteret, clarè, & manifeſtè datur intelligi quid merum imperium ſit, quidque mixtum vt vno ictu oculi, dato caſu, poſſit quis facilè dijudicare num ille ad merum, vel etiā ad mixtum imperium ſpectet, operæ prætium duxi in præſentiarum vlteriùs circa huius rei explicationem, & enodationem inſudare, & doctorū cogitationes, quę circa hæc facta fuerunt, omnibus patefacere. Ac imprimis † Vacō. à Vacu. declarationum iūr. lib. 6. declara. 78. 38 nume. 7. ita merum imperium definiendum cenſet,

censet, vt sit iurisdictio legalis, per quam iudex operatur in iusto legali puniendo facinorosos delinquentes homines ne delicta remaneant impugnita. Mixtum autem imperium vt sit iurisdictio legalis, per quam iudex operatur in iusto reali sine actione imperando, iubendo, vetando ve ne vna pars sit in dampno, altera in lucro, & ne quis dampnum iniustè patiatur. Harum diffinitionum singula verba plu-
41 ribus conatur explicare earum auctor, verùm an ex eisdem ipsis diffinitionibus, & explicationib⁹, difficilius, & obscurius, an clari⁹, & manifestius fiat, ac remaneat id, quod exquirim⁹, alterius esto iudicium.

Ferdin. Vasqui. controuer. vsufrequen. lib. 1. c. 1. num. 2. merum imperium esse dicit summam potestatem vitæ, & necis, quod probat ex l. 1. de cõsti. prin. §. sed & quod Principi, inst. de iur. nat. gen. & ciuil. ac allega. l. imperium, de iurisdic. om. iudic.

Oldral. cons. 10. venditum est castrum nu. 2. quem refert Tib. Decia. in trac. crim. tom. 1. lib. 4. c. 2. num. 4. aliter merum imperium diffinit, vt sit potestas, seu iurisdictio seuerioris vltionis exercendæ in personam pro vtilitate publica introducta. Mixtum verò imperium vt sit iurisdictio explicandi quæstiones ciuiles, quæ sui excellentia maioribus iudicibus deputantur: harum diffinitionum singula verba explicat vbi suprà Oldra. per te ipsum viden.

Idem ipse Decia. vbi suprà aliter merum imperium definit, seu describit, vt sit quod proprie ad crimina publica pertinet, & in animaduersione consistit, non in dictione iuris vt à mixto separetur, cui iurisdictio inest.

Mier. noster in 3. Cur. Barcinonæ Iacob. 2. c. 9. de mero imperio, n. 9. in fin. col. 4. fol. 88. merũ imperium dicit esse legitimam potestatem de publico introductam cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ in causis maximis, & medijs plenam causæ cognitionem requirentem, in infimis cohærentibus summatiam.

Dicitur † autem merum imperium non, vt aliqui existimarunt, quasi liberum, & absolutum, nullique necessitati subiectum fuerit in Principem translatum in l. 1. de consti. Prin. in quo versatur absoluta potestas, quam in Prin-
42 cipe constituit Bal. in l. si aquam nu. 40. C. de seruit. & aqua, tum quia merum imperium, de quo loquimur, non est illud solum, quod fuit translatum in principem, sed illud etiam, quod exercetur à Magistratibus iuxta l. imperium, & inscriptionem rub. sub qua ponitur, de iurisdic. om. iud. quodque Magistratibus communicatum est l. 1. de offi. proconsul. l. 4. de offi. præsid. tum etiam † quia iuxta eorum, qui rectiùs senserunt, sententiam, in Principe nulla reperitur absoluta potestas, imò quandocũque ea vti vellet, tyrannis potiùs, quàm potestas foret dicẽda, qua de re pulchrè post Fortun. Garcia in l. gallus, §. & quid si tantum de lib. & posthum. Arius Pinel. in repeti. rub. C. de rescin. vendi. parte 1. c. 2. à num. 14. Dida. lib. 1. var. c. 6. num. 6 Vasq. controuer. Illust. c. 26. nume. 22. pulchriùs Anthonius Thesau. decis. 91. per tot. vbi † quam alij plenitudinem vocant potestatis, ipse plenitudinem appellat tempestatis, quia reuerà nihil aliud possumus nisi quod iustè, & licitè possumus l. nepos Proculo, de verb. sig. Moli. de primoge. Hispan. lib. 2. c. 7. num. 31. 32. & 33. videndus circa huius rationis reprobationem Calesa. in sæpè allega. l. imperium nu. 97. & 98.

43 Verius † igitur est ideò dici merum imperium quòd sit purum, distinctum, & separatum à iurisdictione, & ab omni mixtura abstractũ, non secus † atque solemus ius illud gentium merum appellare, quod est separatum à ciuilibus præceptis l. bona fides ff. depositi, meram pœnam, quæ rei persecutionem non continet, l. 1. in fin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. 1. ff. de eo per quem factum erit, & merum factum, quod dationem mixtam non habet l. qui res §. mihi Romæ ff. de solu. pulchrè hæc docet Tib. Decia. in allega. tracta. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 2. num. 4. addit Calesa. num. 100. post hæc exempla & aliud de mera conditione, de qua in l. cum seruus vers. sed nos, de condi. & demonst. & denique aliud de mero iudicis officio, de quo in §. prætoriæ insti. de diuisio. stipula. vbi glo. *mere*, id est *puro* interpretatur, addit & Vaco. à Vacu. declara. iur. lib. 6. declara. 78. num. 7. merum hoc loci idem esse quod solutum, vndè dicit merulam auem fuisse appellatam, & merum appellari vinum, cui aqua nõ est admixta, addit item de mero iure, de mera dõnatione, & denique de mero iure copensationis exempla Claud. Cancriũ. in trac. de offi. iud. lib. 2. c. 7. de imper. mer. & mix. nu. 5. quia non alterius speciei coniunctione miscentur, supradicta demq. & alia de mero exẽpla refert Corra. Missella. iur. lib. 3. c. 17. num. 4. idẽ tenet Parlador. rer. quotidia. lib. 2. c. 1. num. 4. indu-
44 cens in id quædam Marcial. carmina, quibus merum quid sit, dicit optimè declarari.

Scio † Baran. l. imperium num. 6. alijs pluribus respectibus docuisse quòd potuit merũ appellari imperium, verùm supradicti omnes doctores, pluresque, quos ipsi allegant, hanc solam vnam interpretationem amplectuntur, in eaque concordant, reprobatis reliquis, cõmunemque dicunt, ad quod signanter viden. est Calesa. nu. 100.

Dubium tamen est non modicum quomodo merum imperium ideò merum dici possit

quasi

quasi abstractatum ab omni iurisdictione, vt in superioribus dicebamus, si imperium ipsam
* species est iurisdictionis, eiusque appellatione communiter venit, vt in superioribus etiam ex communi doctorum sententia docuimus, ge-
45 nus † autem inesse cuilibet speciei, veluti animal homini, & boui, iuxta vulga. l. si quid ea-
46 tum interemptum, de lega.3. & de † qualibet prædicari, veluti homo est animal, bos est animal, est tàm certum, quàm quod certissimum ijs, qui vel è limine saltem Philosophiam salutarunt, & sic vera est prædicatio, merum imperium est iurisdictio, ergo videtur merum dici non posse quòd sit abstractum ab omni iurisdictione.

Verùm respondemus cũ Canciun. & Calefa. vbi superiùs, ille num. 6. & 7. hic verò num. 100. non eo in sensu dici merum imperium abstractum ab omni iurisdictione quasi nihil habeat cum ea commune, ex quo enim est illius species, de necessitate debet participare de natura sui generis, sed in eo sensu quasi nihil habeat cum iurisdictione specialiter sumpta commune propter generis participationem, hoc est non miscetur modo aliquo cum iurisdictione, quia totum illud cum fit virtute meri imperij respicit publicam vtilitatem principaliter, illud verò, quod virtute iurisdictionis fit, ad priuatam vtilitatem principaliter exercetur, ad differentiam mixti imperij (vt cum his simul & eius ethymum habeas) quod ideò 48
mixtum appellatur quia mixtas habet naturas: capit enim partim à mero imperio, quod expeditur officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem, & partim à simplici iurisdictione, quæ priuatam respicit vtilitatem, cuius quidem simplicis iurisdictionis societate infirmius redditur tanquam vinum aqua dilutum, iuxta Bar. sen-
* tentiam, & communiter scribentium in d. l. imperium, de iurisdic. om. iud. & ibidem Calefa. num. 196. Canciun. vbi superiùs, videns Vaco. à Vacu. allega. decla. 78. nu. 10. & Nicola. Bello. supputa. iur. lib. 3. c. 5. nec est omittendus noster Mier. in allega. cur. Bar. reg. Iacob. 2. c. 9. de me-
ro, & mixto imperio num. 9. col. 4. vbi ignanter explicandum suscepit quomodo mixtum imperium participet de natura meri imperij, & simplicis iurisdictionis.

47 Iurisdictio † autem simplex, quæ est tertia iurisdictionis in genere sumptæ species, dicitur, iuxta Vlpia. sententiam in sæpè allega. l. imperium, vt sit iudicis dandi licentia, quæ verba propter nimiam, quam cõtinent, obscuritatẽ, adeò doctorum ingenia contorserunt, vt adhuc sub iudice lis sit quę fuerit in illis mens Iureconsulti, vti apparet ex glo. ibidem verbo, *iurisdictio*, Calefa. num. 217. Nicola. Bello. supputa. iur. lib. 3. c. 4. Alcia. lib. 2. Paradox. c. 8. & in d. l. imperium num. 14. ac in c. quod sedem num. 66. de offi. ordin. Parla dor. rer. quotidia. lib. 2. c. 1. num. 1. & pluribus alijs, quos ipsi allegant, quorum disputationem in proposito ego lubens omitto, vtpotè qui sciam parum vtilitatis eam allaturam ad cognoscendam perfectè simplicis iurisdictionis, quam quærimus, naturam: concordant enim doctores ferè omnes, quos iam iam retulimus in superioribus, procedere Vlpianum in allega. l. imperium, exempla tradendo, non diffiniendo.

Est igitur vera iurisdictionis simplicis diffinitio, quæ traditur per Bar. in d. l. imperium nu. 23. vt sit iurisdictio, quæ officio iudicis mercenario expeditur ad priuatam vtilitatem principaliter, Bar. sequũtur communiter scribentes
* in d. l. imperium, & cum eis Calefa. num. 216. Claud. tamen Canciun. in trac. de offi. iudicis lib. 2. c. 9. num. 1. in 2. vol. tracta. aliter iurisdictionem hanc diffiniendam censuit, vt sit per quam via actionis specialiter acceptæ, & sæpè ad priuati hominis vtilitatẽ causæ pecuniariæ expediuntur, hoc est cum per ciuilem intentionem, ac depulsionem quæritur vter litigantium alteri debeat, aut vtrius sit res controuer sa: huius diffinitionis singulas particulas explicat eius auctor per te ipsum videndas, nã nos communi doctorum diffinitione contenti ad alia tendimus magis necessaria, viden. Fachin. controuer. iur. li. 9. c. 96.

Post hæc † doctores ferè omnes, qui de hac 48
materia scribunt, & signanter qui l. imperium interpretantur, solent, ad maiorem eius materię cognitionem, & declarationem, vtriusque iurisdictionis speciei gradus pluribus tradere, & docere, casusque speciatim recensere, qui sunt vnius cuiusque ipsarum proprij, verùm ego, qui ad id sufficere supradicta arbitror cũ explicatione quarundam grauium difficultatum super materia passim contingentium, ex quibus, ni fallor, perfecta earum scientia habebitur, quia etiam multi multum in eius rei enodationem temporis contriuerunt, consultò eum laborem subterfugere decreui, remittens lectores pro intelligentia graduum meri, & mixti imperij, ac simplicis iurisdictionis ad
49 doctores in præsenti glo. citatos. Pro casibus † verò vnius cuiusque ex dictis iurisdictionis speciebus proprijs de iure communi Cassane. in consuc. Burgun. rub. des iustices, & droitz, in tex. ibi iustices, à num. 18. cum multis sequent. in vol. com. opin. rom. 4. loco 12. tit. 3. cap. 1. & passim apud alios doctores de iurisdictione agentes, de iure verò nostro municipali, quod in hoc multùm differt à iure communi, ad Iacob. Marquil. in vsat. hoc quod iuris est sanctorum, versi. *sed nũ quod habeat iurisdictionem* pag. 303. col. 2. & in vsat. in baiulia versi. *ecce*

quod

quod dictum est pag. 326. col. 4. Thom. Mier. in cur. Bar. Reg. Iaco. 2. c. 9. per tot. col. 4. pag. 87. & denique ad Iacob. Cancer. var. resolu. c. 2. de iurisdic. om. iud. à num. 43. par. 2. vnà cum pluribus regijs *sententijs* id explicantibus, quas ipsi refferūt, in Senatu diuersis temporibus platis.

50 Quod autē †existimauim⁹ nō debere præter mitti absq. particulari discussione est primò nū quid cōdēpnatio ad seruiēdū in regijs tirremi

51 b⁹ ad tēpus (quæ †an pœna noua sit veteribⁿ Iurisconsultis incognita, nec ne, disputat Annæ. Rober. rer. iudica. lib. 4. c. 16.) sit meri, vel mixti imperij, in qua disceptatione sūt plures, qui existimēt, & faciliter resoluāt esse meri imperij, ac ad illud, nō ad mixtū, spectare pœnā illā, atq. ita dicit Can. vbi suprà n. 45. se semper cēluisse,

52 & cēssere, ea motus rōne † quòd cōdēpnatus ad regias tirremes, licēt ad tēpus, sit interim mortuus

53 ciuiliter, l. 2. ff. de pub. iudi. eā autē † pœnā nō spectat ad iudicē inferiorē dare l. illicitas §. qui vniuersas ff. de offi. præsid. faciunt (inquit Can.) nota. per Bellug. in specul. Prin. rub. 24. ver. *& primò videamus*, nu. 3 Hæc Cancer.

54 Proqua † opinione facit vlteriùs quòd dāpnatio in metallum meri sit imperij, l. illicitas * §. qui vniuersas, & ibi scribunt omnes ff. de offi. præsid. l. capitalium quoque ff. de pœn.

55 cum simil. pœna autem † seruiendi in regijs tirremibus remigando, siue perpetua sit, siue temporalis, succesſit pœnæ dampnationis in metallum, prouti ex pluribus probant Iul. Clar. in prax. §. fin. q. 67. num. 7. & Pau. Granu. theorem. 3. nume. 10. per tot. & signanter in versi. *nec Ioānes de Immola*, dicens nec Ioannē de Immola per Capic. in decis. 153. allegatū, nec alios omnes, qui remigationem prædictam ipsi dampnationi in metallum compararunt, ad perpetuitatem condempnationis animum fixisse, quinimò potiùs ex eo eos asserit fuisse motos, quoniā ij in metallū dāpnati cathenis, & vinculis premebātur, iuxta tex. in l. aut dampnum, ibi, *inter eos autem, qui in metallum*, iuncta glo. verbo, *grauioribus*, ff. de pœn. prout & isti ad tirremes missi. Item quia illi personaliter seruiebant, vt in eadem glo. sic etiam isti remigando, & (quod peius est) cum compedibus, & cathenis, vt paulò antè dicebat isdem Granu. quam opinionem videtur approbare Farina. de delic. & pœn. q. 19. nume. 14. ptimæ partis tom. 1. ergo videtur indubitanter pœna tirremum, siue ad imperpetuum, siue etiam ad tempus, ad merum imperium tantùm spectare, & pertinere.

56 Hanc † opinionem visus est *amplexus* no† ster Senatus dum superioribus annis per processum regaliæ procedendum censuit ad capturam personarum trium magni nominis præsentis ciuitatis aduocatorum, magni (inquam) nominis, quia eum dignitatis gradum meruit postea obtinere vn⁹ ex eis Saluator Fontanet, vt post completum decennium, quo regius Senator fuit in nostro Senatu ad Aduocarū fiscalē suptemi Regni Aragonum consilij, & ad Regētem deindè, meritis exuberantibus, fuerit laudabiliter euectus, alter ex ipsis Saluator Pi non potuit morte præuentus eò peruenire, quod eius summa doctrina, & eruditio merebantur, vt omnes probè nouimus, qui eū cognouimus, tertius tandem Franciscus Gamis iam iam incipit recipere mercedem laborum, postquam enim egit aliquandiu Assessorem gerentis vices generalis gubernatoris in hoc principatu, quod est in eodem perhonorificū munus, & gradus solet esse, per quem ad summum dignitatis culmen huius principatus, Senatoris scilicet sacri Senatus, solet fieri ascensus, iā nūc iudex Regiæ curię factus expectat quod omnes desiderant, qui eo munere funguntur, ascensum scilicet ad superiorem locum Senatoris vnius, aut alterius, siue ciuilis, siue criminalis aulę: processit (inquam) noster Senatus criminaliter contra tres istos doctores, ex eo quòd assessores cum essent officialium Baroniæ de Sanboy, quæ est nobilis Ioānis à Cardona, qui inibi mixtum tantùm habet imperium, quendam reum condempnauerant ad remigationē temporalem in regijs tirremibus faciendam.

Et hæc opinio adeò indubitabilis visa tunc fuit regijs Senatoribⁿ, qui in Senatu erāt, vt acriter se habere eos voluisse mihi relatū fuerit cū quodā ex iuniotibus nuper eū in locū puiso, cæterū alijs nō inferiore, ex quo cōtrariā cōtēderat p virib⁹ sustinere opinionē, & pro dictis trib⁹ doctoribus respōdere, cōstāter asserēs imò ad merum imperium pœnam remigationis etiam temporalem spectare, & pertinere.

Est igitur contraria superiori opinio quòd huiusmodi pœna sit mixti imperij, possintque propterea qui illud habent eam imponere, pro qua facit ratio, quæ est superioribus de directo contraria, quòd scilicet † pœna tempora

57 ria remigationis in regijs tirremibus non succesſerit dampnationi in metallum, sed solùm

58 perpetua, & propterea † taliter dampnatus nō efficiatur seruus pœnæ, quam latè probat Bar. in l. 2. nume. 10. ff. de pub. iudi. quod vt facilius

59 percipias, præsupponendum est † omnes pœnas capitales esse meri imperij, l. edicto §. rei autem capitalis ff. de bon. possess. & l. capitalium cum simil. ff. de pœn. & ibi dd. Calesa. in l. imperium, nu. 167. & consequenter quòd quando quæritur an aliqua pœna sit capitalis, vel non, idem est ac si quæreretur num nam meri sit, vel mixti imperij. Hoc præsuppositō quærit Bar. vbi suprà, an pœna dampnationis in opus

60 publicum sit capitalis nec ne, & respondet † distinguendo inter perpetuam, & temporalem,

vt prima sit capitalis, posterior verò non, prima æquiparatur dampnationi in metallum, posterior verò non, & denique per primam efficiatur quis seruus pœnæ, per secundam verò non, probat l quidam sunt & l. capitalium in fin. principij ff. de pœn. vbi singulares sunt ad hoc propositum glosæ, quæ iuxta hanc distinctionem eas intelligunt, idem antea dixerat, & iuxta hanc distinctionem resoluerat idem Bar. in num. præcedenti de pœna carceris, vt si† perpetua sit, capitalis dicatur, & dampnationi in metallum æquiparatur, si verò temporalis non, viden. Pegue. qui huic distinctioni videtur assentire decis. crim. 16. num. 3. & in practi. crim. c. 12. §. 9. num. 3. Thom. Cerdan in visita. carcer. c. 4. nume. 10. Et quòd condempnatio ad tirremes perpetua sit quæ succedit dampnationi in metallum, sensit Mar. Antho. Peregri. in tracta. de iure fis. lib. 3. tit. 4. de dampna. in metal. aut similem pœnam, nume. 7. Et hæc videtur procul dubio veriot opinio, omninoq. tenenda.

61

Sed quid erit dicendum ad illos doctores, qui non admissa hac distinctione resoluunt hanc remigationis pœnam, siue perpetua sit, siue temporalis, successisse in locum dampnationis in metallum? certè quòd eorum opinio nō videtur iure probari posse, nec doctores, quos ipsi allegant, id dicunt, vt ex eorum inspectione colligere licet.

†† *concessum*

Quinimò † Pet. Bimus in cōs. 44. n. 21. p. 1. cō stanter asserit nec perpetuā, nec tēpotalem remigationis pœnam æquiperari posse dampnationi in metallum, quia per illam non efficitur quis pœnæ seruus, nec amittit libertatem, nec etiam mortuus dici potest, cum spes sit, dum viuit, *à tanta miseria* exeundi ex varijs causis, quæ contingere possunt, & ad Iul. Clar. & reliquos doctores suprà allega. ad probandum illam pœnam remigationis huic dampnationi in metallum successisse, & ei æquiparari, respondet nihil tale dixisse doctores prædictos, sed imò loco illius, & deportationis imponi posse dampnationem ad tirremes, vel exilium, sed quòd earum naturam sumat, aut imitetur, hoc non dicunt, quia aduersarentur expressis iuris terminis, imò apparet contrarium sentire Clar. dum vult loco dampnationis in metallū posse constitui vel dampnationem ad remos

62

63 sustinendos, vel exilium, quod † tamen constat apud omnes non posse æquiparari dampnationi in metallum, quæ faciebat olim dampnatum seruum pœnæ, quod in exilio minime contingere poterat. Hęc Bim. Idem videtur tenere Fran. Rip. in l. ex facto §. si quis rogatus ij. nu. 1. ff. ad S. C. Trabel.

64 Et quid † ad conclusionem Senatus, de qua meminimus? certè quòd magis postea visus sit hanc amplecti opinionem, quàm precedentē, ex quo post transactos aliquos dies, & datis defensionibus, lectoque processu, ac meritis causę plenè discussis *decretis* doctores, de quib° suprà, qui capti fuerāt ex eo quòd pro Batone habente tātùm mixtum imperium, condempnauerant ad tirremes ad tempus, relaxandos fore sub sacramento, & homagio, quam quidem relaxationem in Cathalonia habere vim absolutionis, nemo est qui ignoret.

†

Prodijt, multò post hæc scripta, in lucē Ottentij Caualcani de brachio regio opus, qui parte 6. fragmen. 76. aliam facit huius, quam tractamus, condempnationis tirremium distinctionem, per quam videtur velle determinare nostram, quam proposuimus, dubitationem: Aliquando enim (inquit) fit condempnatio simpliciter ad tirremes, aliquando verò ad remigandum in tirremibus, si primo modo fiat condempnatio, tali casu poterit (inquit) condempnatus remigare per substituum, stando tamen cum cathena in tirremi, prout ipse vidit

65

Huius forsan † distinctionis occasione prætenderunt aduocati cuiusdam botiguerij satis diuitis præsentis ciuitatis ad relationem egregij Senatoris, & iudicis regiæ curię Michaelis Sala in prima instātia, & postea in secūda in aula admodum Reuerendi Cancellarij in gradu supplicationis de anno 1608. non posse dictū botiguerium condempnari ad pœnam remigandi in tirremibus, quamuis foret conuictus de auer pres alą llista, cum constit. 68. curiarum anni 1599. quæ de hoc loquitur, ponat tātùm pœnam tirremium ad quinque annos, nihil dicens de remigatione, addentes quòd ex quo plures diuersissimè possunt in tirremibus considerari pœnæ, mitior procul dubio erat sumenda, *repulsam tamen passi sunt*, & cliens condempnatus ad remigendum, forsan ex doctrina eiusdem Caualca. vbi suprà in fine fragmenti, quòd hodie ex consuetudine, quæ est optima legum interpręs, idem sit condempnare ad tirremes, atque ad remigandum, & ita interprætatum sit, l. si de interprætatione, ff. de leg. Actua. erat Michael Orpi. Audio tamen quòd nonnulla hic inquisitus habuerit in causa supplicationis pro sua opinione *vera*,

†

& for-

& forsan æqualia cum fisco, qui de condemnatione ad tirremes remigando fore intelligẽdam constitutionẽ existimabat, illi autem, qui contrarium dicebant, habebant vltra suprà tradita, quo suam defenderent opinionem, quia scilicet in alijs constit. & edictis publicis imponitur pœna tirremium militando, quæ mitior est, & ideò amplectenda. Præterea si de pœna remigationis foret intelligenda constitutio, non esset generalis, quia non comprehenderet milites, & æquites, qui eius non sunt capaces. Ex aduerso autem pro Senatus nostri egregij sententia facit notoria, & euidens consuetudo à Caualca. allegata, quòd, si non dicatur militando, censeatur semper intellectum, de pœna tirremium remigando, maximè vbi nũc est ferè omnino antiquata pœna tirremiũ militando. Sed hæc omittamus quia non multùm faciunt ad propositum, quod prosequimur, si tamen vis plura de hoc scire, nobilem Ludo. à Pegue. olim egregium nostri Senatus Decanum, qui interfuerat declarationi casus supradicti, & de eodem multa, post hæc parata, scripsit in secunda, & nouissima parte decisionum decisio. 56. per tot.

66 Idẽ † dicendũ censeo de pœna exilij vt ea, si perpetua sit, meri imperij dicatur esse, si verò tẽporalis, mixti, probat l. 2. ff. d pub. iudi. vbi inter capitalia iudicia, id est inter crimina meri imperij, enumeratur tantùm cum morte exilium
67 illud, quod † in locũ interdictionis aquæ, & ignis successit, per quodque eximitur caput de ciuitate, illud autem exilium, quod in totum pœnæ interdictionis aquæ, & ignis successit, deportatio est l. 3. ff. ad l. Iul. pecula. glo. in l. edicto §. rei autem capitalis, verbo *interdictio*, quæ concordantes citat, ff. de bon. possess. Iul. Clar. in prax. quæstione 67. num. 6. & Pet. Calesa. in sepè allega. l. imperium de iurisdict. om. iud. num. 69
167. Vincen. de Franch. decis. 116. num. 6. Raud. de analog. li. 1. c. 15. num. 227. in cuius deportationis locum succesit tantùm exilium perpetuum, l. sed et si quis, quę ita est intelligẽda, ff. si quis cautio. Guid. Pap. decis. 422. & 423. Aym. Craue. in cons. 220. numer. 13. & cons. 214. post num. 1. plures ad id allegat Clar. in allega. q. 67. num. 8. vers. deportatio etiam, & Calesa. vbi suprà, Farina. de delic. & pœn. q. 19. num. 15. 70
primæ partis tom. 1. ergo, à primo ad vltimum discurrendo, apparet exilium tantùm perpetuum ad merum imperium pertinere: nam cętera (inquit Pau. in allega. l. 2. de pub. iud.) id-est quæ in locum pœnæ interdictionis aquæ, & ignis non successerunt, idest quę perpetua non sunt, non exilia, sed relegationes propriè dicuntur: tunc enim ciuitas retinetur, quod
71 idem de retinenda ciuitate per exulem ad tẽpus, pro notabili differentia inter eum, & exulem ad imperpetuum, not. Alex. Rauden. in tracta. de analog. lib. 1. c. 15. nu. 233.

Contrarium opinionẽ amplectitur Bellug. in specul. Prin. allega. rub 23. versi. & primo, ante num. 4. in terminis fori Regni Valentiæ, qui in distincte, vt asserit, exilium reseruat suprę mæ potestati non distinguens inter exilium tẽporale, & perpetuum, & quia exul etiam temporaneus videtur mortuus ciuiliter, & caput eximi de ciuitate iuxta l. 2. de pub. iudi. quamuis aliqua retineat, de quibus in l. relegatorum ff. de interdic. & relega. Hæc Bellug. Quibus tamen nõ obstantibus non existimo recedendũ à priori opinione, quæ vlteriùs ex sequentibus clara fiet.

Circa hęc hallucinatus videtur don Garcias Mastril. decis. Siciliæ 58. num. 10. vbi absq. distinctione perpetui, & temporalis exilij simpliciter resoluit illud esse meri imperij, & illud inter pœnas capitales connumerari, maximè quòd non aduertit doctores, quos allegat, de perpetuo loqui, non de temporali.

Ex quà † resolutione emanat responsio ad illam dubitationem (quam scio fuisse in Senatu non modicam) nunquid excepruata in aliqua Regia sententia in fauorem habentis mixtum imperium prolata, pœna exilij, post adiudicatum eidem mixtum ipsum imperium, censeatur exceptuata tam temporalis exilij pœna, quã perpetua: est enim secura responsio quòd solũ censeatur sententia loqui de perpetuo exilio, non de temporali, cum enim hoc vltimum ad mixtum imperium, vt suprà diximus, pertineat, non potest dici quòd in eadem sententia, in qua illud adiudicatur, exceptuetur iste casus, qui ad eum expectet, erit ergo tali casu intelligẽda sentẽtia de exilio perpetuo, secundũ quod ad merum imperium spectat. 68

Pro quà † opinione facit vlteriùs quòd verbum, *exilium*, propriè, & in propria sui significatione significat deportationem, & sic exilium perpetuum, allega. l. 2. de pub. iud. quod pluribus probant Vincẽn. de Franch. & Alex. Raud. locis superiùs citatis, & vbi inferiùs allegabitur Idem Rauden. & noster Cal. in margar. fis. dub. 7. rub. de pœn. exilij num. 2. Meno. de arbit. iud. lib. 1. quæstio 80. à numer. 131. 69

Verbi autẽ † intelligendi de iure esse in propria, nõ in impropria significatione, docet nos Iureconsultus in l. qui liberis, §. hęc verba, de vulg. & pupil. substi. vulgat. non aliter de lega. 3. Menoch. præsump. 178. numer. 3. & 5. lib. 4.

Id idẽ per analogię regulas, probat Alex. Raud. in allega. tracta. de analog. lib. 1. c. 15. nu. 235. ex quo † verba sint intelligẽda per prius, nõ per posterius, Rol. à Val. in cons. 34. num. 33. vol. 2. exilium autem prius significat exiliũ perpetuũ,

per posterius autem temporale d.l. 2. de pub. iudi. cui adde Vincen. de Fran. & Meno. in locis supra cita. apud quos est peroptima huiusce rei disputatio, ibi videbis dissolutas rationes, quæ pro contraria videntur facere opinione.

Hic casus successit disputandus in Senatu de anno 1605. cum enim Locumtenens Vicarij Campirotundi in villa Oloti, qui ibi exercet merũ imperiũ pro domino Rege, haberet in vinculis quendam latrunculatorem, quem eius assessor, siue iudex cõdempnauerat ad fustigandum, & exulandum ad quinquennium, Abbas Riuipulli qui habet in eadẽ villa mixtũ imperium, & ciuilem plenam iurisdictionem, prætendit casum ad se pertinere, qui esset ea pœna dignus, quã asserebat se posse imponere: pro hac contentione dirimẽda comptomisserunt ambo in egregium Senatorem consilij criminalis, ac in eodem aduocatum fiscalem agentem Iacobum Pineda, qui auditis partibus, & eorum aduocatis, facto que verbo in regio consilio (licèt id non dixerit in sua resolutione, scimus tamen qui ea in re interuenimus ita factum extitisse, ex quo voluit dictus aduocatus *fiscalis* quòd ambæ partes informa
† rent aulam consilij criminalis) *declarauit* casum prædictum ad dominum mixti imperij pertinere, ac spectare, ex quo pœnæ illæ mixti erant imperij.

Benè verum est quòd in casu prędicto mihi magnam dubitationem faciebat cõmunis obseruantia regię sententiæ in fauorem dicti Abbatis Riuipulli prolatę quoad caput exilij pro parte dicti Locũtenentis allegata: dicebatur enim numquam dictum Abbatem, vel eius prædecessores consueuisse condempnare ad aliquam exilij, etiam temporalis, pœnam, sed semper dictum Locumtenentem, vel Vicariũ Campirotundi, pœnes quos est merum imperium, vndè videbatur non posse huiusmodi exilij pœnam imponere, nec de casibus, pro quibus ea imponenda veniret, cognoscere: est
72 enim † de iure certum verbum dubium ex cõsuetudine, & obseruantia postea sequuta recipere interprætationem, l. nummis ff. de lega. 3. l semper in stipulationibus, de reg. iur. Bar. in cons. 59. incip. communis Spoleti, Vincen. de Fran. decis. 116. nu. 2. & ego ipse supra pluribus tradidi clau. 1. à nu. 32.

73 Sed † quid erit de tortura dicendum nunquid ea meri erit imperij, vel mixti? Breuiter respondent doctores quòd sit meri imperij, ob id q. non possit ea exerceri ab eo, qui illud nõ habet, Hypol. de Marsil. in l. penul. nu. 9. ff. de quæstio. Fran. Brun. in tracta. de indi. & tortu. 2. p. q. 7. nu. 3 in 10. vol. trac. Andre. Gayl. de pace pub. lib. 2. c. 2. nu. 16. Prosp. Farina. de indi. & tortu. q. 38. n. 1 & 9. 10. 2. primæ partis, Iaco. Canc. var. resol. p. 2. c. 2. de iurisdic. om. iud. n. 30. & si exerceatur, puniri debet talis Magistratus merum imperium non habens, & non solùm tenetur parti actione iniuriarum, sed etiam potest punitiuè quã exercens priuatum carcere, Brun. & Farina. vbi *supersùs*.

Hãc opinionẽ probãt primò ex tex. in l. defensores 2. C. de defen. ciuita. quatenus ipsis, quibus nõ cõpetit merũ imperiũ iuxta ea, quæ tradũt Azo in sum. C. eo tit. & Corra. misscl. iur. li. 3. c. 6. à n. 9. phibet. etiã tortura exercere.

74 Secundò eãdem † opinionẽ ex eo probant quòd abscisio membri, puta manus, vel pedis meri sit imperij, non mixti, glo. & dd. in l. imperium, de iurisdic. om. iud. & ibidem Calesa. nu. 62. circa fin. Ludo. à Pegue. decis. crim. 16. num. 3. & 4. post Bar. in d. l imperium, nume. 8. 75 equiparatur enim † morti §. ad hęc in aucten. de collat. & ibi Bar. Feder. Scot. resp. 4. n. 4. to. 1. lib. 6. de qua pœna si vis multa scire adeas nostrum Calici. in marga. fisci, iub. de pœn. amputa. pedis, manus &c. pag. 90. Iul. Clar. in prax. q. 69. & latissimè omnium Prosper. Farina. de delic. & pœn. q. 19. nu. 23. to. 1. primę partis, tor-
76 tura † autem grauior pœna est quàm sit abscisio vtriusq. manus §. fin. in aucten. vt nulli iudicum, patiq. † tortutam (vt ex Bos. in tit. de tortura n. 11. refert nostet Pegue. allega. decis. 16. 77 nu. 5.) supremas est angustias sustinere, indè igitur consequitur multò magis eam dici debere de mero imperio.

* His moti doctores fundamentis communiter, & faciliter hãc opinionẽ stabilierunt, verũ ea apud me tantam habet difficultatem, vt cogar in præsentiarum quę ego aliquando in cõtrarium considerabam in quodam occurrenti casu omnib⁹ patefacere, vt indè saltẽ fiat quòd perspicatioris, & acutioris ingenij viris detur occasio hæc acutiori, & perspicatiori consideratione meditandi, maturioriq. consilio resoluendi, non sic incõsideratè, sicut plures ex ijs, qui hucusque scripserunt.

Considerabam (inquam) pro dissolutione argumentorum pro communi opinione adductorum (quo nullum aliud arbitror melius esse medium pro contrarijs opinionibus oppugnandis) in omnibus † causis, & criminibus, in
78 quibus contrarium de iure prohibitum non reperitur, torturam, extantibus indicijs, inferri posse, Brun. in trac. de indi. & tortu. 2. p. q. 3. n. 1. Paul. Ghrilan. de quæstio. & tortu. q. 5. nu. 1. & Farina. de indi. & tortu. q. 42. in prin. primæ partis to. 2. quod probant l. milites C. de quæstio. & l. ex libero ff. eod. tit. nullibi autem reperitur prohibitum quòd pro casibus, & delictis spectantibus ad mixtum imperiũ tortura sit prohibita inferri, ergo &c.

Dices

79 Dices † satis id videri prohibitum postquã non permittitur in læuibus criminibus, sed in grauibus tantùm, & atrocibus ex l. edictum ff. de quæstio. quę id clarè probat his verbis, *Quæstiones neq; semper in omni causa, & persona desiderari debere arbitror, sed cum capitalia, & atrocia maleficia non aliter explorari, & inuestigari possunt, quàm per seruorum quæstiones*, vbi ita communiter tenent doctores attestante Antho. Gom. tom. 3. var. c. 13. num. 2. qui plures ad id allegat cum Farina. in allega. trac. de indi. & tortu. q. 42. num. 6. tom. 2. primę partis, quos consultò tacitus prętereo ne actum agere videar, quod esse *de mente* nostri Senatus, Ludoui. à Pegue. docet decis. crim. 16. circa fin. facit pro eadem opinione tex. in l. Iquia ff. de accusa. vbi in Iquibus delictis procedendum esse sine processu, vel solẽpnitate iuditiali statuitur, quod non videtur futurum si concedamus pro eis posse infligi torturam, quę processum requirit, & magnam iudicialem solempnitatem vtpotè res grauis, & maximi prætiuditij.

Est que ratio quia inde sequerentur plura absurda si pro delictis Iquibus quis torqueretur, quæ considerarunt doctores in proposito primò quòd ex modo probandi grauids quis puniretur, quam ex modo condempnandi, & 80 sic † pœna non foret delicto commensurata contra aucten. omnes peregrini, & ibi Bal. in fin. C. commu. de succes. cum alijs relatis per 81 Fran. Becium cons. 67. nu. 27. Secundò quòd † id permitteretur indirectè, & alia via, quod directè est prohibitum, contra l. auia §. Titia de condi. & demonst. & in §. est tamen casus, & 82 ibi glo. insti. de hæred. institu. Tertio deniq. † quia ordinatum ad vnum finem non regularetur secundum naturam illius finis, & sic medium, per quod ad finem peruenitur, excederet ipsum finem, contra tex. in l. & si non sunt §. pr. eueniamus ff. de au. & argen. lega. Has rationes in proposito considerarunt Marsil. in prax. crim. §. *expedita*, numer. 57. cum sequent. Aym. cons. 137. num. 11. cum alijs ad finem vsq. dicti consilij, Fran. Bec. allega. cons. 67. numer. 25. cum pluribus sequent. quibus addę Farina, qui eos omnes, refert allega. quæst. 42. à num. 14.

83 Atrocia † autem, & grauia delicta quæ dicantur, & quæ læuia, vltra per nos tradita in superioribus hac ea. clau. 4. glo. 18. par. 1. numer. 59. declarat Bar. in l. nonsolùm §. si mandato ff. de iniur. & Bruno. in trac. de indicijs 2. par. q. tertia num 3. Sfor. Oddus in trac. de testi. in integ. parte secunda q. 80. in prin. & post eos Farina de delic. & pœn. quæstio. 18. à numer. 61. cum sequent. & de indi. & tortu. allega. quæst. 84 42. numer. 7. cum sequent. ex quorum dictis † elicitur manifestè crimina, & delicta atrocia, & grauia in proposito dici quę spectant ad merum imperium, læuia verò quę ad mixtum, id quod paucioribus verbis docet Ludoui. à Peguer. ex Thõ. Grã. con. 15. & vot. 15. & Foller. in prac. rub. *rei indurati torqueãtur*, n. 12. Pegue. (inquam) allega. decis. 16. nume. 2. dicens torturæ rationem non esse habendam in omnibus casibus, sed in illis tantùm, pro quibus veniat imponenda pœna vltra relegationem, quod est clarè dicere non posse torturam exerceri pro casibus mixti imperij, cum vltra relegationem non possit aliam seueriorem pœnam iudex, qui illud habeat imperium, imponere.

85 Verùm ego † respondeo quòd quemadmodum dupplex genus reperitur delictorum, grauium scilicet, ac atrocium, & læuium, ita etiam dupplex reperitur torturę genus, quantùm ad nostrum attinet institutum, grauis scilicet, ac seuerę, & læuis, ac minoris, vt post Bal. in cons. 77. num. 8. lib. 3. probant Boss. in tit. de tortu. num. 16. & Fran. Personal. in eo. tractat. nu. 76. & referunt Bonacos. in commu. opin. crim. par. 2. versi. tortura est tripplex. & Farina. de indi. & tortu. quęstio. 38. numer. 35. id quod videtur probari ex l. deffẽsores 2. de deffenso. ciuita. ibi, *seueriores*, l. quæstionis, & l. de minore §. tormenta ff. de quæstio. quatenus habent nõ posse, nec debere iudices semper in omnibus casibus eodem tormentorum genere vti, sed prouti moderatę rationis temperamenta desiderant, quod est dicere deberi aliquãdo in his acriter agi, & aliquando læuiter pro delictorũ 86 qualitate: vndè fit † quòd fuerint plura tormentorum genera exquisita, & adinuenta alia alijs acriora, & seueriora, vt his vtatur iudex iuxta delicti qualitatem, quæ latè referunt Brun. in trac. de indi. & tortu. 2. par. q. 2. nume. 6. Marsil. in l. 1. in prin. num. 76. ff. de quæstio. Conrad. in prac. tit. de nega. crim. & torment. num. 43. Iadoc. Damhaud. in prac. crim. c. 37. n. 17. & sequen. & Farina. qui supradictos refert, allega. q. 38. de indi. & tortu. à nu. 60. cum pluribus sequent. quibus adde Gonsal. Suar. de Paz in prac. Eccles. & secula. 5. partis to. 1. c. 3. § 12. à nu. 68.

87 Indè † denique fit quòd plures dentur torturę gradus, per quos gradatim ad seueriorem fiat transitus, si negotij qualitas expostulat, de quibus per Ghrilan. vbi supra quæstione 4. 88 per tot. vndè † benè dicebat in proposito Ftã. Mar. decis. 904. in prima parte numer. 14. in materia tormentorum non posse tradi certam regulam, sed eam posse, & debere locum habere in omni causa, etiam pecuniaria, quan89 do ita iudici videbitur. Delictis † igitur grauibus, & atrocibus (vt ad nostram responsionem redeamus) grauis, & seuera respondebit tortura: læuibus verò, & minimis,

minima, & læuis, prout pulchrè declarat Paul. Ghirlan. in allega. tracta. de quæsto. & tortu. q. 5. num. 2. & sequent. 10. vol. tracta. sic doctorum opiniones consilians, quarum altera in solis delictis atrocibus, & grauibus torturam concedit, nō in lęuibus, altera verò in vtrisq. quā Ghirlan. opinionem plures magni nominis viri amplexi fuere, Alber. in l. edictum, num. 4. ff. de quæstio. ita communiter, vt pro læuibus delictis tortura impingatur, de consuetudine obseruari asserit, de qua etiam communi obseruantia attestatur Ioseph. Ludoui. in suis commun. opin. conclu. 38. versi. *inferitur*. 106. quos in hoc sequitur Iul. Clar. in prac. crim. §. fin. q. 64. num. 4. versi. *præterea debet*, in fin. & Baiar. in addi. ad eum, num. 6. & 15. & alij plures, quos refert Farina. allega. q. 41. num. 19. cum sequent. qui licèt postea ab hac recedat opinione, & concordia Ghirlandi, antea tamen eam visus fuerat approbare, dum in eo. tit. de indi. & tortu. q. 38. num 68. dixerat tormento sybillorum solitos fuisse iudices vti in læuibus delictis, facit doctrina Bal. in l. obseruare, num. 4. C. quor.
90 appella. non recipiantur, quatenus ait † quòd licèt non possint omnes, nec in omnibus casibus torqueri, possunt tamen terreri, quam territionem ponunt doctores, & signanter Ghirlan. allega. q. 4. num. primo, pro primo gradu torturæ.

91 Nec obest † allega. l. edictum, quę principale, imò totum fundamentum est tenentium cōtrarium, ff. de quæstio. quatenus habet in causis tantùm grauibus dari torturam, respondemus enim non posse nos non valdè mirari quòd hucusq. doctores, qui de re hac egerunt, eam l. ad propositum inducere voluerint, cum ea in casu valdè diuerso, & dissimili loquatur, agitur enim ibi de torquendis seruis in caput dominorum, seu pro eorū delictis, & sic de homine torquendo pro alterius crimine, ad quam torturam infligendam non vult ius (nec foret iustum) quòd ità faciliter procedatur, sicuti quādo quis pro proprio delicto torquetur, ad quod allegat Ghrilan. in allega. q. 5. num. 3. glosam in d. l. edictum, verbo. *efficassissimas*, dū soluit contrarium d. l. 1. §. si quis vltrò ff. eo. tit. de quæstionibus, verùm nihil tale, meo iudicio, glos. probat, solùm enim distinguit inter has torturas in ea quæstione, nunquid tortura efficassissima sit ad requirendam veritatem, sicuti dicebat Consul. in d. l. edictum, cuius contrarium videtur probari in d. l. 1. §. si quis vltrò, dum ibi apparet non semper haberi pro veritate quod ex tortura constitit, hanc contrarietatem soluit glo. vt l. edictum procedat quando datur tortura pro delicto alterius, §. verò si quis vltrò, quando pro delicto proprio, & sic nihil facit ad propositum, nec forsan aliàs in suo casu benè probat quod dicit, nec conueniens videretur solutio si nostrum foret de eius veritate hoc loci disputare: ego igitur differentiam inter hos casus, quando pro delicto proprio datur tortura, & quando pro alieno superiùs constitutam probo efficassissimè ex l. 1. C. eo. tit. de quæstio. vbi certa enumerantur grauia delicta, vt læsæ Magestatis, fraudati census, adulterij, pro quibus tantùm possunt serui pro dominis torqueri, vltra quæ non licèt torturam in seruos exercere, certū autē est quòd ad torquendum reos pro proprijs delictis potest procedi in, & pro alijs criminibus, pręter specificata in d. l. 1. indè igitur infertur priuilegiatam esse torturam seruorum vt non possit de ea ad torturam reorum inferri, estq. ratio huius dicti manifesta, quam Ghrilan. adducit loco suprà citato, propter innoscentiam serui torquendi, quæ facit vt non ita faciliter concedatur contra eum tortura pro alieno delicto, sicut pro proprio, conducunt quę de hominis punitione pro alterius delicto doctè docet Dida. lib. 2. var. c. 8. per tot. & Prosp. Farina. de delic. & pœn. q. 24. à num. 150. & signanter num.
92 195. in proposito docet † leges quæ præcipiūt alium pro alterius delicto puniri odiosas esse, atque ita strictissimè interpætandas.

93 Nec obstat † quod imò faciliùs videatur procedi posse ad torturam in seruis, quàm in hominibus liberis, l. si quis, & l. ex libero ff. de quęstio. Bar. in l. 1. §. si seruus, in prin. ff. eo. Farina. de indi. & tortu. q. 46. num. 15. Mar. Blan. in tracta. de indi. num. 395. nam respondetur id intelligi respectu eiusdem generis torturæ, non respectu diuersi, verbi gratia, accusantur homo liber, & seruus de eodem delicto in diuersas personas commisso, & stant contra vtrumque paria indicia, & præsumptiones, de quibus tamē dubitatur num sufficiant ad torturam, tali casu verum est quòd faciliùs proceditur contra seruum, quàm contra liberum hominem, faciliùs enim inclinari debet iudex ad torquendū seruum, quàm hominem liberum, & hoc est, quod probant iura superiùs allegata, & doctores, nos tamen non loquimur in his terminis, sed in tortura serui in caput alterius, & pro delicto domini inferenda, respectu torturæ inferendæ in hominem liberum pro proprio delicto, & crimine, & in hoc casu dicimus priuilegiatam esse torturam seruorum, vt non ita faciliter, & in omni crimine inferatur, pro quo in hominem liberum pro proprio delicto.

94 Ad † l. læuia, ff. de accusa. suprà in contrarium nostræ opinionis allegatam, quomodo intelligi debeat, declarat ibi glo. verbo, *de plano*, quam sequitur Ghrilan. loco superiùs allega. nec dissentit Bar. in ea. l.

vt

vt scilicet intelligatur de alijs solempnitatibus ipsius processus, videlicet de libello, inscriptio 96
ne ad pœnam talionis, de solempnitatibus probationum, publicationis processus, & alijs terminis, & solempnitatibus, non autem de ista modica cuerôtione, sine quâ aliter veritas haberi non potest. probatur in simili, in crimine læsæ Magestatis procedendum est simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vulgi. extrauegan. ad reprimendum, quomodo in crim. læsæ Magestatis, & ibi Bar. not. & Tib. Decia. explicat in tracta. crim. lib. 7. c. 37. nume. 21. cum seqq. & Bernardin. Muscatel. in prac. crim. tit. de crim. læsæ Magest. humanæ, num. 20. quæro, etiã ne forsan propter hoc dicendum non posse eo in delicto deueniri ad torturam? certè non, imò propter atrocitatem delicti torquentur qui aliàs, & in alijs delictis non torquerentur, ad latè tradita per Decia. allega. c. 37. num. 30. & per Prosper. Farina. plenè in tracta. de indi. & tortu. q. 42. num. 100.

95 Ex his † facilè dilues argumentum, quod in superioribus pro contraria opinione deduximus, ex l. deffensores C. de deffensor. ciuita. dicendo quòd ibi Imper. non prohibet simpliciter exercitium torturæ Deffensoribus ciuitatis, 98
sed seuerioris torturæ tantùm, quod nos non negamus, imò libenter concedimus Deffensorem ciuitatis, ex quo cum non habeat merum imperium, non cognoscit de atrocibus, & grauioribus delictis, non posse atrocem, grauẽ, & seueram torturam exercere, vt vult tex. ille, poterit tamen mitiori, & læui, iuxta delicti qualitatem, vti tortura ad eruendam veritatem, iuxta distinctionem à nobis superiùs traditam, & hoc forsan modo consilianda est prædicta lex deffensores, quę torturam deffensoribus prohibet, cum §. si verò ignoti, in auctẽ. de testib. col. 7. qui videtur illis eam permittere.

Ex eadem resolutione suprà facta manat responsio ad tria illa absurda, quæ inferebam⁹, & dicebamus oriri ex illa opinione, quæ tenet in causis, & criminibus, siue delictis minimis habere locum torturam, nempè quòd quis plus puniretur ex modo probandi, quàm ex modo condemnandi, item quòd sic per indirectum permitteretur, quod directò est prohibitum, & similiter quòd ordinatum ad vnũ finem non regularetur secundum naturam illius finis, & sit medium, per quod ad finem peruenitur, excederet ipsum finem: respondemus enim, omissa alia responsione Ghrillan. in sepè allega. tract. de indi. & tortu. q. 7. numer. 6. cum sequent. quam videtur approbare Bajar. in addi. ad Iul. Clar. quæstio. 64. nume. 7. quòd in materia torturæ non sit attendendus finis causæ, ex qua veniat apponenda pœna læuis, etiam si pecuniaria sit, sed ad principium considerando eius naturam an oriatur ex contractu, vel quasi, quo casu † regulariter non est locus torturæ, aut ex delicto, vel quasi, & tunc potest 97
inferri tortura, quę fuit inuenta † in causis criminalibus contra culpabiles etiam dolosos vti remedium etiam extraordinarium quoties deficiunt plenę probationes, vt not. Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recip. omissa (inquam) hac solutione, quę multis forsan non displicebit, nos respondemus, iuxta doctrinam superiùs de dupplici genere torturæ firmatam, suprædicta processuta quando grauis, & seuerior pro huiusmodi læuibus delictis daretur tortura, quod nos non concedimus, quando verò læuis, vt nos volumus, non resultant huiusmodi absurda, & inconuenientia, vt patet ad sensum.

Neq; etiam obstat vltimum argumentum pro contraria opinione adductum, quo dicebamus quòd cum manus, & membri abscisio sit meri imperij, tortura autem grauior sit pœna vtriusque manus abscisionis, indè consequi videbatur & ipsam debere esse meri imperij.

Pro cuius † contrarij dissolutione illud forsan foret in memoriam reducendum, quod pœna torturæ dupliciter solet, & potest imponi, vel in medio causę ad eruendam veritatem, vel in fine pro finali pœna delicti, Par. de Put. de syndi. verbo, *tortura* n. c. 1. Inl. Clar. in prax. quæst. 70. num. 3. versi. *plerunq; etiam*, Bonacoss. in comm. opin. crim. verbo, *tortura quæ dosq;* parte 1. & Farina. allega. trac. de delict. & pœn. q. 29. num. 30. quicquid dicat Bal. in rub. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. asserens non reperiri iure cautum quòd tortura imponatur pro finali pœna delicti. Put. enim duos vbi suprà recenset casus, in quibus de iure communi videtur imposita tortura pro pœna, & inter istos duos casus nos differentiam constituamus eandem, quam Bart. in l. imperium nu. 10. de iurisdic. omn. iud. (cuius mentem arbitror non rectè percepisse Calefa. in ea l. imperium n. 176. vt tu ipse dijudicare poteris facilitèr si eum videris) vt quæ torturæ pœna imponitur pro finali pœna delicti, sit meri imperij, quæ verò ad eruendam veritatem, de qua communiter loquimur, sit de iurisdictione, vt tandem † indè inferas responsionem ad tex. in d. §. fin. in auctẽ. vt nulli iudicum, in contrarium allega. quod ille tex. loquatur de pœna torturę pro finali pœna delicti imponẽda, ac propterea nõ obstet his, quæ cõtra cõmunẽ opinionẽ fũdare satagimus, qui nõ de illa tortura loquimur, sed de ea potiùs, quę ad eruẽdã veritatẽ imponitur. Hac eadem distinctione reperio vsum fuisse Vincen. de Franch. decis. 459. numer. 3. Verùm hæc responsio nodũ non dissolvit, licèt enim ibi videatur tex. loqui de tortura, prout

UMB Bibliotecas Ciencias Sociales

ri est finalis pœna delicti, non tamen potest commoda assignari differentia inter eam, & quæ datur ad eruendam veritatem, vt illa debeat dici maior vtriusq. manus abscisione, hęc verò non, cum rex. ille id fundet in articulorũ, siue membrorum dissolutione, quæ & æquè contingit in vna, atque altera torturæ specie.

100 Quare † ego dicebam non parùm me dubitare verus ne sit communis doctorum intellect⁹ ad d.§. fin. quatenus pro pœna articulorum, seu membrorum dissolutionis, de qua loquitur, quamq. dicit maiorem esse vtriusque manus abscisione, cõmuniter intelligũr, tũ quia si id foret verum iam nunc non posset iudices eã exercere, foret enim ea sublata per eum tex.

101 qui † pœnam articulorum, & membrorũ dissolutionis *substulit, tum etiã quia ibi loquitur* tex. de pœna finali delicti, non de ea, quæ datur ad eruendam veritatem, vt suprà dicebamus, & tum denique quia si quis hodierni tẽporis torturam, quæ communiter exercetur, attendat, reperiet pro cuius dubio tantùm abesse quòd ea maior pœna dici possit, quàm vtriusq. man⁹ abscisio, quòd imò sit multò minor, adeò vt nemo sit, qui non existimet potiùs quodcunque genus tormenti pati, quàm, nedum vtriusque manus, sed vnius tantùm ex illis abscissionem. Alia igitur, atq. alia sine dubio debet esse pœna dissolutionis membrorum, de qua loquitur Imper. in d.§. quia verò, quã sit tortura nr̃i temporis; circa quod nõ duximus amplius insistendum, satis enim arbitramur nostro muneri satisfeciſſe si hęc pauca incidenter animaduerterimus, quibus occasionem forsan, & ansam alijs dederimus vt ea diligentiori studio perscrutentur.

Post hæc scripta reperi Pet. Calefa. virum vndique eruditum, in reperi. l. imperium, nu. 179. de iuris. om. iud. nobiscum conuenientem quòd illa membrorum, & articulorum dissolutio, de qua in allega. §. quia verò, non intelligitur de tortura, ac dicentem se nõ posse nõ mirari de dictis, & alijs doctoribus, qui id docuere, sed quòd erat alia pœna, qua fiebat artuum dissolutio, & sic totus mutilatus erat homo; verùm nec ipse, sicut nec nos, suum hoc dictum aliter probat, cogita igitur.

Ex his dubia remanet communis doctorũ traditio, quę, vt in principio huius materiæ dicebamus, tenet indistinctè torturam esse meri imperij, pro quibus adhuc facit, quòd † ad

102 torturam possit deueniri vbicunque pro delicto venit imponenda pœna corporalis, & corporis afflictiua, Alberi. in l. edictum nu. 4. C. de quæstio. Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 64. nu. 4. vers. *præterea debet iudex.*

103 Iudex † autem mixti imperij plures pœnas habet corporales, & corporis afflictiuas, putà fustigationis, Marquil. in vsat. in baiulia sæpè allega. fol. 327. col. 4 & Iacob. Can. lib. 1. var. c.

104 2. de iurisdic. om. iud. nom. 49. quæ est † adeò grauis, & grandis propter grauem, quam infert infamiam, ex quo non soler nisi pro turpibus, & infamatorijs delictis erogari, vt æquiparetur morti, Ioseph. Ludoui. de cit. Lucen. 1 num. 24. & Bajar. qui eos refert in addi. ad Iul. Clar. in prax. q. 70. num. 3. plenè Farina. de delic. & pæn. q. 19. num. 29. quid ergo mirum si in casibus mixti imperij, in quibus venit de iure hęc grauis pœna imponenda, concedatur posse irrogari torturam. Habet etiam iudex mixti imperij pœnam condemnationis ad seruiendũ in regijs triremibus remigando ad tempus, vt superiùs probauimus, quæ an corporalis sit, & *corporis afflictiua dicant ij, qui eam sunt experti*, in quo, quia notorium, amplius non duximus insistendum, in casibus igitur, in quibus hæc de iure veniet pœna imponenda, non video quid obstet quominùs torturæ fiat locus, si adsint *indicia* sufficientia.

105 Nec † videtur verum quòd (vt suprà dicebamus) docet Senator noster grauissimus Ludouicus à Pegue. (quod tamen sit salua eius pace dictum) decis. crim. 16. num. 2. quod idem postea affirmauit etiã in ptaxi crim. c. 11. §. 9. de tortu. n. 2. nõ posse ad torturã procedi pro omni delicto, q̃ mereatur pœnã corporalẽ, sed pro illo tã tũ pro quo venit imponẽda pœna vltra relegationẽ, & declarãs postea quæ dicãt. pœnę vltra relegationẽ, addit, quæ sũt d mero imperio, vt est pœna mortis ciuilis, vel naturalis; nãq; id nullo videt. posse iure ꝓbari, & licèt ꝓ sua opinione alleget Thõ. Grã. cõs. 15. & vot. 15. & Pet. Follerius prax. crim. rub. rei indurati torqueãt. n. 12. est tñ animaduertendum eos loqui secũdum iura municipalia Regni Neapolitani, quibus expressè ita cauetur, per. c. regni cormenta, quod ipsi allegant, præter quos idem, iuxta eadem iura, docet Bernardi. Muscatel. in prax. crim. tit. de vulner. læthali, numer. 29. & Ioan. Baptis. Bajar. in addi. ad Iul. Clar. q. 64. nu. 11.

106 Et hęc † quidem omnia, quæ contra cõmunem diximus, tantò magis procedunt si vilis fuerit persona torquenda, contrà eam enim facilius ad torturam proceditur, quàm cõtra honestiorem; prouti in proposito, de quo superiùs loquuti fuimus, animaduertit Pau. Ghrillan. in sæpè allega. tracta. de indi. & tortu. q. 5. n. 4. 5. & 6. & Bajar. in addi. ad Iul. Clar. in prac. crim. q. 64. nu. 7. in fin. & caret lege, qua id probetur (licèt impugnent Fran. Cason. in trac. de torme. c. 8. nu. 3. in fin. & n. 4. & Farina. de indi. & tortu. q. 41. n. 24. an autẽ benè, ipsi viderint,

127 alterius esto iudicium) est enim † l. milites. §. oportet C. de quæstio, quæ in tortura inferenda cõdicionis personę sit habẽda sãcijt rõnẽ.

Viles

108 Viles autem† personę quæ dicantur, declarat tibi latè Tiber. Decia. in tract.crim. tom.1. lib.3. c. 22.nu. 24. quod ideò admonere volui ne facilè in pauperē irrueres pro quocunq.delicto,& crimine torturam contra eum, vti vilē personā communiter existimatam, exercere volens, existimando,quod plures, appellatione† vilium personarum intelligendos esse pau-
109 peres, contra quos, vt dicebat Thom. Gram. conſ.3.in.fin.& Feder.Scot. reſp.10. numer.52. tom.2 lib.2. etiam in læuibus quotidiè inungitur tortura, quæ contra diuites nunquam locū habere potuit, vt verificetur illud Eſaiæ c. 10. *ſcribentes iniquitatem ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei*, nec† ad illud aduertitur, ad quod
110 aduerti deberet, paupertatem cum honeſtate vitę, & morum coniunctam, non eſſe ſpernabilem,nec etiam ita facilè præſumendum contra pauperem tali paupertate præditū, Decia. vbi ſupra,numer. 19. Farina.latè in tract. crim. primæ partis tō.1.tit.de accuſa.q. 12.nu. 50.ſed de his ſatis:aduertant ad ea ij,ad quos ſpectat, nos enim ad alia tendimus pro oneris exoneratione; quod, forſan non inculpabiliter, viribus imparibus nobiſmet ipſis voluntariè impoſuimus.

111 Sed quid† de percuſſionibus enſium, & cultellorum,an earum cognitio,& punitio ad merum,an verò ad mixtum ſpectet imperiū? Qua in re practici noſtri, quos ſupra retulimus,cum ſenatu in deciſionibus cauſarum, quas ipſi commemorant, & ſignanter in famigerata illa Prioris de Riuidario contra Marchionem de Ayrona,Relatore Regas,&actuario Balle,lata, ſolent communiter diſtinguere inter percuſſiones, quæ proditoriè,& per inſidias, liuè appenſatè fiunt,& illas,quę in rixa.Item an ex eis ſequatur mors,ſeu mutilatio membri, vel notabilis deformatio iudicio medicorum,vel nō. Item an ſanguis exeat ex eis,vel os,ſeu oſſa frāgantur,aut debilitentur, vel aliàs ſint iudicio medicorum periculoſæ de morte, ſeu aſſolamento, vel non, vt in prioribus diſtinctionis membris ſpectent huiuſmodi percuſſiones ad merum imperiū,in poſterioribus verò ad mixtū; priores percuſſiones delicta maiora, poſteriores verò minora delicta appellando.

112 Circa quæ† illud tantùm particulari notatione, & diſcuſſione dignum exiſtimo,cuius nullam reperio rationem à noſtris aſſignatam, quare percuſſiones proditoriæ dicantur ſimpliciter ad merum imperium ſpectare,factæ verò in rixa, ad mixtum, prębuit occaſionem caſus, qui contigit in Senatu diſputandus de anno 1605. quo cum Reuerendus Abbas Riuipulli dominus qui dicitur villæ Oloti mixtum in ea habens imperium,ſupplicaſſet pro ſuo intereſſe ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego à quadam prouiſione euocationis cauſæ percuſſionum cū cultello, & baculo per quendam Gaſparem Guillo Bartholomeo Filloll allatarum,ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Ferrer tunc iudicis regiæ curię facta, prętendēs non ſubeſſe rationem, propter quam cognitio dictæ cauſę, & delicti punitio ſibi auferretur, Reſpondebat Senatus percuſſiones huiuſmodi fuiſſe factas appenſatè, & proditoriè, & proindè ad eum non ſpectare earū cognitionem,& punitionem;atq.ita tandem,benè prouiſum, beneq.cauſam euocatam,extitit † *declaratum*. ſcriba cauſæ(ni fallor)erat Micha. Ocpi,ego,vt dixi, non potui aliquem ex noſtris reperire, qui differentiam hanc iure probaret, quiq. eiuſdem rationem aliquam adduceret, ſed ſimplici relatione contentū quòd id obſeruet Senatus,ſe ſe omnes ab his expediunt. Cogitabam an id propterea eſſet quia de iure† quæ
113 ſitas proditionis facit maius delictū tribus reſpectibus, vt dicebat Gigis in trac. de crim leſæ Mageſtatis lib.1.tub.1.de orig. legis læſæ Mageſtatis q.19.nu.19.& lib.3.in tub.de proditor.q.unu.1.primò ex parte perſonæ iuxta tex.in c. clericus 46.diſtinc.& in c.ſacerdos de pœniten.diſtinc.6.ſecundò ex parte perſonæ proditæ,c.de forma 22 q 5.tertiò denique ex modo proditionis,refert Decia.in trac.crim.tom. 2.lib.7.c.30. nu.11.& Farina.in trac.crim. primæ partis tom.
114 1.de pœn.& delictis,q.18.nu.73. inde fit† vt proditorium delictum grauiùs puniatur,l. propter inſidias C. de ijs,qui accu. non poſ.l. 4. ff.ad l. Iul.Maieſ. l.fin. & ibi Lucas de Pen.C. de dela. lib.10.Anthon.Gom.de delic.tom.3. var.tit.de homici.nu.5.Iul. Clar.in prac.crim. §. homicidium,nu.10.& §.ff.q.68. verſi. *proditor*, & vbiq. Bajar.in additione,latè Decia. & Farina. vt nihil vltra,in locis ſupra allega. Homicidæ enim
115 †proditorio propter proditionem datur pœna mortis qualificata iudicis arbitrio, citantur à Farina.Bar.in l. deſertorē §.1.ff.de re milita. & Bal. in c.1.§.ſiquis ruſticus,de pace tenen. & in l. capitalium,§ famoſos ff.de pœn. verum ij nihil tale dicunt, *docent tamen id* Anthon. Gom.de delic.tom.3.var.c.3.de homici.nu. 3.Clar.§.fin. q.68.verſi.*proditor*,& alij à Farina.allega.ita ſeruamus in Cathalonia,& nudius tertius,dū hæc ſcribimus,*executa* fuit pœna mortis in alta furca cū additamēto inciſionis manus ante domū occiſi contra eum,qui Raphaelem Antich militem huius ciuitatis proditorię occiderat.

116 Itē† homicida proditorius immunitate Eccleſiaſtica non gaudet,qua gauderet niſi proditorius foret, glo. verbo, *per inſidias*,& ibi communiter doctores in c.1.de homici.Boer.deciſ. 109.nu.3 Dida.var.reſol.lib.2.c.20.num.7. Iul. Clar.in prac. crim. §. ſi. q 50. verſi. *ſciasi tamen*,

Antho-

Antho.Gom.var.resol.tom.1.c.10.quãdo reus gaudeat immunitate nu.2.Suar.de Pazin.prac. quintę partis tom.1.c 3.§ 3.nu.113.latè Tib.Decia.in tracta.crim.tom.2. lib 6.c. 28.nu. 12. cum sequent.& latissimè,simulq. fusissimè Prosper Farina. (O,fortunatum virum, qui meruit tantum ab alto sibi vitæ , & salutis elargiri vt potuerit,non tamen sine labore, cui non videtur vnquã pepercisse , cum maximo omnium applausu , & graui sui nominis existimatione,telã hanc criminariam sic abundè ex omni sui parte contexere, vt vbi ipse est,non sit necesse aliũ adire,qui nos doceat quod querimus,cum rogamus vt si vnquam quisquilię hæ nostræ ad se peruenire metuerint, votis nostris,pro communi rei publicæ bono,annuat , vlteriùs in incepto munere pergendo, & quas vltra de rè criminaria,& alijs rebus ad nostram Iurisprudentiam spectantibus promisit lucubrationes in vulgus edat.) primæ partis tom. 2. de carcer. & carcera.q.18.nu. 24. Iosep. de Sesse in tract. inhibitio. magistra. iusti. Arag.c.8.§.4. à nu.56. qui hanc communem,alij communissimam appellant sententiam . Ad hæc,non desunt grauissimorum Senatuum decisiones , quibus in facti contingentia fuit hæc opinio intrepidè recepta: † enim *seruari* in Senatu Parisiensi testatur Ioan.Gal.quem allegat Boer.in suprà allega.decis.109 nu.7.ita bis fuisse *decisum* in Senatu Grationopol.auctor est Guid.Pap.decis.121. † ita *iudicatum* in curia Burdegalen. testatur Nicol.Boer.alleg.decis.109.& *in Sena.Regni Arag.* † seu per Cancellarium Regni , auctor est Sesse vbi suprà, atq. ita deniq. *declaratum* fuisse per † Cancellarium Regni huius principatus harum causarum iudicem competentem ,cũ voto plurium doctorum Regij Consilij Cathaloniæ in graui causa propter partium potentiam , testatur nobilis Ludoui.à Peguera decis.crim.54.& 58 apud quem est huiusce rei disputatio, habemus hac de re doctam,& eruditam disputationem ,occasione (vt audio) dictę causæ factam per Fran. Molin.huius ciuitatis doctorem egregium, quam de facta homicidij amittenda immunitate inscripsit.

117 Et hunc† quidem effectum operatur qualitas proditionis nedum in vero homicida,id est quando verè , & realiter mors extitit sequuta, sed etiam quando non , sed solùm illarum est proditorię vulnus animo occidendi , quod licèt in se non parùm sit controuersum,vti ex doctoribus suprà citatis, & ex his, qui mox referẽtur,fiet manifestum,adeò vt dicat Plaça de delic.lib.1 c.21. hanc esse arduam quæstionem, in qua pauci nauigarunt sine periculo, hæc tamẽ est verior opinio, vt pluribus docent Igne.in l.1.§.si dominus,nu.20.ff.ad Syllan. Dida.lib.2. var.c.20.post nu.7.ver. *qua quidem interpretatio,* & Farina.abundè loco superius citato num. 25. † ita docent *seruatum* fuisse , & *decisum* in Senatu † Burdegal.Boer.decis.109.nu.7. & *in Senatu Cathalonia* Ludoui.à Pegue.allega. decis.crim.54. nu.11.& decis. 62. apud quos est egregia de his disputatio. Si(vt argumentum concludamus) per proditionem crescit,& fit maius delictum, haberq.tot specialia in sui odium,quæ suprà retulimus , & augetur etiam propter proditionẽ pœna delinquenti, quid mirum quòd dicamus delictum mixti imperij fieri quòd sit meri per proditionem, vt grauiori pœna puniatur,quàm sint illæ,quas habent iudices illius imperij.

118 Dices† supradicta procedunt tantùm in vero proditore, veluti in eo,qui vel hominem veneno enecat, vel qui eum occidit, qui cũ suus inimicus non esset,nihil tale præcauebat, quia nulla necandi causa præcesserat, putà fingendo se illi amicum , vel socium itineris , & aliud in corde,& pectore, & aliud in ore habens , & similia,hæc enim proditoria delicta grauiora sũt alijs,acriùsq. propterea puniuntur ea committentes quàm reliqui,nos verò loquimur in eo, qui occidit appensatè & per insidias,in quo nõ videtur per doctores, vel etiam per iura nostra considerata tanta atrocitas delicti,saltem quando non occiditur amicus,atq. ita in expressò tenuerunt Bar.in l.respiciendum §.delinquunt ff. de pœn.Gerar.singul.14.num. 5. & 6. Bal.in c.1, col.4.quib.mod.feud.amit.Gom.tom.3, var.c. 3.de homici.nu.5. cum alijs latè relatis per Farina.de delic.& pœn.q.18.nu. 76.quibus adde Baiar.latè de proditore agente , in addi.ad Iul. Clar.§.homicidium,nu.22.cum sequent.ea tamen opinio nulla tenus est tenenda cum videatur expressè contra tex. in c.1. de homici. quo probatur solam insidiosam industriam efficere delictum proditorium , cũ cum ab altari euelli permitat,qui tale quid egerit,atq. ita meritò eam reprobarunt Dida.Plaça,& Farina. vbi superiùs,& est de mente Afflic. decis.265. nu.64. adde Tib.Decia.tom.2.lib.7.c.29.de proditor. nu.19.in fin.In Regno Castellę hoc videtur indubitatum per legem regiã, quam allegat Antho.Gom.loco suprà cita.& refert Baiar.vbi suprà nu. 25. In nostra Cathalonia idem videtur statutum per constitu.com instigant,tit.quant sia licit,ò no venjar se &c.in 1.vol.consti.

119 An autem† ad effectus supradictos vt crimen dicatur proditorium , requirantur simul insidiæ cum animi deliberatione , non est nostrum hoc loci disputare nisi vellemus nunquã nos ab his,quę incidenter occurrunt pertractanda,expedire , videatur per doctores suprà citatos,ac præsertim per nostrates Moli. & Pegue. vbi suprà eos retulimus,restatur Pegue. de *resolutione* Senatus quòd sufficiat alterum ex ipsis, quæ fuit nostro tempore in grauissima causa,& in

in magno conflictu facta, testatur Sesse de alia † simili *declaratione* in Regno Aragon. facta, vbi supra allegatus est, Suar. tamen de Paz in prac. allegat. primæ part. tom. 1. c. 3. §. 3. num. 131. tenet contrarium, & refert pro sua opinione ita *seruatum* in supremo Senatu, cogita igitur, postquã nobis non permittitur amplius veritatem exquirere. De supradictis omnibus, quæ ad proditoria delicta spectant, vide Ioã. Gutier. in prac. lib. 1. q. 2. per tot. vbi benè declarat.

120 Adhuc † tamen supradicta non videntur sufficienter concludere rationem, quam exquirimus, quare qualitas proditionis faciat transire casum, & delictum mixti imperij ad merũ: fateor enim ingenuè quòd aggrauet delictũ, & propterea huiusmodi delinquentes acriùs, & seuerius puniantur, nõ tamen video quomodo indè sequatur necessariò quòd propterea fiat meri imperij: pone enim quòd committatur proditorie delictũ, sicuti committi potest, quod non mereatur acriorem, seu seueriorem pœnã his, quas imponere possunt iudices mixti imperij, verbi gratia, detur alapa, vel fiat per cuffio cum pugno, vel baculo accordatè, & per insidias, quis dicet hæc crimina maiorem meretri punitionem, & pœnam, quàm sit exiliũ, vel remigatio ad decennium, quæ sunt mixti imperij pœnæ, vt suprà abundè docuimus? si ergo habet is iudex pœnam delicto condignam, nõ 124 video quòd propter eam qualitatem ab eo debeat auferri cognitio, & punitio delicti, vndè mea in his (qualiscunq. sit) est opinio, quòd nõ possit simpliciter dici omnia delicta proditoria esse meri imperij, sed ea tantum modò, pro quibus puniendis maior de iure est statuta pœna, quàm sint quas habet iudex imperij mixti; aliàs enim si pœna, qua delinquens venit puniendus pro delicto, est de his, quas iudex mixti imperij habet, intrepidè centeo ad eum spectare criminis punitionem, quod in eo fundari posse arbitror, quo † dicimus ad cognoscendũ 121 grauitatem, & atrocitatem delicti, & seu eius qualitatem recurrendum esse ad pœnam, quæ pro eo imposita sit, vt si ea sit grauis, & atrox, graue etiam, & atrox censeatur esse delictum, si verò lęuis læue, quæ fuit celebris opinio Bar. in l. lęuia, ff. de accusa. quem postea plures sequuti sunt hoc argumentandi genere vtentes, Angel. Hostien. Abba. Socin Dec. Cæpola, Brũ. Conrad. Aymon Craue. Hieron. de Monte, Iul. Clar. & Sfor. Oddus, quos refert Farina. allega. tracta. de delic. & pœn. q. 18. nu. 83. quibus adde Bal. in cons. 412. nũ. 1. vol. 4. Carter. in reperi. l. obseruare, nu. 104. C. quot. appel. nõ recip. Par. de Pur. in tract. de syndi. verbo *index* nu. 8. in 1. vol. tract. fol. mihi 385. Gonsal. Suar. de Paz in prac. Ecclesiast. & Sæcul. 5. partis tom. 1. c. 3. nu. 55. & 66. Ioseph. Ludo. decis. Lucen. 17. nu. 15. inter communes opiniones hæc refertur in vol. comunũ opinionum, tom. 1. de comu. opin. lib. 1. tit. 5. in spec. 8. num. 62. vbi † signanter ex nostra propositione è diuerso ad qualitatem meritorũ arguitur ex qualitate præmij, vt quèadmodum ex maioritate pœnæ infertur maioritas delicti, ita ex quantitate, & maioritate præmij argui debeat qualitas, & maioritas meritorum, idè refertur tom. 3. eiusdem vol. de crim. & delic. loco 8 c. 3. at q. ideò † dicebat benè Pet. Calesa. in repeti. l. imperium, nu. 182. de iurisdic. om. iud. *declarasse* fuisse in Rrot. Senen. delationem armorum non esse in ea ciuitate tunc inter lęuia delicta censendam, cum imposita fuisset pœna centum aureorum, quę respectu aliarum pœnarum à statuto impositarum grauis erat indicanda. 123 † 125

Hoc etiam argumentandi genere vsos reperimus nostrorum iurium conditores, d. Hieronymus, ex cuius dictis est compositus tex. in c. non afferamus 24. q. 1. ita in fine illius cap. concludit, *quis iam dubitauerit hoc esse scelestius commissum, quod est grauius iudicatũ*. Paul. l. C. in l. 2. ff. de pub. iudi. non aliundè docet fore percipiẽdum cuius qualitatis sint delicta, quàm ex qualitate pœnæ, quæ sit pro vno quoq. ex ipsis imposita, sicut è contra ex qualitate delicti cognoscitur quæ sit pœna pro eo inferenda, c. fœlicis §. cæterùm, de pœn. in 6. & ratio † prędictorũ est, quòd cum pœna sit commensuranda delicto, c. mensuram de pœniten. distinc. 1. c. quæsiuit, de his, quę fiunt à maio. par. capit. d. c. fœlicis § præmissis, de pœn. in 6. l. lęuia ff. de accusa. l. 1. §. vnde quęritur ff. de pub. & vectigal. cum similibus, pluribus de iure diuino, naturali, & humano probat Gonzal. Suar. de Paz in prac. Eccle. & sæcula. quintæ partis tom 1. c. 3. §. 3. à nu. 38. circa quod videndus est Dida. var. resol. lib. 2. c. 9. nu 1. Gayl. de pace pub. lib 1. c 5. nu. 18. existimandum est ita factum fuisse à legislatoribus, vt atrocibus delictis atroces dederint pœnas, lęuibus verò lęues, & sic fiet quòd ab vno ad aliud possit peroptimè deduci argumentum.

Si ergo ex qualitate pœnæ (vt nostrum concludamus argumentum) infertur qualitas delicti, indè etiam ex necessaria consequentia inferri debet, ad quem illius punitio spectet, vt demum ad nostrũ propositum colligamus, quòd si pœna est meri imperij, & ex eo quòd talis sit, debeat etiam delictum eiusdem imperij esse iudicari, quia non erit grauis, nec atrox, & per cõsequens nec delictum, & sic à primo ad vltimũ habebimus intentum.

Dices † non est ita simpliciter verum vti in distinctione superiùs extitit resolutum, ex qualitate pœnę iudicari qualitatem, & grauitatem delicti, quia id controuertunt plures grauissimi

mi viri, Socin. in conſ. 157. & Aymon Craue. de antiq. temp. 4. parte §. videamus modo, nu. 26. cum ſequent. quod probant aliquibus fundamentis, primò† quia homicidium maius proculdubio eſt *furto*, & tamen iſtud maiori pœna, ſcilicet furcarum, illud verò pœna capitis, quæ minor eſt, punitur, ſecundò quia ſæpiùs videmus *minoribus delictis* maiorē aliqua cauſa imponi pœnam, quā alijs multò maioribus, de quibus habemus plura in iure exempla, & ſignanter in l. aut facta §. fi. ff. de pœn. & proſequitur latè Farina. in alleg. tit. de delic. & pœn. q. 18. & 23. per tot. verbi gratia, quando augentur pœnæ propter frequentiam delictorum, vt in d. §. fin. vel quando propter conſuetudinem delinquendi ipſius inquiſiti, vel aliàs, vt Farina. in d. locis, certè his in caſibus nemo dicere poterit licitam eſſe argumentationem à qualitate pœnæ ad qualitatem delicti, ergo &c.

126

128

Ad hęc varias excogitarunt doctores reſponſiones videndas apud Dec. in c. ac ſi clerici 7. notab. de iudi. & in conſ. 65. & apud Farina. de delic. & pœn. q. 18. nu. 84. cum ſequent. Ego tamen imprimis reſpondeo me parùm moueri quòd Crauet. contrariam teneat opinionē vbi ſuperiùs, ſoleo enim parum adhibere fidei ijs, quos repetio vnum in conſilijs, quæſtus gratia, & aliud in alijs operibus dixiſſe, vt pote variantibus, is enim auctor in conſ. 6. nu. 18. quia ſuo clienti expediebat, ſimpliciter nobiſcum conuenit in eo, quod vbi ſuprà controuertit, quòd ſcilicet ex qualitate pœnę inferatur qualitas delicti.

127

Secundò reſpondeo† quòd imò furtum maius delictum eſt homicidio in eo ſenſu, in quo pœna furcarū maior dicitur pœna capitis, quia *magis infamat*, & *magis ignominioſa eſt*, alio enim reſpectu pœna furcarum non poteſt maior dici pœna capitis, cum vtraq. reſpectu furis, & homicidæ ſit mortis naturalis, nec conſtet maiorem dolorem vnam inferre, quàm alterā, nec Bar. in l. deſertorem ff. de re mili. (nam in l. capitalium, §. ſerui ff. de pœn. vbi communiter allegatur, nullum de infraſcriptis verbum) nec Bal. in l. omnes C. de dela. lib. 10. nec Socin. in conſ. 157. qui ad hoc ſolēt ſemper adduci quòd pœna furcarū ſit maior pœna capitis, alio reſpectu reperiuntur id dixiſſe, quàm quia vna ſit altera magis ignominioſa, vndè non obſtabit argumentum cum modo ſuprà dicto, & in ſenſu, de quo ſuprà, quodlibet latus furtum, licèt pœnam mortis nō mereatur, maius dicatur homicidio, quia magis infamat.

Ad ſecundum reſpondemus nullatenus obſtare aduerſus ſupradicta, nos enim loquimur de pœnis appoſitis delicto vt delicto, nulla ei circunſtantia, vel qualitate adhęrente attenta, quæ extrinſecùs obueniat præter naturam delicti, ex aliqua cauſa, & in hoc ſenſu indubitabilem cenſeo reſolutionem ſuperiùs factā, quòd ex qualitate pœnę intelligatur qualitas delicti, ex his, quæ ſuprà docuimus: contrarium verò procedit quando ex aliqua iuſta cauſa, putà ob delictorum frequentiam, vel delinquentis delinquendi conſuetudinem, daretur maior pœna, quàm ſimplex delicti qualitas expoſtularet, tunc non vtiq. liceret argumentari à qualitate pœnæ ad qualitatem delicti vt delictum eſt, benè tamen ad qualitatem delicti illa qualitate, & circunſtantia affecti, quo in ſenſu adhuc cenſeo huiuſmodi delicta ſic qualificata maiora dici, quàm alia, quæ aliàs eis maiora viderentur, ni ea qualitate forent affecta: receptum† enim in iure eſt delicta quandoq. creſcere, & maiora fieri ex multis qualitatibus eis extrinſecus aduenientibus, prouti ex Farina. clarè colliges, ſi eum perlegeris tota dicta q. 18. & 23. & è conuerſo ex alijs cauſis excuſantibus fit minus delictum, & quaſi decreſcit, quod aliàs maius foret, ac minuuntur etiam pœnæ, de quo vide ad facietatem vſq. Farina. qui plura ad propoſitū cumulauit, part. 2. tom. 1. tot. illo tit. de pęn. temperan. per 34. queſtiones.

129

Nunc† intelliges quare in c. admonere 33. q. 2. apponitur maior pœna vxoricidę, quàm in c. latorem ea. cauſ. & q. matricidę, cum tamē hoc ſit illo grauius, & maius delictum, dicit glo. in d. c. admonere verbo *exiſtimes*, & Hoſtien. in ſum. de pœniten. & remiſ. pecca. nu. 60. verſi. decimus quartus, ideò eſſe quia homines prōptiores ſunt ad illud, quā ad hoc committendū, ideò durior pœna imponitur propter qualitatē frequentiæ, & ſic ex cauſa, non quòd aliàs maius ſit vxoricidium, quàm matricidium, maior illi, quā huic imponitur pœna, vide Pet. Roys. deciſ. Litua. 3. nu. 390. Vel etiam poſſumus reſpondere non deeſſe qui dicant vxoricidium maius eſſe matricidio, vt conſtat ex d. glo. & Hoſtien. & ferè ita auſus eſt affirmare Cæpol. cōſ. 5. nu. 24. cum ſequent. quia† vir, & vxor à Deo coniuncti ſunt, vt vna caro cēſeantur, & os ex oſſibus, Gen. c. 2. & Matthe. c. 19. adeò vt iam non ſint duo, ſed vna caro, inquit Saluator Matthę. c. 10. & † de iure noſtro dicuntur eſſe ſocij diuinæ, & humanæ domus, l. aduerſus C. de crim. expila. hæred. vel ſaltem parificantur ea delicta l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid. Decia. lib. 9. c. 11. de vxori. nu. 5.

130

131

Indè etiam† propter eandem rationem duriùs quandoque punitur ſimplex fornicatio, quàm alia maiora delicta, vt facilè colliges ſi Hoſtien. legeris, & reliquos doctores ſuprà citatos, qui alias tibi ad idem pulchras cumulāt inſtātias, ex quibus omnibus arbitror feciſſe me ſatis his, quæ promiſerā circa rem hanc pertractādā. Progrediamur ad vltiriora in ſequēt. glo.

132

SVMMARIA.

SVMMARIA.

1 *Dominus castri habet in Cathalonia de consuetudine pacem, & guerram.*

2 *Pax sumitur multis modis, primò pro fine discordiæ.*

3 *Pax aliquando sumitur pro congregatione hominum, quæ fit pro expellendo ejectos à pace, & treuga.*

4 *Pacē congregare, & insurgere cũ tota pace quid sit.*

5 *Pax, & treuga sumuntur quãdoq. pro pace, & treuga conuentionali.*

6 *Pax sumitur aliquando pro illa securitate, quæ datur à Domino Rege per constitutiones, & alia iura patriæ hominibus in Cathalonia habitãtib⁹. Esse sub pace, & treuga quid in Cathalonia significet, ibidem.*

7 *Pax, & treuga in qua significatione sumantur in hac de pace, & treuga tractatione.*

8 *Pacis, & treuge violatarum processus incipit à fama iuris querelantis.*

9 *Pacis, & treuge violatarum processus potest fieri à quolibet, & cõtra quemlibet, nõnullis exceptis.*

10 *Omnes homines in Cathalonia, paucis exceptis, sũt sub pace, & treugua constituti.*

11 *Leges, & constitutiones de sui natura omnes sunt vniuersales, & generales.*

12 *Clerici comprehenduntur sub constitutionibus pacium, & treuguarum, sed diuerso modo atq; layci.*

13 *Ignorantia constitutionum pacium, & treuguarũ neminem excusat.*

14 *Pacis, & treuge securitatem qui sint qui non habẽt in Cathalonia, & qui contra quos pro eis violatis non potest procedi, remissiuè.*

15 *Pacis, & treuge violatarum querelam an vnus possit pro alio dare.*

16 *Pater potest agere actione iniuriarum pro filio. Maritus pro vxore, ibidem. Sponsus pro sponsa, ibidem. Socrus pro nuru, ibidem. Dominus pro seruo, & famulo, & vassallo, ibidem. Principalis pro procuratore, & negociorum gestore, ibidem. Magister pro discipulo, ibidem. Socius itineris pro alio consocio, ibidem. Sors pro consorte, ibidem. Coniunctus pro coniuncto, ibidem. Episcopus, & Ecclesia pro Clerico, ibidem. Abbas, monasterium, & Ecclesia pro Monacho, ibidem. Ciuitas pro ciue, ibidem. Vniuersitas, & collegium pro his, qui de vniuersitate sunt, vel collegio respectiuè.*

17 *Pacis, & treuge violatarum querela an possit dari vni pro altero.*

18 *Pœna suos tenet auctores.*

19 *Operarij, & laboratores cõducti vt laborent in alieno, an possint puniri, vel potius habeant excusationem.*

20 *Mandatarius regulariter non excusatur ob mandatum. Declaratur in his, quæ prima facie apparent de genere prohibitorum, ibidem.*

21 *Operarij, & laboratores tenentur si scienter in re aliena laborauerint.*

22 *Scientia ex quibus præsumatur, remissiuè.*

23 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*

24 *Operarij laborantes in alieno non excusantur quãdo est eis denunciatum, & protestatum quod ita non facerent, quia non poterant. Sed quomodo ea denunciatio, & protestatio debeat fieri, traditur remissiuè ibidem.*

25 *Operarij non excusantur quando iussum eis est laborare in aliquo loco cum armis, vel de nocte.*

26 *Mandatum quomodo, & quando præsumatur in eo qui aliquid egisse dicit de alterius mandato, remissiuè.*

27 *Mandans non ex eo excusatur quòd excuset mãdatarius, quia differentia est inter vtrumq.*

28 *Operarijs querelatis pro pacibus, & treugis violatis an admittatur ante comparitionem opponere excusationem quòd de alterius mãdato fecerint.*

29 *Operarij agunt aduersus mandantem ad dampna, & interesse, quæ eis contingunt propter mandatum.*

30 *Procurator an teneatur de eo, quod fecit de alterius mandato, & nomine alterius.*

31 *Procurator nõ potest facere cadere dominum in delictum, intelligitur nisi constet dominũ expresiè mandasse id fieri, quod per procuratorem factum existit.*

32 *Idem esset si dominus postea sciens ratum habuisset.*

33 *Dominus debet interrogari an habeat ratum factum procuratoris si volumus eum cecidisse in delictum per illud factum.*

34 *Mandatum necessarium vt procurator faciat cadere dominum in delictum, quomodo probetur.*

35 *Dominus tenetur ex facto procuratoris si ei tradidit instrumenta.*

36 *Argumentum à contrario sensu non deducitur à doctrinis doctorum.*

37 *Dominus tenetur ex productione falsorum instrumentorũ facta per procuratorẽ si probatur huic illum instrumenta tradidisse.*

38 *Dominus non tenetur de facto procuratoris ex sola ostensione instrumentorum, quorum vigore egit iniustè procurator contra aliquem, quia non ex hoc præsumeretur tradidisse.*

39 *Dominus tenetur monere procuratorem ne illud faciat quod non potest.*

40 *Dominus non præsumitur mandare procuratori illicita.*

41 *Querela pacium, & treuguarum ruptarum exercetur quando alicui est dampnificatum in persona, vel bonis.*

42 *Item quando alicui est illata iniuria.*

43 Iniuria fit ei, contra quem decernitur executio iniusta, nedum à parte, sed etiam ab executore si sit in dolo.

44 Iniuria, & dampna incidenter possunt peti in iuditio ciuili, vbi agitur de mala executione.

45 Iniuriam, & dãpna melius est petere in alio iuditio principaliter, quando prętenditur executio contra me perperam facta, quàm in eodem iuditio.

46 Sed an id possit fieri ante declaratam malã, & nullam executionem, dubium est.

47 Praxis circa hoc curia vicarij Barcinone.

48 Iniuriarum actione agi non potest pro captura, vel executione malè facta, donec sit ita declaratum per iudicem, ad quem spectet, & nu. 94.

49 Iniuriarum actionem, mouere non potest cui quęstio libertatis fuit ab aliquo mota, nisi post quam nõ esse seruum fuerit pronunciatum.

50 Geminationis virtus, remissiuè.

51 Geminatio facit presumi verba cum maiore animi deliberatione prolata.

52 Dictiones, post quam, & cum, tempus significant, in quo aliquid agendum sit.

53 Dictiones, postquam, & cum, conditionem important.

54 Executio mala, vel captura mala dici non potest ante declarationem.

55 Exceptio quòd non possit agi pro pacibus, & treugis violatis ratione alicuius captura, vel executionis, quæ prętendantur malè facta antequam sit ita declaratum, potest opponi ante comparitionem.

56 Exceptio, quòd res sit in contentione posita, admittitur ante comparitionem in querelis pacium, & treugarum.

57 Exceptio carentiæ actionis, quæ dicitur exceptio intentionis, & facti, potest ante litem contestatam opponi.

58 Exceptio carentię actionis potest opponi non obstante statuto excludente omnes exceptiones.

59 Exceptiones, quæ oriuntur ex eodem instrumento possunt opponi non obstante statuto excludente omnes exceptiones.

60 Exceptionem carentiæ actionis tenetur iudex, etiã parte non opponẽte, in quacunq. parte iuditij supplere.

61 Iudex tenetur in Syndicatu si non repulerit eum, qui sine actione egerit.

62 Exceptiones, pro quibus quis habet promptas probationes, possunt opponi ante comparitionem in iuditio querelarum, quæ dantur pro pacibus, & treugis violatis.

Quando dicatur quis habere promptas probationes, remissiuè, ibidem.

63 Exceptio in continenti probanda non censetur recepta ab statuto excludente omnes exceptiones.

64 Firma iuris, & iuditij prænentio an impediant processum querelæ pacis, & treugę postea mouendæ, cum sequen. vsq. ad 89.

65 Litispendentia facit regulariter illicitum quod tale aliàs ex se non esset.

66 Propria facultas concessa non potest exerceri quando super hoc est antea lis mota.

67 Dominus directus non potest in ciuitate Barcinonæ portas extrahere Emphyteotæ pro cẽsibus cessatis, si ei sit priùs ius, & de iure firmatum.

68 Locator domus non potest propria auctoritate executionem contra locatorem, si ei sit ius, & de iure antea firmatum, facere.

69 Dominus directus, etiam finita emphyteusi, non potest propria auctoritate rem apprehendere, si super hoc sibi antea lis moueatur, vbi decisio nostri Senatus.

70 Dominus directus potest propria auctoritate expellere emphyteotam finita emphyteusi.

Possessio ciuilis, quæ remanet pœnes dominum directum, trahit ad se naturalem, quæ erat pœnes emphyteotam, emphyteusi finita, ibidem.

Sed controuertitur vt ibidem probatur, & decisiones Senatuum ad id referuntur factę.

71 Lis pendentia facit cessare exercitium propriæ facultatis.

72 Dominus directus non potest vti propria facultate quotiescũq. per negationẽ Emphyteuta, vel aliàs res efficitur dubia, taliter quod declaratione egeat.

73 Locator non potest sine vitio attentatorum expellere colonum litę pendente etiam in sola causa tactatorum, & etiam si notoriè appareret de non iure petentis.

74 Processus querelæ pacis, & treugæ violatarum est criminalis vsq. ad cõparitionem.

75 Post comparitionem est ciuilis iste processus.

76 Electio est actoris vbi, & coram quo iudice reum cõueniat, quando quis habet plures iudices.

Declaratur si eos habet de iure communi, non quãdo de iure speciali, ibidem.

77 Electio est actoris vbi velit reum conuenire, & coram quo iudice, etiam si ab hoc sit facta prœuentio iuditij, & nu. sequent. vbi decis. nostri Sena.

78 Ciues Barcinonæ, & qui in vrbe reperiuntur, conueniuntur coram Cancellario, & Regente Cancellariã, pro causis tamen non maioribus viginti librarum.

Intellectus, & declaratio consti. 5. de Iur. Verbal, ibidem, & numeris sequent.

79 Prorogari potest iurisdictio Cancellarij, & Regẽtis Cancellariã expressè, & tacitè vt cognoscãt de causis vltra viginti libras.

80 Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet & est malignantis naturæ destruens quicquid inuenit post, si ponatur in aliqua dispositiua.

81 Actori potius, quàm reo est in principio litis fauendum.

82 Prœuentio iuditij quare non impediat executionem scripturæ tertij.

83 *Cautio est præstanda per actorem, quando est per reum præuentum inditium, si vult executionem facere vigore instrumenti litigiosi.*
Sed non propterea est nulla executio quòd facta sit sine cautione, ibidem, vbi decisiones nostri Senatus,

84 *Sententia non nouat actionem, sed cumulat.*
Instrumentum litigiosum effectum, si declaratur validum, & iustum, potest executioni mãdari absq. eo quòd fiat sententiæ executio, ibidem.

85 *Idem est si in prima instantia fuisset inualidũ declaratum, in secunda verò validum.*

86 *Sententia absolutoria non eget executione, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

87 *Præuentio, quæ fit coram iudice retroclavorum per debitorem obligatum cum scriptura tertij nihil prodest.*
Supersedimentum concessum per vnum ex iudicibus suis debitori in executione, qua contra eum poterat inferri, nihil prodest quominùs possit creditor eo non obstante executionem contra eum facere, ibidem.

88 *Caussa executionum in vim instrumenti guarentigij euocantur ad regiam audientiam, si maiores sint quinquaginta librarum, uel non minores.*

89 *Firma iuris facta ante datam querelam pro pacibus, & treugis violatis, eam non impedit, vbi decisiones nostri Senatus.*

90 *Præuentio inditij cur impediat exercitium propriæ facultatis, & non executionem instrumenti guarentigij.*

91 *Actio iniuriarum ciuiliter intentata impedit criminalem, vbi decisiones.*

92 *Actiones duæ oriuntur ex quocumq. delicto, alia ciuilis ad interesse, & dampna, & alia criminalis ad vindictam, nec vna aliam impedit.*

93 *Actio iniuriarum ciuiliter intentata tam quoad emendationem iniuriæ, quàm quoad interesse impedit criminalem, vbi decisio Cameræ Imperialis.*

94 *Actio iniuriarum ad vindictam criminaliter mouenda non potest exerceri pendente ciuili, sed ea tantùm finita, vbi decisiones Rotæ Romanæ.*

95 *Quod aliqui verum existimant quando agitur principaliter, non aliàs.*

96 *Actio intentata ciuiliter ad emendam in delictis, quæ transcẽdunt terminos iniuriæ, non tollit criminalem.*

97 *Intellectus consti. 1. tit. de homicidio.*

98 *Actio, quæ intentatur ciuiliter in alijs delictis, præterquàm in iniuria, non dicitur intentata ad emendam iniuriæ, & sic ad vindictam, sed imò ad dampnorum, & iniuriæ tantùm resartionem.*

99 *Intellectus vsat. Barcinonæ rusticus interfectus, de homicidio.*

110 *Intellectus consti. 8. tit. de pace, & treug.*

101 *Pœna vna tunc intelligitur tollere aliam quando per vnam est sufficienter delictum punitum.*

102 *Actionis iniuriarum non facere mentionem in inditio ciuili, cautela est, ne præcludatur via criminali.*

103 *Protestatio reseruationis actionis iniuriæ criminalis, quæ fit in inditio ciuili, vbi emenda ciuiliter petitur, nihil prodest.*

104 *Protestatio facit vt quis, habens quòd possit facere propria auctoritate, adire iudicem, possit ea via relicta, ad propriam facultatem exercendam reuerti.*

105 *Pœna duplici, vtraq. condigna delicto, nemo potest puniri.*

106 *Intellectus consti. fina. de bon. dampnator.*

107 *Actio ad emendam ciuiliter intentata non tollit criminalem ad punitionem corporalem in Cathalonia iuxta Olib. sententiam.*

108 *Fiscus an possit agere ad punitionem corporalem finito inditio ciuili ad emendam per partẽ intentato, remissiuè.*

109 *Actio iniuriarum ciuiliter intentata pro dampnis, & interesse, non eget protestatione vt dici possit nõ esse præiudicatum criminali postea intentanda.*

110 *Querela pacis, & treugæ non solet dari pro delictis maioribus.*

111 *Querela pacis, & treugæ violatæ ad quẽ effectum fiat.*

112 *Querela pacis, & treugæ violatæ potest fieri contra Clericos.*

113 *Ciuile est non criminale inditium pacis, & treugæ violatæ, & in consilio ciuili tractatur in Cathalenia.*
Idem est de iure communi quando agitur pro iniuria, ibidem.

114 *Criminaliter proceditur vsq. ad comparitionem pro pacibus, & treugis violatis.*

115 *Iudex competens processus querelarum pacium, & treuguarum violatarum.*
Episcopi olim faciebant in Cathalonia processus pacium, & treuguarum violatarum, ibidem.

116 *Vicarius regius, & subuicarius sunt iudices cõpetẽtes vt coram eis fiant querelæ pacũ, & treuguatum violatarum, vbi decisio nostri Senatus.*

117 *Baiulus regius non facit regulariter processum pacis, & treugæ violatarum.*

118 *Baiulus Barcinonæ facit processum pacis, & treugæ.*

119 *Intellectus priuilegij Reg. Jacob. 1. dat. Barcinonæ 9. Decem. 1241. ibidem.*

120 *Rex, & eius Locumtenens in Cathalonia possunt facere processum pacis, & treugæ violatarum.*

121 *Gubernator Cathaloniæ facit processum pacis, & treugæ violatarum.*
Fallit nisi causæ essent euocatæ ad Regiam Audientiam, & adhuc eo casu posset si vellet Rex, & suo

& suo casu Locumtenens illius à principatu, ibidem.

122 Vicarij, & subuicarij regij possunt facere processum pacis, & treuge, intelligitur in suis terminis & territorijs, & non alibi, & inter personas sibi summissas, & non alias.

123 Barcino est communis patria habitantium in hoc principatu, & ideò quilibet in ea repertus potest ibi conueniri.

124 Presens in curia vt possit conueniri, requiritur quòd etiam aduersarius sit similiter presens, vbi decisiones nostri Senatus.

125 Presens esse quando quis dicatur.

126 Priuilegiū de compellendo aliquem vt personaliter veniat, non suffragatur ei, qui non vult personaliter & ipse etiam comparere.

127 Querela pacis, & treuge violatarum qua forma sit componenda.

128 Firma iuris an sit necessaria in querela pacis, & treuge.

129 Iuditia omnia olim à firma iuris incipiebant.

130 Firma iuris in Cathalonia successerat olim in locū cautionis de iudicio sisti, & iudicato soluendo.

131 Firma iuris abijt ferè omninò in Cathalonia in desuetudinē, preterquā in causis, que mouentur in curia vicarij Barcinone contra ciues.

132 Firma iuris fiebat olim cum fidei iussoribus, vel pignoribus, & in difficultum, cum cautione iuratoria.

133 Idem adhuc nunc obseruatur in Aragonia.

134 Firma iuris qualiter hodie fiat in Cathalonia.

135 Verba, pro decem solidis cum iuris augmento, que apponuntur in firma iuris, quare apponantur.

136 Iniurie estimatio fit per iniuriatum iureiurando mediante, sed ei non statur, sed taxationi, & moderationi iudicis, que postea fit super estimatione partis.

137 Iudex in querelis pacium, & treuguarum ruptarū tenetur statim, antequam literas decernat, taxare, & moderare estimationem iniurie per partē factam.

138 Index an teneatur stare prime taxationi pro damnis, & iniuria, an vero possit aliam facere in diffinitiua, remissiuè

139 Informatio est priùs danda de delicto antequā procedatur in materia clami.

140 Informatio, que secretò recipitur pro admitenda querela pacis, & treuge, non probat postea pro discursu, & diffinitione causa, & potest contra eā probari, & potest eadem impugnari.

141 Monitio, que per literas fit querelato pro pacibus, & treugis violatis, que continere debeat.

142 Littera expedite in querelis pacium, & treuguarū violatarum qualiter prestetentur.

143 Comparitionem personalem in querelis pacium, & treuguarum violatarum an & quomodo possit quis euitare.

Comparitio predicta euitatur per firmam contentionis inter duas curias, ibidem.

144 Exceptiones, que possint opponi per querelatum pro pacibus, & treugis violatis ante comparitionem, vbi decisio nostri Senatus.

145 Procurator admittitur vbicunq. non ruminatur delictum, sed est quastio separata.

146 Procurator non admittitur pro opponēdis exceptionibus mixtim tangentibus & processum, & delictum.

147 Appellari an possit à reiectione exceptionum in causis pacium, & treuguarum violatarum.

148 Querelatus si non habet aliquam exceptionem, quā ponat, tenetur comparere firmando ius, & de iure, ac satisfaciendo.

Exceptiones nulla opponuntur in querelis pacium, & treuguarum violatarum post quindecim dies monitionis, nisi ex causa, ibidem, vbi decisio nostri Senatus.

149 Pignora cum quibus satisfiat in causis pacium, & treuguarum violatarum, qualia debeant esse, & an equiualentia quantitati petite, an non.

150 Querelatus si non comparet in iudicio pacium, & treuguarum violatarum intra tempus monitionis, declaratur, & publicatur eiectus, à pace, & treuga.

151 Pœna eiectionis à pace, & treuga maxima est, & grauissima in hoc principatu.

152 Guidari non potest eiectus à pace, & treugua. Etiā si fiat à Principe ex certa scientia, ibidem.

153 Caliciis quo tempore scripserit directorium pacis, & treugę.

154 Guidaticum de facto datum, & concessum an sit seruādum etiā si fuisset aliqua lege dari, & concedi prohibitum.

155 Guidaticum est seruādum etiā datum ab eo, qui illud dare non poterat.

156 Guidaticum an sit seruādum si sit datum contra statutum id prohibens.

157 Guidatus, & assecuratus, si committit nouum delictum, non gaudet guidatico, vbi decisio Senatus Neapolita.

158 Si tamen delictum est verè punibile, secus si non esset, vbi decisio Sena. Neapol.

159 Contumatia an, & quomodo possit purgari per querelatum non comparentem, remissiue

160 Terminus monitionis in querelis pacium, & treuguarum ruptarum non potest prorogari à vicario, nec è contra, minui.

Nisi ad sit partis consensus, ibidem.

161 Dilatio qualibet potest de consensu partium minui vel augeri.

162 Fatalia in causis appellationum possunt de consensu partium prorogari, vbi decisio Camere Imperialis.

163 Terminus prorogatus dicitur prorogatus cum suis accessorijs, & qualitatibus.

164 Querelatus pro pacibus, & treugis violatis quomodo comparere habeat, & debeat, & qualiter

liter comparens sit tractandus.

165 *Similiter procedituꝝ post comparitionem in querela pacis, & treuge.*

166 *Querela pacis, & treuge violatarum nihil plus proficit querelato quàm quodcunq. aliud simile remedium, quod intentaretur pro emendatione iniuria, & damnorum.*

167 *Captura persone iniuriam semper continet.*

168 *Captura non fit sine aliquali infamia, & ignominie nota.*

Detestatio processus querele pacis, & treuge, ibidē.

GLOSA XV.

Cum pace, & Guerra.

1 DE pace,† & guerra ideò dicitur in hoc tex. quiā de consuetudine Cathalonie habet dominus castri in hominibus habitantibus in eo pacem, & guerram, de qua quidem cōsuetudine atestantur Guiller. de Vallesica in vsat. hoc, quod iuris est sanctorum, numer. 2. & Soccar. in c. si verò, nu. 46. in comme. Pet. Alber. fol. 178.

2 Pax autē †multis sumitur modis, primò enim in propria significatione significat finem discordiæ, Hostien. in sum. tit. de treu. & pa. nu. 2. hæc significatio notior est, quàm debeat à nobis vlteriùs comprobari.

3 Secundo modo† sumitur pax in Cathalonia pro congregatione hominum, quæ fit in vicarijs pro expellēdo electos à pace, & treugua, & publicatos, & damnificando illos in persona, & bonis, & accipiendo de bonis illorum pro satisfaciendo in damno, & recuperando duplo vnā cum alijs pœnis electorum, & expensis, hæc enim congregatio dicitur pax, & hoc est

4 †congregare pacem, & insurgere cum tota pace, quòd sæpè legimus in nostris constitutionibus, constitutione 35. tit. de pace, & treug. in 1. vol. const. agunt latè de pace in hac significatione Cali. in trac. d pace, & treugua dub. 23. in prin. & per tot. Mier. in c. 4. confirmants col. 6. versi. sed quando fit, in cur. reg. Alfon. 4. col. 11. & Antho. Oliba. in vsat. alium namq. c. 3. num. 61. de iu. fis.

5 Tertio modo† sumitur pax, & etiā treugua pro pace, & treugua cōuentionali, quando inter aliquos fit promissio de se inuicem non offendendo, de qua latè agunt Iacob. de Nouel. in prax. & theori. cau. criminal. post inquisitionem contra rebelles c. sequent. incip. *Quoniam, vt docet experientia*, per tot. est apud me in eo. vol. praxis crim. Pet. Foller. Iul. Clar. in prax. crim. §. fi. q. 47. & ibi Baiar. in addi. Bernardin. Muscatel. in prax. fideiuss. parte 1. modo 15. per tot. & Iacob. Canc. in particulari c. 11. de pace, & treug. in 2. part. resol. habetur etiam de hac re latissima tractatio in vol. com. opin. tom. 3. loco 8. tit. 7. de iniur. & famos. libel. c. 12. de pace, & treug. tup. per tot. Andreas Gayl. de pace pub. lib. 1. c. 2. & Farina. loco infrà allegādo, apud quos reperies, dubio procul, quicquid in materia tibi disputandum contigerit.

6 Quartò & vltimò† sumitur in Cathalonia pro securitate, quæ data est à domino Rege per constitutiones, & alia iura patriæ hominibus in Cathalonia habitantibus, & bonis per eos possessis, & hoc est quod dicimus regulariter in Cathalonia omnes homines in ea habitantes cū eorum bonis sunt cōstituti in pace, & treugua, idest sub securitate, probantur hæc tot. tit. de pace, & treugua in 1. vol. cōsti. & agit latissimè Calici. in particulari tracta. quem edidit de pace, & treugua, & signanter in proposito viden. est dub. 2. & dub. 5. versi. *istis igitur*, nonnulla ad institutum huius materię, non pœnitenda, tradit Antho. Oliba in vsat. alium namq. pluribus in locis, & signanter c. 14. nu. 21. de pace in hac significatione sumpta agit latè Andreas Gayl. in tot. illo tracta. de pace publica, quem edidit post obseruationes Cametę Imperialis. Ad hāc pacem pertinere videntur tit. de pace tenen. & eius violator. de pace constan. de pace tenen. inter subdi. & iura firmah. & tit. ff. & C. ad l. Iul. de vi pub. Item ad l. Iul. Magestat. Itē tit. quom. in crim. læsæ Magesta. proceda. Item tit. qui sint rebel. tit. C de seditio. & ijs, qui plebem mouēt contra rempub. colligere, in hac significatione sumuntur pax, & treugua, de quibus hic agere intendimus, si tamen vis plura scire de pace vide doctores, quos (vt vnica allegatione præcipuos habeas, qui de his agunt, quiq. quid pax sit, & quotuplex, quid concordia, quid treugæ, & quid deniq. induciæ, docent) refert latissimè Prosper. Farina. in suis tracta. crim. part. 2. tom. 1. tit. de var. ac diuer. crim. q. 107. titi. 1. nume. 2.

7 De hac pace,† & treugua lōgiori intēdimus oratione in præsentiarum agere, qua vel saltē ijs, qui causas ducunt, vel etiam iudicant in curia Regentis Vicariam Barcinonę (in qua maximè frequentātur, non tamen semper eo modo, quo deberent) notum, ac manifestum faciamus quomodo hac in re sit agendum, ne imposterum ex huius materiæ ignorantia, in eos labātur errores, quos quotidie experimur qui causas ducimus in ea curia, pattibus validè obnoxios, & grauatorios, & non semel propriæ conscientiæ multū perniciosos: parcant viri illi, qui eo in tribunali sedent, nōn enim hęc doctis dicuntur, & ad eorū instructionem, inter quos scio esse nō paucos, quorū ego non

sum dignus soluere corrigeam calceamentorum, sed ijs tantùm, quibus vel nuper ab scholis recedentibus, vel aliàs parùm in praxi versatis, & peritis, curiæ regimen committitur, ne (sicuti sæpiùs assolent, expertus loquor, videbis inferius) ad quamcunq. partis quærelam processum pacis, & treugæ nullo negotio concedant, vndè euenit quòd quærelata pars tantam ægrè ferens iniuriam, & damna non modica, quæ indè causari solent, sine causa, passa, & sustenta, talem de querelante sumere tentent vindictam vt sæpè immatura, ac miseranda indè mors oriatur: quero ego quam de his altissimo reddet iudex rationē, cuius culpa sequuntur? sed de his satis, ne nobis obijciatur, Medice cura teipsum, qui festucam in oculo vides alieno, trabem verò in tuo non consideras. Verùm non sum ego primus, qui hæc animaduerti, habeo enim quem sequar Iacob. Cali. in allega. tracta. de pace, & treug. dub. 12. fol. 31. col. 1. in fin. & in prin. sequentis eadē fere animaduersione vtentem. Hæc fuerunt in causa cur ego tractionem de pace, & guerra, de quibus in nostro, tex. omitterem, & hanc de pace, & treugua, pulchritudine, & vtilitate illam longè excedentem, in illius locum subrogatem.

Quod autem imprimis notandum censeo in hac materia, est praxis huius processus, qui fit pro pace, & treuga violatis, ex qua eius natura manifesta fiet, planaq. reddentur omnia, quæ circa eam scitu erunt necessaria.

8 Est igitur† primus actus quòd accedit querelans cum supplicatione qua cōquerændo de eo, qui sibi damnum, vel iniuriam intulit, firmando ei ius, & de iure, ac æstimando iniuriā, & damna in eo, quod sibi videtur, iuditiali tamen moderatione reseruata, iurando se maluisse quantitatem æstimatam amisisse, quàm tantam pati iniuriam, & damna, & offerendo informationem, vel eius loco instrumenta exhibendo petit, admissa iuris firma, contra querelatum procedi, iuxta formam constitutionum pacium, & treuguarum, & proindè de litteris quindecim dierum prouideri.

Circa hunc primum actum plura sunt videnda, primò quæ personę possint hunc processum facere, secundò contra quas personas, tertiò quando, & ad quem effectum, quartò coram quibus officialibus, quintò an bona sit forma suprà tradita, qua agatur pro pacibus, & treugis violatis.

Circa duo prima quęsita breuiter procedemus, quia pluribus ea explicantur à Cali. in trac. de pace, & treug. 6. & 7. dub. principali. Est
9 igitur regula generalis quòd† quicunq. in Cathalonia constituti, seu populati, contra quoscunq. in eadem domicilium habentes damnum, vel iniuriam inferentes, paucis exceptis, possūt hūc processū instare, pro batur hæc regula quoad sui primā partē, cōstit. deles diuinals, & cōst. primeramēt, in tit. de pau y treua, exornat
10 Cali. vbi superiùs dub. 6. quia† regulariter oēs in Cathalonia, paucis exceptis, sūt sub pace, & treugua constituti, idem Cali. dub. 5. Oliba. in vsat. alium namq. c. 14. nu. 21. posteriorem regulæ partē pluribus probat Cali. eo. dub. 6. cōducit ad totius regulę comprobationem quòd le
11 ges† & constitutiones de sui natura sint vniuersales, & generales, l. 1. & l. iura, ff. de leg. latè
12 Pan. in rub. extra de consti. & ideò† hæ nostræ cōstitutiones de pace, & treugua loquētes tam Ecclesiasticos comprehendunt, quàm seculares, latè, & pulchrè Antho. Oliba. in allega. vsat. alium namq. c. 14. nu. 20. cum multis sequent. licèt diuersimodè contra vnos, ac contra alios procedatur, & clerici diuersimodè agant, atq. layci, vtiliter Oliba. vbi suprà, signanter nu. 17. & 35. indè† fit quòd harum legum, &
13 constitutionum ignorantia neminem excuset, cum sit crassa, & supina, & lata sit culpa ignorare quod publicè constitutionibus, ac iuribus patriæ sancitū est, c. 1. de postula. præla. c. cum in tua, qui matrim. accusa. pos. cum simil. vidē. in proposito (secundū quod eum allegat Gayl. vbi infrà allegabitur numer. 11.) Afflic. in c. 1. numer. 12. de pace tenen. & eius violatoribus, vbi pluribus disputat nunquid modo aliquo debeat admitti in his excusatio, hęc omnia per optimè probantur pluribus, in materia non multùm à nostra dissimili, ab Andrę. Gayl. in trac. de pace pub. inter obseruation. Cam. Imper. lib. 1. cap. 1. nu. 9. cum sequent.

14 Dixi† *paucis exceptis*, quia plures sunt, qui non sunt sub hac securitate, & tuitione pacis, & treugæ constituti, ac multi etiam, contra quos agi non potest pro eis ruptis, & violatis, quos longa serie refert Cali. in locis suprà cita. in quibus commemorandis nos amplius non duximus immorandum, ne quòd in transcribendis aliorum dictis egregijs tempus consumserim inutiliter, possim verè incusari, aliqua tamen circa hæc, forsan non penitenda, duxi annotanda, quæ omisit Calici. in quibus videmus maximas quotidiè fieri in praxi, & foro disceptationes.

15 Ac imprimis† illud videamus, nunquid vnus pro alio, ideſt vnus pro iniuria alterius (iam enim huiusmodi quærelæ ad hoc sunt communiter redactę, vt vix vnquam dentur nisi pro prætensis iniurijs) possit dare clamum pacis, & treugæ? Breuiter resolue quòd sic, omnes scilicet illi, quibus competit actio iniuriarū pro iniuria alterius, videlicet† pater pro
16 filio, maritus pro vxore, sponsus pro sponsa, socer pro nuru, dominus pro seruo, & famulo, &

vassallo,

vasallo, principalis pro procuratore, & negotiorum gestore, magister pro discipulo, socius itineris pro alio consocio, consors pro consorte, coniunctus pro coniuncto, Episcopus, & Ecclesia pro Clerico, Abbas, Monasterium, & Ecclesia pro Monacho, ciuitas pro ciue, Vniuersitas, & Collegium pro his, qui de vniuersitate sunt, vel de collegio respectiuè, quæ omnia ita abundè video explicata ab Azo. & Hostien. in sum. de iniur. Cyril. in sum. crim. rub. 24. §. fi. Plaça in epit. delic. lib. 1. c. 6. Antho. Gom. de delic. c. 6. de iniur. Iul. Cla. in prac. crim. §. iniuria, & ibi Baiar. additio, & omnium latissimè, cumulatissimè, ac fusissimè à Prosper. Farina. in suis tracta. crim. 2. par. tom. 1. tit. de varijs, ac diuer. crim. q. 105. inspec. 6. quę 41. numeros continet, per tot. vt cogar, ni velim grauè existimationis notam pati, sola remissione ad prædictos contentus, me ab his expedire, & maximè quia Prosper Farina. is vnus est, qui in materia criminaria vix locum alijs reliquit vllum, quo possent fimbrias extendere, ac suæ eruditionis specimè commonstrare, in nostro proposito hęc ab eo latè explicata reperies, quomodo, & quando procedant, & quæ ad id requirantur. Item an etiam procedant è contra, vt filius pro patre, vxor pro marito, & sic de reliquis, agere possint, & alia pulchra in materia.

17 Sed quid † ex diuerso an sicut reperiuntur plures, qui pro aliorum iniurijs possunt agere, & clamum dare, an etiam eodem modo reperiantur alij, contra quos possit pro iniuria alterius experiri? Die regulariter quòd non, quia

18 †pœna suos tenet auctores, nec vlteriùs contra eos progreditur, qui procul sunt à calumpnia, l. sancimus C. de pœn. l. siquis in suo §. legis ff. de inoffi. testam. cum simil. & si vis alia plura iura, tam diuina quàm humana, quibus id, quod tractamus, fundatur, nec non & doctores videre, qui id explicant, Flam. Carthar. adeas in suo tracta. de exequu. senten. capto bannito, in prę. fa. nu. 7. & Farina. 1. part. tom. 1. tit. de delic. & pœn. q. 14. in prin. vbi regulam latissimè explicat ampliando, & limitando eam multis modis, vndè materiam haurire potuissem, qua tractationem hanc ornassem, verùm transeat, accedant eò lectores quoties casus occurrerit, nostrum enim non est labores alienos transcribere.

19 Duos tamē †casus nō omitendos censui, qui sant in Cathalonia in hac materia frequentes, in quibus q. incidit quotidie disputatio, nunquid ipsi delinquere dicantur, vel iniuriam committere, vt quasi pro alieno delicto possint puniri, vel etiam hæc, de qua agimus, quę rela pacis, & treugæ contra eos dari. Primus est in laboratore, qui conductus est ad laborandum in fundo alieno. Qua in re communis est

doctorum resolutio, quòd operarij, & famuli excusantur de eo, quod operantur in re alterius de mandato conducentis, vulga. glo. in l. rem §. lignum, verbo, *descendit*, de rei vendi. & * ibidem Bar. & communiter scribentes, Dec. & Cagnol. in l. velle ff. de reg. iur. egregia sūt in proposito cons. Bal. 144. 314. vol. 1. & 436. vol. 5. Rol. à Val. 54. vol. 1. Socin. 54. vol. 4. allegatus ab infrà referendis, qui ex professò de hac re plu†† ribus egerunt, notabiles sunt *decisiones* Peruf. Ioseph. Ludoui. 103. Bonon. Cæs. Barz. 139. & 140. per tot. Floren. Mago. 150. & Aragonen. Iosephi de Sesse 112. per tot. scripsit de hac eadem re Iul. Clar. in prac. crim. §. fi. q. 60. nu. 16. versi. *solet dubitari in prin.* Anil. in cap. Prætor. c. 17. glo. *menestrales* à nu. 14. cum sequent. Tib. Decia. in tracta. crim. tom. 2. lib. 9. c. 37. per tot. Franc. Viui. decis. 394. numer. 1. habetur in vol. com. opin. tom. 3. de malefi. loco 8. de vi, & homici. tit. 2. c. 7. Iacob. Meno. de arbit. iud. casu 194. & casu. 354. latè, post omnes, qui eorum dicta cumulauit, & alios in proposito retulit, Prosp. Farina. in suis trac. crim. 2. part. tom. 1. de pęn. temperan. q. 97. cas. 7. per tot.

20 Mouet † tamen contra id difficultatē, quòd regulariter mandatarius non excusetur ob mā datum, Bar. in l. nonsolùm §. si mandato ff. de * iniur. & ibi reliqui scribentes, & passim criminalistæ suis *in locis*. Respondē tamen quòd id procedit in his, quę prima facie sunt de genere prohibitorum, putà si mandetur occidi hominem, vulnerari, vel quid simile, secus verò in his, quæ sunt de genere permissorum, vel saltem prima facie non prohibitorum, putà incidere ligna, diruere domum, & alia similia: his enim in casibus non possunt dici deliquisse ij, qui illud officium cum haberent, tale quid fecerint de mandato alterius, imò habito respectu ad artem, quam profitentur, dici debent dedisse operam rei licitæ, Bal. in l. non ideò minùs C. de accusationibus, & *in* alleg. cons. 144. Rol. à Val. in d. cons. 54. numer. 7. Decia. communes opiniones, & reliqui doctores suprà citati.

21 Verum est † quòd hæc multis modis limitantur, quos latè perpendunt prædicti doctores, putà si scienter in re aliena laborassent, ad quod sunt peroptimę *decisiones* Peruf. Bonon. & Aragonē. suprà allegatæ, quo casu † scię†† tiæ præsumptionem haurire debes ex regulis cōmunibus, quibus docent doctores quomodo, qualiter, & ex quibus coniecturis prę22 sumatur, qua in re mirè laborarunt, post antiquos, Iosephus Mascar. de proba. conclu. 282. 879. cū duabus sequēt. 1105. & 1294. per tot. Iacob. Meno. de præsump. lib. 6. præsūp. 25. & 24 & in nostro proposito dicit Ioseph. Ludoui.

in allega. decis. Perus. 103. se præsumpsisse in
23 operarijs scientiam ex eo † quòd essent vicini,
haberẽtq. terras contiguas, & ex publica voce,
& fama, quæ apud vicinos erat quòd is, qui cõ-
duxerat operarios, non erat dominus, sed ali-
† us, & propterea dicit se illos *condemnasse*.

24 Item † nec excusantur quando illis fuisset denunciatum, vel protestatum ne laborarent, vel ab opere desisterent, quod quomodo procedat, & an requiratur quòd protestatio & denunciatio fiat re integra, & ante opus cæptum, ac de mandato iudicis, declarat pulchrè Rol. allega. cons. 54. & latè Farina. in d. q. 97. casu 7. nu. 137. & 138.

25 Item † si iussum eis fuisset quòd laborarent in aliquo loco cum armis, vel etiam de nocte: hæc enim, & alia, quæ prædicti doctores adducunt, faciunt præsumi contra operarios vt nõ sint digni excusatione. Propter hoc ego de anno 1611. prętendebam in regio Senatu ad relationem egregij Senatoris Francisci Gamis, actua. Alexio Ceuilles, in causa coniugum Ferrers dominorum castri de la Garriga commitatus Emporiatum contra N. Castello, procedendũ criminaliter propter incisionem quarundam arborum dictorum coniugum Ferrers, nedum contra dictum Castello, qui incidi mandauerat sed etiam & contra operarios, & laboratores, quia ex quo conducti ad id fuerant faciendum de nocte, & hora captata, excusationem ignorantiæ nullam habebant, & arbitrabar me obtenturum quod desiderabam, ex supradictis, nisi dictus Castello progressum ad vlteriora per motionem dubij, an causa esset ciuilis, vel criminalis, quæ adhuc pendet, impediuisset.

26 Quando † autem probetur, seu præsumatur mandatum, quod excusationi faciat locum, & an credatur operarijs ita asserentibus, docet Mascar. de proba. conclu. 1015. per tot. Tib. Decia. in trac. crim. lib. 9. c. 34. per tot. & Farina. vbi proximè nu. 146. Notanda est decis. Fran. Mar. 423. part. 1. quæ in id est tota composita, & cons. Maran. 121. nu. 2.

Ex quibus resultat manifestum, & expeditum nõ posse regulariter agi nec criminaliter, nec ciuiliter contra istos laboratores, & famu-
27 los, sed contra mandantem tantùm, qui † non ideò excusatur quòd in aliquo casu excusetur mandatarius, glo. Bar. & alij in l. si quis id quod §. fi. in glo. vlt. ff. de iurisdic. om. iud. & in l. si mulier §. si seruus ff. rer. amot. Decia. vbi suprà c. 36. nu. 39.

28 Illud † autem est à nobis in proposito, propriè ad nostram materiam spectans, vidẽdum, propter quod præcedens de operarijs in principio instituta fuit disputatio, nunquid dato clamo contra ipsos operarios pro pace, & treugua violatis, ex eo quòd sint reperti laborantes in alieno fundo cum domini iactura, an ante comparitionẽ admitatur eis exceptio excusationis probanda, qua dicant se de mandato alterius opus fecisse, vel destruxisse, ita vt si legitimè probetur, veniat interloquendum ante comparitionem super dicta exceptione ei locum fore, & esse declarando, & non oblationi quęrelæ, an verò debeant denegari probationes ante comparitionem, remittendo exceptionem ad diffinitiuam, cum videatur eius merita, & defensionis concernere, ac respicere. Quæstio est hæc, quæ nondum lapsi sunt plures dies, contigit disputanda inter quosdã huius Ciuitatis non ęquis eruditionis aduocatos, in qua breuiter tene quòd non possit ea exceptio opponi, nec admiti ante comparitionem, & satisdationem, cum sit exceptio defensionis, ad tex. in c. 1. & ibi glo. & doctores, de litis contesta. in 6. ita securè resoluit noster Cali. in tracta. de pace, & treu. dub. 16. fol. 43. col. 1. ante finem, post tamen comparitionem prædictam admittenda proculdubio erit, & ea attenta, si probata fuerit, absoluentur quęrelati, quibus
29 † postea erit integrum agere contra mandantẽ ad damna, & interesse, glo. in l. qui sepulcra in prin. & ibi etiam Bal. de sepul. viola. additio. ad Bar. in l. in rem §. tignum, littera D. versi. & adde quod ff. de rei vendi. Plot. de in lit. iur. num. 27. sub. 3. limita. versi. *& vbi laboratores*. Rim. cons. 576. num. 6. lib. 3. Farina. vbi superiùs num. 148.
† Auil. vbi suprà, pulchra est *in proposito decisio* Gen. 187.

30 Alter casus † est in procuratore, in quo idem dicendum censeo, quod in laboratoribus, & operarijs, vt si de mandato domini rei prima facie licitæ det operam, veluti faciendo incarcerari debitorem sui principalis, vel contra eius bona executionem instando vigore cuiusdam debiti, tunc is excusetur propter mandatum, si verò rem faciat sui natura illicitam, veluti si ante aduentum diei solutionis in instrumento contenti debitorem carcerari faciat, vel executionem in eius bonis, vel etiã pro maiori quantitate, quàm contineatur in instrumento, vel quid simile, tunc dubio procul arbitror non excusari mandato procuratorem, per ea, quæ latè in priori casu deduximus, quæq. in eius materia adducunt doctores suprà citati, & in hac quoad quærelæ pacis, & treugę oblationem, oppositionem exceptionis quod de mandato domini sit res gesta, & similia, obseruanda erunt eadẽ illa, quæ pro priori casu proposita fuere.

An autem limitationes superiùs adductæ regulæ, quòd regulariter operarij non teneantur, possint, & debeant huic de procuratore, quem tractamus, casui accommodari, tuum lector esto iuditium, qui iuxta rei qualitatem

tatem poteris nullo negotio hoc nostro labore iuuari.

31 Iuxta † hanc distinctionem est intelligenda vulgaris illa doctorum traditio, quòd procurator non possit facere cadere dominum in delictum, pœnam, vel damnum aliquod, quia id non censetur ei demandatum, de qua Alex. Socin. Iacob. de Sa n. Geor. & alij cõmuniter post glo. in l. 3. §. si procurator ff. quod quisq. iuris, per eum tex. in c. 1. de iur. iuran. lib. 6. Bar. in l. vnica §. si procurator ff. si quis ius dicen. nõ obtempera. declarat latè Ias. in l. si procurator, per multas ampliationes, & limitationes ff. de cõdic. indeb. Bero. in cons. 188. lib. 3. Ioseph. Ludouici. decis. perus. 51. nu. 4. Ferdin. Vasq. controuer. vlustrequent. c. 18. num. 2. & 4. Fran. Mar. decis. 423. nu. 12. & 480. nu. 6. lib. 1. & Iacob. Cancer. var. resol. part. 2. c. 14. de procura. nu. 5. cum pluribus alijs, quos ipsũ allegant, qui eam appellãt * communem opinionem: est (inquam) ea resolutio intelligenda vt procedat quando nõ cõstat dominum expressè mandasse procuratori, aliàs enim vtiq. teneretur, ex suprà traditis, & not. in proprijs terminis Bar. in l. filius familias nu. 11. de dona. Meno. de arbit. Iudi. casu 315. nu. 23. 24. & 25. cum pluribus alijs, quos refert Cancer vbi suprà nu. 7. adde Capi. decis. 67. nu.

32 2. Idem † dicendum foret, quod in hoc vltimo casu, si dominus, licèt specialiter non mandasset procuratori faceret rem illicitã, post tamen factam, eam ratam habuisset, tunc enim ex ratihabitione vtiq. teneretur,

33 & ideò † cauthela est quòd antequam agatur contra dominum, interrogetur an ratum habeat factum procuratoris, & in ea interrogatione insistere, vt post Pau. de Castr. in allega. l. 3. §. si procurator ff. quod quisq. iur. & Capi. in d. decis. 67. docet Can. vbi suprà nu. 8. adde Francis. Mar. allega. decis. 423.

34 Quomodo † autem probetur mandatum illud, quod suprà, vltra generale mandatum, dicebamus requiri in procuratore, vt dominum faceret suo facto cadere in delictum, percipies forsan ex his, quæ in præcedentibus, circa probationem mandati in operarijs, docuimus, hoc

35 vnum † magis practicabile nos solùm annotabimus, vltra supradicta, inter alios modos probandi huiusmodi mandatum esse, si probaretur dominũ instrumenta tradidisse procuratori, quibus cõtra alium iniquè egit, & in casu nõ permisso, quæ sententia placuit Iacobo Cancer var. resol. part. 2. cap. 14. de procura. num. 16. qui tamen eam aliter non probauit, quàm argumento à contrario sensu deducto ex doctrina Bar. in l. in illa stipulatione 50. ff. de verb. oblig. vbi dicit quòd dominus dicitur re ipsa prohibere procuratorem ne petat, si non dat instrumenta ad causam, id est ad debiti exactionem necessaria, ergo (inquit Can.) à contrario sensu, si dat ei dicta instrumenta, censetur ei demandatum vt petat. Circa quod ego hoc vnum aduerto quòd ni aliud haberemus, quo resolutio hæc probaretur, vix auderem asserere quòd ea vera esset, vel modo aliquo posset

36 sustineri, quippe qui † ficiam quàm † agite in iure sit argumentum à contrario sensu ex doctrinis doctorum deductum, quinimò non posse deduci docent Nicol. Euerar. in top. lega. loco à contrario sensu nu. 41. circa fin. & Vicen. de Fran. decis. 87. nu. 16. & 486. nu. 6. Nos igitur vltra adducta per Cancer. eandem resolutionem probamus ex Bal. in c. 1. num. 16. vt lite nõ

37 contes. quatenus † habet dominum tanquam conscium falsitatis puniri ex productione falsorum instrumentorum per procuratorem sine speciali mandato facta, si ipse eidem dicta instrumenta ad producendum tradidisset, ad quod allegat tex. in d. c. 1. vt lite non contestata, ibi, *Potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, vel etiam procuratoris (si sciens non purgauerit eandem) excommunicationis sententia innodari*, & tex. in argumentum, in l. fin. iuncta ibi glo. C. de pac. conuen. Capi. allega. decis. 67. numer. 4.

38 Notãter † dixi, *si probaretur dominũ instrumenta tradidisse procuratori*: nam aliàs ex sola eorum ostentione non præsumeretur, pluribus id probant Euerar. in cons. 189. nu. 6. & Mascar. de proba. conclu. 1010. nu. 2. Sed videtur cõtra supradicta obstare quod tradit Bar. in d. l. in illa stipulatione ff. d verb. oblig. quẽ sequitur Alex. in allega. l. 3. §. si procurator ff. quod quisq. iur. & Iacob. Cancer. var. resolu. part. 2. c. 14. de procura. numer. 17. teneri † dominum monere ipsum procuratorem ne illud faciat, quod facere non potest, putà quòd non exigat debitum,

39 quod iam est cancellatum, vel satisfactum, vel aliàs est per pactum de non petendo, vel alia ratione resolutum, aliàs esse in culpa, & teneri de facto procuratoris, ad quod probandum allegant l. si fideiussor §. 1. ff. manda. vbi fideiussor soluens debitum iam per debitorẽ aliàs exolutum, habet actionem aduersus eum pro recuperatione, nisi ipsum monuerit de solutione prædicta, ergo videtur inanis supradicta nostra distinctio in hoc proposito firmata quo ad obligationem domini ex facto procuratoris illicito inducendam, an mandauerit dominus fieri, vel non fieri, sed imò semper tenebitur, ex doctrina prædicta, cum non monuerit procuratorem, ac prohibuerit ne rem illam illi citam faceret.

Huic ego obiectioni respõdeo me valdè dubitare d prędicta resolutione vera sit, nec ne, licèt sit Bartholi auctoritate, quæ maxima est, fulsita * cũ enim resolutionẽ habeamus cõmunẽ, quã

40 ſuprà ſecurè firmauimus, regulariter †præſumptionē eſſe pro domino quòd non mandauerit procuratori illicita, nec ea venire in generali mandato, non video quomodo ex prædicta omiſſione monitionis poſſit teneri ex facto procuratoris illicito, vel eo maximè quòd de iure ſit expeditum neminem in delictis, & prohibitis teneri de his, quæ eius nomine geſta ſūt, niſi mandatum probetur, vt ex ſuprà traditis ſit pluſquam manifeſtum. Et certè ij, qui hanc volunt fieri monitionem procuratori de non exigendis debitis inexigibilibus, concedant mihi neceſſe eſt, quòd ea monitio deberet fieri vel in ſcriptis, vel etiam coram teſtibus, vt ſuo caſu eam probare poſſet creditor, aliàs ad nihil proderet, quod quantum contineret abſurditatis quòd ad id obligaremus creditorē, nemo erit (meo iudicio) qui non videat, nobiſcum in hac opinione conuenit Iaſ. (licèt in contrarium à Can. vbi ſuprà allegetur) in allega. l. in illa ſtipulatione nu. 4. verſi. *ego vltra ſcribentes &c.* alijs tamen atq. alijs motus rationibus contra Bar. nō ſpernēdis. Atq. hæc de 1. & 2. quæſito dicta ſint latis.

41 Ad tertiū †igitur deueniamus, quo quæritur quando, & ad quem effectum dentur huiuſmodi quærelæ pacīū, & treugarum ruptarum? Cui quoad primum caput reſpondemus tunc huiuſmodi quærelæ locum fieri quando eſt alicui in perſona, vel bonis damnificatum, tot. tit. de pace, & treugua in 1. vol. conſti. & declarat latè Cali. dub. 6. ibi, *demum quæritur* pag. 11. col. 1. vbi meliùs explicat, & dub. 7. & aliqua in pro poſito etiam tetigit Fer. vbi inferiùs.

42 Vel etiam †quando fit alicui iniuria, ad latè tradita per Iacob. Calici. *in ſæpè* allega. tracta. de pace, & treug. dub. 3. & 7. & Micha. Ferrer 3. part. obſeruan. c. 144. circa medium.

43 Et quia† is vltimus caſus, quando fit iniuria, eſt qui magis in Cathalonia practicatur, vt pro eo offerantur huiuſmodi quærelæ, vt quotidiana experientia experimur, alia enim damna, quæ fiunt in perſonis, & bonis, per alia fortiora & acriora iuris remedia, putà iudicia criminalia, ſolent puniri, ideò paulisper erit in eo explicando immorandum. Ac imprimis annotemus oportet caſum frequentem, pro quo tanquam pro illata iniuria ſolent huiuſmodi quærelæ offerri, quando videlicet pro aliquo præteſo debito ciuili, quod ſit iam ſolutum, vel cuius dies ſolutionis nondum aduenerit, vel aliàs, incarceratur debitor, vel rigoroſa in eius bonis fit exequutio ad inſtantiam creditoris: tunc enim dubium non eſt quin ex huiuſmodi procedimentis oriatur actio iniuriarum contra ipſum creditorem, ſingulares ad id ſunt deciſ. Guid. Pap. quotidiè allegabiles 293. & 324. eis adde Antho. Fab. poſt hæc ſcripta viſum, in ſuo C. lib. 3. tit. 11. de fer. defini. 4. nu. 2. in allega. vbi dicit quòd omnis executio, quæ non eſt iuris, habet iniuriam: & hæc quidem actio non ſolum datur contra partem, ſed etiam & contra executorē, ſi tamē ipſe ſit in dolo, notabiliter iſdē Antho. Fab. *in* ſuo C. lib. 7. tit. 20. de execu. rei iudica. defin. 8. vbi *deciſ.* Senarus Sebuſia. & per conſequens ſit locus huiuſmodi quærelę. †

Dubium tamen maximum eſt nunquid quando emenda iniuriæ, & damnorum non petuntur corā eodem iudice capturę, ſeu executionis incidenter cum nullitate illius per viā reconuentionis, vel aliàs, quod † poteſt, Caraldi. qui dicit hanc eſſe optimam cauthelam, in tract. de ſyndica. in fine illius, nu. 186. in 2. vol. tracta. quam approbat, eam optimam dicens, Franciſ. Auiles in capp. Prætor. c. 1. glo. *donation* nu. 42. cōducunt quæ docet Tib. Decia. in trac. crim. tom. 1. lib. 3. c. 24. nu. 17. ſed principaliter in ſtituendo iudicium coram eodem, vel alio diuerſo iudice (ſicut paſſim cōtingit *in iſtis* quærelis, cum earum iudex particularis ſit Vicarius regius, vel eius Locūtenens) quod † eſt melius, & vtilius remedium, iuxtam ſententiam Par. de Put. in trac. de ſyndi. ibi, *iniuria officialis*, nu. 4. pag. mihi 381. in 2. vol. trac. & Auiles vbi ſuperiùs, an † tali caſu poſſit ante declaratā malam capturam, & eius, ſeu executionis nullitatem, quęrela offerri pro damnis, & iniuria, an verò finis, & exitus cauſæ debeat expectari, vt tunc demum dici poſſit nunquid actio iniuriarum competat, nec ne. 44 45 46

47 Qua† in re praxim reperio in curia vicarij Barcino. vbi maximè hæ quærelæ practicātur, paſſim obſeruatam, quòd indiſtinctè quærelæ admittuntur ante procedimentorum, quorū occaſione offertūr, declarationē, nū ná benè, vel malè facta extitetint, quæ quidem praxis an ſit ſuſtinenda, nec ne, ex inferioribus patebit.

48 Mea† in his ſententia eſt, quicquid praxis prędicta perperàm admiſerit, non poſſe iſta iudicia inſtitui coram iudice pacium & treugarū, quin priùs declaratum ſit per iudicem, ad quē ſpectet, malè quem fuiſſe captum, vel etiā perperàm cōtra eum fuiſſe factam executionem, vel quid ſimile, ex quo iniuriarum actio oriatur, 49 mouear † ex tex. expreſſo in l. ſi tibi ſeruitutis C. de liber. cauſ. vbi, *ſi tibi ſeruitutis improbè moueatur quæſtio, de calumpnia, vel iniuria (prout vindicta viam elegeris) poſtea quam ſeruus non eſſe fueris pronuntiatus, aduerſus eam ſententiam poſtulare potes, tum demum etiam de his, quæ direpta probaueris, reſtitutionem, cum pro libertate fueris pronuntiatum, perituros*, inquiunt Impp. Diocle. & Maxi. quo loci notanda eſt imprimis geminatio illorum verborum, *poſtea quam ſeruus non eſſe fueris pronuntiatus*, & *cum pro libertate fueris pronuntiatum*, quæ † non ſolet otioſè, & 50

abſq.

absq. effectu fieri, de cuius virtute plura apud Euer. in top. leg loco à vi geminationis, & latissimè, simulq. fusissimè, vt nihil ampliùs desiderari possit, apud Carol. de Gras. in tract. de excep. ad mater. statu. exclud. omn. exceptiones, excep. 14. à nu. 7. cum plurib. sequent. & signanter † in nostro proposito singularis geminationis effectus est notandus, quòd faciat præsumi verba prolata cum maiore animi deliberatione, ne quis existimet Imperatores in eo tex. inaduertenter, & inconsideratè, ac absq. effectu verba prædicta apposuisse, c. etsi Christus, de iu. iur. Craue. in cons. 105. nu. 4. Gras. d. excep. 14. nu. 21. Item † notandæ sunt dictiones *postquã* & *cum*, quæ ad idẽ in eo tex. ponuntur, quæ de sui natura tempus significant, quo agendum sit, vt de dictione *cum* annotauit Bar. in l. 1. nu. 9. de condi. & demonst. Vulpel. de præpos. aduerb. & coniunct. fig. in littera c. verbo, *cum*. Itẽ † cõditionem importãt, vt de d. dictione, *cum*, probat l. qui promisit, de condic. indeb. l. huiusmodi, & l. quodcunq. §. nonsolùm ff. de verb. oblig. & de dictione, *postquã*, notat Bar. in l. quibus diebus §. termilius numer. 7. ff. de condi. & demonstra. & Virgin. Boca. de interdic. c. 2. nu. 88. vndè fit quòd sit dicendum nullatenus in casu proposito posse actione iniuriarum agi nisi postquam super eo declaratum fuerit, vndè existimatur eam oriri, ita tenet Bal. per illum tex. in d. l. si tibi seruitutis, C. de liber. caus. & vti expeditum de iure præsupponunt Par. de Put. & Auiles vbi superiùs, Ranchi. in additione ad Guid. Pap. alleg. decis. 324. & Andre. Gayl. de pace pub. lib. 2. c. 7. num. 25. Et est † (meo iudicio) huius rei euidens ratio, quia ante declarationem non potest dici mala captura, vel mala executio, pro quibus oritur actio iniuriarum.

Et hanc † exceptionem credo posse opponi ante firmam iuris, & comparitionem faciendã, impediriq. progressum causę ad vlteriora, & per consequens super ea fore imprimis iudicandum, cum ex narratis in eodem clamo appareat, abq. alia probatione pro parte rei faciẽda, rem illam, super qua datur clamus, non esse talem, pro qua possit dari, veluti quia † adhuc sub iudice res est, qui decreuit capturam, vel executionem, num nam benè, vel malè factum fuerit, & per consequens num nam commissa sit iniuria, nec ne, super quo fundatur querela partis, faciunt ad propositum quæ docet Calici. de pace & treug. dub. 16. vers. transeamus ad quartam speciem fol. 43. col. 2. & col. 5. in prin. interim ergo quiescere debet processus prætensarum pacis, & treugæ violatarum, quibus adde quod hæc sit exceptio carentiæ actionis oriens notoriè, ac manifestè ex eisdem ipsis rebus, quas deducit querelans, quæ alio nomine appellatur exceptio intentionis, & facti, quæ † potest ante litem cõtestatã opponi, Bar. in l. mater descendens de inoffi. testam. Maran. de ordin. iudi. part. 6. memb. 9. nu. 7. declarat pulchrè Barnard. Muscatel. in prax. ciui. par. 3. glo. actionis per tot. & Carol. de Gras. in trac. de excep. ad mater. statu. exclud. omnes exceptiones, exceptione 26. per tot. conducunt quę ibidem egregiè docet idem Carol. de Gras. in dicto loco hanc † de qua agimus, exceptionem posse opponi non obstante statuto excludente omnes exceptiones, vndè inferamus quòd licèt per iura patriæ prohibeantur opponi in his iudicijs exceptiones ante comparitionem, & iuris firmam, hæc tamen non censeatur prohibita. Item † quemadmodum non obstante statuto excludente omnes exceptiones, de iure est expeditum illas posse opponi, quę oriũtur ex eodem instrumento, cuius vigore agitur, vt plenè, alios omittendo, quia sequentes reliquos allegant, probant Mascar. de proba. q. 8. nu. 18. & Gras. vbi. suprà exceptione 19. qui omnia, quę in proposito dici poterant, plenissimè cumulauit in vnum, sic nõ erit in nostro casu prohibita hęc exceptio tanquam oriens ex eisdem ipsis procedimentis, quorum vigore agit aduersans.

Nec mirum † cum huiusmodi exceptio sit vna ex illis, quas tenetur iudex, etiam parte nõ opponente, in quacunq parte iudicij supplere, & taliter sine actione agentem repellere, glo. in c. 1. verbo, *defentiens*, vt lit. non contes. in 6. Maran. vbi suprà nu. 7. & Gras. d. exceptione 26. nu. 7. & si non † repulerit, saltem postquam à parte fuerit oppositum, teneretur in syndicatu, Pau. de Cas. in allega. l. vbi pactum nume. 7. C. de transac. & refert Muscatel. vbi proximè numer. 10.

Idem censeo † futuri si vbi querelatus haberet pro sua exceptione promptas, & expeditas probationes, licèt de eis non constaret in narratis in querela, extraditis per Cali. de pace, & treug. dub. 16. fol. 42. col. 4. in prin. vbi declarat quando dicatur quis habere promptas probationes: conducunt † quæ de exceptione in continenti probanda quòd non censeatur reiecta ab statuto excludente omnes exceptiones, tradit latè Carol. de Gras. in trac. de excep. ad mater. statu. exclud. omnes exceptiones, excep. 7.

Per hæc ego valdè mirabar de quibusdã procedimentis in curia vicarij Barcin. pro prætensa pacis, & treugæ violatione contra quosdã cliẽtos meos de anno 1605. & 1611. bis factis, ratione, & occasione quarundã executionum in bonis alterius ad instãtiam dictorum cliẽtum instatarũ, quibus non obstante quòd pars querelans narrasset in querela dictas executiones fuisse factas vigore litterarum à dicta

curia emanatarum in vim prouisionũ taxationis expensarum,& decreti executionis periudicem retroclamorum factarum, & in vim instrumenti guarentigij, exhibuisseq. dictas prouisiones,quæ exequebantur, & apparebãt trãsactæ in rem iudicatam & procedimenta aliàs in vim instrumẽti guarentigij facta,vnde tenebatur iudex hoc saltẽ vnũ inferre(quãdo alia plura , quæ vrgebant ad non concedendum quod petebatur,noluisset cõsiderare,quæ fuerant latè in eis causis deducta) adhuc non competere,nec competere posse parti conquærenti actionem iniuriarum,cum nõ foret adhuc declaratum per iudicem retroclamorum, adquẽ spectabat,executiones prædictasin casu nõ per missο fuisse factas ,imò contrarium pręsumere tenebatur ex dictis prouisionibus, & procedimentis , nihilominùs decretæ contra meos cliẽtes fuere litteræ solitæ quindecim dierum pro prætensis pacibus, & treugis violatis,& licèt iudicem monuissem in vna ex dictis causis ante præsentationem litterarum , (habuimus enim antea eorum procedimentorum notitiã) quatenus non permitteret eas præsentari , ne apud homines appareret talia procedimenta suo nomine facta, permansit tamen semper in sua prętentione,nec potui ei quicquam persuadere, quo forsan fuisset peroptimè suo honori consultum,sed trãseat , ipsi viderint qui id egerint , & comperient quantum existimationis consequãtur ex eo modo procedẽdi apud eos, qui vel mediocri pollent ingenio , veniũt postea istæ causæ in Senatum , qui particulariter attendit in releuamine oppressorum, vbi si non ridentur huiusmodi procedimenta , saltẽ, non qualia deberent esse,iudicantur.

64 Sed†dices, si huiusmodi declaratio est expectanda,nunquam, aut perrarò fiet locus querelæ pro pacibus,& treugis violatis, quia pars quæ viderit contra se declaratum,firmabit ius, & de iure coram suo ordinario , & præueniendo iuditium citabit alterum in eo per viam iactatorum , vel aliàs, antea quàm pars altera quęrelam offerat, quo fiat vt non possit postea pars prædicta habere recursum ad quærelam offerendam,obstante dicta iuris firma, & præuentione iudicij , sicuti quotidie videmus practicari,& probatur in simili non obscurè ex eo
65 quod dicimus regulariter†litis pendentiam fa
66 cere illicitum,quod aliàs foret licitũ, putà,†habeo facultatem appręhendendi propria auctoritate possessionem alicuius rei per alium possessæ, is mouet mihi littem super illa re, antea quam ego ea facultate vtar , non possum postea ea vti, ad quod est pulchra decisio Senatus Neapoli.apud Marhe.de Afflic.131. & ibi pulchra etiam addit. Vrsil.pro quibus facere dicit Thom. Gram. in additio.ad eandem decisionem,optimam rationem, quia licèt possit quis ex pacto,vel aliàs,propria auctoritate aliquid facere , si priùs de eo facto adiuit iudicem , non poterit variare, & redire ad exercendum suam potestatem,ad quod plura allegat , sed non vidit quòd Afflic.non loquebatur quando is,qui propriam auctoritatẽ exercebat , adierat priùs iudicem pro eodem facto , pro quo casu tantũ concludit ratio huius doctoris,sed imò quando aduersarius litem mouit contra eum , qui dictam facultatem habebat vt illius exercitiũ impediret , quo in casu aliundè est petenda ratio,forsan ex his , quæ nos suprà docuimus, & dicemus infrà,plura huius generis exempla tradit Lancello. de attenta.2. part. c.4. amplia.1. per tot.licèt postea ea.part.2.c.10.nu. 31.isdem Lancell. casum adducat , in quo Rot.de anno 1556. *approbauit* procedimenta propria auctoritate facta non obstante litis pendentia , tu ipse rem vlteriùs examina,& cogita de veritate & aliam eiusdem Rot.Roma.decis.apud Bellamer.c.1.quam isdem Afflic. allegat,cum suprадicta consilia,adde Barz.decis. Bononien.46. per tot.

67 Indè fit†quod intrepidè practicamus in pręsenti Ciuitate, in qua per particularia priuilegia,de quibus in priuilegio, *recognouerunt proceres*,c.31.& 33.in 2.vol. consti. dominus directus potest emphyteotę propria auctoritate abstrahere pottas , si non soluit ei cẽsus die statuta.

68 Item† locator domorum potest propria auctoritate capere bona,quæ in eis fuerint illata,& inuenta pro pensione domus, practicamus (in quam) quòd si emphyteota,& conductor mouerint respectiuè litem iactationum cõtra dominum,& locatorem,priusquam ij facultate illa vtantur, non possunt postea, obstante dicta litis pendentia , vti illa (licèt in eo,quod dicebamus de domino erga emphyteotam,iam videtur dispositum per c.31. eiusdem priuilegij *recognouerunt proceres*) quam quidem praxim approbat Bal.in l.2.nu.19.C.de seruit.& aqua, & clariùs in l.ędem nu. 13. de locato, vbi specialiter quærit quare requiratur probatio, de qua eo in tex.quę coram iudice fienda est , cũ possit locator sua propria auctoritate domum suã intrare , & respondet id ideò esse quia iudex propter controuersiam partium aditus erat, vel à domino , vel ab inquilino,vndè postquã iudex erat aditus debebat expectari eius auctoritas,vbi addi.litera M.dicit,& hoc puto verum etiam si fit data reseruatio facultatis ingrediendi.

69 Indè etiam † factum fuit quòd de anno
† 1605.die 5.mensis Iulij *declarauerit* Senatus ad relationem ęgregij Senatoris Ioannis Gallego attentatiuam appræhentionem possessionis per Castellanum de Amposta factam

de

de quibusdam petijs terræ Ioanni Soriano in emphyteosim ad viginti nouem annos concessis, non obstante quòd dictus Castellanus fortiter contenderet licuisse sibi de iure, finito tempore, possessionem prædictam propria auctoritate apprehendere, idque propterea extitit declaratum quia dictus Soriano, seu eius hæres, antequam dictus Castellanus ea facultate vteretur, causam instituit in Senatu ad relationem dicti Gallego prętendens non posse expelli, eo quia adhuc elapsi non essēt viginti nouem anni prædicti, cum existimaret non venire in computationē duodecim annos, quibus per eundem Castellanum, seu suum prædecessorem fuerat impeditus re emphyteoticaria vti.

De qua quidem Senatus declaratione cum fortè incidissem in sermonem cum quodam huius ciuitatis, erudito valdè, ac magni nominis aduocato, audiui illū plura dicentem aduersus dictam declarationem, ac volentem iu-
70 ribus non sustinendam, suam is fundabat † prætentionem ex eo quòd domino directo licere arbitrabatur propria auctoritate emphyteotā expellere finita emphyteusi, hunc enim effectum tribuunt doctores possessioni ciuili, quę remanet pęnes dominum directum, vt finita emphyteusi trahat ad se naturalem, quæ residebat penes emphyteotam, vti apparet ex latè traditis per Aluar. Velas. de iu. emphy. 1. parte q. 18. num. 7. & 8. & per Anchon. de Gam. de-
† cis. 4. per tot. vbi est optima *decisio* in proposito, obtenta patrocinante Velasco, & est notabilis additio ad eundem Gam. Blazij Flor. de Mena. Hęc doctor ille allegabat, per quæ sibi licere existimabat declarationē prædictam omni fariam impugnare, & acerbiùs, forsan quàm debuisset, de ea loqui, verū ipse, qui Senatū vndique contemplor doctissimum, si alius est in orbe, qui declarationem fecerat, nō potui me continere quin in re tam iusta eius iustitiæ defensioni me accingerem, & hæc paucula hic, quę arbitror vtilia, insererem: dico igitur quòd doctor ille, qui de dicta declaratione tantisper conquęrebatur, non animaduerterat quòd punctus difficultatis non consistebat in eo, quòd posset, vel non posset dominus propria auctoritate emphyteotam expellere finita emphyteusi: nam esto id foret verum, quod tamē † non transit sine magna difficultate, vti apparet ex traditis per Ias. in l. 2. nu. 103. C. de iure emphy. Antho. Oliba in prax. par. 2. lib. 2. c. 7. num. 8. & ibi additio Hypol. Montaner à numer. 22. Cæs. Vasil. in additione ad Afflic. decis. 392. nu-
†† mer. 10. vbi pro, & contra inuenies *decisiones* Neapoli. Sena. Gam. d. decis. 4. nume. 2. & ibi additio Blas. Flor. qui benè loquitur dicens quod apud supremą tribunalia semper possessio meri facti, & propria auctoritate à domino acquisita, siue à iudice absque citatione partis ei collata vt attentata iudicatur, & attestatur se ita pluriès vidisse factitatum, Velasq. d. quæstione 18. num. 9. circa fin. vbi dicit consulitiùs semper facturum dominum directum si in his iudicis auctoritate vtatur, adde Hēri. Rossētal, nouissimè de his agentem, de feu. tom. 2. c. 10. conclu. 41. à num. 39. cum multis sequent. quamuis (inquam) id verum foret intelligēdum esset quādo nō fuisset domino mota lis per emphyteotam, & ita, & non aliter posset ea opinio pro-
71 cedere, quando † autem adesset litis pendentia, ea faceret cessare licentiam vtēdi iure propriæ facultatis, ex his, quæ suprà diximus, & in his proprijs terminis expulsionis emphyteutæ post emphyteusim finitam, ita tenet Ias. vbi suprà d. num. 103. quem sequitur Gam. d. decis. 4.
72 num. 2. & ibi additio, dicens † quòd vbicunq. per negationem emphyteutæ res efficitur dubia, vt quia negat se cecidisse à iure, imò quòd non sit finita tertia generatio, aut quia neget elapsū esse tēpus, vel aliquid aliud dicat, per q. terminatio dubij propositi requiratur, non poterit dominus directus propria auctoritate emphyteotam expellere, ne in causa propria
73 sibi ipsi ius dicat, egregia † est Stepha. Gratia.
† prouin. March. decis. 132. vbi dicitur *decisum* attentatiuam esse expulsionem colonorum factam per locatorem lite pendente, & inhibitione sequuta, etiam in causa iactatorum, etiā si notoriè constaret de non iure petentis. Ac proindè meritò meruit declaratio prædicta no
† stri Senatus in secunda instantia *confirmari* ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Senisust cum egregia in aduersantem expensarum condemnatione die 17. mensis Septemb. anni 1606. scriba eodem Cortes. Videat igitur quilibet quomodo, & qualiter parum, aut nihil prorsus rationis habuit doctor ille, de quo fum loquutus, tam acribus verbis, sicuti ego audiui, in dictam declarationem, statim atque facta fuit, irruendi, quinimò multùm debuisse & debere omnes summam Senatus nostri egregij, & vndequaque perspicasissimi qui tam doctas, & eruditas determinationes facit, doctrinam, & eruditionem extollere, ac admirari simul. Sed redeamus ad institutum, quod pro-
† sequimur.

His tamen non obstantibus ego non parùm miror de obseruantia prædicta in curia Vicarij Barcinonæ introducta quòd non possit offerri quęrela si alter priùs super re illa litem mouerit contra *iniuriatum*, quia non potest iure aliquo, vel ratione comprobari. Ad quod
74 † notandum est quòd iste processus quærelæ pacis, & treugę ruptarum criminalis est vsq. ad comparitionem, criminaliterque in eo eòusq.

proce-

UAB Biblioteca de Ciencias Socials

proceditur per receptionem informationis secretæ de delicto ex officio, vel ad instantiam querelantis, per captionem personę, exactionem depositionis quærelati, & traditionem eiusdem idoneæ manuleutę, consti. per part, quę est 25. sub tit. de pace, & treug. ibi, *com lo c.im, delicte, o, quasi, del qual sera deuallat*, & ibi, *per informatio rebuda secretament per offici, o, en altra manera, o, almenys per fama &c.* & ibi Mier. c.25.col.9 fol.112. & const. sequent. quæ est 24. incip. *Car moltes vegades*, ibi *vltra dos dies, dins los quals la confessio dels delats aja esser rebuda aquells comparents no puxan esser en carcers detenguts, ans sien solts, o, sien donats acondecent manlleuta &c. sino que la qualitat del crim, o, delicte, del qual la querela deualle, asso requerira &c.* & ibi declarat Mier. c. 26.fol.117.ea.colla.9. pulchrè Michael Ferrer in
75 tertia part.obseruan.c.144. Licèt † ex post sit ciuilis, ciuiliterque in eo procedatur, vt inferiùs dicetur, & docet Fer. vbi suprà. Si criminale est istud iudiciũ à sui principio, criminalisq. quærela, quomodo dici potest eam impediri posse per causam ciuilem antea introductam? nisi monstraretur id, super quo fundatur illud iudicium, & quærela, nihil criminalitatis continere, quod sanè de iniuria, super qua fiunt vt plurimum isti processus, dici non potest, cum in ea, & pro ea expeditissimũ de iure sit posse agi criminaliter, Dida.lib.2.var.c. 10. nume. 7. Iul. Clar. §. iniuria, versi. scire debes, & ibi Baiar. additio, plenè Anthon. Gom. var. resol. to. 3. de delic. c. 6. de iniur. nume. 7. & probat manifestissimè ex tex. in §. in summa insti. de iniur.

76 Quibus † accedit quòd de iure electio sit actoris vbi, & coram quo iudice reum conueniat, quando is potest in diuersis locis, & coram diuersis iudicibus conueniri, (loquimur quando quis habet plures iudices de iure communi, non quando de iure speciali, quia tunc aliud esset, & reo competeret electio, aucten. habita, & ibi Bal. C. ne fil. pro par. Marã. cons. 126. circa fin. Dida. & reliqui vbi infrà allegabuntur) De electione loci per actorem fienda est tex. expressus in l. non vtique, ibi, *& generaliter definit Scæuola petitorem electionem habere vbi petat, reum vbi soluat* ff. de eo quod cer. loco, & glo. in c. dilecti, verbo, *domicilium*, de for. compet. De electione iudicis fienda per eundem actorem quando reus plures habet iudices
* est tex. vbi omnes in l. vlt. C. de iurisdic. om. iud. l. vltima, vbi glo. & doctores C. vbi in rem actio, & l. cum clericis, vbi Bal. nume. 1. C. de Episcopis, & cler. c. cum sit generale, de foro compet. pulchrè Iaf. in allega. l. non vtique num. 5 de eo, quod cer. lo. singularia sunt in proposito consi. Ludoui. Roma. 412. & Bartholo. Socin. 94. per tot. lib. 3. expendunt Dida. lib. 1. var. cap. 18. nume. 6. And. Gayl. prac. obser. lib. 1. obser. 11. nu. 6. & Gonsal. Suar. de Paz in prax. Eccles. & secula. primę partis tom. 1. in primo tempore nume. 67. plures alios, eos sequendo, allegat Cabedo decis. Portugal. 54. nume. 2. par. 1.

77 Quod procedit, † etiam si per reum sit facta coram vno iudice iudicij præuentio, putà intentando remedium l. diffamari C. de ingen. & manumis. coram vno ex suis iudicibus, adhuc enim ea præuentione non obstante poterit actor coram alio iudice reum conuenire, ac petere causam remitti ad eum iudicem, quem elegerit, Socin. qui pulchrè loquitur, & plures rationes ad id probandum adducit, Roma. Dida. Gayl. & Suar. de Paz in locis suprà citatis, Mar. Socin. in c. proposuisti nume. 26. de for. compet. & in cons. 41. reffertur inter communes opiniones in ear. vol. tom. 4. loco 10. tit. 1. c. 14. circa fin. Pulchra est decisio Senatus facta de anno 1588. 28. Septemb. in causa verbali corã Michaele Cordelles egregio quondam Regiam Cancell. Regente, vertenti inter nob. Mariannam Doms, & nob. Galcerandum de Semmanat, coram quo, † & admodum Reuerendo Cancellario (concedatur mihi ista digressio, vtpotè pulchram, & vsu frequentem continens materiam) solent ciues Barcinonę, & quicunque in ea ciuitate reperiuntur, conueniri, pro causis tamen non excedentibus summam viginti librarum, prout in expresso disponit constitutio 5. titulo de Iuy verbal &c. nisi expresè, † vel tacitè prorogetur eorum iurisdictio in causis maioris quantitatis, quod fieri posse, docet nos Guid. Pap. decisio. 285. non obstante quòd sit constitutio prædicta concepta per negatiuam, dicendo quòd nõ possunt cognoscere de causis verbalibus excedentibus
80 quantitatem viginti librarum, quę † de iure dicitur magis negare, quã affirmatiua affirmet, & esse malignantis naturæ, cum destruat quicquid inuenit post, & oppositum inducat, vt latè probat Lara de anniuers. lib. 2. cap. 5. à nume. 25. prout in terminis statuti similiter per verba negatiua loquentis posse fieri huiusmodi prorogationem, docet Maran. in speculo iudi. 4. par. distinc. 12. nume. 3. circa medium, atque ita noster Senatus in terminis dictæ cõstitutionis de
† admodum Reuerendo Cancellario *declarauit* sub die 25. Maij 1611. referente egregio Senatore Hieronymo Seniust, in causa Raphaelis Benetes contra Scribas mandati, Actua. Maynes: non obstante enim quòd fuisset oppositum in decreto executionis de nullitate sententię dicti admodum Reuerẽdi Cãcellarij ex eo quòd cognouisset de quantitate excedente summã viginti libratũ, fuit ea prętentio repulsa in decreto excecutionis per eundem, & postea in

causa

causa supplicationis idem confirmatum, non alia quidē ratione quàm propter prorogationem iurisdictionis tacitè factā per cōparitionem coram dicto admodum Reuerendo Cācellario. Pulchra (inquam, vt ad propositum reuertamur) est decisio Senatus ad casum electionis iudicis competentis actori, non obstante rei prçuentione, facta in suprà enarrata causa nobilium Oms contrà nobiles Semmanats coram Regente Regiam Cancellariā, qui die superiùs memorato, facto verbo in Regia Audientia, super exceptione litis pendentiæ pro parte dicti Semmanat opposita ratione alterius causę, super prętēsa legittima, quam petebāt dicti Oms, antea per eum introductæ in Regia Audientia *declarauit* ei locum non fore, nec esse, hoc, inter alia, attento *quia in causa legittimę dicti coniuges Oms reuera actores erant, nobiles autem de Semmanato rei originarij. Et quando reus coram diuersis iudicibus potest conuentiri, electio est actoris, nec permittitur reo, iudicium præueniendo, eam facultatem actori eripere*, scriba erat olim N. Morer, nunc verò Cudina. Et ego etiā post hęc scripta *obtinui* ad relationem egregij Senatoris Raphaelis Rubi, & Coll, confirmari per Senatum in causa supplicationis die 18. Martij 1606. quandam interloquutoriam in fauorem Gabrielis Gali contra Petrum Paulum Ianer LL. D. per Regentē Reg. Cancella. factam, qua prouisum fuerat procedendum fore, & esse ad vlteriora in causa coram dicto Regente mota per dictum Gali super euacuatione domus, quam inhabitabat dictus Ianer, non obstante exceptione litis pendentiæ per eundem Ianer opposita ratione alterius causę iactatorum per ipsum antea in curia Vicarij Barcinonæ alterius ex suis iudicibus competētibus, super eadem re contra dictum Gali præuentę, ex rationibus suprà traditis in altero exēplari, est scriba dictę causę N. Trull, scriba autem causæ supplicationis est, N. Segui.

Successit etiam, post hęc scripta, quòd cū de de anno 1609. in Senatu ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust in secunda instantia verteretur quædam lis, & causa, in qua dubitabatur quænā ex duabus causis motis, & introductis in Regia Audientia, altera quidem per actorem in consistorio verbali suæ Excellentię coram admodum Reuerendo Cācellario, altera verò per reum coram egregio Senatore Raphaele Rubi, & Coll, foret prosequenda, altera relicta, cum inuicem, vtpotè de eadem re agentes, non compaterentur: prætendebat siquidem reus causam pro sui parte introductam fore, & esse præferendam ex eo quòd, quamuis actor primus fuisset in citando eo modo, quo in eiusmodi verbalibus causis citari solet ante oblatam petitionem, & absque aliqua notificatione, & certificatione eius, quod petendum esset, nihilominùs ipse reus, antequam compaterent partes in iudicio verbali, & ibi porrigeretur petitio, suam causā super eadem re introduxerat ad relationem dicti, & suprà nominati Relatoris, citādo actorem ad eam post certam oblatam petitionem eo modo, quo solet in causis Regiæ Audientię fieri, quod dicebat sufficiens esse ad obtinēdum in eo articulo, quamuis, post intimationē, & notificationem citationis factæ ad instantiam rei in Regia Audientia, ipse actor suam causam prosequendo die solita iudicij verbalis comparuisset coram Excellentissimo, altera tamen parte absente, & petitionem fecisset, & secundam citationem fieri consueram ijs, qui non comparent quando sit petitio in verbali, expediti, & intimari reo procurasset, quia dicebat reus quòd iudicium non incipiebat, nec incipere poterat à prima illa citatione informi, sed à secunda, cuius tempore iam prçuentum fuerat iuditium per ipsum: successit (inquam) quòd cum hæc disputarentur in Senatu ægrotauit aduocatus actoris, ob quod fui ego vocatus ad informandum regios Senatores illius loco, & inueni eos difficultatem statim statim mihi mouentes, quę eo tunc vsque inter partes, & eorum aduocatos ventilata fuerat, nunquid scilicet iudicium illud verbale incepisse dici deberet à prima illa citatione informi, an verò à secunda, vt indè dijudicari posset quænam ex dictis causis priùs mota dici deberet: Ego autem cum memoria adhuc tenerem ea, quæ, non multum temporis effluxerat, disputaueram, & obtinueram in Senatu, dixi causam non fore per resolutionem dictæ difficultatis decidendam, sed quòd imò ego concedebam libenter aduersanti quod volebat, quia mihi nō nocebat, quòd scilicet iudicium illud verbale non incepisset à prima illa citatione, sed à secunda, & sic quòd causa per reum intētata prior erat illa, quæ mota fuerat per actorē, quia tamen causa per reum instituta erat iactatorum, quæ non inducebat litispendentiam, nec impediebat quominùs coram alio iudice proponerem meas actiones, vt suprà dictū est, aiebam eam obrem causam prædictam in verbali iudicio suæ Excellentiæ motam fore, & esse prosequendam, altera relicta, & ita paulò post informationem *obtinui* cum expensarum in aduersantem condemnatione, partes erant N. Garreta villæ de Tremp, et N. Puiguert notarius regius, scriba caussæ Maynes, verum est quòd nullum in prouisione fuit factum motiuum, cæterùm ego, qui hæc tractaui, vidi per quæ mouerentur egregij Senatores.

81 Indè fit † quòd dicamus, in principio litis potiùs actori fauendum esse, quàm reo, l. de die

die,& ibi Bar.& Iaſſ.qui ſatisda.cog. Cagnol. in reg.fauorabiliores num. 8. And. Gayl. prac. obſer.lib.1.obſer.31.num.12. Viui.deciſ.256.nu. 7.lib.2.quod maximè procedit quando actor habet cauſam fauorabiliorem,arguméto l.priuilegia, de priuileg. cred. vt in pulchro caſu cõſulerũt Rom.& Socin. in locis ſuprà citatis, quo cũ reus poſſet cõueniri in curia mercatorũ, q̃ fauorabilius actori erat,propterea quòd ibi cauſæ tractarẽtur de bono, & æquuo,iuxta tex.in l.ſi fideiuſſor §.quædam ff. manda.ipſe, præueniendo iudicium,intentauit contra actorem coram Poteſtate remedium l. diffamari C. de ingen. & manumiſ. reſpondent tamen doctores prædicti ex ratione, quam explicamus,cauſæ poſtea per actorem in dicta curia mercatorum introductæ nõ obſtare exceptionem litiſpendentię ratione cauſę per reum coram Poteſtate præuentę.

82 Propter † hanc rationem, inter alias,(dum alius meliorem non dederit)exiſtimo reſpondiſſe doctores per præuentionem iudicij per reum via ordinaria coram iudice factam,non impediri quin poſſit actor,& creditor via executiua procedere contra ſuum debitorem,qua de re Anthonius Canar.de execu. inſtrum. q. 52.Maran.inter conſ.ciuilia Thom. Gram.cõſ. 95.nume.1.& 2.Antho.Maſſagal. ad form.Cameral.obliga.parte 2. c.de vi inſtrum.obliga. Camer.nume.16.Bellug.in ſpecul.prin.rub.41. § leges regni,num. 47. & Iacob. Cancer. qui horum aliquos,& alios citat,1.parte var.c.17.de appella.nu.24.& rurſus in 2.part.c.3. de inſtrũ. guarentig.nu.19.Et in terminis reperi tenuiſſe noſtrum Micha.Ferrer in 3.par.obſeruan. cap. 160. circa fi.ſtatim poſt fol. 90. in veteri impreſſione,dicendo quòd, non obſtante dicta iudicij præuentione, poteſt creditor exponere retroclamum cõtra debitorẽ,etiam in alio iudicio,quia cum per clauſulam renunciationis proprij fori ſe ſubmiſerit debitor plurib⁹ iudicibus,ipſius non eſt electio, ſed imò creditoris.

83 Verum eſt † (permitatur mihi paululùm in hoc,quia pulchrum,ſpaciari) verum (inquam) eſt quòd dicit iſdem Ferrer poſteà, teneri creditorem in hoc caſu cautionẽ debitori prẽſtare propter præuentionem, quod idem antea † dixerat c. 107. atteſtans de *obſeruantia*, & *practica* Senatus,& Cancer etiam d.c.17.de appella.num.24.circa quod ego aliquando conſultus nunquid impugnari poſſit retroclamum tamquam nulliter expoſitum, ſi omiſſa fuerit præſtari dicta cautio, reſpondi quòd non, quia non reperio doctorem,qui talem cautionem exigat,& Micha.Ferrer in locis ſuprà citatis ſolùm docet ſe vidiſſe notatũ in margine quarundam conſtitutionum quòd per præuẽtionẽ iudicij nõ impediebatur executio ſcripturæ tertij,& quòd ideò ſolebat Regia Audiẽtia,non obſtante præuentione, cõcedere executionem, præſtita tamen cautione propter eam, ex quò non infertur, nec inferri poteſt quòd ſi cautio omitatur,corruat executio, atq; ideò videmus ſuſtineri expoſitionem retroclami in Regia Audientia factam coram vno Relatore abſque cautione aliqua, non obſtante prẽuentione antea per debitorem in eadem Regia Audientia facta coram alio, & nihil dicto de illa,prout in terminis ſuſtinendam *declarauit* Senatus 27.Mar.1597.cum prouiſione facto verbo,facta per egregium Senatorẽ Ioan. Gallego in cauſa nobilis Marię de Terreros † contra nobilem Ioan.de Vilanoua,ſcriba Mallol.Idem ego etiam vidi poſtea *reſolui* de anno † 1607.in aula admodum Reuerendi Cancellarij referente egregio Senatore Frãciſco Ferruz in cauſa retroclami Hieronymi Portas contra Franciſcum Vidal villæ Palamoſij,ſcriba Viloſſa,in qua cum fuiſſet expreſsè oppoſitum de nullitate expoſitionis retroclami ex eo quòd non fuiſſet facta mentio de prẽuentione iudicij priùs facta,nec propter eam prẽſtita cautio, reſolutum fuit id non obſtare, fuit tamen dictum compelli poſſe creditorem ad dictam cautionem prẽſtãdam, attenta Senatus obſeruantia,& hoc dicebat Senatus poſſe facere debitorem,compelli ſcilicet quandocunque voluiſſet creditorem ad dictam cautionem prẽſtandam,& non ad aliud,non fuit ſuper hoc in ſcriptis facta prouiſio,ſed ita verbo fuiſſe reſolutum poſt informationem factam,fuit relatũ, & ita in ſupplicatione, qua petebatur ſuperſedimentum propter cauſas ſupradictas, ſolũ fuit prouiſum,facto verbo, quòd intimaretur parti, & cum hoc deſtitit à prẽtentione debitor,intellecta Senatus intentione, & determinatione.Et certè durum valdè eſſet quòd executio per verum creditorem aliàs ritè,& rectè pro debito vero facta,ſub hoc prætextu, quòd extitiſſet antea per debitorem,nolentem ſoluere,præuentum iudicium,& non fuiſſet cautio præſtita, anullaretur, tot damna creditori vero, & pro vero,& iuſto debito agenti cauſando,quot ſolent hæ executiones,culpa ſemper debitorũ ſoluere renuentium, importare. Habeo binas in Senatu ſuper hoc articulo vertentes cauſas,alteram inter Petrum Gali, & alios villæ Palafrugelli, contra Geraldum Gotarra de Begur ad relationẽ egregij Senatoris Franciſci Mijauila,& Frãqueza,ſcriba Michaele Perez,alteram verò inter Catherinam Poma viduam contra N.Fontaner, ad relationẽ egregij etiam Senatoris Hieronymi Aſtor,ſcriba Alexio Ceſilles, in quibus ſi declarabitur quando adhuc liceat huic libro inſerere declarationem,

clarationem, ſcribam ſucceſſum in fine libri.

Et quòd per prænentionem iudicij nõ impediatur executio inſtrumenti guarẽtigij, probãt ſcripta per Vincentium de Fran. deciſio. 373. vbi docet non obſtante iudicio reſciſorio alicuius inſtrumenti, etiam ad inſtantiam actoris moto, poſſe, & debere illud executioni mandari, itaque dicit *deciſum* in Senatu Neapolitano. 85 †

Et ſi tam timidus fuerit is, qui inſtrumentũ habet contra ſuum debitorem, vt non audeat, interim dum lis pendet ſuper illius validitate, vel inualiditate, & ſeu iuſtitia, vel iniuſtitia, executionem petere, ſed malit ſententiam expectare, ne declarata nullitate, vel iniuſtitia teneretur ipſe ad reſectionem omnium expenſarum, dico quòd ſaltem lata in ſui fauorem † ſententia non tenebitur aliud expectare, nec illius executionem, & executorialium expeditionem, nec aliud quippiam, ſed poterit ſtatim ea lata executionem petere, ratio eſt † quia 84 ſententia non nouauit primæuam actionem nouatione extinctiua, licèt acumulatiua ſit, vt poſt Bart. tenet Iaſ. in l. 1. n. 14. C. de iudi. Afflic. deciſio. 93. in fi. & Vincen. de Franc. deciſio. 155. etiam in fi. quo fit vt cum executio non ſit petenda in vim ſententiæ, poteſt iure optimo creditor ſtatim lata ſententia, abſque prouiſione executionis, & expeditione executorialium, in vim inſtrumenti guarentigij, cuius omnes obices extiterunt per ſententiam ſublati, agere.

Per hæc conſului ego faciliter Hieronymo Coſta mercatori ciuitatis Gerundę, in cauſa, de qua memini hac eadem clau. 4. gloſ. 10. parte. 1. num. 87. cum pręceden. cui per cauſæ introductionem in Regia Audientia factã, ante adeptam poſſeſſionem, fuerat ſibi per Ioannẽ Torrent, & alios effectum litigioſum priuilegium Baiuli dictæ ciuitatis ſibi per ſuam Mageſtatẽ conceſſum, quòd lata ſententia in ſui fauorem pro validitate priuilegij, non expectato decreto executionis, nec aliàs extractis executorialibus, immiti curaret in poſſeſſionem officij in vim regij priuilegij prædicti, cuius actionem dicebam non fuiſſe nouatam per ſententiam, ſed impedimenta, ſi quæ antea obſtabant, per eam ſublata, & ideò non indigebat vlla ſententię † executione, quam exequi non volebat, ſequutus eſt meum conſilium, & benè res ſucceſſit, licèt in principio curaſſent aduerſantes de hoc conquæri dicentes fuiſſe attentatum quia nec † ſententia tranſierat in iudicatum, nec præſtita cautio, nec prouiſa executio, poſtea tamen re maturiùs conſiderata, forſan propter ea, quæ nos eis reſpondimus in deſtructionem ſuæ prætentionis, ab ea deſtiterunt, & nõ fuit ampliùs de negocio tractatum: erat annus, quando hæc agebantur, 1609. Iudex egregius Senator Hieronymus Aſtor, & ſcriba Hieronymus Boſch, partes erant quæ ſuprà.

Plus dico † quòd etiam ſi in prima inſtantia ſuccubuiſſet creditor, & pro nullitate, vel iniuſtitia inſtrumenti fuiſſet declaratum, poſtea verò in ſecunda inſtantia extitiſſet prior ſentẽtia reuocata, nec hoc caſu egeret creditor executorialibus vltimæ ſententię in ſui fauorem pro inſtrumenti validitate, & iuſtitia latæ, ſed imò poſſet ſine eis executionem inſtrumenti petere coram iudice competenti, ex rationibus ſupradictis, & quia cum diuerſum ſit vnum negocium ab alio, non poteſt, nec debet ab vno ad aliud fieri illatio, nec de vno, reſpectu alterius, opponi. Habui ego caſum in Senatu, in quo id in terminis extitit *declaratum*, in cauſa ſcilicet Saluatoris Incla contra Ioannem de les Heres coram egregio Senatore Hieronymo Seniuſt vertente, cum enim ad relationem ſupradicti fuiſſet reuocata ſententia in prima inſtantia, pro reſciſione inſtrumenti guarentigiati per dictum de les Heres dicto Incla firmati, in alia aula lata, cõſului quòd non expectata reali executione dictę regiæ reuocatoriæ ſentẽtiæ, ſuper qua altercabatur inter partes, nec aliàs extractis, nec expeditis executorialibus, retroclamum dictus Incla contra dictum de les Heres exponeret in curia Vicarij Barcino. pro quantitate debita, de qua expoſitione cũ conquæſtus fuiſſet aduerſans corã dicto egregio Hieronymo Seniuſt ex eo quòd non facta executione ſententiæ, nec executorialibus expeditis, fuit tamen facto verbo in Regia Audientia 22. Septembris 1601. pro validitate procedimentorum declaratum, & pars victa in expenſis condemnata, ſcriba erat Michael Perez.

Neſcio † an accommodari huic negocio valeat quòd huiuſcemodi ſentẽtiæ, quæ fiũt in fauorem horum inſtrumentorum quando pro eorum inualiditate eſt per debitorẽ lis mota, abſolutoriæ videntur eſſe reſpectu creditoris, in quibus quidem abſolutorijs ſententijs nulla eſt executione opus, quia eam ipſæ in ſe trahunt, prout in pulchro caſu vniuerſitatuum de la Selua, & de Llanſa contra vniuerſitatem de Cadaquers *declaraſſe* Senatum 21. Appril. 1610. referente egregio tunc Iudice Regię curię Michaele Sala, teſtatur noſtras Ludoui. à Pegue. in 2. vol. deciſionum deciſ. 59. & idem etiam antea *declaraſſe* eundem Senatum referente egregio etiã Senatore Raphaele Rubi, & Coll, tradit in fine deciſionis. In prima illa declaratione vniuerſitatuum de la Selua, Llanſa; & Cadaquers ego vt aduocatus interueni, & ſecundã pro exemplari egregijs Senatoribus tradidi, ideò libuit breuiter quæ nobilis auctor

in quæ-

in quæstione omisit, hic proponere, allegat inter alios Andre. Gayl. quem & nos allegabamus practicar. obserua. 113. nume. 18. sed non dicit in quo libro, est tamen lib. 1. vbi pulchrè de hac materia: Deindè omisit allegare Ioan. Garcia de nobilita. quem nos etiam adducebam⁹ in causa prędicta, Garcia (inquam) in tracta. de nobili. glos. 8. §. 1. à nume. 6. & sequent. cuius sunt pulchra verba adducta per eundem nobilem Ludoui. à Pegue. vbi suprà ex vers. *Ex dicta enim &c.* omisit item allegare Anthon. Fab. *in suo* Cod. lib. 7. tit. 20. de execu. rei iudica. defini. 245. vbi differentiam adducit inter interdicta retinendæ, & recuperandæ possessionis, quòd illud nulla iudicati executione indigeat, cum sit ipse iam in possessione, & hoc (inquit) est sententiam super interdicto retinendę possessionis redditam suam secum trahere executionem, hoc verò vltimum recuperandę possessionis interdictum executionem expectat, taliter quòd si, sententia lata, propria is qui vicit auctoritate possessionem occupet, vim, & iniuriam facere videtur, atque ita *declaratum*, & *resolutum* fuisse in eo Sebusia. Senatu ille auctor refert, omisit item nobilis Ludoui. à Peguer. ponere casū, de quo disceptabatur in illa vniuersitatuum de la Selua, Llansa, & Cadaquers, ex quo melius materia declararetur, ille erat quòd contendentibus dictis vniuirsitatibus de iure piscandi in mari adiacente termino de la Selua fuit, ne partes deuenirent ad arma, positum per consilium criminale sequestrum dictę piscationi donec in causa ciuili, quæ inter easdem partes ducebatur ad relationem egregij Senatoris Francisci Ferruz, esset ius dictum, successit quòd postea in causa ciuili fuit declaratū in fauorem vniuersitatuum de la Selua, & Llansa, imponendo silenttium vniuersitati de Cadaquers in interdicto retinendę possessionis piscandi in dicto mari intentato, & absolutę aliæ vniuersitates, quo facto, absque aliqua sententię executione, accessimus ad iudicē causę criminalis, qui erat egregius Senator Michael Sala, pro tollendo sequestro, fuit oppositum quòd non erat sententię in ciuili latæ factum decretum executionis, replicauimus nō fuisse necessarium, quia sentētia erat absolutoria, & super hoc facta fuit prouisio in nostri fauorem, cuius meminit nobilis auctor: omisit isdem Peguera referre notarium illius causæ; fuit autem Micha. Orpi: omisit item specificè casum secundæ declarationis Senatus proponere, quo melius res perciperetur, sed erat quòd cuidam prætendenti spolium fuerat impositum silentium, & dubitatum an ea sentētia pro vincente requireret aliquam executionem, & fuit resolutum quòd non: omisit finaliter partes nominare, inter quas hæc gesta erant, & quo die, ac notarium etiam omisit referre, penes quem causa ducebatur, sed partes erant Raphael Martorell, & Hieronyma Abriga, not. N. Vila, dies prouisionis 27. Nouēbris 1609.

Et denique (vt ad institutum, à quo multū, licèt, vt arbitror, non inutiliter, diuerteramus, reuertamur) quòdelectio iudicis, & iudicij sit non rei, sed actoris, elegans Bal. est doctrina in l. 1. n. 12. C. de iu. emphy. dicentis *in iutis remedijs alternatiuis electionem esse actoris ex l. rescriptum §. si pactum ff. de pac.*

87 Ex quibus † iam vtiliter in praxi inferas quā vana sit, quàmque futilis nostrorum cauthela (quia sæpè vidi plures vsos esse in facti contingentia doctores) ad euadendam regidam, ac riguosam executionē, quæ fit pro obligatione instrumenti guarentigij, adinuenta, comparēdo coram iudice retroclamorum prędictis ciuitatis, ac deducendo coram eo quòd timet debitor molestari ratione talis obligationis, quam firmauit, licèt indebitè, cum ipse habeat legitimas contra eam exceptiones, quæ sunt tales, & tales, ac petendo propterea in executione instata, & instanda, ac comminata supersederi, & *proindè litteras oportunas expediri, expediuntur litterę, & præsentantur parti, & si contingat eas præsentari ante expositionem retroclami*, & cæptam executionem ad instantiam actoris, existimatur securus debitor, & creditur non posse creditorem contra eum procedere, etiam per alium iudicem, obstante dicta litis pendentia, & supersedimento: vana (inquam) est, & nullius momenti cauthela prędicta, cum enim actor habeat in Cathalonia plures iudices, coram quibus agat pro dicta

88 executione, putà † Regiam Audientiam, si causa esset maior, vel non minor quinquaginta librarum, const. 15. de euo. caus. Pegue. in prax. ciui. rub. 4. nume. 22. & alias curias prędictis Principatus, *propter clausulam renuntiationis proprij fori, & submissionis cuiuslibet alterius in similibus obligationibus apponi solitam*, nō potuit reus iudicem retroclamorum eligere, coram quo agere deberet actor, imò ea electio ad hunc spectabat, ac proindè potest peroptimè, ac impunè, meo iudicio, coram alio iudice executionem iustare, non obstante prædicta litispendentia, & supersedimento, ex rationibus latissimè traditis in superioribus, quæ huic casui apprimè accommodantur.

Et si & vbi replicaretur mihi solitum esse Senatum, quando coram eo post factam dictā prędentionem coram iudice retroclamorum, & supersedimento indè sequuto, instatur executio per creditorem, attento supersedimento prædicto, absque alia probatione, supersedere etiam in exicutione instata ad instantiam debitoris

debitoris ad ſolam productionem ſuperſedimenti iudicis retroclamorum prouti ego aliquando vidi, id tamen ideò factum arbitror quia viſa fuerit Senatui iuridica prouiſio ſuperſedimenti à iudice retroclamorum facta, putà ex tali cauſa, & ratione, quæ mouiſſet etiã Senatum ad eam prouiſionem faciendam, nõ aliàs, nec alio modo, ex ſola videlicet oſtenſione dicti ſuperſedimenti, nam ſi hoc eſſet, declararetur etiam retroclamum malè expoſitum, & executio malè facta in præiudicium dictę litispendentiæ, & prouiſionis ſuperſedimẽti, nec illud poſſet poſtea à Senatu tolli, ſed cauſa remitteretur ad iudicem retroclamorũ, quorum contrarium intrepidè practicatur, ex rationibus ſuprà traditis, non eſt igitur quòd debitores in huiuſmodi præuentionibus confidant faciendo fieri huiuſmodi prouiſiones ſuperſedimentorum per iudicẽ retroclamorum, vel alium iudicem præuentum, (ſæpè abſque cauſa, quæ legittima ſit, proch dolor, quanta quandoque vidimus multotieſque videmus in hac materia hominibus contingere valdè nociua, & bono publico non modicùm præiudicialia, ſed hæc tranſeant cum alijs, quę reformatione egerent) ne (inquam) confidat debitor in ſupradicta cauthela, nam ſi contigerit ab actore poſtea eligi iudicem, qui ſapiẽs ſit, prudens, & iuſtus, & is viderit nõ iuſtè fuiſſe ſuperſedimentum prouiſum, non propterea ipſe ſuperſedebit in executione, ſed imò ad vlteriora procedet, ac ſi ſupradicta facta non eſſent.

89 Per hæc, † & alia quę cumulari in propoſito potuiſſent, quoties in Senatu cõtigit de noſtra
†† principali quęſtione diſputari, *declaratum* intrepidè introductionem cauſæ ciuilis ſuper prætenſis damnis, & iniuria per reum factam, nihil obeſſe quin poſſet contra eum fieri huiuſmodi proceſſus pacis ruptę, & treugæ violatæ, ad quod non habeo, quod modernum ſit, exemplar, quod adducam, cauſa eſt quòd paucùm hæ cauſæ in Senatu ſequententur, habui tamen in manibus tria antiqua quæ poterunt à quocunque in archiuo regio in libro concluſionum nullo negocio videri, primum de anno 1494. 19. Iulij inter Michaelem de Vilatorta, & vniuerſitatem, & villam, ſeu Iuratos Granullariorum ad relationem Bartholomei Serra, & Ludouici Salgueda. Secundum de anno 1495. 2. Octob. Relatore Botaller inter Anthonium Vinyella, & quandam vxorem Michaelis Maſons villæ de Figueris. Et tertium denique de anno 1530. 30. Octob. Relatore Martino Suñer inter nobilem N. Etil, & N. Lloſelles.

90 Verùm † difficultatem non modicam continet quomodo cõciliẽtur inter ſe ſe ea, quæ in ſuperioribus diximus circa facultatem aliquid propria auctoritate faciendi, cum his, quæ poſtea circa viam executiuam docuimus, vt propria facultas auferatur per præuentionem iudicij, non via executiua, quę, quæſo, poteſt huiuſce rei & differentiæ eſſe ratio: cum nulla videatur ſatis ſufficiens reddi poſſe.

Excogitabam ſi dici poſſet quòd quia in primo caſu, pptię facultatis poteſt reus tales habere exceptiones, quæ eius impedire valẽt exercitium, ideò iuſtum eſt quòd illæ perpriùs audiãtur, & examinentur, & propterea admittatur præuentio, cæterùm in ſecundo caſu executionis inſtrumenti guarentigij, cum regulariter non admittantur exceptiones niſi ſolutionis, & ſatisfactionis, & adhuc, prout in noſtra Cathalonia, ſi de eis conſtet per publicum inſtrumentum, indè fit quòd per præuentionem regulariter impediatur executio prædicta, quãdo in ea non deducitur, & probatur exceptio, per ſtatuta terræ de huiuſmodi executionibus loquentia, opponi permiſſa.

Sed quid † ſit ècontra videamus, nunquid per electionem actionis ciuilis in materia iniuriarum, de qua agimus, auferatur iniuriato actio agendi criminaliter, vel alias ad vindictã pro iniuria, putà in caſu, qui magis in hac materia frequentatur in Cathalonia, capitur aliquis præcedente prouiſione iudicis pro aliquo debito ciuili, vel fit contra eum, & eius bona exequutio, quæ prætenditur iniuſta, quia nihil deberetur, vel aliàs, certum eſt quòd ex huiuſmodi proceſſibus oritur actio iniuriarum, & pro eis poteſt ciuiliter, & criminaliter agi, vt ſuprà latè extitit reſolutum, contigit frequenter (imò ita fieri debere in ſuperioribus docuimus vtrũ poſſit pro iniuria) quòd iniuriatus comparet coram iudice, qui capturam decreuit, vel executionem petens eam, & eas malè in caſu non permiſſo factas declarari cum condemnatione emendationis iniurię, damnorũ, & expenſarum, quæritur nunc an iſto caſu, nõ obſtante iudicio hoc ciuiliter intentato, poſſit pro eadem iniuria criminaliter agi. Quia in re breuiter eſt tenendum quòd non, quia actio iniuriarum ciuilis extinguit criminalem cum vtraque ad vindictam comparata ſit, l. quod Senatusconſultum, in fin. verſi. *plane*, & l. prętor edixit, §. ſi dicatur, & §. ſequenti ff. de iniur. & l. 1. C. quan. ciui ac crim. præiud. & in dictis locis ſunt plures gloſæ id docentes. Bar. in d. §. ſi dicatur. in prin. nume. 1. Maranta de ordi. iudi. 4. part. diſtinc. 1. num. 9. And. Gayl. prac. obſer. lib. 1. obſer. 65. per tot. Anthon. Theſau. deciſ. Pedemon. 18. per tot. & Proſp. Farina. in ſuis tract. crim. partis 2. tom. 1. de var. ac diuer. crim. q. 105. inſpec. 1. per tot. apud quos eſt optima, & exactiſſima, adeò vt nihil vltra deſide-

rari

†† tasi possit, disputatio, ita *declarasse* Cameram Impetialem, & Senatum Pedemon. in facti contingentia docent Gayl. & Thezau. vbi suprà.

Cæterùm quomodo hæc vera dici possint
92 difficultatis est nõ modicę, cum imò † ex quocunque delicto posit & ciuiliter, & criminaliter simul agi, ciuiliter quidem ad interesse, & damna, & criminaliter ad pœnam, nec vna ex his actionibus impedit aliam, tex. expressus in l. qui nomine ff. ad l. Cornel. de fal. & ibi Bar. * & communiter scriben. cum alijs pluribus, & vulgaribus iuribus, Maran. vbi suprà, nume. 7. Anthon. Gom. plenè tom. 3. de delic. c. 3. de homici. num 37. notan. est tex. in allega. l. prætor edixit §. quid ergo, & ibi glo. verb. *dicemus*, & in verbo, *principaliter*, verbo, *occisum*, & in verbo, *farciatur*, de iniur. quod etiam particulariter procedere in materia iniuriarum docent Antho. Gom. tom. 3. var. de delic. c. 6. de iniu. num. 9. & abundè latis Farina. 2. partis tracta. crim. tom. 1. tit. de var. & diuer. crim. q. 105. inspec. 1. num. 26. post Maran. vbi suprà.

93 Respondè † tamen (& per hæc plenè intelliges materiam hanc) quòd aut in actione ciuiliter intentata agitur, pręter damna, interesse, & expensas, ad emendationem iniuriæ, & tũc cum talis actio tendat ad vindictam sicut criminalis, vna intentata non potest altera moueri, & in his terminis loquuntur iura, & doctores superiùs in principio allegati: aut verò in iuditio ciuili petitur tantùm emendatio damni, & interesse, & sic ad prosequutionem * rei familiaris, vt communiter in proposito loquuntur doctores, absque eo quòd aliquid dicatur de iniuria, tunc, & in isto casu non propterea impeditur iniuriatus quin possit etiam iudicium criminale mouere ad pœnam, & pro emendatione iuiuriæ, & in his terminis loquũtur iura, & doctores pro contrario allega. quibus adde quòd ita *declararunt* Camera Imperial. & Senat. Pedemon. vt auctores sunt Gayl. in allega. obseruan. 65. num. 2. lib. 1. & Thezau. in cita. decis. 18. num. 11. Ratio est quia hę actiones tendunt ad diuersum finem, item actio ad damna, & interesse non datur principaliter, sed in consequentiam, & ideò vna aliam non impedit, ita tradunt doctores suprà citati, & signanter pluribus probant Farina. & Maran. locis superiùs allega.

†† *declarasse* Cameram Impetialem, & Senatum Pedemon. in facti contingentia docent Gayl. & Thezau. vbi suprà.

94 Quod † tamen vltimum adhuc est intelligendum finita causa ciuili, non ea pendente l. 1. C. de appella. l. prætor ait §. 1. de vi bon. rap. l. interdum, de pub. iudi. & ibi Bar. not. isdem Bar. l. 2. §. hoc edicto, illò tit. de vi bon. rap. Bal. in l. edita in 1. lectu. num. 51. & in 2. lectu. num. 76. C. de eden. Nat. in *cons.* 138. num. 1. cum pluribus sequent. vbi latissimè de his agit, Thom. Gram. cõs. ciuil. 91. n. 20. Maran. inter cõs. ciuil. Gram. consi. 95. nu. 23. Foller. ad Maran. in specul. 4. part. distinc. 1. post num. 9. in addi. ita dicunt *decisum* in Rot. Roma. de annis 1566. & 1598. Lancel. in trac. de attenta. part. 2. limita. 23. num. 24. & Farina. allega. tom. 1. 1. partis de var. & diuer. quęstio. q. 100. c. 3. n. 125. vbi de his latè.

95 Quod † adhuc etiam intelligit verum Foller. vbi suprà, quando principaliter ageretur, non aliàs, ad quod allegat quoddam consiliũ Thom. Gram. 16. in ciuil. num. 20. qui tamen in meo libro nihil tale dicit.

96 Sed † adhuc videtur supradictis obstare quòd imò etiamsi ciuiliter sit actum ad vindictam possit etiam postea agi criminaliter ad punitionem corporalem, ex §. si quis verò, de pace iuramento fir. in vsib. feud. & ibi glo. & dd. Sed respondetur quòd quando iniuria nõ remanet in puris terminis iniuriæ, sed trãsit in aliud genus delicti, puta homicidij, latrocinij, & sic de reliquis, tunc verum est quòd per huiusmodi causam ciuilem pro emenda intẽtatã, licèt dicatur ad vindictã, nõ tollitur actio criminalis ad punitionem, in his terminis loquitur tex. in d. §. si quis verò, & docet singulariter Thesau. in allega. decis. 18. nu. 12. conducit † constitutio prima in tit. de homici. quatenus in homicidio habet vltra diffinitionem, seu remissionem super crimine à curia obtentam, homicidam debere se conuenire, & comparere cum filijs, vel cõsanguineis interfecti, vndè apparet pro eo crimine duo esse prodita iudicia, vnum criminale ad pœnam corporalem, & aliud ciuile ad habendum emendam ciuilem, seu compositionem, quam constitutionem ita in proposito expendit Iacob. Cali. in vsat. rusticus interfectus, num. 12. secùs verò est in crimine iniuriarum, in quo ciuilis actio pręiudicat criminali, si sit ad emẽdam instituta, ex iuribus, & doctoribus latè supra adductis.

97

Hanc doctrinam agnouisse videtur glo. in d. §. si quis verò, verbo, *iniuria*, & claris verbis noster Iacob. de Monte Iuda. in allega. vsat. rusticus interfectus, ac Thezau. in suprà allega. decis. 18.

98 Responsio, † meo iuditio, non est alia, quicquid dicant doctores, quàm quòd propriè in huiusmodi delictis, quæ in aliud nomen, pręter iniuriæ, transeunt, quamuis ciuiliter agatur ad emendam, non dicitur agi ad emendam iniuriæ, & sic ad vindictam, sed ad damni, & interesse resartionem, ac proindè nihil mirum si per eam actionem ciuilem non præiudicetur criminali, iuxta ea quæ in superioribus in hoc proposito docuimus: hanc rationem visus est considerasse Iacob. Cali. omninò viden. in allega.

lega. vſat. ruſticus interfectus, num. 23. dum ibi de delictis maioribus loquens, ac reddens rationem, quare in eis actio ciuilis ad emendam non præiudicet criminali, cum vtraque videatur tendere ad vindictam, dicit in eius generis delictis non cenſeri conſtitutiones Cathaloniæ ad vindictam eas actiones ciuiles inſtituiſſe, ſed ad rem familiarem, ac proindè (inquit) nihil mirum ſi vna poſt aliam poſſit intétari.

99 Indè † infert quòd in caſu dicti vſat. ruſticus interfectus, & alijs ſimil. qui loquuntur de emendis faciendis pro homicidio, & alijs grauibus delictis, intentata via petendi eas ciuiliter, non propterea cenſeri criminali præiudicatum ad punitionem corporalem mouendæ, iidem Cal. de pace, & treug. dub. 21. circa fin.

100 pro quibus † omnibus ſingularis eſt conſti. 18. incip. ſtablim encara, de pace, & treug. quæ habet delinquentem non propterea excuſari à crimine quòd reſpondeat, ac ſtetur pro pacibus, & treugis violatis, ſi illud tale eſt, pro quo debeat corporaliter puniri, vbi notanda ſunt verba, *ſi illud tale eſt, pro quo debeat corporaliter puniri*, ergo ſi tale non eſt &c. in quo videtur noſtram diſtinctionem approbare conſtitutio:

101 conducit † quòd regula, quæ dictat quòd quãdo pœnę ambæ tendunt ad vindictam, vna tollit aliam, intelligitur quando per vnam ex ipſis cenſetur ſatis ſufficienter punitum delictum, ſecus quando non, vt in delictis maioribus per condemnationem ad emendationem iniuriæ, abundè Maran. 4. parte diſtinc. 1. numer. 20. qui taliter in his proceſſit vt multo nos labore ſublenauerit, qui latè de eis agere intenderamus.

102 Ex ſupradictis † duo in propoſito velim inferas, ac notes, primò quòd in actione, & iudicio ciuili nihil dicas de iniuria, ſed de ſolis dãnis, & intereſſe, ne tibi aliàs præiudices in criminali, quod ſolet eſſe ſemper pinguius, & vberius remedium ad perfectam, & condignam 104 iniuriæ emendationem habendam, quàm ciuile iudicium.

103 Nec confidas † in proteſtatione, quæ communiter fit, *ſaluis ſibi quibuscunq. actionibus criminalibus ratione iniuriæ quomodolibet competentibus*, quaſi quòd eius virtute exiſtimes tibi poſtea licere, quandocunque, ea via relicta, criminalem cauſam pro eodem negocio mouere, ſi-

104 cuti † in eo, qui habens facultatem aliquid faciendi propria auctoritate hanc mutationem 109 permittunt doctores, quamuis pro re illa iudicem adierit, ſi tamen id fecerit cum proteſtatione, vt docet Alex. in conſ. 130. lib. 4. & Rip. in c. cum M. Ferrarienſis, extra de conſti. plenè probat Vinceu. Caro. deciſ. ſeu cal. 57. numer. 3. vel etiam putes id tibi ſaltem licitum, ac permiſſum fore poſt finitum iudicium ciuile, vigore dictę proteſtationis, & reſeruationis, quia reſpondetur nec vno, nec altero modo poſſe poſtea iudicium criminaliter inſtitui, nõ quidem pendente lite, & iudicio ciuili, quia, vt ſuprà diximus, & reſoluimus, actio criminalis non oritur in hac noſtra materia niſi poſt declarationem factam quòd procedimenta ſint nulla, ac nulliter, & in caſu non permiſſo facta, nec etiam id licebit poſt finitum illud iudicium, etiam ſi in fauorem ipſius debitoris declaretur, quia cum per huiuſmodi ſententiã obtineat is emendam iniuriæ, non eſt quòd vltrius aliquid petat, nec eſt quòd vlterior

105 pœna creditori impingatur: nemo † enim poteſt dupplici pœna puniri, qualibet condigna delicto, quando ambę tendunt ad vindictam, vt probat manifeſtiſſimè ſępè allega. tex. quem ad hoc propoſitum ſubtilem, & notabilem dicit Gom. vbi inferiùs allegabitur, tex. (inquam) *in l. prętor dixit §. ſi dicatur ff. de iniur.* & probant doctores omnes, quos ſuprà citauimus à num. 91. dum reſoluimus per electionem viæ agendi ciuiliter ad vindictam, quę per iniuriatum fiat coram iudice cauſarum ciuilium, præiudicaſſe ſibi eundem in agẽdo ad vindictam, in actione criminali, quibus adde Antho. Gõ.

106 tom. 3. de delic. c. 1. nume. 39. conducet † forſan conſtitutio fina. tit. de bon. damna. qua cauetur neminem poſſe in Cathalonia puniri in perſona, & bonis, viden. Maran. qui pulchrè loquitur, 4. parte diſtin. 1. numer. 19. Verum eſt †

107 quòd doctiſſimus noſtræ etatis vir Antho. Oliba, ac Senator grauiſſimus in coment. ad vſat. alium namque c. 3. nu. 20. cum duobus ſequẽ. indiſtinctè tenet in hac partia pro quolibet delicto, ſiue publico, ſiue priuato poſſe agi ciuiliter ad emendam per vſaticos taxatam, & criminaliter ad punitionem corporalem, & quòd vna via non tollit aliam regulariter, ideò hæc ſunt maturiùs conſideranda.

108 An autem † ſaltem ad inſtantiam fiſci poſſit inſtitui cauſa criminalis contra huiuſmodi iniuriãtem finito iudicio ciuili per iniuriatũ intentato ad vindictam, vt alia pœna puniatur, non putamus hic plenè diſcutere, cum non obſtrinxerimus nos ad omnia longè pertractãda, videatur per Thezau. allega. deciſ. 18. vbi ſeptem caſus refert, in quibus id fieri poſſit, quos maturè conſiderabis quando de his tibi continget diſputari.

109 Infer ſecundò † ex his, quæ ſuprà retulimus, ac nota quòd licet nihil prodeſt proteſtatio in caſu, quem ſuprà reſoluimus, vt poſſit inſtitui poſtea cauſa criminalis poſtquam ciuiliter eſt actum coràm iudice ciuili ad vindictã, ita etiam nihil profit, nec ſit neceſſaria quando familiariter eſt actio ciuiliter inſtituta ad

damni,& interesse emendationem, cum enim per motionem talis iuditij non prejudicetur iniuriato in iuditio,& actione criminali, quæ sibi competit,vt in superioribus securè resoluimus,indè fit quod annotamus nihil prodesse, nec esse necessariam huiusmodi protestationem ad conseruandum ius. quod aliàs sine ea deperdi, ac auferri non potest.

Atq; hæc de tertio dubio dicta sufficiant, quantum attinet ad primam illius partem, scilicet quando sit huic processui querelæ pacis, & treugæ violatę locus.

110 Ad 3.† accedamus dubium, in quo est videndum ad quem effectum fiat iste processus, & quid eius vigore contra reum consequatur. Qua in re, omissis delictis maioribus, veluti homicidio, latrocinio in strata, & camino publico, & similibus, in quibus alteratus est antiquus modus per querelam pacis, & treugæ violatæ ad emendationem procedendi, recessit enim ab vsu in illis delictis, nec foret, iustum quòd ita fieret, sed proceditur ad puniendum malefactores, & delinquentes propter publicam vindictam, vt annotauit nob. Ludo. à Pegue. in prax. crim. c. 15. de proces. regal. in vim vsat. cami. & strat. nume. 1. & colligitur ex alijs multis, quæ docet isdem Pegue. in tota illa prax. & signanter in explicatione processuum, qui fieri solent in vim quatuor vsaticorũ Cathalonię, & nos quotidiano experimento

111 verum esse comprobamus: Omissis† (inquam) his delictis maioribus, quod attinet ad illa, in quibus adhuc retinetur antiquus modus procedendi pro pacibus, & treugis violatis per constitutiones Cathaloniæ proscriptus, inter † quæ est illud vnum, iniuria, de quo iamdiu est nobis sermo, huiusmodi querelæ pacis, & treugæ processus ad emendationem tantùm fit iniuriæ, dãni, & interesse, vt probatur tot. eo tit. de pace, & treug. in 1. vol. consti. & docet Cali. dub. 11. per tot. & signanter ibi, Benè etiam adijcitur vt emendet &c. vndè fit quòd sit ipse ciuilis, consti. 14. & 18. sub tit. de pace, & treug. in 1. vol. consti. Mier. d. consti. 14. incip. Item cum in consti. quę est reg. Per. 2. in cur. Bar. c. 46. ver. nota ergo, num. 1. & 2. Iacob. Cali. de pace, & treug. dub. 7. versi. *demum quæsiuit*, pag. 14. col. 2. circa fin. & Antho. Oliba in vsat. alium namq.

112 cap. 14. nume. 32. propter† quod docent prædicti doctores posse fieri contra clericos co-

113 ram Vicarijs regijs, cum † nihil habeat criminalitatis, & si contingat fieri coram Locumtenente generali huius principatus, sicuti fieri potest, vt inferiùs dicetur, ille fiet in Consilio ciuili, non criminali, & ita practicamus, in quo iura hęc nostra municipalia, quæ docent iudicium hoc pro pacibus, & treugis violatis ciuile esse, concordant cum dispositione iuris communis, qua attenta iudicium dicitur etiam ciuile, quotiescunque pro iniuria ita ago vt dicã eam fuisse mihi illatam, quam noluissem pro centum aureis pati, ac sustinere, quos peto mihi soluendos condemnari iniuriantem, Azo in rub. de iniur. Mat. Antho. Blan. in prax. crim. quæ impressa circumfertur cum prax. Foller. §. visis indicijs num. 159. Maran. de ordi. iudi. 4. part. distin. 1. num. 9. probat l. iniuriarum æstimatio, & ibi glo. & Bat. ff. de iniur. Verum † est

114 quòd à principio proceditur criminaliter in hoc iudicio vsque ad comparitionem per receptionem informationis secretæ de delicto, capturam personæ, exactionem depositionis, seu confessionis iniuriantis, & liberationem eiusdem sub idonea manuleuta, vt latè dixim⁹ aliàs in hac eadem glo. Atq. hęc de hoc tertio dubio.

115 Ad 4.† accedamus, in quo est videndũ corã quibus iudicibus fieri debeat iste processus pro pacibus, & treugis violatis. Respõde quòd olim solebant isti processus fieri per Episcopos in suis diocesibus, & parrochijs, nunc verò ea omnia sunt correcta, & constitutiones, quę id disponebant, abierunt in desuetudinem, atque ita in his non vocatur, nec interuenit Episcopus, benè Oliba, qui reliquos nostros practicos cum diligentia citat, in vsat. alium namq. c. 14. à num. 23. cum sequent. viden. Cali. dub. 8. in prin.

116 Fit igitur † nunc iste processus coram Vicario, vel Subuicario regio, latè vtrũque probat Cali. de pace, & treug. dub. 8. in prin. & signanter pluribus agit de Subuicario in versi. *sed ulterius*, & tandem ita *declaratum* pro Subuicario olim fuisse in Senatu refert Oliba vbi supra.

117 Quid autem † sit de Baiulo dicendum, an huic etiam sit concessum posse processum hũc facere, respondet Calici. in allega. dub. 8. versi. *sed quæro quid de Baiulo*, quòd non, idque pluribus latissimè comprobat, & tandem dicit ita communiter obseruari, eum videas, qui plura adducit, per quę hæc comprobentur.

118 Fallit † tamen id, quod de Baiulo diximus quòd non possit facere processum querelæ pacis, & treugæ, in Baiulo Barcinonæ, cui ex speciali priuilegio Regis Iacob. 1. dat. Barcinonæ Non. Decemb. 1241. quod legitur in 2. vol. cõsti. sub tit. de iurisdic. om. iud. est datum posse, & debere de his causis cognoscere primatiuè ad Vicarium, inter personas tamen locorum Baiulo Barcino. submissorum, verum est quòd Cali. de pace, & treug. dubio 8. ver. *sed quia supra* pagina. 16. col. 4. certo modo priuilegiũ illud interpretatur adeò vt resolutiuè asseratiam nunc illud nõ habere locum, quia cõcessum fuerat tẽpore, quo in his procedebatur per inquisitionem,

nem, & in eo tãtùm casu loqui intendit Cali. cum autem nunc per inquisitionem non procedatur, sed solùm ad instantiam partis, consti. 22. tit. de pace, & treug. indè (inquit) fit quòd iam nunc illud priuilegium non sit in consideratione. Tu tamen hęc altiùs cõsidera quando per tempus licebit.

129 Sed quid † de Domino Rege, seu Locumtenente generali, & eius sacro Consilio, an possint istum processum facere? Breuiter dic quòd sic, siue intra Vicariam simus, vbi residet, si causa maior sit centum librarum, siue etiam extra eam, dum maior sit tercentarum, & adsint qualitates, seu altera ex ipsis, quæ iuxta iura nostræ patrię, locum faciunt vt causæ, aliàs ad Ordinarios spectãtes, possint in regio Senatu tractari, Cali. d. dub. 8. circa fi. ver. *quæro vlteriùs* Mier. colla. 9. in cur. Barchi. Ferdinan. 1. cap. 56. sicut aduersus col. 8. ver. *signitur* § *cæterùm autem Vicarius*, Oliba. vbi suprà c. 4. numer. 18. ita præsupponit verum Michael Ferrer in. 1. part. obseruan. guberna. general. cathalo. obser. 20.

121 Vltimò † est hoc loci videndum an idem concedatur Gubernatori generali Cathalonię, seu eius in hoc principatu vices gerenti? Breuiter resoluunt Cali. d. dub. 8. ver. *vlteriùs quæro hic*, & Michael Ferrer in 1. part. obseruan. Guber. Gener. Catha. obserua. 20. quòd non. Fallit tamen quando causa quærelę pacis, & treugę fuisset euocata ad regiam audientiam prætextu alicuius qualitatis, putà pupillaritatis, viduitatis, vel paupertatis, & similium, & dominus Rex, vel eius Locumtenens recederet à Principatu, tunc, volente eo, qui causam euocauit, potest continuari in audientia Gubernatoris coram doctoribus Regij Consilij, cum quibus tali casu solet procedere Gubernator, pluribus hanc limitationem probat Ferrer allega. ob-
†† serua. 20. per tot. vbi tandem nonnullas *declarationes* in Senatu factas in huiusce rei fauorem refert, quæ fundantur in consti. 2. incip. las causas de pubills, tit. de euoca. causa. generaliter disponente, quòd causæ pupillorum, & viduarum, ac aliarum miserabilium personarum ad Regiam Audientiam euocatæ, recedente domino Rege, vel eius Locumtenente à Cathalonia, debent remanere, & tractari in audientia Gubernatoris.

122 Pro totali † huius quarti dubij, & quæsiti intelligentia, & cognitione illud finaliter notes velim, ea quæ diximus de huiusmodi causis quærelarum pacis. & treugæ coram vicarijs, & subuicarijs tractandis, intelligenda fore, & debere in propria cuiuslibet eorum vicaria, & inter personas suæ iurisdictioni submissas, non quòd vnus possit in alterius segetem immittere falcem, atque ita non potest dari clamus contra me coram non vicario meo, præ-
123 terquam † si sim Barcinonæ repertus, in qua quia ea est cõmunis patria Cathalanorũ, Mier. & Marquil. vbi à Ferrer allegantur infrà, quilibet repertus potest, ad instantiam alterius, cõuenirì, & is tenetur respondere, priuileg. seu pragmat. Regis Iacobi 2. dat. Valen. 6. Kalend. Ianuar. 1306. quę legitur in 2. vol. consti. sub tit. de iurisdic. om. iud. Vt autem † id locum habeat necessum est, ac oportet ambas partes præsentes esse in curia, nam aliàs non potest
124 quis per suum procuratorem in dicta ciuitate suum aduersarium cõuenire eo prętextu quòd ille sit præsens in curia, atque ita † *obseruari* in Senatu testis est Micha. Ferrer *in suis obseruan.* prima parte de euocatio. caus. cap. 9. ver. *addo licet superfluum &c.* ad quod de iure probandum, ac confirmandum non opinor oportere quòd arguamus sicut Fer. à significatione ver-
125 bi, præsens, ex eo quòd eam dicamus esse † vt quis sit præsens personaliter, ex glo. in Clem. dudum, verbo, *præsentari*, & ibi Cardin. de sepul. & Philip. Franch. in c. cum parati versi. *vltimò nota*, de appellationibus, sed imò ex eo eam obseruantiam comprobamus, quod de
126 iure reperimus dispositum † ad hoc vt quis possit vti priuilegio contra aliquem impetrato de comparendo personaliter, debere & ipsum etiam personaliter & ibi adesse, aliàs non posse, Domin. de Santo Geminiano in cap. vnico, de dolo, & contuma. nn. 9. Auil. in capp. prætor. c. 1. glo. donation, nu. 18. sic licèt ciues Barcinonæ, vel quilibet alij actores habeant hoc priuilegium, vt possint suos debitores, & reos in præsenti ciuitate Barcinonę conuenire, id debet intelligi si ij personaliter inibi repetiantur, non aliter, nec alio modo. Hæc volui animaduertere ne quis sic labatur quemadmodũ quidam doctor assessor, siue assidens in curia Vicarij Barcin. cui vix potui hæc vera esse, & de iure procedere, persuadere in quadã causa clami, quę adhuc corã eo pendet indecisa, in qua opposuit meus cliens se non potuisse in præsenti ciuitate conueniri pro pacibus & treugis violatis, quia non habebat in ea domicilium, & cum responderet is iudex potuisse conueniri vt præsentem in curia, fuit replicatum neq. id fieri potuisse quia non erat etiam præsens in ea aduersarius tempore contentionis, sed eam fecerat per procuratorem, & cum his finitur explicatio huius quarti dubij, seu quæsiti.

127 Ad quintum † & vltimum dubium, siue quęsitum accedentes, quo quærebamus nunquid forma superiùs tradita pro mouẽda quęrela pro pacibus, & treugis violatis, sit bona, necne? Respondemus quòd sic, ad quod demõstrandum proponendæ necessario sunt singulę

particulæ,quæ in ea ponuntur, vt intelligatur quamobrem ponantur, & ad quem effectum.

128 Ac imprimis † prima, quæ se se nobis, in dicta forma,particula offert,est firma iuris,quam facit quærelans quærelato in posse Vicarij, quæ an sit in his quærelis necessaria, disputat Iacob. Cali.de pace, & treug.dub.11.vers.*vlteriùs dominus* vsque ad finem, & in principio dubij sequent. vbi tandem concludit quòd licèt in cõstitutionibus pacium,& treugarum id non reperiatur singulariter cautum, & statutũ vt debeat hæc firma iuris fieri, ex quo tamen iudicium hoc est omninò ciuile,vt sæpè dictum est, & in causis ciuilibus expressa dispositione vsat. de omnibus namque communibus causis, qui est in 1.vol.consti.situs sub tit.de iudi.& fir. iur. & aliorum iurium patriç,quæ in hoc concordãt cum iure ciuili,aucten. offeratur,C.de *litis* cõtesta.& aucten.si generaliter C.de Episcopis & cler.cum simil.est necessaria huiusmodi firma iuris,indè fit(inquit Cali.)quòd dicere debemus & in hoc iudicio eam necessariam,atq. ideò dicit *in principio* dicti dubij 12.officio Vicarij imprimis incumbere vt huiusmodi iuris firmam faciat præstari per quærelantem.

129 Vt autem † nihil penitùs antiquitatis circa hanc materiam ignoretur,notandum est quòd olim omnia iudicia incipiebant à firma iuris, cam ex parte actoris,quàm rei,vsat. omnes homines firmare debent,sub tit.de iudi. & firma iuris,in primo vol.consti. & alijs iuribus, quæ post Cali.in vsat.de omnibus namque causis, in 3.& 4.oppo.refert Antho. Oliba in vsat.aliũ

130 namque c.11.num. 16.de iu.fis.quæ † successerat loco cautionis de iudicio sisti, & iudicato soluendo,Iudaycus, & Cali.in vsat.omnes homines,& post eos Oliba vbi superiùs. Sed hæc omnia in dessuetudinem abierunt(fortassis ignorantia aduocatorum, qui sine aliqua notitia iuris municipalis, localium, pragmaticarum obseruationum, & styli cutiæ calamum arripiunt, & libellos formant omnia turbantes, & sursum, deorsum miscentes iura communia in ordinatè cum iuribus municipalibus confundentes &c. vti exclamabat Oliba vbi superiùs num.19.)adeò vt iam ferè in causis communi-

131 bus, præterquam † in eis, quæ contra ciuem Barcinonæ mouerentur in curia Vicarij,ex priuilegio Reg.Pet.3.ciuitati Barcino. concess. 26. Iul.1380.quod est in vol.2.consti.sub tit.de donar libell, nunquam sit firma iuris in vsu, nec de necessitate,præsenti curiarum stylo attento,requiritur,sed simpliciter porrigitur petitio cum narratione facti absque alia diligentia, Oliba vbi suprà, & adhuc in casibus,in quibus remansit antiqua obseruatio firmam iuris faciendi alteratus est modus, quo solebat fieri,

132 non enim fit in ea forma antiqua,qua† assecurabatur iudicium cum fideiussoribus, vel pignoribus, & his deficientibus, si pignora non adessent,vel fideiussores non reperirentur, cũ cautione iuratoria, vt colligitur ex dispositione iurium patriæ, & legum ciuilium superiùs relatorum, & docet Cali. de pace, & treug.

133 dub.12.in prin.& ita † adhuc obseruari in regno Arago.testatur Ioseph.de Sesse in tracta.inhibitio.& Magistra.iussi.Arago.c.2. §.5. nume. 12.post hæc scripta in lucem edito, qui plenissimè materiam hanc iuris firmarum explicat,

134 sed † in ea forma firma solet fieri, quę nihil, meo iudicio,operatur, in nihiloque magis per eam reo fit cautum, quàm si non præstaretur, dicitur enim in ea tantùm quòd actor firmat ius,& de iure super bonis suis pro decem solidis cum iuris augumento, & cum clausulis vniuersis promittens iudicio sisti,& iudicatum solui,obligando proindè omnia, & singula bona sua mobilia &c.

135 Quare † autem in firma iuris apponantur illa verba,*pro decem solidis cum iuris augmento*,& quid significent, à paucis vidi animaduersum licèt omnes eis vtantur,Iacob. de Mõte Iudai. in vsat.omnes homines nu.5.& ibidẽ Cali.nu. 19.& 31.ea verba explicant, vt significent promissionem,quam facit quærelans, & firmans de eo omni,quod potest in causa crescere,& in condemnationem venite,cum iuris augmentum ibi sumatur pro incremento litis,& rei,de qua litigatur,vt colligitur ex vsat. de omnibus namq.causis, vers. *tertium quoq;* in fi. & ex l. si constante,iuncta aucten. sed iam necesse, quę post eam sequitur,C.de dona. ante nup. & in summa idem est dicere *pro decem solidis cum iuris augmento*,quod faciens eos tenere, & valere totum id,& quicquid,in quod continget quærelantem posse condemnari.

136 Diximus † in forma suprà tradita, *æstimando iniuriã,& dãna in tot aureis,iudiciali taxatione,& moderatione reseruata,iurando se maluisse eos amisisse,quã talẽ,ac tantã pati iniuriã, & dãna sustinere*,quia de iure æstimatio iniuriç fit per iniuriatum iureiurando mediante, glo in l. iniuriarũ æstimatio,ff.de iniur.& in §.pœna, verbo, *æstimauerit*,instit.eo.tit.Bar.in allega.l.iniuriarum, nume. 2. vbi postea quærit an debeat se in his referre actor ad damnum, dicens maluisse se tot aureos amisisse, vel ad lucrum, dicendo maluisse se tot aureos non fuisse superlucratum,viden.Iul.Clar.in prax. crim. §. iniuria numer. 6. vbi ponit praxim libelli concipiendi in materia iniuriarum; taxatur tamen per iudicem prout ei videbitur attenta qualitate personarum,& ipsius iniuriæ,& eius taxatio statur,non æstimationi partis, d.§.pœna, inst.de iniur.& probant doctores suprà citati. Et ideò meritò sequitur in nostra forma quære

Iç post

læ poſt æſtimationem, *iudiciali tamen taxatione,* 140
137 *& moderatione reſeruata,* quam † tenentur ſtatim iudices facere in huiuſmodi cauſis poſt quęrelæ oblationem antequam litteras decernant, ex diſpoſitione conſti. 19. de qui auant, & 29. confirmants, ſub tit. de pace, & treug. in 1. vol. conſti. per quam vltimam iudices puniri præcipiuntur amiſſione totius ſalarij illius cauſæ, & priuatione muneris iudicandi per biennium, ſi huiuſmodi quærelas, & iniuriarũ æſtimationes per partes, vt plurimum immoderatè, factas moderari omiſerint antequam litteras decreuerint contra quærelatum, viden. Cali. de pace, & treug. dub. 12. Sed an † poſſit poſteà iterùm in diffinitiua iudex moderare, vel primæ moderationi debat de neceſſitate ſtare tanquam functus ſuo officio, Cali. de pace, & treug. dub. 12. circa fin.

139 Sequitur, † *& offerẽdo informationem, vel eius loco inſtrumenta exhibendo,* vt intelligatur neceſſium eſſe, vt admittatur quærela, de delicto cõſtare facere quærelantem per informationem ſecretò, ex officio, aut aliàs, receptam, niſi delictum foret notorium, vel manifeſtum, ſaltem per famam, vel aliàs arbitrio iudicantis, conſti. 25 per part de la cort § la quærela tit. de pace, & treug. in 1. vol. conſti. quæ expreſsè prohibet iudicibus quominùs ad citationem quærelati modo aliquo procedant, niſi priùs, altero ex modis prædictis, eis conſtet delictum eſſe cõmiſſum, & cuius qualitatis ſit, quod ſi aliàs aliquando factitatum vidimus, inaduertenter factum dicere debemus præ magnitudine, ac multitudine negotiorum, prouti ego prouiſionem legi in quadam cauſa per quendam iudicem die 5. Maij 1597. factam, quæ per ſolam informationem de maioritate cauſæ, & paupertate ſupplicantis (neceſſariam ad euocationẽ) abſque eo quòd aliàs conſtaret de delicto, fuit prouiſum quòd fierent litterę citatoriæ, ſeu monitorię ſtyllatæ cũ termino quindecim dierum.

Cęterùm quando in his proceditur in Senatu facto verbo, prouiſiones fiunt iuridicè iuxta patriæ conſtitutiones, & ſic poſt receptam informationem, & ea attenta, & non aliàs fit
† moderatio, & prouidentur litteræ, prouti *videre* poteris in cauſa clami nuper obla. per Ioã. Cellers LL.D. contra Gaſparem Feliu, Relatore Raphaele Rubi, & Coll, Actuario Iacobo Agramunt, ſi legeris prouiſionem factam 24. Ian. 1606. imò ſolet per Præſidentem in decre- 142
tatione apponi clauſula, *& habita informatione de contentis in præſenti querela quantitates dampnorum, & iniuriæ moderetur, & taxet, necnon litteras citatorias, & inhibitorias prouideat, & decernat ſeruatis conſti.* vt in d. proceſſu 18. Ianua. 1606.

Nota tamen † quòd talis informatio, & probationes in tali inquiſitione, & informatione receptæ non probant poſteà in adiudicatione quęrelæ, Bal. in l. 2. in fin. C. de eden. & contra hanc ſummariam informationem admittitur alia informatio contraria ſi probationibus quærelatus veniat paratus, Innoc. nor. in ſimili in c. ſignificantibus, de offi. deleg. doctores in c. ſtatutũ 9. ſanè, de reſcrip. in 6. Item & in progreſſu cauſæ poterit poſteà hæc informatio impugnari, Bal. in auctẽ. qui ſeinel C. quomodo, & quando iud. quia ſit ad præparamentum huius proceſſus, & non ad eius fundamentum, Bal. in terminis in l. iudicis, C. de iudi. in fin.

Diximus † ſimiliter in forma, *& proindè de litteris quindecim dierum prouideri,* vt intelligatur quę ſint prima procedimenta, quę contra quærelatum fiunt, ea autem ſunt vt moneatur dictis cum litteris, citeturq. ac præcipiatur eidem quatenus intra dies quindecim quantitates taxatas exoluat quærelanti, & emendet, & vel cum eodem ſe componat, & iuri pareat, vel intra eoſdem quindecim dies in præſenti ciuitate, vel villa N. intus curiam Vicarij, in qua huiuſmodi cauſa ducenda, arq. tractanda eſt, duciq. ac tractari debet, ad eam ibidẽ ducendum, & ſine debito terminandum vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam incluſiuè, perſonaliter compareat, & ſatisfaciet, & pignora in propria perſona pro dictis quantitatibus moderatis in manibus, & poſſe Vicarij mittat dictas quantitates benè valentia, aliàs lapſis dictis quindecim diebus, niſi monitioni, & citationi prædictis paruerit, procedetur contra ipſum, & bona illius, fautores, conſiliatores, adiutores, receptores, & bona illorum provt per conſtitutiones pacium, & treugarum generales Cathaloniæ, pragmaticas ſanctiones, earumque mentes, obſeruantias, & declarationes, earumque vſum, & ſtylum, & practicam Vicarij inuentum fuerit fore faciendum, & procedendum &c. Quę praxis deſumpta eſt ex conſti. 1. delas diuinals §. Rellas, & alia conſti. incip. etiam delas diuinals, quæ eſt 4. in ordine, cum pluribus, quas allegat Cali. de pace, & treug. dub. 13. ſitis ſub dicto tit. de pace, & treug. in 1. vol. conſti. circa quod nihil aliud cenſeo particulariter adnotandum, præterquàm admonere lectorem, videat Cali. qui hac de re latè agit in d. dub. 13. per tot. multas ſuper ea quæſtiones formando.

Porrecta † petitione, vti ſuprà dictum fuit, prouidetur per iudicem informationem reci pi, qua recepta, & facta firma iuris, necnon præſtit ſolito iuramento per quærelantem quòd credit contenta in quærela eſſe vera, ſeq. non defecere in probando, ſit moderatio quęrelæ, & præcipiuntur expediri litteræ petitæ

quindecim dierum, quæ quærelato præsentatur siue personaliter, si eius copia commodè haberi possit, siue in eius domo vxori, vel alteri de familia, vel etiam in ianuis, & valuis curię, quando is non habet certam domum, vt per Cali. dub. 13. fol. 33. col. 2. Videam* circa hęc imprimis quid possit ipse facere vt non teneatur comparere. Plura † vidi ad id excogitata, 143 & temptata per aduocatos remedia, inter quæ non modicæ existimationis fuit, quo paucis ad hinc annis quidam, grauis me herelè, aduocatus vsus fuit in casu, qui sępè in nostra Cathalonia contingit in hac materia practicari, executionis, quæ prætendebatur malè, & perperam vigore cuiusdam retroclami facta, pro qua re cum ante declaratam executionem male factam, retroclamumque in casu non permisso expositum, fuisset contra exponentem, & alios oblata quærela pacis, & treugæ, euocauit aduocatus quærelatorum ad Regiam Audientiam ad relationem egregij olim Senatoris Iosephi Benac, quæ postea tractata fuit coram egregio etiam Senatore Michaele de Salba, & de Vallseca, causam contentionis iurisdictionis inter iudicem retroclamorum, ad quem dicebatur spectare cognoscere an benè, vel malè fuisset retroclamum expositum, quæ erant merita causę quęrelæ pacis, & treugæ, & iudicem dictæ quærelæ. Verùm repulsam passus † est is aduocatus, *declaratū* enim extitit per dictum Salba (licèt non facto verbo) in fauorem iudicis quærelæ, eo attento quòd in vim constitutionum Cathaloniæ, & aliorum iuriū patrię causę huiusmodi quęrelarum ad Vicarium spectant &c. Partes erant Ioannes Carmona causidicus, N. Clariana not. Regius, & alij, & scriba causæ Raphael Pasqual. Quæ tamen resolutio dubitabilis videtur ex his, quæ nos superiùs constituimus, non posse scilicet offerri clamum donec super bona, vel mala expositione retroclami fuisset per iudicem ad quem spectabat, declaratum, vndè consequi videbatur interim non esse iudicem competentem illum, qui pro quærela aditus erat, cogita igitur.

144 Aliud † habet quærelatus remedium, quod opponat ante compatitionem, exceptiones videlicet dilatorias litis ingressū impedientes si quas habet, veluti est illa carentię actionis, de qua in superioribus latè egimus, qñ vult quærelans agere pro iniuria ante declarationem procedimentorum benè vel malè factorum, & alias, quas latè reffert, & examinat Cali. de pa. & treug. dub. 16. per tot. & eas opponi iurè posse, pluribus probat, quem non viderat quidam aduocatus huius ciuitatis, qué honoris causa nō nomino, qui in quadam causa clami, oppositа per me pro meo cliēte excep tione dilatoria ante comparitionem, simpliciter respondit non fore meum clientem audiē dum cum non possent aliquę exceptiones admitti, & in prætentione perseuerauit donec per iudicem cum prouisione super his facta fuit errore liberatus, & si desideres videre quid † *in his seruet* Senatus, legas prouisionem factam facto verbo per egregium Senatorem Raphaelem Rubi, & Coll die 3. Martij 1606. in causa Ioannis Cellets LL. D. contra Gasparem de Feliu, Actua. Iacobo Agramunt, in qua cum de hoc articulo disceptaretur nūquid admitterētur exceptiones dilatoriæ in hoc iudicio, fuit prouisum his verbis, *prouidet quòd curret partibus tempus per constitutiones præfixum adiustificādum exceptiones dilatorias*. Si verò nullas haberet quærelatus exceptiones dilatorias, quas opponeret vt litis ingressum, & progressum impediret, vel aliquam excusationem ex his, quæ excusant à comparendo, quas reffert Cali. dub. 15. per tot. quęque possent opponi per procuratorem licèt alias cōparitio debeat esse personalis, personaliterque habeat fieri firma, & satisdatio, ac pignorum tornatio, quia id solum per constitutiones est personaliter fiendum, non reliqua antecedētia, seu subsequentia ipsam firmam iuris, vti ex l. seruum quoq. §. publicè ff. de procurator. & alijs iuribus, & auctorum auctoritatibus resoluit Cali. allega. dub. 15. versi. quartò debet, circa medium, & melius in vers. octauò sit cautus, circa finem & admisit Senatus in supradicta causa Ioannis Cellets, circa quod vidēdus Andre. Gayl. de pace pub. c. 10. per tot. libro 1. & cap. 18. num. 26. li. 2. quibus in locis pulchrè de his, ad quod conducit Bal. doctrina in cons. 238. n. 2. vol. 2. & in l. reos nu. 11. C. de accusa. quem sequuntur Iul. Clar. in prax. crim. q. 52. à nu. 16. cum sequent. & Cęs. Barz. decis. Bononien. 152. nu. 6. & 7. asserentes 145 † quòd vbicunq. non ruminatur delictum, sed est quæstio separata, ibi admittitur procurator, quia iste articulus non tangit crimen, neq. impunitatē, sed processum, atq. ita procurator admititur ad disputandum super processibus. Si (inquam) nullas haberet quærelatus exceptiones, vel excusationes, comparere necessariò haberet personaliter, vt suprà dictum est. Quid 146 † autē qñ exceptio mixtim tangeret vtrunq. delictum scilicet, & processum, an eo casu admittatur procurator, vide per doctores in locis suprà citatis, qui ad negatiuam inclinantur partem.

147 Dubium † tamen circa hæc oritur per pulchrum, nunquid si per Vicarium non admittantur huiusmodi exceptiones, ob quod sentiat se quærelatus grauatum, nunquid ei licebit ab huiusmodi grauamine appellare, & an ea appellatio suspendere debeat

beat eiectionem, Iacob. Cali. dub. 24. pag. 93. col. 4. versi. *& ex isto vltimo infero*, inclinatur in eam opinionem vt huiusmodi appellatio debeat admitti, ac suspendere eiectionem. Verùm cum in Senatu iste casus contigisset disputari, non multi sunt anni elapsi, ad relationem egregij Senatoris, ac tertiæ aulæ doctoris Francisci Bonet contra aliquem, qui ad illius relationem euocauerat causam appellationis interpositę à denegatione iustitiæ consistorij verbalis curiæ Vicarij Barcinonæ ex eo quòd noluisset sibi admittere, ac committere causam reclamationis interpositæ à quadam prouisione per Priorem dictæ curiæ super huiusmodi exceptionibus in sui odium eas repellendo, ac dictum quærelatum eiectum declarando à pace, & treuga, & pro tali publicandum, facta, relatum est mihi *declaratum* fuisse per dictum Relatorem, facto verbo in aula, benè prouisum, & malè appellatum. Ego declarationem non vidi, nec videre potui, sed imò millies nihilominùs reclamaui, ac reclamari vidi à similibus prouisionibus, & nec ducta postea causa in Senatum, vbi iussum erat fieri verbum, nec aliàs fuit vnquam contradictum.

148 Nisi igitur † monitus, & quęrelatus aliquā habuerit dilatoriam exceptionem, quam opponat ante iuris firmā, tenetur de necessitate intra ipsos quindecim dies monitionis, & citationis coram vicario personaliter comparere, non per procuratorem cum pignoribus tenentibus firmando ius, & de iure, probat Cali. qui cōstitutiones id disponentes latè refert, dub. 13. versi. *benè etiam adijcit vt personaliter compareant*, fol. 31. & dub. 15. in multis illius capitulis: Nec ampliùs admittūtur exceptiones, vel alię excusationes per procuratorem proponendæ, vt per Cali. vbi suprà. Vide tamē casum, inquo contrarium videtur per Senatum *seruatum* in superiùs allegata causa Ioannis Cellers contra Gasparem de Feliu die 3. Mar. 1606. postquam enim dictus Feliu allegauit se non potuisse intra quindecim dies exceptiones proponere quia erat absens, & præsentatio fuerat facta in domo sua, nec ipse eius habuit notitiam, nisi post multos dies, à cuius notitiæ die vsque ad propositionem exceptionis dicebat non fuisse lapsum tempus 15. dierum, fuit admissus ad probandas suas exceptiones dilatorias. Sed id erat quia non fuerat arbitratum eucurrisse tempus ex causis supradictis, & ideò nihil mirum, adducta autem suprà procedunt quando cucurrit reuera, & tunc verum est non admitti ex post exceptiones.

149 Pignora † autem non est necesse quòd sint æquiualentia quantitati petitæ, sed quæcunq. illa sint, quæ offerantur per quærelatum, admitenda sunt, licèt sint modici valoris, dum tamē quęrelatus ipse faciat ea tenere, & valere quātitates petitas, consti. 36. perquant experientia ha mostrat, de pace, & treug. & ita practicamus quòd admittatur compartitio cum vno anulo, qui communiter est exigui valoris respectu quantitatis petitæ, aliàs † si intra dictum 150 tempus non comparuerit, declaratur, & publicatur eiectus à pace, & treuga, probant constitutiones plures, quas refert Cali. vbi superiùs, & dub. 10. vbi per tot. materiam hanc examinat, & formam, & formas tradit, quibus id 151 fit faciendū. Quæ pœna † maxima est, & grauissima in nostra Cathalonia, de qua pulchrè, & latè Cali. in sæpè allega. trac. de pace, & treug. dub. 22. per tot. & dub. 23. vbi multa in proposito non negligenda tradit. Et signanter † est adeò grauis vt taliter eiectus non possit guidari. consti. Com instigant. tit. quant sia licit o no veniar se in 1. vol. consti. pluribus alijs cōstitutionibus, & rationibus idem probat Cali. allega. dub. 22. versi. *sed quęro an dominus Rex* pag. 62. col. 2. quod idem anteà docuerat dub. 15. versi. *secundo secundum* pag. 39. col. 3. etiam si detur guidaticum à Principe ex certa scientia d. consti. com instigant, quicquid in contrariū dicat Cali. allega. dub. 22. in versi. de quo suprà in fi. quia suo tempore non erat adhuc facta 153 constitutio prędicta, is enim † scripsit directorium pacis, & treug. de anno 1400. constitutio autem prædicta facta extitit per Regem Ferdinandum in cur. Barcinonę anni 1503.

154 Sed quid † si huiusmodi eiectis de facto concessum fuerit guidaticum, an illud erit eis seruandum, vel non, ne dicantur sub fide regia decepti.

Hæc quæstio grauissima est, quę fuit magno cum studio in Senatu disputata de anno 1604. in causa criminali Petri Maso de Parets: cum enim is fuisset guidatus per egregium virum Didacum Clauero in supremo Regni Aragonum consilio Regentem, ac in hoc Principatu doctorum Regij consilij, & aliorum officialiū Regiorum visitatorem, & nunc, cùm hęc scribimus, Vicecancellarium in eodem supremo consilio agentem, vt ad præsentem ciuitatem Barcinonæ accederet testimonium perhibiturus in syndicatu, qui tunc fiebat contra officiales regios, capt⁹ fuit de mādato suæ Excellentię oppolita autem exceptione dicti guidatici, fuit † *concluſum* de eo nullam fore habendam rationem, quia non poterat guidari, prohibente allegata consti. com instigant, & licèt replicaretur seruandam nihilominùs fore securitatem, licèt non potuisset concedi, ne diceretur dictus Maso sub fide Regia diceptus, nihilominùs declaratū extitit vt suprà. Verum est quòd, vt publicè dicebatur, non transierat ea

declaratio ſine maxima contradictione inter eiuſdem Senatus egregios doctores: dicebatur enim ex ſeptem doctoribus, qui in regio criminali conſilio tunc aderant, quatuor tantùm fuiſſe huius opinionis, alijs tribus in contrariam euntibus, de cuius declarationis, & conclusionis iuſtitia, vel iniuſtitia nō eſt ꝙ ego omniū minimus, poſt tantos Senatores, diſputem: Hoc tamen vnum non ſilebo, quod noſtratibus omnibus eſt planè manifeſtum, eius declarationis ratione varios fuiſſe in Prouincia ſuſcitatos tumultus, variasq. altercationes: nō nullorum enim procedimentorum ratione, quæ per viſitatorem prædictum facta extitetant contra doctores illos, qui pro dicta declaratione votū perhibuiſſe dicebātur, ecce quòd mittuntur ad Regem nuntij ex parte viſitatoris, & ex parte doctorum Regij conſilij defenſuri quilibet ſuam reſpectiuè opinionē apud ſuam Mageſtatem: illius quidem nuntij quòd potuerit guidare, & aſſecurare, & eius guidaticum ſeruandum, horum verò è contra quòd non potuerit guidare, & aſſecurare obſtante 155
conſtitutione, & propterea nec ſecuritatem ſeruandam, & conſequenter benè declaratum fuiſſe per Senatum de guidatico nullam fore habendam rationem. Ex alia parte mittuntur nuncij Deputatorum Regni (ad quos iuriū patriæ, & libertatum illius defenſio ſpectat) prætendentium contrafactionem conſtitutionum ex quo data per conſtitutiones dicto viſitatori iuriſdictione viſitandi, & ſyndicandi ††
Regios officiales, videretur etiam eidem id cōceſſum, ſine quo eius iuriſdictio expediri non poterat, ac proindè quòd poſſet guidare, & aſſecurare eos, qui capi timebant, pro teſtimonio in cauſa viſitationis perhibendo. Ex quibus omnibus, & alijs quamplurimis pro vtraq. * parte factis apud ſuam Mageſtatem diligentijs id obtentum fuit pro parte Regiorum Senatorum quòd ceſſaretur per viſitatorem à proce dimentis contra prædictos doctores ex ea ra- 156
tione factis, pro parte verò Deputatorum regni quòd mandaretur ſuperſederi per multum temporis in executione ſententiæ mortis, per Senatum interim, dum hæc fiebant, contra dictum Maſo prolatę, verùm poſtmodùm tandem ſublatum fuit ſuperſedimentum, & ſententia regia contra illum exequuta, per cuius mortem ceſſarunt tumultus, & altercationes, quia mors omnia ſoluit. Audiui, dum hæc tradenda Thypographo pararem qnando acceſſit de anno 1611. egregius in ſupremo Aragonum Regens Ioſephus Banyatos pro eodē viſitatoris officialium Regni exercēdo officio, ad præſentem ciuita. Barcin. detuliſſe, ac deferre ipſum, pro fugiēdis difficultatib⁹ expreſſam commiſſionem, & poteſtatem à ſua Mageſtate obtentam guidandi, & aſſecurandi quoſcūq. neceſſarios pro viſitatione faciendā: ſed ſi contingat guidari, & aſſecurari aliquem in caſu prohibito per conſtitutiones, ſicut in caſu dicti Maſo exiſtimabatur, eadem difficultas manet proculdubio, quia in Cathalonia Rex ſolus non ordinat, nec ſtatuit contra conſtitutiones. Sed de his ſatis.

Redeamus ad id, in quo nobis licet liberè noſtrum proferre iudicium, & videamus in abſtracto abſque conſideratione alicuius caſus particularis, in quo tot poſſent adeſſe circunſtantiæ, quæ, ſicut factum ipſum, ita etiam totum ius poſſent immutare, numnam guidaticum conceſſum, & fidantia data in caſu, quo prohibitum id eſſet, ſit ſeruanda, necne? Quęſtionem hanc pluribus diſputat nobilis Ludo. à Peguera deciſ. crim. 39. per tot. concludens tandem poſt Bar. in l. is qui reus, nu. 12. de pub. iudi. Bellug. in ſpecul. prin. rub. 23. de effec. Imper. verſ. *ſed pone*, num. 14. in fin. quos ſequitur Vincen. de Franc. deciſ. 258. nu. 1. & Baiar. ad
155 Iul. Clar. §. fi. q. 32. à num. 22. qui† loquuntur in caſu fortiori, quando *datur ſecuritas ab eo, qui* dare non potuit, nedum quando datur ab eo quidem, qui cum dare poſſet, dare nō debuit, quibus in terminis loquitur Farina. & per eum allega. vbi inferiùs, & Meno. de arbit. iud. lib. 1. quæſtione 81. *nume.* 12. iſdem Meno. caſu 336. num. 27. & 33. & caſu 337. num. 5. & 6. concludit (inquam) Pegue. pro affirmatiua opinione, †† plures caſus adducens, in quibus ita *declaratū* dicit in noſtro Regio crim. cōſilio. Sed contrarium tenere videtur Proſper. Farina. in tracta. crim. partis 1. tom. 2. de carcer. & carcer. q. 29. num. 10. & rurſus num. 95. cum multis ſequent. & ſignanter nume. 97. vbi poſtquam opinionē * affirmatiuam dixit magis cōmunem, & ęquiorem, & ab ea non fore nec in iudicando, nec in conſulendo recedendum, poſtea tamen ſe val *dè dubium oſtendit an eandem opinionem*
156 concedat quando † adeſt ſtatutum, vel conſtitutio cum decreto irritanti conceſſionem guidatici, & ſaluiconductus prohibens, ſicuti in noſtra Cathalonia: tunc enim (inquit) nihil de *bet* prodeſſe quòd dicatur, non debeo decipi ſub fide publica, quia legem habemus ſcriptā, cui ſtandum omninò eſt, & cuius ignorantia non præſumitur, adducit in huius conſiderationis confirmationem Flam. Chartar. de execu. ſenten. capto bannit. c. fi. num. 315. verſ. *neq; etiam*, & ſanè iſdem Farina. ſuis ſcriptis non obſcurè inſinuat quòd ni noſtrum Peguera vidiſſet, quem vidiſſe ſe monſtrat poſt primam libri impreſſionem, de obſeruatione noſtri Senatus in fauorem guidatici, & ſaluiconductus atteſtantē, eam ipſe hoc in caſu tenuiſſet opinionem, quòd quoties adeſt ſtatutum

in con-

in contrarium, vel constitutio decretū habens irritans, non sit saluusconductus seruandus, idem etiam tenere videtur Mathæ. de Afflic. notæ auctoritatis vir, decis. 4. vbi non esse seruandam securitatem datam ab eo, qui eam dare non poterat, tradit fuisse in egregio Neapoli. Senatu *declaratum*, nec careret hæc opinio satis, meo iuditio, vrgenti ratione, quia cū per statutū, vel constitutionē auferatur potestas guidaticum, & saluumconductum concedendi et, qui aliàs illam haberet, & ex alia parte fiat per illa delinquens incapax guidatici, & salui conductus, certè non videtur tam absurdum, vt quidam tunc existimarunt, dicere fidem tali delinquenti datam non fore seruandam, cùm de iuris rigore, obstante statuto, vel constitutione, non possit dici data fides, nec cōcessum guidaticum, vel saluus conductus. Verùm ego non propterea à diuersa recederem opinione, quando non cōcurrerent circunstantiæ, & qualitates aliquæ, quę in contrarium inclinare me possent, sufficit enim quòd dubia res sit vt in fauorem rei pro obseruantia fidei datæ, quæ nec etiam hosti infringitur, iudicandum sit, ne quis sub fide publica deceptus dici valeat, maximè qui, sicut sępè fit, non lubens, ac volens, sed imò compulsus, & mādatis pœnalibus cōstrictus ducitur à persona publica ad aliquid agendum, quod publicè interfit, putà ad testimonium perhibendum in aliqua causa, vel ad aliquid aliud simile, alias rationes non allego, nec doctores adduco, qui id comprobent, in Farinacio enim omnes habes, qui de hoc scripsere.

Dixi, *quando non concurrerent circunstantiæ, & qualitates aliquę, quę in contrarium inclinare me possent*, quia in causa, de qua suprà, Petri Maso egō considerabam quòd verum licèt fuisset ipsum metu pœnarum per visitatorem appositarum accessisse ad prędictam Ciuitatem testimonium perhibiturus in aliqua causa visitæ, & sic pro bono publico, cuius rei ratione ei videbatur fuisse miserendum, id tamen concedi ei potuisset si ipse post adimpletum quod sibi fuerat iniunctum, ad alia se non diuertisset, sed per solitam viam cutalset, quam primùm potuisset, eò reuerti, vndè exierat, tunc enim existimo quamplures futuros, qui mecum concurrerent, quòd saluus conductus fuisset ei seruandus, nec potuisset capi in via, quia securitas data pro eundo, & veniendo ad aliquem locum censetur etiam pro redeundo concessa sine difficultate aliqua, vt omnes conueniunt, quos longa serie Farina. allegat in cita. tit. de carcer. & carcerā. q. 29. nu. 53. verùm ego video quòd dictus Maso post adimpletū munus iniunctum non curauit ad propria reuerti, quinimò, diuertens multùm à via, palatium perijt sue Excellentiæ, cum, vt dicebat, alloqui volens, in quo facto vrgentissimæ circunstantię considerantur, quæ potuerunt inclinari facere in opinionem reo contrariam, quia scilicet visus sit guidatico abuti dictus Maso, quo casu illud non prodest, vt probat Nicol. Boer. decis. 179. nu. 3. & Brunorol. à Sole in compend. resoluto. &c. verbo, saluumconductum, quem quidem abusum ego considero eo respectu quòd solùm dicto Maso concessa fuerat securitas proveniendo ad præsentem ciuitatem testimonij veritatis in aliqua causa perhibituro, & ex cōsequenti pro redeundo etiam, vt suprà dictum fuit, ipse autem, vt etiam dicebamus suprà, nō curabat reuerti, sed imò, multum à via diuertens, alia negocia tractanda *in ciuitate* suscipiebat, pro quibus guidatus non erat, nec assecuratus, hęc mouere potuerunt vt contra ipsum resolutio sumeretur per maiorem partem doctissimi, ac eminentissimi Senatus, non secus atqui Petrum Bellum *in tracta. de re militari tit. de salui conduc. nu. 18. in 16. volum. nouorum tracta.* cuius valdè honorifica fit mentio per Iacob. Men. *de arb. li. 2. cēt. 4. casu 336.* nō secus (inquā) atqui Petrū Bel. mouerit vt loco superiùs citato agens de validitate, vel invaliditate captuę cuiusdā in propria domo factæ, responderet eam iustè factam fuisse non obstante salvo conducto sibi concesso, *quia (inquit) verisimiliter neq. impetrans, neq. concedens de hoc ea* fu cogitauit, sed solùm quæsiuit impetrans vt tutò posset iter facere (erat saluusconductus impetratus vt quis posset à certo castro, vbi erat, Venetias ire) nō eram domi securè morati, allegat Bar. in l. patronus § 1. vers. *item ex verisimilitudine* ff. de lega. 3. addit postea numer. sequenti isdem Bel. verba salui conductus designare securitatem dum res est in motu & actu eundi, non igitur extendi ad quietem, nec ad aliud, quod sit extra motum, & eundi actū, quod in argumentū probat tex. in l. 3. §. qui hoc interdicto ff. de itin. actuq priua. dum ibi dicitur posse eo interdicto agi vt ire liceat, neq. tamen agi aliquando posse vt liceat reficere. Cuius doctissimi viri rationibus licèt respondere conetur Meno. vbi suprà, quia tamen eius responsiones nihil tangunt casum nostrum, ideò non immorandum in eis disoluēdis. Accedit his, quòd testimonio perhibito expirauit statim saluusconductus, quia *ipse* expirat semper expirata sua causa concedēdi, vt abundè Meno. probat in cons. 244. nu. 36. vol. 3. solum ex benigna interpretatione, & coniectura mentis concedentis extenditur post extinctam causam, & effectum, pro quibus cōceditur, ad illud tempus, quod necessum est ad redeundum, dictus autē Maso non fuerat rediens repertus, sed alijs negotijs implicitus valdè à reuersione distantibus.

Nec

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Nec dicatur mihi quòd guidaticum esset latè † prà docens ita *decisum* in Senatu non obstante
interpretandum, quia sit beneficium, non priuilegium, ex latè per Meno. adductis dicto casu quòd magna curia aliter iudicasset.
336. nu. 23. vbi Bellum reprobat contrarium dicere volentem, vndè inferatur quòd cèseri debuisset comprehendere nedum præcisum cõmeatum, & remeatum, sed & illam modicam moram, quæ contracta fuerat in eundo ad domum Excellentissimi Locũtenentis, quia ego respodeo quòd imò strictè, & propriè erat intelligendum vt solùm compræhenderet commeatum, & remeatum, non diuerticulum ad alios exteros actus, quia erat guidaticum prædictum contra ius concessum, habemus enim constitutionem, quę id fieri prohibebat, quod, quãdo ita est, mihi clarè concedunt ijdem Bel. nu. 16. & Meno. vbi suprà, fore strictè intelligẽdum. Hæc ego circa hunc casum aliquãdo meditabar, de quibus satis, speculetur vlteriùs qui voluerit.

157 Et si *in* casu † *vbi non concurrerent circun*-
stantię nobiscum tenere volueris seruandũ esse saluumconductum, & guidaticum, licèt concedi non potuisset, vel non debuisset, id tamẽ limitabis vt non procedat quando taliter guidatus, & assecutatus, durante guidatico, & saluoconducto, delinqueret, tunc enim posset vtrè capi, ac puniri, nedũ pro posteriori hoc delicto, sed & pro quibuscunq. alijs antea commissis, ex traditis per Roma. in l. 3. §. si seruus versi. 7. casu ff. de acquir. possess. quem sequitur Vital. de Camba. in trac. clausul. in clau. nihil noua. securita. pend. Menoc. de arbit. Iud. lib. 2. centu. 4. casu 337. nu. 15. & Vincen. de Franc. cũ alijs, quos refert, in allega. *decis.* 258. numer. 2. † vbi dicit ita *obseruari* in Sena. illo Neapol. Surd. etiam decis. 307. per tot. latissimè hanc ampliationem exornat docens tandem in Sena. Mantua. *decisum* saluumconductum debitori datum non suffragari si is posteà fugam parat, vtiturq. rationibus supradictis ad resolutionẽ firmandam, quia scilicet delinquenti, vel aliàs *statum mutanti non prosit securitas*. Hanc limitationem plenè declarat Farina. 1. partis tom. 2. de carcer. & carcera. q. 29. nu. 61. Huius limitationis rationem etiam subintrasse in supradicto casu Petri Maso de Parets dicebatur vt non deberet ei seruari guidaticum ex quo delinque re visus fuerat præsentando se coram Principe, regaliatus cum esset, & eius faciem videre volendo.

158 Quod † tamen sublimitatur vt tantùm procedat quando delictum post guidaticum concessum, & securitatem datam commissum esset verè punibile, non verò quando aliquid lęue prætenderetur commissum, & sub hoc colore caperentur guidati, & assecurati vt sic possent pro reliquis delictis puniri, Franch. vbi su-

Alias ad propositum limitationes, & declarationes multis tradit Farina. allega. q. 29. de carcer. & carcera. quas cordi est illas omittere, quia nos nõ promittimus criminalem librum conscribere, apud eum videantur.

159 An autem, † & quibus casibus, ac quomodo (vt ad materiam nostram tedeamus) possit contumacia purgari per quærelatũ intra quindecim dies monitionis non emendantem, nec aliàs comparentem, & de iure firmantem, disputat latè Cali. dub. 24. quod finale est sui dicatorij de pace, & treuga per tot.

160 Item † an prædicti quindecim dies monitionis possint per vicarium protogari, ac prolongari, vel è contrario minui, ac abreuiari, tractat isdem Cali. dub. 13. col. 4. *in prin.* fol. 32. resoluens, & rectè, quòd non, tum quia istud est tẽpus constitutionis, siue legis, siue hominis ministerio taxatum per ipsum ius, vt in nostris cõstitutionibus de pace, & treug. est videre, tum ex alijs rationibus adductis per eundem Cali. loco superiùs allega.

De consensu tamen partium benè potest id
161 fieri, quoniam † quælibet dilatio potest minui, vel augeri, l. quod si nolit §. si verò conuenitur ff. de ędili. edic. & in l. 3. in fin. ff. de temp. appel.
162 Cali. dub. 15. fol. 39. col. 3. *in prin.* conducũt † quę pulchrè circa protogationem fatalium causarum appellationum disputat Rober. Maran. de *ordin. iudi. parte 6. vers. appellatio* à nu. 236. viden. Mynsinger. singul. obserua. centu. 2. ob
† ser. 68. vbi de *obseruãtia* Cameræ testatur quòd huiusmodi fatalia possint de consensu partium protogari, quod latiùs ex professò tractat Pet. Syria foren. quæstio. lib. 1. multò post hęc scripta in lucem emisso, q. 39. per tot. & ante eũ Thesau. decis. 243. resoluitq. Cali. vbi suprà quòd tenetur quærelatus tempore prorogato emendare, vel comparere, aliàs potest declarati eiectus absq. noua quærela, quia † terminus
163 prorogatus partium assensu dicitur prorogatus cũ suis accessorijs, & qualitatibus, l. Labeo §. hoc autem, de arbit. declarant Mynsing. singul. obserua. centu. 6. obser. 52. & 53. & Dida. de pac. in 1. partis initio à nu. 6.

164 Hæc sunt, † quæ attinent ad procedimenta facienda contra quærelatum quando is est in contumacia comparendi post lapsum terminũ citationis, & monitionis, si verò comparere voluerit, & parere mandatis firmando ius, & de iure cum pignoribus tenentibus in forma cõsti. 36. *incip.* per quant experientia, de pace, & treugua, quæ in hoc est omninò seruanda, Oliba. in vlat. alium namq. c. 14. nu. 29. de iu. fis. tũc solet prouideri quòd quærelatus regijs carceribus mancipetur, & eiusdem depositio exigatur,

rur, vbi tamen non potest vltra biduum detineri, sed est dãdus idoneæ manuleutæ, nisi aliud requireret delicti qualitas, vndè quærela descenderet, vel nisi ipse, quia non posset, non fieret cum pignoribus tenentibus, vt hęc omnia probantur per consti. 24. incip. Car moltes vegades, de pace, & treug. in primo vol. consti. & nos iam suprà diximus in hac glo. & non ni-
165 hil tradit Cali. dub. 18. Quibus† peractis procedit ur in causa ciuiliter data petitione, & positionibus, reliquisq. quæ dari, ac fieri solent in causis ciuilibus, declarando per sententiã diffinitiuam quantum veniat per quærelatũ quærelatori soluendum pro satisfactione prætensæ iniuriæ, & damnorum, docent Mier. & Ferrer à nobis suprà allega. declarat pulchrè Cali. dub. 18. per tot.

166 Hæc sunt, † quæ circa processum pacis, & treugæ breuiter adnotãda duxi, ex quibus omnibus pro finali resolutione animaduertas velim nihil, aut certè parum plus profuturum remedium hoc iniuriam, vel aliud damnum passo, quàm si simpliciter ciuiliter omninò moueret iuditium contra iniuriantem, vel damnum quomodolibet aliter inferentem pro emendatione iniuriæ, & dãnorũ, quia post comparitionem, vt suprà dictum est, remedium illud querelæ pacis, & treugę efficitur omnino ciuile, ciuiliterq. ducitur, & tractatur: solùm seruit, & prodest ad irritandum animum querelati, vt cum videt querelantem viam huiusmodi duram, & acerbam contrà eum elegisse in casu, quo potuisset, æquè benè, suauiter, & lenter, ciuiliter scilicet contra eum agere pro eadem re, & in casu, quo vna ex istis vijs ei magis non prodest, quàm altera ad consequendam iniuriæ, & damnorum, si quę passa sint, emendationem, nisi vt glorietur se effeciisse vt suus aduersarius in carceres ad sui instantiam conijceretur, & non sine iniuria (eam enim † semper
167 continet captura personæ l. penul. C. qui bon. ced. poss. Nat. cons. 32. nu. 6. Prosper Farina. in tracta. crim. 1. part. tom. 1. de carce. & carcera. q. 17. nu. 135) nec sine aliquali infamiæ, ac ignomi-
168 nię nota, (sine qua † etiam non fit huiusmodi captura, vt probat isdem Farina. vbi superiùs) irritatus, & lacessitus moueatur persæpè contra querelatorem ad id faciendum, quod nõ oporteret: exemplum habemus hac de re valdè recens, ac (vt dicunt) fluens adhuc sanguinem dũ hæc scribimus, in quadam muliere vidua præsentis Ciuitatis, quę cum querelam hanc dedisset contra quendam procuratorem, & notarium eiusdem Ciuitatis, ratione, & occasione cuiusdam exequutionis perperã (vt existimabant) contra eam factæ, nescio quo fato, quadam nocte contigit vt existens in propria domo in quadam officina, siue botigia illius, per aliquem per vicum transeuntem fuerit miserabiliter icta arcabuij interemptã, à quo tamen, & per quem, adhuc ignoratur, cęterùm suspicabantur omnes, qui hæc sciebant, id ei mulieri euenisse ratione, & occasione clami prædicti, & querelæ considerato negotij circunstancijs, malitiæ videlicet non modicæ, qua causa prædicta ducebatur, & alijs, quas non licet hic referre, circunspectis circunstancijs. Alia possemus forsan infortuniorum exempla, quæ indè orta sunt, referre, quę vidimus, & nostris manibus tetigimus, sed hæc satis. Melius ergo est, & saluti animarum non modicè congruentius ad hæc vitanda, quæ imminent scandala, ac inconuenientia vt nos, quibus datum est vt reipublicę in hoc ministerio alijs consulendi seruiamus, abstineamus, quantum possimus, à cõsulendo clientibus nostris vt querelam hanc moueant, in qua sunt tot periculą, sed si iniurię, & damnorum prætenderint emendationẽ, eam ciuiliter petant postquam æquè benè eis est per hoc vltimum remedium consultum atqui per primum.

SVMMARIA.

1 *Hostis, & caualcata materiam qui tractauerint.*
2 *Hostis dicitur, quando sumitur in genere masculino, pro eo, cum quo habemus bellum, vel ipse nobiscũ habet.*
3 *Hostis in genere fœmenino sumitur pro adiutorio, quod faciunt Vassalli dominis cum Rege ad bellum pergentibus.*
4 *Caualcata dicitur quando Rex, vel alius dominus inferior petunt à vassallis iuuamen pro aliquo casu particulari, hostile generaliter non inflicta.*
5 *Hostem non potest nisi Rex mandare, sed caualcatã domini etiam inferiores.*
6 *Hostis est congregatio gentium nõ pro vno certo die, nec pro vno facto, caualcata autem sic.*
7 *Correguda quid sit in Cathalonia.*
8 *Hostis, & Caualcatã in materia plures quæstiones, remissiuè.*
9 *Vassalli an, & quando cogi possint ad bellum ire, remissiuè.*

GLOSA XVI.

Hoste, & Caualcata, & redemptionibus earum.

1 DE Hoste,† & Caualcata tractant adeò latè practici glosatores vsitati qui fallerit, & signanter, prę omnibus, latissimẽ Iacobus Cali. & Marquil. super eo, Ioan. Socar. in commemor. Petri Alberti in c. si aliquis dominus à

nu. 130.

nu.130.cum sequent.fol.199.& nouissimè Antho.Oliba.in vsat.alium namq.c.3. à numer.57. cum sequent.de iu.fis. post Mier. multis in locis, quos ipse allegat, nonnulla etiam tradit ad huiusce rei intelligentiam nob. Ludoui. à Pegue.decis.57.per tot.quæ prodijt in lucem post hæc scripta, adeò (inquã) latè ij doctores d hac materia agunt, vt vix sint quòd possemus nos aliqua excusatione iuuati si intenderemus hoc loci pluribus de ea tractare, verùm quia ita postulat instituti nostri, iam à principio suscepti, ratio, vt singulas nostrorum capitulorum matrimonialium voces, & particulas commemoratione dignas aliqualiter explicemus, ideò hic breuiter vnicum tantum verbum de hoste, & caualcata proferemus.

2 Hostis igitur, † quæ prima vox est nostri tex. dupliciter sumi, ac vsurpari potest, scilicet vel in genere masculino, & tunc significabit eos, qui nobis, vel quibus nos publicè bellum decreuimus, iuxta l.hostes, & l.quos nos, & ibi Alcia. explicat, de verb. sig. l. hostes, de capti. & postlimin.reuer. & de hoste in hac significatione non loquitur tex.noster.

3 Aliter † sumitur vox prædicta, hostis, in genere scilicet fœmenino, & tunc dicitur adiutorij, quod faciunt, vel facere debent vassalli, & subditi Cathalonię eorum dominis cum Rege in hoste pergentibus, seu euntibus, ipso domino Rege hostem generaliter indicente, c.1.§.similiter in petendis hostendicijs, de capitu. Cõra. in vsib.feud.Cali.in vsat. qui fallerit nu. 4. pag. 96.col.4.vbi ad id allegat vsat.alium namq. de iu.fis. & alia plura iura Cathaloniæ id probantia adducit, sequitur Marquil.in eo.vsat.qui fallerit fol.120.col.4.in prin. & Antho.Oliba. in vsat.alium namq. c.3.nu.57. & refert Socar. licèt controuertat, in c.si aliquis dominus num. 130.131.& 132. pag.399. in comment. Pet. Albert.

4 Caualcata verò † dicitur quando dominus Rex, vel alij domini inferiores à domino Rege, ac Principe Cathaloniæ, puta Barones, Magnates, milites, vel officiales domini Regis nõ indicta hoste generaliter per ipsum dominum Regem, nec sub nomine hostis, sed aliàs per viam iuuaminis eis fiendi in aliqua illorũ guerra, vel in aliqua executione iustitiæ, petunt iuuamen ab ipsis vassallis, & subditis indicendo illis quòd volunt ire contra talem hominem, vel tale castrum per viam guerræ, vel executionis iustitię, & facere caualcatam in eũ secretò, vel publicè, quia cum dominus Rex non indicit hanc congregationem vassallorum generaliter, sed particulariter ad vnum casum, & locũ, vel alij domini inferiores, qui non possunt generaliter indicere, eam indicant, meritò non hostis, sed caualcata nominabitur, ita Cali. Marquil & Oliba.in locis suprà allega.

5 Ex quibus iam patet differentia satis notabilis inter hostem, & caualcatã, cui adde † quòd in hoc etiam diferunt quòd solus Princeps potest hostes mandare, vt in vsat.alium namq.de iu.fis.& consti.Federi. c. impetialẽ, de prohib. feud.aliena.per Feder.§. firmiter etiam statuimus: Caualcatas autem mãdare potest alius dominus suis vassallis, quia habet firmam in illis, & potest eas petere, & potestatem castri, licèt dominus maior, vel Princeps non petat, hostes autem solus dominus non potest mandare, sed tunc demum cum Princeps mandat, ita Oliba.d.c.3.nu.56.post Cali.& Iacob.de Vallesic.in allega.vsat.qui fallerit.

6 Est & alia † inter hostem, & caualcatam diferentia quia hostis est congregatio gentium non pro vno facto, nec pro vna certa die, sed lõgiore tẽpore, & via, caualcata verò est vnius diei, vel vnius certi termini, ita doctores nostri superiùs allega. & post eos Oliba. vbi suprà nu.57.conducunt quæ adducit Socar. in alleg. c.si aliquis dominus nu.132.in comment. Pet.

7 Albert.fol.400.caualcatã † propriè dici quando dominus, qui habet guerram cum aliquo, accedit pro deprædando, & occupando bona inimici, & vassallorum illius, & ducit homines suos ad illum accessum, & dicitur vulgariter, correguda, nam ille accessus, siue correguda, appellatur caualcata: dicitur autem correguda, vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur, quia accedunt ad illam homines æquestèr, & pedestèr, quod probat Soccar.ex nota.per Bal.& Salice. in l.ab hostibus C.de capti.& postlim. reuer.& Ioan.de Ana.in c.excomunicamus §. catholici in verbo, quando vna bargata fecerit caualcatam.

Aliter atq. alio modo has voces declarant Mier.in d.vsat. qui fallerit relatus per eundem Soccar.vbi suprà nu.133.& isdẽ ipse Soccar.ibidem, cęterùm quia hę declarationes sunt cõmuniores inter nostros practicos, quia etiam per eas fit satis nota natura vniuscuiusq.ex vocibus prædictis, ideò in earum expositione, & vlterioti declaratione ampliùs insistendum nõ

8 duxi, qui alia † plura in proposito scire voluerit, signanter quando, & in quibus casibus hostis, & caualcata, siue regia, siue baronis fieri possit, item an quando fit, possit ita fieri vt exeant gẽtes extra principatum Cathalonię, item an fint ministrãdæ expensæ ipsis vassallis, item an disposita in hoste, & caualcata habeant locũ tam in vassallis ratione feudi, quàm iurisdictionis, & deniq.qualiter Regi, vel Baroni suis casibus fallimentum hostis, vel caualcatę sit emendãdum per vassallos, & qualiter quæ fecerunt, ob fallimentum seruitij, vel damna, vel missiones, videat doctores suprà citatos, vndè nos

hæc

hæc paucula, quæ hic docuimus (ne quenquã sua laude fraudemus) hauriuimus, per quos supradicta, & alia plura in materia adeò doctè, & extensè pertractantur vt superfluum foret me in his aliud tempus inutiliter consumere. Adde Ludoui. à Pegue. post hæc scripta in lucem edita deci. 57. per tot.

9 Si tamen †vis de iure communi edoceri an, & quando vassalli cogi possint per Principes ire ad bellum, quę propria est huius negocij materia, lege copiosam hac de re compactam Georgij Cabedo decisionem Lusitan. 44. part. 2. per quam via tibi nullo negocio commonstrabitur, qua ad huiusce rei perfectam cognitionem deuenias.

SVMMARIA.

1 *Dominatio honorum quid significet.*

2 *Verbum, honorum, significat terminum, & territorium domini.*

3 *Districtus dicitur à distringendo.*
Distringere est verbum præcisum, ibidem.

4 *Districtus significat territorium.*
Districtus, & territorium in quo distinguantur, ibidem remissiuè.

5 *Districtus significat quandoq. seruitutem eundi ad molendinum, vel furnum alterius.*

6 *Fabrica de districtu est signum castri terminati.*

7 *Districtus vtroq. iure regulariter prohibentur, tam communi, quàm municipali in Catbalonia.*

8 *Districtus furni, vel molendini non censetur acquisitus etiam si per multum tempus ad illum, vel ad illud accesserint homines ad coquendum panem, vel molendum frumentum.*

9 *Facultatis meræ quæ sunt non præscribuntur.*

10 *Facultas actum non faciendi non tollitur per non vsum.*

11 *Verbum, meræ facultatis, commentitium videtur.*

12 *Facultatis meræ materiam qui tractauerint exactè.*

13 *Facultas meræ ibi dicitur esse secundum Bar. vbi ius nõ est, sed factum, sed reprobatur ab Æmil. Ferret.*

14 *Facultatis meræ aliquid esse, secundum Bar. signũ est quando in eo non datur præscriptio.*
Sed reprobatur, ibidem.

15 *Facultas meræ à Bal. dicitur potestas quędam, & quasi possessio negatiua, sed reprobatur.*

16 *Patientia habetur pro traditione.*

17 *Facultas meræ, secundum alios, dicitur quando non habet ius quod possit ad iudicium adduci.*

18 *Facultatis meræ quæ sunt non præscribuntur, intelligitur, secundum alios, si sunt publicæ, non si priuatæ facultatis: & publicę vtilitatis, non si priuatæ.*

19 *Facultatis meræ impræscriptibilia dicuntur quando fiunt pro conseruãdo iure suo iam in esse præiudicio, secundum alios.*

20 *Facultati meræ proueniens ex contractu præscribitur, quod declaratur.*
Præscriptio cur non habeat locum inter eum, qui molendinum, vel furnũ habet, & eos, qui eo accedunt ad molendum, vel coquendum, ibidem, & num. sequen.

21 *Tempus solum non est modus inducendi, vel tollendi obligationem.*

22 *Seruitus nunquam acquireretur nisi vsus accederet.*

23 *Possessio an sit iuris, vel facti, declaratur.*

24 *Actus voluntarij non tribuunt alteri possessionem.*

25 *Locator non præscribit contra conductorem, nec è contrà.*

26 *Locationis contractus cẽsetur celebrari inter eum, qui furnum, vel molendinum paratum habet, & eos, qui eò accedunt ad molendum, vel coquẽdum panem respectiuè.*

27 *Præscriptione, saltem immemoriali, an acquiri possit vt quis ad molendinum, vel furnum alterius accedat.*
Opinio negans, ibidem.

28 *Facultas actum faciendi non tollitur per nõ vsum.*

29 *Præscriptione immemoriali acquiritur ius districtus furni, vel molendini, secundum aliquos, vbi decis. Sena. Burdegalen.*

30 *Præscriptio immemorialis habet vim tituli, concessionis, & priuilegij.*

31 *Titulus censetur probatus per immemorialem.*

32 *Præscriptio immemorialis est potentior priuilegio.*

33 *Præscriptio immemorialis dicitur alterum ius naturale, quod mutari non potest.*

34 *Præscriptione prohibita nõ censetur illa prohibita, quæ est immemorialis.*

35 *Præscriptio immemorialis habet etiam locum vbi ius resistit.*

36 *Præscriptio immemorialis non requirit scientiam, & patientiam, vbi in aliis præscriptionibus requiritur.*

37 *Possessio quando est immemorialis, censetur acquisita eo modo, quo debebat acquiri.*

38 *Hospitari aliquem solitus an teneatur hospitari semper.*

39 *Protestatio prodest contra eum, qui quasi iure seruitutis petit ab aliquo parati sibi hospitium.*

40 *Præscriptione immemoriali quomodo acquiratur ius districtus secundum Dida. Couar.*

41 *Præscriptione immemoriali posse acquiri ius districtus tenet Thesau. maximè si adsint coniecturæ.*
Coniecturæ enumerantur, quæ ad id facerent, ibidem.

42 *Præscriptione immemoriali acquiri ius districtus absq. aliis coniecturis, tenet auctor, & nu. 49.*

43 *Priuilegium probatur ex cursu temporis immemorialis.*

Spiritualium

44 *Spiritualium possessio in laycis defenditur ex cursu temporis immemorialis, quia facit ille praesumi iustum titulum.*

Enumerantur res spirituales, quarum possessio defenditur in laycis ex cursu temporis immemorialis, ibidem.

45 *Sed cõmunis alij tenent, nõ posse hanc possessionem defendi ex solo cursu temporis immemorialis, nisi concurrat fama priuilegij simul, vbi decisiones Rot. Roma.*

46 *Immemorialis temporis cursus nihil proficit in iuribus negatiuis.*

Seruitus altiùs non tollendi edificium nullo temporis cursu acquiritur, ibidem.

47 *Districtus furni, vel molendini non dicitur seruitus merè negatiua, in qua nullum prorsus adsit factum eam praetendentis.*

48 *Immemorialis temporis cursus proficit contra constitutiones Cathalonie, si hoc modo allegetur quòd prius dicat is, qui eo iuuari vult, se habere priuilegium ante constitutionem concessum, & ad illud probandum allegat cursum immemorialis temporis.*

49 *Immemorialis temporis cursus proficere ad districtum absq. alijs coniecturis, tenet auctor, & probat non esse necessarias quas Dida. & Thesau. addunt, & suprà nu. 42.*

50 *Immemorialis possessio quomodo probetur, remissiuè.*

51 *Immemorialis possessio probatur per testes de visu per 40. annos ante litem motam, & auditum à maioribus, qui nihil in contrarium audiuerint, & demq. deposuerint talem esse, & fuisse publicam vocem, & famam, vbi decisiones Rot. Romanę.*

52 *Districtus molendini, & furni acquiritur ex prohibitionibus domini, & acquietationibus populi.*

53 *Prohibitiones facta pro acquirendo districtu necessum est quòd sint sortitæ effectum, id est quòd eis sit paritum, & obtemperatum, vbi decisio nostri Senatus.*

54 *Prohibitio, vel contradictio pro interrumpẽda praescriptione debet esse talis, quæ sortita sit effectum, taliter quòd propterea prohibens desiterit, alias maius illi ius tribueret, vbi decisiones Senatus Sebusiani.*

55 *Prohibitiones ad acquirendum seruitutem districtus non est necessarium quòd sint iudiciales.*

56 *Acquietatio ciuium, quæ fit per metum, non sufficit vt ex prohibitionibus ius quaratur domino prohibenti.*

57 *Praescriptio non acquiritur ex violenti actu.*

58 *Vniuersitas vt obligetur ad districtum ex prohibitionibus necessum est quòd illæ fiant toti vniuersitati, vel maiori illius parti.*

59 *Vniuersitas obligatur ex prohibitionibus quibusdam particularibus factis, si sciens tacuerit, & non reclamauerit.*

60 *Districtus seruitutis acquiritur sex alijs modis vltra alios iam alias relatos.*

61 *Seruitus districtus perditur per possessionem proprij molendini, vel eundi ad aliud per tempus legitimum cum scientia, & pacientia domini.*

62 *Iura incorporalia non acquiruntur praescriptione sine scientia, & pacientia veri domini.*

63 *Possessio, seu quasi seruitutis non habetur nisi mediante pacientia aduersarij.*

64 *Scientiam, & pacientiã veré, & certè probari oportet in omnibus casibus vbi requiruntur, nec sufficit quòd praesumpsimè, & nu. 83.*

65 *Seruituti acquirendæ praescriptione non esse necessariam scientiam, & pacientiam aduersarij, fût qui velint, qui tamen reprehenduntur, & nu. 86. in fi.*

66 *Libertas seruitutis fauorabilior est quàm ipsa seruitus, ideò facilius illa, quàm hæc acquiritur.*

67 *Libera omnia praesumuntur.*

68 *Contrariorum eadem est disciplina, & natura.*

69 *Nihil est tam naturale, quàm eodem genere vnũquodq. dissolui, quo colligatum est.*

70 *Possessio an sicut non acquiritur nisi animo, & corpore, sic etiam non amittatur nisi eodem modo, remissiuè.*

71 *Intellectus l. si per fundum. ff. quemadmodum seruitus amittatur, & l. & si forte ff. si serui. vendice.*

Seruitus legata an amittatur ignorante legatario, cui relicta illa sit, ibidem.

72 *Seruitutes vrbanæ non praescribuntur, nisi cum scientia, & pacientia domini, secus in rusticis, & num. 86. in fin.*

73 *Improbatur à Mascar.*

74 *Sed placet auctori nihilominùs.*

75 *Libertas in seruitutibus rusticis acquiritur per solum non vsum habentis seruitutem absq. facto aliquo alterius, quod secus est in vrbanis, & nu. 78. & nu. 80.*

76 *Libertas in seruitutibus rusticis non dicitur propriè vsucapi, seu praescriptione acquiri, sed potiùs non vtendo seruitus amitti, quod secus est in vrbanis.*

77 *Bona fides non requiritur in paranda libertate cõtra seruitutem rusticam, secus de vrbana.*

79 *Argumentum à contrarijs, quo dicimus contrariorum eadem est disciplina, non procedit nisi vbi militat eadem ratio.*

Argumentum, quo dicimus, nihil esse tam naturale, quàm vnumquodq. eo genere dissolui, quo colligatum est, non procedit nisi vbi est eadem ratio, ibidem.

80 *Seruitus vrbana non potest acquiri sine facto hominis.*

81 *Seruitus districtus, quia vrbana est, requirit, vt amittatur, scientiam, & pacientiam domini, vbi decisiones nostri Senatus.*

Sed

82 *Sed contrarium visus est aliàs declarasse isdem Senatus nostri egregius.*

84 *Conductoris factum non nocet domino.*

85 *Scientia, & tolleratia in materia seruitutum quomodo probentur.*

86 *Scientia, & patientia requisita in præscriptionibus an censeantur etiam requisita in illis, quæ sunt immemorabilis temporis.*

87 *Sententia lata in causis districtus contra aliquos cõprahendit eõs, tam natos, quàm nascituros.*

88 *Sententia lata cõtra aliquos alicuius artis sicut nocet aliis, sic lata pro vno proficit etiam aliis, vbi decisio nostri Senatus.*

89 *Sententia lata contra aliquos alicuius artis quomodo possit executioni mandari contra eos, qui postea nascuntur.*

Regalia, videlicet in curia data, habet locum contra contrafacientes sententiæ regiæ, nedum cõtra illos, qui expressi fuerunt citati, & condemnati, sed etiam contra alios comprehensos, sed quid ad id requiratur, declaratur, ibidem.

90 *Notificatio vt notetur alicui necessium est quòd fiat cum effectione scripturarum, vel detur earum copia, vt constituat aliquem in mora, qui rei gestæ conscius non est.*

Protestatio similiter non constituit in mora nisi fiat vt suprà, ibidem.

Potestatis præsentantis est danda copia vt quis constituatur in mora, ibidem.

91 *Protestans non tenetur dare copiam protestatorum ei, contra quem protestatur, de re cum ipse gesta.*

92 *Supplicari an possit à prouisione regalis tempore quo non supplicabatur prouisæ contra vnum, & postea tractu temporis contra alios continuatę quãdo iam lucata est supplicatio.*

Lex non respicit præterita, ibidem.

GLOS. XVII.

Et cũ omni Dominatione Honorum, & districtu.

1 PRIORA † huius clausulæ verba, *& cum omni dominatione honorum*, parum habent difficultatis, ideò nos in eorum explicatione parùm etiam immorabimur, significant enim, vt eadem ipsa ex se indicant, intentionem nostri donatoris fuisse his vniuersalibus verbis, post tot particularia iura nominata, subsequutis, voluisse nedum ea donando comprahendere, sed & quæcunque alia, quæ sibi vt domino in honoribus, & proprietatibus vassallorum competerent, & competere possent. Quæ autem illa sint, non est quòd nos in præsenti explicemus, postquam passim omnibus apud nostras constitutiones, & practicos doctores obuia fiunt, ac nos iam aliàs huius propositi nonnihil docuimus, ac tradidimus in superioribus clausulis feudorum, & directarum dominaturarum. Vel etiam † possemus verbum, *honorum*, intelligere quòd significet terminum, & territorium domini, quo in sensu intelligitur de eo loqui Raymun. Berenga. vsaticorum Barcinonę conditor in vsatico omnes homines debent firmare &c. prout ibi annotauit Iacob. Cal. nu. 1. pag. 39. col. 3.

2 Quod autem est aliqua particulari nota dignum est verbum, *districtus*, in quo paululùm oportet quòd nos ingeniolum exerceamus nostrum, vt videamus si concedetur forsan aliqua

3 dicere, quę vitis placeant doctis: Districtus † igitur (vt hinc exordiamur) dicitur à distringẽdo, quia distringitur, siue arcetur originarius, & incola, & est vocabulum præcisum, vt dicebat Bal. in c. licèt causam num. 6. de proba. quem

* reliqui communiter sequuntur attestante Bartholo. Berthazol. in trac. clausul. claus. 20. glo. 23. num. 3. Iacob. de Franc. tit. quib. mod. feud. amit. numer. 27. inter decisiones Vincen. de Fran.

4 Hoc † districtus verbo dupplicitèr vti solemus, primò vt eius appellatione territorium, idest locum, & ambitum terræ, & maris intelligamus, in quo Dominus habet iurisdictionẽ, & vassallos, & in hac significatione sumitur in cap. vbi periculum § porrò, de elec. in 6. in clemen. ne romani §. fanè, eo. tit. & in c. licèt causam, de proba. de eo in hac significatione sumpto agunt latè Bal. in d. c. licèt causam, & in §. fi. quib. mod. feud. amit. in vsib. feud. Felin. in cap. Rodulphus, de rescrip. Barthazol. in tracta. claus. clausula 20. glo. 23. per tot. & Pet. Antho. de Pet. abundè in tracta. de fideicom. q. 13. nu. 417. cum sequent. & multi alij, quos ipsi referunt cum illis, quosque nos in superioribus adduximus hac eadem claus. glo. 11. num. 11. dum de illa quæstione egimus, nunquid concesso castro, censeatur etiam concessa iurisdictio, ibi enim doctores idem putant de concessione districtus, videndi sunt etiam quos retulimus in eadem glo. circa explicationem dictionis territorij, à num. 25. quia ipsi plenè disputant quid interest inter territorium, & districtum, & alia plura in hac materia non inlocunda.

5 Secundo verò † modo districtus vocabulo vtimur, pro quadam seruitute, quam prætendunt persæpè Barones, & alij quòd omnes vassalli, vel homines vniuersi alicuius loci teneantur ire ad molendum in molendino ipsorum, vel coquendum suos panes in furno eorundẽ, absque eo quòd possint alia in eodem loco cõstrui sine licentia ipsorum. Et in hac significatione huiusmodi molendina, & furnos dici-

mus

mus molendina, & furnos de districtu, idest ad quæ omnes tenentur accedere ad molen-
6 dum, seu coquendum. In eadem † significatione dicimus notariam, & scribaniam de districtu, id est ad quá tenentur omnes accedere pro conficiendis instrumẽtis, absquè eo quòd possit alius notarius in eo loco instrumenta conficere. In eadem etiam significatione dicimus in Cathalonia fabricam de districtu, quam habere signum est Castri terminati, vti signanter habetur in consuetudi. dioc. Gerundę sub rub. de castro, & iuribus suis, & vidimus in eo Episcopatu plures confessiones emphyteotarum id iuris Domino confitentium.

7 Quo autem † iure, an comuni, an verò iure nostro municipali huiusmodi districtus Dominis permitantur, est quòd vtiliter in præsentiarum discutiamus. Qua in re vt breuem, & expeditam habeas resolutionem dic quòd regulariter nullo iure permittuntur, nec communi, nec etiam municipali, imò vtroq; iure prohibentur: De iure quidem communi ita docent,
* & communem esse doctorum sententiam arrestantur Ioan. Fab. in §. æquè col. 6. insti. de actio. Capi. deci. 209. num. 26. Iul. Clar. in §. feudum quæst. 30. Rol. à Val. in cons. 22. num. 6. lib. 2. Dida. in repeti. reg. possessor §. 4. num. 7. Bru. cons. 56. Nat. cons. 106. Meno. de arbit. Iud. centu. 2. li. 2. cas. 160. n. 8. Boer. decis. 125. per tot. Guid. Pap. decis. 298. cum multis alijs, quos allegat, & sequitur Antho. Thezau. decis. Pedemon. 16. num. 1. & 2. quibus adde Rip. in ca. cum Ecclesia Sutrina num. 44. & 45. de caus. pos. & proprie. nostrũ Socar. in c. si verò num. 49. & 50. in comem. Pet. Albert. pag. 179. Iacob. Canc. var. resol. par. 1. c. 2. de iurisdic. om. Iud. n. 98. Surd. cons. 127. per tot. li. 1. & Ludoui. de Cassanate, post hæc scripta in lucẽ editum, in cons. seu respons. 39. à n. 1. vol. 1.
† Ita *decisum* in parlã. Delphina. attestatur Fran.
† Marc. decis. 123. par. 1. & in *Senatu* Pedemon. Thezau. allega decis. 16. num. 2.

De iure etiam nostro municipali in Cathalonia huiusmodi districtus regulariter etiam cẽ sentur prohibiti, vt docet Ioan. de Socar. in alle ga. c. si verò num. 49. in commem. Pet. Albert. pag. 179. qui licèt constitutiones non alleget, quibus id probetur, communiter tamen hanc prohibitionem districtuum tribuimus constitutioni 4. Com segons, tit. de commer. y segure. de cam. in 1. vol. consti. editæ super reuocatione del destrenyament de Tortosa.

Hanc districtus de iure communi prohibitionem multis modis ampliat, & limitat Thesau. allega. decis. 16. per tot, principalem nos ex dictis ampliationibus hoc loci duximus examinandam, reliquas apud Thezau. & alios videndas relinquentes.

8 Ampliatur † igitur supradicta traditio vt procedat quamuis per legitimum tempus, alias sufficiens ad prescribendum, homines de vniuersitate ad alicuius molendinum, vel furnum accessissent, adhuc ob id non censeretur ius Domino acquisitum ad cogendum homines quatenus de cæterò ad idem molendinum, vel furnũ accederent: rationem † huius dicti afferunt
9 communiter Doctores esse quia talis accessio est meræ facultatis, ex autem, quę talia sunt, non præscribuntur, Cyn. & Bal. ac alij in l. 1.
10 ff. de seruit. Item quia † per non vsum non tollitur facultas actum faciendi, Bar. in l. quominùs nu. 27. ff. de flumin. ita Thezau. vbi suprà num. 1. & 3. Hæc ita passim à Doctoribus docentur, verùm plures sunt ex ipsis, qui ex illius propositionis ignoratione, vel (vt modestius loquamur) non perfecta intelligentia, *in his quæ sunt meræ facultatis non cadit præscriptio*, quę clauis est totius huius materiæ, quáque ad alias quãplurimas nõ semel vti solent, in egregios lapsi sunt errores, existimantes per sæpè aliqua esse meræ facultatis, quæ non sunt, & è contra, nec mirũ,
11 cũ † verbum illud, *facultatis meræ*, omninò cõmẽtitium videatur, ex quo nulla in lege ex allegatis in proposito per doctores, nec in aliqua glo. illud reperiamus ab Imperatoribus Romanis, vel Iureconsultis, aut etiam à Glosatoribus vsurpatum, vti, post aliqualem nó penitendam hac in re factam diligentiam, cõperuimus animaduersum ab Æmil. Ferreto in repetitione l. 3. num. 100. ff. de vsucap. vndè est quòd nos operæ prætium in proposito duxerimus, post ostensam miram doctorũ varietatẽ in huiusce propositionis ad casus particulares accomodatione, & eiusdem intelligentia, alio efficaciori argumento, clarioti, ac securioti resolutionem nostram, qua dicebamus prescriptione acquiri nõ posse quòd quis teneatur ad furnum, vel molendinum alterius accedere, comprobare, ac confirmare, quo forsan fiet vt & nostra resolutio peroptimè comprobata remaneat, & propositio prædicta, *quæ sunt facultatis non præscribuntur*, & tota hęc materia omni ex parte clara, & dilucida, nisi, quod non mediocris eruditionis vitio in hac, & alijs materijs, non semel miserè contigit, suis vt fortuna optatis minime respõdeat, nobis etiam accidat: postquã enim legem non habemus, quæ ad huiusce propositionis cognitionem nos manuducat, saltẽ quæ loquatur, aut vtatur termino, *meræ facultatis*, quo nos vtimur hac in materia, sed ipse sit à doctoribus excogitatus, & legibus nostris, pro vti visum fuit, accomodatus, volentibus necessariò, quòd legislatores, qui leges, quas ad propositum allegant, cõdiderunt, de his, quę sunt meræ facultatis, intelligantur loquuti, licèt de eis nullum verbum faciant, nec eo termino, vel

etiam

etiam (quod plus est) simili quodã alio, ex quo id possit augurari ita intellexisse, vtantur, indè fit quòd magno existimemus opus esse labore, vt hæc exactè, ac perfectè, vt decet, percipiatur.

12 Qui exactius † (vt hinc exordiamur) & ex professo magis rem hanc pertractarunt, & terminos hos explicarunt ex recentioribus (ex antiquis enim vix vnus reperitur, qui ex proposito id oneris susceperit, licèt omnes passim in ore verbum *meræ facultatis* habuerint) sunt Aym. Craueta de antiquitate temporũ parte 4. §. circa præmissa, per tot. Anthon. Gab. in vol. cõmun. conclus. titul. de præscrip. conclus. 10. etiam per tot. Ioan. Corras. missella. iur. ciuil. lib. 6. capit. 21. etiam per tot. Æmil. Ferre. in allega. l. 3. à nume. 100. cũ multis sequent. de vsucap. Iacob. Meno. de arbit. iud. lib. 2. centu. 1. cas. 44. & Tib. Decia. in consi. 108. à nume. 21. cum sequent. volu. 3. Hi omnes ex professo generaliter, non se stringendo ad certum, & particularem aliquem casum, propositionem prædictam, *in his quæ sunt meræ facultatis non cadit præscriptio*, explicare enixè conati sunt, & quomodo, & qualiter sit intelligenda, interpretari, verùm sic, præter opinionẽ post multum laboris, res eis successit vt per quæ multum lucis afferre omnibus arbitrati sunt ad hæc clarè percipienda, per ea maximas imò possuisse tenebras, quibus res difficilior appareret, iudicabit nullo negocio, qui eorum scripta cũ diligentia legerit: quod vt manifestius fiat, eorum dicta in proposito breuiter referemus, & mox ad nostrum argumentum accedentes ab hac nos materia (vtinam fæliciter) expediemus.

13 Audite igitur † imprimis Bar. qui in l. 1. nu. 4. ff. de condic. ex lege, duo dicit ex quibus rem hanc existimat fieri clariorem, primum quòd vbi dicatur meta esse facultas, vbi ius nõ est, sed factum, & quòd tali casu verum sit non dari locũ præscriptioni, in quo eisdem ferè verbis vtẽs, ac eadem allegans Bathol. him sequitur, licèt nõ alleget, noster Anthon. Oliba de actio. parte 1. lib. 3. cap. 3. numer. 86. quem Cancer adducit in 3. parte var. cap. 15. de iur. Castro. num. 50. Carpitur tamen Bar. à Ferre. in allega. l. 3. numer. 100. versi. *vnus modus* ff. de vsucap. quòd non aduerterit in itinere, & alijs seruitutibus facti quæstionem esse, & ius aliquid esse incorporeum à facto separatum, quod nullibi cohæret, & tamẽ

14 in eis datur præscriptio. Secundò † dicit Bart. signum esse quòd aliquid sit facultatis si non præscribatur, non considerans id esse, quod nos quærimus, quare in his, quæ facultatis sunt, non cadat præscriptio.

15 Bal. † in cap. significante, numer. 10. extra de appella. putauit hanc facultatem non esse neq; libertatẽ, neq; seruitutẽ, sed potestatẽ quãdam, eamq; appellauit quasi possessionẽ negatiuã ex l. x. quã citat cum ibi nota. C. de seruit. & aqua, non considerans quòd si ita esset, nomen procul dubio assumeret ab ea parte, cuius de iure quærendo agitur, vt ecce, molẽdinum domini est, eo vsi sunt opidani lõgissimè: dominus nihil præstat præter pacientiam: pacientia acquirit o-

16 bligationem alteri: est enim † pro traditione, l. quoties 2. ff. de seruit. deberet igitur si ita esset dici potius facultas respectu opidani, quàm ipsius domini, verba sunt formalia Ferreti vbi suprà, quæ ideò hoc loci retulimus, vt quisque videat num ipse maiori dignus sit reprehẽtione, quàm Bal. qué carpit, ex eò quòd tam obscurè loquatur vt vix possit eius mens percipi, & tam extra propositum rei, quam tractamus, & ipse tractabat, vt vix inter rem vnam, & alteram connexitas aliqua valeat considerari.

17 Ang. † Inmol. & Roma. in l. si finita §. postea autem ff. de damn. infec. cũ plurib. alijs relatis per Anth. Gab. cõmu. conclu. lib. 5. titu. de præscrip. conclu. 10. n. 8. adde Aym. Craue. de antiq. temp. p. 4. rub. circa præmissa nu. 37. Franc. Veg. cõs. 35. n. 4. Ioan. Pet. Bim. cõs. 37. n. 7. p. 1. tẽ hanc ita declarant, vt tunc adesse, ac dici meram facultatem omninò imprescriptibilem existimẽt quando illa non habet ius, quod possit ad iudiciũ adduci. Verùm ij doctores nõ considerant quàm difficile sit regulam hãc generalem, casibus particularibus, pro quibus dicendis in foro versamur, ita applicare, ac accõmodare, vt nulla possit indè maior difficultas oriri, ac quàm etiã difficile sit cognoscere, & distinguere quando facultas ipsa ius dicatur habere in iudicium deducibile, & quando nõ, quod forsan difficilius cognitu foret, quàm nostra principalis regula explicatu.

18 Ioan. † Corras. missellan. iu. lib. 6. c. 21. quem, eius suppresso nomine, videtur sequi Dida. var. resol. lib. 1. c. 9. nu. 2. vt resolutiuè, & breuiter ab eis sese difficultatibus expediret, quãdam breuem distinctionem excogitauit, quæ si vera foret, non est dubium quin tes hæc, quam tractamus, faciliter perciperetur, Corrasijq; diligẽtia magno nos labore subleuasset: dicit igitur nu. 5. propositionem veram in his tãtummodo, quæ publicæ sunt facultatis, publicæ vtilitatis fauore, vt in via publica, vt in l. viam ff. de via publica, vbi Accur. secus verò dicit esse in his, quæ non publicæ sunt, sed priuatæ facultatis, in quibus non versatur fauor publicus: nam hæc (inquit) præscriptione tolli possunt, ad quod allegat. l. si quisquam ff. de diuer. & tempor. præscrip. l. in bello §. si quis seruum ff. de captiui. Verùm non aduertit is doctor distinctionem hãc pugnare cum communi doctorum opinione in distinctẽ, ac intrepidè asserente tam in his, quæ priuatæ sunt facultatis, quàm etiã in eis, quæ publicę, ppositionẽ locũ habere nã, vt apparet ex illis, quos suprà retulim⁹, & colligit ex l. proculus

lus ff.de damno infec.l.1.§. denique Marcellus, & l.si in meo fundo ff. de aqua pluuia. arcen, adductis in proposito per Dida.de prescrip. 2. parte § 4.num. 6. Indè meliùs Gab. in commu, conclu.titul.de præscrip, conclu.10.& Thesau, allega.decis.16.num.3.hac de re loquentes non dicunt simpliciter regulam superiùs constitutam solùm procedere in his, quæ sunt facultatis publicæ,sed quòd multò magis in eis regula locum habeat. Hanc differétiam inter facultatem publicam, & priuatam in expresso reprobat Cassane.consi.11.nume.51.

19 Fran. † Bal.de prescrip.in 4. p. 2.p.princip.q, 1.nu.3.post Bar.in l.1.nu.4.ff.de condic.ex lege, quem sequti fuere Meno.de arbit.iud.lib.2.cétu.1.cas.44.n.10.& Decia.allega. consi.108.nu. 22.vers.3.est,dixit ea dici esse facultatis meræ vt in eis non cadat præscriptio quando fiunt pro conseruando iure suo iam in esse producto, id quod etiam,decidendo pulchrũ casum deRectore erigente nouiter proprios carceres cũ antea à multo tempore consueuisset ad Abbatem recurrere pro executione suarum sententiarũ vt incarceraret seculares,& puniret,sequuta est Rot.Roma.apud Achil.de Gras.decis. 108. sed quid,quæso, hac propositione obscurius?

20 Felin.† in c.cum accessissent n.17.de consti. quem sequitur Gabriel allega.cõclu.10.de prescrip.nu.11.cum pluribus,quos allegat,ita regulã declarat, vt si facultas competat alicui ex contractu, veluti si sit facta inter aliquos conuétio de vendendo quandocunq; soluatur certa quãtitas,tunc huiusmodi facultati prescribi potest. Verùm ea opinio non est adeò certa vt existimant supradicti doctores,imò contrarium plures grauissimi viri tenent in facultate, quã quis habet vigore pacti de retrouendendo in venditione appositi, vt nunquã ei prescribatur, quorũ plures refert Gab.d.lib.5.cõmu.conclu.titul. de prescrip.cõclu.6.Anth. Gom. var.resol.to.2, c.2.num.18.& Iacob.Can.var.resol.p.1.ca.15.de emp.& vendi.n.18.Item per huiusmodi declarationem non declaratur, prouti oportet, regula nostra,quam intelligere satagimus,*in his quæ facultatis sunt nõ cadit prescriptio* cum per casum regulæ particularem ab ea exceptũ non sequatur perfecta regulæ cognitio, imò semper reincidimus in eandem difficultatem,quid intelligatur esse meræ facultatis quando ea nõ competit ex contractu.

Sic (omissis alijs vulgaribus declarationibus, & tei,quam tractamus,interpretationibus legẽdis in locis (suprà citatis)doctores nostri(rẽ difficilem per difficiliorem explicantes)propositionem illam, *quæ sunt facultatis nõ prescribuntur*,declarant,quibus nullus, meo iuditio,erit,qui cõtentus dicat se perfectè materiã percepisse, quẽ quadhuc non teneat vlterioris declarationis de sideriũ;omnes enim, quæ superius traditæ fuere aut obscuriores sunt regula ipsa, aut certè non ex omni parte eam claram, & manifestam reddunt. Verùm quis ego sum, qui post tot viros doctos,deq; Iurisprudentia nostra optimè meritos audeam id oneris suscipere? quicquid tamen sit, non possum terga vertere, meam in his aperiam sententiam, & meum argumẽtum proponam ad id, quod polliciti sum, confirmandum,qui nempè fiat quòd prescriptione acquiri non possit, vt teneatur quis ad molẽdinũ, vel furnum alterius accedere, quod si alijs non satisfecerit, mihi tamen ita omni ex parte regulam claram reddit vt nihil penitùs difficultatis, vel obscuritatis, quod alia egeat declaratione, modo aliquo in me remaneat: indè videbũt lectores num ná possint eius etiam propositionis, *quæ sunt facultatis non prescribuntur*, perfectã cognitionem,& intelligẽtiam haurire.Ratio igitur, qua ego existimo apprimè comprobari, nõ posse præscriptione acquiri quòd quis teneatur ad alterius molendinum, vel furnum accedere,est 21 quia † tempus solum non est modus, nec vim habet inducendæ obligationis, iuxta vulgarem reg. tex. in l.obligationum ferè §. placet, & ibi * omnes, ff.de actio.& obliga. ac † proindè seruitus nunquam acquireretur nisi vsus accederet, 22 l. si quis diuturno cum simil.si serui. vendi. Et hoc est quod dictat iuris regula, prescriptionem 23 non procedere sine possessione, quæ, † licèt cõtrouertãt doctores num nam iuris sit, vel facti, prouti latè disputat in vtramque partem Fului. Constãtin.in prin.insti. de vsucap.per octo numeros,& nonnihil, post alios,Dida. in reg.possessor,de regul.iur.in 6.in initio 2.partis nu.2 & 3.nihilominùs negari mihi nõ potest quin ipsa dum capitur pro eo, quod semper principium est ipsius,pro acquisitione scilicèt (tria enim esse consideranda in possessione interse se diuersa,acquisitionem,retentionem,& ipsam possessionem vt est in esse producta, docet post Bar.& doctores in l.1. ff. de acquir. possess. & Franciscum Rip.in rub.de caus.possess.& proprie. Dida.vbi superiùs ante numerũ primum) imò & quando pro ipsa retentione sumitur, factum sit, & non ius,l.1.§.adipiscimur, & §. si vir ff.de acquir.possess. cũ simil. l. denique ff.ex quibus caus.maior.l.pupillum,de acquir. possess. Dida. loco iam allega.ante numer. primũ,versi. *primò hinc deducitur*,& numer.1.versic. *his appertissimi*, Gayl.de pace pub.lib.2.cap.3. numer.11. si ergo possessio est necessaria ad inducẽdam prescriptionem, & ea esse non possit sine acquisitione ipsius,acquisitio autem sit quoddam factum ex parte acquirentis, & ipsius factum presupponat de necessitate, vt dictum est indè fit quòd vbi nullum factum intercesserit ex parte eius, qui præscriptionem prætendit, dici

non

non poterit prescriptione aliquid acquisiuisse: vnde finaliter consequitur quòd cum in casu, quē tractam⁹, nullum considerari valeat factū ex parte eius, qui molendinum habet, quo potuerit dici possessionē aliquā acquisiuisse, indè resultat manifestissima ratio cur nemo possit cōpelli ad molendinum, vel furnum alterius accedere, licèt per tempus antiquum, aliàs sufficiens ad prescribendum, ad illa accessisset, cū tempus illud nudum, ac solum potens non sit ad obligationem inducendam.

24 Et hanc † existimò esse rationē quare dicatur, per actus alterius voluntarios nullam mihi acquiri possessionē, glo. vlt. in l. solet ff. de offic. proconſ. Bar. in l. cum de in rem verſo, ff. de vſu. Meno. de arbit. caſ. 160. n. 10. cum enim nullum adſit factum ex parte prætendētis possessionē, ſine quo impoſsibile eſt eam acquiri, vt ſuperi⁹ dicebamus, indè eſt quòd possessio non poſsit conſiderari in huiuſmodi actibus, viden. Dida. in allega. reg. poſſeſſor 2. p. §. 4. n. 6.

Nec mihi obijcias quòd non videatur deeſſe factum ex parte eius, qui molendinū tenet, vel furnum, parat enim, & paratum habet molēdinum, vel furnum, molet triticum, vel panes coquit, quia reſpondeo quòd id aut facit ad ſuum vſum, aut ad acquirendam mercedem, quod genus factorum nullibi reperitur quòd obligatorium ſit reſpectu accedentis, ſicuti † nec obligationem inducit aliquā factum eius, qui operas ſuas alicui locauit, etiam ſi ſit tale factum cum longinquitate temporis coniunctum. nō enim inter locatorem, & conductorē procedit prescriptio, ex l. malè agit, C. de prescrip. 30. vel. 40. an. prouti pluribus comprobant Aym. Craue. de antiquitate temp. 4. p. §. *materia ſingularitatis*, n. 100. & Ferdin. Vaſq. cōtrouer. vſufrequen. lib. 1. c. 4. n. 16. quicquid in contrarium dicat Bal. in d. l. malè agitur, & in l. omnes C. d prescrip. 30. vel 40. an. circa quod ſi plura volueris videre cōſule Ioſeph. Ludoui. deciſ. peruſ. 106. p tot. Quod

26 † autem in iſtis factis adſit locatio probat non obſcurè I. C. in l. Sabinus, & in l. conuenit, de cō tra. emp. & Imper. in §. item quæritur, inſt. loca. Fabia. demōte de emp. & vendi. q. 2. n. 28. & Parlador. rer. quotidia. lib. 1. c. 3. n. 10.

Per hæc ſatis, meo iudicio, apertè demōſtratur quæ ſit ratio, ob quam dicam⁹ prescriptione acquiri non poſſe quòd quis ad alterius molendinū, vel furnū accedat, abſq; eo quòd ad refugiū illud, quòd ſit mercę facultatis, cōmentitiè p doctores excogitatū, non ſatiſq; huc vſq; intellectū, & interpretatū, confugiamus, à quo ego valdè abhorreo, quippè qui ſciam quàm ſit difficile noſce qui actus meræ ſint facultatis, & qui non, preſertim poſt tantas, tamque diuerſas ea in re doctorum ſententias, & cogitationes in lucem editas.

27 Cæterum † an ſaltem proſit in his lōgiſſimi, velut immemorialis, tēporis curſus, dubitationis eſt non modicæ, in qua Cyn. ac Bal. & alij in l. 1. de ſeruit. & aqua, ac plures alij nō modicæ auctoritatis viri, quos refert Dida. in reg. poſſeſſor 2. p. §. 4. n. 6. vers. *poſſeſſor reſpōſio*, Theſau. allega. deciſ. 16. nu. 2. & Caſſana. allegato conſ. 39. nu. 2. abſq; difficultate reſoluunt concluſionē, ac reſolutionem noſtram procedere etiam ſi per mille annos quis ad furnum alterius, vel molendinum acceſſiſſet, vt non cogatur vlteriùs ire: rationes hui⁹ ampliationis adducit vbi ſuprà Theſau. quas ſuppreſſo nomine poſtea refert Caſſanate eo loco, qui ſuperiùs eſt allegatus, tū quia talis acceſſio mercę ſit facultatis, ac propterea nō poſſit in ea cadere poſſeſſio, ſine qua prescriptio nō procedit, vt tradidimus in ſuperioribus,

28 tum etiam † quia per non vſum non tollitur facultas actum faciendi, ex Bar. in allega. l. quominùs nu. 27. de flum. Rochus de Cur. de conſue. ſectio. 4. c. fi. n. 77. Socin. in conſ. 272. non procedēdo, lib. 2. Surd. allega. conſ. 127. n. 23. & 82. lib. 1. atq; ita *declaraſſe* ſenatum Pedemonta. aſſerit idem Theſau. allega. deciſ. 16. d. n. 4.

29 Alij † autem contrariam tenuerunt opinionē exiſtimantes immemoriale tempus efficere, vt qui ſolitus eſt ad molendinū, vel furnū alterius accedere, cogi poſſit, ac compelli ad idē in futurū, quos latè refert Theſau. allega. deciſ. 16. n. 4. Ita dicit *deciſum* in Senatu Burdegal. Nicol. Boer. deciſi. 125. in fin. ſuntq; pro hac opinione rationes, quæ non modicùm ſtringere videtur.

30 Primò † quia immemorialis prescriptio vim tituli habere dicitur, conceſſionis, priuilegij, ac conſtituti, l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua, c. ſuper quibuſdā §. præterea, de verborum ſig. Minſyng. obſer. 30. centu 1. n. 2. Bim. cōſ. 37. n. 3. lib. 1. habetur latè in vol. com. opinio. p. 2. loco 6. tit. 4. c. 12. per tot. Veg. cōſ. 33. n. 16. & conſ. 34. n. 4. Craue. de antiquit. tēpo. p. 4. §. abſolutis, nu. 9. imò † omninò cenſentur ſupradicta probata per huiuſmodi temporis curſum, Iaſ. in §. omnium nu. 72. inſt. de actio. Minſyng. vbi ſuprà n. 1. adeò vt probatio tituli nō requiratur, Theſau. vbi ſuprà poſt Iaſ. & alios in l. quominùs ff. de flumi. ſed ſi adeſſet verus titul⁹, vel cōceſſio legitimè facta, nemo dubitat quin ius tribueret compellendi, vti inferiùs dicetur, ergo eodem modo idem ius ſpectabit ex huiuſmodi longeua poſſeſſione.

32 Et nedum † immemorialis conſuetudo, & prescriptio vim habet priuilegij, ſed imò eo eſt potentius, difficiliùſque tollitur acquiſitum conſuetudine, vel prescriptione, quàm priuilegio, Innoſcē. in cap. accedentibus, de priuileg. Aym. Craue. de antiqu. tempo. parte prima in prin. num. 43 Moli. de Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 2. num. 20. & dicitur † quaſi alterum ius na-

33

UAB Biblioteca de Ciències Socials

turale, quod immutari nō poteſt, Bal. conſ. 439. incip. ampliùs col. 4. in fi. lib. 3. Aym. Craue. cōſi. 238. num. 8. & 9. legendus eſt in ſupradictorum, & aliorum, quæ adduci poſſent, corroborationem Ioan. Garcia Gallec. de nobili. gloſa 12. à num. 53. verſic. *modo reſtat*, cum multis ſequent. vbi cum diligentia cumulauit quę à doctoribus traduntur de vi, & virtute curſus temporis immemorialis, aliqua non penitenda tradit Anto. Oliba in vſat. alium namq; cap. 13. à num. 6. cum ſequent. de iur. fiſ. plura Anthon. Gab. lib. 5. cōmu. concl. titu. de preſcrip. concl. 1.

34 Item † quia prohibita preſcriptione regulariter non cenſetur ea prohibita, quæ immemorialis eſt, quæq; hominum excedit memoriam, ita, poſt antiquos, ſingulariter docent Craue. de antiq. tempo. parte 4. §. materia ſingularitatis, num. 43. Dida. var. reſolut. lib. 3. cap. 13. num. 5. Alex. Moneta de diſtrib. quotidia. part. 2. q. 12. num. 22. perpulchrè, ac latè Fráciſcus Vegius in cōſi. 34. per tot. & dicem⁹ infrà in fine glo. cēſuū.

35 Tertiò quia † preſcriptio immemorialis habet locum vbi etiam ius reſiſtit, tex. eſt elegans in cap. 1. in fin. de preſcrip. in 6. ſingulare eſt cōſ. Iaſ. 208. num. 2. verſi. *tertiò nota* vol. 2. Veg. allega. conſi. 33. nūme. 17. ex quibus omnibus conſequi videtur poſſe per curſū lōgiſſimi tēporis ius quęri cōpellēdi alios, vt ad ſuū molēdinū, vel furnū accedant, ſicuti à dicto tempore conſueuerunt.

36 Accedit vltimò † quod pluribus de vi immemorialis temporis curſus probat Dida. (eius ſola allegatione hac in re ſum cōtentus, quia pulchrè loquitur, & perfectè) in reg. poſſeſſor in initio 4. partis relectionis num. 8. & ſignanter verſ. *denique, mihi magis placet*, in his in quibus nō datur regulariter poſſeſſio, nec preſcriptio abſq; alterius ſcientia, & pacientia, prouti eſt in ſeruitutibus, ſuam nihilominùs vim habere longiſſimi temporis curſum, etiamſi talis ſcientia, & pacié tia nō probentur, ecce ergo quòd in his, in quibus non datur poſſeſſio, nec preſcriptio, niſi certis cum qualitatibus, quæ probari habent per eum, qui ius prętendit ex preſcriptione acquiſitum, viuat nihilominùs immemorialis temporis curſus abſq; huiuſmodi qualitatibus, ſic igitur videtur in noſtro caſu dicendum, quòd licèt poſſeſſio, & preſcriptio aliter de iure nō procedant regulariter in hac materia, prętereā ſi ꝓbētur aliquæ qualitates, quæ ad legitimā poſſeſſionē & preſcriptionē regulariter ſint neceſſariæ, de eis nō ſit curandum licèt nō probētur qñ cucurrerit tēp⁹ lōgiſsimū immemoriale, ſed

37 imò † tūc ex tāti tēporis curſu preſumi poterit poſſeſsio acquiſita eo modo, quo acquiri poterat, vt dicebat Salice. in l. auctoritatē, C. vnde vi, & refert Dida. in relec. reg. poſſeſſor in initio n. 8. circa fi. & in ꝓpria nra materia in §. 4. eiuſdē relec. 2. p. n. 6. verſ. *poſterior reſponſio*.

Adiunge ſupradictis quę de virtute huiuſmodi immemorialis temporis curſus, vltra ſuperiùs allegatos, Felin. docet in tub. de preſcrip. & plures alij, quos refert Eman. Soar. à Ribey. in addition. ad Anth. Gom. to. 2. var. c. 15. in littera q.

Hæc dubia valdè reddiderunt Aym. Craue. Dida. Couar. & Antho. Theſau. (viros quidem vndiq; doctiſsimos, quorū dicta ſolent ſummè, nec immeritò, à doctis venerari) in locis ſuprà allegatis, ne faciliter explicarēt quænam ex his opinionibus ſibi verior, & iuſtior appareret, ac proindè quilibet ex ipſis certum reſpondendi modum huic quæſtioni, & difficultati excogitauit, quo licèt alteram ex dictis opinionibus amplecti videretur, ita tamen id faceret, vt dici non poſſet cōtrariam omninò reiecisſe: Craue. enim in allega. trac. de antiqui. tempo. 4. p. verſi. *circa premiſſa*, num. 43. interpretādo dictum Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, verſi. tertia declaratio, de conſtit. dicit † dictum Felin. eo loci tenē-

38 tis quòd ſi quis hoſpitatus fuerit alium per tempus, cuius initij memoria hominum non extet in contrarium, cogi gratis hoſpitari in futurum, fore intelligendum quando ex qualitate perſonarū, aut ex cōiecturis poſſet apparere quòd ex debito, aut iure ſeruitutis, nō ex mera gratia, fieret hoſpitatio, vt quia hoſpitatus tale ius hoſpitādi peteret tamquam ſibi dēbitum, putà ſcribēdo litteras, vel mittendo nuncios ad dñm domus pro parando ſuo hoſpitio, vel dicendo dño domus, facias debitum tuum, vt benè recipiamur, vt decet: tunc enim (inquit Craueta) ſi cum huiuſmodi coniecturis concurreret tēpus immemoriale hoſpitandi, ex hoc acquiſitū proculdubio foret ius in futurū: Doctrinam † hanc

39 probat Meno. de arbit. iudi. caſ. 160. num. 19. cuius ratione ego cuidam vniuerſitati in facti cōtingentia conſulebam bonam futuram, ne ſibi præiuditium pararetur, aliqualē proteſtationē, quæ fieret litteris dñi ſui, quæ, quoties ipſe ire volebat à preſenti ciuitate ad eum locum, ſolebāt per eundem miti ad vniuerſitatem petendo ab eadem, quaſi iure ſeruitutis, quæ tamen nulla erat, quoſdā homines, qui expēſis vniuerſitatis Barcinonē accederēt, indèq; comitarēt dñm ad locū vniuerſitatis, aduerti (inquam) bonā futurā proteſtationem ne in futurū dñs hos voluntarios comitatus iure ſeruitutis prętenderet, exiſtimando eam acquiſitam ex lapſu temporis cū ſupradictis coniecturis, per Craue. auctoritatē ſuperiùs relatam.

40 Dida. † autem in d. §. 4. 2. p. de preſcrip. nu. 6. verſi. *poſterior reſponſio* circa fi. & verſ. *poterit etiam* diſtinguit inter allegationē huiuſmodi preſcriptionis, & ſeu immemorialis tēporis curſus ſi vno modo fiat, & eandē allegationē ſi aliàs alio modo, aut eā (inquit) allegatur huiuſmodi tēporis immemorialis curs⁹ in vim preſcriptionis, quaſi

per

per illam illa inducta censeatur, & tunc opinionem dicentium indè ius acquisitum esse compellendi alios ad suum furnum, vel molendinum accedant, ita demùm veram existimat, nõ quasi ex huiusmodi actibus modo aliquo præscriptio dici possit inducta; propter illud, quod dicebamus, ex actibus voluntarijs etiam milliès multiplicatis non posse legitimam confici præscriptionem, cum in eis non detur possessio, sed quasi ex hoc tẽpore præsumatur quasi possessio acquisita eo modo, & forma, quæ de iure necessaria est, per prohibitionem scilicèt alijs factam, quoties voluerint ad alia molendina, & ad alios furnos accedere, nec adhuc simpliciter huic declarationi acquieſcit, sed addit Dida. adhuc oportere vt huiusmodi temporis cursus eo modo allegatus prodesse possit, quòd probentur aliquot prohibitiones in ipsius temporis tractu contingentes, licèt ipsæ ita antiquæ nõ sint, vt ipsa immemorialis possessio ab eis processerit, sed sufficit probatio prohibitionum aliquot, quæ motam litem 30. 40. aut 50. annis præcesserit: tùne (inquit) præsumã ex hoc immemorialem quasi possessionem, ac prohibitionem processisse. Hæc docet Dida. quo ad primum caput. Aut verò (inquit) hic immemorialis vsus allegatur, & in iudicium deducitur, non in vim præscriptionis, sed ad probationem tituli, quem actor asseuerat se ipsum habere ad ius percipiendum: tunc enim cum ex huiusmodi temporis cursu priuilegiũ probetur, & titulus, vt docuimus in superioribus, videtur (inquit) in hac specie respondendum iustitiam fouere qui huiusmodi temporis cursum allegat absq; probatione alicuius prohibitionis. Cæterum ex his quæ docent Pet. Iacob. Rip. Craue. Boer. & alij, quos allegat isdem Dida. quotumq; nos in superioribus, meminimus, scilicet non sufficere huiusmodi temporis cursum nisi à die prohibitionis legitima præscriptio processerit, ré postea isdem Dida. dicit effici satis dubiam, consentiteque opinionem horum vltimò relatorũ doctorum procedere quoties actum sit de acquirendo iure merè, & simpliciter negatiuo, tunc enim (inquit) nisi probetur prohibitio acquiri non potest ius negatiuum etiam tempore immemoriali. exemplum ponit de l. qui luminib⁹, vbi Accur. ff. de seruit. vrb. pręd. vbi meus vicinus domum habens, aut aream propriam, per centum annos, aut deniq; mille altiùs eam non edificauit, minime ego possum asserere mihi acquisitum esse ius seruitutis altiùs non tollendi contra vicinum, imò ipse poterit liberè altiùs tollere. Addidit ad finem isdem Dida. de re hac oportere exactè cogitare quoties quæstio in praxim inciderit, legendosq; tunc fore diligenter præcitatos auctores. Ex quibus vides quam anceps, & dubius fuerit vir ille doctissimus hac in re vt vix ex eius dictis, quid ipse tenuisset, percipi possit.

41 Accedat † Antho. Thesau. in allega. decis. 16. & videamus quid in hoc sentiat, is postquam docuit Senat. Pedemon. de anno 1583. *declarasse* † non obstante immemorialis temporis cursu teliquendũ esse liberæ voluntati subditorum, an velint molere ad molẽdina dominorum, addit nu. 4. vers. *sed quæritur*, quòd quia maximam rebus auctoritatem vetustas tribuit, ideò valdè periculosum existimat in re dubia contra immemorialẽ vsum iudicare, ideòq; quòd ipse ita iudicare valdè dubitaret, maximè si starẽt aliquæ coniecturæ, quæ prætentionẽ ex immemorialis temporis cursu orientem iuuarent, quales (inquit) foret quòd furnus esset antiquus in villa, & tamen homines ad illum non accederẽt, sed per immemoriale tempus ad furnos dñi accessissent, vel viderentur ruinæ furnorũ semel extructorũ, aut deniq; inuestitura facta esset cum furnis, & post inuestiturã soli furnos habuissent dñi, tunc enim (inquit) ex hoc cẽserẽ ius fore dominis acquisitum prohibendi subditis ad alia molẽdina, vel furnos accedere. Hunc in hoc sequitur Cassana. in allega. cons. 59. nu. 48.

Ecce quòd ex supradictis apparent taliter se se in quæstione, quam disputamus, hos doctissimos viros, qui ex professo eam pertractarũt, habuisse vt vix suã explicauerint opinionẽ, ac vix declarauerint num nam affirmatiua, vel negatiua eis opinio placeret, quod certè magis dubiã quæstionem, satis ex se aliàs difficilẽ, reddit.

42 Ego † in hac dificultate resolutiuè censeo, licèt timidus, nec mirũ, vbi tot viri clarissimi trepidasse visi sunt, dictum immemoriale tempus id efficere vt qui per illud solitus sit ad alterius molẽdinũ, vel furnũ accedere, cogi ad idẽ possit in futurũ absq; illis, vel alijs, quas requirunt Dida. Thesau. & Cassana. vbi supetiùs, cõiecturis, eas tñ magni nihilominùs facerem si in casu occurrenti concurrerent, idq; ego nõ probo quasi existimẽ per huiusmodi tẽporis cursum præscriptionem legitimã fuisse inductã, qua acquisirũ velim ius compellendi alios ad suũ molendinũ accedere, & ad alterius ire prohibẽdi, id enim fieri nõ potest ex deffectu possessionis, quæ requiritur in omni præscriptione, quæque in nostro casu considerari nõ potest, vt superiùs docuimus, sed quasi ex tanti tẽporis cursu, quo ita obseruatum est, titulum præsumam, acquẽ liber præsumere debere arbitrer, habilẽ, & sufficientem intercessisse, purà priuilegium, & cõcessionem eius, qui concedere poterat, vel pactũ, & conuentionẽ inter eũ, qui furnum habet, & eos, qui ad illum per tantũ tẽporis spatium accedere consueuerint inita, & conuenta, vel quid simile, quo mediante compellere eos possit ad eũndum ad suum molendinum; vel fur-

num, & consuetudinem illam obseruandam, debet tamen is, qui furnum habet, vel molendinum, taliter se in hoc habere vt priuilegium prædictum, & concessionem, vel pactum, & cõuentionem alleget, & ad ea probanda inducat cursum temporis immemorialis, per quam probationem dubio procul, meo iudicio, absque alio adminiculo, suum diceret probasse intentum, prout abundè satis ex Dida. & alijs doctoribus in superioribus confirmauimus.

43 Est enim† (vt hoc vnũ suprà traditis addam[9]) eiusmodi temporis immemorialis cursus natura, vt per illum, allegatum priuilegium, absq; alia probatione satis superque probatum existimetur, ita ex Bar. *in* l. cum de in rem verso, de *vsur.* & nota. per doctor. *in* l. si certis annis C. de pac. docuit noster Oliba, grauissimus sane vir, in vsat. alium tamque cap. 15. nume. 8. de Iu-
44 sti. in nostris constitutionibus. Ex qua† resolutione satagit isdem auctor ibidem defendere possessionem plurium rerum spiritualium apud laycos (omninò incapaces) existentium, quæ aliàs nullo pacto, nullo q; modo defendi posset, nisi eo modo, quo ille interpretatur, allegando scilicet priuilegium, & concessionem eius, qui concedere potest, Romani Pontificis, & ad eius probationem immemorialem possessionẽ, vel verius immemorialem temporis cursum (non enim datur *possessio in laycis rerum spiritualium*, cap. causam quæ, & c. accedentes, de præscrip. & ibi dd.) per hæc enim (inquit) satis dicetur laycus, etiam quoad spiritualia, prætentionẽ suam iustificasse: sunt autẽ iura spiritualia, quæ hoc modo noster Oliba in laycis defendit, præbenda canonicalis, quam Rex Aragonum habet in Ecclesia Barcinonẽ, & vnus ex illius Canonicis nuncupatur, Comes Empuriarium in Ecclesia Gerundæ, & Rex Franciæ in pluribus Ecclesijs sui Regni, decimæ, in quarum possessione layci reperiuntur à tempore immemorialibus eligendi, & conferendi, & similia: si ergo in enarratis, in quibus nulla cadit præscriptio, nec possessio, cursus immemorialis temporis id efficit, vt allegatus titulus per eum probetur, cus non etiam idem & nos resoluemus in nostro casu, licèt is sit talis, in quo non possit habere locum præscriptio, nec etiam confidetari aliqua possessio?

45 Et licèt† non me lateat hanc Olibæ doctrinam difficultatem non modicam habere in casu, in quo ipse loquitur, respectu scilicet rerum, quarum layci incapaces omninò sunt, in quibus nolunt doctores quòd sufficiat immemorialis cum allegatione priuilegij, nisi simul fama illi[9] probetur, vt habebis ex multis, quos cum diligentia post Anthon Gab. conclu. 1. de præscrip. à nu. 16. Meno. de præsump. lib. 6. præsump. 86. Sahagun in cap. 2. de iudi. num. 167. & Azor in iusti. moral. lib. 5. ca. 12. quæst. 1. vers. *sed obijcitur* & alios, retulit Nicola. Garcia in tracta. de bene fi. multò potest hæc scripta in lucem edito, parte 1. cap. 2. à numer. 8. cũ multis sequen. vbi signãter plures refert recèns in Rot. Roma. de hoc
†† factas *decisiones*: licèt (inquam) ex his periclitetur doctrina Olibæ vbi suprà, nihilominùs in nostro casu non poterit dubitationẽ probabilẽ admittere, ex eo quòd non tractemus de re, cuius laycus sit incapax, sed imò multùm capax.

46 Nec obest †quod mihi fortiter obijci potest, regulam præsumptionis tituli excursu temporis immemorialis locum nõ habere in iuribus negatiuis, in quibus ex parte illa prætendẽtis nullum adfuit factum successiuum potens ad ius acquirẽdum: exemplum huiusce rei est clarum apertum, & manifestum *in* seruitute altiùs non tollendi ædes, licèt enim quis per tempus immemorialẽ, imò & per mille ãnos steterit quominùs domum suam altiùs tolleret, non propterea dici potest mihi ius aliquod seruitutis altiùs non tollendi contra vicinũ acquisitum, vt possim eum altiùs tollere prohibere, quinimò potetit ipse liberè ædificare, l. altiùs, & ibi doctores, C. de seruitu. & aqua, vndè habes hunc temporis cursum, quantumcunque immemorialis, nihil in his iuribus negatiuis efficere, nisi vlteriùs probetur prohibitio, quòd videlicet cũ vellet vicinus ædificare, eũ prohibui, pulchrè Dida. de præscrip. 2. parte §. 4. nume. 6. circa fin. And. Gayl. prac. obser. lib. 2. obser. 69. nu. 9. Antho. Gom. tom. 2. var. cap. 15. de seruit. nume. 18. ver. *Item adde*, & post hos, alios Alex. Rauden. decis. Pisana 9. nume. 6. qui benè hanc, & alias fallentias ad regulam *ex cursu temporis immemorialis præsumitur titulus*, tradit, post Ioan. Gatciam Gallec. in trac. de nobili. Hispan. glo. 12. à nu. 68. cum sequent. ab eo prætermissum.

47 Respondemus enim† hic nos non agere de seruitute merè negatiua omni prorsùs facto eã prætendentis destituta, sed imò de seruitute molẽdini, in qua factum adest ex vtraque parte, molet enim molendinum habens, & illud ad id paratum habet omnibus de ciuitate, seu villa, & illi vniformiter, & sine intermissione eò accedunt, & semper accesserunt ad sua bla. da molenda, certa mercede inter eos conuenta, quæ quidem facta licèt in superioribus resoluetimus sufficientia non esse, nec potentia ad præscriptionem inducendũ, ad èa via ius acquirendum, quia nulla poterat in eis considerari possessio, sine qua præscriptio nulla procedere potest, nihilominùs mihi negari non poterit ex huiusce modi actibus inductam fuisse quandá quasi cõsuetudinẽ inter molentem, & homines de ciuitate, & villa, qui eò accedere cõsueuerũt vniformiter, & sine intermissione, ac interruptione à tẽpore imemorali obseruatã, q̃ ad tituli

præ-

præsumptionem inducendam sufficere debere, colligere possumus ex his, quæ docet Pontifex in c. super quibusdã in §. præterea, de verb. sig. ex antiqua consuetudine à tempore cuius non extet memoria, titulum legittimè præcessisse præsumi.

Nec necessarios ad id fore actus, ex quibus inducatur vera possessio, sed imò & in multis casibus, in quibus ea nullomodo considerari potest, cursum temporis immemorialis veri tituli locum habere, in superioribus ex Oliba, & alijs securè resoluimus.

48 Per hæc † consulti de anno 1606. plures grauissimi doctores, solus enim ego inter ipsos eram qui nihil scirem, in re magni momenti, & põderis, quomodo se quædam vniuersitas defenderet à petitione facta per dominum iurisdictionis ciuilis pro expulsione Subuicarij, seu Vicarij Locumtenentis, quem in eadem vniuersitate habebat Vicarius regius, qui alibi extra eam commorabatur, eo prætextu quòd esset officialis nouus in vim cõstitutionis primę, & tot. tit. que nouells officials, in 1. vol. cõsti. consuluimus (inquam) quòd licèt contra id, quod disponunt constitutiones Cathalonię nõ procedat, nec prosit aliqua prętensa possessio, consti. 10. sub tit. de obser. consti. viden. Bellug. in specul. prin. rub. 11. §. his igitur numer. 7. vbi benè declarat, & additio Camil. Borrel. ibidem littera D. nihilominùs allegaretur titulus ante constitutionem, & ad illius probationem cursus temporis immemorialis, qui dicebatur faciliter probatum iri, quo per tantum temporis ille officialis ibi fuerat, per quæ dicebamus futurum vt vniuersitas obtineret, nisi postmodùm aliud detegeretur in facto, per quod hæc argumentatio corrueret, doctrina est hæc solida, & firma Dida. lib. 1. varia resolutio. c. 17. nu. 5. ver. sed si dubitetur, & Oliba in vsat. alium namque c. 13. num. 10. ita in decimis, quæ reperiuntur penes laycos respondentium, vt scilicet ex tempore immemoriali præsumatur titulus ante Consilium Laterenẽse acquisitus, quo tempore capaces erant layci iuris decimandi, sed de his alibi latiùs, hęc enim solùm adduximus hoc loci ad maiorem comprobationem eius, quod tractamus, non esse necessarios actus verę possessionis vt cursus temporis immemorialis suum, quem antea tradidimus, dicatur habere effectũ. Hæc adde illis, quæ in superioribus, hac scilicet eadem clau. 4. glo. 10. de Baronia in 2. p. circa finem dicimus de remouendis in Cathalonia nouellis officialibus.

49 Nec † finaliter mihi obijciatur requiri, quod volebant Dida. & Thesau. vbi superiùs eos allegauimus, vel quòd aliquando fuerit eis prohibitũ ad alterius molendinum, vel furnũ accedere, vel quòd aliud fuisset molendinum in villa, & tamen ad illud nunquam homines accessissent, vel viderentur ruinæ molendinorum semel extructorum, vel denique appareret inuestitura facta cum molendinis, & post inuestituram solus molendina habuisset dominus: nam omnibus quòd his coniecturis, ũ adessent, maximè ego mouerer ad iudicãdum pro domino molendini, vt superiùs dixi, nihilominùs dico quòd etiam si non adessent, in mea adhuc persisteret sententia pro cursu tẽporis immemorialis, nec illud de prohibitione, vel ruinis antiquorum molendinorũ flocci facerem quòd adessent, vel nõ, imò, meo iudicio, si tale quid non commonstraretur, maiorem vim caperet cursus temporis immemorialis, signum enim tunc foret quòd molendina essent de districtu, postquam in tanto tempore nemo fuit repertus, qui aliud constitueret, quiq. eò accedere teneretur. Hęc sunt, quæ mihi occurrebant circa rem hanc dicere, quæ, ni fallor, vt in alio proposito dicebat Ferret. vbi vltimò à nobis fuit allegatus, vel vera sunt, vel probabilia saltem.

50 Non omittamus † tamẽ docere quomodo immemorialis possessio probetur, seu iste immemorialis temporis cursus, quo de agimus, quæq. ad id de iure requirantur, cæterùm quia id plenè traditur per Guid. Pap. decis. 557. & 573. Mynsing. obser. 30. num. 5. centu. 1. Moli. de primogen. Hispa. lib. 2. c. 6. à nu. 4. cum sequen. cum pluribus alijs, quos ipsi allegant, ideò sola remissione ad prædictos doctores contenti laborem subterfugimus, qui non foret vtilis post tot, tantaq. dicta ea in materia.

51 Adde solum † Anthon. Garcia in tracta. de benefi. multò post hęc scripta in lucem emisso, par. 1. c. 2. à nume. 44. vbi signanter plures refert, ac *decisionibus* Rot. Romanæ modernis probat, debere deponere testes, vt immemorialem probent, de visu per quadraginta annos ante motam litem, & de auditu à maioribus, & neque ipsos, neque eorum maiores cõtrarium vidisse, vel audiuisse, & hanc esse, & fuisse publicam vocem, & famam, in quo approbatur sententia glo. in c. 1. verbo, *memoria*, de præscrip. in 6. & Dida. in reg. possessor p. 2. §. 3. num. 7. quod idem docuerat Auenda. de exequen. manda. Reg. part. 1. c. 6. num. 6. viden. Portoles in schol. ad Moli. 4. part. verbo, præscriptio num. 16. & 17.

52 Ex † supradictis omnibus non erit difficile colligere primum, & principalem modum acquirendi huiusmodi ius compellendi alios vt accedant ad proprium molendinum, vel furnum, qui fit per prohibitionem, quando scilicet probatur aliquando subditis, vel ciuibus prohibitum fuisse per publica proclamata ne aliò accederent pro coquendo pane,

vel molendo trítico, & eius prohibitioni ſubditos, vel ciues per plures annos acquieuiſſe obtemperando, tunc enim ex hoc ſolo ius dicitur acquiſitũ prohibenti ad vlteriùs prohibendum, probãt hãc limitationẽ doctores omnes, quos in præſenti diſcurſu retulimus, & ſignãter
* elegãs ad id eſt conſ. Rolan. 22. vol. 2 per tot. cõmunẽ dicit Thezau. allega. deciſ. 16. nu. 7. apud quos, reliquos videre poteris, qui huic opinioni cõſentiunt, abſq; eo quòd nos inutiliter tempus in vlteriori eorum relatione conteramus, quæ quidem opinio primò fuit Accur. in l. qui Inminibus verb. *formã* ff. de ſeruit. vrban. prædi. & ideò conſilium eſſe optimum ipſis ſubditis, vel ciuibus huiuſmodi proclamationibus, & prohibitionibus contradicere, & ab eis appellare ijdem docẽt doctores, quos tu ipſe videas, ne nos cogas tãtiſper à proprio propoſito deuiare.

53 Dixi † neceſſarium quòd ſubditi, vel alij, cõtra quos eſt factũ proclama pro acquirenda aliqua ex ſeruitutibus, de quibus agimus, probẽtur acquieuiſſe prohibitioni, quia ſi aliàs foret, id eſt quòd proclamatibus nõ obſtãtibus ad aliud molẽdinũ iuiſſent, vel aliàs cõtra illa veniſſent, nõ diceretur Dñs ius ſeruitutis acquiſiuiſſe, ita Senatus referẽte egregio viro Ioſepho Ferrer
† *declaraui* ſub die 13. nouemb. 1610. in cauſa Hieronymi Pons de Almar cõtra vniuerſitatem, & particulares villæ de la Bisbal, imponendo ſilentium eius prætentioni, qua exiſtimabat eſſe de diſtrictu ſuã notariã in vim quarũdã prohibitionũ per proclamata publica factarũ, quòd nullus alibi faceret inſtrumenta præterquã in ſua notaria: repulit (inquã) Senatus hãc prætentionẽ ex eo quòd exiſtimauerit cõſtituiſſe homines dela Bisbal nunquam dictis prohibitionibus acquieuiſſe, & propterea in ſua libertate remaniſſe cũ per ſolũ præceptũ prohibitiuũ nõ amittatur niſi obedientia præcepti ſubſequatur: probabatur enim quòd dictis prohibitionibus nõ obſtãtib⁹ plurima poſt eas recepta in dicta villa de la Bisbal, & eius termino fuerãt inſtrumẽta, quę dictam nõ acquietationem probabant, quia id eſt rebus, & factis non aquieuiſſe, imò cõtradixiſſe, vt latè Nat. probat in conſ. 160. n. 10. & cõſ. 107. nu. 1. allega. à Caſſana. in conſ. 39. n. 6. Scriba erat Simon Fõr: curet ergo benè qui diſtrictum ex huiuſmodi prohibitionibus prætendit, probare plenè acquietationem, & paritionem populi, ſi vult in cauſa obtinere, vel ſaltẽ quòd nõ ſit vnquã cõtradictũ prohibitionibus, quod
† ſufficere pro acquietatione *tenuit* Senat⁹ in cauſa Frãciſci Deſpuig, & Ferrer contra Iuratos, & particulares de Mataro, in ſentẽtia lata referẽte egregio olim Senatore, & poſtea Regẽte Cãcellariam in ſupremo Aragonum Ioan. Sabater
54 Sub die 3. Iulij 1587. ſcriba Sacares. Et † hoc exiſtimo eſſe quod è contra, Anthon. Fab. docet in ſuo Cod. lib. 3. tit. 24. de ſeruitu. & aquæ, defini. 1. & 10. per ſolam prohibitionem vtendi ſeruitute non interrumpi præſcriptionem ſeruitutis, ſi ea prohibitio effectum non habuit, vt quia nihilominùs præſcribens poſſeſſionem cõtinuauerit, tunc enim (inquit) tantum abeſt vt præſcribentis ius ceſſet, quin imò multò fortiꝰ efficiatur, atque ita *decisum* teſtatur in Sena.
† Sabulia. hic dicam⁹ oportet in noſtro caſu, vt ex prohibitionibus eundi ad alium furnum, molẽdinum, vel ad aliam ſcribaniã ius prohibenti acquiratur ita demũ ſi effectũ illæ prohibitiones ſortitæ ſint, hoc eſt ſi eis homines acquieuerint.

55 Et hanc † quidem prohibitionem ſufficientem volunt doctores nedum quando iudicialiter fieret, ſed & quando etiam extraiudicialiter, ita ex Abba. in c. Abbate Sancti Siluani nu. 11. de verb. ſig. qui dicit id per eum tex. probari, qualem dicit ſe neſcire alibi eſſe, reſoluunt Antho. Capi. deciſ. 209. n. 16. & Rol. à Vall. conſ. 22. num. 24. vol. 2.

56 Niſi † ſubditi, vel ciues coacti, & propter metũ prohibitioni acquieuiſſent, Afflic. deciſ. 388. nu. 9. Nat. in conſ. 106. nu. 12. Theſau. allega.
57 deciſ. 16. nu. 7. ratione † allegant quia præſcriptio ex violenti actu non acquiritur, Craue. conſ. 86. nu. 7. verſ. 3. *ad conſuetudinem*, Theſau. vbi ſupra. An autem †
58 huiuſmodi prohibitio ad obligandum omnes de vniuerſitate ſufficiat quòd aliquibus ex ipſis fiat, aut verò ſit neceſſarium quòd toti vniuerſitati, & omnibus de illa, ita quòd prohibitio quibuſdam de vniuerſitate facta illos tãtùm obliget, non verò reliquos, tractant Bal. in l. item lapilli, num. 5. verſi. 3. quæro de rer. diuiſ. Nat. conſ. 107. nu. 1. Theſau. in ſæpè allega. deciſ. 16. n. 7. qui tenẽt neceſſariũ eſſe quòd toti vniuerſitati fiat, vel ſaltẽ maiori illius parti vt dicebat Boer. deciſ. 125. num. 7. & Theſau. d. deciſ. 16. nu. allegato.

59 Si tamen † prohibitiones ſint factę quibuſdam tantùm particularibus, & illas ſciuerit, & tollerauerit vniuerſitas, nec reclamauerit, velut ſi prohibitioni palàm factę non ſe oppoſuerit, ipſa ſibi prejudicauerit, Pan. in conſ. 18. nu. 4. lib. 1. Capi. deciſ. 209. nu. 29. Nat. conſ. 522. n. 15. Theſau. deciſ. 16. n. 7. Craue. de antiq. tẽp. 4. par. §. materia iſta, nu. 86. latiſsimè Caſſana. allega. cõſ. 39. n. 19. qui pluribus exẽplis, & rationibus ſupradicta cõfirmat, ac plura tradit, quibus mirè materia hæc illuſtratur, adde ad idem eundem in conſ. 40. & 41.

60 Sex † alios modos ſeruitutem hãc diſtrictus acquirẽdi tradit latè Theſau. d. deciſ. 16. per tot. ſcilicet quando vaſſallus tale ius nominatim haberet in ſua inueſtitura. Item ſi ad æmulationẽ conſtrueretur nouus furnus. Item ſi adeſſet pactum prędeceſſorum furnum de diſtrictu permittens. Item ſi ex conſuetudine patriæ vaſſalli

haberent

haberẽt tales furnos proprios cũ facultate prohibẽdi. Itẽ qñ primũ molẽdinũ fuiſſet publicũ, & in eius vtilitatem verteretur publica vtilitas, vel etiã ſi eſſet fiſcale, & finaliter qñ domini haberent conuentionem cum ſubditis quòd liceat dominis habere furnos proprios, vel molendina, tũc enim in iſtis caſibus, & quolibet ipſorũ aſſerit Theſau. ius eſſe habẽri molẽdinũ alios prohibẽdi ne priuata conficiantur, eum per te ipſum vide, quia cordi non eſt per alios benè digeſta hic inutiliter tranſcribere.

61 Perditur † autem huiuſmodi ſeruitus (vt ad hoc vltimum huius materiæ caput perneceſſariũ iam accedamus) ſi particulares homines, contra quos ea domino competebat, per tempus competens ad præſcribendum, cum ſcientia tamen, & pacientia domini furnum habuerint, vel molendinum: tunc enim acquiſita, ſeu recuperata proculdubio diceretur libertas, ac immunitas per ipſos homines. Hæc propoſitio nihil, aut parum admodum habet difficultatis, præterquam in eo quod diximus neceſſariam fore, & eſſe in huiuſmodi præſcriptione

62 ſcientiam, ac pacientiam domini, cuius † dicti ratio ea eſt non inelegans, quam in propria hac noſtra materia pluribus adducit Ludoui. Caſſanate in ſæpè allega. conſ. 41. numer. 1. quia iura incorporalia acquiri, quaſi poſſideri, vel præſcribi non poſſunt niſi concurrente ſcientia, & tollerantia illius, contra quem quaſi poſſeſſio prætenditur l. 2. vbi Baſ. & omnes C. de ſeruit. & aqua, l. penul. de ſerui. Maſcar. conclu. 1220. num. 38. cum alijs allega. per Caſſana. vbi ſuperiùs, plura alia ad idẽ iura, & doctores referunt Antho. Gom. & eius additionator Eman. Soar. à Ribey. tom. 2. var. reſol. c. 15. de ſeruit. num. 25. ver. *ſecundus igitur modus*, Fran. Viui. deciſ. 411. numi. 23. lib. 3.

† vbi apparet hanc opinionem *approbatam* fuiſſe in Audientia Capitanię Apuliæ per optimas rationes ibi adductas, Surd. deciſ. 236. nu. 15. & 16. Meno. de retin. poſſeſ. remed. 5. q. 2. num. 32. Dida. latè de his diſputat in reg. poſſeſſor in initio ſecundæ partis num. 8. Maſcar. cõclu. 1215. nume. 38. & nouiſsimè Hypol. Montanet in additio. ad Socer. ſuum Antho. Olib.

63 de actio. lib. 1. part. 2. c. 12 nume. 14. Eſtq. † rationis ratio quia in præſcribenda ſeruitute requiritur quaſi poſſeſsio ſeruitutis, l. ſine poſſeſsio. ff. de vſucap. quæ haberi non poteſt niſi medio pacientiæ aduerſarij, l. penul. ff. de ſeruit. benè not. Caſſa. d. con. 41. nume. 1. hæc autem pacientia haberi non poteſt niſi duobus concurrentibus, vſu ſcilicet ſeruitutis, & quòd aduerſarius ſciat, dicendũ ergo eſt ad huiuſmodi præſcriptionem neceſſariam fore ſcientiam, & pacientiam: hanc rationem adducunt Maſcar. de proba. allega. conclu. 1215. num. 40. & Dida. & Caſſana. vbi proximè.

64 Quam † quidem ſcientiam, & pacientiam vult Oſal. & quos ipſe allegat, in deciſ. 176. nu. 4. circa finem, eſſe tales vt de eis verè, & certè conſter, nec ſufficiat quòd præſumptiuè, idque generale eſſe in omnib⁹ caſibus, in quibus ſciẽtia, & pacientia requiritur.

65 Non me † latet vnum fuiſſe, & eſſe Ioan. Longoual. in l Imperium num. 260. ff. de iuriſdic. om. iud. quem poſteà ſequuti fuere Eman. Soar. à Ribey. in additionibus ad Antho. Gom. tom. 2. var. c. 15. tit. de ſeruit. in littera L. & Andre. Fachine. controuer. iur. lib. 8. c. 22. in littera E. ſtrenuè contendentem quòd imò non ſit in his ſcientia, & pacientia aduerſarij neceſſaria, idque pluribus probare conantem, quibus adde quos Portoles allegat à nobis infrà relatus num. 86. in fi. Verùm cum ij tem

* ſatagant perſuadere, quæ repugnat communi doctorum hucuſque receptiſſimæ opinioni, & ſententiæ, nõ tam (vt dicebat vbi ſuperiùs Maſcar. Jeam impugnandi, & ab ea diſcedendi, quàm acutiſſimi ingenij vires oſtendendi ſtudio, quia etiam nobis non permittitur ampliùs in his immorari, ideò plus temporis in audiendis prædictorum ſcribentium rationibus, & eiſdem diſſoluendis non conteremus: admirabimur tamen interim de præſtantiſsimo noſtræ Hiſpaniæ viro Dida. d Couar. ex quo in allega. relect. regulę poſſeſſor, in initio ſecundæ partis num. 8. in verſ. ego verò, ibi, vndè mihi, in eam videatur inclinari opinionem vt contra communem cum ſupradictis teneat non fore in his neceſſariam ſcientiam, & pacièciam eius, contra quem præſcribitur, nihilominùs ſi attentè legatur, reperietur fluctuaſſe egregium illum virum inter has opiniones, nec à communi, quam ſuprà ſtabiliuimus, auſũ fuiſſe ſine trepidatione recedere.

Et licèt iura prædicta, & communis doctorum opinio in materia hac, quam pertractamus, videantur loqui tantùm quando agitur de ſeruitute acquirenda per præſcriptionem, non quando de ea amitenda, & libertate nanciſcenda à ſeruitute iam cõſtituta, vel præſ-

66 cripta, quæ † fauorabilior videtur, vt poſt multos, quos refert, ita in expreſſo tenet Dida. in allega. reg. poſſeſſor in initio ſecundę partis nu. 8. verſiculo, *primò ſententia* dicens omnes iuris vtriuſque doctores interpretari in fauorem li-

67 bertatis, quę † vnicuique rei adeſt præſumptione quadam iuris, nihilominùs idem etiam conſtituendum fore, & eſſe, quòd ſcilicet in acquirenda libertate à ſeruitute neceſſaria eodem modo ſit ſcientia, & pacientia eius, contra quẽ præſcribitur, quemadmodum & in patranda ſeruitute, probat clarè tex. in l. & ſi fortè, §. ſciendum

dum ff. si serui. vendi. ibi, *sed & si paciente eo edificauero ego possessor ero effectus*, vbi glo. verbo, *effectus*, dicit eo casu pacientiam præiudicare, atq. ita in expressò tenet Nata in cons. 523. nu. 17. & 18. & Cassana. d. cons. 41. num. 1. ver. nam quasi possessio, in fi.

68 Estq. † huius dicti ratio tum quia contrariorum eadem sit disciplina, & natura, vulga. tex. in §. 1. insti. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris,

69 cum simil. tum etiam † quia nihil sit tam naturale, quàm eodem genere vnum quodq. dissolui, quo colligatum est, vulga. regula nihil tam naturale, ff. de reg. iur. quam in nostro hoc casu acquisitionis, & perditionis possessionis procedere, vt scilicet idem sit necessarium ad illius amissionem, quod ad illius acquisitionem, probat expressè tex. in l. ferè quibuscunque ff. eo. tit. & l. quemadmodum, de acquir. possess. circa

70 cuius quidem l. ferè, intellectum, quatenus † habet possessionem, sicut non acquiritur nisi animo, & corpore, neque etiam amitti nisi eodem modo, videndi sunt Dec. & Mayner. ad eandem, Cagnol. in allega. etiam l. nihil tam naturale nu. 5. & post omnes plenissimè And. Fachin. controuer. iur. lib. 8. cap. 21. per tot.

71 Obstat † tamen fortissimè huic opinioni tex. quem ad suam adducit Dida. in l. si partem §. si per fundum ff. quemadmodũ seruit. amit. vbi viæ seruitus non vtendo amittitur, etiam si is, cui legata fuerit, ignoret legatum, qui quidé tex. oppositus ex diametro videtur tex. in allega. l. & si fortè in §. sciendum, vbi necessariam fore scientiam domini seruitutis in libertate præscribenda, statuitur.

72 Huic † difficultati occurrit Ioan. Pet. de Ferrar. in practi. Papien. in actio. confes. pro seruitu. §. seruitus aquæductus, num. 29. in fi. distinguens inter seruitutes vrbanas, & rusticas, vt in prioribus non procedat præscriptio nisi cum scientia, & pacientia domini, in posterioribus verò sic, quo modo consiliantur iura prædicta, primum enim loquitur in seruitute vrbana, ac proindè scientia, & pacientia requiritur, secundum verò in rustica, & ideò eam non expostulat.

73 Hæc † distinctio non placuit Mascardo in sæpè allega. conclu. 1215. numer. 59. dicenti de Ferrariensi quòd ipse viderit an rectè censerit ea in distinctione, & quòd ipse profectò Abba. & Immolæ auctoritate superiùs tradita, & glo. & Castren. & Areti. ibi enumeratorum, quàm vnius Ferrarij recentioris opinionem pluris facit. Hæc Mascar. à quo ego id voluissem vt paucioribus in reprehendendo verbis vsus fuisset, pluribus autem in reddẽda ratione reprehentionis, de qua nec verbum quidem protulit vllum.

74 Sed ad rem, † ego libenter cum Ferrariensi in hac distinctione conuenio, tùm quòd reperiam plures, eosque graues doctores, eã sequutos, Paul. scilicet Castren. in allega. l. & si fortè §. sciendum, num. 8. ff. si serui. vendi. Cepol. de seruit. vrban. præd. c. 24. num. 26. Corras. tit. de seruit. num. 41. Fran. Cona. commen. iur. lib. 4. c. 12. num. 6. & 23. & post hos omnes nouissimè Cassana. in sæpè allega. cons. 41. num. 18. tùm & etiam quia pluribus, eisdemq. rationibus fortissimis eam fulsiri palam est, nos vnicam tantùm in proposito adducemus, qua res hæc clarissima, & facilis reddatur, breuiter tamen, ac succinctè, ne Cassanate labores, qui latissimè eam expendit in cons. iam allega. hic inutiliter transcribamus.

75 Est ergo † huiusce differentiæ, & distinctionis ratio inter has duas seruitutũ species, quia libertas contra rusticam per solum non vsum habentis seruitutem acquiritur absque aliquo facto seruitutem debentis, veluti si seruitutem viæ habeam, vel aquę ducendæ, eæ sic amittuntur, si per longum tẽpus per fundum seruientem non iuerim, vel aquam per idem tempus non duxerim, absq. eo quòd necessium ad id sit tuum aliquod factum, libertas autem contra vrbanam non acquiritur ex non vsu habentis seruituté, sed ex facto, & possessione acquirentis libertatem, & ideò eius factum semper requiritur, l. hæc autem iura, ff. de seruit. vrb. præd. quæ clarè, ac apertè distinctionẽ, & differentiã hanc nostram facit in hæc verba. *Hæc autẽ iura similiter vt rusticorum quoque prædiorum certo tempore non vtendo pereunt, nisi quod hac dissimilitudo est, quòd non omnimodo pereunt non vtẽdo, sed ita si vicinus simul libertatem vsucapiat, veluti si ædes tuæ ædibus meis seruiãt, ne altius tollantur, ne luminibus meariũ ædium officiatur, & ego per statutum tempus fenestras meas prælixas habuero, vel obstruxero, ita demum ius meum amitto si tu per hoc tempus ædes tuas altius sublatas habueris: alioquin si nihil noui feceris, retineo seruitutem &c.*

Hanc distinctionem approbauit Mascar. allega. conclu. 1215. nu. 35. post antiquiores, quos refert, in quorum relatione nos tempus non conteremus inutiliter, quia arbitramur omnes in ea conuenire, nec aliquem futurum, qui contra textum apertum scribere sit ausus, de eadé differentia, & distinctione scripsit noster Anthon. Oliba in §. æquè num. 191. inst. de actio. licèt posteà numer. sequenti ex Conano circa eam se se ita inuoluat, vt vix cecerni possit num nam eam approbauerit, vel reiecerit.

76 Ex hac † differentia, & distinctione plura infert Cassana. primò quòd propterea in seruitute rustica libertas non dicatur propriè vsucapi, seu præscriptione acquiri, sed potiùs non vtendo

vtendo seruitus amitti, seu perire, quod secus est in vrbana, in qua libertas dicitur præscriptione acquiri, d.l.hæc autem, de seruit. cū alijs, quas is auctor allegat.

77 Infert † item ex eadem distinctione quòd licèt in præscriptione cuiusuis seruitutis requiratur bona fides, l. qui fundum §. qui bona fide ff. pro emptore, ea tamen non requiritur in paranda libertate contra seruitutem rusticam, l. sequitur §. si viâ ff. de vsucap. si verò agatur de libertate contra seruitutem vrbanā, tunc bona fides desideratur, d.l.hæc autem iura, cum alijs iuribus, & doctoribus, quos, & quę allegat Cassana. allega. cons. 41. nu. 22.

78 Cum ergo † (vt nostræ differentię, & distinctionis rationem concludamus) seruitutes rusticæ totę positæ sint in actione, & exercitio, ità vt tandiu illæ durent; quamdiu is, cui debentur eis vtitur, & illarum amissio causetur ex ipsa sola negligentia domini, absque eo quòd aliquod factum intercedat, vel intercedere debeat eius, qui debet seruitutem, indè fit quòd ad dictam seruitutem amittendam, & illius libertatem parandam nullius sit necessaria scientiæ, & tollerantiæ probatio, cum imò ipsa ex se, & ex natura rei semper, semperque probata maneat, cum non possit dicere dominus seruitutis se ignorasse quando libertas præscriberetur, nec minùs dicere se id non tollerasse, postquam scit suam negligentiam in vtendo seruitute, ex qua libertas paratur, & tollerantia omnino, & indubitanter probata remanet: quod secus est in seruitutibus vrbanis, cum enim ad parandam illarum libertatem, seu præscribendam, vt propriùs loquamur, non sufficiat negligentia, vel non vsus domini, sed imò necessarium sit factum seruituti contrarium, consistunt enim ipsæ non, sicut rusticę, in actione, & exercitio domini illarum, sed imò in non agēdo dicuntur esse positæ, veluti in seruitute ne altiùs tollas, ne luminibus officias, & similibus, quæ postquam semel constitutę sunt, nullum factum habentis seruitutem desiderant; sed ex solo non facto debentis seruitutem conseruātur, idcò ad parādam libertatē necessarium est aliquod factum eius, qui eam acquirere intendet, veluti quòd ædes altiùs tollantur, vel quid simile fiat, quod necessum est sciri, & tolleran per eum, cōtra quem præscribitur.

Hæc est argumentatio Francisci Conan. cōmentar. iur. lib. 4. cap. 12. num. 6. 7. & 13. & Cassana vbi supra num. 25. quæ licèt subtilis sit, mihi tamen non videtur satis efficaciter concludere; concedo enim præmissas, sed nego consequentiam, quamuis enim verum demus seruitutes vrbanas consistere, & conseruari in faciendo, & earum libertatem acquiri agendo, & sic quòd sit ad id necessarium factum ex parte seruitutem debentis, non tamen indè sequitur ex necessaria consequentia quòd propterea requiratur ad id scientia, & tollerantia domini seruitutis, imò consequentia nihil commune habet cum præmissis.

Ego igitur aliam huius rei assigno rationem, reassumendo illas, quas superiùs adduxi ad confirmandum illud, quod generaliter proposueram, esse scilicet necessariam scientiam, & pacientiam domini seruitutis ad illam amittēdam, quēmadmodum ad acquirendam, quia contrariorum eadem est disciplina, & nihil est tam naturale, quàm vnumquodque dissolui eodem genere, quo colligārum est, præsupponendo † ambas has regulas tantùm procedere quando in vtrèque ex contrarijs adest eadem ratio, nec potest diuersa cōsiderari, vt plenè docet Euerar. in top. lega. loco contrar. nu. 8. & Andre. Gayl. in practicis obserua. lib. 2. obser. 34. num. 4. plura ad id exempla tradentes: cum ergo eadem sit ratio amittendæ seruitutis vrbanæ, quę eiusdem acquirendæ, nec aliqua diuersitas inter hęc extrema considerari possit, & in primo intercedere debeat scientia domini, & pacientia, ita & in secundo: In rustica autem seruitute sit dare diuersitatem inter acquirendum, & amittendum, cum primum non possit fieri absque facto seruitutem acquiri volentis, in quem benè propterea potest cadere scientia, & pacientia domini; secundum verò fiat absque aliquo facto domini seruitutis, imò ex eius sola negligentia, & non vsu, quæ in re naturaliter cadere non potest quòd sit necessaria scientia domini seruitutis, & pacientia, cū nihil sit, quod sciri debeat, vel pati, indè fit quòd iure optimo dicatur ad amittendam seruitutem vrbanam requiri scientiam, & pacientiam domini illius, sicuti & ad acquirendam, secus verò in seruitute rustica, ex ratione diuersitatis inter acquisitionem, & amissionem.

79 Dices, iuxta prædicta eodem modo dicendum videretur diuersum ius statuendum esse in acquisitione seruitutis vrbanæ, atqui in amissione eiusdem, vt è conuerso illud, quod procedit in amissione seruituris rusticæ, vt nō sit necessaria scientia domini, & tollerantia, quia in ea non intercedat factum aliquod libertatem acquirentis, statuatur in acquisitione seruitutis vrbanæ, in qua, vt supra dictum est, nullum est necessarium factum præscribentis, in amissione verò illud statuatur, quod in acquisitione seruitutis rusticæ, vt propterea desideretur scientia, & pacientia domini, quia per factum contrarium seruituti, quod fiat ab eo, qui intendit libertatem acquirere, amittatur.

Sed respondeo supra tradita de acquisitio-

ne ſeruitutis vrbanæ, per præſcriptionem, de qua particulariter loquimur, eſſe intelligenda non quaſi ad id nullum ſit factum hominis neceſſarium, ex eo quod dixerimus, eam conſiſtere in non agendo, & in non faciendo, imò † ſine facto hominis acquiri nullatenus poteſt, cum enim ad id ſit neceſſaria poſſeſſio, quæ in propoſito quid facti eſſe dicitur, per ea, quæ latè in ſuperioribus docuimus in hac eadem glo. non poteſt dici ſeruitutem hanc ſine facto hominis per præſcriptionem acquiri poſſe, ſed ſunt duo tempora ipſius ſeruitutis conſideranda, alterum actus ipſius acquiſitionis, & iſte fieri non poteſt ſine facto hominis, alterum verò poſt ipſam acquiſitam quoad ipſius conſeruationem, & in hoc nullum eſt neceſſarium factum, imò ex ſolo non facto contrario ſeruituti conſeruatur. Atq; ita hæc intelligenda ſunt, nec aliàs, nec alio modo, ac proindè obiectio propoſita nihil officit, nec aduerſatur his, quæ ſuprà docuimus, in acquiſitione ſeruitutis vrbanę per præſcriptionem, neceſſariam fore pro † bationem ſcientiæ, & pacientiæ eius, contra quem præſcribitur, quia ad eam ſemper hominis factum eſt neceſſarium.

81 Concludamus † igitur in noſtra hac materia ſeruituris furni, vel molendini de diſtrictu, quæ vrbana eſt, ad illius amiſſionem, ex rationibus ſupradictis, neceſſariam fore, & eſſe ſciẽtiam, & tollerantiam domini eiuſdem, atque ita in materia ſeruitutis notariæ de diſtrictu, quando ſcilicet quis per prę̃ſcriptionem, vel aliàs ex alio titulo acquiſiuit quòd omnes tenerentur ad eius ſcribaniam accedere pro in- † ſtrumentis conficiendis, *declarauit* noſter Senatus die 23. Decembris 1581. libertatem huiuſmodi ſeruitutis acquiri non potuiſſe per actus ei contrarios à 40. 50. 60. & 70. annis retrò cõtinuatos per notarios regios in loco, in quo erat prædicta ſeruitus diſtrictus, quia non conſtabat eorum notitiam habuiſſe dominos ſeruitutis, in cauſa prępoſiti Minoriſſę cõtra quoſdam notarios regios, ad relationem egregij quondàm Senatoris Michaelis de Tamarit, Scriba Saluatore Capella. Et idem poſtea ſub † die 3. Iulij 1587. *declarauit* referente egregio tũc Senatore, & poſtea in ſupremo Regni Aragonum Regente Ioanne Sabater in cauſa Ioannis Franciſci Deſpuig, & Ferrer contra Iuratos, & particulares villæ de Mataro ſuper ſcribania dictæ villæ, cuius cauſæ eſt notarius Benedict⁹ Sacares, vbi fuit dictũ nõ nocuiſſe diſtrictui quædã inſtrumẽta recepta, quia recepta fuerant clanculùm, quæ nõ conſtabat peruenisſe † ad notitiam dominorum notarię. Et idem denique poſtea, me aduocato, die 10. Nouembris 1607. *declarauit* in cauſa Reuerendi Abbatis, & Monaſterij villæ Biſulduni contra vniuerſitatem dictæ villæ, & quoſdam notarios Regios ſuper ſimili notaria ꝺ diſtrictu referẽte egregio itidem Senatore Ioſepho Ferrer, & ſcriba Hieronymo Boſch, cuius cauſæ proceſſus exemplar poteſt eſſe pro omnibus diſtrictuum cauſis, quia multa ibi leguntur exemplaria ad propoſitum diuerſis temporibus de eadem rę facta.

82 Benè † verum eſt cum de anno 1604. in cauſa Alexandri de Cartella contra vniuerſitatem eiuſdem villæ Biſulduni ad relationem egregij tunc Senatoris, nunc Reg. Cancel. Regẽtis Michaelis de Salba, & de Vallſeca ſuper furno de diſtrictu dictæ villæ contigiſſet dubitari de præſcriptione allegata per nonnullos de vniuerſitate, & poſſeſſione habendi furnos proprios, & peculiares, fuiſſetque replicarum pro parte dicti Cartella non fore de ea habendam rationem, ex eo quòd non habuerat ipſe, nec ſui prædeceſſores ſcientiam, & notitiam dictæ poſſeſſionis, nihilominùs die 16. Decembris dicti anni *declarauit* Senatus præſcriptioni allega- † tę locum fore, eo ſolo motiuo, quia conſtabat per legitimum tempus ad prę̃ſcribẽdum ante litem motam, dictos particulares habuiſſe furnos in proprijs domibus &c. abſque eo quòd de prætenſa ſcientia, & pacientia verbum vllũ loquutus fuerit, quæ declaratio ſi in ea intellexit Senatus prę̃ſcriptioni in eo caſu locum fuiſſe, etiam data ignorantia domini, eſt contra longè, latèque ſuprà ſtabilita in contrarium, ac etiam contra aliam Senatus declarationem in alio caſu ſimili factam ibi allegatam.

Ego tamen exiſtimo quòd debuit Senatus habuiſſe pro conſtanti quòd conſtaret de ſciẽtia, & pacientia, licèt expreſſis verbis non dixerit, poſtquam dixit conſtare per legitimum tempus ad præſcribendum particulares illos habuiſſe furnos, in quibus verbis videtur inclu di ſcientia, & pacientia, cum aliàs legitima non poſſet dici præſcriptio, ex ſupradictis, & ſic rem ſe habuiſſe teſtatur noſter Cãcer, poſt hæc ſcripta viſus, qui benè facti conſcius erat cum fuiſſet aduocatus dictę vniuerſitatis villæ Biſulduni, in tertia par. var. cap. 4. de ſeruitut. nume. 157.

Succeſſit poſtea alius ſimilis caſus, qui, me patrocinante, deciſus fuit, ſub die 31. Ianuarij 1609. referente egregio Senatore Ioanne Gallego in cauſa furnorum Anthonij Saluador legum doctoris villæ Palamoſij, contra certos particulares eiuſdem villæ, in qua non obſtante quòd non conſtaret de ſcientia, & pacientia domini furni, fuit *declaratum* præſcriptum contra ſeruitutem per quẽdam particularem, eo motiuo ſolo, quòd conſtaret furnum prędicti particularis deſeruiſſe ad coquendum panes pro habitantibus in eius domo neceſſarios

per

per tantum tempus ſufficiens ad præſcribendum poſſeſſionem libertatis contra diſtrictum: non conſtabat (inquam) de ſcientia, & pacientia domini furnotum communium, niſi illud vice ſcientiæ, & pacientiæ fungi diceremus, quod inter informandum mihi dicebat vnus ex eruditioribus aulæ doctoribus, quòd cum dictus particularis, & habitator in domo, vbi ille furnus particularis erat conſtructus, deſinet accedere ad furnum communem coquendi ſui panis gratia per tantum tempus, ex eo præſumptio erat ſumenda quòd ſciuerit dominus ipſum habere furnum in propria domo & ex quo non contradixit, libenter paſſum eſſe quòd ille particularis furnum particularem haberet: quibus ego libenter aſſentirem niſi viderem repugnare doctrinam Oſaſ. ſuperiùs relatam in deciſione 176. nume. 4. volentis † de
83 ſcientia, & pacientia debere conſtare verè, & certè, nec ſufficere quòd præſumptiuè, niſi etiá viderem quòd non videatur eſſe neceſſaria cõſequentia, iſte particularis habebat furnum propriũ, ergo non accedebat ad communem, & ſi non accedebat, neceſſariò id videbat dominus, vndè oritur eius ſcientia, & ex quo non apparet de aliqua contradictione, tollerantia, & pacientia, non (inquam) eſt hæc neceſſaria conſequentia quia poterat eſſe quòd non accedebat, & tamen id non recognoſcebat, nec recognoſcere poterat dominus præ multitudine populi, qui ad eius furnum quotidie accedebat, maximè cum huiuſmodi furni communes ſoleant regi, & gubernari, non per ipſummet dominum, ſed imò per colonos, & arrendatores, ſeu famulos ad id præfectos, à quorum
84 † ſcientia, & tollerantia non arguitur ad ſcientiam, & tollerantiam domini, vt pluribus probat Caſſan. in ſæpè allega. con. 41. num. 27. lib. primo.

85 Quomodo † autem ſcientia, & tollerantia in hac noſtra materia probentur, vel præſumãtur, vltra communia, quæ adducunt paſſim doctores, de quibusque nos ſæpiùs egimus in diuerſis propoſitis in hoc tractatu, docet peroptimè pluribus Caſſana. conſ. 39. per multos num. ad quem ibi, & in duobus conſſ. ſequentibus de hac materia pleniſſimè compactis, recurras quoties caſus tibi in ea diſputandus cõtigerit.

86 An autem † ſupradicta de ſcientiæ, & paciẽtiæ probatione requiſita in præſcriptione horum iurium incorporalium, habeant locum in præſcriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedit, non eſt quòd pluribus hic diſputemus poſtquam Dida. in allega. initio ſecundæ partis relectio. reg. poſſeſſor, num. 8. ver. tertio ſupra, pleniſſimè articulum examinauit, & nos nonnulla tradidimus de iur memoriali in hac eadem glo. quę apprimè conducunt ad vetam, & certam huiuſce rei habẽdam reſolutionem, ex quibus dicendum videtur in huiuſmodi caſu immemorialis præſcriptionis nullatenus fore neceſſariam ſcientiæ, & tollerantiæ domini, contra quem præſcribitur, probationem, ſed ſolum tanti tẽporis curſum ſufficiẽrem eſſe ad ſeruiturem, vel illius libertatem reſpectiuè parandam, infinitos penè doctores tenentes in præſcriptione immemorialihorum iurium incorporalium non requiri domini ſcientiam, & pacientiam adducit Oſaſ. deciſ. 101. nu. 20. vbi hanc dicit communiorẽ, ac crebriorem doctorum ſententiam, idẽ pulchrè probat Hieronymus Portoles in ſchol. ad Molin. 4. part. verbo, *præſcriptio*. nume. 51. & 52. addit poſtea num. 53. plures eſſe, qui teneant ſufficere quòd probetur vſus ſeruituris per 30. vel 40. annos vt non debeat ſcientia, & paciẽtia aduerſarij iuſtificari.

Notanda eſt egregia Authon. Fab. definitio 9. ſub tit. de ſerui. & aqua, qui eſt 24. lib. 3. ſui Cod. vbi aſſerit quòd licèt in *præſcriptionibus* ordinarijs nõ ſufficiat probare ſimpliciter me per tãtum tempus, quod ſit ad illas neceſſariũ, aliquid feciſſe, quo ius ſeruitutis acquiſiuiſſe dici poſſim, niſi etiam allegetur me id iure ſeruituris feciſſe, nihilominùs (inquit) id non requiritur in curſu immemorialis temporis, cum (inquit) immemorialis poſſeſſio ius præbeat, & ſit loco tituli conſtituti, tanti ſiquidem temporis lapſus omnẽ omnino excludit præſumptionẽ violentæ, aut clandeſtinę, aut præcariæ poſſeſſionis, qua præſumptione ceſſante neceſſariò ſit conſequens vt iure ſuo vſi ſint qui per fundum tuum iuerunt &c.

87 Et quia † hęc ſeruitutum materia magis in praxi exercetur circa furnos, molendina, & ſcribanias de diſtrictu, ſuper quib⁹ eſt quotidie inter homines diſceptatio, & contingit perſæpè imò ita vt plurimum fit, quòd cauſæ, quę ſuper eis mouentur, inſtituantur contra duos, aut tres, aut plures, aut pauciores tantùm, non cõtra alios, quia plures non ſint, qui faciant cõtra diſtrictum, vel aliàs, vidi ſuper hoc dubitari nunquid ſicut duo illi, aut tres, qui in ſententia fuerunt tantùm cõdemnati, contra quoſq; ſolùm cauſa ducebatur, quia ipſi tãtùm, & non alij reperti tunc fuerant contradicentes, ſunt in ſẽtẽtia indè lata cõpræhẽſi, ſic etiã cõpræhẽſi dicãt. quicũq. eos poſtea ſequãtur, taliter quòd imperpetuũm quotquot poſtea ſucceſſerint homines, compræhenſi in eadem ſententia, & condẽpnati cenſeantur ad illud idem, ad quod illi, contra quos cauſa ducebatur, condemnati fuere, vel non. Qua in re diutiùs immorari non duxi eſſe operę prætium, ſed remittere me ad Iacobum Cancer. lib. 3. var. cap. 17.

de

de senten.& eat.execu.num.190.vbi affirmatiuè concludit, & *decisionem* nostri Senatus adducit factam in causa collegij notariorum regiorum *ciuium* Barcinonæ contra notarios nõ collegiatos, qua declaratum extitit huiusmodi sententias habere tractum successiuum,& afficere omnes quotquot posteà venerint,posseq. contra eos,etiam si non fuissent citati, intimatione tamen facta,exequi . quam decisionem nota quia similem alibi forsan non reperies, & negocio magis accommodatam , quod tractamus, allegat pro ea Guid. Pap. decis.549. cui ru adde Meno.benè loquentem,in cons.390. nu. 37.& 38.vbi dicit vt aliqua sententia lata contra aliquos noceat *alijs* sufficere quòd eadem sit causa,& eadem conditio personarum.

88 Supradictam † declarationem, quam Cancer. refert,obtinuerat collegium notariorum præsentis ciuitatis contra quosdam *notarios* non collegiatos, quod idem postea oportuit pati legem,quam ipsum tulisset, cum enim cõtigisset proferri in Senatu de anno 1611.referẽte egregio *Senatore* Iosepho Ferrer,quandam sententiam in fauorem quorundam aliorum notariorum non collegiatorum contra ipsum collegium,quam infrà habebis,& coram egregio etiam Senatore Iacobo Puigmija de eodẽ anno disceptaretur, me cum *alijs* aduocato, minquid proficeret eadem alijs notarijs similem causam,& conditionem habentibus, licèt in sententia expresè non compræhensis,*declaratum* extitit quòd sic,& teneri collegium prædictum obseruare cum quibuscunque alijs *notarijs* quæ *obseruanda cum regia* sententia lata dicto Ferrer referente præcepta, & iussa erant, vt contra eos procedi posset,vt existimabat collegium,per viam regaliæ in vim vsatici iudiciũ in curia datũ , tãquã cõtrafactores regiæ sententiæ in fauorem collegij aliàs latę, & sic fuit declaratum obstare semper exceptionẽ rei iudicatæ in vim sententiæ latæ referente Ferrer in fauorem aliorum (inquit Senatus) eiusdem artis, & de eodem casu, donec adimplerentur quæ adimplenda declaratum fuerat referente Ferrer,fuit hæc declaratio referẽte Puigmija facta die 13. Iulij dicti anni 1611. Scriba Michael Ioannes Amat.

89 Sed si † postea qui venerint discursu temporis non citati in causa,nec expræsè compræhensi in sententia condemnatoria contrafecerint , vel contrafacere voluerint sententiæ, dubium est quomodo sit succurrẽdum ei , qui obtinuit? *Respondeo* quòd faciat *eis* intimari sententiam iuxta formam traditam in prouisione superiùs enarrata,& quia intimatione facta eodem modo sententia afficit eos sicuti si fuissent expresè citati , & condemnati,vt in dicta prouisione habetur,indè fit quòd si postmodùm non acquieuerint,sed contrafecerint, poterit contra eos agi criminaliter per processum regaliæ in vim d. vsat.iudi.in curia datũ,de quo tantisper egit noster nob.Ludo. à Pegue. in prax.c.17.per tot.prout dictum postea collegium *processisse* legitur in causa ea ratione institutaad relationem egregij Senatoris Michaelis Sala tunc iudicis regiæ curiæ , Scriba Michn. Ioan.Amat.

90 Aduerte tamen † quòd supradicta intimatio,& notificatio *non* sufficit quòd qualitercunque fiat,sed necesse est quòd fiat simul ostẽtio scripturarum,ita vt videri , legi , & intelligi valeant,vel detur copia earum simul cum mãdato protestãtis , *alias non* constituit *in* mora protestatio,& intimatio in his rebus , quæ nobiscum actæ non sunt, nec gestæ,ideò iustam habemus *ignorantię* causam, prout pulchrè Bart.probat *in* l.quod te num. 15. ff. si certum peta.Surd.cons.22.num.12.& 13. isdem Surdus decisione 440.num.11.& 13. vbi signanter dicit quòd ad hoc vt protestatio,quæ fit per procuratorem,constituat in mora, necesse est trãsmittere parti copiam mandati, Afflic.dec. 316. num.3.fundantur hæc in l.si quis inficiatus ff. depos.l. qui in alterius, de reg. iur. & clemen. causam,de elect.quę iura ijdem doctores allegant.Ob defectum huius diligentiæ,quę facta non fuerat per collegium notariorum prædictorum in causa superiùs mentionata, sed simpliciter extiterat intimatio,& notificatio facta sine ostentione,& traditione copiæ protestatis protestantium,& scripturarum,quarum ratione fiebat protestatio,licèt alia pars *id requisiuisset*,*declarauit* Senatus referente egregio Senatore Iosepho Ferrer 17.Maij 1611. in causa supplicationis, locum non fuisse,nec esse pronũc prouisioni regaliæ *in* vim vsatici *iudicium* incuria datum,contra eos,quibus sic , vt dictum est, fuerat simpliciter protestatum absque copia prædicta,vel legitima ostentione scripturarum,not.est Michael Ioãnes Amat regius scriba mandati.

91 Ex his † moneberis quòd si sit facienda protestatio alicuius rei ratione,quæ contra eundẽ ipsum aduersarium tuum sit acta,& gesta, sufficit sola protestatio,& intimatio absque ostentione scripturarum,& traditione copiæ illarũ, quantumuis de ea protestetur , *si* verò *ratione* alicuius rei cum eo non gestæ, necessaria vtiq. ea diligentia erit, & super omnia tradenda erit copia potestatis requirentis, si secus agatur deuiabitur proculdubio à recto tramite , prout ex suprà adductis liquet luculenter.

92 Dubitatum † etiam in eadem causa fuit,quod pulchrum est scire,& quotidie contingibile in facto , nec à materia distrĩctus , quam tractamus,deuiat, numquid isti notarij, contra quos

fuerat

fuerat processum per regaliam in vim vlat. prædicti, potuissent supplicare à prouisione contra eos facta in vim cap. 16. cur. anni 1599. dubitationem mouebat quòd dicta constitutio non respiceret præterita, ad tradita per Borrel. ad Bellug. in speculum prin. rub. 41. §. leges regni, verbo, *semper*, qui citat Medices in tracta. de legib. & statu. part. 4. quæstione 35. per tot. & latiùs per Aldera. Mascar. in tracta. de interpræta. statu. conclusio. 13. & vltima, per tot. Regalia autē contra inodebientes regiæ sententię facta dicebatur multò ante curias prędictas, quæ continuabatur cótra eos, qui de nouo successu tēporis volebant recipere instrumenta in præsenti ciuitate Barcinonæ contra tenorem dictę regiæ sententię: Sed quamuis fuisset formiter id oppositum, non tamen fuit de eo habita ratio, ex eo quòd contra istos notarios, qui ptætē debantur contrafeciſſe post curias, & illorum respectu non poterat dici vetus, & antiqua regalia illa. absurdum enim esset quòd ante contrafactionem esset, & diceretur quis regaliatus, contrafactio autem, vt dictum est, prætendebatur post curias, & post curias facta fuerat prouisio contra eos, ergo ex tunc & non antea, dici debebat contra eos regalia facta, & sic comprænsa sub dispositione dicti c. curię, & subiecta supplicationi.

Accedit quòd si sententia regia non afficiebat notarios prædictos nisi à die notificationis, prout suprà dictum est. indè fit quòd quoad eos vetus regalia talis dici non potuit, nec poterat, cum quicquid antea actum esset, non esset punibile. Et cum his finitur hæc glos.

SVMMARIA.

1 *Census significationes qui tradiderint, remissiuè.*

2 *Census in nostro proposito sumitur pro omni eo, quod annuatim soluitur.*

3 *Census tribus modis constitui solet, & potest, & traditur primus modus.*

4 *Census reseruatiuus quis dicatur.*

5 *Census constitutio secundo modo, quando transfertur res in alium quoad dominium vtile, directo retento cum pensione annua super re percipienda.*

6 *Emphyteuticus contractus dicitur permissus tam de iure canonico, quàm ciuili.*

7 *Census emphyteuticus solet communiter canon appellari.*

8 *Canonis nomen latiùs patet quàm census.*

9 *Census tertio modo constituitur cum quis super re sua, nec translato dominio directo, nec vtili in alium, annuam pensionem percipiendam imponit.*

01 *Census consignatiuus quis dicatur.*

11 *Census consignatiuus dupliciter constitui potest, vel ad imperpetuum, vel ad vitam.*

12 *Censualia, quæ frequentantur in Cathalonia, & in regno Valentiæ sunt census illi consignatiui, quæ de iure communi solent ad imperpetuum constitui.*

13 *Censualia mortua quare dicantur in Cathalonia, & nu. sequentibus.*

14 *Manus mortua quare appellentur ecclesiæ, vniuersitates, communitates, & collegia.*

15 *Vniuersitas semper est eadem licèt morientur, & postea mutentur omnes de vniuersitate.*

16 *Mortuum qui dicit, finitum, & sopitum dicere videtur.*

Lis mortua dicitur quæ est finita, & perempta, ibidem.

Amortizatio an benè dicatur in ea significatione, in qua eam vsurpamus in Cathalonia. ibidem.

17 *Census consignatiui ad vitam constituti materiā quā tractauerint.*

18 *Violaria in Cathalonia, & in Regno Valentiæ appellantur census consignatiui, qui solent ad vitā constitui.*

19 *Violaria dicuntur quia violantur, & soluuntur per alicuius mortem, ideò facilè pereunt vt viola.*

20 *Vel etiam quia antea vidolaria à vita, nunc violaria corrupto vocabulo, solebant appellari.*

21 *Census reseruatiuus non est in vsu in Cathalonia, nec ferè in alijs prouincijs.*

22 *Census emphyteuticus est qui in Cathalonia proprie, & communiter census appellatur.*

23 *Præcium non concurrit in contractu emphyteutico.*

24 *Introita non est necessaria in contractu emphyteutico.*

25 *Emphyteuticus contractus sic obnoxius est, ob lesionem, dispositioni l. 2. C. de rescinden. vendi. sicuti alij contractus, & numer. sequent. vbi decisiones.*

26 *Emphyteuticus contractus an rescindatur propter lesionem quando reperitur postea in re emphyteutica thesaurus antea absconditus, remissiuè.*

Item an quando est temporaliter celebratus, & est iam finitus, & sunt fructus consumpti, ibidem remissiuè.

27 *Canon iustus, secundum vnam opinionem, dicitur in contractu emphyteutico quando res est inutilis, & parui reditus, qui in viginti annis æquat iustū rei valorem.*

Si verò sint res pratiosę, & multorum fructuum, canon, & pensio debent esse tantæ quantitatis, quantæ sunt reditus annui minus sexta parte, secundū eandem opinionem. ibidem.

28 *Canon qualiscunque potest esse; etiā valdè modicus, in contractu emphyteusis; secundum aliam opinionem, & nu. 61. cum sequent.*

29 *Contractus an sit emphyteuticus, an locationis, dignoscitur*

nescitur ex magnitudine, vel modicitate pensionis, quæ pro eo soluitur, taliter quòd si sit magna locatio iudicabitur, emphyteusis verò, si modica.

30 Canon non dijudicatur pro quibus prædijs soluatur ex eo quòd sit magnus, vel tennis, & prædia magna, vel tenua, quia contingit sæpiùs modicum canonem persolui pro re magni valoris.

31 Ecclesia canon in suis contractibus emphyteuticis potest esse magis tenuis, quàm in alijs.

Ecclesia debet esse iustitiæ cultrix, & in ea superabundare bona fides, ibidem.

32 Emphyteota subuenitur quando est læsio in censu, licèt non sit ea vltra dimidium, vbi decisio Senatus Pedemontani.

33 Ecclesiæ semper censetur vtilis contractus emphyteuticus etiam cum modico censu, quia non potest ipsa sua prædia colere.

34 Canon in emphyteusi Ecclesiæ, secundum aliam opinionem, debet æquiualere fructibus vt dicatur contractus in eius vtilitatem celebratus, & num. 53.

35 Canon in emphyteusi Ecclesiæ taliter debet esse iustus vt non sufficiat constitui habito respectu ad valorem rei cum diminutione sextæ partis.

Authentica, perpetua, est abrogata de iure canonico, ibidem.

36 Canon in emphyteusi, secundum aliam opinionem, respectu concedentis potest esse quilibet, etiam modicus, sed iustus respectu recipientis, quòd non excedat id, quod debet esse, & num. 67. vbi reprobatur.

Emphyteuticus contractus difficilius rescinditur propter læsionem ad instantiam concedentis, quàm ad instantiam recipientis, ibidem, & num. 67.

37 Emphyteuticus contractus nunquam rescinditur, secundum aliquorum opinionem, ad instantiam concedentis quantumuis decepti, & numer. 67.

38 Canon in emphyteusi Ecclesiæ, secundum aliam opinionem, vt iustus dici possit, inspicienda est Ecclesiæ conditio, an dines sit, vel tenuis, & n. 68. & 69. cum sequent.

39 Canon vt iustus ne sit videatur, distinguendum est, secundum aliorum opinionem, inter emphyteuses Ecclesiasticas, & seculares.

40 Canon vt iudicetur iustus in emphyteusibus secularibus, si noue res conceditur, regulabitur secundum quod consuetum est in locis vicinioribus, si verò est emphyteusis antiqua, fiet sicuti aliàs est solitũ, & nu. 73. cum sequent.

41 Canon potest esse in emphyteusi, secundum aliquorũ opinionem, quantumcunque modicus absque eo quòd possit propterea contractus rescindi, sed potest reduci ad debitam quantitatem arbitrio boni viri, & nu. 90.

42 Minor læsa in pretio, non in venditione ex eo quòd non expediret vendere, non datur restitutio nisi ad supplementum pretij, & nu. 95.

43 Canon diuersimodè consideratur respectu rerum sterilium, & fecundarum, secũdum auctoris opinionem.

44 Emphyteuticum cõtractus primò, & principaliter adinuentus censetur pro meliorandis sterilibus, & infructuosis rebus.

45 Stabilimentum dicitur in Cathalonia in emphyteusim concessio.

Emphyteusis rerum sterilium, & incultarum non subiacet legibus aliarum fructificantium, ibidem.

Pater potest, non obstante hæreditamento filiorum, concedere in emphyteusim res ruinosas comprehensas in hæreditamento, ibidem.

46 Solemnitates non requiruntur in emphyteusi Ecclesiastica rerum sterilium, & incultarum.

47 Canon vt iustè constitueretur, deberet fieri æstimatio rei, qualiscunque esset, & sumere pro canone id, quod in viginti annis æquaret iustum rei valorem, & numer. sequentibus, signanter numer. 76.

49 Intellectus § sanctissimas, in auctor. de aliena. & emphy.

50 Interesse in Cathalonia communiter solet taxari ad rationem quinque pro centenario.

51 Valor cuiuscunq. rei optimè deprehenditur ex reditibus viginti annorum.

52 Alimenta vidua taxantur habita ratione ad quantitatem dotis, scilicet quinque pro centenario, vbi decisio Senatus Neapolitani.

53 Alimenta taxantur in Cathalonia ad rationem quinque pro centenario quando actori taxantur pendente lite, idque habita ratione ad quantitatẽ, quæ petitur.

54 Valor rei quomodo deprehendatur, an ex æstimatione, an ex fructibus.

55 Vendi res solet pro quantitate fructuum, quos reddit.

56 Valor rei probatur optimè si probetur tot reddere fructus annuatim, qui sunt tanti valoris.

57 Valor rei multis modis deprehendi potest, remissiuè.

58 Valor rei arbitrio iudicis relinquitur, quomodo deprehendendus sit.

59 Valoris probatio, quæ fit respectu fructuum, qui ex re percipiuntur, dicitur subsidiaria, quando scilicet non potest aliter fieri.

60 Valor rei iustus dicitur, quem valor fructuum, qui annuatim recipiuntur, conficit in viginti annis.

62 Canon in emphyteusi nullam habet rationem mercedis, nec pro ea datur, sed imò in recognitionẽ dominij directi, & num. 65. vbi declaratur.

63 Empsio subsistit cum vno solo nummo pro pretio.

64 Canon in emphyteusi benè verum est quòd sufficit quilibet pro illius validitate quantumuis modicus,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cus, sed quòd sit magnus, & grandis nihilominùs non repugnat natura contractus.

66 Canon potest esse magis tenuis in emphyteusi quando datur pinguis intrata, quia vnum cum alio coniungitur ad conficiendum iustum rei valorem.

67 Remedium l. 2. C. de rescin. vendi. habet locum tã respectu vnius ex contrahentibus si minùs iusto vendidit, quàm respectu alterius si carius emit, nec est differentia inter vnum, & alterum.

68 Correlativa pari modo iudicantur.

69 Læsio consideratur respectu dati, & accepti, non secundum qualitatem personarum, an sint diuites, vel pauperes quando agitur de rescindẽdo contractu.

70 Læsio ad rescisionem contractus vt dicatur sufficiẽs ex se ipsa est consideranda, nec ad id sunt considerandi respectus, & ibi declaratur per exẽpla.

71 Læsio quomodo consideretur in contractibus, qui nõ sunt correspectiui.

72 Læsio vt detegatur, inspicienda est qualitas cõtractus.

73 Æqualitas omnimoda vix est quòd in duabus rebus distinctis reperiatur.

74 Solitum quando quid dicatur, remissiuè.

75 Canon ille dicitur iustus in rebus antea solitis cõcedi in emphyteusim, pro quo antiquitùs illa fuerunt aliàs concessa, si statum res non mutauerint, vbi decisiones Rot. Roma.

76 Valor rei non dicitur iustè consideratus nisi deducatur id, quod eam facit minùs valere.

77 Pactum de retrouendẽdo an minuat iustũ rei valorem, vbi plures decisiones pro affirmatiua.

78 Pactum de retrouendendo minuit valorem rei in tertia parte, vbi decisio Senatus Sebusiani.

79 Alij tenent quòd magis diminuit, ibidem.

80 Dominium vtile tantũ transfertur in emphyteusi, directo penes dñm remanente.

81 Dñs directus habet plura cõmoda, quæ ei obueniũt ppter retẽtionem directi dominij in emphyteusi, & quæ sint.

82 Directum dominium in Cathalania æstimatur cõmuniter ad tertiam partem valoris rei.

83 Amortizatio quomodo fiat.

84 Intrata, quæ solet dari in emphyteusi, est alicuius considerationis, ad dignoscendam iustitiam census, & nu. 85 vbi declaratur.

85 Læsio diuersimodè consideratur in emphyteusi at qui in alijs contractibus, & quare.

86 Emphyteuticus contractus in Ecclesiasticis propter illud solum rescindi potest quòd sit cum magna intrata, & modico censu celebratus, vbi decisio.

78 Intellectus S. Conc. Triden. sessio. 25. c. 11. vers. ne repræsentata.

88 Canon vt iustè constituatur attendenda sunt circunstantiæ occurrentes, & consuetudo loci.

89 Læsio minor an sufficiat in Ecclesia, quàm in alijs remissiuè.

90 Actio datur ad rescisionem totius contractus in Ecclesiasticis quando non est iusta pensio constituta, non ad illius supplementum, quod tamen secus est in laycis.

91 Alienationes damnosæ, quæ fiunt de rebus Ecclesiæ, nullæ sunt.

92 Clausula, si in euidentem, in rescriptis Apostolicis censetur apposita pro forma, qua non seruata corruit actus.

93 Alexan. Rauden. opinio in hoc reprahenditur.

94 Corruptio non deriuatur à verbo corruere.

95 Minor læsus in pretio, an restituatur ad illud, an ad totum contractum,

96 Actio ad supplementũ iustæ pensionis datur tantùm in laycis emphyteusibus, non ad contractus rescisionem.

97 Restitutionis beneficium adiuuentum est vt minoribus subueniretur in eo, in quo læsi sint.

Læsio est causa restitutionis in integrum, ibidem.

98 Restitutio tantum reddit quantum læsio abstulit, non plus.

99 Restitutio datur minori, vt minor integrũ ius suũ recipiat.

100 Restitutionis in integrum remedium pinguius est, quàm rescisionis vigore l. 2. C. de rescinden. vendi. quia præcisè rem auocat, & nõ dat electionẽ, vbi decisiones.

Restitutionis remediũ, quia pinguius, licèt extraordinarium, non cessat per remedium ordinariũ l. 2. C. de rescin. vendi. ibidem.

Remedium ordinarium non facit cessare extraordinarium quando hoc est illo pinguius, ibidem.

101 Glos. in l. patri, verbo, oporteat, ff. de minor. reprobatur.

102 Restitutio datur minori aduersus sententiam ad impediendum executionem, si non malicioscè petatur, vbi decisiones.

103 Restitutionis remedium pinguius est, quàm supplicationis, aut appellationis.

104 Restitutio non admittitur in nostro Senatu aduersus sententiam quamdiu subest supplicationis remedium, vbi decisiones.

105 Restitutionis remedio implorato, an is, qui in eo succubuit possit postea supplicare, aut appellare, remissiuè.

106 Læsio quãta debeat esse vt minori detur restitutio.

107 Maior, qui est læsus in concessione emphyteusis, nõ auocat præcisè rem, sed emphyteuta dat electionem l. 2. C. de rescin. vendi.

108 Census emphyteuticus perit si res pereat tota, secus si pro parte.

109 Pactum quòd emphyteota teneatur de casu fortuito, id est quòd si res pereat teneatur nihilominùs ad pensionem, valet de iure.

110 Emphyteota liberatur si res perit toca casu fortuito

tuito, non si sua culpa, vbi decisio Senatus Sebu
siani.

111 Emphyteota non liberatur si res perit pro parte.

112 Emphyteota vt liberetur per peremptionem totius rei, quomodo res illa dici debeat peremta.

113 Emphyteota non liberatur per destructionem domus, quia remanet area, vbi decisiones.

114 Area est potissima domus pars.

115 Remissio pensionis an fiat emphyteotæ propter sterilitatem, vbi decisiones pro vtraque parte.

116 Contractus reducitur ad æquitatem quotiescunq. res efficitur iniqua, vel in infinitum crescit, & nu. sequent. vbi decisiones.

117 Furnarius non tenetur familiæ aucta coquere panem pro mercede antea conuenta.

118 Sermo generalis, & indiffinitus non trahitur ad futura quando resultaret maximum præiudicium.

119 Intellectus c. 40. cur. anni 1599.
Æquitas qualis censeatur per iura patriæ prohibita Doctoribus regij consilij, ibidem.

120 Æquitas, quam sibi quidam suo capite fingunt, dicenda potius est dupplex iniquitas.

121 Sterilitas, & rei deterioratio qualis, & quanta debeat esse, quæ faciat locum remissioni pensionis, remissiuæ.

122 Emphyteota in ciuitate Barcinone potest quando velit emphyteusim renunciare.

123 Idem obseruatur in diœcesi Gerunden.

124 Sed quid in tota Cathalonia, & nu. 126.

125 Emphyteota quando renunciare potest emphyteusim tenetur prius census præteritos domino solue re.

127 Emptor, cui denunciatum est quod emit facere cen sos census, & ipse accepit auit, tenetur ex propria obligatione ad oēs census, nec satisfacis volēdo dimittere rem.

128 Tertius possessor an teneatur, nedum ad census, & laudemia de suo tempore, sed etiam de tempore sui venditoris, & aliorum prædecessorum.

129 Emphyteota an admittatur de iure communi renunciatio emphyteusis inuito domino, vbi decisiones.

130 Emphyteota admittitur renunciatio quando non posset, nisi cum magna difficultate, re emphyteutica vti, vbi decisio.

131 Census præscriptione perimitsitur.
Præscriptione omnia quæri possunt, ibidem.
Præscriptio est vna alienationis nota.

132 Census præteriti in emphyteuticis cōtractibus præscribuntur, non futuri, quia nunquam præscribitur directum dominium, & alijs sequent. vbi decisiones.

133 Præscriptio non currit possidenti.

134 Dñs directus sæpe possidet ministerio emphyteotæ.
Possessio ciuilis est penes dominum, naturalis verò penes emphyteotam, ibidem.

135 Possidens naturaliter non præscribit contra possidentem ciuiliter.
Possessio vtraque est necessaria ad præscribendum, ibidem.

136 Census in Cathalonia non præscribuntur nisi præteriti, nunquam futuri.

137 Census quarè petātur pro 59. annis tantum in Ecclesiasticis, in secularibus verò pro 29. si dominium, & eius ratione census, non præscribūtur.

138 Census possunt existere penes vnum, & directum dominium penes alium.
Census existentes penes vnum, ex concessione domini, remanēte penes eū dominio directo, an præscriptioni sint obnoxij.

139 Census est de essentia contractus emphyteutici.

140 Fructus non exacti licèt maturi de tempore vniusbeneficiati spectant ad successorem, non ad hæredem.

141 Etiamsi pro eorum exactione iudicialiter antecessor egisset, vbi plures decisiones tam nostri, quā etiam aliorum Senatuum.
Debita, & legata pia beneficiati soluuntur prius ex fructibus non exactis, si alia non subsint, quàm successori dentur, ibidem vbi decis. nostri Senatus.
Intellectus Bulle 9. Iulij tertij super fructibus beneficiorum non exactis ad quos spectent, ibidem.

142 Consuetudo dicitur esse in ciuitate Barcin. quòd fructus beneficij spectāt ad hæredē, non ad successorem.
Alij dicunt quòd est etiam in tota Hispania.

143 Constitutio Iulij tertij super fructibus beneficiorum non exactis, dicitur non recepta in regnis Hispania, secundum Nicol. Garcia.
Sed non sic est in Cathalonia, ibidem, vbi decisio.

144 Census an præscribantur pro parte.

145 Debitor soluendo partem dicitur agnoscere totum debitum.
Pars negans fulsitur argumentis à simili, ibidem.

146 Pars affirmans aliis argumentis probatur.

147 Distinctio accommodata ad propositum quòd aut census debentur ex eadem concessione, aut ex diuersis.

148 Paris per receptionem conseruatur ius in toto, quando ille, qui recipiebat, sciebat sibi plus debe ri.

149 Intellectus l. is qui. ff. quemadmod. vsus fruc. amit. & nu. sequent.

150 Seruitutes rusticorum prædiorum sunt individuæ, ideo per vsum partis, eo modo quo per partem vsus potest cōsiderari, retinetur ius in toto absq; alia distinctione.

151 Creditor, qui sciebat sibi maiores vsuras deberi, si recipiat minores, sibi præiudicat.
Scientia in creditore recipiente partem debiti, quòd plus sibi deberetur, potius videtur nocere debere eidem, quàm profitere, ibidem.

Intelle-

152 *Intellectus l. qui semisses ff. de vsur. & l. aduersus. C. eod.*
153 *Vsura diuiditur in maiorē, & minorem.*
154 *Species vna non est pars alterius.*
155 *Promptiores sunt leges ad liberandum ab obligatione, quàm ad eam inducendam.*
156 *L. qui semisses ff. de vsur. & l. aduersus C. eo. cōsilium est cum l. creditor §. si ff. de solutio.*
157 *Vsusfructus, & vsus species dicuntur seruitutis mixtæ.*
158 *Vsus sumitur dupliciter, primò pro specie seruitutis distincta ab vsufructu, alio verò modo vt commoditas, quo modo est pars vsusfructus.*
159 *Solus partē vt partē nō præscribit, secus si partē vt totum, quod declaratur.*
160 *Soluere partem vt partem, an in dubio quis sit iudicandus, vel vt totum.*
161 *Soluisse indebitum potius quis præsumitur, quā fidem cautionis agnouisse.*
162 *Soluens partem siue vt partem, siue vt totum, nunquā præscribit in foro pols, quando scit plus deberi.*
Sed quid in Cathalonia, vbi non curatur de bona, vel mala fide in præscriptionibus, ibidem.
163 *Soluens partem debitis post adimpletam totius præscriptionē sibi non præiudicat, nisi in parte soluta.*
164 *Declaratur in præscriptione statutaria triū, vel quatuor annorum, secus in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum.*
Soluens debitum præscriptum, an repetat condictione indebiti, ibidem.
165 *Præscriptio 30. vel 40. annorum, licèt non tollat naturalem obligationem, tollit illius effectus, quod secus est in statutaria.*
166 *Præscriptio cur admittatur in parte in cēsibus emphyteuticis, & non in toto.*
167 *Canon est de essentia, & substantia contractus emphyteutici, sine quo consistere non potest.*
168 *Vniformis debet esse solutio vt præscriptio ex ea inducatur, vbi decisiones nostri Senatus.*
169 *Etiam si temporis immemorialis præscriptio, seu possessio foret.*
170 *Minor in speciebus non inest maiori.*
171 *Minor quantitas inest maiori.*
172 *Sententia arbitrorū lata in diuersis summis tenet in minori.*
173 *Maiorē quātitatē soluens cēsetur etiā soluere minorē.*
174 *Possessio non acquiritur sine animo, nec sine possessione præscriptio.*
175 *Minor summa inest maiori tamquam pars, non tāquam quid ab ea separatum.*
176 *Intellectus textus in l. ex parte, de cēsib. & n. sequētib.*
177 *Interpretatio fit de mediocri in diuersis summis.*
178 *Minor quandoq. significat mediocre, & sic medium inter maximum, & minimum.*
179 *Minimum sequimur in obscuris.*
180 *Intellectus l. diē proferre §. si plures ff. de recep. arbit.*
181 *Iudices si sunt pares qui absoluunt cum illis, qui condemnāt, absolutus reus manet. vbi decisio.*
182 *Iacobi Cancerij circa suprà tradita opinio.*
183 *Census tritici, vini, vel olei an debeantur in genere, an in specie.*
184 *Triticum non præsumitur durare vltra triennium, & ideò vltra illud tēpus peti non pōt, sed æstimatio tantum.*
185 *Interesse, seu valor quantipluriminiquomodo crescat in his, quæ debentur in genere, & in his, quæ in specie, & nu. 201.*
186 *Præscriptio triennalis habet locum in tritico, quod debetur in specie.*
187 *Remissio pensionis an sit facienda propter guerræ impedimentum.*
188 *Tritici, vini, & olei census deberi in specie plures sunt, qui volunt.*
189 *Triticum, vinum, vel oleum, quæ debentur ratione certa rei, dicuntur deberi in specie, & nu. 192. vbi declaratur, & nu. 199.*
190 *Census perit perempta re, super qua constituitur, & nu. 188. vbi declaratur.*
191 *Genus nunquam perit.*
193 *Pecunia non debetur in specie, sed imò in genere.*
194 *Census potest constitui super aliqua re diuersa species ab ea, quæ colligatur ex eadem.*
195 *Genus perire potest quando debetur ratione certæ rei sicut si species esset.*
196 *Ratio quamobrem perempta re peretat census.*
197 *Periculum rei semper spectat ad eum, qui dñs est.*
198 *Census vt deprehendatur, num in genere, vel in specie debeatur, inspiciendæ est forma conceptionis illius.*
199 *Tritici certa mensura quoties cunq. promittitur simpliciter, censetur promitti in genere, non sic qñ ex certo fundo.*
200 *Intellectus text. in l. inter stipulantem §. sacram, ver. vini autem ff. de verb. obliga.*
201 *Census gallinarum, & similes solui debent in vivis, non in mortuis.*
Animal mortuum non dicitur animal, sicut nec homo mortuus homo.

GLOS. XVIII. PARS I

Et cum omnibus censibus &c.

De censu reseruatiuo, qui fit quando transfertur res in aliquē tā quoad directum, quàm etiam quoad vtile dominium, certa pensione super ea reseruata, & de censu emphyteutico, qui fit quando transfertur res in aliquem quoad vtile tantum dominium, directo retento.



1 MISSIS † varijs verbi, cen-
sus, in iure vſurpationibus,
in quibus tradendis multùm
elaborauerunt Domini. So-
to lib.6.de iuſti.& iur.q.5.ar.
1.Dida.à Couar.lib.3.var.c.
7.num.1.Velaſ.de iur.emphy.q.32.Pet.Foller.
in pragma.Reg.Alfon.de cenſ.verbo,*cenſus*, in
fin.Briſon. Otoma. Venutius,& Peæte.verbo,
cenſus,& alij plures,quos refert Felicia.de So-
lis tom.1.de cenſ.in præfa.num.3.& Aluar. Ve-
laſ.vbi ſuprà, quibus adde Hypol. Montaner,
qui non minorem,quàm ſupradicti, in enarrā-
dis doctoribus penè infinitis, qui hac de re ege
runt,adhibuit diligentiam, in additione ad c.
7.& 8.praxis Antho.Oliba parte 2.li.1. Leonar.
Leſium Socie. Ieſu.de iuſti.& iu.lib.2.c.21.dub.
1.& Gaſpar.Roder.licèt ſub nomine reditus,in
tracta.de annu.redi.lib.1.q.1,omiſſis (inquam)
huiuſmodi in iure verbi, cenſus, vſurpationi-
bus,& acceptionibus,vtpotè nihil,aut certè pa
rùm neceſſarijs,& conducentibus ad materiā,
quam explanandam ſuſcepimus, intelligendā,
2 cenſus † in propoſito noſtro ſumitur in ea ſig-
nificatione, qua cenſus dicitur quicquid an-
nuatim ſoluitur in quantitate,vel ſumma,l.æta
tem cum duabus ſequent.de cenſ.ſumma An-
gel.& ſum.Tabien.in verbo *cenſus*,& doctores
* communiter in rub.extra de cenſ. Hoſtien. in
ſum.eo.tit.in prin.Felicia. de Solis de cenſ. in
præfa.num.8.Surd.conſ.162.num.6. vol.2.So-
to de iuſti.& iur.l.6.q.5. art.1. fol. 2. Meno. de
præſump.lib.3.præſump.107.nu.2.

3 Huiuſmodi † cenſus tribus præſertim mo-
dis conſtitui de iure ſolet, primo quando do-
minus rei illam transfert in alium tam quoad
directum,quàm quoad vtile illius dominium,
qui tamen eius nomine quid annuum ſoluere,
vel præſtare promittit,rex.& ibi glo. in c. con-
ſtitutus,extra de religio.dom.Bar. in l.1.§.1.de
publica.tradunt omnes ferè doctores ſuperiùs
enarrati,ac præſertim Dida.num.1. Solis num.
9.Surd.conſ.62.num.4.vol.2.Peregri.conſ.97.
nume.1.Adde Craue.in conſ. 217. nu. 4.Et hic
4 † dicitur cēſus reſeruatiuus,vt Par.Moli.docet
de conttrac.diſpu.381.nu.8.

5 Secundo modo † conſtitui ſolet huiuſmo-
di cenſus quando dominus rei,rettento domi-
nio directo, illius vtile dominium in alium
transfert,conſtituta ſuper ea re annua retribu-
tione,& iſte contractus emphyteuticus appel-
latur, laſ.in l.1.n.3.cū multis ſequētibus, de iu.
emphy.Peregri.allega.cōſ.:7.nu.3.Pet.Bellug.
in ſpecul.prin.rub.41.§.leges regni, n.5. ver.*ad-*
6 *uerte*,vbi † dicit hunc cōtractum eſſe permiſſum
tam de iure canonico, quàm ciuili.& ab Eccle-
ſia approbatū, Velaſ. de emphy.q.1. li.1.Hic di-
citur cēſus emphyteuticus cū dominatione,fir-
ma,& fatica,& alijs iuribus dominicalib⁹,Mō-
7 taner vbi ſuprà nu.10. & ſolet † communiter
canon appellari, c. pernit de loca. & conduc.
8 Velaſ.vbi ſuprà q.33.nu.1.licèt † canonis nomē
latiùs pateat, vti ex Dida.& alijs obſeruat vbi
ſuprà Velaſ.in quo nos non immoramur quia
parùm profuturum arbitramur & in hac ſigni-
ficatione vtitur verbo,*cenſus*, Romanus Poti.
in c.ad aures,de reb.Eccleſiæ non alienan. tra-
dunt latè doctores ſuperiùs adducti ita clarè
vt ſuperfluum mihi videatur quòd egregijs eo-
rum dictis aliquid detrahatur,vel addatur.

9 Tertio deniq. † & vltimo modo conſtitui
ſolet cenſus quando quis pecunia accepta ad
fauorem dantis ſuper fundo ſuo conſtituit an-
nuā penſionē,ſiue annuū reditū, Craue. conſ.
217.nu.4.Foller.allega.ptag.de cenſ.§ cēſus. n.
5.Redoa.de reb.Eccleſ.nō alienā.q.17. per tot.
Surd.& Pereg. in locis ſuperiùs allega. Adde
Soto de iuſti.& iu.lib.6.q.5.ar.1.Meno.de præ-
ſump.lib.3.præſump.107.num.1. Nauar.in tra-
cta.de vſur.nu.69.& Virgin.de Bocar.in tract.
de cenſ.1.p.nu.17.qui cēſum diffiniunt de quo
loquimur,agit etiam de hoc cēſu latè Pet. Bel-
lug.in ſpecul.princip.rub.41. in §. leges regni
per tot.de his cenſibus loquūtur vulgares Mar
tin.& Calix.ac Pij. V. ſummorum Pontificum
de cenſibus conſtitutiones,de quibus integrū
tractatum in duobus volum. confecit Felicia.
de Solis ſupra cita.de huiuſmodi cenſibus lo-
quuntur conſtitutiones huius prouinciæ in tit.
10 de exequutione cēſualium.Et hic † appellatur
cenſus cōſignatiuus, vt pater Molina tradit de
conttrac.diſpu.385.per tot.

11 Huiuſmodi † cenſus duppliciter cōſtitui ſo-
lent,vel imperpetuum, vel etiam ad tempus,
putà ad vitam eius,qui pecuniam dat, vel alte-
rius,prout cōueniunt paciſcentes. De cenſib⁹,
ſeu cenſualibus perpetuis,ſeu quę ad imperpe-
12 tuum conſtituuntur,loquuntur iura,& docto-
res ſuprà proximè allega.& in † noſtra Cathalo
nia communiter cenſualia mortua ſolent ap-
pellari,ad tot.tit.d executio d cēſ.in 1.vol.cōſti.
& facit c.32.cur.Barci.Regis Fardin.1. quod le-
gitur in 3.vol conſti.de pace,& treug.c.3.Dicū-
13 tur † autem (vt id obiter attingamus) cenſualia
mortua,ſi credam⁹ practico noſtro Thō.Miet.
in allega.c.32.cur.Regis Ferd.col.9.quia nūquā
moriūtur,ſed perpetuò durāt,mortuus enim iā
ampliùs nō moritur,vt dicebat diuus Paul⁹ ad
14 Rō.6.In hac † eadem ſignificatione appellam⁹
Cōmunitates,vniuerſitates,& collegia manus
mortuas,quia nūquā moriūtur,ſed perpetuò
15 durāt:licèt † enim moriāt homines de cōmuni-
tate,per ſurrogationē tñ aliorū ijdē fingūtur eſ-
ſe,& eadem dicetur ſemper vniuerſitas, vul-
ga. l. proponebatur, de iudi. cum ſimil. ita
Pet. Grego.in ſyntag iur.vniuer.lib.20. cap. 11.
nu.4.

nu.4.additio Ranchini ad Guid.Pap.q.361.Camil.Borrell.in additione ad Petrum Bellug.in Specul.tub.14.verſi.veniamus, in litterà A. & Antho.Oliba in vſat.in aliũ nãq.c.7.n. 7.& memini quòd nõnihil de hoc & ego dixi ſuprà hac ea.clau.4.in glo.10.de Baronia par.2.nn.56.& glo.12.de feud.nu.13.15.& 30.Verum eſt quòd iſdem Mier.hanc ethymologiam impugnat dicens valdè mirandum eſſe quòd cenſualia ex eo mortua appellentur quòd mori nõ poſſint, magis enim propriè immortalia, quàm mortua 16 dici deberent, dicendo †enim mortuum, dici videtur nullum, & ſopitum, qua in ſignificatione l.C.litem mortuam appellat quãdo ea perempta, finita, & ſopita eſt in l.2.ff.indi.ſolui, ſic Iacobus Cali.in marga.fiſ.dub.8.verſi.56.de amortizatione loquendo aſſerit minùs rectè eam vſurpatam fuiſſe, cum potiùs animatio dici deberet, poſtquam per eam quaſi ad vitam reducitur quod mortuum erat. Quicquid tamen ſit, in noſtra Cathalonia, & etiam in regno Valentiæ, vt ex Bellug.loco ſuperiùs allega. conſtat, cenſualia mortua communiter appellantur, forſan non alia ratione quàm quia vulgus ea tali nomine donauit, vt inſinuat ſuprà allega.c.32.cur.reg. Ferdin.incip.cordi eſt, vbi loquendo de huiuſmodi cenſualibus dicit curia, quæ vulgò in Cathalonia cenſualia mortua appellantur, nec eſt quòd nos de nominis quæſtione ampliùs agam⁹, quæ pertinacibus eſt relinquenda.

17 De cenſibus† autem, qui ſolent ad tempus, putà ad vitam alicuius conſtitui, tractant eædem conſtitutiones allega.ſub.tit.de execu.cẽſual. & violat. in 1. vol. noſtrarũ conſtitutionũ, Bellug.in Specul.allega.tub.41.§.leges Regni nu.5.verſi.aduerte, Surd.de aliment.tit.9.q.11. per tot.infinitos penè recenſens, qui de hoc contractu agunt, ac illius validitatem defendunt, Medina de reſti.c.de cẽſu ad vitam, per 23 tot.& auctor practicę Cancellariæ excerptę ex mẽorialib⁹ D.Hieronymi Pauli Barci.litterarũ Appoſtolicarum vicecõtrectoris, pag.mihi 24. verſi.*ad materiam contractus*, Pater Molina de contrac.quæſt.388.per tot.Eman.Rodrig.in 24 ſumma cas.conſcien.verbo, *cenſus*, Dida.var.reſol.li.5.c.7.n.3.Andre.Gayl.lib.2.obſeruationũ obſeruatione 8.per tot.Felicia.de Solis de cenſ. lib.1.c.7.nu.19.& Gaſp.Roder.in allega.tracta. 18 de annui.redi.lib.1.q.5.per tot. *Hi* cenſus† * violaria communiter in noſtra Cathalonia, & Regno Valentiæ appellari ſolent, non alia ratione, † vt vult auctor allega. practicæ Cancella. quàm quia ſoluũtur, & violãtur per mortẽ alicuius, & ideò facilè pereũt vt violę, ideòq. violaria appellãtur, cui videtur aſſentire Mier. 20 in loco ſuperiùs allega.vel etiam † quia antea 25 vidolaria, nũc corrupto vocabulo violaria, ſolita eſſent appellari, eo quia ad vitam dabãtur.

21 His ſic † præfatis ſupereſt vt ad ſingulorum membrorum diuiſionis cenſuum, & cuiuſlibet eorum materiæ explicationem, & enodationẽ deueniamus. Et primò quidem quod attinet ad primum membrum diuiſionis, quod agebat de eo cenſu, qui fit cum quis rem propriam in alium transfert & quoad directum, & quoad vtile dominium cum pacto quòd accipiens teneatur annuatim de certo cenſu, & penſione danti reſpondere, non eſt quòd in præſenti in illius explicatione tempus conteramus, cum in hac patria non ſit talis contractus in vſu, nec ferè in alijs prouincijs, prouti de ſua atteſtatur Ioan.Pet.Surd.conſ.162.nu.4.vol.2. Et licèt in Cathalonia ſoleant fieri contractus, quibus res propria traditur alicui abſq. eo quòd aliquid aliud reſpondeat tradenti accipiens, præter annuam quandam penſionem, tamen is contractus nõ eſt iſte, de quo agim⁹, celebratur enim priùs verus, & realis inter contrahentes emptionis, & venditionis rei contractus certo prætio in pecunia conſtituto, poſteà verò ex pecunia prędicta debita creatur cenſus, quod cẽſuale apud nos appellatur, ad rationem ſolidi pro libra, prouti in his, in quib⁹ interuenit pecunia numerata, quod quantùm diſtet ab hoc noſtro contractu, nemo eſt qui non videat; an autem hoc modo poſſit cenſus creari ex infrà dicendis apparebit clarè, ac manifeſtè.

22 Quod † attinet ad ſecundam ſpeciem contractus cenſualis, quẽ dixim⁹ fieri qñ ab habẽte vtrumq; dominiũ in re, tam directũ, quã vtile, alterum ex ipſis, vtile ſcilicet in aliũ transfertur cũ pacto quòd eius nomine tranſferenti quid annuũ reſpõdeat, illud imprimis notam⁹ quòd huiuſmodi pẽſio in noſtra Cathalonia propriè cenſus appellatur, & cõmuniter de hoc cenſu intelligimus quando de cenſu verba facimus.

In hoc † contractu non eſt quòd diſputemus de iuſto illius prętio, qualeq. ac quantum illud debeat eſſe ne dicatur vſurarius, ſicuti in reliquis cenſibus obſeruant doctores, & nos latè, Deo dãte, inferiùs tradem⁹: hic enim nullum adeſt prætium, nec, † quod illius vicem gerere videretur, intrata eſt de neceſſitate cõtractus emphyteutici, imò is poteſt abſq. ea ſubſiſtere, Aluar.de Velaſ.de emphy.parte prima q.10.per tot.ex Iaſ. & alijs, qui ita dicunt eſſe communem opinionem, adde patrem Molina de contrac.diſputa.450. per tot. Sed illud eſt particulari diſcuſſione dignum qualis, & quantus debeat eſſe canon, ne propter illius modicitatem dominus directus, nec propter illius magnitudinem emphyteota, occaſionẽ habeant petendi reſciſionem contractus remedio l.2.C.de reſcin.vendi.quod † æquè in emphyteuſi ac in emptione, & venditione locum

cum habere dicunt Bal.in d.l.2.n.6.in fin.Salicet. 8. Pau.de Caſ.nu.14.iſdem Pau.in aucten. qui rem in fi.C. de ſacroſan. Eccleſ. Prac. Papien.in forma libel.ad ficti præſtatio. ad fin. & alij,quos refert, & ſequitur Arius Pinel.in repe
* ti.eruſdem l.parte prima cap.3.nu.37. communem hanc dicens eſſe opinionem, inter communes opiniones eam refert Eman.Soar.à Ribey.in vol.com. opin.tom.1.loco 5.tit.2. de iu. emphy.c.1.benè,& doctè ab obiectis opinionē hanc defendit Aluar. de Velaſ.omninò in hac materia videndus in tracta.de emphy. q.11.nu.
26 19.vſq.ad fin.quæſtionis,qui poſtea † q.15.& q. 28.latè diſputat an remedium d.l.2.habeat locum quando in iure emphyteutico fuit poſt cō ceſſionem inuentus theſaurus,& an habeat locum in emphyteuſi temporali poſt illam finitam, & conſumptos fructus, Pat. Molina de
† contrac.diſpu.452.à nu.4. *Approbarunt* eandem ſententiam in facti contingentia Sena. Luſitanus teſte Antho.de Gam.deciſ.257.vbi Blaſ.Flores in additione plures in idem doctores,vltra ſuprà allegaros,refert, eſt tñ error in impreſſione, nam additio in hanc deciſionem legitur in
† deciſione ſequenti 258. & *Senatus Pedemon.* auctore Anthon. Theſau. deciſ. 120. Et licèt hac in re, de qua nos hic tractare intendimus, quæ verſabitur circa iuſtitiam canonis in contractu emphyteutico aliquantulum elaborauerit vir doctus Aluar. Velaſ. vbi ſuprà allegatus eſt, q.11. per tot. vetùm non ita exactè,& abſolutè materiam enodatā, & explicatam tradidit,quin nobis multum loci reliquerit de eadem agendi.

27 Eſt igitur † in hac materia prima opinio Speculatoris in tit.de emphy. §.nunc aliqua, ver. *ſextò quæritur* cum verſ.ſequenti,diſtinguentis circa qualitatem rei, quæ datur in emphyteoſim,ſi enim(inquit)inutilis ſit res, quę dat.in emphyteoſim, quæ nullos reditus habeat, vel ſanè modicos, tunc re ſubtiliter æſtimata aſſignari debet iuſta penſio, & iuſta dicitur quæ in viginti annis aſcendit ad veram rei æſtimationē, & verum rei valorem,iuxta tex. in aucten. de non alienan.aut permut.reb. Eccleſiæ §. quia vero Leonis in verſ.*ſi verò aliquis*,ſequitur glo. in fin.aucten. perpetua C. de ſacroſanc.Eccleſijs, Approbāt Rebuf.in trac.de aliena.ter.Eccleſ. verbo *profuturum*,nu.96.& 97.Caual.deci. 30.n.87.& 95.de cōtrac. par.2.Antho.Marc.de Canib* in ſuo cōſ.in hac materia edito,ac poſt dictam deciſionem Caualcani poſito nu.12. ſi verò ſit res prætioſa, & habuerit magnos reditus,tunc penſio debet eſſe tantæ quantitatis quantæ ſunt reditus annui minùs ſexta parte, veluti ſi fructus aſcendunt ad duodecimam, competens canon erit in decem,ad quod allegat aucten.perpetua C.de ſacroſan.Eccleſ.Hāc Specnlator.diſtinctionem approbaſſe viſus eſt Alex.in conſ.79.incip.circa primū,de quo quęritur,nu.6.verſ.*circa quantum* vol.1.Corn.in cōſ. 201.incip.viſis,& conſ.285.vilo,1.par.& cōſ.265. incip circa,p.1. & Redoa.de reb. Eccleſ.q. 74. nu.1.& 2.

28 Alia eſt † opinio,quæ elicitur ex traditis per Bar.in l.1.n.1.C.de iu.emphy.Nat. in conſ. 49. nu.17.& Iul.Clar.in §. emphyteuſis q.1.num.5. quatenus docent eam eſſe naturam contract* emphyteutici vt pro eo à principio detur certa pecunia,& poſtea annuatim ſoluatur quid modicum,& ſic tenet ſufficere modicam annuam penſionem pro cenſu ad contractus validitatē, & poteſt eſſe tam modica penſio vt etiamſi ſit vnius tantùm nummi,nihilominùs cū ea ſubſiſtat emphyteuſis,Bal.in l.1.n.7.C.de iure emphy.cū pluribus alijs,quos refert Velaſ. de emphy.q.1.num.11.& q.11.nu.19.verſ.*tu aduerte*.

29 Quod eſt † adeò verum vt qñ eſt dubium qualis ſit cōtractus,ex quo penſio ſoluitur, an locationis,vel emphyteoſis,inter alias cōiecturas,propter quas id dignoſci poteſt, eſt vna, vt videatur nunquid penſio ſit magna,quæ videlicet correſpondeat fructibus prædij, & tunc præſumatur contractus locationis, ſi verò ſit modica,& tenuis,emphyteuticus videbitur,ita Bar.in d.l.1.nu.9.C.de iu.emphy.& ibidē Iaſ. num.6.iſdem Iaſ.in conſ.49.nu.7.16.& 17. Iul. Clar.in §.emphyteuſis q. 1. num.5.& 6. Adde Vincen.de Fran.deciſ.235.nu.2.Magon. & eius additionatorem deciſ.Lucen.12 nu.5.Theſau. deciſ.20.nu.5.Surd.deci.198.nu.1.& Aluar.Velaſ.de emphy.q.1.nu.9.

30 Item etiam † indè videmus quòd doctores in illa quęſtio. quomodo iudex debeat in dubio iudicare ex quibus prædijs ſoluatur pēſio,quæ ſit ſolita perſolui,reprobant Speculatoris in allega.tit de emphy. §. nunc aliqua, quæſtione 59.verſ.dicas,& Bal.in conſ.109.ad ſciendū lib. 4.opinionem quatenus dicebant id dijudicandum eſſe ex quantitate pēſionis,quæ perſoluitur, vt ſi prædia,quæ emphyteota poſſidet, ſūt magna,& ampla,& penſio tenuis, & modica, non præſumatur ſolui pro omnibus prædijs, ſi verò ea ſint nō digna maiori penſione,ſecus:ac probant(inquam)eam opinionem ex eo quòd perſæpè multa,magnaq. prædia in emphyteuſim dari ſoleant tenui penſione nullo alio numerato prætio, qua de re viden.Nat.in conſi. 3.nu.6.& 7.& Meno.de arbit.iudi.lib.2.centu. 6.caſ.554.nu.4.qui rationem ſupradictā appellat ſatis ſolidam.

31 Et hoc † quidem de modica penſione quòd ſufficiat inſtitui pro emphyteoſi.dicit Theſau. deciſ.120.num.1.in fi.maximè procedere ſi ſit Eccleſiæ,quæ eſſe debet inſtitiæ cultrix, & in ea debet ſuperabundare bona fides, per ea,

quę

quæ allegat Cagnol.in l.2.num.10.C.de rescin.
32 vendi.ac pro indè † Senatus Pedemon.in casu
† illius decisionis *subuenit* emphyteutæ Ecclesiæ
propter lęsionem in censu,quamuis non esset
33 vltra dimidiam.Quibus †accedit quòd cum
Ecclesia non possit intendere culturę prædiorum, semper videtur in eius vtilitatem cedere in emphyteusim concessio, quamuis ea fiat pro tenui, & modica pensione.

34 Tertia est †opinio superiori directò contraria quòd imò pensio iusta in emphyteusi Ecclesiæ dicatur ea,quę æquiualet fructibus,aliàs non dicetur facta in euidentem vtilitatẽ,quod præcisè requiritur in huiusmodi concessionibus,vt suprà diximus hac eadem clausu. glo.13. ita post Capic. decis. 182. tradidẽre Vincen. de Franc.decis.191.num.10 & decis.235. nume. 2.& Ioan.Pet.Surd.decis.198.num.22. conducunt quę de prętio annui census scripserunt Ioan.Baptista Lupus in commen.ad l. 2.C. de pac. inter emp.& vendi.commen.2.§.2.nu.79. Iacob.Meno.cons.445.num.12.lib.5.Nauar. in commen.de vsuris,ante nu.36.& And.Fachin. qui eos refert,& sequitur,controuer.iur.lib. 2. c.42.versi. *sexta est opinio.*

35 Et id †credo esse quod vult Canal. in hac materia, decis. 46.nu. 14. de contrac.in prima parte,& decis.29.num.21.eo.etiam tit. de contrac.par.2.ex Iosepho Ludo.commun. conclu. q.12.Alex.& alijs per ipsum allegatis,constituẽ dam esse in emphyteusi Ecclesiastica iustam pensionem,& meredem,nec sufficere quòd constituatur pensio habito respectu ad valorem rei cum diminutione sextæ partis iuxta authenticam perpetua C.de sacrosan. Eccles. quã dicit obrogatam de iure canonico, nec in huiusmodi concessionibus obseruandam, sicuti idem etiam,de abrogatione dictæ auẽticæ, dixerat antea Ioseph.Ludoui. vbi suprà fol.21. versi.*Quæ declaratio.*

36 Quarta † est opinio Arij Pinelli in repeti. l.2.C.de rescin.vendi.parte 1.c.3.num.37. circa fin.vers.*addarem ego*,differentiam constituentis inter dñm concedentem in emphyteusim, & ipsum emphyteotam recipientem,vt respectu illius sufficiat ferè quæcunque pensio quamuis modica, licèt huius respectu debeat esse iusta, † & non excessiua, sicque facilius tolleretur lęsio respectu illius in modicitate pensionis,quã huius respectu in excessu,ac difficilius admitti ille debeat ad rescisionem contractus, maximè si est Ecclesia concedens,vti ex Thesau. & mẽte Senatus Pedemon.suprà retulimus in secũda opinione.Imò † Ias.in l.1.num.75.C. de iu. 37 emphy.& Guiller.Bened.in c.Raynuncius,verbo,*Et vocatem nomine Adelasiam*,decis.5.nume. 420.qui Ias. ad id citat, tenent resolutiuè domino cõcedenti in emphyteosim, quantumuis decepto,non competere remedium l. 2. C. de rescin.vendi.ac propterea in eo non esse cõsiderabilem læsionem, & proindè difficilius admitti ille debeat ad rescisionem contractus.

38 Quinta † opinio est Panor.in c.1.num.8. de restitu.in integ.qui ad detegendum quæ dicatur magna, vel minima læsio Ecclesiæ in hac materia,de qua ille tex.agit, dicit inspiciendã fore conditionem Ecclesiæ,& qualitatem cõtractus,vt si Ecclesia esset tenuis in reditibus, parua læsio esset enormis reputanda, cuius cõtrariũ esset dicẽdũ in Ecclesia multũ abũdãti.

Item finge(inquit)quòd contractus fuit initus super mille fiorennos,deceptio fuit in decem,vel viginti,certè non reputabo magnam læsionem,secus si contractus fuit factus super viginti,& Ecclesia fuit decepta in decem, vel octo,ad quod dicit videndum quod in simili not.glo.in c.fi.de re iudi.lib.6.& Bar.in auctẽ. nisi breuiores lites C.de senten.ex peri.recit.

39 Aluar.Velas.† in allega.q.11.de emphy.lib. 1.in qua proposuerat tractare de re hac,qua de nos agimus,distinguit inter emphyteosim Ecclesiasticam,& secularem,referendo se quoad primam ad tradita per Castren.Archidiaconũ, & Rebuf. in locis per eũ allega.quos dicit per optimè docere quænam in emphyteusi Ecclesiastica dicatur iusta pensio,eorum tamen opiniones reincidunt in easdem, quas nos suprà adduximus, nec ferè aliquid noui continent, quod doctores,quos suprà retulimus, non dixerint.Quo verò † ad emphyteosim secularẽ, 40 post relatam illam doctorum opinionem,quæ tenet iustam pensionem dici,quæ in viginti annis æquat valorem rei,& post illam reprobatam, & seu adductas nonnullas circa eam animaduersiones,tandem num.4. dicit sibi videri quòd iusta pensio emphyteusis de nouo cõcessæ erit illa,quę consueuerit dari pro alijs rebus similibus vicinorum locorum, ex traditis per Ctemen.in l.2.C.de rescin.vendi.n.229. si verò fuerit emphyteusis antiqua regulabitur secũdum pensionem solitam proximis annis dari vt aliàs dicitur *in locatione*,iuxta l.licèt,& l.excepto,cum glo.verbo, *consuetudine*, C. loca. ad quod plures is auctor allegat doctores,est optima ad propositum *decisio* Afflic. 305. hãc opinionem approbans.

41 Vltima † tandem opinio fuit eorum,qui dixerunt posse emphyteusim cum qualicunque, etiam minima,vel modica,pensione subsistere,nec modo aliquo posse propterea penitùs rescindi,vel anullari prætextu læsionis, sed eo casu arbitrio boni viri fore illam reducendã ad quantitatem, quæ eam iustam efficiat. Hanc opinionem tenet Pau. de Cas. in auctẽ. qui rem nume.4.C.de Sacrosan. Eccles. eandem pluribus defendit Ioã.Garcia Gallecus, de ex-

pen.& melio.c.18.numer.20.cum sequent.& in tracta.de nobili.glo.6.§.1.num.56.ita in praxi se † *obtinuisse* asserit Franciscus Caldas à Percy. in repeti.l.si curatorem habens,verbo,Implor. in integ.resti.num.15.licèt postea ab ea opinione recedat,(de quo tamen,ac propterea quòd Garciam reprehendisset in loco superiùs allega. acriter quadam apologica oratione carpitur ab eodem Garcia d. glo.6. §.1 num.56.) approbat autè opinionē Alexander Raud. cons. 17.part.4.num.47.in fin.in 1.vol. consl. defendunt eandem plures, quos supradicti referunt.

42 Comprobatur † ea opinio ex alia communi,quam suprà cita. doctores cum Simoncel. de decre.lib.3.tit.7.num.13.& plurib⁹ alijs ab eo relatis intrepidè tenent minori læso non in ipsa venditione quòd male vendidisset,quia imò benè sibi expediebat vendere, sed in prætio tantùm,cum debuisset vendere carioti, nō dari restitutionem ad recuperationem prædij simpliciter, sed imò emptori dari electionem vt vel prætium suppleat, vel restituat. Indè inferunt doctores ad casum nostrum quòd eodem modo si concedens emphyteusim prætēdat se læsum,non in ipsa concessione quia imò expediebat sibi concedere, sed in canone, & pensione, quam recipit, non poterit agere ad rei recuperationem, sed ad iustā canonis suppletionem.

43 Per hæc † vides quàm plena sit res hæc difficultate,in qua ego libens aliorum audiui sententias,timidus tamen accedo ad meam proferendam,ea talis est quòd priùs existimo sepa randas fore res inutiles,steriles,ac ruinosas, in quibus ad hoc vt *possint* ab eis fructus colligi *multum est impēdendum*,ab alijs rebus, quæ multum fructum afferunt cum parua impēsa, primo enim casu concurro libenter cum opinione Speculatoris ex eo quòd vix possit in huiusmodi emphyteusi considerari hæc læsio, quantumuis minimus constituatur census, & certè in hoc nostro casu quocunque modo constituatur census vix erit quòd non sit semper contractus vtilis concedenti,viden. Corn. cons.181.lib.2.Bursa.cons.230.num.135. allega. per Alex.Raud. in sæpè cita. cons.17.part.9. num.42.lib.1.Caual.decis.29.num.21.part.2.de

44 contrac.conducit † quòd pro huiusmodi rebus infructiferis, & incultis meliorandis primò, & principaliter est huiusmodi cōtractus emphyteuticus adinuentus, vti emphyteusis ethym⁹ demonstrat,& comprobat Nat.in cons.49.nu. 5.& latissimè Velas.de emphy.q.2.per tot. pulchrè Surdus decis. 198. numer.23.Indè euenit quòd cum de anno 1594.disputaretur in Senatu ad relationem nobilis Ludo. à Peguera de validitate, vel inualiditate cuiusdam stabili-

45 menti, (stabilimenta † in hac patria vocamus in emphyteosim cōcessiones)per patrem facti post donationem,& hæreditamentum per eū factum in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum suorum,de quibusdam domibus in dicto hæreditamento comprehensis, fuit † *declaratum* die 12.Decemb.stabilimentum sustinendum vt potè in casu permisso factum, ex eo quòd domus prædictę minarentur ruinam, & ferè inhabitabiles essent, vndè inferebat Senatus vtilius fuisse filijs hæreditatis, quòd ad certum censum eæ domus in emphyteosim cō cederentur, quàm ruinosæ retinerentur,& reedificarentur, scriba causæ erat Iacobus Papiol,vidi huius declarationis copiam auctenticam in processu causæ vertentis ad relationē Hieronymi Torner egregij quondàm nostri Senatus Senatoris, & postea Regentis Regiam Cancellariam inter pupillos Trinxers ex vna, & Hieronymum Genoues, Scriba Stephano Colell.Hæc ideò sunt dicta vt intelligatur emphyteuses harum rerum sterilium, & fructum non afferentium non subiacere legibus aliarum fructificantium,& vtilium rerum, vt indè remaneat comprobatum quod in superiorib⁹ dicebamus, valere huiusmodi rerū in emphyteosim concessiones quamuis sub modico cēsu fiant.Pulchræ sunt considerationes, quas in proposito facit Guiller. Benedic. in repeti.c. Raynuntius, verbo,*& uxorem nomine Adelasiā*, nu.421.dicens,& cōcludens dominū nō posse in emphyteusi harū rerum sterilium, & incultarū allegare deceptionem prętextu modicitatis pēsionis.Et non solū † id habet speciale huiusmodi concessio,sed etiam vt illa possit absque aliqua solemnitate fieri,qua de re legito Guid. Pap.& ibi addentes decis.156. & 158. vbi videbis varias Senatus Grationopol. in id factas *decisiones*,& Redoa.de reb.Ecclesiæ &c.q.22.per tot.& q.51.c.8.etiā per tot.& signāter nu.5.&6.

47 Quia tamen † circa supradicta posset quotidie maior incidere dubitatio quādo, & quomodo res deberet dici sterilis,& inutilis ad effectum, de quo suprà,forte nō esset iniustum quòd ad vitandum huiusmodi difficultates, vt posset certò sciri nūquid pēsio esset iusta, & sufficiēs, necne,fieret rei æstimatio talis qualis esset,& indè fieret legitima computatio num ná pensio constituta in 20. annis æquaret valorem, nec ne, modo tamen,& forma latiùs inferiùs explicandis in rebus prętiosis nullius, vel modici fructus, & reditus : hicenim modus detegendi iustitiam, vel iniustitiam contractus, & læsionis magis forsan accommodatus esset ad sedandas difficultates, ac dubia, quæ circa hæc, quæ tractamus, incidere valerent, nec iniustus ab aliquo videri deberet, qui infrà dicenda rectè considerasset,

habeo

habeo tex.quo id probem satis concludentem in l.si fundus ff.de reb.eor.vbi respondens I.C. consulationi sibi factæ nunquid fundus minoris sterilis, vel saxosus, vel pestilens posset alienari,dicit in hæc verba: *Quòd allegastis infructuosum esse fundum,quem vēdere vultis, mouere nos non potest: cum vtique pro fructuum modo pretium inuenturus sit.* Ex quibus verbis videtur velle I. C.etiã in huiusmodi rebus sterilibus,& infructuosis habendam fore rationem valoris, nec sic ex abrupto posse alienari.

48 Quo ad † reliqua verò membra distinctionis Specul.alias ve in hac materia suprà relatas opiniones, secluſa terræ consuetudine, si quæ vigeret, nam tali casu ea esset sequenda, vti ex infrà dicendis apparebit, circà prętium annui reditus, ego indubitanter existimo nullam ad iustam rerum, quæ possunt dari in emphyteusim,pensionem constituēdam,fore faciendam differentiam an sint prętiosæ, & plurimi valoris,nullius tamen, aut sanè modici reditus, & fructus,qui valori correspondere possit,an verò multorum fructuum, & redituum, taliter quòd valori correspondeant fructus, & reditus prędicti, ita vt facta legitima computatione reperiatur quòd fructus, vel reditus redacti in pecuniam numeratam conficiant iustum rei valorem in tot annis,quot necessarij forent si illi reditus in pecunia numerata certo prętio empti fuissent,imò vtroq; casu cēseo quòd iusta pensio dicitur ea, quæ in viginti annis faciat iustum valorem rei:de rebus prętiosis,quę sunt nullius,aut modici fructus, habemus tex. expressum,qui id clarè probat,in allega. §.quia verò Leonis,versi.*Si verò alicuius*,in aucten. de non alie. aut permut. reb. Ecclesiæ: cui † non obest tex.quem Dida.lib.5.var.cap.9.numer.5. ei objcit in §. sanctissimas in aucten.de alien. & emphy.quatenus habet prętium fundi taxari vt æquiualeat pēsionibus quinquaginta annorum,quia vt isdem Dida.ibidem dicit,&ante eum glo.fin.in aucten.perpetua C.de sacrosan.Eccles.quæ priùs dubium mouit,dispositio tex.in d.§.sanctissimas,speciali quandam ratione procedit in domibus vrbanis, quas Ecclesia Hierosolymis habebat eo tempore, quo valor vrbanorum prędiorum maximè creuerat, ac proindè nihil obest aduersus nostrum tex. habemus etiam glo.fin.superiùs allegā.in aucten. perpetua C.de sacrosan.Eccles.quæ id clarè dicit:habemus finaliter plures doctores suprà allegatos, qui tex.& glos.prędic.sequuti eandem tenent opinionem, quibus adde Dida. vbi suprà,& Velas.alleg.quæst.11.numer.4. in trac.de emphy.Pro alijs verò rebus prętiosis,quæ sunt multorum fructuum, & redituum quòd in eis sit etiam iudicanda iusta pensio, quæ in viginti annis faciat totale, ac integrum prętium ipsius,stat communis probatissimorum virorū opinio,quæ intrepidè id tenet in cuiuscunque annui reditus perpetui constitutione, vti apparet ex his,quos longa serie referunt Dida.allega.lib.3.var.resol.ca.9.num.5.Andre. Fachin. controuer.iur.lib.2.cap.42.vel.*tertia est sententia*, Alex.Raud.de analog.lib.2.cap.30.numer.236. Felician.de Solis in tract.de censib.lib.2.cap.1. numer.16.Aldan.Velas.de emphy.parte 1.quæst. 11.num.2.Pinel.in l.2 parte 3.cap.4.num.29.C. de rescin.vendi.post Tiraquel. de retract. lib.1. §.1.glo.6.nu.19 &† in nostra Cathalonia est ita receptū vt nedum in annuis reditibus, sed & in quocunque interesse cuiuscunque pecuniæ quantitatis soleat fieri taxatio ad rationē quinque pro quolibet centenario, qua tamen de re inferiùs latiùs agemus.

§0

§1 Et non solùm † in annuis reditibus id obseruatur,sed etiam in dignoscendo cuiuscunq; rei iusto valore habetur recursus ad valorem redituum viginti annorum,Guid.Pap.singula. 538. adde eundem in consi. 180. Tib. Decian. consi.1.num.174.vol.1.consi.32. num.68.vol.2. Craue.consi.813.nu.4.cum pluribus alijs, quos refert,& sequitur Borgni.Caual.decis.1.nume. 21.parte 2.Rebuf. in l.vnica,glosa subtilitatem num.55.C.de sentē. quæ pro eo,quod interest,

§2 Idem † procedit in alimentis taxandis viduæ inopi remanenti, nec aliud habēti vndè viuat, post solutum matrimonium propter dotem consistentem in pecunia numerata, vt scilicet dicta alimenta, seu vsus fructus dotium taxentur ad rationem quinque pro centenario, prout ita faciendum *declarauit* Senatus Neapol. teste Afflic.decis.284.in fi.Et in † nostra Cathalonia generale est vt quoties pendēte lite sunt actori taxanda alimēta, ea taxentur ad rationē quinque pro centenario quantitatis petitæ in causa.quando illa certa est,prout vidi in multis causis,& signanter nunc venit in mentem causa Balthasaris Folch contra Anthicum Christophorum Folch,in qua sub die 24. Nouemb. 1610. referente egregio Senatore Hieronymo Seniust fuerunt dicti Balthasari taxatæ pendēte litē centum,& quinquaginta libræ annuales attento petebat in causa tres mille libras, quæ alimentorum quantitas venit esse ad rationem quinq; pro centenario,scriba erat N. Bas, quæ omnia fundantur à doctoribus in suprà allega. §.si verò Leonis, in aucten.de non alienand.Si ergo id ita est in annuis reditibus simplicibus, cur non idem etiam dicemus in his pensionibus emphyteusis:certè nulla potest commodè assignari differentiæ ratio. Sed si mihi objciatur quòd in fructiferis rebus pensio debeat dici iusta,quæ ipsis fructibus æquiualet iuxta superiùs tradita in tertia opinione,id ego absolutè nec nego,nec omnino cōcedo, sed eo tantùm

† modo,

modo, qui ex infrà tradendis poteſt coniecturari.

54 Verùm cum multis modis valor rei poſſit deprehendi, in hoc exiſtimo fore conſtituendã differẽtiam inter res prętioſas, quæ nullius, aut modici ſunt fructus, & eas, quæ plurimi, vt primo caſu ad videndum quis ſit iuſtus rei valor neceſſaria ſit ſubtilis per peritos æſtimatio nulla fructuum habita ratione, qui ex ipſa colligi annuatim ſolent, ſecundo verò caſu poſſit is valor ſecundum fructus, & reditus annuales, quos reddit, dijudicari.

Hanc diſtinctionem approbat Ang. Aretin. in §. ſi quis agens num. 1. inſti. de actio. quem ad id commendat Anthon. Oliba in ſuis coment. ad eundem §. nume. 9. primum caſum non eſt quòd vlteriùs probemus, remanet enim ipſe ſatis ſuperque probatus ex doctoribus, quos ſuprà retulimus ad comprobationẽ illius aſſertionis, quòd penſio iuſta dicatur in rebus prętiolis, quæ ſunt modici, aut nullius fructus, quę in viginti annis conficit iuſtum rei valorem, ſecundum verò caſum probat Dida. lib. 3. var. reſolut. cap. 9. num. 5. vbi, loquens de annis reditibus perpetuis, dicit hanc eſſe optimam rationem dijudicandi iuſtum prętium reditus perpetui, per ſimilitudinem, & proportionem iuſti prętij fundi ſimilem reditum communiter deductis expenſis ex fructibus afferẽtis, ad quod allegat l. ſi fundus in prin. ff. de reb. eorum legẽ ſi fundum per fideicommiſſum ff. de lega. 1. l. ſi quis C. de reſcin. vendi. cum alijs, quas doctores inferiùs refferendi allegant, quæ id

55 clarè probant, quod tractamus. Ratio eſt † quia pro quantitate fructuum ſolent inueniri emptores, & communiter res vendi vt ait I. C. in allega. l. ſi fundus, de rebum eorum, Hieronymus Gab. in conſi. 168. nume. 114. lib. 1. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 23. numer. 9. plures in propoſito refert Pinel. in allega. repet. l. 2. parte 3. cap. 4. nume. 28. C. de reſcin. vendi. latè Ioſeph. Maſcar. de proba. conclu. 651. per tot.

56 Ac proindè † laudatur theorica Bar. iuxta quam etiam hæc, quæ nos hic dicimus, ſunt intelligenda, in l. prętia rerum §. vlt. num. 2. ff. ad l. falcid. videlicèt quòd valor rei probetur ſi fiat articulus quòd ex tali fundo communiter tot fructus colliguntur, & quòd fundus tanti reditus in tali loco, & regione eſt tanti valoris, commendant plures, quos refert Ioſeph. Maſcard. de probatio. conclu. 1398. nume. 5. & quos nos ſuprà allegauimus.

57 Notanter † dixi, *poteſt*, quòd ſcilicet valor rei poteſt probari ex fructibus, quos annuatim reddere ſolet, ne videremur probationẽ coangustare, & tẽ eo ſolo probationis genere claudere: ſunt enim alij plures modi probandi valorem, & æſtimationem rei, de quibus per Maſcar. de proba. in verbo *æſtimatio*, à conclu. 650. cum multis ſequẽtibus, in verbo, *prætium*, conclu. 1226. & in verbo, *valor*, cõclu. 1398. pulchrè Aluar. Velaſ. conſul. 43. & conſulta. 70. per

58 tot. Dida. lib. 2. var. cap. 3. per tot. Imò † tenent perplures id totum eſſe in iudicis arbitrio poſitum, & collocatum, quos (vt vnica allegatione me expediam in re parùm ad meũ propoſitum neceſſaria) refert Caual. deciſ. 46. nu. 192. & 256. in prima parte, Velaſ. allega. quæſtio. 11. num. 4. ex Archidiacono in cap. hoc ius porrectũ nu. 12. 10. quæſt. 2. dicens tamen quòd imò hac in re non cadit arbitrium iudicis, conducunt quæ in propoſito tradunt reliqui doctorẽs ſuperiùs relati, imò †

59 ſubſidiariam eam probationem ex fructibus dicit Maſcar. quando ſcilicet non poteſt aliter valor rei probari, in allega. cõclu. 651. num. 4. ex Bar. in l. 2. C. de reſcin. vendi. & Pantheleo. Cremen. ibidem, poſt numer. 221.

60 Vt autem † perfectam, & abſolutam hac in re habeas doctrinam, *nota* quòd vbicunque æſtimatio eſt facienda ſecundum fructus rei, ita debet fieri computatio vt is ſit iuſtus rei valor, quem valor dictorum reditum, & fructuũ annualium conficit in viginti annis, Cæpola de ſimula. contract. 3. caſu in tertia pręſump. in 5. volum. tracta. Afflic. deciſ. 284. numer. 4. & alij, quos latè refert, & ſequitur Maſcar. allega. cõclu. 651. numer. 3. Ex quibus vide quantò magis confirmetur noſtra ſuperiùs relata reſolutio de iuſta penſione conſtituenda, quæ in viginti annis cõficiat iuſtum rei valorem, poſtquam adhuc iſto in caſu æſtimationis faciendæ ex fructibus, recurrendum eſt ad eam computationem, vt verus, & iuſtus rei valor perfectè cognoſcatur.

Hæc igitur eſt mea opinio, quòd iuſta penſio tunc dicatur in huiuſmodi cõtractibus emphyteoticis, quando ea in viginti annis æquat valorem rei.

61 Obſtat † tamen fortiter quod aliàs dicebamus in ſecunda opinione, naturam contractus emphyteutici eſſe vt quid tantùm modicum pro cenſu conſtituatur annuatim ſoluendum, quomodo autem erit modicum ſi in viginti annis debet conficere verum, ac iuſtum rei valorem?

62 Accedit his † quòd penſio in emphyteuſi nullam habet rationem mercedis, nec prò illa datur, ſed imò in recognitionem dominij directi, vt tradit Bar. in l. 1. num. 4. Bal. num. 7. C. de reſcinden. vend. Iacobi. de ſancto Georg. in auctẽ. qui rem, num. 25. C. de ſacroſan. Eccleſ. * & hanc eſſe communem doctorum opinionẽ tenet Velaſ. de emphy. quæſtione prima num. 15. & rurſus quæſt. 11. num. 19. verſi. *in aduerſe*, dominium autem directum æquè recognoſcitur

per

per modicam, atqui per grandem pensionem vt benè Velas. dicta quæst. 11 num. 19. ergo non potest esse verum quòd pēsio debeat esse talis, qualem suprà diximus, ad vitandum ne aduersus contractum agatur remedio l. 2. C. de rescin. vendi.

Respondemus tamen non obstare contrarium propterea quòd non sequitur, emphyteusis potest consistere cum modica pensione, ergo si non sit proportionata ad valorem rei non potest esse locus rescisioni cōtractus, sicut dicimus de emptione, & venditione, non attendi ad illius validitatem an paruum, vel magnum sit prętium, quod in ea constituitur, imò ad id
63 † sufficere ait Iurisconsultus pro cōtractus validitate vnum nummum in l. si vsusfructus ff. de iu. dot. qua de re agit Tiraquel. in repetitione l. si vnquam, verbo, *donatione largitus*, nume. 3. C. de reuocan. donation. & tamen non indè potest inferri quòd in huiusmodi contractu emptionis non habeat locum remedium d. l. 2.
64 C. de rescin. vendi. Et si † & vbi dictū sit quòd emphyteusis natura esset quòd aliquid modicum pro censu annuatim dandum constitueretur, tamen non est contra naturam, & substantiam contractus quòd fiat cum magna pēsione Alex. in consi. 12. in prętenti consultatione per tot. lib. 1. quem sequitur Aluar. Velascus quæst. 1. nume. 8. qui illum ibi allegat, quod tamen ego non reperi in meo codice, aliquid tamen dicit in consi. 112. nu. 3. lib. 1. Rolan. à Val.
† in consi. 96. nu. 25. vol. 1. benè Surd. *ex mente* Setus Mantuani, decis. 198. nume. 20. illud autem de modica pēsione fuit dictum ratione rerum infructificarum, & sterilium, pro quibus meliorandis primò, & principaliter fuit huiusmodi contractus adinuentus, vt in superioribus dicebamus nume. 44. in quibus non est dubium, quòd quid modicum sufficit constitui pro cēsu, quia ipsæ parùm valent, nunc autem quando huiusmodi contractus nedum fit in, & super rebus sterilibus, sed & imò in his etiā, quæ multum fructum afferunt, vt docet Velas. de emphy. quæst. 1. nume. 5. & quæstione 2. numer. etiam 5. ex aucten. perpetua C. de sacrosanctis Eccles. Nat. consi. 49. num. 16. & alijs, quos allegat, non est dicendum quòd illud quid modicum sufficiat pro censu, sed quid proportionabiliter ad valorem rei est constituendum. Hæc clariora sunt quàm quòd à nobis debeant aliter comprobari.

65 Illud † autem adhuc difficultatem continet quòd census non detur pro mercede, nec illius habeat rationem, sed pro recognitione tārùm dominij directi, quæ æquè fit per modicam, atqui per maximam pensionem. Respondet tamen Velas. allega. quæst. 11. num. 19. versi. *sed quamuis*, quòd licèt ad id pensio constituatur, nihilominùs non desinit (quamuis minùs principaliter, vt aliqui volunt, vel etiam æquè principaliter, vt dicebat Pat. Molin. de cōtrac. dispu. 452. nume. 4. ad fin.) haberi ratio pensionis in vim mercedis, vt patet in aucten. perpetua C. de sacrosan. Eccles. vbi aliquando pro sexta parte, aliquando pro dimidia, citra læsionem Ecclesiæ, iubetur à lege dari res Ecclesiæ in emphyteosim, quod nō esset si verum foret quòd pro recognitione dominij directi tārùm constitueretur pensio, & sic indè consequitur non obstare in contrarium adducta aduersus nostram resolutionem, & hanc videri esse intentionem communis sententiæ quòd debeat iusta pensio constitui, aliàs possit agi remedio l. 2. C. de rescin. vendi. dicit Velas. vbi suprà circa fin.

66 Alitèr † respondebat Surd. decis. 198. nu. 21. ex Bar. in l. 1. in prin. C. de iu. emphy. & Redoa. de reb. Eccles. quæstio. 2. cap. 22. nume. 3. dicens quòd illud, quod dicitur cōsuetudine emphyteusim concedi pro modico canone in recognitionem dominij, procedit, quia tunc à principio soluitur quantitas pecuniæ, vltra canonem conuentum, licèt non sit necessarium de necessitate ad validitatem contractus, quod antea docuerat isdem Redoa. & pulchrè, ac latè comprobat Velas. de emphy. parte 1. quæst. 10. per tot. quibus verbis apertè censere videtur Surd. intratam cum valore pensionum computari ad conficiendum iustum rei valorem, vt non dicatur adesse in contractu læsio, quod nos inferiùs latiùs explicabimus, ac propterea nō obstabit quòd pensio sit modica, postquam iam adest intrata, quæ supplet deffectum, & per consequens nec obstabit propositum contrarium aduersus nostram resolutionem.

67 Reliquum † est vt ad reliqua contraria nostræ resolutioni dissoluenda, quæ oriri possunt ex opininionibus diuersis suprà relatis, trāseamus. Imprimis igitur ad quartam opinionem Pinel. facientis differentiam inter dominum concedentem, & ipsum emphyteotam, vt faciliùs tolleretur pensio modica respectu illius, quàm magna respectu huius, adeò vt velit eandem pensionem excessiuam, ponamus in sex, vel septem, quæ respectu emphyteotæ faceret locum dispositioni l. 2. C. de rescin. vendi. non facere eidem locum, si deficeret à iusto in eisdem sex, vel septem respectu domini, dicimus de iure nequaquam probari eiusmodi differētiam, imò constitutissimum est apud omnes quòd vbi remedium allega. l. 2. C. de rescin. vēdi. locum habet, id intelligitur tam respectu vnius, quàm alterius contrahentis, quod pluribus isdem Pinel. in allega. l. 1. parte 1. capit. 2. per tot. C. de rescin. vendi. probat, dicens in eo nullum scribentem discordare, tum ex l. 2. C. de

cupres-

cupres,lib.11.l.iure ſuccurſum,& l.ſi res æſtimata ff.de iu.dot.&alijs iuribus,quę allegat,quod idem latè probat Andre.Fachin.controuer.iur. lib.2.cap.16.per tot.& poſt eos Gaſp. Roder.in trac. de annu. redi. lib. 1. quæſtione 11.à nume. 18. cum ſequent. Vincent. de Franc. deciſ.225.

68 tum etiam † & ex regula correlatiuorum, quæ tantam inæqualitatem, vt vni tantùm non alteri ſuccurreretur,non patitur, atque ideò meritò in ſupradicta opinione reprehenditur Pinel.à Velaſ. (licèt nihil contra eum alleganțe) de emphyt. quæſtione 11.numer.19. verticulo, *qua reſcenia.*

Ad quintã Panormit.opinionẽ,qua dicebat ad detegendã Eccleſiæ læſionẽ in materia, quæ de agimus,eſſe inſpiciendam conditionem Eccleſiæ,an ſit tenuis,vel abundans,vt læſio,quæ reſpectu illius dici poterit enormiſſima,reſpec tu huius nec enormis, nec vix læſionis nomen

69 mereatur,reſpõdemus † Panor. minùs aptè loquutũ fuiſſe in caſu ſupradicto, quo ad effectũ enim,de quo agimus,læſio cõſideratur, & cõſiderari debet reſpectu dati,& accepti reſpectiuè per contrahentes, vt non obſcurè deprehẽditur ex l.2.C.de reſcin.vendi.& benè animaduertit,ad aliud propoſitũ,Pinel.in repet.eiuſdẽ l.parte 2.cap.3.nume.41.aliàs ſequeretur maximum abſurdum quòd perſona valdè diues nunquam,aut ſanè perrarò poſſet agere ad reſciſionem contractus,quia reſpectu ſuarum diuitiarum vix vnquam diceretur læſio enormis, è contra verò pauper ſemper poſſet,quia ſemper læſio,quantumuis minima,diceretur magna,& enormis reſpectu ſuæ paupertatis, vndè fieret quòd deſtruerentur mille regulæ in hac materia certiſſimè conſtitutæ.

70 Conducunt † quæ poſt antiquos docent Dida.var.reſol.lib.1.cap.3.num.11.Meno.de arbit.iud.lib.2.centu.1. caſ.75.& Franciſcus Caldas de Pereyra in repeti.l.ſi curatorem habens verbo,*læſis*,num.1.C. de integ. reſtitu. ad detegendum læſionem non eſſe cõſiderandos reſpectus,ſed videndum an ipſa ex ſe ipſa ſit grauis,vel modica vt locum faciat, vel non faciat reſciſioni,exemplũ ponunt in læſione in quinquaginta reſpectu cõtractus mille aureorum, dicendo quòd ſi ea læſio foret conſideranda reſpectu maioris læſionis,quæ potuiſſet interuenire in contractu,putà in quadringentis,vel in quingentis, nõ eſt dubium quòd valdè modica diceretur,nec faceret locum reſciſioni,cęterùm ſi conſideretur ſeparatim ex ſe ipſa,prout conſiderari debet, non eſt dubium quòd grauis erit,& reſciſioni locum faciet, beneficio ſaltem reſtitutionis in integrum.Si contractus ſit Eccleſiæ, vel minoris: Indè inferri debet quòd ad conſiderandam læſionem non eſt habendus reſpectus ad diuitias,vel paupertatẽ contrahentium, ſed ipſa ſola de per ſe ſeparatim eſt conſideranda, vt dijudicari poſſit an grauis ſit,vel modica.Is autem † reſpectus pau- 71
pertatis,vel diuitiarum ſolùm haberetur in cõtractibus, qui non ſunt correſpectiui, veluti in his,in quibus totum ab vno donatur, nec aliquid per eum accipitur,verbi gratia in fideiuſſione,donatione,& ſimilibus,in quibus neceſſum eſt probare læſionem eſſe vltra dimidiam facultatuũ, Alcia.in conſ.33.num.15.lib.2.& in cap.cum contingat num.223.de iu.iur.Peregri. conſ.77.num.35.Surd.conſ.46.num.15.& Theſau.deciſ.223.num.9.Stepha. Gratia.deciſ.prouin.Marc. 40. vide in ſupradictorum ornatum quæ inferiùs traduntur in hac eadẽ gloſa circa quæſtionem, an minor reſtituatur aduerſus fideiuſſionem à ſe factam.

Ad illud † igitur, quod de qualitate con- 72
tractus inſpicienda,& attendenda ad detegendam læſionem,num grauis,vel modica dici debeat,dicebat Panor.vbi ſuprà allegatus eſt,reſpondemus quòd id eſt pura, & mera veritas, & ita libenter cum eo noſtra concurrit ſententia,arbitrantes non poſſe aliter fieri quòd læſio perfectè dignoſcatur,huiuſque rei diligens debet eſſe indagator iudex, coram quo cauſa ſuper his duceretur,vt aduertunt Pereyra,Meno. & Dida. vbi ſuperiùs allegati fuere, & ex his, quæ nos inferiùs dicemus, poterit etiam hæc veritas non obſcurè deprehendi.

Sexta † opinio Aluar.Velaſ. quatenus dice- 73
bat iuſtam penſionem illam iudicandam, quæ conſueuit dari pro alijs rebus ſimilibus vicinorum locum, ſi fuerit emphyteuſis noua, vel ſi fuerit antiqua,regulandam fore ſecundum pẽſionem ſolitam proximis annis,quam etiã quo ad priorem ſui partem videtur approbare Maſcard.de proba.conclu.1398.nume.34.mihi benè placeret ſi generalis eſſet, ac omni caſui occurrenti poſſet ex omni ſui parte ſatisfacere, quod eſt ſummè curandum ab his, qui ſcribũt, vt omnibus caſibus,qui poſſunt occurrere, generaliter prouideant,non aliquibus in particulari attendant: generalis enim debet eſſe doctrina:cæterùm vbi (quæſo) mihi dabit Velaſc. huius opinionis auctor pro quacunque re,quæ in emphyteoſim concedatur, aliam in vicinia eiuſdem bonitatis, & qualitatis in emphyteoſim etiam conceſſam,ex cuius penſione valeamus dijudicare quæ nam ſit iuſta pro re,quæ de nouo ſit ſtabilienda?id ferè eſt impoſſibile,ſemper enim aliquam vna habebit qualitatem, & circunſtantiam, quæ non reperietur in altera:Si voluiſſet Velaſcus dicere penſionem eſſe conſtituendam attento valore rei ad eam rationem,putà quinque, vel ſex, vel ſeptem pro cẽtenario,qua ſolent reliquæ res in eodem loco, & in deffectum,in vicinijs,conſtitui, ego nullã

in

in opinione difficultatem cõstituissem, in mea namque opinione iam ego hunc casum cõsuetudinis loci excepi, & eum manifestum fiendum ex his, quæ de annuis reditibus inferiùs dicuntur, promisi, & nunc iterum polliceor, verùm quia contingere posset quòd talis consuetudo non sit omni in loco, ideò operæ pretium iudicaui esse si aliam opinionem exquirerem, qua omni ex parte susceptam disputationem absoluerem.

74 Quo verò † ad secundum caput dictæ opinionis, quod loquitur in emphyteusi antiqua vt iusta illius pensio dicatur esse ea, pro qua res fuit solita concedi, ego libenter cum opinione Velasc. concurro, dum mihi seruentur quæ necessaria de iure sunt vt aliqua res dicatur solita sub aliqua pensione concedi, circa quod vide Rodos. de rebus Eccles. nõ alienãdis quæst. 51. cap. 6. nu. 20. & quæst. 65. per tot. Alex. Raud. cons. 17. parte 8. nume. 16. & 64. & 68. Afflic. & eius additionat. Vsil. decis. 505. nu. 10. & 11. Caual. decis. 25. n. 12. 13. & 14. par. 2.

75 Circa quæ † tamen illud est animaduertendum, opinionem prædictam tunc fore veram quando res esset in eodem statu, in quo erat tempore priorum concessionum, nec plus valeret tempore vltimæ, tunc enim benè verum est quòd iusta pensio diceretur ea, quæ fuisset constituta in primis concessionibus, & sic inspiceretur tempus dictarum primarum concessionum, non tempus vltimæ, secus verò esset quãdo status foret mutatus, & res plus valeret, putà quia esset meliorata, tunc enim non foret iusta pensio aliarum concessionum, sed ea de nouo foret taxanda iuxta valorem rei tempore vltimæ concessionis fiendæ. Hæc ita clarè, latè, & abundè docentur à Cæs. de Graf. decis. 134. 135. & 136. vt superfluum omninò mihi videretur ei velle aliquid addere, vel diminuere, vbi post longam in Rot. Roma. habitam hac de re disputationem, tãdem dicit in principio decisionis 135. & num. 16. bis fuisse pro hac opinione *iudicatum*, sic dicens intelligendos fore doctores, quorum plures ipse refert, qui tenẽt rem solitam in emphyteusim cõcedi pro certa mercede posse iterùm sub eadem concedi, quando scilicet interim valor rei nõ creuerit, vel etiam quando sumus in dubio, nec reperitur alius, qui plus offerat.

De septima, & vltima opinone suprà relata non est quòd nos in præsentiarum quicquam dicamus, quia locum commodiorem inferiùs nobis occurẽdum expectamus, vbi plenissimè, absque læsione, & sine præiuditio nostræ opinionis, eam examinabimus: Aduertimus tamẽ

76 † interim (quod est summè in hac materia necessarium, ne quis facilè decipiatur) quòd nostra opinio superiùs relata, qua diximus pensionem in emphyteusi esse constituẽdam, vt iusta dicatur, habito respectu ad iustum rei valorem ad rationem quinque pro centenario, est intelligenda deducto eo priùs, quod eam facit minùs valere, de quibus abundè per Antho. Gab. in lib. commu. conclu. lib. 5. conclu. 1. nume. 51. de emp. & vendi. Aluar. Velas. consulta 41. & consulta. 70. per tot. Surd. cons. 217. nume. 2. Dida. lib. 2. var. resol. cap 3. num. 2. & ruinus lib. 3. cap. 10. num. 1. Mascard. de probatio. conclu. 1398. à num. 13. cum sequent. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendi. parte 3. cap. vlt. nume. 19. licèt † ij vltimi, quos etiam sequitur Velasc. allega. consulta. 70. nume. 10. & certo casu Caual. decis. 16. num. 8. parte 2. loquentes de pacto de retrouẽdendo, quod apud ferè omnes principale on' iudicatur ipsius venditionis, propter quod res multò minus debeat æstimari, contrarium teneant, quod nobis non licèt vlteriùs examinare in proposito, sufficiat pro nunc doctores suprà relatos cum infinitis, quos ipsi allegant, contrà eos tenere communiter, & sufficiat etiã confessio eorundem Pinel. & Velasc. dicentium se sæpè vidisse *declaratũ* quòd propter eiusmodi onus rei valor valdè minor existimatur, cui rei fidelis est testis Anthon. de Gam. decis. 138. nume. 2. vbi dicit se ita *iudicasse* pluries, item ita *iudicatum* fuisse de anno 1562. Imò † Anthon. Faber in suo codice li. 4. titul. 30. d rescin. vend. definitione 27. testatur in Sena. Sabaud. *declaratum* de anno 1595. propter pactum de retrouẽdendo rem valere ferè minus tertia parte veluti septuaginta tantùm cum pacto si sine ipso centum fuisset valitura, quibus adde Alexand. Rauden. cons. 17. nume. 75. & 139. parte 1. lib. 1. alia considerandæ docentem, propter quæ augeri, vel minui debeat valor rei, viden. Cæs. Barz. deci. 123. num. 6. vbi plures refert tenentes pactum de retrouendendo tertiam prætij partem importare, & ita esse communem obseruãtiam tenet Fab. Turre. cons. 28. num. 19. & cons. 80. nume. 61. vol. 1. videndus etiam Ludoui. de Cassana. qui infinitos penè adducit ad probãdum pactum de retrouendendo plus valere ex receptiori doctorum censura, quàm tertia pars rei, in cons. 10. nu. 46. circa quod tamen, si ego materiam hanc pacti de retrouendẽdo ex proposito tractarem, animaduerterem differẽtiam esse constituendam an simpliciter sit conceptum pactum de retrouendendo, quo casu censetur ita conceptum vt non per partes, sed tota pecunia soluta debeat fieri luitio, & in hoc casu loquuntur doctores, dũ volunt per pactum huiusmodi valere rem minùs tertia parte, secus verò si ita foret conceptum vt per partes posset res redimi: nam tunc non esset tantæ considerationis, benè pot. Pater Molina de cõtrac. disput. 593. nume. 7. cum sequent. vsque ad fin.

Adde

Adde etiam Thesau. in proprijs nostris termi-
nis læsionis in contractu emphyteutico æsti-
mandæ loquentem decis.120.nume.2.probant
hanc assertionem doctores suprà enarrati ex l.
quod sæpè §.vlti. cum ibi nota per glos.& scri-
ben.ff. de contra.emp.

Et licèt nobis cordi non sit in proposito ea
omnia recensere, quæ solent iustum rei valorē
minuere, tum quia doctores suprà relati exac-
tissimè ea in re elaborarunt, tum etiam quia ali
quantulùm videtur à nostro instituto alienum,
nihilominùs non sinam hoc loci, citra excess-
sum metarum nostræ materiæ, aliqua animad-
uertere, quæ vel forsan ab alijs fuerunt prætermissa, vel saltem non ita exactè pertractata.

79 Imprimis † igitur quod primò considerandum, & atendendum diligenter censeo hac in re pro dijudicando numnam pensio constituta vel constituenda sit iusta, nec ne, est quòd in huiusmodi contractibus emphyteuticis solum in recipientem transferrat vtile dominium, directo penes dominum remanente, l.1.§. si imperpetuum ff. si ager vectigal. vel emphy. peta. * vbi Bar. & communiter scribentes, latè Velasc. de iu.emphyt.parte 1.quæst.13.per tot.qua in re vlteriùs iustificanda nō existimo oportere amplius fore immorandum, quia apud omnes ita receptissimum id est, vt vix nemo huc vsque dubitauerit, præter illos, qui sui ingenij aciem gratia ostentandi contra inueteratam dominij in directum, & vtile diuisionem ire conati sunt, Cuia. Costal. Duare. Egina. Baro, Barcolt. Druidas, & alij huius farinæ doctores, quos refert Corra. missella. Iur. lib. 6. cap. 20. num. 2. Velasc. de emphyt. allega. quæst. 13. num. 1. vbi disputationis gratia eorum opinionem pluribus considerationibus fulsitur, noster Anthon. Oliba in prax. actionum parte 2. lib. 1. cap. 10. num. 4. & eius additiona. Hypol. Montaner: sed nos qui non solemus à tam receptis doctorum opinionib⁹, ne latum quidem vnguem, recedere, relinquamus eos in sua prætensione donec in melius commutentur, & ad vlteriora pergamus, vide vlteriùs Sotomaior in tractat. de vsufruct. lib. 1. cap. 75. num. 24.

80 Ex huiusmodi † retentione dominij directi, quæ fit per concedentem, multa ei obueniūt commoda, putà laudimiorum, quādo res alienatur, iuxta l. fi. C. de iu. emphy. Et de iure nostro, consti. Item ne super laudim. de iu. emphy. in 1. vol. consti. & in Cathalonia duplicatur, vltra pœnam quingentorū aureorum, in quam incurrit emptor, qui sine consensu domini ingreditur possessioné rei, vulga consti. 1. car. dignamēt regna, sub titul. de iur. emphyteuti. quā alij pragmaticam Regis Petri vocant, & consti. als scandols eodem titul. de iu. emphyt. De iure communi cadit res in commissum, l. fi. vbi glo. * & omnes C. de iu. emphyt. Commoda iuris saticæ, siue prælationis, quo vti potest dominus quando res venditur pro eodem prætio, de iure communi intra quatuor menses à die scientiæ, d. l. fi. cum ibi not. C. de iu. emphyt. & de iure Cathaloniæ intra triginta dies, allega. constitutione Item ne super laudimio, de iure emphyt. in 1. vol. constitu. Commoda prohibitæ in his cēsibus præscriptionis, de qua nos latissimè inferiùs agemus, & alia plura, quæ studiosus lector colligere per ipsum potest, quæ quidem commoda maximam domino afferunt vtilitatem, maximæque sunt æstimationis, adeò vt † 81 in Cathalonia communiter æstimentur ad tertiam partem iusti rei valoris, ita vt si res valeat triginta, & detur in emphyteosim, non dicatur valere respectu accipientis nisi tantùm viginti cum retentio dominij sit æstimationis tertiæ partis dicti valoris; hæc nulla alia ratione probanda existimo, præterquam ex communi æstimatione, quam in Cathalonia vsu receptam quotidiè videmus, & reperimus: solent enim hæc in processibus causarum quarumcunque nullo negocio per testes probari, & ego in pluribus causis vidi ita iustificatum, signanter in causis Episcopatus diœcesis Gerunden. in qua dicitur vigere hac de re cōsuetudo, & eam probant in dicta diœcesi periti.

Potest item † hæc veritas peti ex amortiza- 82 tione, seu iure amortizandi quādo deuenit res ad manum mortuam, cuius ratione, in recompensationem laudimiorum, quæ dominus potuisset recipere ex alienationibus, quæ contingere potuissent si res esset penes personam capacem, solet solui vnum laudemium de triginta in triginta annis, vel aliàs prouti conuenire dominus potest cum manu mortua, & illud, siue quantitas ex illo resultans annuatim soluitur vltra censum, diuisa tamen in triginta solutiones, vt docet Solsona in stylo capibreuiā. ni fol. 84. num. 1. & nos iam in superioribus diximus glo. 12. de feud. num. 23.

Hoc igitur, vt superiùs dicebamus, quod minùs valet res, quæ conceditur in emphyteusim propter retentionem dominij directi, detrahēdum de iure imprimis est à iusto valore rei vt videat quæ pro ipsa possit iustè pēsio cōstitui.

Est item † considerandum an aliquid sit da- 83 tum pro intrata, seu ingressu in ipso contractu, est enim illud iungendum cum valore pensionum ad iustum efficiēdum rei prætium, ita Velasc. allega. quæstio. 10. nume. 6. ex eo id inferens quod nos suprà docuimus de pacto de retrouendendo, quòd ipsum minueret iustum rei valorem, ita (inquit) debet esse de hoc pacto quòd à principio detur certa quantitas, Surd. decis. 198. num. 21. quem iam ad id in superioribus retulimus.

Vndè

84 Vndè † dicebat Bero. conſ. 84. nume. 20. lib. 1. quem ſequitur Alex. Rauden. in ſæpè allega. conſ. 17. parte 10. nu. 15. volu. 1. læſionem in hoc de quo agimus, contractu emphyteutico, aliter atque aliter conſiderari, atque in alijs contractibus, quia (inquit) poteſt eſſe minima penſio, & tamen contractus erit vtilis, putà quia ab initio pro inueſtitura certum prętium ſolutum fuit.

85 Veruntamen † hac in re differentiam, ne facilè decipiaris, velim conſtituere ſes inter cõtractum, qui celebratur ab eo, qui plenum, ac liberum habet rei ſuæ dominium, ac cõmercium, veluti in layco, qui rem propriam poſſidens nullo vinculo, vel alio onere affectam, vult eã in emphyteoſim concedere; in hoc non eſt dubium quòd pecunia data pro ingreſſu computanda eſt cum valore penſionis ad æſtimãdum iuſtum rei prętium, & valorem, & in his terminis procedunt doctrinæ ſuperiùs allegatæ, & inter eum, qui, licèt ſit verus dominus, non tamen poteſt de ea liberè diſponere, veluti quãdo poſt mortem, vel aliud tempus teneretur reſtituere, vel quid ſimile, aut quãdo eſſet perſona Eccleſiaſtica qui rem Eccleſiæ in emphyteoſim concederet, tali caſu pecunia, quæ reciperetur per concedentem pro ingreſſu, nõ poſſet computari cum valore penſionum pro efficiendo iuſto rei valore aduerſus ſucceſſorem, qui ageret ad reciſionem contractus ob læſionem ex modicitate penſionis, pulchra eſt † ad 86 id doctrina Velaſ. allega. 1. quæſt. 10. num. 5. dicẽtis poſſe ob id ſolum quòd à Prælatis certa pecunia pro ingreſſu recepta ſit, cum modicitate penſionum, quaſi in fraudem ſucceſſorum factas labefactari conceſſiones in emphyteuſim, verũ eſt quòd dicit poſtea ſe nihil vnquã vidiſſe ſuper hoc declaratum, velle tamen quòd ita factum fuiſſet vt ſuæ opinioni aliquid auctori- 87 tatis accederet, addítque † quòd forſan hoc argumento hodie eſt deciſum in Conc. Trident. ſeſſ. 25. capit. 11. ne repręſentata pecunia locetur res Eccleſiæ, & quòd huiuſmodi locationes anticipatis ſolutionibus factæ nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validæ intelligantur, nec eam à Romana Curia confirmentur: huiuſmodi enim pecunia, quæ datur, non cẽdit in vtilitatem Eccleſiæ, ſed Rectoris, quæ non eſt attendenda, prout bene, in alio propoſito nõ diſſimili, conſiderabat Cauale an. deciſ. 29. nu. 21. & 31. in ſecunda parte. Si autẽ pecunia, quæ daretur prò ingreſſu conuerteretur in vtilitatem Eccleſiæ, tali caſu non eſt dubium quòd ſoret facienda de ea computatio cum valore penſionum ad dijudicandum iuſtum rei valorem, & ſi hoc caſu intelligantur Bero. conſ. 84. num. 20. lib. 1. & Raud. conſ. 17. parte 10. nume. 15. volu. 1. volentes in huiuſmodi Eccleſiaſticis alienationibus intratam computari cum valore penſionum ad iuſtum prętium, vera erit eorum traditio, ſi tamen cenſuerunt loqui quando Prælatus, vel Rector Eccleſiæ recepiſſet pecuniam pro ingreſſu, corrueret proculdubio, vti ex ſuprædictis ſit manifeſtum.

Horum omnium, ac aliorum, quæ ſecundum ſubiectam materiam occurrere poterunt, habere debebit iuſtus, ac prudens iudex rationem ſi cuperit iuſtam, cum ſatisfactione, in 88 his proferre ſententiam. Ac propterea † benè dicebat Pater Molina de contrac. diſputa. 452. nume. 3. ex Pinel. & Dida. in iuſta hac penſione conſtituenda attẽdẽdas eſſe circunſtantias occurentes, & conſuetudinem loci, quæ ſunt ex quibus ſolet iuſtum, vel iniuſtum cuiuſque rei prętium dijudicari.

89 Cæterùm † an in Eccleſia ſufficiat minor læſio, quàm in layco, docet Pinel. in ſæpè allegat. l. 12. parte 2. cap. 2. num. 34. circa fin. C. de reſcin. venditio.

90 Supereſt † iam nunc ſeptimæ, & vltimæ opinionis in ſuperioribus à nobis propoſitæ, quã ad hunc locum, vti commodiorem, cum ratione tranſtulimus, veritatem examinemus; ac videamus nunquid caſu quo adſit læſio in penſione, debeat contractus reſcindi in tõtum, an verò debeat tãtùm, ac poſſit accipiens emphyteuſim condemnari ad id ſupplendum, quod deeſt ad iuſtam penſionem.

Ego hac in re differentiam conſtituerem inter emphyteuſes Eccleſiaſticas, & ſeculares, vt in prioribus quidem (quando nulla alia adeſt alienationis cauſa, prętèrquam vtilitatis, loquimur) actio competat ad rei recuperationem, ſi læſionem contineant, ita vt vtiles Eccleſiæ dici non valeant, nec ſit locus ſuppletioni eius, quòd deeſt ad iuſtam pẽſionem, in poſterioribus verò non.

91 Prioris † diſtinctionis membri ratio non eſt alia aſſignanda, prętèrquam quia huiuſmodi conceſſiones Eccleſiæ damnoſæ inualidæ, ac nullę de iure dicuntur, ad quod reminiſcamur eorum oportet, quæ ſecurè in ſuperioribus docuimus, hac ea clauſula glo. ſ. 12. de direc. domina. duo copulatiuè ad validitatem harum alienationum requiri, & cauſam, & ſolemnitatem, nec alterum ex ipſis ſufficere, ex quibus res hęc ſatis clara apparebit, per quę contractus dicitur fieri in caſu non licito, ac proinde nulliter iuxta glo. in cap. 1. verbo redire: & ibi Abb. nume. 17. de reſti. in integ. Redoa. de rebus Eccleſ. nõ alien. quæſt. 20. de cauſ. vtilita. à nume. 155. cum ſequent. & quæſt. 22. nume. 54. pulchrè Cauale. deciſ. 29. num. 58. parte 2. ad quod eſt adeò clarus tex. in alle. cap. 1. de reſtitutio. in integ. vt nihil clarius: ibi enim Pontifex loquens de emphyteuſi Eccleſiaſtica ſub modico cẽſu cõceſſa; 92 prę-

prȩcipit propter læſionem in cenſu contingẽtem debere rem ad ius,& proprietatem Eccleſiæ redire, huic eſt valdè ſimilis tex.in capit.ad noſtrã, de rebus Eccleſ.ad idem eſt clarior tex. in clemen. 1. de rebus Eccleſ. non alienan. in clemen.vbi declarat Pontifex,ex cõceſſione in emphyteuſim,in qua non fuerit vel neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ,nullum ius recipienti acquiri,& denique ad idem eſt tex. omnium clariſſimus in extrauagan. ambitioſæ, in extrauagan.commun.vbi Pau.Venet.2. clarè dicit eam alienationem nullam omninò fore,quę in euidentem Eccleſiæ vtilitatem facta non fuerit.

92 Conducit † quòd in reſcriptis, quæ emanant à ſancta Sede Apoſtolica pro confirmatione eiuſmodi conceſſionum,ſoleat ſemper adeſſe clauſula, *ſi in euidentem, &c.* quæ cenſetur appoſita pro forma,qua non ſeruata corruit proculdubio actus,Abb.in conſ.41.num. 1. Caual. latè,& benè allega.deciſ. 29. nume.58. & 59.in ſecunda parte: ſi eſt nullus contractus quando non eſt vtilis Eccleſiæ, nemo mihi negabit quin debeat res ad Eccleſiam redire,nec ſit locus ſuppletioni iuſtæ penſionis.

93 Hæc videtur † mihi certa,& ſecura opinio, quicquid in contrarium moliatur Alex.Raud. in ſæpè allega.reſponſ.17. parte 5.num.50. cum aliquibus ſequent.volens non eſſe nullum huiuſmodi contractum, in quo an benè dixerit, tuum ipſius,prudens lector,eſto iudicium,ego ſolùm annoto optimè dijudicari poſſe ex eo quòd patùm ſtringere videantur argumenta, quibus ibi vtitur is auctor,cõſidera,quæſo,lector verba Raudenſis ſub nume.52.vbi non audens inuehere contra auctoritatem Redoani noſtram opinionem tenentis, voluit tamen eius verba ſic interpretari vt perſuaderet illũ non intellexiſſe quòd contractus eſſet nullus ſi non foret vtilis Eccleſiæ, ſed quòd veniret reſcindendus,dicit enim quòd ille in hac materia vtitur verbis illis,corruit, corruere habet conceſſio,& omnia corrunt: corruptio autem, quæ eſt priuatio, prȩſuponit habitum,ergo(inquit)manifeſtè loquitur Redoan.de contractu valido per remedium reſtitutionis in integrũ ſub conditione ſi læſio probabitur inſpecto tempore cõtractus,reſcindendo &c. En huius auctoris argumentationem, quæ prȩterquam quòd eſt prorſus cõtra verum ſenſum eorum, quæ dixit Redoa.vt ex antecedentibus,& conſequentibus eius dictis ibidem luce meridiana clariùs apparet, & demonſtrat ſatis manifeſtè allegatio,quam de lege,etſi prȩſes C. de prȩd. min. quæ loquitur de nullitate decreti ex falſa cauſa interpoſiti,facit ad probandum id,quod dixerat probata læſione corruere contractum emphyteuſis Eccleſiæ; vltra quòd(inquam)ex ſupradictis clarè apparet de mente Redoani, quòd loquutus ibi fuerit de nullitate actus,nõ 94 de reſciſione, ego aduerto † quòd corruptio non videtur deriuari à verbo, corruere,vel aliquid inter ſe ſe cõmune habere, cũ tam diuerſa inter ſe ſint,vt omnibus eſt pluſquàm manifeſtum, à verbo enim corrumpo corruptionẽ deriuari palam eſt,ſed hæc omittamus,quia patùm profecua.

95 Aliam Garcia † in tract.de expenſ.& melio. cap.18.num.10.cum ſequent. & clariùs in tract.de nobilita.gloſ.6.§.1.nume.56. ſequutus eſt viam,qua videtur à noſtra hac opinione recedere, tenens ſufficere quòd Eccleſiæ læſæ reficiatur quod deeſt ad iuſtam penſionem, nec poſſe rem alienatam auocare, eo ductus argumento quòd minor læſus in prȩtio tantùm, ad id ſolummodo reſtituatur reſficiendum,quod deeſt ad iuſtum prȩtium conſtituẽdum,in quo tamen acriter reprehenditur à Caldas à Perey. vbi ſuprà annotauimus, ego tamen non ex eo Garciam reprehendẽdũ cẽſeo quòd ſuptadictam opinionem in minore firmauerit, prouti facit Pereyra,imò eam inferiùs laudabo,ſed ex eo tantùm quòd in eiuſmodi cõtractibus emphyteuticis differentiã non conſtituerit inter Eccleſiam,& minorem,cum illius ratione iura ſint aperta,quæ diſponunt contractus eſſe nullos, in quibus non affuerit euidens vtilitas, vt ſuperiùs docuimus,quod nullibi reperitur reſpectu huius diſpoſitum.

96 Quod autem † attinet ad emphyteuſes ſeculares,& laycas, in his ego cenſeo quòd ſiue ſimus in minore,qui reſtitutionẽ petat propter læſionem,ſiue in maiore,qui remedio l.2.C.de reſcin.venditione experiatur, vtroque caſu id ſolùm obtineri poſſit,(ſi nolit cui eſt conceſſio facta rem reſtituere)vt ſuppleatur id,quòd deeſt iuſtæ penſionis. De minore,iam ſuprà firmauimus opinionem,quòd quãdo is eſt in prȩtio tantùm læſus,ad illius tantùm ſupplementum habendum debeat reſtitui, non autem ad recuperandam rem ipſam,quam ſuperiùs ſtabiliuimus,& ſignanter ad id allegauimus Simoncel.de decret.lib.3. titu.7.inſpe.1.à num.13.cum ſequent.adde Fachin.controuer.iur.lib.2. cap. 89.per totum, Ferdin.Vaſq.quæſt.vſufrequen. cap.65.per tot. & Ari.Pinel.in repeti.l.2.C.de reſcin.vendi.parte 3.cap.1.à num.21.latè articulum hunc examinantes.

Et licèt hac in re valdè prȩmat contraria opinio quòd imò ſola læſio in prȩtio faciat totius rei recuperationi locum,cum plura iura,& doctorum auctoritates habeat, quibus comprobetur,me tamen,vltra ea, quæ doctè in fauorem noſtræ opinionis adducunt qui eam ſequuntur, illa prȩſertim ratio coegit,& cogit vt 97 eam amplectar quòd videam † de iure ad id fuiſſe remedium reſtitutionis in integrum adinuen-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

inuentum vt minoribus, & qui eorum priuilegio gaudent, subueniretur propter læsionem, quam sustinerent in contractu per eos, vel eorum tutores gesto, & aduersus eam, adeò vt læsio ipsa, & deceptio sit causa restitutionis, notab. ad id est tex. in l. nam postea §. si minor ff. de iure iurando; vbi Iureconsultus *si minor* (inquit) 25. *annorum detulerit, & hoc ipso captum se dicat, aduersus exceptionem iuris iurandi debebit* 100 *replicari, vt Pomponius ait. Ego autem puto hanc* * *replicationem non semper esse dandam, sed plerunque ipsum pratorem debere cognoscere an captus sit, & sic in integrum restituere: nec enim vtique qui minor est, statim & circumscriptum se docuit*, elegans item ad idem est tex. in lege prima ff. de minor. ibi, *Hoc edictum Prator naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit: nam cum inter omnes constet fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatium consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidijs expositum, auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captionem* * *& opitulationem*, ex quibus iuribus communiter doctores tenent minorem ætatem non facere locum restitutioni †, sed imò læsionem in contractu contingentem, quæ semper ad id requiritur: si ergo læsio est causa restitutionis, & aduersus læsionem ea datur, quomodo dici potest eam posse metas læsionis egredi? hoc est quomodo potest dici quòd minor per restitutionem consequatur id in quo nulla adfuit læ- 98 sio? maximè † si adnotauerimus quod communiter doctores inferunt ex tex. in l. quod si minor * §. restitutio ff. eodem titul. de minor. restitutionem tantum reddere quantum læsio abstulit, non plus, quod probat etiam eleganter Roman. Impera. in lege prima, & final. in §. fin. C. de senten. pas. in lege prima, explicans quid 101 esset restituere deportatum, ait, *Vt autem sciat quid sit in integrum restituere: honoribus, & ordini tuo, omnibus cæteris restituo*, in lege finali inquit Imper. *Tantùm ad restitutionem indulgentia valet quantum ad correctionem sententia valuit: vtique deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentia restitutio bonorum, ac dignitatis vno nomine amissarum omnium sit recuperatio*, 99 ac proinde † benè dicebat Nicolaus Vigel. in metho. vniuer. iuris ciuilis, parte septima lib. 25. titul. quid veniat in integri restitutionem minorum, ad id restitutionem dari vt minor integrum ius suum recipiat, idque probat ex l. quòd si minor §. restitut. ff. de minor. vbi Iurisconsultus ait, *Restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisq. integrũ ius suũ recipiat. Itaq. si in vẽdẽdo fundo circũscriptus restituetur, iubebis Prætor, emptorẽ fundũ cum fructibus reddere, & pretium recipere.*

Ex quibus omnibus videtur satis iuridica, imò naturali inniti ratione hæc, quam firmauimus, opinio, quòd scilicèt satis sit minori læso subueniri per suppletionem iusti prætij quando in eo tantùm fuit læsio absque eo quòd rescindi in totum habeat contractus, postquam nullam in vẽndendo præsupponimus minoris læsionem, aliàs enim dare ei esset vltra quod deberetur, quod nõ est iustum, nec rationi consonum, imò rationi esse naturali nõ parùm repugnans superiùs docui. Benè video † quòd inter alia, quæ doctores in cõtrariũ adducunt, acriter pungit doctorũ illa communis doctrina, qua dicitur remedium hoc restitutionis in integrum pinguius esse, quàm l. secundæ C. de rescinden. venditio. ex eo quòd illud præcisè auocet rem, hoc autem electionem alteri tribuat vel rem restituendi, vel prætium supplendi, & ideò illud per hoc non impediri quamuis sit illud ordinarium, & hoc extraordinarium, quam quidem doctrinam firmat Abb. in cap. cum dilecti nume. 5. extra de emp. & vendi. latè Pinel. in tepeti. legis 2. C. de rescin. vendi. tertia parte cap. 3. nume. 21. & Didac. lib. 1. var. cap. 3. nume. 11. versiculo, *tertio*, cuius in hoc solemnia dicta Senatum Lusitanum *approbasse* †, ac laudasse testatur doctissimus illius Sector Anthonius de Gam. decis. 212. quod sanè non parum tribuit huic opinioni auctoritatis, & in ornatum huj' dicti plures refert Blas. Flores in addi. ad d. decis. 212. eandem opinionem *secutus* ‡ est Senatus Neapol. auctore Vincen. de Franc. decis. 248. per totum, & *Sabusia.* apud ‡ Antonium Fab. in suo codice lib. 2. titul. 9. de in integrum restitution. minor. diffi. 3. vbi tamen deceptio esset in vendendo, quia non expediret vendere, vel dolus aduersarij intercessisset, nam vbi læsio esset solùm in prætio, nobiscum ille Senatus conuenit.

Si tamen † velles glosæ opinioni adhærere in lege patri §. 1. verbo *oporteat* ff. de minor. quã sequitur Garcia de expen. cap. 18. nume. 23. facilè euitares hoc contrarium: dicit enim glosa supradicta de rei recuperatione præcisè facienda per restitutionem, intelligenda fore nisi emtor vellet id, quod deest ad iustum prætium, supplere: reprobat tamen eam quasi violet litteram tex. in allegata lege patri, Cald. de Perey. in lege si curatorem, verbo implorare, numer. 15. versiculo *ex quibus*. Tu verò lege vbi suprà Garciam, & forsan cum animi quiete contrarium hoc euitabis, is enim doctor multùm in hoc articulo enucleando laborauit, taliter q̃ nõ oporteat nos ampliùs in eo immorari. Ego hoc vnum tantùm pro expeditione huius materiæ omnibus testatum volo quòd non possum mihi ipsi persuadere quomodo doctores contrariæ opinionis induci potuerint ad credẽdũ minori restitutionem concedendam vltra læsionem, & ad id in quo non sit ipse læsus, obstãtibus, prout reuera obstant multùm, quæ

dicta superiùs fuere, tum ex textualibus iuris dispositionibus, tum & aliàs, vidè Cancer. in 2. parte var. resolut. cap. 1. de minor. 25. an. à num. 254. cum sequent. vbi de hoc latè.

Nec dubites, si casus tibi succedat, defendere in Senatu hanc quam stabiliuimus opinionē metu cōtrarij superiùs adducti quòd remediū extraordinarium restitutionis in integrum nō cesset per ordinarium quando pinguiùs per illud, quàm per hoc, minori prouidetur, quia nō esset hic solus casus, in quo Senatus recessisset
101 ab eo brocardico: tu enim † scis quòd minori aduersus sentētiam in vim exceptionis ad impediendum illius executionē subuenitur proculdubio medio restitutionis in integrum beneficio, si illud maliciosè, & calumniosè nō petatur, veluti quando talia deducuntur pro illi⁹ parte, ex quibus coniscere facilè liceat de bono illius iure, prout post antiquos, pluribus resoluit nostras Michael Ferrer in 3. parte obseruan. verb. *executio*, cap. 346. & verbo, *restitutio in integrum*, cap. 479. & vtrobiq; sunt largæ remissiones ad alios doctores Sagismūdi Despuiol eius additionatoris, quibus adde Ioannē Gutier. in prac. lib. 1. quæst. 134. decisionem Auenionen. 2. apud Hieronym. à Lauren. & alios doctores relatos per Vincen. de Franc. decis. 86. & Thesau. decis. 181. don Garcia. Mestril. decis. Sicil. 30. in 1. parte, Stepha. Gratia. decis. prouin. March. 172. per totam, Statili. Pacific. latissimè in tracta. de Saluia. interdic. cap. 3. de restitu. in integ. per totum, qui duo declarant quid in hoc intersit si petatur restitutio ante executionem cæptam, an verò post, & quando dicatur cæpta, Cæsar. Barz. decis. 107. quæ est sententia per nostrum
† Senatum intrepidè *recepta* vt Michael Ferrer vbi suprà testatur, & nos nō semel vidimus obseruatum in pluribus causis, scis etiam † quòd
103 pinguiùs proculdubio per hoc restitutionis in integrum extraordinarium remedium prouidetur minori, saltem vbi ex statuto, aut aliàs sētentiæ habeant executionem, prout in Senatu præstita cautione, non obstante supplicatione, reclamatione, aut appellatione: quàm per ordinarium remedium supplicationis, reclamationis aut appellationis, quia illud executionem
104 impedit, hoc verò non, & tamen † quandiu adest supplicationis, reclamationis, aut appellationis remedium non conceditur minori illud restitutionis aduersus sententiam ad effectum impediendi executionē, sed tunc tantùm quādo trasiuit sentētia in iudicatum, id quod pluriès vidimus in Senatu obseruatum, in quo statim atque aliquem vident cum hoc extraordinario remedio venientem statim quærunt nū causa adsit supplicationis, vel non, ad admitēdum illud, vel repellendum, & signanter ex hoc motiuo quòd adesset causa supplicationis

† vidi de anno 1608. *repulsum* simile restitutionis in integrum beneficium per egregium Senatorem Ioannem Gallego, & postea *confirmatum* in causa supplicationis referente egregio etiam Senatore Raphaele Rubi, & Coll cōclusione sequuta inter cōsenatores, in causa Pupillorū Pelegrins castri Episcopalis contra Fælicē Miralles militem sancti Fælicis de Lupricato, actuario Vilossa, & nuper de anno. 1611. inter Petrum Mercer notarium villæ Perpiniani cōtra nobilem Ioannem Ros idem etiam ego
† *obtinui* cum expressione illius motiui quòd adetat remedium ordinarium supplicationis ad relationē egregij Senatoris Hieronymi Astor, cuius declaratio licèt non fuerit per totam aulam facta, expectat tamen de proximo in eadē in causa supplicationis interpositæ cōfirmationem, est causæ scriba Marcialis Reig. vbi videre poteris. Sis ergo cautus, si velis tui pupilli clientis indemnitati prospicere per restitutionis aduersus sententiam remedium, ne ab illa ordinarium supplicationis interponas, quia repelleris proculdubio ab extraordinario quantumcumque videaris fouere in meritis iustitiam, ac etiamsi postea renunciares causæ supplicationis, postquam est tibi de ea oppositum: quod erat consilium à Panormit. ante nos datum, & à Thesau. relatum, Panormit. (inquam) in cap. suscitata num. final. in fin. extra de restitution. in integrum, & Thesau. decis. 181. nume. 3. circa principium.

105 Hic necessariò † veniebat tractanda quæstio an post intentatum restitutionis in integrum beneficium aduersus sententiam, & contigit subcumbere in eo, possit is qui subcubuit, vti postea remedio appellationis, sed quia nostri instituti nō est propria, ideò sola remissione ad Sfors. Odd. qui eam plenè tractat, de restitutio. in integrum parte prima quæstio. 17. articul. 17. & quæstio. 69. articul. 2. nume. 13. contentus ad alia pertransibo proposito nostro propriora.

106 Quæ autem †, & quanta debeat esse læsio vt minor restituatur, id totum relinquendum fore iudicis arbitrio ex Didac. Menoch. & Caldes à Petey. post antiquiores in superioribus docuimus.

107 De maiore † autem (vt nostrum, quem cæpimus, discursum prosequamur, ac tandem absoluamus) non existimo quemquam esse, qui dubitet nunquid quando ipse fuit læsus in cōcessione emphyteutica, possit recipiens, ac electionem habeat, vel rem dimittendi, vel supplēdi id, quod deest iustę pensionis, est quippè huiusce rei tam clara, ac aperta, simulque vulgata & perquam nota dispositio l. 2. C. de rescin. vēdi. vt oleum, & operam me perdidisse, nec immeritò, quilibet diceret, si vlteriùs in huiusmodi rei comprobatione immorarer.

Hæc

Hæc ſunt, quæ ad ortum, & generationem (vt ita dicam) huiuſmodi cenſuum digna mihi viſa sũt particulari diſquiſitione, ſupereſt vt in hac tractatione de cenſibus emphyteuticis, de eorum interitu, & corruptione aliqua doceamus.

108 Principio † igitur perimitur cenſus, & in totũ ab eius ſolutione liberatur emphyteota, ſi tota res ipſa, ſuper qua conſtitutus eſt, pereat, tex. eſt expreſſus in l. 1. C. de iu. emphy. & ibi declarant omnes, quibus adde Velaſ. de iu. emphy. parte 1. quæſt. 17. per totum accuratè materiam hanc pertractantem

109 Valebit † tamen pactum quod fuerit inter contrahentes inhitum in contrarium, quòd ſcilicèt emphyteota teneatur de caſu fortuito rei, vt nihilominùs teneatur ſoluere penſionem, licèt res pereat tota, d. l. 1. vbi, *ſuper omnibus, vel etiam fortuitis caſibus*, & ibi not. Iaſ. nume. 13. & Velaſ. vbi ſuprà num. 1. Pater Molina, qui hanc, & alias fallentias adducit, de contrac. diſputa. 454. per totum.

110 Sunt † tamen ſupradicta de liberatione emphyteotæ à ſolutione canonis per omnimodã rei peremptionem ſanè intelligenda, quando caſu fortuito, & vno impetu res in totum perimitur, non quando paulatim ex negligẽtia poſſeſſoris aliquid, quod peremptionẽ cauſaret, reficere nolentis, ita Anthon. Fab. in ſuo codice lib. 4. tit. 42. de iure emphy. diffini. 37. dicens ita † *declaraſſe* Senatum Sabuſia.

111 Secus † tamen eſt ſi res petit pro parte, tunc enim damnum emphyteotæ eſt, non domini, vt docet ea. l. 1. C. de iu. emphyt. & communiter ibi doctores, & hæc ſunt adeò vulgaria vt communiter indè circumferantur vulgares ad id verſus.

Si res perit tota, liberabitur emphyteota,
Sed ſi pro parte, nulla liberabitur arte.

112 Difficultas † eſt quando dicetur res in totum perempta, vel in parte, vt cognoſcatur nũ nam cum ipſa re perimatur etiam cenſus, vel non, Glo. communiter recepta in allega. l. 1. verbo, particulare, C. de iu. emphy. poſt diſputatũ articulum, tandem reſoluit neceſſarium fore quòd nihil penitùs remaneat rei in emphyteoſim conceſſæ vt pereat cenſus, & emphyteota libereturr: aliàs enim ſi aliquid remaneat, remanebit & ipſe adhuc penſioni obligatus, probat tex. in d. l. 1. verbo *nihil reliquum*, & plures in idẽ citat Velaſ. de iu. emphy. parte 1. quæſt. 27. nu. 4. & Surd. deciſ. 198. n. 9.

113 Vndè dicebant † plures quòd quamuis domus ſit penitùs incendio abſumpta, aut aliàs caſmate, vel aliquo alio caſu fortuito ditempa, teneatur nihilominùs emphyteota penſionem ſoluere, & vltra id, ipſam refficere, & reedifficare, quia ſibi area remanet, quam, † cum ſit dom° potiſſima pars, l. qui res §. aream ff. de ſolut. dicunt ſufficere ne penitùs videatur emphyteuſis extincta, quæ fuit opinio Ang. in §. lex itaq; in fin. in aucten. de non alien. quem ſequitur Ioſeph. Ludo. cõm. conclu. lib. 1. conclu. 12. per totam, & viſus eſt *approbaſſe* Sena. Mantua. vt auctor eſt Ioann. Pet. Surd. deciſ. 198. per totam, & clarè *Regia Audientia* Apuliæ, vt teſtatur Viui. deciſ. 500. num. 6. quod tamẽ an omninò verum ſit, ac quomodo ſit intelligendum, vidè apud Surd. vbi ſuprà, Velaſ. allega. q. 17. in trac. de iu. emphy. num. 2. & Philip. in c. ſcindite corda veſtra fol. 25. verſ. hinc tertiò infero, de pœnit. diſtinc. 1. allegatum per Velaſc. vbi ſuprà, pulchrè Viui. allega. deciſ. 500. per tot. qui plures in idem allegãt, & Pater Molina de cõtrac. diſputatione 454. num. 4.

114 Maior † difficultas eſt in ſterilitate, an propter eam fiat ſaltem remiſſio pẽſionis, nam ſi regulam cõmunem ſuprà traditam ſequamur, dicendum nobis erit quòd non, cum per eam nõ cauſetur totalis rei interitus, & hæc eſt ordinaria, & cõmunis doctorum opinio: verùm plures ex doctoribus qui rem hanc pertractant. diſtinguunt inter magnam penſionem, quæ ſit fructibus æquiualẽs, & minimam, quæ pro recognitione dominij tantùm ſoluatur, cẽſentes priori caſu fieri remiſſionem, poſteriori verò non, quod an ſit verum, quia ego nõ poſſum omnia per extenſum pertractare, vide per doctores in c. propter ſterilitatẽ, extra de loca. l. licèt C. eo. l. ſi vno, & l. ex cõducto, §. ſi vis, & l. ſi mercs, §. vis maior ff. eo titul. ſingularia ad id ſunt conſſ. Rimin. Iun. 40. & 49. lib. 1. per totũ Grat. reſp. 128. lib. 2. notab. eſt diſputatio Patris Molina de cõtrac. 454. ſingulares ſunt diſputationes Aurel. Corbul. in ſuo tracta. de cauſ. ex quibus emphyteu. iure ſuo priuan. in titul. de cauſ. priua. ob non ſolu. can. amplia. 11. & 12. Ioſeph. Ludo. cõm. conclu. lib. 1. conclu. 12. per tot. vbi tenet emphyteotam *non* excuſari à ſolutione canonis, licèt fundus ex parte perierit, etiamſi penſio, ſeu canon correſpondeat fructibus, quam ſententiam dicit de communi conſuetudine ſeruari, licèt communis opinio ſit in contrarium, & Velaſc. allega. quæſt. 27. de iure emphyte. & ſingulares denique ſunt deciſiones Viui. 500. & Theſau. 20. in quarum prima † *cenſuit* Audientia Apuliæ non fore faciendam remiſſionem pẽſionis, licèt ipſa foret talis, quæ ferè fructibus eſſet correſpondens, in poſteriori verò è contra † *declarauit* Pedemontanus Senatus remiſſioni locum fore habita conſideratione ad ſterilitatẽ, & damnum ſequutum in re emphyteotica, ita vt emphyteota teneretur tãtùm penſionem ſoluere pro rata fructuum,

qui ſuperetant, ſic (inquit Theſau.) ad æquitatem Senatus reduxit rem hanc, contrarias, & diſſidẽtes doctorũ in ea opiniones hoc modo concordans, verum eſt quòd ea Theſau. deciſio maximas patitur difficultates per latè tradita per Corbul. in loco vbi eum allegat Gaſp. Anton. Theſau. auctoris filius in additione ad ſuprà relatam deciſ. 20. & ideò dicebat iſdem Theſau. filius in d. additione quòd cũ aliàs de ſuo tempore iterùm is caſus incidiſſet in eo Senatu diſputandus, valdè domini de dicta deciſione dubitabant, † *& iudicarunt* non eſſe faciẽdam remiſſionem licèt maxima ſolueretur pẽſio. Verùm Anthonius Fab. in ſuo codice lib. 4. titul. 42. de iur. emphyt. diffi. 36. ſtat pro † hac opinione, atq; ita *declaratum* per Senatum Sebuſianũ teſtatur. Tu ipſe, cum caſus occurrerit, hæc oculatiùs examinabis, & quid ſit iuſti⁹, & ſecuriùs tenẽdũ conſiderabis, ego pro nunc
116 aliter nõ examino, hoc ſolùm † aduerto ad maiorem, & perfectiorem huius materiæ intelligẽtiam, & cognitionem, vlterioremq; deciſionis Senatus Pedemontani ſuperiùs relatæ confirmationem, certiſſimã de iure eſſe regulã quòd quotienſcunque res tractu temporis efficitur iniqua, vel in infinitũ creſcit, tunc integrũ eſt iudici contractũ reducere ad æquitatẽ, tex. eſt ſingul. in l. cum quidã ff. de vſur. vbi I. C. *cũ quidã* (inquit) *cauiſſet ſe quot annis quincunces vſurarũ præſtaturum, & ſi quo anno non ſoluiſſet, tunc totius pecuniæ ex die, qua mutuatus eſſet, ſemiſſes ſoluturum, & redditis per aliquot annos vſuris mox ſtipulatio cõmiſſa eſſet. Diuus Marcus Fortunato ita reſcripſit, Præſidẽ prouinciæ adi, qui ſtipulationẽ, de cuius iniquitate quæſtus es, ad modũ iuſtæ exactionis rediget,* & de infinitate vitãda ſunt iura tex. in l. ſi quis, 120
in fi. ff de peti. & cõm. rei vẽdi. & alia allega. per
117 Theſau. deciſ. 226. n. 1. vbi † exindè in illa quæſtione nunquid piſtor, vel furnarius, qui promiſit pro certa quadam penſione panẽ pro tota aliqua familia coquere, teneatur ea in poſterum aucta, reſpondet quòd non, allegatque Iaſ. in l. quominùs n. 144. ff. de flumi. ponentem regulã
118 † quòd ſermo generalis, & indefinit⁹ nõ trahitur ad futura qñ reſultaret maximũ præiudiciũ, & non ſolùm ea in quæſtione, quã ſuprà retulimus, deciſ. 20. cẽſuit Sena. Pedemon. propter regulam ſupradictam, faciendã fore reductionem ad æquitatem, ſed & *in aliis*, quas refert iſdẽ Theſau. deciſ. 114. 120. & plenius deciſ. 226. & Iacob. Cancer. in 2. parte var. reſol. c. 1. de minor. 25. ann. n. 252. in verſ. idem ſenſiſſe. Nec deeſt noſtri Senatus deciſio, qua rem hanc comprobemus, eſt enim ad propoſitum ſingularis, quæ facta fuit de anno 1600. ſub die 31. Ianuarij in cauſa, quam ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniuſt ducebant Piſcatores ciuitatis Dertuſę contra vniuerſitatem, qua fuit

† *declaratum* cõuentionem, quam quondàm de anno 1570. fecerant inter ſe dictæ partes de vẽdendis piſcibus in dicta ciuitate prętio, ſeu prętijs in ea contentis, reducẽdam fore ad æquitatem taxãdo maius prętium pro dictis piſcibus, quàm in dicta cõuentione cõtineretur, eo prętextu quia fuerat probatum, & aliàs ex notorietate facti conſtabat, quòd alimenta omnia humanæ vitæ neceſſaria, omniaq; inſtrumenta, & apparatus ad piſcandum multò maiori prętio tempore ſententiæ cõmuniter vẽderentur, quàm vendeterentur tempore concordiæ, & ante eam, ex quibus (inquit Senatus) conſtat locum eſſe prędictæ reductioni prętij piſcium ad æquitatem, vt in dicta declaratione continetur, cuius erat ſcriba N. Bretons. Per hæc ego valdè dubitabam in facti cõtingentia de victoria cuiuſdam mei clientis in cauſa, quam eius vaſſalli, & emphyteotæ contra eum ducebant ratione, & occaſione cuiuſdam ſatis exceſſiui taſcharũ oneris, quod pro ſuis terris ferebant, vltra decimam, & primitiam, ſi aduerſarij, vt cęperant, de deteriotatione terrarũ, quam forſan ſatis, ſuperque probare poterant, docuiſſent, ac in prętentione, vt debuiſſent, inſtitiſſent, ſed tranſeant hæc cum reliquis, vt vulgò dicitur, hominum incurijs, & erroribus.

119 Et hæc † quidẽ reductio ad æquitatẽ nõ fuit, nec eſt per cõſtitutionẽ 40. cur. an. 1599. prohibẽtẽ cauſas decidi ex æquitate, phibita, excipit enim eadẽ ipſa æquitatẽ regulatã, & cõformẽ regulis iuris cõmunis, & quas afferũt doctores in materia æquitatis: ſolũ enim fuit intẽtionis curiæ prohibere æquitatẽ nõ ſcriptã, quam ſibi quidã homines ex proprio capite cõminiſcuntur, & fingunt, quæ † dupplex potiùs dicenda eſt iniquitas vt dicebat Bal. in conſ. 9. col. 3. n. 3. vol. 1. & Hieronym. Gab. conſ. 116. nu. 44. vol. 1.

121 Qualis † autẽ, & quãta debeat eſſe ſterilitas, quæ locũ faciat remiſſioni, de qua ſuprà loquebamur, ac qualis, & quanta debeat eſſe rei deterioratio, & clades vt reductionẽ admittat ad æquitatẽ, nõ obſtante pacto inter partes cõuẽto, pete tibi à Grat. reſp. 161. à nu. 4. ad 10. vol. 2. Ferdinan. Vaſq. controuer. vſufrequen. lib. 3. cap. 54. per totum, Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centu. 1. caſu 76. etiam per totum, Hieronymo de Ceuallos in lib. 1. practi. quæſt. cõmũ. contra cõmun. q. 57. per tot. & à doctoribus, ex quibus, ſeu quorũ dictis compactũ eſt ſyntagma illud cõmun. opinio. tom. 2. loco 5. tit. 3. c. 9. per tot. eis adde Stephan. Gratian. qui poſt hæc ſcripta ſuũ in lucẽ protulit opus, deciſ. prouin. Marc. 122. per tot. & noſtrum Cancer. in 3. parte var. c. 15. de renuncia. n. 140 apud quos eſt egregia huiuſce articuli diſputatio, & in actu practico ex deciſionibus ſuprà relatis nullo ferè id negocio colligere poteris.

In

122 In hac † autē inclita ciuitate Barcinonæ vix est quòd vnquā de supradictis disceptetur, cum enim emphyteota vigore cap. Item q̄ quilibet emphyteota, in priuileg. *recognouerant proceres*, cōcedatur quòd emphyteota possit, qñ voluerit, emphyteusim renūciare, indè sequit. quòd siue magna, siue parua fuerit sterilitas, vel rei clades, semper ipse hoc habebit remediū, quo sibi
123 ipsi in hoc succurrat. Idē † obseruatur in dicœsi Gerundæ ex cōsuetudine scripta, quæ legitur
124 inter alias sub tit. de iu. emphy. c. 66. Imò † & in tota Cathalonia debere obseruari videtur dispositū in senten. arbit. Serenis. Reg. Ferdin. c. 7. quæ est in 2. vol. cōst. in tit. de homini. proprijs.

125 Est † tamē id, quod de renuncianda emphyteusi diximus, sanè intelligēdū dūmodo soluat emphyteota censum dño pro tēpore pręterito, vt habetur in dictis locis, & docent Marquil. & glosatores in vsat. bonū vsaticū. Hæc ego dicebam in causa cuiusdā Ioānis Cambra clerici Bisuldunen. contra N. Cabratosa, aliàs Costa, in Regia Audientia vertenti ad relationē egregij Senatoris Frāciſci Mijauila, & Franquesa, actuario Camarasa, ad excludendū pręténtionē dicti Cabratosa, qua volebat, quodā magno aduocato patrocinante, euadere condemnationem triginta nouem pensionum quorundam censuum, relinquendo dicto Cambra possessionē petiæ terræ, cuius ratione ad dictos cēsus tenebatur, & fuerat condēnatus, idq; in decreto executionis deducebat: ex supradictis enim repulsā semel passus est, licèt non facto verbo in Senatu, postea verò, post hæc iā scripta, repulsā iterū *passus est* facto verbo per egregiū Senatorē Hieronymū Sēiust, cui propter absentiā Relatoris fuerat causa supplicationis contrarij imperij cōmissa, in prouisione inter dictas partes
130 facta, de qua infrà in fine glosæ facio mētionē.

126 Addo nunc † eisdē quòd supradicta videtur procedere absq; dubitatione in casu dicti Cābra, & Cabratosa, cū sint de dicœ. Gerunden. vbi cō suetudo viget, vt supràdictū est: licèt ēn ea nō concederetur procedere in tota Cathalonia, q̄ ego nō video quomodo fieri posset, cum stante dispositione allega. c. 7. sent. arbit. Reg. Ferd. tū etiā stantibus assertionibus Iacobi de mōte iudaico in fi. & Iacobi Marq. etiam circa fi. in vsat. bonū vsaticū pag. 206. col. 3. qui videtur expressè nobis testari dispositionē allegati c. 66. priuilegij, recognoperūt proceres, extēsā esse per totā Cathaloniā, ac in ea obseruari: licèt (inquam) nōn cōcederetur procedere supradicta in tota Cathalonia, tū in Episcopatu, & dicœsi Gerūdæ negari nō posset. Itē, & finaliter in dicto casu res indubitabilis fuisse videtur ex eo quòd in instrumēto venditionis, quæ per possessores eiusdā mansi torrent facta fuit de petia terræ, super cuius cēsibus contendebatur, possessorib. mānsi Costa, qui rei erant in dicta causa, expressè legitur denunciatū emptoribus quòd dicta res pęria quosdā cēsus faceret beneficio, quod dictus Cambra nūc obtinet, & dicti emptores acceptauerāt dictā venditionē cū dicto onere, & aliquando cēsus prędictos soluerant, prouti constabat in processu cū quadam appoca exhibita, quo casu † succedit doctrina nostratis
127 Ioan. de Socar. in c. eodē nu. 16. & 69. cū seq. in consue. Cathaloniæ, quatenus habet emptorē cui denunciati fuerunt certi cēsus, ad quos res vendita teneretur, & non contradixit, & sic visus est vēditionē cū onere soluendi acceptasse, posse conueniri pro censibus decursis teneriq; ad eos de proprijs bonis, quatenus fructus percepit, ex quo videtur proprio facto se obligasse, ac promisisse soluere, ad quod Ludou. Roma. aduocat in cons. 32. & Pet. Iacob. in prac. tit. de actio. in rem pro re emphy.

128 Quod † an idē sit respectu censuū pręteritorū de tēpore alterius emphyteotæ debitorū, & respectu etiā laudimiorū eiusdē tēporis, vt scilicèt sic illos, & illa possit dñs exigere ab vltimo emphyteota sicut illos, & illa, quæ sunt de suo tēpore, vidè pulchras *decisiones* Sena. Neapolit. 430. apud Vincen. de Fran. & consistor. Siciliæ apud D. Garciā Mestril. 171. in 2. par. vbi plenè.

129 An autē † de iure cōmuni admittatur renūciatio *emphyteusis per emphyteotā* faciēda inuitō dño, vidè Bal. & Ias. in l. 2. n. 28. C. de iu. emphy. Capel. Tolos. q. 404. Eman. Soar. à Ribey. in Thesau. recep. sent. verbo, *emphyteusis*, n. 94. quos cū pluribus alijs refert Thesau. allega. decis. 20. n. 2. alios refert Gasp. Thesau. in additione ad d. decis. qui materiā pertractant, referens q̄ negatiua opinione fuisse in Sena. illo *iudicatū* de anno 1590. Cui tā † locū nō futurū existimat qñ emphyteota nō posset re emphyteutica frui nisi cū magna difficultate, quæ æquipararetur impossibilitati, veluti cū quis recepisset 1ª aquæ ducendæ ad molendinum, & mutato flumine non posset emphyteota sine impēsa maiori, quàm esset vtilitas, nouū alueū facere: tunc enī dicit *dictū* fuisse in dicta causa admitēdā fore renunciationē, adde Aluar. Velas. cōsul. 28. n. 4. ita dicētē *declarasse* Sena. Lusita. & P. Molina de cōtrac. disputa. 455. n. 22. adde deniq; Anton. Fab. in suo codice lib. 4. tit. 41. de iu. emphy. defi. 11. vbi dicit Senatū Sabusianū *declarasse* posse fieri renuntiationē, si tā vsq; ad quadrantē census pręteritos persoluat, idq; magis ex cōsuetudine esse, quàm de iure. Viden. omninò Stepha. Gratia decis. prouin. March. 87. per tot. vbi pulchrè de hoc agit.

Prodijt, multò post hæc scripta, in lucē aureū var. resol. tertiū volumē nostri Iacobi Cācerij, qui de his agit in c. 1. de actio. & obliga. à num. 178. cum sequentibus, vbi licèt non explicet

cet, qua in causa casus, de quo agit sibi successisset disputandus, est tamen certum quòd fuit in causa, cuius ego superiùs memini, Ioannis Cambra contra Gabrielem Cabratosa, aliàs Costa, cuius vltimi partes deffendebat, & idem etiam contra me postea contendit in alia causa ad relationem eiusdem egregij Senatoris Francisci Mijauila, & Fraqueta vertenti inter Sebastianum Custous ex vna, & Petrum Roca de Parlauano, partibus ex altera, in qua item, Deo adiuuante, victoriam sperabam desideratam, & quam in altera obtinueramus, nisi cōcordia fuisset sopita. Differentiam Cancer. cōstituit inter ipsum emphyteotam, qui actione personali tenetur, & emphyteutam bonæ fidei possessorē, qui reali tātum, volens hunc vltimum posse renuntiare rem, & ei cedere absq; solutione censuum præteritorum etiam de tempore, quo ipse fructus percepit, decursorum, qū ipse rem emit absq; illo onere, imò illius inscius, & ignarus: eum vide quia nō sunt spernendi ipsius labores.

Casus. 131 Secundò † perimitur census præscriptione, per quam libertas acquiritur per eum, qui censum præstare tenebatur, si per legitimum temp' non soluerit: omnia enim præscriptione quæri possunt, l. quæcunque, de public. in rem actio. nec mirum, quia præscriptio vna est alienationis nota, l. alienationis, ff. de verb. sig. prosequitur satè hunc discursum Belluga in Specul. Prin. rub. 22. §. & quia quotidiana, n. 55. quod est

132 † tamen sanè intelligendum in istis censibus emphyteoticarijs, quo ad pēsiones scilicet præteritas, spatio 30. annorum in laycalibus, licet quandoq; requiratur quadraginta anni, prout diximus infrà in hac eadem glo. in materia cēsualium par. sequēt. vbi videas, quadraginta verò semper in Ecclesiasticis, non quo ad futuras: hæ enim nunquam præscribuntur, quia nunquam præscribitur directum dominium (mitto quando adesset interpersio possessionis, quod non est præsentis speculationis, ad exemplū eorum, quæ diximus in superioribus de iuribus fisci præscribendis glo. 11. n. 8. & docet nostras Cacer in terminis in 3. p. var. resol. c. 4. de seruit. n. 180.) tex. expressus in l. cū notissimi §. fi. C. de

133 præscrip. 30. vel 40. ann. esto; ratio † cuidēs quia possideri nō currit præscriptio, glo. in l. malè agi

134 tur, & ibi Bal. nu. 6. C. de præscrip. 30. Dns † autē direct' sēp possidet ministerio emphyteotæ, retinet enim semper penes se possessionē ciuilē, solam naturalem trāsferens in emphyteotam, iux. glo. & ibi communiter scribentes in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. & in l. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. eōmo. Afflic. decis. 580.

135 hoc quæ † impedit quòd emphyteota, qui naturalem tantùm habet, præscribere non possit: est nō ad id vtraq; necessaria, ex celebri doctrina Bar. in l. 3. §. ex cōtrario n. 4. ff. de acquir. poss.

Paul. Castren. & aliorum in l. prima nu. 12. C. de ser. fugit. per tex. in l. acquiritur, in fi. ff. de acquirer. dom. per hæc, & alia nostram, quā suprà adduximus, opinionem quòd præteritæ tantū pēsiones præscribantur, non futuræ, tenent Bal. in d. l. malè agitur n. 5. C. de præscrip. 30. &c. Ias. in l. 2. nu. 72. & 136. C. de iu. emphy. addi. ad Guid. Pap. decis. 412. sequuntur Antho. Thesau. decis. 179. n. 4. & eius filius Gaspar Thesau. in addi. ad eādem, qui supradictos, & alios refert, & ij duo dicunt nō semel fuisse ita in Senatu Pedemōtano *declaratum*, Anto. Fab. in suo codice lib. 7. tit. 13. diffi. 19. Idē † incōcussè obseruatur in nostra Cathalon. ex dispositione tex. in c. fi. Castla, c. vassall, o Castla, & ibi Socar. in cōm. Pet. Alb. d

136 hac obseruātia nos, qui in Cathalo. versamur, securè testari possum', quippè qui sexcētas, & vltra viderim' in ea prolatas sentētias, quibus in Ecclesiasticis emphyteusibus adiudicabantur triginta nouem pensiones censuum decursorum, & in laycalibus viginti nouem, licèt à tempore immemoriali non soluisset emphyteota.

137 Per † hæc satis mihi clarè videtur declarātū quænā sit ratio, quare triginta nouē, & viginti nouē respectiuè, tantū petantur, & non plures, quā vix potuit cuiusdā doctoris prīs cognitis in cōgregatione aliorum p graui negotio facta, vocati, capere intellectus: dicebat enim quòd ex quo directū dominiū nō præscribitur, nec pēsiones cēsuū, qui eius ratione debēntur, nō erat quòd triginta nouē pēsiones, vel viginti nouem tātū peterētur, sed imò omnes à die cessationis, nec volebat animaduertere ad id, quod nos securè resoluimus in superioribus, præscriptionē hisce in rebus prohibitā tātū esse quo ad futuras pēsiones, permittam verò quo ad præteritas vig. ad triginta nouē in Eccles. & viginti nouē in laycalibus à die petitionis citrà, quia cū remaneat sēp dominiū directū remanere debet etiā pensio, saltē in futurū, per ea, quæ latè inferius in alio proposito dicemus.

138 An autē † idē dicendū sit qū nō penes eūdē, sed penes diuersos sunt dominiū directū, & cēsus, q fieri posse legatō, vel donatione, aut aliàs latè probat Guid. Pap. decis. 264. & dō Garcias Mestril. decis. Siciliæ 58. n. 11. per tot. dicēs nullū id esse incōueniēs ex l. fi. §. fi. de cōtrahen. emp. an admittatur præscriptio cēsuum futurorum ex quo sint cū directo dominio licèt penes tertiū existēti, ego autē habui in R. A. quo nō admitti deffendi in causa Ioānis Cābra cōtra Gabrielē Cabratosa, aliàs Costa, ad relationē Frācisci Mijauila, & Fraqueta, scriba N. Camanas, in certo annuo cēsu, quē dict' Cābra ut beneficiat' certi beneficij monasterij S. Petri villæ Bisuldunij, ē eo dotati p R. Abb. quidē monasterij, directo dominio penes se retento, recipiebat super quadā petia terræ dicti Cabratosa, aliàs Costa dicebam

bam enim obstare semper prescriptioni quòd non esset census in nuda perceptione, sed cum directo dominio, licèt illud penes alium existeret, quod non erat inconueniens vt dicebat Guid. Pap. vbi suprà, quia igitur militat eadem ratio, quã suprà tradidimus, ne emphyteusis remaneat sine canone, indè existimabam fieri quòd non esset locus prescriptioni, non fuit hic articulus in ea causa decisus particulariter, sed habuit ea tamen fauorabilem exitum in fauorem mei clientis.

Habeo & aliam nunc causam in Senatu, in puncto ferendæ, coram egregio Senatore Iosepho Dalmau inter eundem Gambra vt benefi ciarũ prædictum, & Michaelem Gayolà, & Costa eiusdẽ villæ Bisulduni, scriba N. Prats, in qua is articulus in specie disputatur, scribam successum in fine libri si contingat posse fieri antequam in manibus hominum appareãt hæc, quẽ spero fœlicissimũ, quia arbitror beneficiatum habere intentionem fundatã quòd census sint cum dominio directo, eius enim erant naturæ quãdo constituti sunt, quam non constat mutasse ex eo quòd per dominum sint in alium trãslati ex iuris dispositione, quæ permitit eam translationem, aliàs diceremus operatam fuisse eandem id quod erat & est præter mentem, & intentionem contrahentium, & emphyteotæ sine facto suo id quæreretur quòd censum aliàs imprescriptibilem, propter eam translatio nem, prescribere posset.

Præterea additur quod Guido. Pap. & Mestril. dicant in locis suprà citatis, census esse accessorios directi dominij, quo fit vt illius naturã sequi dicẽdũ sit, iuxta regulas vulgares, ergo &c. Et sequeretur absurdum quòd si prescriptioni esset locus, emphyteusis remaneret sine
139 aliquo censu, quem † esse de essentia cõtractus emphyteutici probant omnes, & signanter Paret Molina de contrac. disputat. 452. & hæc est ratio cur non detur prescriptio in his, quia scilicèt dominium directum nunquam prescribitur, & in consequentiam nec census, qui datur ad dominij recognitionem, vt latiùs habes infrà à num. 163.

140 Diximus † posse in emphyteusibus Ecclesiasticis peti triginta nouẽ pensiones præteritas, videndum est à quo, an quæ decurrerũt de tẽpore, & vita vnius beneficiari ab illius hærede, an verò à successore in beneficio possint peti omnes, exclusis hæredibus, quam quæstionem breuibus resoluit Thesau. in fauorem successoris in decisio. 141. per totam dicens fructus non exactos, quamuis maturos tẽpore mortis beneficiari, spectare ad successorem, quod pluribus iuris canonici decisionibus, & doctorum auctoritatibus probat, & ad id signanter allegat notariã Iulij 3. constit. quæ est 5. in ordine id dispo
141 nẽtẽ, etiamsi † pro dictorũ fructuũ cõsequutione iudicialiter antecessor egisset, & hanc opinionem à Senatu Pedemont. in facti contingẽtia fuisse *ampiexam* isdem Thesau. docet num. 1. plura in materia cumulauit auctor repertorij ad decisiones Caualcan. in verbo, *fructus*, vltra ea, quæ in multis decisionibus ibidem relatis docet isdem Caualcan.

Nec deest huic opinioni nostri Senatus auctoritas, is enim sub die 1. Ianuarij 1594. in causa Pauli Soler beneficiati in Ecclesia Barcinonẽ. contrà vniuersitatem de Gaimera ad relationẽ nobilis Ioannis Sabater tunch Regiæ Audientiæ doctoris, postea in Sacro Regio supremo Aragonũ consilio Regentis vestenti, *declarauit* in fauorem huius resolutionis adiudicãdo beneficiato totas triginta nouem pensiones, quas petebat.

Et licèt postea referente egregio Senatore Narciso Paulo Regas in causa supplicationis fuisset dicta regia sententia, quo ad dictum caput, reuocata, nihilominùs in tertia instãtia referente egregio Senatore N. Planes, exhibito motu proprio Iulij tertij, d quo suprà, *cõfirmata* fuit expressè prima sententia, & secunda reuocata, his verbis: *Attentis in viam istis fructus beneficiorum etiam simplicium nõ collecti, & de quibus nõ disposuerunt beneficiati prædecessores, remanẽt, & sunt Ecclesiæ, & sic futuri successoris in beneficio, &c.* scriba erat Benedictus Sacares.

Idem postea idem Senatus *declarauit* cum prouisione, facto verbo, per egregium olim Senatorẽ Antonium Oliba facta sub die 14. Septembris 1598. in causa, quæ ad illius relationem ducebatur inter Cosimã Fiuallet ex vna, & Antonium Clariana notarium, & alios, partibus ex altera, qua in effectu fuit dictum ad successorem, non ad hæredem, iuxta dispositionẽ cõstitutionis Iulij tertij, omnes fructus beneficij, qui etãt debiti tempore beneficiati defuncti, & pensiones censualium durante vita dicti beneficiati decursas spectare, & pertinere, *quia* (inquit declaratio) *non fuerunt pensiones prædictæ* (de eis ibi particulariter agebatur) *exactæ, & incorporatæ, & conuersæ cũ propriis bonis beneficiati defuncti: prouisso, & declarato* (pergit declaratio) *quod antequam successori liberentur dictæ pensiones, teneatur docere, & legitimè probare legata pia, & debita beneficiati defuncti, ad quæ ipse tenebatur, & quæ in sua vltima dispositione reliquerat, esse soluta, aut posse aliũde, ex propriis illius bonis, exolui, iuxta formam dictæ constitutionis*, vidi copiam auctenticã dictæ prouisionis extractam ab originali processu causæ prædictæ per Franciscum Trobat regium scribã pensionerium. Ex quibus vide qualiter priùs, si alia non subsint, debeant solui debita, & legata pia beneficiati ex fructibus nõ exactis, iuxtà tenorem constitutionis, in quo debet esse

cautus ſucceſſor vt probet ſupereſſe ex quo ſoluantur, ſi vult obtinere.

Fuit non multis ab hinc annis in Rota Romana diſputatus caſus huic, de quo querimus, nõ abſimilis, vti penes amicum vidi, à quo cõſultus ſuper hoc fueram, in cauſa ſuper fructibus Archidiaconatus de Bitulona Barchinonen. inter N. Cornet, & N. Cordellas, in qua
†† binæ fuerunt factæ *deciſiones*, prima ſub die. 4. *Iulij* 1607. ſecunda verò ſub die 12. *Iunij* 1609. quarum exempla manuſcripta ego habeo; in prima vidi fuiſſe datum pro conſtanti Rotam ſeqüi quòd fructus recollecti, & à ſolo ſeparati ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, non ad hæredem, iuxta opinionem glo. in cap. preſenti, de officio ordi. in 6. & ibidem refertur ſic fuiſſe coram bonæ memoriæ Cardinali Lan-
† cello in cauſa Palenti. fructuum *deciſum* 26. Februarij 1580. & ſine difficultate procedere aſſe ferunt ſtante bulla Iulij tertij, quæ eſt nona in numero, vt Rota (inquit) *intellexit* coram Illuſ-
† triſſimo domino Cardinali Blancheto in Romana, *ſine nullius pecuniaria* 16. Nouembris 1593. In ſecunda verò Rotæ Romanę deciſione vidi etiam fuiſſe dictum quòd ex quo fructus erant ſeparati à ſolo ideò debebant diſtingui quinque caſus, vt per Calderi. in conſ. 2. de pecul. cleri. quòd ſcilicet aut beneficiatus moritur fructibus ſeparatis, ſed in area, vel campo iacentibus, aut ſecundò fructibus reconditis à colono, ſed nondùm beneficiato traditis, aut tertiò beneficiato aſſignatis, ſed nondum conſumptis, aut quartò quando certi fructus, vel pręmium debetur per vnum, duos, vel tres mẽſes. & interim beneficiatus moritur, aut quintò ſi beneficiatus moritur poſt dictum terminum nondum dicta ſpecie, vel pecunia ſoluta, in quibus omnibus caſibus (inquit Rot.) excep 145
to tertio, in quo agitur de fructibus perceptis nondum conſumptis, in alijs caſibus, in quibus agitur de fructibus inexactis loquitur bulla Iulij 3. & in omnibus iſtis caſibus dicit inſpecto iure communi, ceſſante conſuetudine, fructus ſpectant ad ſucceſſores, vt per Calderi. qui dicto loco doctè, & magiſtraliter loquitur. Hæc Rot. ex quibus id, quod ſuperiùs tradidimus, mirè probatur.

141 Verum † eſt quòd in dictis deciſionibus Rot. non declarauit pro ſucceſſore, ſed imò pro hærede defuncti, id tamen fuit effectum propter probatam in contrarium conſuetudinem in ciuitate Barcinonen. de qua etiam Frãciſcus Solſona practicus Carhalanus, quẽ Rota non neglexit, atteſtatur in lucer. laudimior. tit. de laudem. duppl. cellu. 12. in impreſſione Lugdunen. numer. 67. verſ. *& ſic videmus*. & de tota Hiſpania Dida. in cap. cum in officijs nume. 9. de teſtam. & Sarmien. in tractat. de reditibus Eccleſiaſ. parte 2. cap. 6. cui eſſe ſtandum docet idem Calderi. vbi ſupra nume. 2. verſi. *puto concludendum*, & ſæpiùs reſoluit Rota, vt in dictis deciſionibus habetur: prior deciſio fuit facta Coram R. P. D. Iuſto: poſterior verò coram R. P. D. Coccino.

Qui plura de his ſcire voluerit, adeat Annæ. Rober. rer. iudi. lib. 3. cap. 4. per totum, Sotomaior de vſufructu lib. 1. cap. 79. etiam per totum, Coſta de portio. rara quæſtio. 29. etiam per tot. Nicolaum Garcia. in tracta. de benefic. parte 2. cap. 1. num. 101. cum ſequent. vbi dicit † conſti-
143 tutionem Iulij tertij ſuper fructibus beneficiorũ non exactis nó eſſe in his regnis receptã. Sed ego in Cathalonia quotidie video ſecundum eam declarari, & ſignanter *in illa*, quæ
† facta fuit Oliba reſſerente, expreſsè ſumitur motiuum de dicta conſtitutione, imò cum fuiſſet expreſsè de nó acceptatione, & obſeruantia illi⁹ oppoſitũ, fuit repulſa prętẽtio, ex eo (inquit declaratio) quia nó conſtat derogatũ eſſe dictæ conſtitutioni, aut aliàs in cõtrario iuditio competenti citra tenorem dictæ conſtitutionis in vim contrariæ conſuetudinis, vel aliàs, declaratum, vel iudicatum.

Sed an † ſaltem quo ad partem admittatur 144
in cenſu preſcriptio, nedum quo ad prœteritas, ſed & quo ad futuras etiam penſiones, putà quando emphyteota, qui tenebatur ad decem pro cenſu, per legitimum, & ſufficiens tempus ad preſcribendum, quinque tantùm ſoluiſſet, dubitationis eſt non modicæ: ſi enim non ſoluens emphyteota cenſum, nec eius partem per quodcumq; longiſſimum tempus, libertatem nó conſequitur quo ad futuras pẽſiones, quomodo, quæſo, eam conſequetur quando partẽ ſoluiſſet, quæ imò magis deberet cenſum aſſecurare, & illius obligationem, cum per † ſolu-
tionem partis totum debitum videatur debitor agnoſcere, adeò vt nulla quo ad partem nó ſolutam poſſit allegari preſcriptio, vulga. l. cum fidem C. de non nume. pecu. vbi qui partẽ debiti ſoluit non poteſt exceptionem non numeratæ pecuniæ pro reſiduo opponere, cum per huiuſmodi ſolutionẽ, totũ debitũ agnouerit, l. ſed Iulianus, aliàs eſt §. 9. l. item ſi filius familias prœcedentis, in §. fi. ff. ad Sena. conſ. Macedo. vbi ſi patet ſoluere cœperit quod filius familias mutuo ſumpſerit, Item ſi idem filius familias pater familias factus partem debiti ſoluerit, ceſſare dicitur Senatus conſultum Macedonianum, quaſi ratum habuerit (inquit tex.) mutuũ illud per huiuſmodi ſolutionẽ, ad idem ſunt notanda pluta iura in gloſ. verbo, *ceſſabit*, cõducunt l. vna eſt via ff. de ſeruit. ruſti. prędi. & l. ſi ſtillicidij. ff. quemad. ſeruit. amit. in §. fi. quibus inſtit⁹ ꝓbatur per vſũ ſeruitutis in parte retineri⁹ i in toto, ꝓbat idẽ expreſsiſsimè, & in ꝓ-

prijs

prijs noſtris terminis glo. *p ſingulos annos*, in l. cũ notiſſimi §. in his C. d præſcrip. 30. vel 40. an. vbi expreſsè dicit Sali. q̃ debitor, qui ſoluit minorem pẽſionẽ, nullo modo præſcribit, imò tenetur ad ſolidum, & integrum: nam ſoluendo partem omni anno recognoſcit totum debitũ, & ſic tempus non currit creditori, Gutier. de iuram. confir. part. 3. c. 1. num. 54. hunc interrumpendi præſcriptionem modum, inter alios, de quibus ibi ex profeſſo agit, adducit Pet. Nun. de Auenda. de exequen. manda. regum part 2. c. 30. nu. 13. circa fin.

Hanc opinionẽ ſequi curiã Tholoſanam, & Pariſienſem, ac ſecundum eam fuiſſe ibi pluribus arreſtis *pronunciatum* docet Gerat. Maynard. deciſ. Tholoſa. 47. dicens ſupremam curiam Tholoſanam ſemper pro certa quadam, & indubitata regula tenuiſſe inſtrumenta primarum infeudationum, ſeu inueſtituras nulla ratione alterari poſſe, ſiue hoc in emolumentum, aut præiudicium dominorum, ſiue in præiuditiũ, aut emolumentũ emphyteutæ fiat &c.

146 His tamen † non obſtantibus in contrarium eſt veritas, quòd imò hoc in caſu cenſui præſcribatur pro ea parte, pro qua ceſſata eſt ſolutio per legitimum tempus aptum ad præſcribendum, prouti expreſsè tenent noſtri pactici Iacob. de Monte Iuda. & Marquil. in vſat. omnes homines j. & Socar. in c. vaſſallus, ſiue Caſtellanus allega. per Iacob. Cancer. var. reſolu. par. 1. c. 12. de feud. num. 13. qui idem dicit eſſe de iure communi, ex l. comperit, ibi, *vel minus, quàm oportuerit*, l. malè agitur, & l. cum notiſſimi §. fi. iuncta glo. C. de præſcrip. 30. an. & ex not. per Afflic. deciſ. 154. idem Cancer. benè in 3. par. var. reſolu. c. 4. de ſerui. nu. 101.

Habet hæc opinio pluta iura, quibus cõprobetur, & ſignanter tex. in l. excepta, & l. placet ff. quib. mod. vſusfruc. amit. quo loci docemur vſumfructũ perire pro ea parte, qua ceſſat eius vſus.

147 Quia tamen † hęc opinio grandem patitur difficultatem ex iuribus in contrarium allegatis, ideò doctores, vt vera ſit, eam intelligendã fore volunt cum diſtinctione Bar. & Caſtren. in l. ſi priùs nocturnæ ff. de aqua pluuia. arcen. quæ antea fuit Dyni per eos allegati, & Ioan. Andre. in reg. plus ſemper, num. 6. de reg. iur. in mercurial. quos ſequitur noſter Ioan. Socar. in c. vaſſalli nu. 8. in commem. Pet. Alber. pag. 145. & Iacob. de Monte Iuda. in vſat. omnes homines j. num. 7. Adde Bartholom. Brixien. qui latè diſputat hanc quæſtionem, in quæſtion. dominical. q. 13. per tot. in 17. vol. tracta. & Franciſcum Balb. de præſcrip. 4. par. quartæ partis principal. q. 5. per tot. in 8. vol. tracta. num. 3. qui dicit diſtinctionem Bar. & ſuprà relatorum doctorũ eſſe communem: aut enim totus cenſus debetur ex vna, & eadem conceſſione, & ex vno, & eodẽ titulo, aut ex diuerſis, & ſeparatis: primo caſu iterùm eſt diſtinguendum, quòd aut recipiens partẽ cenſus ſciebat ſibi plus deberi, aut ignorabat: ſi ſciebat, non præiudicat ſibi quoad aliam partem cenſus, etiamſi per multum tẽporis partem tantùm recipiat, & hoc mõdo

148 procedit, & in hoc † caſu verificatur regula ſuperiùs pro cõtrario adducta, quòd per receptionem partis conſeruetur ius in toto: ſi verò ignorabat recipiens plus ſibi deberi, tali caſu dicendum eſt locum eſſe p. æſcriptioni, cùm enim in ignorante non poſſit cõſiderari quòd per receptionem partis velit ſibi ius conſeruare in toto, indè fit quòd recipiendo partem ſibi præiudicet, & liberationi emphyteotæ ab alia parte, & portione cenſus locum faciat; pro

149 batur † hæc diſtinctio in vtroque ſui membro per l. is qui ff. quib. mod. vſusfruc. amit. cuius hæc ſunt verba id clarè probãtia, *Is qui vſumfructum habet, ſi tantùm vtatur, quia exiſtimet ſe vſum tantùm habere, an vſumfructum retineat? Et ſi quidem ſciens ſe vſumfructum habere, tantùm vti velit, nihilominus & frui videtur, ſi verò ignoret, puto eũ amittere fructum: non enim ex eo quòd habet vtitur, ſed ex eo, quod putauit ſe habere*. Id quod approbaſſe viſa eſt curia Tholoſana apud Gerat. Maynard. deciſ. 47. lib. 4. num. 1. circa finem. Secundo verò caſu quando cenſus debetur ex diuerſis conceſſionibus, & obligationibus, ſiue titulis, tunc per receptionem partis paratur mihi præiudicium in reliquo, tex eſt ad id expreſſus in l. ſi priùs nocturnę ff. de aqua pluuia. arcen. vbi I. C. *ſi priùs* (inquit) *nocturnę aquæ ſeruitus mihi ceſſa fuerit, deinde poſteà alia ceſſione diurnæ quoque ductus aquæ conceſſus mihi fuerit: & per conſtitutum tempus nocturna duntaxat aqua vſus fuerim amiſit ſeruitutem aquæ diurnę, quia hoc caſu plures ſunt ſeruitutes diuerſarum cauſarum facte*. Eandem diſtinctionem per tex. in d. l. is qui, & per c. olim, de cenſ. in caſu non diſsimili ad propoſitum ſequitur Bal. in c. 2. verſi. *quid ergo* de inueſti. de re alie. fac. in vſib. feud. dum dicit per petitionem partis interumpi præſcriptionẽ totius, ſi eo nomine agatur, ſecus ſi non agatur ex eadem cauſa.

Ad contraria iura pro contraria opinione allegata, quibus videbatur probari per vſum partis retineri ius in toto, nulla habita conſideratione an vtens ſciuerit, vel ignorauerit num-

150 quam poſſet vel non poſſet rẽ aliter vti, facilis eſt reſponſio quòd loquuntur in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, quæ † indiuiduæ cum ſint, l. viæ itineris, ff. de ſeruitut. & l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. obliga. cum ſimil. ſicut acquiſitionem non admittunt prõ parte, ita nec earum iam acquiſitarum per partem amiſsionem, d. d. vna eſt via, ibi, & magis eſt

vt

vt aut tota amittatur, aut tota retineatur ff. de ſeruit. ruſti. prę̃d. cum pluribus alijs benè notat. per Anthon. Gom. tom. 2. var. cap. 10. de indiui. num. 15. circa fin. indè fit nemini dubium videri debere quòd propter illam ſeruitutis indiuiſibilitatem per vſum partis tota ipſa ſeruitus retineatur.

Per hæc cuilibet forſan videbitur firmiter, & ſolidè ſtabilita, omniq. prorſus nudata difficultate diſtinctio Bar. Caſtren. Ioan. Andre. & aliorum ſuperiùs relata, vt ſciens plus ſibi deberi non prę̃iudicet ſibi recipiendo partem, ignorans verò ſic, audiat tamen quæ ego circa hæc excogitaui, & videbit quantam res hæc habeat adhuc, & patiatur difficultatem. Diſtinctio igitur prædicta videtur perperam, & inconſideratè à doctoribus adinuenta non aduertentibus quantam cum pluribus iuribus habeat repugnantiam: quod enim ex eo quòd quis ſit ſciens cenſeatur ius ſibi in reliquo conſeruare quando partem debiti recipit, manifeſtè repugnat iurium traditionibus, imò illa ſcientia contrarium de iure deberet operari effectum, remiſſionem ſcilicet alterius partis
151 per legitimum tempus non receptæ, ex tex. † expreſſo in l. qui ſemiſſes ff. de vſur. & l. aduerſus C. eo. tit. quibus iuribus probatur creditorem, cui vſuræ maiores debebãtur, præiudicare ſibi in illis, ſi minores receperit, cum per huiuſmodi receptionem tacita cenſeatur inducta maiorum vſurarũ remiſſio, vſura autem minor nihil aliud eſt, quàm pars quædam maioris, vti ex eiſdem iuribus apparet. Prętereà leges illæ loquuntur in ſciente ſibi plus deberi, vt patet ex ſe ipſis tam clarè vt non ſit opus quòd nos vlteriùs comprobemus, exemplũ ſubijciamus, quo clarior res hæc reddatur, habemus in Cathalonia ex vetuſtiſſimo vſu quòd mercatoribus loco intereſſe adiudicantur vſurę pecuniæ ad rationem decem pro quolibet centenario, alijs verò omnibus ad ratio-
155 nem quinq. tantùm, priores poterunt maiores vſuræ appellari, poſteriores verò minores, 156 ponamus igitur quòd mercator paſſus eſt, & contentatus per longum tempus de vſuris ad rationem quinque pro centenario, certè is, per ſupradicta iura, præiudicaſſe ſibi dicetur in vſuris maioribus, quas poterat exigere, quaſi eas viſus ſit tacitè remiſiſſe, ergo corruit diſtinctio, nec ſcientia prodeſt, imò nocet creditori. Auget difficultatem quòd leges capitales, quæ ex ſolutione, ſeu receptione partis debiti volunt ius creditori conſeruari in toto, & 157 reſiduo, non conſiderant ſcientiam ex parte recipientis, ſed imò ex parte ipſius ſoluentis, allega. l. cum fidem C. de *non num. pecun.* ibi, *fidem tantùm agnoſcens*, quod glo. verbo, *deferri*, & doctores interpretantur, id eſt, *ſcienter*, ſi-

ue *ſciens totum debitum*, ergo non videtur iurè procedere ſuprà relata diſtinctio quatenus cõſeruationem iuris ipſius creditoris, vel illius perditionem, & amiſſionem fundat in ſcientia, vel ignorantia reſpectiuè ipſius recipientis.

152 Verùm † non propter hæc recedas à diſtinctione ſuperiùs tradita tam clarè, & manifeſtè à iuriſcõſulto adducta in allega. l. is qui vſumfructum ff. quib. mod. vſusfruc. amit. & à celebribus doctoribus amplexata, vt nullus circa eam nobis, citra cauillum, relinquatur dubitãdi locus: difficultas eſt quomodo ad allega. in contrarium l. qui ſemiſſes ff. de vſur. & l. aduerſus C. eo. ſit reſpondendum. Et quidem reſpõſio non eſt tam difficilis vt primo aſpectu appareat: negandum eſt enim vſuram minorem partem eſſe maioris quaſi ex minoribꝰ maiores cõficiãtur, & cõponãtur: nullibi enim tale quid reperietur deciſũ in iure, imò ſpecies ſũt interſeſe
153 diuerſæ, vſura † enim in genere ſũpta diuiditur in maiores, medias, & minores, ꝙ quia tibi clariùs explicat Petrus Gregor. in ſyntag. iur. vniuer. par. 5. de actio. lib. 21. c. 3. de fœnor. ſeu vſurario mutuo à nu. 45. quàm ego poſſem referre, ideò conſultò eum ſubterfugio laborem, nõnulla in propoſito non pęnitẽda adducit Anthon. Guilber. Coſta. quæſtio. iur. cap. 1. per tot. qui ſignanter num. 20. plures allegat, qui eadẽ
154 de re agunt: ſpecies † autem vna non eſt pars alterius ſpeciei, nec enim homo eſt pars bruti, nec è contra brutum hominis, nihil igitur mirum ſi ex receptione minorum vſurarum non colligimus animum fuiſſe conſeruandi ius in maioribus, cum ſint inter ſe diſtinctæ, in rebus maximè tam odioſis, prouti eſt vſurarũ materia, ſicuti benè cõſideranit, ad iura prædicta reſpondens, Gerar. Maynard. deciſ. Tholoſ. 47. num. 2. lib. 4. & in materia liberationis ab obligatione, de qua agitur in dictis iuribus, ad
155 quam † propenſiores multò ſunt leges, quàm ad obligationem inducendam, iuxta l. Artianꝰ 156 ff. de actio. & obliga. Vndè † colliges differentiam inter iura prædicta, quæ volunt ex receptione minorum vſuratum cenſeri remiſſas maiores, quę deberentur, quia agitur de liberatione, & l. creditor §. final. ff. de ſolu. diſponẽte debitorem, qui minores vſuras debet, non præiudicare ſibi ſoluendo maiores, ſed imò dari repetitionem, quia agitur de obligando, ita glo. in ſuprà allega. l. aduerſus, verbo, *pactis* C. de vſur.

157 Sed dices † eadẽ erit cõſideratio in vſu reſpectu vſusfructꝰ, ſunt enim ambę ſpecies ſeruitutis diſtinctæ ſub ſubalterno ſeruitutis mixtę genere contentæ, vt poſtalios declarat Antho. Gom. var. reſol. tom. 2. tit. de ſeruitãt prin. ergo perperam videtur propter eandem rationem

dictum

dictum in d.l. is qui vsumfructum, eum qui vsumfructum habet, vtendo ius sibi conseruare in vsufructu. Respondemus tamen † quòd
158 vsus dupliciter sumitur, vno quidem modo pro distincta specie seruitutis ab vsufructu, & eo modo non est pars vsusfructus, quomodo sumitur in peculiari illo tit. insti. de vsu, & habitatione, alio verò modo sumitur vsus vt commoditas, & hoc modo pars dicitur esse ipsius vsusfructus, l. qui vsumfructum, ff. de ver. oblig. & l. et per ius iurandum, ff. de acceptila. ita pulchrè Bar. in d.l. is qui vsumfructum, n. 4. hac distinctione vtuntur Dyn. & Ioan. Andre. in reg. in toto, de reg. iur. in 6. ad docēdum quomodo iter sit pars actus, hoc modo vt pars vsusfructus sumitur vsus in l. is qui vsumfructum, circa quam tandiu versamur, ff. quib. mod. vsusfruc. amit. vt benè aduertit glo. in allega. l. et per ius iurandum verbo, vso, id. eoq. nihil mirū si quis vtendo conseruet sibi ius in debito vsufructu.

Ad reliqua in contrarium adducta iura nō arbitror oportere quòd respondeam quia vel ex his, quę dicta sunt, vel quæ mox dicentur in materia, satis apertè, meo iudicio, apparet non facere ad propositum, quia in casibus loquuntur valdè diuersis à nostro.

159 Vera † igitur remanet superiùs Bar. & aliorum adducta distinctio, ac constituta differentia inter scientem, & ignorantem, vide Cācer. in 3. par. var. resolu. c. 4. de seruitu. nu. 201. Si tamen vis breuiùs, & faciliùs te ab his difficultatibus expedire, vide an placuerit S. Alice. opinio in d.l. cum fidem C. de non num. pecu. dicentis quòd aut quis soluit partem vt partem, id est referendo se ad maiorem partem in cautione cōtentam, aut aliàs ita vt clarè appareat fidem cautionis agnouisse, & tunc locum nullatenus esse præscriptioni in residuo docet per d.l. cum fidem, aut verò soluitur pars vt totum nulla facta mentione quòd plus debeatur, nec existentibus aliquibus signis, quæ demonstrēt per huiusmodi solutionem intellexisse soluentem quòd plus deberetur, & tunc locum esse præscriptioni resoluit, refert. Balb. in trac. de præscrip. 4. part. quartæ partis princip. q. 5. nu. 1. nec curat Salice. an ignorans, vel sciens sit recipiens, quia de iure præscriptio etiam procedit contra ignorantem, qua tamen de re memini me alibi in hoc tractatu latissimè egisse: In du-
160 bio † autem quid foret dicendum, an quòd vt totum, vel vt pars pecunia sit soluta, & sic an soluens censeri debeat fidem cautionis agnouisse, vel non, dubitationis est non modicæ, in qua Burriga, Bar. Salice. & Ias. cum Eman. à Costa, quos ibi allegat, in repeti. l. si ex cautione, fall. n. 7. num. 4. & 5. tenens in casu dubio, censeri potius debitorem non agnouisse fidem debiti, & sic non soluisse vt partem, quam è contrario addit Bar. † id fore adeò verum vt in dubio magis intelligatur debitor indebitum soluisse, quàm fidem cautionis agnouisse.

161

162 Verùm † tamen est quòd supradicta intelligantur procedere in foro fori, cęterùm quoad forum poli, & conscientiæ, certum est, reluctante iure canonico, scientem plus deberi non præscripsisse, nec præscribere potuisse partem, licèt per multum tempus aliam partem vt totum, & non agnoscens fidem cautionis, soluisset, benè Balb. vbi suprà num. 2. In nostra autē Cathalonia, vbi vsaticum habemus, omnes cautę, per quem non curamus de bona, vel mala fide in præscriptionibus, supradicta forsan obseruari deberent, quę ex Salice. & alijs edocuimus.

163 Supradicta † omnia quoad præiudicium inferendum soluenti partem quoad totum, etiā in terminis, de quibus in superioribus, limitāt Rebuf. ad leg. Reg. tit. de mercator. minuta. vēden. art. 1. glo. vlt. nume. 8. tom. 2. Ioan. Gutier. de iuram. confir. part. 3. cap. 1. nume. 34. vt non procedant in casu satis singulari, puta quando quis post completam debiti præscriptionem, partem illius solueret, per huiusmodi enim solutionem non censeretur totum debitum approbare, nec indè nasceretur actio creditori reliquum exigendi, sed præiudicium solùm sibi pararet debitor in parte soluta: quæ enim de præiuditio inferendo debitori in toto ex solutione partis traduntur, intelligi ij doctores volunt quando tempore præscriptionis curréte, & ea nondum perfecta, & adimpleta fit solutio, secus verò quando post.

164 Circa † quæ aduerte quòd ea non sunt generaliter vera in omni præscriptione, tam statutaria trium, vel quatuor, aut plurium annorum inducta in odium creditorum debita non petentium, quàm in præscriptione 30. vel 40. annorum prouti admitere videtur Gutier. vbi superiùs: certum enim est quòd tutus præscriptione 30. vel 40. annorum sibi nullatenus in aliquo præiudicat, siue totum debitū soluat, siue illius partem: repetit enim in omni casu id, quod soluit tanquam indebitè solutum, Bar. & Castren. in l. pater §. 1. in fi. ff. rē rat. haber. Cancer. var. resol. part. 1. c. 15. de præscrip. num. 11. vide de Hieronym. à Lauren. decisio. Auenionē. 44. per tot. secùs verò est in præscriptione statutaria, de qua suprà, de quaque loquuntur Rebuf. & Canc. vbi suprà. Ratio † euidens adducitur à doctoribus, quia in prima specie præscriptionis 30. vel 40. annorum per eam licèt non tollatur obligatio naturalis, tolluntur tamen illius effectus, & per consequens effectus repetitionis impediendæ, quod non est ita in statutaria præscriptione, in ea enim, seu per eam nō

165

tollitur

tollitur naturalis obligatio, quæ de iure repetitionem impedit, ex vulgari l. naturaliter ff. de condic. indeb. ita doctores suprà citati, ex quibus ita clarè docet Cancer. loco supenùs allegã.

166 Veruntamen, † vt ad propositum redeamus, operę prætium est assignemus rationem quare in his emphyteuticarijs censibus præscriptionem admittamus in parte, *non in toto*. Ea, meo iudicio, clara, & expedita fiet si præsupposuerimus primò quòd dominium non potest, etiã immemoriali tempore, prędscribi, vt in superioribus dicebamus in secundo modo, quo diximus

167 censum perimi in prin. Secundò quòd † pensio est de necessitate, & essentia emphyteusis, aliàs ipsa consistere non potest, Bar. & Ias. in l. 2. C. de iu. emphy. ille num. 7. & hic nume. 110. & quos refert Mascar. de proba. cõclu. 602. num. 6. & 8. Præsupponimus tertiò in emphyteusi quoad illius validitatem, & essentiam nõ esse necessarium quòd pensio *sit* magna, & grandis, sed sufficere modicam, & quòd quid modicum illius ratione annuatim constituatur, vt suprà est edoctum. His præsuppositis facilis est nostri quæsiti enucleatio, quòd scilicet non prędscribatur tota pensio, quia per eandem præscriptionem peteret etiam emphyteusis, & dominium, quę sine ea consistere nõ possunt quod fieri non potest, hoc autem incõueniens non militat in præscriptione partis census, cũ emphyteusis possit consistere cum restanti illius parte, sicuti è contra dicimus totam pensionem subsistere, ac sustineri in vna parte rei † emphyteuticariæ, licèt alia pereat, vt in l. 1. C. de iu. emphy. & diximus nos latè in superioribus.

Per quæ corruit proculdubio fundamentũ illud, quo curias Parisiensem, & Tholosanam refert Maynard. in superiùs allega. decis. Tholosa. 47. lib. 4. motas vt contrariam huic nostrę tenerent opinionem, census huiusmodi nec in parte præscribi posse eo quòd *domino directo* debeantur in signum, & recognitionem superioritatis: cum enim ea vtique recognoscatur per modicam, sicuti per magnam pensionem, indè fit quòd dum aliquid cõseruetur, in quo, & seu per quod dominium recognoscatur, non erit inconueniens quòd reliquum præscriptione pereat, aut aliàs.

168 Omnia † autem suprà dicta de partis census præscriptione sanè sunt intelligenda quando per tempus *legitimum* ad præscribendum facta foret solutio semper vniformis, putà quinq. si deberentur decem, secus tamen est si difformiter solutio facta foret, putà vno anno quinq. alio sex, vel quatuor, & aliàs non persistendo semper in vnius, & eiusdem quantitatis solu- † tione: tunc enim nihil præscriberetur, sed imò non obstante diuersitate solutionis totus integer census veniret exoluendus, Bar. in l. 2. num. 22. ff. solu. mat. isdem Bar. & Bal. in l. solent 5. nõ verò ff. de offi. proconf. Dec. in conf. 8. cõl. 11. & conf. 129. Aym. Craue. in conf. 96. nume. 5. conf. 154. num. 29. & pluribus alijs, prouti in repertorio consiliorum, quorum ego vndecim notaui, in quibus hęc *is* auctor docet, quæ tu ipse per te facilè repetire poteris, elegans est ad propositum obserua. Minsynger. 42. centu. 6. Caual. decis. 11. nu. 79. cum sequent. part. 3. Hieronymus Gab. conf. 197. num. 7. & 8. vol. 2. Auẽda. de exequen. manda. Reg. part. 2. c. 4. nu. 17. versi. *quod præmaxime*, Dida. de præscrip. part. 2. §. 4. num. 4. pulchra est etiam Francisci Marci decis. 205. in 1. vol. & Ioan. Garcia Gallec. de expen. & meliora. c. 9. num. 26. qui † idẽ dicit procedere *in* immemoriali prędscriptione, quæ in his allegatur, post Caual. & alios suprà cita. Ita noster Senatus declarauit die 25. Iulij 1596. ad relationem nobilis Ioannis Sabater tunc huius Sena. egregij Senatoris, postea verò in supremo regni Arag. consilio Regentis in causa capituli Ecclesiæ Ilerden. contra syndicum, & vniuersitatem de Iuneda, Scriba Benedicto Sacares, in qua non obstante allegata, & probata per homines de Iuneda consuetudine immemoriali soluendi decimam, non ad certã quotam, vel mensuram, sed ad libitum voluntatis eorum, vno anno plus, alio minus, qua dicebãt se prędscripsisse, à tempore immemoriali citra, & vltra, libertatem decimam soluendi sub dicta forma, *declaratum* extitit soluendam esse decimam ad certam quotam, & mensuram, & non ad libitum voluntatis hominum prædictorum, ad eam videlicet mensuram, ad quam circumvicina loca solebant decimam soluere, notabilis certè est hæc Senatus decisio, quæ fundatur in eo motiuo quòd ex actibus difformibus, & incertis non causetur prędscriptio.

Habui ego casum in eodem nostro Senatu de anno 1601. quo per hæc in causa Sebastiani Custous præsbiteri in Ecclesia Balneolarum Beneficiati cõtra vniuersitatem eiusdem villæ aduersus immemorialem allegatam pro parte dictę vniuersitatis soluendi quoddam censuale pensionis annuæ nouem librarum, septem solidorum, & sex denariorum hoc modo quòd vno anno soluebat quatuor libras, alio tres, alio duas, alio quinq. vel aliàs difformiter tamen iuxta quoddam compartimentum, quod ad solidum, & libram pro modo facultatum ipsius vniuersitatis vno quoque anno facere solebat, de supradictis opponebam quòd non poterat vniuersitatem iuuare aliqua possessio, & prædscriptio ex huiusmodi actibus difformibus causata, & tandem *obtinui* die 4. Maij vniuersitatem condemnandam ad solutionẽ integri

integri censualis, ad rationem nouem librarũ septem solidorum,& sex denariorum,non obstante dicta allegata prescriptione.Benè verum est quòd in sententia non exprimitur quamobrem præscriptio repellatur, solùm enim dicitur in ea,nõ obstante allegata præscriptione, cum de ea non constet,saltem eo modo, quo constare deberet(abstinent enim iam hac ętate doctores regij consilij,quantum possunt, ab exemplaribus faciendis)verùm ego, qui rem tractaui,scio quòd propter hanc rationem in causa obtinui,& id est facile ex processu colligere,in quo videbis de hoc disputatum.

Mouet tamen circa hæc non modicam difficultatem quòd ea benè videantur procedere in his,quę sunt diuersę speciei diuersimodè, et differmiter singulis annis exolutis,in quibus loquuntur plures ex doctoribus superiùs allegatis,putà quando vno anno soluuntur capones,alio pulli,alio denique alia species animalium, vel alię quędam res diuersæ speciei,tunc nihil mirum quòd nullo modo prescriptio inducta dicatur, cum qua iurè subsistat, vt in futurum exolui debeat, considerari non possit,
170 tum etiam† quia in speciebus minor non ineſt maiori,c.cui de non sacerdotali,de præben.lib. 6. l. qui lancem ff.de aur. & argen. lega. Mayner.in l.in eo quod plus,num.6.ff. de reg. iur. & Dyn in reg.plus semper,circa fin. de reg. iur. in 6.Verùm in his censibus,qui in pecunia numerata soluuntur,in quibus vno anno plus, & alio minus est solui assuetũ, est quòd præscriptionem subsistere posse consideremus in minima quantitate ex solutis,vt in ea imposterum fit solutio facienda, cum respectu illius vniformis dici posse videatur præstatio,& solutio, ex
171 quo † in maiori semper adfuit hæc minor,per reg.notissimam,plus semper,de reg.iur.in 6.ad quod est tex. expressus in c. ex parte, extra de censibus,vbi qui solitus fuerat soluere censum ad varias.& diuersas mensuras non cogitur nisi ad minorem soluere,l.diem proferre §. plu-
172 res ff.de recep.arb.vbi † sententia per arbitros lata in diuersis summis tenet in minori, & facit in argum.tex.in l. qui concubinam §. 1. de leg.2.plura in idem propositũ allegat Gaspar. Roder.in tracta.de annu. redi. lib.1.q.15.num. 36.& sequent.explicat benè Guiller. Mayner. in terminis materiæ plurium arbitrorũ suprà tactę, in l.in eo quod est plus,numer. 5. ff. de reg. iur,nec desunt qui hanc in nostra hac materia teneant opinionem,quòd scilicet in casu differmium prestationum, & solutionum remaneat obligatio soluendi minorem summam, tenet quippe eam noster Iacob. de Monte Iuday.in vsat.omnes homines j. numę. 7.circa fin.quem sequi videtur Cancer. vbi suprà nu.28.

His tamen non obstantibus non est à priori opinione recedendum,quòd per huiusmodi differmes solutiones nullum ius acquiratur soluenti in minori,vel alia summa,sed imò teneatur integrum censum soluere, ex rationib⁹
173 superiùs adductis.Nec † obstant quę in contrarium fuerunt animaduersa:benè enim sequitur, minor quantitas inest in maiori,ergo qui soluit maiorem censetur soluere minorem,sed non sequitur, minor quantitas continetur in maiori,ergo qui soluit maiorem semper censeri debet soluisse minorem, & per consequens ex huiusmodi solutionibus ius sibi acquisiuisse ne teneretur soluere nisi minorem illã quãtitatem,estque huius dicti ratio quia licèt minor quantitas insit in maiori, nihilominùs nemo mihi persuadebit quòd fatear eum, qui maiorem quantitatem soluit,animum habuisse acquirendi possessionem soluendi minorẽ:
174 hæc enim repugnant inter se se, sine animo † autem possessio nullatenus acquiritur,l.4.cum simil. de acquir. possess.nec sine possessione præscriptio, vulga. reg. sine possessione, de reg.iu.in 6.ergo à primo ad vltimum qui diuersas summas soluit in diuersis temporibus non potest dici modo aliquo præscripsisse vt in minori tantùm quantitate, & summa, quam soluisset, & non alia, soluere teneretur, quia is soluendo maiorem quantitatem non potest dici quòd fuerit visus animum habuisse præscribendi vt in minori tantùm soluere teneretur,videndus est,in proposito nõ multum dis-
175 simili,Cassana.in cons. 40. nu.5 & 6. Accedit † his quòd illud,quod dicimus minorem summam inesse maiori, & sub ea contineri,licèt sit propriè,& de proprietate sermonis, quia sine ea ad maiorem peruenire non potest,intelligitur tamen inesse, & contineri tamquam pars illius,non tamquam quid separatum, exempli gratia, decem insunt viginti,ac sub viginti continentur,verum est tamquam pars,non vt decem,& ideò qui petit,vel soluit viginti,dicitur propriè petere,vel soluere decem vnitè,non tamẽ ꝓpriè petere,vel soluere decẽ separatim,& formaliter quia verè alia est summa viginti,& alia summa decem,& qui dicit de maiori summa non videtur in minori tantùm consentire, sed consentit in minori ad integrandam maiorem summam,non aliàs, vndè propterea fit quòd per plures solutiones differmes,& diuersas,ac in diuersis summis maioribus, & minoribus factas nullum possit dici in minoribus ius vel recipienti,vel etiam soluenti, suo casu, acquisitum:hęc pulchriùs docent Dec. & Cagnol.in l.in eo quod est plus, ff. de reg. iu. ac Æmil.Ferret. in l. 1.§. si quis simpliciter ff. de verb. oblig. quàm ego explicare possem, qui omnibus respondent, quę possent in contra-

tium

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rium adducit:conducit celebris interpretatio glo.*iter*,l.1.ff.de ſerui.ruſti. præd. quatenus diſponit eum, qui actum habet iter etiam habere,quod glo.intelligit quantùm ad commoditatem,non quantùm ad ſeruitutem,quod probat per l.loci corpus §.1.ff.ſi ſerui.vendi.nam ſi eſſent duæ ſeruitutes conſtituto actu poſſet vna remanere altera adempta,iuxta l.ſi ędes 31. ff.de ſerui. vrba. præd.quod lex negat, nam adępto itinere nihil amittitur,l.1.ff.de adimen. lega.hæc dicit allega.glo.per quæ quantùm noſtra opinioprobetur,alterius eſto iudicium,aliqua,ad id forſan faciętia,diximus ſuprà in hac eadę glo.cum de præſcriptione cenſus in parte ageremus,quæ hic non duximus repetenda.Et ego,poſt omnes,ab ijs,qui contrariam tenent opinionem,hoc vnum requirerem quod mihi explanarent, quamobrem ille, qui ſemel ſoluit quinque,poſtea ſex, deindè ſeptem, & ſic de reliquis,per tempus legitimum ad præſcribendum,obligetur magis ad quinque ſemper ſoluenda(idem dico è conuerſo in eo,qui vult ſe liberare per huiuſmodi ſolutiones exiſtimãs non teneri ſoluere niſi iuxta minorem ſummam)quàm ad vnum tãtùm, vel ad aliam quãtitatem minorem infrà quinque:ſi enim ex eo in quinque dicitur manere obligatio quia in eis videtur ſemper conſenſum à partibus etiã dum maior ſumma ſolueretur, cum vt minor maiori ſemper adfuerit, idem ego dico debere eſſe reſpectu vnius,vel alterius minoris quantitatis infrà quinque, cum illæ æquè ac quinq. contineantur ſub maiori:dices rationem differentiæ eſſe quia quinque fuerunt ſemel perſoluta,& ideò ea viſa ſunt ſemper continuata in ſequentibus ſolutionibus maiorum quantitatum tanquam in eis contenta, infrà quinq. autem nulla quantitas minor eſt ſoluta: huius rei differentiæ ratio eſt quam ego exquiro,cur ſecus hic, ſecus ibi.

176 Ad tex.† in c.ex parte,de cenſ. in contrariũ adductum,omiſſa reſponſione Ludoui. Gom. in §. ex maleficijs num.53.inſti.de actio.dicentis eum tex.eſſe communiter malè intellectũ, non enim(inquit) ille tex. decidit ad minimã menſuram vota,de quibus ibi, fore perſoluenda,ſed ad minorem, id eſt mediocrem: fingit enim tres ibi fuiſſe menſuras,ad quas vota perſolui fuerant aſſueta,maior,minor,& minima, & ſecundum iſtum intellectum dicit eum tex. concordare cum l.Titia §.ſi.de auro, & argen.
177 lega.vbi †fit interpretatio de mediocri, quæ interpretatio forſan non multùm diſtat à veritate, cum tex.loquatur per dictiones, *varias*, & *diuerſas*,quæ vix in numero duorum verificantur,tum etiam
178 † quia verbum,*minor*,in hac vſurpatione ſolet in iure ſumi vt medium, ſiue mediocre intelligatur inter maximum,& minimum,vt in §. libertinorum, inſt. de liberti, & in §.1.inſti.de capi.diminutione,verùm quia vtroque modo,ſiue de mediocri,ſiue de minima menſura intelligatur ille tex.ſemper obſtabit noſtræ reſolutioni, qua diximus non obſtante ſolutione in minoribus ſummis facta diffformiter,teneri debitorem ad ſolutionem totius penſionis conuentæ, ideò, prætermiſſa dicta reſponſione, & vlteriori eius intellectus examine,reſpondemus caſum illius tex. valdè eſſe à noſtro diuerſum, putà quia nos loquimur quando agitur de acquirendo,vel perdẽdo iure reſpectiuè propter nonnullas penſiones diuerſis temporibus,hoc eſt per tempus aliàs legitimum ad præſcribendum,exolutas, veluti quando recipiens non habens titulũ prætendit illum acquiſiuiſſe ſaltem in minori ſumma ex tot penſionibus ſolutis, vel etiam ſoluens opinatur ſe contra inſtrumentum continens maioris ſummę obligationem,libertatem non ſoluendi niſi in minori ſumma ex huiuſmodi actibus diffformibus,tunc & tali caſu diximus locum non eſſe nec vni,nec alteri ex ſupradictis prætentionibus,in tex.verò in d.c. ex parte,aliud erat in quo dubitabatur,in qua ſcilicet menſura cogendus eſſet ſoluere certum triticum is, quem conſtabat illud debere in menſura,quæ tamen illa eſſet dubitabatur, & ideò reſpondet Pontifex quòd ſi conſtaret homines illius regionis ſolitos eſſe ad certam, & determinatam menſuram perſoluere ſimiles obligationes(vota quædam erant Beato Iacobo facta)cogerentur ad ſoluendum in eadem menſura,ſi verò conſtaret quòd non ad certã, nec determinatam menſuram ſemper ſoluiſſent,ſed ad varias ac diuerſas,maiores,& minores,tali caſu ſolutione in minori menſura fore & eſſe Compoſtellanum Archiepiſcopum cõtentandum præcipit Pontifex, eſtq. ratio quia
179 †cum ibi eſſemus in obſcuris,neceſſariò ea interpretatio fuit ſumẽda,vt de minimo obligatio intelligeretur,iux.reg.in obſcuris, cum concor.de reg.iu.in 6.vel,ſecundum interpretationem Gomez ſuprà relatam,de mediocri,iuxta tex.in l.qui lancem,& l.Titia, de auro & argẽ. lega.Ecce ergo quòd ibi non agatur, ſicut in noſtro caſu,de iure acquirendo,vel amittendo ex huiuſmodi ſolutionibus diffformibus, cum nullę per debitorem factę eſſent,ſed de dubia, & obſcura obligatione interpretanda, quæ quantùm inter ſe diſtent,nemo eſt qui non videat:ſi autem menſura promiſſa fuiſſet certa, & determinata,licèt poſtea ſoluta diuerſimodè,& diffformiter,non putes quòd reſponſum fuiſſet in minima tantùm fore impoſterum vetum perſoluendum, ex his quæ nos ſuprà retulimus. Hæc interpretatio videtur placuiſſe glo.in d.reg.in obſcuris, de reg.iu. in 6. in prin.

dum

dum ibi pro exemplo regulæ ponit casum, & dispositionem huius c.ex parte,de cens.Habet & ille tex.aliquid specialitatis, propter quam eiusmodi benignæ interpretationi fiat locus, quæ in alijs casibus non militat,lege tex. & ibi videbis,vide Cagnol.vbi supra nu.11.

180 Ad l.†diem proferte §. si plures ff.de recep. arbit.& reliqua iura,quæ quod minimum est, statuunt esse sequendum,respondemus similiter procedere propter negocij dubietatem, quia scilicet dubitatur,& incertum est qua in summa debeat actus valere,& ideò ne ille corruat,& inutilis fiat,quia non est maior ratio, cur maiorem summam,quàm minorem summamus,benigniori interpretatione vtêres id sequimur,q minimũ est iuxta allega. reg. semper in obscuris,q patet quia si duo cõcordãt in cõdemnando in maiori summa, putà in decem, sententia alterius in minore,putà in quinque, nihil officit,imò condemnationem sequimur in maiori,quia cessat dubietas,& obscuritas sententię,c.1.de arb.in 6.quod idem etiam esse de iure ciuili pluribus probat Guiller. Mayner.in l.in eo quod plus,nume.7.de reg.iu. in nostro autem casu sumus in certo quid debeatur, ergo non est quòd ad minorem summam solutã recurram⁹.Alias solutiones ad dicta iura adducũt Dec.Cagnol & Ferret.in allega.l.1.§.si quis simpliciter n.6.ff.d verbor.obliga.per te ipsum videndas,& signanter ad allega. §. si plures dicunt illud esse à natura iudicij,non à summa,neq.enim voluit iudex(inquiunt)qui condemnauit in quindecim, condẽnare in quinq. sola, additq.Ferret.ratione † aurem iudiciorũ
181 si ex duodecim iudicibus sex condemnarent, & sex absoluerent,tamen absolutum lex vult esse,& paria absoluendi suffragia anteiri paribus condemnandi,leuiorem enim errorem in iudicijs sequemur, & reo precipuè fauemus in nouissima parte iudicij,l.inter pares,de re iudi. hæc igitur est ratio quòd in iudicijs benigniores sumantur interpretationes, & non alia.

Vide circa hæc Ioan.Garcia Gallec. in tract. de meliora.& expen.c.vlt. à num. 8. Anthon. Thesau.decis.1.à num.10.& don Garciam Mesteil.decis.Siciliæ 183.par.2.vbi bona *decisio* pro reis in vim d.§.si plures facta,quòd censeantur condemnati in minorem pœnam si ex tribus iudicibus quilibet in diuersam iuerit sententiam. Vide etiam elegantem Senatus Neapolita. *decis.*362.apud Matheum de Afflic.vbi videbis qualiter in iudicijs, sicut diximus, sequẽdũ sit quod minimum est quando iudices non cõcordant in condemnando.

† † †

182 Prodijt,† multò post hęc scripta, in lucem Iacobi Canceri tertia pars var.resolu. qui in c. 1.de actio.& obliga.à num.23.cum sequent.de hac eadem nostra quęstione agit, eãque cum distinctione,quam nos suprà reprobauimus, resoluit, vt scilicet existimet id quod dicitur ex actib⁹ difformibus nõ induci præscriptionẽ intelligendum quando difformitas esset in rebus,vel speciebus,veluti eo modo,quo suprà diximus,secus verò quando in numero tantũ, vel mensura,quo vltimo casu tenet in minori quantitate ex huiusmodi actuum difformitate manere obligationem.idque probari dicit argum.tex.in c.ex parte,extra de cens.& l. diem proferre ff.de recep.arbit.quibus latè in superioribus nos respondimus, & ideò non propterea à nostra recedemus opinione, quippe quia non videamus eam per deducta à Cãcer. enetuatam, pro qua habemus binas Senatus nostri decisiones,primam quidem ad relationẽ nob.Ioan.Sabater,postea Regentem agentis in supremo Aragonum Cõsilio, in causa Capituli canonicorum Illerden.contra vniuersitatem de Iuneda,cuius suprà meminimus & meminit etiam isdem Canc.in ea 5.part.c.7.de pac.num. 180.vbi ea repetit, quę in hoc proposito dixerat in c.1.de actio.& obliga.vbi licèt difformitas esset in mensura:soluebant enim vno anno plus,& alio minus, non tamen voluit Senatus præscriptionem admittere vt in futurum homines de Iuneda non compellerentur ad soluendum nisi illud tantùm minus,quod aliquando soluerant, secunda verò declaratio Senatus fuit in causa Sebastiani Custous contra vniuersitatem villæ Balneolarum,in qua agebatur de difformitate in numerò, putà quia soluissent vno anno quinq. alio decem, & alio plus, vel minus,repulit tamen Senatus omnino præscriptionem.& compulit vniuersitatem ad soluendum iuxta censualis instrumentum, vt suprà dictum est,aliam & tertiam isdem Cancer. adducit declarationem,similẽ illi de Iuneda,in nostro Senatu Oliba relatore, inter eiusdem Ecclesię Ilerdensis capitulum, & homines de Puiggros factam,tu hęc matutiùs considera,& quid securè tenendum sit,speculare,materiam enim tibi ad id dedim⁹ satis, vt arbitramur, sufficientem.

183 Et cum his † ego finem huic tractationi de censibus imposuissem nisi me pulchrum dubiũ vocaret,in materia sæpè contingibili,quod explicarem,licèt parum apud me habeat difficultatis, illud est nunquid quando isti census emphyteoticarij consistunt in tritico, vel alia specie fructus,an tunc triticum illud debeatur in genere(quod nos in specie dicimus contra Philosophos)an verò in specie,idest in individuo. Vtilitas † huius dubij est non modica, quia si in specie debeatur,non poterit peti vltra triennium cum vltra illud tempus non præsumatur durare secundum glo.in l.1.C.si ad-

184

uer. vſucap. ſed eius eſtimatio tantùm, quod ſecus eſſet ſi deberetur in genere, ad quod vidē. Viui. in commu. opinionibus opinione 132.

185 *fructus prędiorum.* Itē † ſi debetur in ſpecie, valor quātiplurimi non creſcit perpetuò à die morę, ſecūdum vnam opinionem, ſed intra triennīū tantùm, cum ampliùs non præſumatur durare, ac propterea non poteſt plus peti ratione morę, quàm tribuiſſet ipſum frumentum, ſi ſuo tempore foret traditum, ſecus eſt in frumento debito in genere, qua de re eſt pulchra deciſ.

186 Sena. Mantua. apud Surd. 81. per tot. Item † ſi debetur in ſpecie tantùm poterit dominus directus petere penſiones trium annorum proximè ante litem motam decurſorum, non plures, ex eo quòd reliquę præſcriptæ ſint prędſcriptione triennali, ex glo. mag. in ſi. in l. ſequitur §. fructus ff. de vſucap. quod ſecus foret ſi in genere deberetur, pulchra licèt valdè difficilis, & dura ad credendum, eſt ad id deciſ. Theſau. 114.

187 per tot. Et denique † ſequitur *forſan* ex hac ſpeculatione, ſaltem iuxta *nonnullorum* ſententiam, quos Iaſ. refert vbi infrà allegabitur, vera ſolutio illius quæſtionis nunquid emphyteotę debeat fieri remiſſio penſionis ex quo propter guerram fuiſſet impeditus colere terram, quæ ad eam eſt obnoxia, vt ſi penſio debetur de fructibus in ſpecie, debeat fieri, ſi verò in genere, nequaquam, qua de re latè Iaſ. in l. 1. ius emphyteoticarium numer. 81. C. de iur. emphy.

188 In hac † igitur dubitatione noſtra principali ſunt qui exiſtimēt pēſiones has in vino, oleo, vel tritico conſiſtentes in ſpecie deberi non in genere, quorum opinionem acriter defendebat contra me noſtras Iacob. Cancer. in Senatu, in cauſa Ioannis Cambra contra Gabrielem Cabratoſa ad relationem egregij Senatoris Frā ciſci Mijaula, actuario Camaraſa, quem cum hęc in Senatu diſputaremus, agnoui tam confiſum in ſua opinione vt auſus fuerit mihi verbo referre cumde hoc cōfabularemur, ſe adeò certam, & indubitatam exiſtimare hanc opinionem vt nunquam cogitaſſet eam, ne de re indubitabili ſcripſiſſe poſſet redargui, ſcriptis mandare, niſi vidiſſet me, cuius dicebat aliquā apud ſe eſſe auctoritatem, contrarium contra ipſum in Senatu in dicta cauſa Ioannis Cambra cōtra Cabratoſa, defendiſſe (O bone Deus quàm differenter diſtribuiſti inter homines iudicium, & intellectum) ego adeò certam, & indubitabilem exiſtimabam contrariam opinionem, vt ni vidiſſem egregium illum virum dubitantem, non fuiſſem auſus ea de re, vti clara, ac manifeſta, verbum vllum proferre.

189 Argumenta, † quibus Cancer. ſuam probabat opinionem, ſunt primò quia huiuſmodi penſio frumenti, vel olei, debetur ratione certæ rei ad illam obnoxiæ, vndè videtur dicendum quòd in ſpecie frumentum illud, vinum, vel oleum debentur, ad quod confirmandum allegabat Gom. tom. 1. var. *in tit.* de lega. nu. 31.

190 Secundò † quia perempta in totum re, ſuper qua cenſus eſt conſtitutus, perit ipſe, vt latè docuimus in ſupetioribus, nec eſt neceſſe repetere, non eſſet hic ſi cenſus deberetur in genere,

191 cum id † nunquam pereat, nec perire poſſit, l. incendium cum ſimil. ibi allega. per glo. C. ſi cer. pet. Hęc tunc Cancer. dicebat, quibus ſuā probaret opinionem, quæ poſtea vidi per eum extēſiùs poſita in tertia part. var. reſolu. multò poſt hæc ſcripta in vulgus edita, c. 1. de actio. & obliga. num. 182. vbi licèt cauſam non nominet, in qua de hoc dubitari contigiſſet, ac partes taceat, inter quas de hoc diſceptaretur, eſt tamen certum quòd ratione, & occaſione cauſæ, cuius ſuptà meminim⁹, ea per ipſum ſcripta extiterunt.

192 Quæ † tamen argumenta me nihil mouent quo à mea recedere compellar ſententia: non enim (meo ſaltem iudicio) concludunt id, ad quod adducuntur, fateor enim ego libenter cē ſum deberi ratione certæ rei, item illum perire re perempta, cæterùm non concedo quòd indè inferatur deberi in ſpecie, non in genere: nā idem dicimus in cenſu conſiſtente in pecunia numerata vt debeatur ratione certæ rei, & pe-

193 reat ea perempta, nemo † tamen propterea dicet deberi pecuniam in ſpecie, ſed in genere, aliàs legat atentè l. incendium C. ſi certū peta. Item ſi debetur in ſpecie, ego percontor vndè eſt hoc frumentum expectandum? dices ex re, cuius reſpectu debetur, replicabo quid ſi aliquo anno non colligatur, prouti alternis annis fieri ſolet in quamplurimis huius prouincię partibus, vel ſi conſtituatur cenſus ſuper re, putà domo, vel alia, quæ frumentum dare non poteſt, quod nullibi reperitur prohibitū,

194 prouti † nec reprobatum legitur quòd ſuper fundo conſtituatur cenſus certorum parium gallinarum, anſerum, vel quid ſimile, vt latè probat pater Molina de contrac. diſputa. 385. num. 12. poterit ne tunc dici in ſpecie deberi cenſus, id eſt ex re ſuper qua conſtitutus eſt, vt debitor excuſet ſe à ſolutione eo prætextu quòd fundus eo anno eam non reddiderit fructus ſpeciem, in qua debetur cenſus? certè hęc valdè eſſent abſurda, ergo non eſt ea opinio amplexāda.

Nec Gom. in contrarium allegatus id probat, ad quod adducitur: ſolū enim dicit quòd quando quantitas debetur ratione certæ rei, vel ſpeciei liberatur debitor ex illius peremptione, quod nos non negamus, imò fatemur libētiſſimè, quod negamus eſt, indè conſequi quòd ex quo cenſus frumenti debetur ratione

certę

certę rei, ex eo dici possit deberi in specie: nã huiusmodi cõsequẽtiã nõ reperio ego posse sequi ex illis prẽmissis, sed hãc tãtũ, ergo cẽsus frumẽti perimitur, seu extinguitur re perẽpta, sup qua cõstitutus est, quod nos non inficiamur.

Nec illud etiã obest, ꝙ fuit in cõtrariũ dictũ, nõ posse esse ꝙ frumẽtũ huiusmodi debeatur in genere ex quo perit perẽpta re, sup qua debetur: genus autẽ, vt antea dicebam⁹, nũquã perire põt, respõdem⁹ primò (& p hęc videbis qualiter ex eo nõ põt deduci cẽsũ frumẽti deberi in specie ꝙ debeatur tõne certę rei, nec ex eo ꝙ ea perẽpta ipse quoq. pereat) respõdem⁹ (inquã) ꝙ nec etiã hęc est bona argumẽtatio, & vt
195 †intelligatur quomodo fieri possit ꝙ genus aliquãdo pereat absq. eo ꝙ exindè debeamus dubitare nũnã species potiùs sit q̃ genus, sciẽdũ est regulã allegatã, genus perire nõ põt, eã recipere limitationẽ, quãtũ attinet ad nostrũ institutũ, vt nõ procedat qñ illud debetur tõne certę rei, tũc enim ęquè perimitur atqui si species deberetur, sicuti ex l. Titia textores §. fi. de lega. 1. & l. quidã testamẽto §. si tibi, eo tit. & alijs probat allega. Gomez vbi suprà n. 32. ver. *ex quibus primò* & ante eum pulchrè Castren. in l. si pluribus n. 8. ff. de lega. 1. nõ ergo est bona cõsequẽtia, cẽsus perimitur perẽpta re ergo nõ debetur in genere, sed in specie, cũ habeam⁹ ꝙ genus etiã perit qñ debetur tõne certę rei, sicuti debet. pẽsio tõne rei cõcessę in emphyteusim.

196 Respõdemus †secũdò ꝙ deberi cẽsũ in genere, vel in specie nihil facit ad perẽptionẽ, & extinctionẽ census: si enim tõnẽ cõsiderem⁹ ꝓpter q̃ ea perẽptio, & extinctio causetur, videbimus proculdubio nihil ad id interesse dicam⁹ in genere deberi, vel in specie, quia vtroq. modo necesse est cẽsum perire perẽpta re, siue in
197 genere debeatur, siue in specie: ratio igitur †ꝓpter q̃ causatur hęc perẽptio cẽsus re perẽpta, est quia đ iure cuiusq. rei periculũ ad dñm spectat, apud quẽ dominiũ permanet, l. pignus, & ibi doctores C. de pig. ac. in emphyteuti autẽ certũ est dominiũ directũ, & principale remanere penes dñm, solo vtili in emphyteotã trãslato, ꝓuti latiùs diximus in superioribus, & ꝓbat l. 1. §. qui in perpetuũ ff. si ager vectigal. vel emphyteo. petã. hoc autẽ periculũ nullũ esset respectu dñi nisi cẽsũ pderet, ergo iustũ est ꝙ perẽpta re perimatur etiã cẽsus, ita Bar. in l. 1. n. 3. & Ias. n. 13. C. de iu. emphy. nõ ergo ex eo ꝙ perimatur cẽsus perẽpta re põt modo aliquo inferri ꝙ propterea potiùs in specie deberi sit dicẽdũ, q̃ in genere, cũ causa perẽptionis ęquè cẽsũ cõprẽhẽdat siue in genere deberetur siue in specie.

198 Sic ego †rõnibus satisfacio cõtrarię opinionis: solũ restat vt ad nostrę cõfirmationem aliquid breuiter dicamus: in re enim, quã tã clarã existimamus, nõ est ꝙ pluribus vtamur. In hoc igitur ad demõstrãdũ cẽsum frumẽti, de quo loquimur, & signãter eũ de quo disputabamus in causa Cãbra cõtra Cabratosa, de quo suprà diximus, & omnẽ tetè aliũ, quia oẽs solẽt sub eadẽ forma cõcipi, esse in genere debitũ nõ in specie, nihil aliud aduertendũ existimo nisi ꝙ forma cõceptionis ipsius cẽsus inspiciatur, quę nobis id tã clarũ dabit, vt nullus relinquatur dubitãdi locus: erat igitur ille cẽsus sic cõstitutus, *Ite cõfiteor &c. quòd pro pensa terrę &c. facio vobis, & facere debeo de cẽsu octo quarteriat frumẽti bo ni, pulchri, sicci, & benè receptibilis ad mẽsurã fori villa Bisuldunni &c.* notãda sunt verba, boni, pulchri, sicci, & benè receptibilis, quæ si nõ demõstrant deberi frumẽtũ in genere nihil est in vniuerso quod id demonstrare possit.

199 Et quamuis †nõ adessent illa verba, *boni, pulchri, sicci, & benè receptibilis*, sed simpliciter diceretur tres, aut quatuor modios tritici đ cẽsu, ad huc existimo tale frumẽtũ in genere esse debitũ nõ in specie, vt dicit Bar in l. eum qui, nu. 1. circa fin. ff. de his quib. vt indig. & Bal. in l. si quis argentũ nu. 8. C. de dona. qui ambo pro sua opinione (an tñ id iurè fiat, tibi relinquo cogitãdũ) allegãtur à Canc. vbi suprà, vbi asserunt tũc frumẽtũ cẽseri in genere debitũ qñ ꝓmittũtur decẽ corbes frumenti, qñ verò debetur frumẽtũ, quod ex aliquo fundo percipitur, vel perceptũ est, tũc debetur in specie Ias. ex sentẽ. Guid. de Suza. & Specul. in l. 1. nu. 81. 82. & 86. C. de iu. emphy. viden. Nat. in cons. 599. per tot. cõducunt quæ docet Bal. in l. diuortio § ob donationes ff. solut. mat. benè Surd. de alimen. tit. 4. q. 16. nu. 18. & 19. vbi declarans id, quod quęrimus, nunquid frumẽtũ debitũ tõne certę speciei, & sic certi fundi, debeatur in specie, dicit quòd sic si frumẽtũ ex eo fundo nascituri tãtũ sit ꝓmissum, & stipulatũ: ecce ergo quid significet dictũ illud, ꝙ debetur tõne certę rei in
200 specie cẽseretur deberi. Sed †quid in his cõfirmãdis immoramur postquã tex. habemus expressum qui dicat vinum in genere deberi quando certę amphorę illius promissæ sunt, licèt ea promissio vini sit ex certo fundo facta, in l. inter stipulantem §. sacrã, versi. *vini autem* ff. de verb. oblig. vbi reddens Iurisconsultus tõnẽ quare in promissione liberi hominis nõ expectetur quando seruus foret, in promissione verò amphorarũ vini expectandum sit donec nascatur, & si natũ sine culpa ꝓmissoris cõsũptũ sit, rursus expectari debeat donec iterũ nascatur, dari vt possit, dicit id ideò esse quia in vino nõ specié, sed genus stipulari videmur, homo autẽ liber certa specie cõtinetur. Quid, quęso, clarius ad propositũ adduci potuisset? benè id in d. l. numer. 11. not. Ias. in materia autem nostrorum censuum nunquam, aut perrarò ij promittũtur ex certo fundo, licèt promittãtur ratione

certi fundi, genericè tamen, & non specificè. Hæc sunt quæ se se mihi in huius opinionis cõfirmationem offerebant dicenda, benè video plurimus me hac de re egisse, quàm forsan aliqui desiderassent, verùm tanta est apud me Cãcerij auctoritas vt his omnibus opus fuisse existimauerim ad eius opinionem infringendam, & vtinam sufficiant.

Apud nostrum tamen Senatum superegregium suffecisse omnibus testatum volumus, † vbi per hæc *obiimus*, primò referente supradicto egregio Senatore Francisco Mijauila, & † queza in prouisione decreti executionis, & *mox* in causa contrarij imperij referente egregio itidem Senatore Hieronymo Seniust, propter absentiam dicti Mijauila, cum condemnatione expensarum in causa dictorum Cambra, & Cabratosas.

201 Hoc nota † circa illud, quod in superioribus diximus, valorem quantiplurimi non crescere perpetuò à die moræ in fructibus, qui debentur in specie, sed tantùm intra triennium, intra quod durare præsumũtur, non procedere de plano apud omnes, contradicunt enim Ioan. Pet. Surd. decis. 81. nu. 4. & Cæsar Manen. de contract liuel. pac. 15. numer. 49. ac alij per eos relati, qui dicunt imò præsumi durare in odiũ morosi.

202 Pro complemento † tamen huius censuum materiæ nota quòd cum in Cathalonia perspicuè contingat quòd quis teneatur soluere pro re, quam pro alio in emphyteusim tenet, certum annuum gallinarum, caponorum, seu pullorum censum, dubitatum aliquando vidi nũquid solui debeant hæc animalia viua, an verò sufficiat quòd mortua, respondi quòd viua, ex l. 1. §. noxæ autem ff. si quadru. paupe. fecisse dica. Guido Papæ in comen. ad statu. Delphin. incipien. si quis per litteras, in §. vel quasi nu. 29. in fin. Sebastia. Medices in tracta. mors omnia soluit, par. 2. conclu. 48. nu. 131. ratio est viuax, quia animal mortuum non dicitur animal sicut nec homo mortuus homo, vt dicunt Phylosophi, & ideò qui tenetur animal dare, nõ satisfacit suæ obligationi dãdo illud mortuũ.

SVMMARIA.

1 *Census consignatiui tractatio incipit.*
2 *Censualium mortuorum emptio licita de iure est.*
3 *Motus proprius Pij V. de censualibus, & censibus loquens non videtur in Cathalonia receptus.*
4 *Nec in Hispania tota.*
Motus propũ Pontificij quomodo possint non recipi, remissiuè, ibidem.
5 *Motus proprij Pij V. de censibus loquentis suspensa statim fiunt executio propter supplicationem ab eo statim interpositam per procuratorem fiscalem regij consilij Hispaniarum.*
6 *Motum proprium Pij V. de censibus loquentem qui interpretati sint.*
7 *Pretium iustum annui census, seu censualis mortui quod sit.*
8 *Pretium censualium non est de iure certum taxatũ, sed statur consuetudini.*
Pretia rerum æstimantur secundum consuetudinem, & hominum æstimationem, ibidem.
9 *Pretium in censibus, seu censualibus, secundum constitutionem Pij V. debet esse in pecunia numerata in presentia notarij, & testium, tempore confectionis instrumenti.*
10 *Censuale secundũ ius cõmune põt creari ex pecunia antea debita. vbi decisio nostri Senatus.*
11 *Quod an idem sit in terminis constitutionis Pij V. traditur, & declaratur, & nu. 13 in fi.*
12 *Pretium in censualibus sufficit quòd constituatur in pecunia numerata, quamuis postea soluatur in alijs rebus ad illam pecuniam æstimatis.*
13 *Pretium in emptione, & venditione debet constitui in pecunia numerata, cæterùm potest postea solui in quacunque re de consensu partium.*
14 *Censualis contractus regulatur cum cuiuslibet alterius rei venditionis conuentione.*
15 *Confessio precij recepti facta in contractu emptionis probat plenissimè numerationem.*
16 *Exceptio non numerate pecunie potest opponi intra triginta dies contra confessionem factam de receptione pecunie pro pretio census, sicut in alijs contractibus, præter mutuum quoad translationẽ probationis in aduersarium, & nu. sequent.*
17 *Exceptio nẽ numerate pecunie an officio iudicis admittatur post biennium tãquã suppletæ defectũ exceptionis, remissiuè.*
18 *Et an aliquid interesse fiat potius per exceptionem, quàm officio iudicis, ibidem.*
19 *Liberatio fauorabilior est quàm obligatio.*
20 *Intellectus tex. in l. in contractibus §. super cæteris C. de non numera. pecun.*
21 *Confessio de recepto relata ad aliud, veluti dicendo cõfiteor me habuisse, & recepisse per medium tabulæ, vel quid simile, an sic noceat post 30. dies, non cõstito aliàs de relato, sicuti si simplex esset, disputatur latè.*
Pars negans struitur, ibidem.
22 *Relatum dicitur esse in referente, & nu. 28.*
23 *Solutio non probatur per scripturam, quæ se referat ad libros rationũ, nisi quatenus ex ipsis libris cõstet.*
24 *Relatum si non apparet, vitiatur confessio, quæ ad illud se refert.*
25 *Pars affirmans in proposita quæstione de confessione se referente ad aliud, de quo non constat.*
26 *Negatiua contra confessionẽ nunquam probatur præsumptiuè.*
27 *Confessio erronea nunquam reuocatur nisi constito de errore probando per eum, contra quem fiat ipsa confessio.*

Referens

UAB Biblioteca de Ciències Socials

28 *Referens non probat ſine relato quando nihil certi diſponit, ſecus ſi diſponit.*
Intellectus l. aſſe teta ff. de hæred. inſtit. ibidem.

29 *Pecuniã non fuiſſe numeratam. quomodo probabitur hæc negatiua, remiſſiuè.*

30 *Confeſſio quòd quis recepit ſcuta centum actualiter in tot auro, & argento, non probat præciſam numerationem, vbi deciſ. Rotæ prouin. March.*

31 *Exceptio non non numeratæ pecuniæ an poſſit pendẽte lite, quę incepta fuerat ante lapſos triginta dies, opponi poſt eos decurſos in eadem lite.*

32 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ cenſetur quis tacitè opponere eo ipſo quòd pecuniam petit.*

33 *Facto plus eſt quid dicere, quàm verbis.*

34 *Facto voluntas declaratur.*

35 *Æquipollenti an quis vtatur, vel proprio ſermone, cui illud æquipolleat, nihil refert.*

36 *Petens omne ius petendi incluſiſſe viſus eſt in ſua petitione.*

37 *Conſilium in hac materia auctoris, quod ſi ſequatur creditor non errabit.*

38 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in confeſſione facta in iudicio contentioſo.*

39 *Obligatio ſpecialis bonorum ſtabilium eſt neceſſaria de iure communi ad validitatem cenſus creationis, ſed contra nu. 47.*

40 *Obligatio perſonalis non eſt ſufficiens in conſtitutione cenſus.*
Nauarrus notatur quoad intelligentiam perſonalis obligationis, ibidem.

41 *Obligatio perſonalis dicitur in vno ſenſu opera, ſeu miniſterũ ſerui, ſeu quæ ex operarũ conſtitutione reſultat.*

42 *Actio perſonalis oritur ex obligatione perſonali.*

43 *Actio vt filia procedit ex obligatione.*

44 *Obligatio, & actio perſonalis in ſenſu, in quo ſumuntur per Iuriſperitos, quid ſignificent.*
Obligatio perſonalis, ſiue in perſonam non egreditur perſonam obligati, & illius hęredis, ibidem.

45 *Obligatio realis, ſiue in rem ſequitur rem ipſam.*

46 *Cenſus perſonalis quis dicatur.*

48 *Cenſus ſeu cẽſualia in Cathalonia creantur, & conſtituuntur vel cum obligatione ſpeciali alicuius rei particularis, vel cum obligatione generali bonorũ, datis fideiuſſoribus, vel ſine eis.*

49 *Conſuetudo multùm attenditur in creatione cenſuũ, & cenſualium vt dicantur validè, vel invalidè conſtituta, & creata.*

50 *Pactum quòd debitor cenſus, & cenſualis teneatur intra certum tempus aſſignare ſpecialem obligationem, ſuper qua illa ſpecialiter conſtituta cenſeantur, aliàs poſſit compelli ad luendum, an valeat.*

51 *Tertius poſſeſſor quilibet, quem creditor elegerit, poteſt conuenirì pro ſolutione cenſus, & cenſualis quando adſunt plures, qui res poſſideant obligatas.*

52 *Hypotecaria actio regulariter poteſt exerceri contra quemlibet poſſeſſorem inſolidum.*

53 *Dida. Couar. notatur.*

54 *Tertius poſſeſſor exactus poteſt poſtea, ceſſis ſibi actionibus, contra alios tertios poſſeſſores agere in totum, ac inſolidum.*
Fallit quando tertius poſſeſſor exactus eſt vltimus emptor, & acquiſitor, qui nec in totum, nec in parte poteſt agere contra alios, ibidem.
Tertius emptor, qui vltimò emit, & acquiſiuit rẽ, tenetur alijs de euictione, ibidem.

55 *Argumentum à fideiuſſoribus ad tertios poſſeſſores an procedat.*
Fideiuſſor exactus non poteſt agere contra cõfideiuſſores niſi deducta ſua parte, ibidem.

56 *Fideiuſſores plures obligantur creditori vna, & eadem, ideſt ſimultanea obligatione, ſed non inuicẽ.*

57 *Tertij poſſeſſores vnus alteri obligatus manet pro euictione, nempe poſteriores prioribus.*
Fideiuſſor vnius, qui totum ſoluit, an poſſit agere contra alium non ceſſis ſibi actionibus, ibidem, vbi pro affirmatiua eſt deciſio curiæ Tholoſanæ.

58 *Ceſſio vt proſit vel fideiuſſori, vel tertio poſſeſſori, an debeat fieri ante ſolutionem, an verò ſufficiat fieri poſt, remiſſiuè, vbi deciſ. Senatus Mantuæ.*

59 *Tertius poſſeſſor pulſatus poteſt alios in eodem iuditio conuenire vt vnà, & ſimul condemnentur.*

60 *Tertij poſſeſſores ſi plures ſint condemnati inſolidũ, & contra vnum tantùm ſit executio ſententiæ, poteſt iſte in eodem iuditio, ceſſis ſibi actionibus, executionem ſententię contra alios condemnatos petere, vbi deciſio noſtri Senatus.*

61 *Excuſſio principalis, & fideiuſſorum eſt neceſſaria antequàm conueniantur tertij poſſeſſores, tam de iure communi, quàm de noſtro municipali.*

62 *Excuſſio principalis non eſt neceſſaria quando agitur contra ſpecialem hypotecam.*

63 *Excuſſio vt ceſſet quando agitur contra ſpecialem hypotecam, neceſſum eſt quod agatur in vim l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ. non actione hypotecaria, ſed quid de iure municipali Cathaloniæ, videbis infrà.*

64 *Clauſula, peto ius, & inſtitiam miniſtrari, &c. an ſufficiat vt dicatur intentatum remedium l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.*

65 *Libelli ineptitudo in Cathalonia non atenditur, imò narrato facto debet iudex ſuper actione legitima declarare.*

66 *Libelli ineptitudo non attenditur de iure canonico.*

67 *Excuſſio an ſit neceſſaria antequam agatur cõtra tertium poſſeſſorem etiam pro re ſpecialiter hypotecata, ſi adeſt ſtatutum, prout in Cathalonia, præcipiens ſimpliciter excuſſionem fiendam antequam deueniatur ad tertios poſſeſſores.*
Intellectus conſti. 10 ſub tit. de execu. de cenſals, & nu. ſequent.

68 *Statuta, & conſtitutiones recipiunt interpratationẽ paſſiuam à iure communi, & ideò non extenduntur cõtra illius regulas.*
Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt ius commune in ea,

ibidem, vbi decis. nostri Senatus.

Constitutio final. sub tit. dissolt. matrim. &c. extenditur ad casum in quo adessent soli filij prioris matrimonij cum alijs heredibus patris, ibidem, vbi decisio nostri Sena.

69 *Fideiussor exactus an, cessis sibi actionibus, aut aliàs, possit agere contra tertium bonorum principalis possessorem, quando extat statutum quòd antequā deueniatur ad tertium possessorem debeant excuti nedum principalis, sed etiam & fideiussores.*

70 *Actio contraria mandati est personalis, & non seguitur rem.*

71 *Nemo plus iuris in aliū transferre potest quàm ipse habeat, & nu. 80.*

Cessionario plura non licent, quàm cedenti, ibidem.

72 *Iura inutilia penes cedentem, inutilia etiam sunt penes cessionarium.*

73 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, & nu. 83. vbi declaratur.*

74 *Fideiussor exactus potest agere contra tertium possessorem actione hypotecaria cessa sibi per creditorē.*

75 *Fideiussor exactus ex propria persona, nisi sibi fiat cessio per creditorem, non habet aliquam actionem aduersus pignorum possessores.*

Anthonius Heringius in tracta. de fideiussor. reprehenditur, ibidem.

76 *Discussionis facienda impedimentum non impedit ortum obligationis, & actionis, sed eam differt.*

77 *Exceptio discussionis dilatoria à pluribus dicitur, vbi decisio nostri Senatus.*

78 *Exceptio, quæ obstat cedenti, non obstat cessionario quando actio non est affecta, nec vulnerata, sed exercitium illius tantum, vbi plenè declaratur.*

79 *Excommunicatus delegatus habet officium, licèt administratio, & exercitium impedita sint.*

Minori tutela, & cura dari non possunt quoad exercitium tutelæ, & curæ, possunt tamen quoad constitutionem pro tempore habili, ibidem.

80 *Cedens potest plus iuris in cessionarium transferre, quàm ipse habeat, in casu, de quo hic.*

81 *Exceptio proueniens ex vitio reali, vel personali sic cessionario nocet quemadmodum cedenti.*

82 *Cessionarius potest iure cesso agere contra nemen debitoris cessum, non obstante quòd creditor elabi permisisset tempus ad agendum per statutum præfixum sub pena denegandæ audientiæ.*

83 *Fideiussor si soluit nomine suo, possunt sibi cedi actiones per cedentem, quæ per eam solutionem extincta non fuerant respectu debitoris principalis, secus si nomine dicti debitoris soluisset.*

84 *Iura, quæ sunt inutilia penes cedentem, non semper sunt talia penes cessionarium.*

85 *L. mandati actio C. de fideiussor. an sit correcta per auct. hoc si debitor C. de pignor.*

86 *Creditor generalem, & specialem simul habens hypotecā an teneatur prius excutere specialē antequā deueniat ad generalem, latè expenditur, & examinatur, vbi decisiones.*

87 *Princeps, & eius Senatus possunt prohibere creditori ne possit eligere tertium possessorem, in quem agat insolidum, sed debitum dividat inter plures.*

88 *Æquitas in Cathalonia quæ sit prohibita actionibus regij consilij.*

Intellectus c. 40. cur. anni 1599. ibidem.

89 *Æquitates quandoque sunt perniciosæ, & ideò dicitur, orandū esse Deū vt nos præseruet ab æquitate Parlamenti, & ab expedientis magni consilij.*

90 *Tertius possessor quando meliorauit non est præcisè cogendus vel soluere, vel dimittere rem, si enim nolit soluere, non compellitur dimittere, sed eo ferendo valorem rei, prout erat antequam melioraretur, liberatur.*

GLO. XVIII. PARS II.

De tertia census specie, nempè consignatiui, quem in Cathalonia cēsuale mortuū, vel violariū appellam⁹, ideſt vel perpetuū, vel vitalitiū, vbi incipit ei⁹ ortus, & natura explicari.

1 TRANSEAMVS † iam ad tertiā census speciem, quam diximus esse in superioribus quando quis pecunia accepta ad fauorē dantis super fundo suo constituit annuam pensionem, siue annuum reditum, qui consignatiuus census solet appellari, & primum eius membrum, quod censualia mortua, & perpetua complectitur, discutiam⁹, mox de ad vitam, qui violaria communiter solēt appellari, aliquid dicturi.

2 Circa quod † illud imprimis annotamus nō esse quòd nos tempus inutilitet hoc loci conteramus in illa iuris altercatione, quam plures doctores mouerunt, nunquid licita de iure sit huiusmodi censuum emptio, postquam hodie, præter constitutiones Marti. Calix. & Pij V. notorias eam approbantes, habemus etiam communem Theologorum in 4. sententiarum, opinionem, secundum Ludo. de Beia in respons. cas. conscien. respons. 25. in prin. & Canonistarū in c. ciuitate, de vsur. & alijs in locis, securè pro eius iustitia, & validitate resoluentem, prouti videre est apud Dida. var. resol. lib. 3. c. 7. Par. Molina de contrac. disputa. 385. per tot. And. Gayl. prac. obser. lib. 2. obser. 7. Antho. Thesau. decis. 154. & Matienso in l. 1. glo. 1. & 2. lib. 5. tit. 15. de cens. nu. 3. cū mille alijs, quos ipsi allegāt.

3 Secūdò † aduertim⁹, nos in hoc tractatu de cē sibus acturos secluſa Pij V. cōstitutione in terminis solū iuris cōmunis: cū enim in nostra Cathalonia, cuius præsertim alumnis scribim⁹, nō fuerit ea constitutio vsu recepta, prouti nos, qui in ea viuim⁹, certò testari possumus, & signāter vidimus in Senatu, in quo cum fuisset oppositum de nullitate contractus censualis ex quo

non

non fuerat prętium in pecunia numerata ſolu
tum iuxta conſtitutionem Pij V. quæ fuit in
† proceſſu exhibita, fuit nihilominùs *declaratum*
quòd ex quo conſtabat venditorem debuiſſe
certam pecuniæ quantitatem emptori ratione
eiuſdam cambij, de qua pecunia antea debi-
ta, & cuius ratione fuerat cenſuale creatum,
cenſuale prædictum erat ſuſtinendum pro pe-
cunia prędicta in cauſa Matchionis de Ayto-
tona contra Monſerratum Mercer ad relatio-
nem egregij olim Senatoris Ioſephi Benac
die 19. Mar. 1605. Scriba Segui, quod factum
fuiſſe non videtur ſi conſtitutio Pij V. obſerua
retur, quia præciſam pecuniæ numerationem
cum qualitatibus ibi expreſſis requirit ea con-
ſtitutio, ſicuti † nec in tota Hiſpania, vti teſtan-
4 tur Felicia. de Solis de cenſ. lib. 1. c. 9. declarans
quomodo fieri poſſit quòd ſit in facultate ho-
minum de prouincia recipere conſtitutiones
pontificias, & Pater Eman. Rodriguez in ex-
plicatione dictæ conſtitutionis poſita poſt ex-
plicationem bullæ Cruciatæ in fine principij,
5 vbi † ſignanter refert fuiſſe Caſtellæ Regi ſup-
plicatum in commitijs anni 1583. dignaretur de
clarare num nã ea conſtitutio eſſet ſeruãda in
regnis Hiſpanię, & à ſua Mageſtate reſpõſum,
non fuiſſe conſtitutionem receptam, imò ab
ea fuiſſe ſupplicatum per procuratorem fiſcalẽ
ſui conſilij, per quam ſupplicationem certum
eſt ſuſpenſam fuiſſe eius executionem donec
ſua Sanctitas aliud ſtatuiſſet, vel aliud reſpon-
ſum dediſſet, quod non dedit hucuſque. Idem
refert Laſſar. de decim. vendi. c. 10. in fi. n. 10.
Salced. in addi. ad Diaz ď Luco c. 88. Gutier.
in prac. lib. 2. q. 177. in fi. & Pater Molina ſocie-
tatis Ieſu de contrac. diſputa. 370. nu. 6. ea prop-
ter de his decreuim⁹ diſputare ſecundũ ius cõ-
mune relinquentes alijs de cõſtitutione Pij V.
agendum, vbi ea recepta fuit, & eſt in vſu, poſt
multos, qui eam interprætati ſunt, quorum prę
cipuos tibi hic referemus vt, ſi quando expe-
diat, apud eos videre poſſis quod oportuerit,
& ne quis nos culpet exijs, qui ibi cõmorãtur
vbi viget cõſtitutio, quòd de cẽſib⁹ agẽtes ni-
hil lucis eis atulerim⁹, qua ad dictæ cõſtitutio-
nis verã, & certã cognitionem, ac interprætа-
6 tionem peruenire poſſent. De ea † igitur agunt
ex profeſſo Martin. Nauar. in cõmen. ď vſur. ſu-
per c. ſi fœneraueris 14. q. 3. à n. 84. & in manua.
c. 17. nu. 234. integrum tractatum de cenſibus
duobus voluminibus compræhenſum, in quo
paſſim de eius conſtitutionis interprętatione
agitur, conſecit Felicia. de Solis, & aliũ Virgin.
de Boca. tribus partibus conſtantem tractatum
edidit, alium ſuper eadem cõſtitutione, quem
de cenſuum requiſitis inſcripſit, elaborauit
Ioan. Baptiſ. Madius de collegio notariorum
Brixiæ; ſuper eadem cõſtitutione poſtea ſcrip-
ſit Eman. Rodriguez in tracta. quem ſuper ea
edidit poſt explicationẽ bullæ Cruciatę, & in
ſum. caſ. conſcien. c. 44. Gaſp. Roder. in multis
locis ſui tracta. de annu. rediti. & Antho. Gom.
in propria explicatione cõſtitutionis prędictę,
quæ reperitur impreſſa poſt eiuſdem tractatũ
explicationis bullæ Cruciatæ: pulchra ad idem
conferẽtia ſcripſerũt doctiſſimus Ludo. de Bei
ordinis Eremit. in reſponſ. caſuum conſcię.
caſ. 25. per tot. Guiller. Redoa. de reb. Eccle. nõ
alien. q. 17. per tot. Pater Molina de cõtrac. diſ-
puta. 389. cum alijs ſequent. Ioan. Pet. Surd. cõſ.
162. & 282. in ſecunda par. & conſ. 318. in 3. par.
Mar. Antho. Peregri. conſ. 97. non nihil de his
habetur in vol. com. opin. to. 1. de Deo, &c. tit.
26. de vſur. c. 2. per tot. Tib. Decia. reſp. 2. vol. 1.
plures deciſiones grauiſſimorum Senatuum
ſunt, quæ ea de cõſtitutione verba faciũt; prou-
ti eſt Caual. 2. nu. 48. vol. 2. Viui. 369. Theſau.
154. Cæſ. Barz. 56. Aluar. Velaſ. conſul. 133. vol. 2.
Vincen. Caro. deciſ. ſeu caſ. 103. Fran. Milanen.
2. part. 2.

7 His prænotatis † quod ſe ſe nobis primò in
quirendũ prębet, eſt quod nã dicatur cenſus
annui, de quo agimus, iuſtum prætium, qua in
re And. Fachin. controuer. iur. lib. 2. c. 41. ſex re-
fert varias, & inter ſe ſe diſcrepantes doctorũ
ſententias, quibus omiſſis, ne in ſuperfluis inu-
tiliter tempus conteramus, quod ad alia vtilio-
ra valdè neceſſe habemus, noſtra opinio † eſt
8 quòd de iure non ſit huiuſmodi prætium taxa-
tum, ſed obſeruandam omnino ea in re fore
prouinciæ conſuetudinem, communem q. ho-
minum ęſtimationem, ſecundum quam prætia
rerum ſolent ęſtimari, l. prætia rerum ff. ad l. fal
cid. ita Couar. lib. 3. var. c. 10. n. 2. cenſet ex Guid.
Pap. conſ. 180. Bocca. de cenſ. par. 1. nu. 35. & par.
3. num. 50. Beia allega. caſu 25. verſi. de prætij
ęquitate, Eman. Rodriguez in explicatione cõ
ſti. Pij V. cõditione 3. dubita. 1. Solis de cenſ. li.
2. c. 1. Ioan. Garcia Galle. de expenſ. & meliora.
c. 9. nu. 81. Matien. lib. 5. tit. de cenſ. l. 6. glo. 1. nu.
1. latè Brunorol. à Sole quæſtio. lega. 2. per tot.
& Gaſp. Roder. de annu. redi. lib. 1. q. 6. per tot.
ad quod confirmandum alia non eſſe opus ra-
tione exiſtimo quàm quòd conſideretur quàm
variè huiuſmodi prætium conſtitui ſoleat in or
be: ferè enim quælibet prouincia diuerſum ha-
bet prætium ab alia, vt laboriosè enarrant Di-
da. Rodrig. & Solis vbi ſuperiùs, adde Nauar.
in can. ſi fœneraueris 14. q. 3. in fine relectionis
n. 140. in parua impreſſione, imò in vna & eadẽ
prouincia ſolet in his eſſe diuerſitas, puta de
Germania ſcribit Dida. allega. n. 1. nos ď noſtra
Cathalonia teſtari poſſumus, in qua prætiũ cõ-
mune in tota ea eſt ad roẽm quinq. ꝑ cẽtena-
rio, præterquã in Epiſcopatu Dertuſen. in quo
ſit ad rõnẽ ſeptem, & dimidio pro centenario.

9 Et hoc † quidem prętium, si obſeruaremus conſtitutionem Pij V. deberet eſſe in pecunia numerata corã notario, & teſtibus, prouti eadem ipſa conſtitutio clarè præcipit, nunc verò
10 † iuxta extrauegan. Martini, & Calix. ſub tit. de emp. & vendi. in extrauagan. com. quarum diſpoſitionem ſequimur, non eſt neceſſe quòd prętium numeretur in actu confectionis inſtrumenti in præſentia notarij, & teſtium, ſed imò poteſt cenſus creari ex pecunia antea debita, vt ſignanter probauit noſter Senatus in ſuprà allegata cauſa Marchionis de Aytona contra Mõ-
11 ſerratum Mercer (licèt † hoc procedere etiam exiſtimet Rodriguez vbi ſuprà cõditione 4. dubitatione 1. verſi. *digo lo tercero*, in terminis conſti. Pij V. vbi dicit ſe audiuiſſe ita *deciſum* in Senatu Valliſſoleti, quod tamen poſtea declarat verſi. *digo lo quinto*, procedere quando pecunia deberetur ratione alterius pecuniæ numerando mutuatę, non quando ratione alicuius rei venditæ, quia in primo caſu nulla poteſt eſſe fraus, in ſecũdo verò ſic, licèt allegetur pro iuſto prætio venditionem fuiſſe factam, quia vix fieri poteſt tam iuſtum eſſe prætium quòd non poſſit dici plus, vel minus valere rem venditam, quàm ſit prætium pro ea datum, cum illud non conſiſtat in indiuiſibili, niſi vendita res foret prętio taxato per legem editam ab eo,
12 ad quem ſpectat) imò † poteſt ſolui in alia pecunia, vel re quę non eſſet numerata, licèt prætium debeat conſtitui in pecunia numerata iuxta conſtitutiones allegatas Martin. & Calix.
13 quemadmodum † in quolibet contractu emptionis dicimus, debere prætium conſtitui in pecunia numerata, vulga. §. *item prætium, inſt. de emp. & vendi.* non tamen eſt neceſſe quòd in illa ſoluatur, ſed imò poteſt in pecoribus, vel alia re de conſenſu partium ſolui, abſque eo quòd contractus venditionis irritetur, vel talis deſinat eſſe, pulchrè, & latè Nauar. conſ. 1. aliàs 13. de emp. & vendi. qui ita fieri poſſe per optimas rationes, in facti contingentia, conſuluit, & tradit Viui. deciſ. 269. num. 5. Fran. Milanen. qui loquitur etiam in terminis Bullæ Pij V. deciſ. 2. à nu. 34. lib. 2.

14 Vndè ego † omnino contractum hunc regulandum cenſeo cum meto contractu emptionis & venditionis, nec plus vni quàm alteri tribuendum, quia extreuagantes prædictæ nihil penitùs quoad hoc nouitatis inducunt inter venditiones cenſuum, & aliarum retum, & conſequenter quemadmodum valet quęlibet venditio, licèt non conſtet de prætij numeratione, dummodo illud reperiatur conſtitutum
15 vt ſuprà dixi, & confeſſatum, quia † confeſſio pecuniæ receptæ in inſtrumento facta probat pleniſſimè numerationem, vulga. l. pecuniæ, & ibi omnes C. de ſolu. vbi Imp. *pecunię ſolutæ pro-*
feſſio collata in inſtrumento maiorem rei geſtæ probationẽ continet, q̃ ſi chyrographũ acceptę pecunię mutuo fuiſſet redditũ, l. fin. d̃ inſti. ac. cũ ſimil. doctores in l. poſt dotem ff. ſolut. mat. Tiraquel. de retrac. conſanguinita. §. 1. glo. 18. nu. 83. & de retrac. conuen. §. 4 glo. 6. numer. 8. & quos latè refert Ludoui. de Caſſanate conſ. 9. n. 38. & 39. quibus adde Ioſeph. Maſcar. de his plenè agentem, in tracta. de proba. conclu. 561. per tot. & 1116. & deciſ. Rot. Roma. 145. nu. 3. apud Cæſ. de Graſ. ita valebit venditio cenſus cum † ſola confeſſione: probat *deciſio* Senatus in ſuprà allegata cauſa Marchionis de Aytona contra Monſerratum Mercet, , quatenus ad probandum conſtare de vera ſolutione partis prætij arguit de confeſſione Marchionis in inſtruſtrumento cenſualis facta.

Scio contra hanc opinionem, *multis*, magniſque exclamationibus præhabitis, inſurrexiſſe Felicia. de Solis in trac. de cenſ. lib. 1. c. 8. à num. 13. & c. 9. nu. 6. quod iterùm poſtea firmauit in 2. tom. de cenſ. eo. c. 8. à nu. 6. Verùm hæc mihi videtur ſolidior, & firmior, nec me eius argumenta mouent, quibus libenter reſpõſum dediſſem niſi timerem notari quòd extra proprium inſtitutum nimis vagarer, cõbinent autem lectores has noſtras, & noſtræ opinionis aſſertorum, cũ illis, quas adducit Solis, rõnes, & dijudicent, quæſo, quænam ex ipſis plus habeãt roboris, ac firmitatis. In vno tamen caſu videtur mihi Solis ſummam rationẽ habere quòd non poſſit creari cenſus non exiſtente pecunia tempore celebrationis contractus, quando videlicèt conuenirent contrahentes quòd habita fide de prætio contractus ille celebraretur habetq. ea opinio *manifeſtiſſimam rationem*, quia ſic emptor cenſus metũ lucrum caperet nullam habens dependentiam ab aliquo dato, ſoluto, vel remiſſo per ipſum vẽditori, quod reditum parere poſſit, quod videtur iniquum, & rationi naturali non parùm aduerſans, expẽdit hãc rõnem Solis vbi ſuprà nu. 12.

16 Verùm † eſt quod intra 30. dies põt opponi exeptio nõ num. pecuniæ, vel pecuniæ non receptę quemadmodũ in quocũq. alio cõtractu emptionis, imò in quocũq. etiã alio cõtractu, præter mutuũ, ſtatutũ eſt in l. in cõtractibus §. ſuper cæteris C. d̃ nõ num. pecu. & docet Emã. à Coſta in l. ſi ex cautione fallen. 2. nu. 12. C. eo. tit. Caſſana. allega. cõſ. 9. nu. 42. benè & latè Bartholom. Berthazol. in noſtris proprijs terminis loquẽs in trac. clauſularũ clau. 32. glo. 1. per tot. & ſignãter ad hoc propoſitum nu. 5.

17 Sed an † hęc exceptio naturã habeat alterius non num. pecunię exceptionis, vt ſi opponatur intra triginta dies transferat onus probandi in aduerſariũ, ſi verò poſt, in opponente remaneat, ſicuti in exceptione non num. pecuniæ

in

in mutuo reſpectu biennij eſt ſtatutum in l. in contractibus, & tot. tit. C. de non num. pecu. & in prin. inſt. de lit. obliga. benè diſcutiunt Anthon. Gom. tom. 2. var. c. 6. de contrac. mutui num. fin. & ibi additio Emanu. Soar. à Ribey. in litte. l. Eman. à Coſta in l. ſi ex cautione limitatione vlt. C. de non numerat. pecun. & latè Rim. conſ. 172. num. 13. & 14. lib. 2. quod an etiã de iure canonico procedat latè diſputat, communem contra communem referens, Hieronymus de Ceual. in com. cõtra com. lib. 1. quæſtione 38. per tot. an autem benè reſoluat, iudicet qui iudex eſt, melius forſan veram quæſtionis reſolutionem habebis ex Fachine. controuer. iur. lib. 2. c. 81. & Stepha. Gracia. deciſ. prouin. Marchię 164. per tot. Maſcar. conclu. 695. per tot. & Meno. abundè præſumptione 145.
18 li. 3 per tot. Quod † vltimum de exceptione opponenda poſt lapſum biennium officio iudicis admitti tanquam ſupplente deffectum exceptionis ex Crauc. in conſ. 912. nu. 16. Marſil. ſingul. 177. Rol. à Val. in conſ. 1. num. 57. vol. 1. Coſta in allega. l. ſi ex cautione verb. officio iudicis, docet Montaner in addi. ad Olibam in prax. actio. part. 2. lib. 1. c. 14. num. 21. & ante eos idem dixerat Bal. in l. in contractibus nu. 2. C. de non num. pecu. vbi declarat quid interſit quòd id fiat per exceptionem, vel per officiũ iudicis, idem docet Maſcar. de proba. conclu. 1116. num. 32. Meno. vbi ſuprà nu. 18. an (inquã) eodé modo in his, de quibus agimus, contractibus ſit idem dicẽdum vt poſt lapſos 30. dies poſſit exceptio opponi volendo probare non numerationem, vel non ſolutionem, dubitationis eſt non modicę, in qua Bal. eius videtur eſſe opinionis vt nullo modo creditor aduerſus confeſſionẽ admittatur elapſis triginta diebus, qui ad id ſibi conceduntur, etiam ſi velit onus probandi in ſe aſſumere, vt conſtat ex eius ſcriptis in l. in contractibus §. ſuper cæteris C. de non num. pecu. vbi rationem differẽtię aſſignans inter hunc, & priorem caſum biẽnij,
19 dicit eſſe, quia † fauorabilior eſt liberatio, quã obligatio iuxta l. Arrianus ff. de actio. & obliga. cum ſimil. nec videtur lege carere opinio hęc, qua probetur: inducit enim ad id Bal. d. l. in contractibus in d. §. ſuper cæteris, quatenus diſponit non poſſe dici contrarium poſt triginta dies, quod arbitror eſſe ibi, *Nec ei liceat, qui ſecuritatem expoſuit, poſt exceſſum memoratorum triginta dierum, non eſſe ſibi ſolutas pecunias, vel alias res, dicere*; ſi enim (inquit Bal.) hoc non poteſt dicere, ergo nec ſuper hoc poterit recipi probatio, plures alios idem tenentes, ac plura alia ad idem facientia referunt Eman. à Coſ. in d. l. ſi ex cautione fallen. vlt. diſeten. 6. numer. 2. Berthazol. in trac. clauſul. clau. 32. glo. 2. nu. 5.

His tamen non obſtantibus contrarium omnino tenendum eſt, quòd imo nulla ſit inter hos caſus differentia, atque ita poſsit creditor poſt triginta dies, æquè vt debitor poſt bieniũ, opponere exceptionẽ pecuniæ non ſolutæ dũ in ſe aſſumat onus probandi, quia nulla concludens differentiæ ratio aſsignari poteſt, ac proindè Bar. in d. l. ſi ex cautione num. 12. & in conſ. 160. num. 2. agens de interpretatione dicti §. ſuper cæteris, dicit verum eſſe quòd poſt 30. dies non poteſt opponi exceptio, quæ transferat onus probandi in aduerſarium, ſed confeſſioni eſſe ſtandum niſi velit ipſe contrariũ probare, quemadmodum in debitore mutui poſt biennium eſt ſtatutum, alios in eandem ſententiam adducit Coſta vbi ſuprà vltim. fallen. 6. differentia, num. 9. ver. *mihi tamen*.

20 Sed quomodo † reſpondebimus ad dictum §. ſuper cæteris, qui locum dedit dubitationi? certè eo modo, quo Bart. reſpondit vbi ſuprà quòd non liceat poſt lapſum 30. dierum pecuniam dicere non fuiſſe ſolutam per exceptionẽ priuilegiatam transferentem onus probandi in aduerſarium, non tamen propterea dicendum eſt excludi ſi ipſe opponens voluerit probare, proſequitur latè hunc diſcurſum Coſta vbi ſuprà qui nobiscum conuenit hac in re, & Barthazol. allega. cla. 32. glo. 2. num. 4.

21 Pulchrum † tamen dubium eſt an ſupradicta procedant non ſolùm in confeſsione ſimplici, de qua hucuſq. loquuti ſumus, ſed etiam in relata ad aliud, putà qñ confitetur venditor cenſus prætium ſibi fuiſſe ſolutum hoc modo quòd illud de ſuis licentia, & voluntate ſibi retinuit emptor pro tanta pecunię quantitate, quam ei aliàs debebat ex alia cauſa, & ratione, vel quòd illud recepit per medium tabulę, vel banchi, vel aliàs relatione facta ad aliud, an tali caſu noceat confeſsio poſt triginta dies, ſicuti ſi ſimplex eſſet, non edocto per venditorem de falſitate, vel non veritate cauſæ relatę, an verò onus probandi transferatur in emptorẽ. Et quidem prima facie videbatur dicẽdum eã confeſsionem non eſſe regulandam cum confeſsione ſimplici, nec pariter cum ea iudicãdã, ſed imò in omni tẽpore, ſiue ante, ſiue poſt triginta dies opponatur exceptio, ſẽper on⁹ p̃bãdi videtur trãſferri debere in ipſũ emptorẽ.
22 Ratio eſt † quia cũ relatum dicatur eſſe in referente, vulgata l. aſſe tota ff. de hæred. inſtit. non conſtito de re, ad quam referens ſe refert, nõ poteſt dici cõſtare de facto, Alex. conſi. 66. in prin. lib. 1. Cephal. conſi. 156. numer. 42. lib. 2. latè Carol. de Graſ. de exceptionib⁹ exceptione 14. à nu. 23. cũ multis ſequẽtib⁹, probare igitur debet emptor veritatem cauſę, aliàs non
23 videtur poſſe obtinere. Et ideò † dicebat Bal. in l. 2. num. 4. verſi. *& vlterius nota*. C. de errore aduocator. ſecundum Maſcar. qui eum, & alios

citat in tract. de probationibus conclu. 1319. num.21.quòd solutio non probetur per scripturam,quæ se referat id libros rationum, nisi quatenus ex ipsis libris constet:talis enim confessio limitrata est quatenus ex libris appareat, Roman cons.294. *hæc confessio*,& alij relati per
24 Mascar.vbi su prà,addentem † quòd si libri nõ extarẽt viciaretur confessio tanquam etronea, ex quo appareret relatum aliter continere.Hãc
† doctrinam sequutus *videtur* Senatus in suprà allegata causa Marchionis de Aytona contra Monserratum Mercer ad relationem egregij Senatoris Iosephi Benac,dum declarauit censuale,de quo ibi,esse nullum, ac nulliter creatum respectu partis prætij illius consistentis in quodam interesse quarundam pecuniæ quantitatum ad cambium dicto Marchioni datarũ, eo motiuo(& sunt verba sententiæ) *quòd non constaret de solutione dictę partis prętij, saltem eo modo,quo constare deberet,cum non constaret fuisse debitũ interesse ex dicto cambio, quod posset sufficere ad complementum dicti censualis,nec ex policis, siue apodigijs pro parte,dicti Mercer resultabat probatio dictæ partis deficientis prætij dicti censualis &c.* & tamen ex confessione dicti Marchionis, in instrumento censualis facta, constabat dictum interesse eodem mõdo fore debitum, atqui motam cambij principalem. Ecce ergo quomodo confessioni *non* stetur *nisi* de relato appareat.

25 His tamen † non obstantibus contrarium alij tenent quòd imò confessio noceat post triginta dies,etiam si sit relatiua ad aliud, sicuti confessio simplex, nisi contrarium probetur, & quòd nulla inter hos casus possit commodè ratiõ diuersitatis assignari:cui enim (inquiunt) magis dici potest nocere confessionem, qua quis dicat,confiteor me recepisse centum à Cayo numerando,quamuis aliter de numeratione non constet, quàm si dicatur,confiteor me recepisse hoc modo quòd ea sibi retinuit prototidem, quę ei debebam quodam cum chyrographo,vel ex alia causa,licèt de ea non appareat? certè nulla;& vt iam non sit opus mendicata quærere suffragia,hanc opinionem probat claræ tex.in l.aduersus,C.de non numerata pecunia,& melius tex.in l.generaliter eodẽ tit.cuius verba audiamus, quia præclara sunt ad propositum,*Generaliter sancimus* (ait tex.)*vt si quid scriptis cautum fuerit,pro quibuscunque pecuniis ex antecedente causa descẽdentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit,non iam ei licentia sit causæ probatione stipulatorem exigere, cum suis confessionibus acquiescere debeat,* notat Fachine.contro.iur.lib.2.cap.83.vers.*quibus rationibus*,facit tex.in l.2.C.de error.aduocat.vbi statì vult Imperator confessioni, de condemnatione,per eum factę,qui cum minor esset restitutionem petijt ex eo quòd fuisset condemnatus licèt allegetur *id fuisse* per errorem dictum,cum reuera non esset sequuta condemnatio, sed aduersus quandam interloquutoriam intendisset reus restitutionem petere, nisi
26 is, qui confessionem fecit, doceat de errore, vbi † notanda sunt verba Bal.(forsan per incuriam in contrarium per Mascaran eo loco allegati)num.6.dicentis post adductam quandam hac in re Iacob.de Buti distinctionem,se credere quòd contra confessionem *nunquam* negatiua probetur prę*s*umptiuè,quia à prę*s*umptione iuris recessum est per confessionem, & ideò litera ista(inquit) requirit manifestam probationem negatiuæ, iura ibi allegat Bal. quibus
27 sua sententia fulsiatur, ac propterea † communiter dici solet confessionem erroneam nõ reuocari,nisi constito de errore,probando per eũ contra quem stat ipsa confessio.Et hoc genera le esse in quacunque confessione docet pulchrè Thesau.decis.109.num.8.Crane. de antiqui.temp.part.1.vers.*propositum nostrum*, num. 47.& nu.56. Ecce quantùm per hæc periclitetur Senatus decretũ suprà proximè cõmemoratum.

Ego non dubito quin posterior hæc sententia verior sit,& de iure certior, quippe quæ sit tot iurium authoritatibus, ac veracibus rationi bus, quæ(*negari non potest*) valdè premunt,
28 fulsita.Nec † difficilia sunt argumenta in contrarium adducta,primum de relato & referẽte vt illud sit in hoc,ac propterea non possit dici constare de vno quin etiam simul de altero appareat,dicimus procedere quando referens nihil certi disponit, sed absque declaratione eius,quod continetur in relato,ad illud se solùm refert,veluti instituo eum hæredem, quẽ in codicillis scripsi,certum est quòd ex quo testator hic non exprimit quem velit esse hęredem,propterea nihil operatur institutio, nisi constaret de codicillis,& per eos de quo censerit testator. Item si quis dixisset confiteor me debere Titio id,quod constat ex libris, certum est quòd non constito de libris,& per eos,quid quantumue debeatur,nihil noceret confessio, & sic de similibus,& in his terminis procedũt l.asse tota *in contrarium* allegata, ff. de hæred. insti.& dd.doctrinæ in idem relatæ,Osas. claè decis.39.num.4.secùs verò est quãdo referens aliam scripturam,vel quid aliud, claram monstrat,& apertam disponendi intentionem, veluti instituo Cayum,quem hęredem codicillis scripseram;confiteor me debere Titio illa centum,quæ mihi anno elapso mutuauerat, vel quæ alias,& alia cum scriptura confessus antea fueram me debere eidem ex causa venditionis cuiusdã equi,vel alterius rei &c.in quib⁹ casib⁹ certificamur de intẽtione disponẽtis,siue cõsi-

tenus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tēris absq. eo quòd ad id recurrēdū sit, ad quod fit relatio: in his igitur omnibus casibus, & similibus relatum non est ita in referente vt non constito de eo nihil referens operetur, sed imò ex quo in eo est clara disponentis dispositio, & confitentis confessio, indè fit quòd aliàs non docto de contrario, vel de errore per eum, qui contrarium prętenderet, non possit huiusmodi dispositio, vel cōfessio retractari. Hanc distinctionem videtur mihi ita clarè probare tex. in l. si sic §. aff. de leg. 1. vt nihil ampliùs ad eam cōfirmandam opus esse censeam: probat enim ille tex. quòd si Titio relinquo quod sibi debeo, nulla expressa debiti quantitate, nihil valebit legatum, si verò expressa quantitate legauero decem Titio, quæ ei debeo, valebit quidem tale legatum absque eo quòd legatarius teneatur ostendere debitum, imò (quod plus est) sustinetur etiam si appareat postea nihil deberi, viden. ibidem Bart. qui benè loquitur, singulariter procedit Felin. distinctionem hanc approbans, & latè probans in cap. 2. num. 10. extra de rescrip. Matien. lib. 5. titul. 4. de testa. l. 1. glosa 9. à nume. 11. singulariter Peregrin. (quem in hoc post hęc scripta vidi, de quo valdè gauisus sum) distinctionem hanc approbat, & nobiscum cōuenit in tracta. de fidecomm. articul. 16. nume. 111. pulchra est ad propositū decis. Tho. Gram. 59. per totum: hæc loca tibi ad propositum sufficiant, ex quibus hauries, si vis, materiam, qua rem hanc ex omni sui parte claram, ac manifestam habeas: Ex eadem distinctione solues argumentum Mascardi superiùs adductum, quatenus ex Bal. dicebat confessionem solutionis, quæ se referat ad libros rationum, non probare niti de libris constet, id enim est intelligēdum si confessio est vaga, & incerta absque expressione quantitatis receptæ, vel debitæ, secus verò è contra. Vera est igitur superiùs nostra adducta opinio quòd confessio prętij soluti probet, siue ipsa simpliciter facta reperiatur, siue relatiuè ad aliquam causam pręteritam, nisi de contrario doceatur per eum, qui confessionem emiserit, vide ad propositum tertiam partē var. resolu. Iacob. Cancer. in cap. 3. de priuileg. à nu. 224. cum sequent. quæ multò post hæc scripta in lucem prodijt, vbi rectè de his agitur.

29 Quomodò autem † probabitur hæc negatiua quòd pecunia non fuerat soluta, docent te Bart. in sepè allegata l. ex cautione numer. 15. C. de non numera. pecunia, Mascard. latè de probat. cōclu. 1119. per totum, Pet. de Vnsol. in prax. artis nota. de excep. non numer. pecu. post num. 5. vers. *sed quomodo probabit debitor*, cū sequent. & Petrus Bimus cons. 172. nume. 15. & sequent. lib. 2. Pulchrum † casum, si verum, ad-
30 ducit Stephanus Gratian. in decis. 224. prouin. † Marchiæ, in quo asserit Rotam *declarasse* probatum esse in materia cēsuum pecuniam non fuisse numeratam, vel saltem non probari numeratam vt exigit Pontificia constitutio, quando dictum fuisset habuisse scuta centum actualiter in tot auro, & argento, quia non indè sequitur quòd ergo fuerit in pecunia numerata, cum potuerit sic confitens habuisse prętium in auro, & argento non numerato, puta in anulis, collanis, & similibus, & sic non in pecunia numerata.

31 Vtrùm † autem si venditor census, qui emptori quasi solutæ pecuniæ appocā tradidisset, eum intra triginta dies conuenire cæperit, & opposita per eum exceptione solutionis, replicauerit alter per exceptionem non numeratæ pecuniæ, seu pecuniæ non solutæ, tempore quo elapsi iam erant triginta dies ad id concessi, an sibi sit exceptio profutura; dubitationis est, quā examinat Costa in sæpè allegata l. si ex cautione faller. vlt. diffe. 1. vers. *pertior* num. 4. in qua licèt ipse negantem teneat ibi opinionem, quod idē etiam antea dixerat in eadem l. declara. 3. vers. *secundum hæc* num. 1. in fine, nobis tamen indubitata videtur affirmans, quæ docet iuuari creditorem exceptione, vel ex ea ratione quòd
32 † petendo pecuniam tacitè videatur dicere non esse sibi eam solutā, & opponere exceptionē, si non verbis, facto quòd † plus est, vul. l. si tamen
33 §. ei qui, & ibi Cæpola, de ædil. edicto, Bal. cons. 8. lib. 1. & in l. non ignorat col. 1. vers. *similiter*, C. qui acusare, Cassan. cons. 47. num. 7.

34 Nec est † nouum voluntatem facto declarari, l. Paulus ff. rem rat. haber. cum simil. Cassa. vbi suprà: quomodo (quæso) magis dici potest opposuisse creditor exceptionem non solutæ pecuniæ, quàm petendo eam? cum stare non possit quòd petatur pecunia, nisi simul negetur eam esse solutam: vel ex eo etiam argumento (quo Bal. vtitur nobis contrarius, licet non dissoluat, in cons. 50. ista quæstio lib. 4.) quia quid (quæso) refert dicat creditor conquæror, an dicat peto? certè nihil, cum non † referat inter
35 æquipollentia, l. omnes C. de contra. & com. stipula. cum similātem quia qui † petit, omne ius petendi videtur incluisse in petitione, & ita
36 exceptionem etiam non solutæ pecuniæ, argumento, l. & an eadem §. actiones ff. de excep. rei. iudi. Nihil me mouet Bal. auctoritas in contrarium inclinantis, tum quia nec ipse constanter resident in ea opinione, sed imò postquam nostram scripsit, dicit *contrarium probabiliter persuaderi potest, &c.* tum etiam quia eius argumenta ad suam ptobandam opinionem fortiora nostris non sunt, vt cuilibet intuenti nullo negotio fiet manifestum: consuleremus † tamen in omni
37 casu, ad euitandas dubietates, vt qui creditor vellet intra triginta dies petere pecuniam, quæ sibi numerata nō fuit, non simpliciter peteret,

sed

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sed narrando factum, & opponendo simul exceptionem non solutæ pecuniæ, indè enim fieret quòd securè procederet.

38 Pro finali † huius materiæ expeditione vnũ perpetuò nota casum, in quo nunquam locum habet, nec habere potest exceptio non numeratæ pecuniæ, vel prętij non soluti, quando videlicèt confessio de recepto emanasset non in contractu, sed in iuditio contentioso, cuius vigore sequuta foret condemnatio: notanter dixi, *in iudicio contentioso*, ad differentiam confessionis quæ fit in iuditio per modum voluntariæ iurisdictionis, & quando quis sponte, seu voluntariè, non virtute alicuius citationis confitetur, subitq; spontaneam cõdemnationem, quia tali casu non prohiberetur opponere exceptionem, resolutio est hęc plurium doctorũ, quos latè refert Osas. decis. Pedemõt. 134. num. † 6. vbi ita asserit in facti contingentia *declarasse* Senatum, & ego habui in facto in causa appellationis ad relationem egregij Senatoris Francisci Bonet inter Ioãnem Trullols, & N. Sabater, & N. Esteue de anno 1610. scriba Simone Font, vbi repelli feci exceptionem non numeratæ pecuniæ, inter alia, quia fuerat confessio in iuditio facta. Hæc est prima contractus censualis, secluſa constitutione Pij Quinti, condicio, circa quam diu est quòd insudam⁹ vt videlicet prętium *constituatur iustum in pecunia* numerata licèt non numeretur in ipso cõtractu, imò etiamsi numquam numeretur dum sit confessatum, vel soluatur postea in alia re, quæ non sit pecunia numerata.

39 Secunda conditio † contractus censualis in terminis *iuris* cõmunis, & extrauagan. Martin. & Calix. est quòd venditor teneatur assignare certus possessiones, & bona stabilia, super quibus census imponi possit, ita vt nec cum sola obligatione personali, nec etiam cum sola generali omnium bonorum constitui valeat, ita ex dictis consti. Martin. & Calix. docent penè infiniti, quos referunt Didac. var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 5. & Franciscus Viui. decis. 369. n. † 3. vbi testatur ita *decisum* in Audientia Baren. de anno 1590. & postea dicit hanc esse cõmunem * omnium in iure scriben. opinionem, & rationes coloratas appellat, quibus Didac. vtitur ad comprobandam contrariam, Pater Rodrig. in consti. Pij Quinti condi. 1. dicens hanc esse veram, & receptam opinionem, Redoa. de rebus Eccles. non alien. quæst. 17. nu. 42. Ioan. Baptist. Madius de requisitis censuum in responsione ad tertium quæsitum num. 1. Virgin. de Boca. de cens. parte 1. num. 18. Fachin. controuer. iur. lib. 2. cap. 43. ac alij plures, & signanter huius opinionis aduersus Soto, & Didac. asserimus defensor legitur Martin. Nauar. de vsur. notab. 22.
40 à n. 81. cum sequent. vbi † adeò contrariam opinionẽ, quod attinet ad obligationẽ personalẽ vt cum ea sola consistat constitutio census, execratur, vt dicat eam vti rem insolentem, maliq; exempli ablegãdam fore, qua in re lapsus videtur pijssimus, & doctissimus Nauar. (timidus hæc ego profero cogitans quot, & quantis irrefregabilibus mendis, & erroribus ipse, qui nihil scio, illequeatus legar in hoc opusculo postquam viros tam doctos repetimus, qui vix notam effugere potuerunt) dum propterea eã opinionem appellat nouam inuentionem, & ad perpetuũ exilium, & relegationem cõdemnat tamquam rem insolentem, nouam, & mali exempli, quia dicit per eam liberum hominem pignori dari creditori, imò illius seruum fieri, & *in eius seruitutem reduci redeundo* ad illam duriciem antiquam multorum malorum fontem, qua secundum leges reipublicæ, seu veriùs testamenti Hæbreorum poterat se debitor in quandam seruitutem tradere vt sacra scriptura significat Leui. cap. 25. & 4. Reg. 4. quæ omnia iã prorsus aboleta sunt per Reipublicæ Romanæ leges, saltem postquam Christiana facta fuit. Hæc Nauar. dicit existimans ea omnia sequi si concedamus obligationem personalem in constitutione cẽsus, accipiens eam obligationem personalem in eo sensu, quo † opera, seu
41 ministerium serui obligatio quædam personalis dicitur, quæ ex operarum constitutione resultat, qua de re Ioann. del Castillo Sotomaior de vsufruc. lib. 1. c. 50. n. 7.

Verùm qui obligationis, seu *actionis* personalis (quæ quoad hoc, quod dicturi sumus, idẽ omninò sunt, cum propterea † ex contractu ac-
42 tio personalis oriri dicatur quòd is, qui mecum contraxit, obligatione personali mihi obligatus censeatur, vt non obscurè deducitur ex §. omnium, insti. de actio. nec mirum, † cũ enim
43 actio vt filia ex obligatione procedat ad l. licèt 5. ea obligatio ff. de procura. quomodo, quæso, fieri posset quòd obligatio, quæ non esset personalis, personalem pareret actionem contra naturam, quæ vult omne generans generare sibi simile, & non diuersum, diuersæque naturæ indiuiduum, vt bos, bouem, non leonem; leoque leonem, non bouem, & sic de simil. iuxta
44 Philosophum) qui † (inquàm) obligationis, & actionis personalis naturam probè nouerit, ac quid eæ significent intellexerit, dicet per eas nõ induci in liberi hominis personam pignoris aliquod vinculum, nec minus seruitutis vt existimabat Nauar. sed imò quandam obligationẽ in debitore, & actionem in creditore, qua compellitur obligatus ad aliquid faciendum, vel dandum, & eum semper persequitur, & eius hæredes, cuius personas non transgreditur, ad
45 differentiam † actionis in rem, quæ quemcunque possessorẽ sequitur vt optimè probat I. C.

in

in l.actionum genera, ff.de action. & obliga. & Imper.in allega.§.omnium, inst. de actio.& explicat ibi benè noster Oliba per totum illum commentarium, quem ad eum §. composuit, vbi signanter triginta tres differentias adduxit inter hasce actiones, per quas mirè cuiuslibet ex ipsis natura clara redditur,& manifesta: non est igitur quòd propterea tantopere exercetur Nauarrus Didaci opinionem, quòd existimet per obligationem personalem induci pignoris, aut seruitutis obligationem in libero homine, cum nihil tale, secundum iuris regulas, indè inferri possit, cõuenit nobiscũ Pater Molina de contrac. disputa. 387. per totam, quem multò post hæc scripta vidi, de quo valdè gauisus sum, quia in eo habeo consocium, & commilitonẽ in reprehẽsione tam docti, & pij viri, vt erat Nauar. quam timidus suscepetam, licèt in re satis ex se clara (vt arbitror) & manifesta.

46 Sed quamuis † hæc de Nauar. dixerim non existimo tamen, nec quẽquam existimare vellem, eum virum doctum, & pium propterea argui posse, quòd naturam ignoraret personalis obligationis in ea acceptione, qua Iurisperiti de ea loquuntur, sed arbitror ipsum loquutum de censu quodam personali, qui ita constitueretur in persona, sicuti constituitur in prædio, adeò vt si non sit soluendo, creditor posset debitorem vendere, & tradere in seruitutem, sicut prædium vendi, aut vindicari in dominium potest, & sic loquendo verum dicit Nauar. non posse sic in personam censum constitui, & esse rem nouam perpetuo exilio, & relegatione tam dignam, quàm est Christicolis indigna, sic reperi intellexisse Leonard. Lesium, Societatis Iesu, de iusti. & iur. lib. 2. cap. 22. de cens. dubita. 4. n. 17. Sed hæc omissa faciamus

47 Contrariam † igitur opinionem, quòd imò in terminis iuris communis, seclusa constitutione Pij quinti, sola cum obligatione personali, vel generali omnium bonorum possit fieri cẽsus constitutio tenet notæ auctoritatis vir Soto de iusti. & iu. lib. 6. quæst. 5. artic. 1. Didac. d. lib. 3. var. cap. 7. n. 5. ver. *ego sanè*, cum pluribus quos ipse refert.

48 Ego † inter tot grauissimos viros nolo iudicare quænam ex ipsis opinionibus sit verior, & iustior, sed illud solum animaduertere, in nostra Cathalonia duppliciter solita esse huiusmodi censualia vendi, ac creari, aut super certa re obligando eam specialiter simul cum obligatione generali omnium bonorum, aut cum sola obligatione omnium bonorum generali datis fideiussoribus, vel sine eis: & vtroque modo iustissimè fieri census constitutionem, nostrum erit in præsentiarum iustificare: De primo modo ex istis confirmando non est quòd amplius curemus, postquam, vt ex supradictis apparet, omnium receptissima doctorum opinio eum 49 approbauit: de secundo † verò licèt extent contrariæ doctorum sententiæ, vt mox vidimus, nihilominus quia in hac nostra patria eum creandi, ac constituendi censum modum consuetudo generalis, & antiquissima approbauit, ideò non erit quòd de eius validitate dubitemus, And. Gayl. ita testatur fieri posse ex generali cõsuetudine lib. 2. obser. 7. num. 15. & commemorat Andre. Fachine. controuer. iur. lib. 2. cap. 43. in prin.

50 Fit tamen † maximè in hac ciuitate Barcinonæ vt sæpissimè generali obligationi addatur pactum, quòd intra annum, vel aliud tempus teneatur debitor dare specialẽ obligationem, hoc est assignare quandam proprietatem, quã specialiter pro censu obliget, super quaque ille cẽseatur cõstitutus, sub pœna quòd aliàs, elapso tempore, possit creditor recuperare prætium censualis. quod tamen cedat, & cedere habeat in illius luitionem: circa quod pactum pluries vidi de eius validitate, vtpote quia videtur tribuere facultatem creditori prætium recuperandi, quod in hoc contractu est prohibitum, dubitatũ, quia tamen dicti pacti materia propriùs spectat ad materiam sequentis cõditionis pacti de retrouendendo, ideò lectorem ad eam remittimus, vbi plenè intendimus id examinare.

51 Cæterùm † an constituta huiusmodi obligatione super omnibus bonis debitoris si illa distracta sint, & in tertios possessores alienata, an tali casu possit creditor super quacunque ex dictis rebus totum census petere, an verò pro rata, & portione teneatur omnes possessores conuenire, dubitationis est perpulchræ; In quo articulo breuiter resoluendum est, quòd aduersus quemcũque possessorem insolidum datur hypothecaria actio, & ita est in electione creditoris quem velit ex ipsis conuenire, sicuti † regulare est in quacunque hypothecaria ac- 52 * tione, l. mochis, & ibi glosa, & omnes ff. de iure fis. Neguzan. de pigno. memb. 1. 8. partis princip. num. 49. & 50. Didac. var. resol. cap. 7. num. 7. lib. 3. qui † licèt dicat sibi videri hanc hypothecam, quæ constituitur pro huiusmodi annuis reditibus, non esse omnimodo alijs hypothecis similẽ, ac quòd propterea posset forsan tentari esse possessores cõueniendos pro rata, non insolidum, ego tamen nullam differentiã scio inter eas considerare, & pro nũc mihi sufficit quod asseuerat isdem Dida. cõtrariam huic nostræ opinionem dubiam esse, atque ideò in praxi apud Hispanos rarissimè receptam fuisse, imò se scire testatur contrarium iudicũ sententia esse *diffinitum* sæpissimè, plures ad id refert Hypolitus Montaner in additione ad Olibam in prax. parte 2. lib. 1. capit. 29. numer. 62. quibus

adde

UAB Biblioteca de Ciències Socials

adde Velaſ.de iu.emphy.quæſt.32.nu. 15. Dida. Petez in l.1.titul. 2.lib.8. ordin.glo.1.Parlador. omninò viden.lib.2.ret.quotid.cap.fina.4.p. §. 1.num.20.Surd.deciſ.44. ac Gom.Leoni.deciſ. 17.diuer.Franc.Marc.quæſtione 433. in 2.parte Moli.de contrac.diſputa 383.nu.9.

54 Verum eſt † quòd poteſt poſtea iſte tertius poſſeſſor cõuentus contra alios tertios poſſeſſores, ceſsis ſibi actionibus, agere:

Sed an intelligatur quòd poſsit agere in totum, id eſt ad recuperationem totius quantitatis, quam exoluit, an verò debeat deducere ſuã partem, & pro reliquo tantùm agere, dubium eſt in quo diſtinguendos arbitror duos caſus, primus quando tertius poſſeſſor exactus eſt poſterior emptor, & iſto caſu arbitror nullo iure poſſe defendi quòd poſsint ſibi cedi actiones contra priores emptores, ex eo quòd quem de euictione tenet actio eundem agẽtem debeat de neceſsitate repellere exceptio: iſte autẽ tertius poſſeſſor, qui vltimò emit, certum eſt quòd quatenus ſufficit res empta, tenetur de euictione priori, propter quod dicendũ eſt quòd omnia debeant venire in damnum vltimi, vti inferius dicetur. Secundus verò caſus eſt quando tertius poſſeſſor exactus eſt prior emptor, qui vult agere contra poſſeſſores, & neque in hoc probabilem poſſe eſſe dubitationẽ exiſtimo, niſi Specula. in titul. d ceſsio.actio.§.1.verſ. *ſed pone habeo*, per tex. in l. cum poſſeſſor ff. de cenſ. l. ſi pupilli de adminiſ.tut. & l.2.§.1.ad l. Rod. de iac. Capi.deciſ.51. per dicta per Specu. vbi ſuprà & ex voto Senatus Neapoli. ac Parlador etiam vbi ſuprà nu.21. ex auctoritate Specul. & Capi. dicendo deducendam eſſe ſuam partem per iſtum tertium poſſeſſorem agentem, nec poſſe ipſum in totum agere, dubiam rem feciſſent, ſed an rectè, & an quod allegant, id probet, ipſi viderint: argumẽtatur † ibi Parlador. à fideiuſ-

55 ſoribus ad tertios poſſeſſores, vt ſicut illi agentes contra alios confideiuſſores debent ſuam partem, & portionem deducere vt eſt deciſio Vincen. de Franc. 55. viden. idem Franch. deciſ. 260. & 427. noſter Cãcer. lib. 2. var. c. 5. de fideiuſ. num. 17. ſic & iſti tertij poſſeſſores. Sed quãta inter vtroſque ſit diſcriminis ratio vel ex eo

56 ſolo ſuaderi poteſt, quòd † fideiuſſores obligantur vna, & eadem, id eſt ſimultanea obligatione ipſi creditori, nec vnus alteri remanet modo aliquo obligatus, vt dicit tex. in l. vt fideiuſſor, de fideiuſſor. & in l. cũ alter C. eo. quod †

57 non eſt in tertijs poſſeſſoribus, qui nõ emerunt eodem tempore, in his enim pro euictione vn⁹ alteri manet obligatus tãquam poſſidens rem pro illa euictione obligatam, atque ita nihil mirum ſi iſte vltimus in totum exequatur, ſic pulchè reſoluit Anthonius Fab. in ſuo codice lib. 8. titul. 23. de excep. diffini. 14. dicens nume. 17. æquiorem eſſe ſententiam exiſtimantium vltimi emptoris damno totam rem cedere debere, ad idque allegat in argumentum l. ſi quis habens creditores 24. ff. qui, & à quibus &c. vbi *ſi quis habens creditores* (inquit I. C.) *plures manumiſerit, nõ omnium libertas impedietur, ſed qui primi ſunt, liberi erunt donec creditoribus ſuum ſoluatur*, addit Fab. in fin. quòd ſic Senatus Sebuſ. † *reſolverit.*

Attende pauliſper circa illud, quod dixim⁹ ſuprà, in fideiuſſoribus vnum nõ manere alteri obligatum, ac per conſequens vnus non poterit contra alium agere iure proprio, ſed nomine principalis ceſſis ſibi actionibus, attende (inquam) ad vnum, quod circa hoc dicit Gerar. Maynar. in nouiſſimis deciſionib⁹ curiæ Tholoſanæ lib. 2. deciſ. 49. nu. 1. circa finem in verſ. † *neceſſe eſt enim*, curiæ Tholoſanæ *placuiſſe* fideiuſſorem creditori principali ſolidum ſoluentẽ re ipſa contra confideiuſſorem actionem ſibi comparare, vtpote (inquit) quæ conſideraret omnes in contrarium de neceſsitate ceſsionis allegatas deciſiones magis in ſubtilitate quapiam conſiſtere, quàm vera ratione, & æquitate iuris niti: atque illas locum habere poſſe in extraneo ſoluente pro alio, vel ignorante, non verò in reo ſoluenti inſolidum abſque beneficio diuiſionis. Hæc Maynard. quæ tu, cum vacauerit, pleniùs examinabis, recipiunt tamen ea maximum proculdubio auctoritatis robur ex eo quòd ſic curia illa doctiſsima Tholoſana, vt ibi iſdem auctor refert, in facti contingentia † quandoq; *declaranerit.*

58 An autem † ceſsio, vt proſit, debeat fieri ante ſolutionem, an verò ſufficiat quòd poſt, & alia pulchra in materia, vide per Gutier. allega. 4. per totam, & per Surd. deciſ. 308. per totam, vbi † Senatus Mantua. *deciſio*, quòd ceſsio debeat antea fieri in correis.

59 Vel etiam † (vt ad rem redeamus) poterit is tertius poſſeſſor alios poſſeſſores in eodem iuditio citari facere vt vna, & eadem ſententia condemnentur, non ſecùs atque in pluribus fideiuſſoribus eſt de iure ſtatutum, Parlador. vbi

60 ſuprà nume. 21. Imò † ſi contingeret plures poſſeſſores inſolidũ cõuentos condemnari etiam ad ſoluẽdũ inſolidũ, & executio inſolidũ fieret inſtante creditore contra vnum ex ipſis, poſſet tali caſu is poſſeſſor, ceſsis ſibi actionibus per creditorem, in eodem proceſſu abſque alia cauſæ cognitione, & alterius proceſſus cõfectione executionẽ prędictæ ſentẽtię contra alios poſ-

† ſeſſores petere, prout in fideiuſſore reſpectu alteri⁹ cõfideiuſſoris *declaratum* extitit per Sena. die 14. Maij 1600. in cauſa Syndici vniuerſitatis de Mõbrio contra Franciſcũ del Rech, & Collbeto, referente egregio Senatore Hieronymo Seninſt, & ſcriba Michaele Perez: dubitationẽ

faciebat

faciebat quòd alij fideiussores non fuerant condemnati ad aliquid erga alium fideiussorem, ergo videbatur non potuisse eos executionem petere, nec quicquam facere videbatur cessio actionum à creditore quia ipse iam erat satisfactus: His tamen non obstantibus fuit declaratum vt suprà.

61 Recipiunt † tamen quæ de conueniendis tertijs possessoribus diximus, limitationem vt non procedant nisi discusso tantùm principali, & fideiussoribus, tam de iure communi ex aucten. hoc si debitor C. de pignor. quàm etiam de iure nostro municipali, constit. 10. titul. de execu. de censals, aliàs enim non posset ad eos haberi regressus, ad quod probandum, & totam hanc excussionis materiam perfectè intelligendam operæ prętium duxi solos tres, aut quatuor doctores referre, qui vel eam in rem multum temporis consumpserunt, vel plures saltem retulerunt, qui de eadem egerunt plenèrij sunt Vincen. Caro. in illo elaborato tractatu, quem edidit de excuss. Blas. Flor. Diaz de Mena. in additio. ad Gam. decis. 99. Hypolitus Montanet in additio. ad Olibam in prac. part. 2. lib. 1. cap. 29. à num. 59. Carol. de Gras. in tract. de exception. quę possunt opponi non obstante statuto, in prælud. nume. 94. noster Cancer. parte 2. var. cap. 5. de fideiussor. à num. 145. cum multis sequent. & Hering. in nouo tracta. de fideiussor. hos vidè, & per eos tibi patebit aditus ad alios, qui exactè de his tractarunt: nobis enim non vacat in eius materiæ tractatione ampliùs insistere.

62 Nisi esset † agendum contra tertium possessorē rei specialiter pro cēsu obligatę cū clausula constituti, & alijs affluetis, tūc enim nulla foret opus discussione, prout vltra allega. per Cancer. lib. 2. var. cap. 5. de fideiussor. num. 155. probant adducti per Hypolitum Mōtaner in addi. ad Olibam de actio. parte 2. lib. 1. cap. 19. num. 61. Arisimi. Tepa. in compen. var. senten. iur. lib. 1. titul. de execussio. bon. num. 4. vers. si in instrumento, vbi potiores adducit, qui hac
63 de re agunt. Quod † tamen procedit, & verum est si sit actum in vim clausulæ constituti remedio l. fina. C. de acquir. possess. non si hypothecaria, vt pluribus, quos non est opus referre, probat Thesau. decis. 53. num. 4. adeò ve-
64 rū † id existimans vt non sufficiat quòd huiusmodi remediū implorans vtatur clausula, *ius, & iusticiam ministrari*, sed debeat specificè actionem, quæ oritur ex constituto, proponere vt obtineat, sicque dicit in Senatu Pedemon. fuisse *decisum*, licèt in hoc sibi Thesau. contradicere videatur, cum in decis. 215. num. 6. in fin. dicat sufficere clausulam *peto ius, & iusticiam &c.* in quo videtur eum approbare Anto. Fab. in suo codice lib. 8 titul. 25. de excep. diffi. 13.

65 Quicquid † autem sit de iure cōmuni circa hæc, in nostra Cathalonia non videtur necessarium, quòd remedium prędictum specificè intentetur, cum per consti. 1. de donat. libell. o deman. habeamus nullius esse considerationis ineptitudinē libelli, & quòd vna, aut altera actio intēteretur, sed sufficiat quòd clarè factum narretur, quicquid postea concludatur, tenetur enim, & debet iudex nihilominùs super actione intentanda declarare, docet Anthon. Oliba de actio. parte 1. lib. 1. cap. 4. & Iacobus Cancer. *in* tertia parte var. capit. 1. de actio. & obliga. numer. 168. Quod idem foret forsan in Cathalonia etiam obseruandum quamuis nō
66 adesset huiusmodi constitutio, cum † id sit de iure canonico vt in cap. dilecti, de iudi. secundum quod in nostra Cathalonia est iudicandum in defectum iuris municipalis, vt notorium est, & disponit expressè constitutio 40. cur. anni 1599. & docet ildem Oliba vbi suprà num. 10.

67 Dubium † tamen pulchrum est, & necessarium, nunquid quæ diximus de excussione non necessaria quando adest specialis obligatio cum constituto, procedant in Cathalonia, vbi in nostra materia censualium habemus constitutio. 10. sub titul. de execu. de censals, quæ statuit faciendam esse excussionem contra bona principalis debitoris antequam ad tertium possessorem deueniatur, quo statuto extante non procedere quæ de speciali hypotheca diximus, tenet Alex. in cons. 83. num. 14. lib. 6. Tiraquel. de consti. parte 1. num. 67. Menochius de recuper. possess. remed. 14. num. 39. & alij, quos longa serie refert Thesau. allega. decis. 53. nume. 1. Nihilominùs noster Mier. in dicta constitutione, cuius dictum legitur in fine 2. tom. constitutionum censualiū & violar. Regis Alfonsi capit. 10. in prin. pag. 25. tenet constitutionem prędictam non comprehēdere casum specialis hypothecæ, sequitur Thesau. dicta decis. 53. in casu similis statuti loquēs, cum quo dici potest nostram constitutionem fore intelligendam in casibus tantùm, in quibus *de iure communi requiritur excussio, non* in alijs, in quibus minimè est necessaria, quia (inquit Thesau.) decreta, statuta, & constitutiones huiusmodi regulari debent secundum ius
68 *commune*, à quo † *interpretationem passiuā* accipiunt, nec extenduntur contra regulas iuris, imò strictam potiùs, quàm latam habere solent interpretationem, allegat Bar. in l. omnes *populi numer.* 60. ff. de iust. & iu. ex quibus infert quòd eatenꝰ excussioni dat formam cōstitutio, vel statutum, de quib. agimus, quatenus ea à iure communi requiritur, non autem in casibus exceptatis. Ad cons. Alex. respondet idem Thesau. quòd ille casus est omninò

diu ersus

diuersus à nostro, cum ibi expresè requiratur excussio in statuto, & ideò non immeritò pòderat Alex. dictionem, *omnino*, quæ non est in nostra constitutione. Item isdem Thesau. ad Tiraquel. respondet quòd ratio superfluitatis vitandæ ab eo considerata non militaret in casu sui statuti, cum illius intentio sit circa formã excussionis, in quo nõ redditur (inquit) statutum, seu decretum superuacuum, cum nouã formam prębeat: idem nos eadem, imò multò maiori, ratione dicere possemus de nostra constitutione quòd non sit futura superuacua quamuis non intelligatur nisi in casibus, in quibus de iure communi requiritur discussio, quia ex ea apertissimè colligitur ipsius intentionem esse dare formam excussioni, & statuere quid agẽdum sit antequam ad tertium possessorem deueniatur multò aliter, quàm de iure cõmuni reperitur statutum, vult enim primò faciendam excussionem contra bona venditoris, secundò contra fideiussores si viuunt, sin minùs cõtra illorum hæredes, & bona, si reperiuntur, facta legitima discussione si per tertium possessorem fuerint nominata, & alia plura constitutio statuit, ex quibus liquidissimè colligitur non fore illam superfluam, quamuis intelligatur in casibus tãtùm, inquibus de iure communi requiritur discussio, nõ in alijs, & hæc opinio mihi magis placet, quàm contraria, & ita concluderem cum Mier. & Thesau. vbi casus accideret. Adde quę pulchrè Ioan. Gutier. docet in 1. lib. practi. quæstio. cap. 35. à nume. 6. vbi similem huic nostræ disputat quæstionem, & num. 11. addit quòd ex quo lex illa Castellę similis huic nostræ, de qua ipse agebat, erat ius commune, non verò statutariũ, vel municipale, ideò nõ erat absurdum quòd nihil adderet iuri cõmuni, nec per cõsequens erat inconueniens quòd vltra illud quod ius commune disponebat, contineret nihil: hæc aptè forsan nostro casui accommodari valerent, in quo constitutiones ius commune potiùs quàm statutarium videntur dicendæ ex quo aliud in Cathalonia nõ habeamus quod sequamur: si enim ius cõmune Romanorum sequi permissum est, id dispositum tantùm legitur esse in defectum nostrorum iurium, non aliàs, sicut probat cõst. 40. curia. anni 1599. prouti Senatus tenuit in terminis referẽte egregio olim Senatore don Ludouico à Peguera in causa Ludouici de Masdouellas contra Castellanam de Peramola, dum sententia lata sub die 20. Iunij 1591. & confirmata referente egregio etiam Senatore Anthonio Oliba sub die tertia Octobris 1593. vt constitutionem finalem sub titul. disolt lo matri. &c. quæ loquitur in filijs primæ vxoris vt prę ferantur secundæ, & filijs eius in tenuta bonorum patris, & mariti respectiuè defuncti, & sic loquitur de filijs primi matrimonij in concursu vxoris secundæ, vel illius filiorum, & illorum respectu tantùm, extenderet ad casum qui succederet, in quo non adessent nec vxor nec filij secundi matrimonij, sed filij prioris cum alijs hæredibus patris quibuscunque, ex identitate rationis, quæ in vtroque casu militare videtur, sumit pro motiuo, *quæ* (inquit) *constitutiones Principatus Cathaloniæ sint ius dicti Principatus ordinarium, & omnibus eiusdem Principatus, ac in eo existentibus commune, cum in dicto Principatu propijs, & peculiaribus legibus viuatur &c.* vide has sententias in processu nobilis Bernardi de Pinos contra eundem Masdouellas ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Astor, scriba Hieronymo Bosch. Sed hęc omittamus quę sunt alterius, & altioris speculationis, vide interim Cancer. in 2. tom. var. resolutio. cap. 1. de minor. statim in initio: nihil vidi in Senatu super hoc declaratum, licèt cum diligẽtia per quisiuerim, habeo tamen doctissimum Antonij Oliba, olim in nostro Senatu egregij Senatoris, ad amicum consulentem factum in scriptis respõsum de anno 1596. in quo suam esse opinionem cum Mier. profitetur quòd constitutio non loquatur vbi adest specialis hypotheca, asseritque in hanc partem se videre Regium consilium inclinari: habui ego hunc casum de facto extra Senatum apud duos Gerundenses iudices, vbi tamen non potui pro hac opinione obtinere, est tamen nunc causa in Senatu per appellationem vbi, eos expecto visuros quomodo suam defendent sententiam.

69 Aliud circa † eandem cõstitutionem (liceat mihi paululùm in his, quia pulchra, vagari) aliud (inquam) circa eandem constitutio. 10. tit. de execu. de cens. & auctẽ. hoc si debitor C. de pig. vidi in foro disputatũ dubium, nunquid ex quo volunt iura prędicta non esse apertam viam creditori agenti contra tertium bonorum obligati possessorem, nisi discussis priùs principali, & fideiussore, si fideiussor soluit, possit is non existente principali debitore soluendo contra tertium possessorem agere pro recuperatione eius, quod solutum est. Dubium mouet quòd vel id faciendum esset cõtraria actione mandati, & hoc non potest, 70 quia † personalis cum sit, l. idemque §. idem Labeo, vers. *fideiussores* ff. mandati, non egreditur personam principalis debitoris, nec ad tertium possessorem transit, l. vlt. §. Lucius Titius ff. de contrahen. emp. cum simil. vel iure cessio à creditore, sed nec id videtur fieri posse cum 71 † nemini videatur licere plus iuris in aliũ trãsferre, quàm ipse habeat: creditor autem certũ est quòd non potest agere aduersus tertium

possess-

UAB Universitat Autònoma de Ciències Socials

poſſeſſorem, exiſtente in medio fideiuſſore, qui ſit ſoluendo, ex iuribus ſuperiùs allegatis, ergo nec ipſe poterit fideiuſſori cedere id, quod ipſe facere nō poſſet per ſe: aliàs melioris eſſet cōditionis ceſſionarius, quàm cedens, quod iura nō permittunt, Nat. in conſ. 398. numer. 3.

72 Accedit † his quòd iura, quæ ceduntur, trāſire ſolent in ceſſionarium cum ſuis omnibus qualitatibus, adeò vt ius, quod eſt inutile in perſona cedentis, generaliter etiam ipſi ceſſionario inutile ſit, Ciophius conſ. 70. num. 5. parte 1. ergo inutile cum ſit penes creditorem ius experiendi contra tertium, exiſtente in medio fideiuſſore, inutile etiam dici debet penes fideiuſſorem ceſſionarium.

73 Ex eadem † radice oritur & aliud impedimentum, ob quod videtur dicendum nō poſſe cedi actiones, quia ſcilicèt ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio: quando ergo fideiuſſor ſoluit creditori nulla huic remanet, nec remanere poteſt actio, quæ cedatur fideiuſſori.

74 Verùm † his non obſtantibus dicendum ſine dubio eſt poſſe fideiuſſorem agere contra tertium poſſeſſorem, nō quidem actione mādati, cum ſit perſonalis, ſed imò actione hypothecaria ceſſa per creditorem, ex tex. expreſſo in l. mandati actio, C. de fideiuſſor. circa † quā

75 hallucinatus videtur Anthonius Heringius in tract. quē nup in lucē edidit de fideiuſſ. c. 25. n. 152. dicens contra pignorum poſſeſſores fideiuſſori dari actionem hypothecariam vtilem, nō directā, idque aſſerit probari ex l. 2. l. cum alter, & dicta lege mandati actio C. de fideiuſſ. quia iura prędicta non id probant, quòd fideiuſſores ex ſe habeant huiuſmodi actionem, ſed tantùm ſi eis cedatur, tenet expreſsè noſtram reſolutionem ex tex. in dicta lege mādati actio, Ioannes Gutierrez allega. 4. n. 8.

Sed difficultas eſt quomodo reſpondebimus ad ea, quæ fuere in contrarium adducta? certè faciliter dicēdo quoad primum, eſſe minùs verum quòd creditor nō habeat actionē contra tertium poſſeſſorem quando fideiuſſor

76 eſt in medio: habet ſiquidem, verior enim, † & ſecutior opinio eſt quòd impedimentum diſcuſſionis faciendæ non impedit ortum obligationis, & actionis, ſed differt tantùm donec ſit facta diſcuſſio, Alex. in conſ. 29. nume. 14. in fine, & 25. lib. 7. & conſ. 220. num. 12. lib. 6. Cra-

77 ueta in conſ. 148. nume. 6. vnde † ſit quòd dilatoria à pluribus dicatur huiuſmodi exceptio diſcuſſionis, taliter quòd ſi non opponatur intra tempus dilatoriā, non poſſit, nec debeat de ea aliqua haberi ratio, ſed cēſeatur eidem renuntiatum, & poſſit procedi recta via contra tertium poſſeſſorē, & fideiuſſorem, vt pluribus probat Surdus deciſ. 44. num. 20. & Antonius Fab. in ſuo codice lib. 8. titul. 23. de excep. diſſi.

† 1. prouti Senatum *declarauiſſe* referente egregio quondam Senatore Anthonio Oliba 16. Februarij 599. in cauſa Raphaelis Laudes cōtra Vicecomitē de Canet, refert alius etiam olim egregius Senator Guiller. Suñer in doctis ſuis annotationibus manuſcriptis ad cōſtitutiones Cathalonię, quæ apud nos circumferuntur, ſuper titu. de exceptioni. imped. litis ingreſſum, vinden. noſter Cancer. lib. 1. var. cap. 5. de fideiuſſor. à numer. 141. vbi tamen aliter declarat, quod nō foret ſi ortum actionis impediret exceptio huiuſmodi: benè ergo poterit creditor cedere huiuſmodi actiones, quas reuera habet, & eas poterit exercere ceſſionarius ſine difficultate, licèt non poſſet creditor, quia in eo nō militat ratio impedimenti exercitij earum, quæ in creditore.

78 Rationem † huius dicti optimā affert Martinus Monter deciſ. 25. nume 39. & 40. dicens quòd quando in obligatione, vel actione vitium expendi non poteſt, *ſed potiùs in exercitio*, & agendi modo, ideſt quando obligatio, aut actio affecta nō eſt, nec vulnerata, ſed exercitium actionis, prout in noſtro caſu, tunc exceptio, quæ obſtat cedenti, nō obſtat etiam ceſſionario, ſed quaten' ceſsio de illo iure facta fuit, quod aptū natumq; eſt in perſona ceſſionarij nouum agendi modum producere, (*ex quo in illo agendi modo vitium perſonæ*, non rei implicatur) nouum non eſt ſi ceſsionarius acceſsione cedentis non vtatur, ſed iure proprio nouam in ſe renatam actionem intēdere poſsit, quod dicit mirabiliter docuiſſe Alberi. in l. traditio nume. 3. in verſ. *vnde hoc* ff. de acquiren. rerum domi. ad eandem diſtinctionem probandam allegat Bald. Salice. Nellum de S. Geminiano, Sotinum, Butri. & alios ibi videndos, nec oblitus eſt Bar. in l. more, num. 16 ff. de iuriſ. omni. iudi. quatenus docens qua liter fieri poſsit quòd actio non ſit vulnerata, nec obligatio, exercitium verò ſic, tradit illud ſimile de excommunicato delegante, in quo

79 † remanet officium, licèt adminiſtratio, & exercitium impedita ſint, ſicuti etiam in minore viginti quinque annorum tutore, vel curatore dato dicimus de iure communi quòd licèt tutela, vel cura illi commiſſa non valeat, §. finali, inſti. de fiducia. tutela, id tamen intelligitur quoad exercitium tutelæ, nō autem quoad ipſius conſtitutionem pro tempore habili, vt plures docent, quos Monter. ibi allegat, quibus adde Ioannem Gutierrez optime de his agentem, in tractatu de tutel. parte prima capi.

80 7. numer. 34. Per quæ † Monter in dicta deciſ. 25. incipiens à num. 25. cum multis ſequentibus, ſatisfactum arbitratur regulæ, *remoto iure*

iuris,&c. quam contra ſuam reſolutionem adduxerat, quamque nos ſuperiùs diximus contra noſtram facere, dicens eam locum non habere, nec procedere quando ceſſio fit de eo iure, quod per ſe aptum natum eſt in perſona ceſſionarij nouã inſtãtiã, & actionẽ producere, prout in noſtro caſu deficiẽte in perſona ceſſionarij impedimẽto diſcuſſionis contra fideiuſſorẽ fiẽdę, tunc enim licẽt cedens ius amiſerit, ex ceſſione tñ illius in perſona ceſſionarij nouũ ius, nouaque inſtantia renaſcitur, cuius virtute, exceptione non obſtante quæ aduerſus cedentem competit, eo modo agendi experiri poterit, ſed tunc tãtùm regula procedit quando ceſſio fit de eo iure, quod aliam actionem nõ ſuggerit, quàm quæ apud cedẽtem eſt & cuius nomine ipſe expertus fuit, vel quãdo quis vult plus iuris transferre in alium quàm habeat in veritate, tunc enim non poteſt plus facere ceſſionarius quàm cedens: hæc vt rectè intelligantur neceſſe habẽt quòd exemplis illuſtrentur, quibus caſus prędicti clariores reddantur, ſed quia ea latè adducuntur à Monter vbi ſuprà, ideò apud eum illa videda remitto,

81 Multa † antea, numero videlicèt 21. iſdem doctor adduxerat de exceptionibus prouenientibus, vel ex vitio reali, vel ex vitio perſonali, reſoluens quòd illæ obſtent ſic ceſſionario, quẽadmodum cedenti, eæ verò nõ, quæ apprimè noſtro inſtituto acommodãtur, vbi de exceptionibus agimus prouenientibus ex vitio perſonali: notabilis † eſt caſus illius deciſionis, in

82 quo ex rationibus ſuperiùs adductis iſdẽ Mõter refert num. 17. *deciſum* per Senatum Aragoniæ nõ eſſe pręcluſam viam ceſſionario agendi aduerſus nomen debitoris ceſsũ, ex quo cedens cum agere poterat, permiſiſſet elabi tempus prefixum ad agẽdum ſub pœna denegatæ vlteriùs audientiæ per iura municipalia.

83 Ad ſecundum † contrarium reſpondet tibi latè Gutier. in ſuperiùs allega. allegatione 4. à num. 9. cum ſequentibus, quòd aut fideiuſſor ſoluit nomine ſuo, quod ſemper in dubio prę-

† ſumitur, & tunc cum per ſolutionem non extinguantur actiones, quæ competebant cõtra principalẽ, indè fit quòd cedi poſſint, aut verò nomine debitoris, & tunc procederet contrarium, vide ibi quia latiſſimè materiam proſequitur, & nos etiam aliquid de huiuſmodi ceſſione, nunquid ſcilicèt ſit fienda ante ſolutionem, vel ſufficiat poſt eam fieri ex pacto tamẽ ante ſolutionem inter partes inito, diximus in hac eadem glo. par. n. 58.

84 Nec † eſt ſemper verum quòd quæ iura inutilia ſunt penes cedentem, talia etiam ſint apud ceſsionarium: imò perſæpè vtilia ſunt in habente ius, & cauſam à cedente, lege finali vbi Baldus numer. 1. qui eſt videndus, quia cõſtituit tres concluſiones in materia Cede in re dot. latè probat Martinus Monter deciſ. 25 numer. 31.

85 Hæc † non poterat capere quidam Gerundẽſis, aliàs ſatis eruditꝰ, aduocatus, qui de hoc articulo agens defendebat fortiter non poſſe fieri vllo modo quòd fideiuſſor ceſsis actionibus ageret contra principalem, vt pote quia exiſtimabat eſſe impoſsibilem ceſsionem, obſtantibus ſupradictis, & cum ſibi oſtenderetur lex mandati actio C. de fideiuſſor. ſuperiùs allega. ſanius ducebat vt ſe ab ea expediret, cuius diſpoſitionem negare non poterat, dicere (abſque tamen alicuius probati doctoris auctoritate, vel ratione efficaci) ac fateri eſſe correctam per auctẽ. hoc ſi debitor, in ſuperioribus allegaram, quàm nobiſcum cõuenire, ſed ipſe viderit an iuſta fuerit ſua ipſius prętentio quando in Senatu declarabuntur binæ cauſæ, quæ ſuper hoc articulo, eodem ipſo aduocato mouẽte, ventillantur.

86 Vnum † circa has hypothecas, antequam ab eis diſcedam, aduerto, in quo nõ ſemel dubitatum in foro vidi, an quando emptor cenſus habet generalem omnium bonorum venditoris hypothecam pro cenſuum pẽſionibus, ſimul cum ſpeciali aliquorum bonorum, teneatur priùs diſcutere bona ſpecialiter obligata, quàm ad generaliter hypothecata poſsit apponere manus, qua in re communiter recipitur diſtinctio inter debitorẽ ipſum, vel alium tertium poſsidentes bona generaliter obligata, & alios eiuſdẽ debitoris creditores, vt ſi per debitorẽ ipſum vel aliũ poſſeſſorẽ opponatur exceptio diſcuſſionis, nõ ſit in ea audiẽdꝰ, ſecꝰ ſi per alios creditores, benè Molina de primo gen. Hiſpan. lib. 4. cap. 7. à n. 22. cum multis ſequentibus: egregia eſt ad propoſitum Senatus Mantuani apud Surdũ deciſ. benè, & latè hãc diſtinctionem probans, 44. per totũ per legẽ, 2. C. de pignor. hocidem probãt plures, quos non refero, ne videar Molinam, & Surdum

† trãſcripſiſſe, qui id curæ ſuſceperunt. *Obſeruari* hanc opinionem reſpectu creditoris, ſiue habeat ſpecialem ſiue ſolam generalem in reliquis bonis debitoris, vt poſsit opponere primò de diſcuſſione ſpecialis hypothecæ: obſeruari (inquam) in Camera Imperiali auctor eſt Minſyngerius obſerua. 94. centu. 6. per totum.

Sed releganda eſt hæc obſeruatio à palatijs, cum vix ſit quòd poſsit vnquam in praxi contingere de hoc dubitari, cum in omnibus obligationibus, & inſtrumentis, quæ indè cõficiũtur, ſoleat ſemper apponi clauſula quòd generalis hypotheca non deroget ſpeciali, nec è cõtra: ex ea enim fit quòd non obſtante oppoſitione ſecundi creditoris poſsit per primum, etiam habentẽ ſpecialem hypothecã, procedi

contra

contra generalem,benè Vincen.de Franc.de-
† cis.5. per tot. vbi ita dicit *decisum* in Sena.Nea-
polita.&allegat Rauden.de analog.lib.1.ca.35.
quem vltra alios dicit pulchrè de hac re egisse:
Adde idē tenētē Minsyn.allega.obser.94.n.8.

87 Supradicta † autem omnia,(vt reuertamur ad institutum)quæ diximus de potestate credi toris eligendi debitorem rem hypothecatam possidentem,contra quem agat pro credito,limitantur vt non procedant quando Principi , & facto eius consilio, quod Principem repræsentat , aliud videretur: possunt enim ea vti æquitate contra ius scriptum, licèt nō reperiatur scripta,vt creditori nō permitāt agere cōtra vnum possessorem insolidum , sed diuidatur debitum contra possessores pro rata,ita Moli. de Hispan.primogen.lib.4.capi.7. nume.17.& Vincen.de Franc.decis.5.nume.2.in fin.

88 Quod † an procedat etiam in nostra Cathalonia respectu eius supremi Senatus, obstante constitutione,seu cap.40.cur. anni.1599. quo (sequendo † forsan illud, quod adducit Fran.
89 Mar.decis.13.numero finali in prima parte, & refert Antoni. Sola in constitu. nou.Sabaud.in titul. de modo , & forma supplicatio.à senten. Senatus glosa 2.num.6.orandum esse vt Deus nos præseruet ab æquitate Parlamenti, & ab expedienti magni consilij) statutum legitur non posse in eo iudicari ex æquitate, quæ non sit regulata,ac cōformis regulis iuris cōmunis, & quas affertūt doctores in materia æquitatis, tuum esto iuditium : ego tñ si casus mihi contingeret,non dubitarem prętendere quōd nosset etiam Senatus posset ea æquitate vti vpote habēte qualitates requisitas à cōstitutione.

90 In huiusmodi † hypothecarijs actionibus nota quòd possessor poterit quandoque nolens soluere euitare rei restitutionem veluti quando eam multùm melioraſſet, tunc tenetur tātùm ad valorē rei prout erat ante melioratione, quātuis id nō sufficeret creditori ad suū creditū, ita Moro.de possessore offerente n.7. Socin.sen.cōs.124.n.2.circa med.lib.2.Vincen. de Fran.decis.38.n.2.& Barz. decis.23.

SVMMARIA.

1 *Pactū de retrouēd. est de essentia cōtractus cēsualis.*

2 *Pactū de retrouēdēdo in censu,an sit necesse esse quòd siue in totum,siue pro parte possit ille redimi.*
Et an valeant in hac pacta, ibid.

3 *Pactum de retrouendendo simpliciter appositum in contractu censuali intelligitur taliter appositum quòd debeat ille in totum redimi,non per partes.*

4 *Pactum non valet in contractu census quòd nō possit debitor nisi ante , vel post certum terminum censum redimere,vbi decisiones.*

5 *Pactū appositū in aliquo cōtractu quod nō sit licitum an faciat corruere totū contractū, ibid. remissiuè.*

6 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij,& cū adiectione quòd nō possit exerceri nisi post certum terminum, est vsurarium,& fœneratitium, vbi decisio nostri Senatus.*

7 *Pactū an valeat in cōtractu cēsuali quòd nō possit redimi nisi deposita pecunia ad emendum , vel aliud censuale emendum,remissiuè.*

8 *Pactum quòd teneatur debitor intra certum tempus censum redimere,non valet.*

9 *Pactum inter venditorem census, & illius fideiussores quòd teneatur intra certum tempus luere, aut alias eos indemnes seruare,valet.*

10 *Pactum inter venditorem census , & fideiussores de luendo intra certum tempus,non valet vbi adesset sospitio quòd id pactassent fideiussores pro creditore,& ad illius instantiam.*

11 *Indemnitatis promissio an operetur quòd fideiussores quibus ita promissum sit,possint compellere debitorem census ad illud luendum,& quitandum.*
Indēnitatis prmissio quid importet de iure,ibid.remis.

12 *Fideiussores sinè pacto non possunt regulariter compellere debitorem census vt illum redimat, vel vt eos ab obligatione eximat.*

13 *Fallit si diu stetissent in obligatione,vbi plures decisiones diuersorum Senatuum.*

14 *Diu stare in obligatione quando quis dicatur.*

15 *Fideiussor qui accessit obligationi conditionali , seu successiuæ,non potest sub prætextu quòd diu stetit in ea cōpellere principalem vt eum liberet.*

16 *Fallit in aliquibus casibus hic enarratis, vbi decisio.*
Dilapidatio principalis qualis sit necessaria vt in successiuis obligationibus possit fideiussor agere ad liberationem contra eum, ibidem remissiuè.

17 *Molestia sola facta, seu causata fideiussori pro principali, etiam si reuera non fuerit soluere compulsus,sufficit ad agendum pro liberatione,vbi decisio Senatus Sabusiani.*

18 *Fideiussor qui diu steterit in obligatione non agit vt aliquid sibi soluatur,sed vt liberetur ab obligatione vel ex bonis principalis satisfiat creditori,*

19 *Fideiussor potest agere vt liberetur contra principalē ex superuenienti inter eos inimicitia.*
Liberalitas quecumque in alium exercita reuocatur propter inimicitias supernenientes,ibidem.

20 *Inimicitia debet esse grauis qua facit vt possit fideiussor agere vt liberetur ab obligatione.*

21 *Inimicitia debet esse causata culpa principalis vt faciat q; fideiussor agat vt liberetur ab obligatione.*

22 *Donationes causa mortis, & legata reuocantur per quamcunq. inimicitiam etiam causatam culpa eius,qui donauit, seu legauit.*
Donatio causa mortis reuocatur ex sola pœnitentia & cōtraria volūtate siue tacita,siue expressa ibi.
Legatum reuocatur ex sola pœnitentia testatoris,& ex contraria voluntate,ibidem.
Donatio inter vines nō reuocatur ex sola pœnitētia.

23 *Fideiussor obligatus per instrumentum guarentigiatum an eo ipso potuisset agere ad liberationem,remissiue,vbi decisiones pro affirmatiua.*

24 *Fideiussor quomodo sit liberandus ab obligatione quando ad id compellit principalem, an dando alium aequè idoneum, an soluendo.*

25 *Creditor nō potest compelli mutare fideiussorē etiam aequè idoneum, vbi decisio Senatus Neapolitani. Ex causa tamen potest, ibidem.*

26 *Creditor an possit aliquid recipere vt fideiussorem liberet ab obligatione, & vsque ad quam quantitatem, & si recipit, an illud sit computandum cum pretio census quando luetur.*

27 *Restitutio in integrum an detur minori ad rescindēdum fideiussionem à se factam.*

28 *Laesio qualis sit probanda in fideiussione vt aduersus eam minor restituatur, & numeris sequentib. Minor eo ipso quòd fideiussit laesus dicitur, ibidem & num. 30. vbi contrarium, & nn. 41. 42. & 43.*

29 *Fideiussio nullam vtilitatem affert, sed magis damnū & incommodum. Fideiussio continet quandam donationis speciem, ibidem.*

30 *Intellectus Lait prator § non solum ff. de minor. & n. 42. & 43.*

31 *Iuramentū an faciat minorem maiorem taliter quòd tollat beneficium restitutionis. Pars affirmās approbata in Camera Imperiali, ibid.*

32 *Pars negans, quæ est magis communis.*

33 *Renuntians vni ex duobus iuribus, quæ habet non censetur alteri renunciare.*

34 *Iuramentum licèt ex minore faciat maiorem non tamen tollit consilij imbecillitatem, nec facit minorem prouidentiorem, nec segaciorem.*

35 *Iuramentum in Catbalonia non tollit restitutionem, sed datur ea nihilominùs, quamuis minor contractum iurauerit, si adsit laesio.*

36 *Laesio qualis, & quanta sufficiat vt minor, qui iurauit, restituatur, & num. 41. Laesio multò minor sufficit in minore, qui iurauit volente rescindere contractū quàm in maiore, ibidē. Alij dicunt id esse positum in prudentis iudicis arbitrio dijudicare, ibidem.*

37 *Restitutio an concedatur aduersus fideiussionem iuratam. Pars negans, ibidem, vbi decisio Sena. Mantuani.*

38 *Auctentica sacramēta puberum C. si aduersus vēdi. habet locum tam in obligationibus proprijs minoris, idest propriis rebus, quàm in alienis, idest pro alienis rebus.*

39 *Auctentica sacramenta puberum, habet etiam locum in contractibus ex vna tantùm parte obligatorijs, veluti in donatione, & alijs similibus.*

40 *Minor iurans fideiussionem non potest aduersus cōtractum vti ordinarijs iuris remedijs. Sed quòd propterea non possit, nec debeat restitui, si lędatur, non videtur rationabile tenere.*

41 *Minorem alij dicunt restitui aduersus fideiussionem iuratam eo ipso quòd fideiussit, alij verò ita demum si dolo, vel machinatione aduersarij ductus sit ad fideinbendum.*

42 *Dolus re ipsa nō videtur posse considerari in fideiussione, ex qua iam cum fiebat nullum poterat expectari commodum, sicut in alijs contractibus vltro citroque obligatorijs. Laesio enormissima semper censetur exceptuata à iuramento, ibidem, & num. sequentibus.*

44 *Iuramentū non tollit laesionē si reuera est in contractu.*

45 *Circumuenire verbum quid significet, an semper dolum, & machinationem aduersarij.*

46 *Circumuentio alia sit re, & alia dolo.*

47 *Dolus re ipsa pari passu ambulat cum dolo ex proposito.*

48 *Fideiussio non est omninò simplex contractus nullā ad aliud habens correspectiuitatem. Fideiussio non rectè equiparatur donationi quoad id vt sicut haec ad nihil dicit respectum, sic nec illa, ibidem, vbi benè probatur, & numeris sequentib. Donatio semper continet damnum, nunquam lucrum, & commodum, ibidem. Fideiussor semper existimat se indemnem seruandum, aliàs nō fideiuberet, & si secus accidat propter paupertatem debitoris, tunc consideratur eo respectu in fideiussione laesio, ibidem.*

49 *Pauperes rarò fideiussores inueniunt, diuites verò sic, & quare.*

50 *Correspectiuitas, vt actus dicatur correspectiuus, non est necessarium quòd sit respectu personarum, vbi declaratur.*

51 *Donatio minoris quandoque rescinditur per restitutionem in integrum, vbi decisiones Senatus Pedemontani, & nostri Senatus etiam.*

52 *Minorem non dici simpliciter laesum fideiubendo ex eo quòd fideiussit vt restituatur, sed probandam esse aliàs laesionem tenet, & resoluit auctor, & explicat.*

53 *Minor non restituitur aduersus fideiussionem quando est in medico damno.*

54 *Minorem restitui aduersus fideiussionem ex causa laesionis plures Senatus declararunt, & signanter noster Cathalonicus. Vxor restituitur aduersus fideiussionem factam pro marito si remanet indotata prorsus, vel in maiori parte dotis, ibidem.*

55 *Laesionis materia, propter quam datur minori restitutio, consideratur arbitrio iudicis. Laesio qua dicatur enormis, & qua enormissima, & qualiter resideat id iudicare in arbitrio iudicis, ibidem remissiuè.*

56 *Minori, an detur restitutio aduersus fideiussionem ante quam soluat etiam si possit postea indemnis à debitore seruari.*

57 *Interest potiùs non soluere, quàm solutum postea repetere.*

58 *Minor restituitur ne litibus vexetur.*

59 *Minor quandoque restituitur ex sola causa affectionis, quia res fuerat maiorum.*

60 *Minor restituitur aduersus fideiussionem quamuis non adsit dolus ex proposito, sed ex ipsa.*

61 *Minor restituitur etiam in contractibus, vbi nulla est correspectiuitas, veluti in donatione, liberatione gratuita, & delegatione debitoris damnosa, & alijs.*

Minor restituitur aduersus plures actus, in quibus, si celebrati cum maiore forent, nulla posset considerari lesio, ibidem.

62 *Fideiussor censualis an possit illud à creditore emere, & exigere à debitore pensiones,*

Pars negans, ibidem.

63 *Pignus ex emptione fideiussoris censetur potiùs redemptum, quàm emptum.*

Intellectus l.1.C.de dolo, & concordantium, ibidem & numeris sequentibus vsque ad num.77.

64 *Fideiussor non potest sibi pignus emere, sed oblata sibi pecunia cum vsuris tenetur illud restituere cum fructibus.*

Fideiussor censetur habere mandatum ad soluẽdum, & per per solutionem pignus luendũ, & liberandum, ibidem.

65 *Fideiussor, qui voluit pro se emere pignus, non tenetur actione de dolo, sed imò mandati propter fidẽ susceptam sic rumpeam, siue non seruatam.*

Leges fugitiuæ quæ dicantur in iure nostro.

66 *Creditor secundus non potest emere pignus, & quare.*

67 *Argumentum de tamquam, seu, potest quis vt alius quod non potest vt ipse, quando procedat, vel non.*

68 *Fideiussor non prohibetur emere pignus sui principalis, quod tamen pro alia obligatione fuisset datum.*

69 *Fideiussor censetur præsumptione iuris, & de iure suscepisse mandatum de emendo pignus pro debitore.*

Fideiussor quomodo, & quare dicatur fidem rumpere erga suum principalem, ibidem.

Intellectus l.2.de distrac. pignor. & lege.2.C.mada. ibidem.

70 *Fideiussor potest censuale pro se emere à creditore, & sic traditur opinio affirmans in quæstione superiùs super hoc proposita.*

71 *Fdeiussori nullibi reperitur prohibitum quin possit emere nomen debitoris, pro quo fideiussit, & in locum creditoris, sic emendo succedat.*

Intellectus l.fideiussor, & l.cum prior, de distrac.pignor. & l.paulus ff. de fideiussor.

72 *Differẽtiæ multæ considerantur inter emere rem debitoris, & illius nomen, respectu fideiussoris.*

73 *Creditor est verè dominus iuris, quod habet in debitore, ideò illud vẽdere liberè potest quomodolibet, non sic est in pignore.*

74 *Creditor tenetur iura cedere secundo emptori, vel tertio possessori offerenti sibi suum debitum, non tamen cogitur vendere pignus.*

75 *Offerri potest cessionario iuris creditoris, sed non emptori pignoris.*

76 *Differentia non est in emptione nominis debitoris inter fideiussorem, & quemlibet extraneum, sed sic est in emptione pignoris.*

77 *L.1.C.de dolo, & concordantes loquuntur in emptione pignoris, quod est debitoris, non in emptione nominis debitoris, quod est creditoris.*

78 *Fideiussor quare prohibeatur emere pignus.*

79 *Tutor non potest emere bona pupilli propter suspitionem fraudis.*

80 *Fideiussor qui emit censuale sui principalis non potest ab eo petere pretium à se solutum, quia id esset compellere debitorem ad luendum, quod non permittitur.*

Cancer. circa hæc notatur, ibidem.

Absurda quæ sequuntur si non concedamus fideiussori facultatem emendi censualia, in quibus fideiussit, enarrantur ibidem.

81 *Soluuntur quæ contra nostram in hoc opinionem adducta fuere.*

82 *Scobar de ratiocinijs notatur.*

83 *Decisio Senatus vestri aliquando in hac quæstione nunquid possit fideiussor emere censuale pro quo fideiussit.*

84 *Creditor an possit compellere debitorem ad luendum in aliquo casu censuale.*

Instrumentum operatur quòd creditor possit compellere debitorem ad luendum censuale si cessat in solutione, ibidem.

85 *Debitor cessans soluere in primo termino compellitur soluere pro omnibus alijs terminis, vbi decisio Rotæ Bononien.*

86 *Debitor compelli potest ad luendum censuale si desinit adimplere aliquid quod promisisset in creatione illius sub pœna soluendi tantam pecuniæ quantitatem, quantam pretium illius caperet, quæ deberet cedere in extinctionem dicti censualis.*

Pactiones pœnales, quæ apponuntur in creationibus censualis casu quo cessaretur in solutione pensionum, non damnantur de iure, sed imò permittuntur, ibidem.

87 *Pacta quæcunque pro securitate census apponi possunt in creatione illius.*

88 *Pactum solet in ciuitate Barcinona frequens esse in creationibus cẽsualium quòd teneatur debitor intra certum terminum dare creditori specialem obligationem aliquam pro maiori securitate censualis, aliàs possit compelli ad restituendum pretium, & iudicatur validum.*

Mora an possit purgari per venditorem cẽsualis, qui intra tempus conuentum non dedit specialem obligationem, ibidem remissiuè.

89 *Pactum simplex de luendo censuale intra certum tempus non valet inter creditorem, & venditorem, sed pœnale, si cessatum in solutione pensionũ fuerit, sic.*

90 *Pacta, quæ sunt contra naturam contractus censualis non admittuntur in eo.*

91 *Pœnæ moderatæ admittuntur in contractu censuali, & quales illæ debeant esse.*

Pactum quòd in casu cessatæ solutionis in contractu censuali res, super quas ille assecuratus est, cadat in commissum, cur non valeat de iure, ibid.

92 *Censuale luere compelli potest debitor, qui dolo, & fraude versatus est in illius venditione, veluti obligando bona alteri donata, aut vendita, aut aliàs, vbi decisio nostri Senatus.*

93 *Debitor compellitur aliud æquè idoneum pignus tradere quando detegitur illud antea fuisse alteri obligatum.*

95 *Executio potest fieri in vsufructu, & alijs reseruatis pro debitis donatoris salua proprietate donatario.*

96 *Executio potest fieri in bonis donatis alteri quando comperitur donationem factam fuisse ad fraudãdum creditores.*

97 *Violaria eisdem regulis regulantur atque censualia, & quæ de vno dicuntur de alio etiam dicta censentur.*

98 *Contractus, qui celebratur inter aliquos vt propter certam quantitatem quæ datur alicui teneatur alter annuatim de certa pensione alteri respondere quoad duraverit illius vita, licitus de iure est.*

99 *Violaria possunt constitui nedum de vita vnius, sed & duorum etiam, & plurium.*

100 *Violariorum prætium constitui sic debet vt habeatur ratio ætatum, & fiat computatio iuxta l. hæreditatum, ad l. falsid.*

101 *Violariorum pretium solet constitui secundum hominum, & terræ consuetudinem.*

102 *Census vitalitius noster nõ constituitur in Regno Castellæ nisi ad vitam vnius tantùm.*

103 *Incertitudo lucri, & damni æqualiter existens respectu amborum contrahentium tollit vsuram.*

104 *Incertitudo facit licitum quod aliàs tale non foret.*

105 *Remedium l. 2. C. de rescin. vendition. non habet locum nec respectu vnius si ciùo moritur ille, ad cuius vitam fuerat violarium creatum, nec respectu alterius si nimis duraverit, & numer. 111. in fine.*

106 *Promissio mutua de nõ stando de euictione facta inuicem per diuidentes hereditatem est de iure valida propter incertitudinem.*

107 *Pactum de non computandis fructibus in sortem nõ valet.*

Nec fauore dotis, ibidem.

Maritus, qui intrauit domum vxoris certa ad illam allata dote, seu verius axouario, cum pacto quòd mortuo vxore non posset extrahi à bonis nisi restituto sibi axouario, aut alijs rebus, & quòd interim faceret fructus suos, non valet, vbi decisio nostri Senatus, ibidem.

108 *Mulier mortuo viro tenet, & possidet bona, & facit fructus suos donec sibi soluatur dos ex particulari statuto Cathaloniæ, quod an sit validum controuertunt nonnulli.*

109 *Pactum de non computandis fructibus in sortem si æqualiter concernit vtrumque contrahentem non reprobatur, vbi declaratur, & num. 111. vbi decisio nostri Senatus.*

Intelligitur quòd dicta incertitudine, & dubio eventu clarè appareat, aliàs secus quamuis ita videatur esse, num. 113. vbi decisio nostri Senatus.

110 *Pactum mutuum, & reciprocum de succedendo, inter maritum, & vxorem valet.*

111 *Ludens, etsi certus de victoria, potest augere sponsionem, vbi declaratur quare, & quomodo.*

112 *Parladorius notatur quòd contra omnes exercetur vitalicios census.*

114 *Violarium constitutum ad vitam duorum an vna extincta extinguatur etiã & illud pro medietate.*

GLOSA XVIII.
PARS III.

Vbi continuatur eadem materia ortus census consignatiui, censualia mortua, & violaria in Cathalonia appellamus.

1 TERTIA cõditio † est quòd huiusmodi cẽsus vẽditio fiat cum pacto de retrouẽdendo, nec valeat pactum in contrarium, quo venditor prohiberetur retrò emere pro eodem prætio, & censum extinguere, ita probant constitutiones prædictę Calix. & Mart. & docet Virgin. de Boca. de cens. tertia parte nume. 13. Dida. dicit esse id ita in toto ferè orbe Christiano admissum vt iam non liceat rem hanc in dubium reuocare lib. 3. var. capit. 8. nume. 5. vers. *tandem ex prænotatis*, alios ad idem allegat Rodriguez super Bulla Pij quinti de cens. conditione 6. in principio, Solis de cens. cap. 8. nume. 16. versic. *quinta conditio.*

2 An autem † id ita sit intelligendum vt & in totum, vel per partes semper licitum sit vendi tori censum redimere eo modo quo voluerit, tractant doctores suprà citati, & affirmatiuam adeò veram existimat Nauar. vt nec licere arbitretur quòd paciscant contrahentes ne redemptioni fiat locus nisi in totum census redimatur, in tracta. de vsur. notab. 21. nume. 78. contra quem tamen contrarium defendunt plures, quos refert Solis omninò videndus vbi suprà, quo loci plura alia tractat apprimè his affinia, viden. Ioannes Gutierrez in prac. lib. 2. quæstione 174. per totum, qui latè de his agit.

3 Nota tamen † quòd si simpliciter apponatur pactum de retrouendendo intelligitur quòd tota pecunia soluta redimendus sit census, non per partes, ita benè Molina de contrac. disputa. 393. à nume. 7. cum sequentibus, à qua resolutione arguens Dida. Spino. de testamen. in 13. parte glosæ rubricæ nume. 37. constanter

tanter tenet licitum esse pactum quòd non liceat redimere censum per partes: cum enim id sit de iure communi statutum, si nihil exprimatur, quare (inquit) prohiberi debet in pactum deduci.

Hæc de pacto de retrouendendo in cõtractu censuali dicta in tantùm † sunt vera vt nec
4 valeat pactum quòd non possit debitor, nisi ante, vel post certum tempus, redimere, Dida. allega. lib. 3. var. cap. 8. nume. 7. & 8. qui allegat [illegible]. de contrac. quæst. 50. adijciens postea
† ita fuisse in Granatensi prætorio, & alibi *declaratum*: Moline. autem vbi suprà refert bis, aut
†† ter se vidisse in Senatu *anullari* contractum census ob adiectionem pacti de non luendo
5 nisi post certum tempus, vbi postea † declarat quando huiusmodi pacta vitient totum contractum, & quando solùm ipsa vitientur remanẽte illo valido, & firmo quoad reliqua, quod vtile est in materia, adde quod idem dicitur docere in eo tracta. quæst. 55. num. 384. cum sequentibus, Boca. latè de cens. parte tertia num. 6. cum sequentibus, vbi pluribus id probat, adijciens nec posse huic liberæ redimendi facultati renuntiari, nec per pactum nec per tempus post Didac. vbi suprà, fusè etiam hac de re disputat Solis de cens. capi. 7. à num. 6.

6 Successit † casus ab hac materia nõ absimilis disputandus in Senatu de anno 1602. in causa Ioannis Puig contra Hieronymum de Castellatnau, & Franciscum illius filium ad rela- 01
tionem egregij Senatoris Michaelis de Salba, & de Vallseca nunc Regentis Regiam Cãcellariam, Scriba Iacobo Papiol, in quo sub die
† vigesima Octobris dicti anni fuit *declaratum* pactum de retrouendendo cum modicitate prętij propè dimidiam, & cum adiectione pacti, quòd non posset à venditore redemptio fieri nisi post quatuor annos, vel expletos, argue 11
re contractum vsurarium, & fœneratitium, ex
* tex. & ibi glosa, Abba. & commu. doctores, in cap. illo vos, de pignor. Beroi. cons. 168. volum. 1. Hondede. cons. 33. num. 12. & 74. volumin. 2. Fachine. controuer. iur. lib. 1. parte 2. cap. 12. qua de re vide elegantem decisionem Rot. Roma. apud Prosper. Farinaciũ in suis decis. 5. decis.
7 in ordine 57. An autem † possit sic pactum prędictum de retrouendendo concipi, vt non liceat eo aliter vti quàm deponendo pecuniã ad emercidum, seu aliud cẽsuale emendum, vide per Ioseph. de Sesse, qui nouissimè scripsit, decis. 30. per totum.

Sunt etiam † supradicta adeò vera vt nec è contra valeat pactum quòd teneatur vẽditor intra certum tempus redimere, quia id aduersaretur liberæ facultati redimendi quandocunque voluerit, quam iura tribuũt vẽditori, ita Rodriguez in allega. cõdi. 6. qui allegat Sotum, & Didacum, latè Solis de cens. capit. 7. à num. 5.

9 Hoc tamẽ † intelligitur respectu emptoris, & venditoris, inter quos non valet pactum de redimendo censu intra certum tempus, benè tamen potest illud fieri inter venditorem, & eius fideiussores in obligatione ipsius census vt liberentur aliquando ab obligatione, nec cogantur inperpetuum in ea permanere, & ita quotidie practicari videmus quòd venditores in alio instrumẽto ad partem faciunt fideiussoribus cartam indemnitatis, hoc est promissionem de luendo, seu redimendo intra certum tempus, vel seruando fideiussores indemnes, quam pactionẽ validam de iure fore docẽt [illegible] allegatur, de vsur. & commer. quæstione 30. num. 247. Pater Rodriguez vbi superiùs, allega. est conditione 6. dubitatione 1. And. Gayl. prac. obser. 29. nume. 13. lib. 2. Menochius de arbit. iudi. casu 41. numer. 25. Gaspar Roder. de annuis redi. lib. 2. quęstio. 13. rationes ij adducunt, quibus validitatem huius pactionis probent, & signanter quia ea communiter vsitetur, etiam inter bonos, & graues, & iusta reputetur, & sic videtur licita, tum etiam quia nisi id concederetur fieri, redundaret proculdubio in damnum, & necem ipsorum debitorum, qui vix reperirẽt fideiussores, qui vellent perpetuò manere in obligatione, benè Solis de cens. capit. 7. à n. 17.

Limitantur † tamen hæc quando aliqua collusionis pręsumptio suspicaretur inter emptorem, & ipsos fideiussores, ex qua colligi posset contemplatione ipsius creditoris, & propter eum, & ad ipsius commoditatem fuisse pactum appositum, licèt ad instãtiam fideiussorum, benè Moline. Solis, & Rodriguez vbi suprà.

Sed an † idem etiam sit quando solùm dictum foret quòd debitor promitteret fideiussoribus eos seruare indemnes, & quòd ex fideiussione nullum eis veniret damnum, & incommodum, an similiter possit debitor compelli per fideiussores ad redimendum pro obseruantia promissionis, & pacti? [illegible]. vbi suprà numero 249. & Rodriguez dubita 2. resoluunt quòd non, quasi quòd diuersa omninò sint promissio luendi, & promissio seruandi indemnem, quam vltimam si exactè scire cupias quid importet, pete tibi à Carocio de exceus. bon. parte 2. quæstione 12. prouti ipse se ipsum refert decis. seu casu 47. num. 9. Bart. Bartazol. cla. 21. glosa 29. nume. 2. in tracta. de clausul. instrumentor. Bernardin. Muscatel. in prax. fideiussor. modo 20. per totum, nonnihil Cæs. Barz. decis. Bonon. 24. & Antonius Heringius de fideiussor. cap. 26. numer. 58.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

12 Ardua† tamen est quæstio, & tractatu dignissima, vti practicabilem materiam cõtinens, nunquid, seclusis pactis, & promissionibus de luendo in certum tempus, vel setuãdo indemnes, possint fideiussores compellere debitorẽ ad redimendum, saltem quando diu stetissent in obligatione.

13 Et quidẽ† quamuis regulare sit non posse fideiussorem antequam soluat petere à debitore vt eum eximat ab obligatione l. Lucius Titius in fine ff. mandati, & lege si pro ea C. eodem, nihilominùs inter alias fallentias, quas ea regula patitur, ea frequenter adducitur à doctoribus vt non habeat locum quando fideiussor diu stetisset in obligatione, dicta lege Lucius in fine ff. mandati, & ibi doctores, cap. vlti. de fideiussor. §. si quid autem iuncta glosa verbo, *solverit*, inst. eodem, ad quod cõfirmandum si voluissem ego omnes hic connumerare ea de re agẽtes, quos vidi, possem ex hoc solo plures cartas adimplere, breuitate igitur studens nonnullos tantùm referam, qui magis *ex professo* rem hãc pertractant, ex quibus facilè ad alios pateat accessus, & signanter aliquod temporis de industria consumam in relatione Senatuum, in quorum decisionibus solis (vt sæpè soleo dicere) solida solet esse doctrina, qui eam sunt opinionem sequuti, ex quibus existimo futurum vt nullo quilibet negocio ad veram, & perfectam huius materiæ intelligẽtiam, & doctrinã perueniat, imprimis igitur singularis est labor Iacobi Menochij, quo materiam hanc tractauit in lib. de arbit. iudi. lib. 2. centu. 1. casu 41. per totum, Felician⁹ de Solis decens. lib. 3. capi. 3. nu. 19. isdem Solis in 2. tom. de censi. lib. etiam 3. capit. 3. & noster Cancer par. 2. var. resolut. cap. 5. de fideiussor. à num. 65. plenè Antonius Heringius de fideiussor. cap. 25. à num. 32. Roder. de annuis redi. lib. 2. quæst. 13. nume. 30. Alexand. Trentasinq. lib. 3. var. titul. de fideiussor. resolutione 5. per totam, † *aprobarunt* hanc opinionem consilium Gratianopol. apud Guidonem Papę decis. 117. † *Senatus Neapolitanus* apud Afflic. decis. 241. & ibi Vtsil. † *Camera Imperialis* apud Andreã Gayl. practic. obser. 29. lib. 2. notabiles sunt *decisiones* † Vincencij de Franc. 414. *Borgin. Canalcani* 11. † parte 4. Vincentij Carocij 4. elegans *consultatio* Aluari Velas. 36. vbi contra Senatum defendit idem procedere in pluribus corteis. Nec deest huic resolutioni nostri egregij †† Senatus auctoritas, sic enim bis *iudicatum* vidi ad relationem egregij olim Senatoris Anthonij Oliba, primò quidem in causa Michaelis de Olzinelles contra Hieronymum Iorda, & Onophrium eius filium, die vigesima quintã Iunij anno 1588. his verbis, *Et quia qui pro alio interuenit non cogitur diu, & cum damno in obligatione stare, & aliàs &c.* Secundò verò in causa nobilis Geraldi de Alentorn, & aliorum contra Iacobum Mahull die decima octaua Mar. 1592. his formalibus verbis, *Et quia ex eisdem processu meritis constat dictos &c. sustinuisse diu molestiam exactionis pensionum decursarum predictorum trium violariorum, expensas, & damna, & stetерunt in dictis obligationibus rigorosis pro dicto Maull ad eius opus, & negotia ex anno 1571. ad diem presentem, & possunt maiora incommoda indè sentire tam ipsi quàm fideiussores predicti propter eos, & amore dicti Alentorn pro dictis tribus violariis obligati, & non est iustum quemquam diu pro alio in obligatione manere &c.* vidi conclusiones in archiuo regio in libris earum; alium casum refert nobilis Ludouicus à Peguera decis. 192. ibi videndum.

14 Quomodo† autem istud diu stare in obligatione intelligatur, docet plenè Menoch. de arbit. iudi. allega. casu 41. lib. 2. vbi concludit id esse arbitrio iudicis relictum, & omnes ferè suprà relati.

15 Sublimitant† tamen hanc limitationem doctores vt non procedat quando fideiussor accessit non obligationi puræ, sed conditionali, vel in diem, & successiuæ, prouti est obligatio annuorum reddituum, de quibus nos agimus, in quibus cum non possit dici stetisse diu fideiussorem in obligatione, indè fit quòd nõ possit is agere ad liberationem, videndi sunt in huius sublimitationis comprobationem omnes doctores suprà relati, & signanter in nostra censuum materia Felicianus de Solis vbi suprà lib. 3. capit 3. num. 9. in qua opinione perstitit etiam in 2. tomo de cens. eodem lib. 3. cap. 3. Antonius Gomez tom. 2. var. capit. 13. nume. 10. cum sequentibus, & alter Antonius Gomez in explicatione motus proprij Pij V. de cens. 5. conditio. num. 21. ac Iacobus Meno. allega. cas. 41. à num. 8. Cancer. lib. 1. var. capi. 5. de fideiussor. numer. 68. ratio est in promptu, quia cum fideiussor accesserit obligationi perpetuæ, ac imperpetuum duraturæ, non est quòd conquęratur de debitore quòd diu, prętер suam intentionem, eum stare fecerit in obligatione.

16 Verum tamen† est quòd in his etiam successiuis obligationibus si debitor laberetur facultatibus, easque immodicè delapidaret, vel etiam fideiussor ipse plures pro fideiussione molestias sustinuisset, vt quia singulis ferè ánis à creditore molestaretur pro solutione, in his duobus casibus posset vtique isdem fideiussor ad liberationem agere: primum probatur ex l. si pro ea C. mandati, ibi, *neque bona sua tam dilapidare postea cepisse comprobare possit*, ita docent omnes ferè doctores suprà relati, & signanter Menochius qui benè declarat quomodo sit intelli-

intelligendum, & quæ sit dilapidatio necessaria allega.cas.41.à num.13. cum sequentibus.secundum verò probatur apertè ex cap.constitutus,extra de fideiussor.tenent nostrates Marquil. in vsatico si ille qui pluium quæstion.18. & Iacobus Cancerius var.lib.1.capi.5. de fideiussor.num.68.& *approbat* noster Senatus,prout apparet ex duobus exemplaribus ad relationem Anthonij Oliba suprà relatis.

17 Et hæc † quidem molestia non est necessarium quòd talis fuerit,per quam coactus sit fideiussor soluere, sed sola molestia sufficit ad extorquendam solutionem, licèt is nondum soluisset,egregiæ sunt ad hæc binæ Senatus Sabusiani *decisiones* relatæ per Antonium Fab. in suo codice lib.4.titul.26.mandati,diffinitione 24.& 26. quarum sola relatione contentus ad alia pertranseo, quia ibi lector inueniet quibus resolutionem hanc mirè comprobet.

18 Aduertendum † tamen est, quod forsan omnibus iam est notorium,quòd hoc casu nō debet agere fideiussor vt sibi soluatur, sed vt liberetur, aut vt ex ipsius debitoris bonis soluatur, & satisfaciat creditori,Faber vbi suprà.

19 Agere etiam † potest fideiussor contra debitorem ad liberationem quādo post fideiussionē ortæ fuissent inter ipsos inimicitiæ, quia generale est quamcunque inter viuos liberalitatem ex superueniente inimicitia reuocari, iuxta l. final. C. de reuocan. donation. §. sciendum, inst.de donatio.& capit.finali extra eodem titulo, sic tenent Ioannes Andreas ad Speculatorē in titul.de iudi.§. specialia,verbo si pro ea, hæc not.&c. Ludouicus Roman. in cōs.459.num.8.vbi multa exempla ponit,quibus id probet,Hypolitus de Marsil.in lege 1.§. prēterea num.24.de quæstio. Stephanus Gratianus decis.prouinciæ Machiæ.133.num.17.& Trentasinq.de fideiussor.allega. resolu.5. n.8.

20 Quod † ego existimo verum si grauis inimicitia fuerit,quæ superuenit,iuxta declaratio nem Manticæ de coniec.vltim.volunta.lib.12. titulo 5.nu.15.& 16. & Menochij de prēsumption. lib.3. prēsumptione 37. à nume. 26. cum sequent.

21 Si item † culpa ipsius debitoris inimicitia superuenerit,non si fideiussoris, quia sic facilè in manu ipsius fideiussoris esset,dādo causam inimicitiæ, pro libito voluntatis agere ad liberationem, & eludere debitorem, idque existimo probari ex l.fi. C. de reuocan.dona.vbi ad reuocationē liberalitatis requiritur culpa eius in quem illa collata sit,idem probant l.si mandauero 22.in fi.ff.manda.l.si merces ff. loca. & cap.propter sterilitatem,ex.eodem titul.

22 Nec est † alicuius considerationis quòd ad reuocationem donationis causa mortis, & legati sufficiant, secundum vnam opinionem, de qua latissimè per Menoch.allega.prēsumptione 37.num.22.& prēsumptione 170.num.6. lib.4.quęcunque inimicitiæ,etiam si culpa donatoris,& legantis superuenerint, quia id procedit propterea quòd huiusmodi donationes,& legata reuocantur, & reuocata censentur ex sola penitentia, & contraria voluntate, siue tacita, siue expressa, quæ cum eliciatur ex superuenientibus inimicitijs,siue illæ culpa donatarij,vel legatarij superuenerint, siue ipsius donantis, & legantis, indè fit quòd quoquo modo inimicitię succedant,reuocata censeantur legata,reuocatæ etiam censeantur donationes causa mortis, non sic est in donationibus, & liberalitatibus à principio validis,& perfectis ad nutum nō reuocabilibus,in quibus culpa requiritur eius,qui liberalitatē accepit:Hæc etli facilia,colliguntur non obscurè ex traditis per Menochiū vbi suprà, & Patrem Sanchez de matrimon.tom.1.lib.6.disputa.15.nume.11. cum sequentibus, adde Peregrinū de iure fis. lib. 2.titul.8. de ingratis numero 73. & Fab. in suo codice lib.8.titul.56.defin.11.de reuoca. donation. qui multa te docebunt quæ forsan hucusque ignorasti: vide ad propositum quæ dicta fuere in glosa 9.parte 5.de effec.hæredit. circa finem num. 189.

Reliquas regulæ, quòd fideiussor nō possit agere vt liberetur à fideiussione, fallentias si scire cupis, lege doctores suprà relatos, apud quos eas videbis cum diligentia tractatas,nobis enim nō licet amplius immorari, sed sufficere arbitrati sumus quòd has maximè, prę alijs,frequentes proponeremus.Illud † solùm nos penitet nō potuisse examinare quomodo intelligatur doctorum illa opinio,qua pro fallentia eiusdem regulæ dicunt posse fideiussorem agere ad liberationem,non solum modis, & ex causis supradictis, sed & tunc etiam quādo fideiussor est obligatus pro debitore per instrumentum guarentigium, & promptam habens executionem, pro qua opinione sunt binæ *decisiones* egregiorum Senatuum Neapolitani,& Sebusian.qui eam sequuti sunt, apud Vincentiū de Franc. decis. 414.& apud Anto. Fab.allega.lib.4.titul.26.diffinitio. 26.in principio,apud quos doctores, & Trentasinq. vbi suprà allegatus est,reperies per quos manu ducatis facilè ad id benè intelligendum sicuti oportet, ne iam hodiernis temporibus, quibus fideiussores omnes solent obligari per instrumenta guarentigiata, cogamur dicere simpliciter, posse omnes eo ipso agere ad liberationem.

24 Quomodo † autem liberandus sit huiusmodi fideiussor in casibus in quibus liberare eum tenetur debitor,an dando creditori aliū ęquè idoneū fideiussorē,an verò prēcisè com-

pellatur luere, & redimere, dubitationis eſt non modicæ, in qua reſolutiuè procedendo dicimus quòd quoad fideiuſſorem, certum eſt & indubitatum ſatisfacere debitorẽ ſuæ obligationi vtroque ex dictis modis eum liberando, quia vtroque modo conſequitur fideiuſſor ſuum obtatum. 25 Difficultas eſt † quoad ipſum creditorem, an is debeat contentari de alio æquè idoneo fideiuſſore, quem debitor ponere velit in locum eius, qui inſtat liberationem: reſolutiuè dicũt doctores quod non, per textũ in lege ſi mandato meo §. primo ff. mandat. docent quos adducit Cancer. allega. cap. 5. de fideiuſſor. num. 131. eis adde Caualca. deciſ. 11. in principio, parte 4. & Vincen. Caro. latè de hoc articulo agentem, per totam deciſ. ſeu caſum 4. idem Caro. de obla. parte 2. quæſt. † 32. per totum, atq; ita *declaraſſe* Senatum Neapolita. auctor eſt Vincen. de Franc. deciſ. 202. verum eſt quòd poſtea dicit poſſe iudicem ex cauſa compellere creditorẽ vt acceptet alium fideiuſſorem æquè idoneũ, aſſerens ſe ita multoties practicaſſe.

26 An autem † poſsit creditor aliquid recipere vt fideiuſſorem liberet, pater Molina de contrac. diſputa. 319. num. 3. reſoluit quòd ſic, circa quod vide Didacum lib. 3. var. capit. 2. num. 6. Ad quã autẽ vſq. quantitatẽ ſit id licitum docet iſdem Molina vbi ſuprà, contradicit Caldas Pereyra in lege ſi curatorem, verbo, *ſua facilitate* nume. 96. vidend. Gaſp. Roder. qui latè diſputat, de annu. redi. lib. 2. cap. 12. nu. 7.

Et ſi recepit, an tempore redemptionis debeat id quod receptum eſt computare, in ſortem principalem, & fideiuſſori reſtituere tractat Muñoz de Scobar de ratiocin. to. 2. de cõpu. computatione ſeu cap. 15. num. 8. vbi etiam tractat an idem ſit de recepto à debitore vt aliquam rem pignori pro cẽſu ſuppoſitam ab eo onere liberaret, & alia in materia dicto cap. & ſequenti tradit valdè digna quæ annotẽtur.

27 Alium † caſum valdè frequentem de iure habemus, prẽter ſupradictos, per quẽ liberem⁹ fideiuſſorem ab obligatione: is eſt per reſtitutionem in integrum ſi minor ſit viginti quinque annis, qui fideiuſsit, probant formaliter iura text⁹, in lege ait prętor §. nõ ſolum j. ff. d minor. lege ſi Titius, & Seya ff. de fideiuſſor. & lege 1. C. de filio fam. minore, quæ generaliter probant, poſſe minorem beneficio reſtitutionis in integrum iuuari aduerſus fideiuſſionem à ſe factam: vbi iura tam clara, & aperta ſunt fruſtra eſt quærere doctorum auctoritates, ſed ad ornatum vide omnes, qui ſuper eis ſcripſerũt, vide Oddum de reſtitutione in integrum parte 2. quæſt. 54. articulo 2. num. 3. vide reliquos qui inferiùs in hanc materiam adducentur.

28 Sed qualis † ſit læſio probanda in hoc articulo, difficultatis eſt non modicæ: id reſoluit * communis dicens nullam eſſe neceſſariam læſionis probationem, ſed eo ipſo quòd minor ſoluere tenetur quantitatem, pro qua fideiuſſit, læſus pręſumitur & ideò reſtitui debet abſque alia probatione læſionis, ſic gloſa in allega. §. non ſolum, verbo, *doceat*, & ibi omnes, Caldas à Pereyra in lege ſi curatorem habens verbo, *ſua facilitate*, nu. 2. verſ. *ſecundo dicitur*, Mauri. de reſtitu. in integrum capit. 234. Gam. deciſ. 162. num. 5. Antonius Gomez var. reſolu. tom. 2. capi. 13. nume. 19. Pater Molina de contracta. diſputa. 540. nume. 21. Petrus Barboſ. in lege 1. parte 3. num. 58. ff. ſolut. matrimo. multa refert, licèt non ſequatur Aymon Craue. cõſ. 613. num. 2. Thomas Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. diſputa. 9. num. 16. verſ. *nam generale eſt*, hac doctrina, in alio caſu ſimili, ſe iuuat expreſsè Sutdus in conſ. 226. numer. 19. licèt (hæc videtur eſſe licẽtia conſulentium, vt quandoq; *p* vno approbent quod validè pro alio reprobauerant) in alijs conſilijs, quæ in diſcurſu allegabuntur, contrariam omninò teneat opinionem, Bartholum habere hos doctores quẽ ſequantur in dicta lege ait prętor §. non ſolum aſſerit Pereyra vbi ſuprà, ſed vereor ne decipiatur: nihil enim tale, ego ſaltem inuenire potui in meo codice.

29 Ratio † eſt quia fideiuſſio nullam vtilitatem affert, ſed magis damnum, & incommodum, continet enim quãdam donationis ſpetiem, Iaſon in lege contra iuris §. qui pecuniã num. 1. ff. de pactis, Pereyra loco ſuprà citato, plura alia in ornatum huius rationis, licèt eam non ſequatur, adducit Ludouicus Moro. reſp. 87. num. 2.

30 Dixi † non ſine cauſa difficultatis eſſe non modicæ, an ſit probanda læſio necne, an verò eo ipſo quòd fideiuſſit minor cenſeatur læſus, quia reperio quòd Morotius vir planè doctus vbi ſuprà nume. 11. ver. *Reſpondeo etiam* id quod communis tenet, non eſſe neceſſarium aliam læſionis probationem, valdè in dubium reuocauit conſtanter tenens cõtrarium, ac probans ex eo §. nonſolum, in quo communis aſſertores ſuam fundant opinionem, id non inferri, dicens ea verba, *ſi minor ſit, & ſe circumuentum doceat*, nõ eſſe ibi ſine miſterio poſita, quæ planè ex vi verbi, *circumuenire*, prę ſe ferunt dolum ex propoſito, videlicèt quòd minor calliditate, machinatione, aut fallacia inductus ſit ad fideiubendum. Sed hæc nunc omittamus quia cum in omnibus fideiuſſionibus ſoleat iuramentũ apponi, benè eſt quòd proprius diſputemus an per illud ſit minori ſublatum reſtitutionis remedium: ſi enim ita eſt, non erit cur de læſione, qualis ſcilicèt ſit neceſſa-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tia quęramus, si verò contra, tunc articulum, quem nunc relinquimus indecisum, reassume mus vlteriùs prosequendum.

31 Et vt † ab vniuersalioribus exordiamur sunt qui autument generale esse in quacunque materia quòd iuramentum faciat sic maiorem minorem vt ei auferat restitutionis remedium, & non possit aliter aduersus contractum à se celebratum ire, quàm posset si maior illum firmasset, prouti cõijcere poteris ex multis, quos allegat Azin. de execu. §. 9. q. 135. Seraphi. priuileg. 96. Ceual. in commu. contra communes q. 171. num. 5. Thesau. decis. 66. num. 4. Tepa. in compen. var. iur. senten. lib. 1. tit. de minor. fol. 136. col. 3. latè Brunorol. à Sole in quęstio. legal. q. 22. per tot. plures alios refert Cæs. Barz. decis. † 74. num. 2. & *approbat* in Camera Imperiali auctor est And. Gayl. obserua. 41. & 65. lib. 2.

32 Verùm † magis communis opinio est quòd iuramentum non auferat beneficium restitutionis si adsit lęsio ad restitutionẽ necessaria, vt refert isdem Gayl. licèt contrariam teneat, allega. obser. 41. n. 4. magis æquã eandem dicit Fran. Mar. q. 21. num. 2. part. 1. sequitur Thesau. vbi supra allega. est, Gram. decis. 101. nume. 77. qui dicit rationem esse quia iuramentum non operatur nisi quia facit maiorem, non autem excludit quin petere possit restitutionem ad-

33 uersus læsionem, quia † (inquit) habens duo iura si vni renunciat alteri renunciare non videtur, ita etiam videtur pręsupponere Pute. decis. 194. lib. 1. egregia est Mathei de Afflic. deci. 322. & ibi elegans additio Vrsil. Anthon. Fab. in suo Cod. lib. 2. tit. 9. de in integ. resti. minor. defi. 1.

34 rationem † reddit his verbis, *Neque enim iusiurandum supplere potest deffectum ętatis in minore vt consilij imbecillitatem, quę in minore maior est, corrigat, faciatve ob id solum quod iurauit, prudentior, & consultior effectus videatur, argumento l. fin. C. de manumis. vindic. Sola autem facilitas minoris, & lubricum ętatis inducit restitutionem l. verum §. sciendum & ll. sequent. ff. de min. in integ. rest.* Isdem Fab. diffi. 8 & diffi. 10. in eo. tit. idem ratificauit postea lib. 2. tit. 15. si aduersus vendi. diffi. 2. num. seu schol. 5. addens nihil id mirum esse quoniam eadem facilitate, & fragilitate quis iurat, qua contrahit, & decipitur, concordat Iul. Cæs. Imbria. de 1. & 2. beneficio considera. 2. num. 36. dicens non eo ipso quòd minor iuramenti virtute maior fit, eiusdem efficatia sagax, prudensq. redditur, Craue. cons. 192. Peregri. consi. 77. numer. 17. Gutier. in repeti. auctẽ. Sacramenta pub. n. 92. C. si aduer. vendi. benè Cagnol. qui pluribus hanc defendit sententiam in repeti. l. 2. num. 102. cum sequent. C. de rescind. vendi. alios, ad facietatem vsque, refert Simoncel. de decret. li. 3. tit. 8. inspec. 18. num. 233. egregia est deci. Cassador. vnica tit. de empti. & vẽdi. Videatur solus Achil. Pedrocca in cons. 26. à num. 1. cum quinque sequent. vbi infinitos penè repetes, qui hanc amplectuntur opinionem, & veriorem appellant ac magis communem, nec esse ab ea in iudicando recedendum, & alia plura dicunt in fauorem opinionis, quæ summè delectant eos, qui eam sequi volunt.

35 In Cathalonia † intrepidè obseruatur hęc opinio: semper enim ex lęsione rescinduntur cõtractus cum minore gesti etiam cum iuramẽto, prout possem, si opotteret, mille exemplaribus comprobare, vnum ex illis affert nob. Ludoui. à Pegue. decis. 155.

36 Sed qualis, † & quanta debeat esse læsio, quæ locum faciat huic restitutioni, non est nostri instituti examinare, videas per doctores suprà citatos, ac signanter per Vrsil. ad Afflic. allega. decis. 322. vbi dicit non esse opus tanta ad id lęsione quanta in maiore, Anthon. Fab. in suo C. lib. 2. tit. 9. de in integ. resti. minor. diffin. 8. vbi sic ait, *Quòd si etiam minor ętas intercedat magis est vt ea quoque lęsio ad restitutionem proficere debeat, quæ nec sit enormis, dummodo non prorsus minima, vt priuilegium aliquod ętatis habeat*, Percy. in l. si curatorem habẽs, verbo, lęsis, in prin. C. de in integ. resti. min. Noster Peguera deci. 155. nu. 2. ver. sed prædictis, dicit sufficere enormem lęsionem ad restitutionem, ac Dida. lib. 1. var. c. 3. num. 11. & Meno. de arbit. lib. 2. cas. 74. qui dicunt esse id in arbitro iudicis positum.

Ex supradictis colligitur quatenus non poterit repelli minor is noster, qui fideiusit, ex eo quòd iurauit, per regulam generalem quòd iuramentum tollat restitutionem, cũ id verum non sit.

37 Sed descendamus † ad particularia, & videamus an saltem in fideiussione sit id speciale vt sic per iuramentum confirmetur vt nulla sit spes rescisionis, etiam per in integrum restitutionem: Qua in re Ludoui. Moto. in allega. cons. 87. nume. 5. constanter defendit partem affirmantem, aduocat in suam opinionem Odofred. Cyn. Salice. Imber. de Bouenco, Simoncel. Craue. & Surd. qui signanter in cons. † 87. num. 15. dicit ita in *declaratum* in Senatu Mantua. & se ita firmiter tenere licèt antea contrariam opinionem taliter in nostri fauorẽ confirmasset vt dubitem meliorẽ posse locus reperiri, quo magis iuuare se quisquã possit qui nobiscum conuenire voluerit, additque

* postea isdem Moro. hanc esse communem opinionem originaliter desumptam à Guid. de Suza. eandem opinionem nouissimè sequutus est Cardin. Manti. de ambig. conuen. lib. 16. tit. 4. Si minor cum iuramento fideiubeat, qui citat in idem Salice. Bal. Afflic. Cur. sen. & Craue.

Fundat

38 Fundat † ſuam opinionem Moro.quòd auct̃en.ſacramenta pub. C.ſi aduer.vendi.habeat locum nedum in obligationibus minorũ pro proprijs rebus factis,ſed etiam pro alienis, exiſtimãs ſufficere quòd obligatio ſit ipſius minoris,licèt res ſit aliena, id quod clariùs dixit Gutier.in allega.auct̃en. n. 119.de fideiuſsione loquẽs:fundat item Moro.ſuã ſententiã quòd † 39 dicta auct̃en. habeat etiam locum in contractibus obligatorijs ex vna tantùm parte, non vltrò citroque,quemadmodum in fideiuſsione, quæ fit à muliere contra Velleyanum,in renũtiatione hypothecę,in donatione,& ſimilibus, arguendo particulariter ab vno quoque ex dictis caſibus ad noſtrum, & ſingulariter dicẽdo quòd quemadmodum in fideiuſsione mulieris,quia lex non prohibet eam, ſed ſi fideiuſſerit,non teneri mulierem declarat,propterea in ramento confirmari dicimus,& ſicut donatio, quæ ſemper damnum affert nunquam commodum,iuramento tamen confirmatur,ſic minor,quia non prohibetur fideiubere,ſed vitiatur ſi fideiubeat,& fideiuſsio ſemper incõmodum,nunquam commodum affert ex ſe, ideò iuramentum robur actui addere dicendum proculdubio videtur.Addo quòd iuramentũ ſit ſeruandum quotieſcunque poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.

40 Hæc ego † omnia iſtis doctoribus libenter concederem in eo quod eorum argumenta probant,quod eſt fideiuſsionis actum à minore factum iuris iurandi religione roborari, ac proindè non poſſe minorem taliter fideiubẽtem iuris remedijs ordinarijs iuuari ea facilitate qua ſi non iuraſſet,ſicuti eſt in reliquis omnibus contractibus,cęterùm ſi ipſe eſt in huiuſmodi fideiuſſione lęſus, non video quamobrẽ debeat reſpectu huius contractus eſſe minor deterioris conditionis,quàm reſpectu aliorũ, ita in terminis Oddus probat de reſti.in integ. p.2.q.54.ar.8.per tot.

41 Difficultas † tamen eſt grauis, quam ſuprà tetigimus,an poſsit in huiuſmodi actu liberalitatis fideiubendi læſio conſiderari, & qualis ea ſit,vel eſſe debeat ſufficiens ad reſtitutionem obtinendam.Qua in re duas reperio ex diametro pugnantes opiniones, prima glo.& doctorum,quos ſuprà adduximus exiſtimantium ex eo ſolo quòd fideiuſsit minor cenſeri læſum,& competere reſtitutionem. Secunda verò Moroſij, & ſequacium, ac etiam Cardin.Manticæ in trac.de ambig. conuen. vbi ſuprà allegatus eſt,& Craue.in conſ.613.num.28.& 29. tenentium nedum non dici eo ipſo læſum quòd fideiuſsit minor,ſed nec ex aliqua cauſa etiam ſuperuenienti,putà deffectus bonorum principalis debitoris,paupertatis ſui ipſius minoris contrahendæ de neceſsitate ſi ſoluere habeat, & aliàs,ac propterea ex nullo læſionis genere imaginato poſſe minorem qui fideiuſsit, reſtitui, ſed tunc tantùm poſſe fideiuſsionis obligationem reſcindi quando malo conſilio,& perſuaſionibus creditoris inductus eſt vt fideiubeat,quia tunc reſtitueretur, ſicuti maior etiam reſtituitur dolo circũuentus, cuius etiã opinionis videtur eſſe noſtras Cancer. libro 3. var.c.7.de pac.nu.159.

Fundamentum primæ opinionis iam diximus inquo conſiſtat,quia ſcilicet nullam vtilitatem affert,ſed magis damnum, & incommodum quandam donationis ſpeciem continens.

42 Secũdæ † verò contrariæ opinionis rationes ſunt quòd parui faciendum ſit ſupradictorum doctorum fundamentum, ſiquidem data validitate fideiuſsionis,prout datur,propter iuramentũ, non debet conſiderari dolus re ipſa ex ipſo fideiuſsionis actu reſultans, nec dolo ex propoſito cõparatur in huiuſmodi actu, in quo minor commodum non ſperat, vt contingit in contractibus vltro citroque obligatorijs,in quibus poteſt verſari damnum, & vtilitas ipſius minoris,non ſecus ac obſeruari quidem videmus in donationibus,quę licèt ex ſe præiudiciales ſint, confirmantur tamen iuramento:Negat poſtea Moro. eſſe verum quòd minor dici poſsit lęſus eo ipſo quòd fideiuſsit, cum nihil tale dicatur in §. non ſolùm, qui ad id vulgò allegatur,imò cum miſterio minorem grauat probatione circumuentionis, ibi, *ſi minor ſit,& ſe circumuentum doceat*, quod verbum, *circumuenire* prę ſe fert dolũ ex propoſito, videlicet calliditate,machinatione,aut fallacia minorem induci ad fideiubendum, quod fruſtra fieret ſi eo ipſo quòd fideiuſsit minor cenſeretur lęſus:argumẽtatur item Moro. ab eo quod obſeruatur in reſtitutione ab omiſſa appellatione,quę non conceditur niſi doceatur de læſione probando ſe aliquid habere, propter quod in appellationis cauſa obtinere debeat, licèt omiſsio ipſa appellandi non minùs nociua ex ſe ipſa apparere videatur, quàm fideiuſsio,& denique inquit quòd ſi ita eſſet quòd in fideiuſsione conſideraretur ex ſe ipſa læſio,deſtrueretur communis doctorum ſententia ſuperiùs relata quòd confirmetur iuramento: id enim fieri non poſſet, cum ab omni iuramento enormiſsima læſio ſemper cenſeatur excepta.Hęc ſunt fundamenta huius opinionis breuibus ſummata, quę colliguntur ex adductis per Moro.in allega.conſ.87.& Surd. in conſ. 46.& 114.vol 1. Addit Craue. in allega. conſ. 613.num. 28.& 29.quòd nec noceat huic opinioni ad conſiderandum lęſionem ſi fideiuſſor non poſſit ſeruari indemnis à principali, quia non ſit ſoluendo,quãdoquidem (inquit)

ſi in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

si in hoc consideraretur lęsio etiam maior ob eam restitueretur, cum etiam maior ex enormissima lęsione contractum rescindat, quod tantùm abest fieri de iure quòd imò in eum 44
tantúm casum, & non aliàs ex natura contractus censeatur fideiussor se obligare, quo discussione facta appareat debitorem non esse soluendo, auct. præsente C. de fideiussor. si ergo non consideratur vlla læsio in maiore cur consideraburtur tam grauis in minore? Adducit præterea in argument. tex. in c. ex rescripto cum ibi not. de iur. iur. vbi mulieri quæ iurauit, non succurritur aduersus fideiussionem, etiam si nihil in bonis debitor habeat, vndè indemnitatem consequatur, & sic ex inopia debitoris læsio non consideratur, rationem reddit quia ad hoc est inuenta fideiussio vt maximè consultum creditori sit cum defectus facultatibus debitor est, vnde rescindi nõ poterit nisi dolo, consilioque malo, aut persuasionibus creditoris inductus quis sit vt fidem suam pro alio daret: si enim ex egestate debitoris læsionem metimur, nulla (inquit) propè fideiussio ad irritum non deducitur, tidiculũq. excussionis faciendę beneficium erit. Hæc
43 Craueta.

Mihi † sicut non placet prior opinio, volens quòd minor eo ipso dicatur lęsus quòd fideiussit, taliter quòd restitui debeat, sic summè displicet posterior quòd nullo casu possit restitui ex lęsione, nisi tantùm ex circumuentione, quę dolo vel machinatione alterius sit causata.

Ad primum moueor quòd non reperiam legem aliquam, quę huiusmodi restitutioni ex sola lęsione, quę ex ipso actu fideiussionis resul- 46
tat, locum concedat, nec tale quid probat I.C. in allega. l. ait prętor in §. non solum ff. de minor. quinimò ad hanc restitutionem requirit probationem circumuentionis, vt dixi, quod non dixisset, si solam ipsam fideiussionẽ inducere læsionem sufficientem existimasset, prout benè adduxit Moro. allega. cons. 87. num. 12. & 13. licèt in interpretatione verbi, *circumuenire*, non modicè sit lapsus, prouti infra videbimus, moueor item quòd quid modicum posset esse id, pro quo fideiussisset minor, vel q̃ pro fideiussione esset soluturus, quo casu omnes sunt in confesso quòd nõ daretur restitutio, Perey. verbo, *sine facultate*, num. 2. Oddus de resti. in integ. part. 2. q. 54. art. 3. num. 14. non est ergo dicendum quòd eo ipso quòd fideiubet minor, vel pro fideiussione soluere habeat, dicatur læsus vt restitutioni sit locus; adde Fab. de dona. vbi inferiùs allegabitur, optima etiam est consideratio eiusdem Moro. num. 18. quòd frustra, imò malè tot patres antiqui de nostra iurisprudentia egregiè meriti docuissent minorem obligari ex fideiussione iurata si læsionem ipsa in se contineret, cum ea censeretur excepta a iuramento, & per consequens non posset dici quòd remaneret minor obligatus.

Nec assentior † consiliationi, quã facit Surd. in allega. cons. 114. num. 11. vbi dicit opinionẽ quòd minor dicatur eo ipso lęsus quòd fideiussit, intelligi procedere non stante iuramento, cęterùm eo existente minimè, quasi potens iuramentum esset ad tollendam lætionem vbi ea reuera est, quod nullibi iura concedunt, prout non obscurè ex his, quę suprà docuimus in hac materia, quæq. tradunt Perey. in allega. l. si curatorem habens verbo, *lęsi*, num. 1 vers. *minor autem contractum*, & Antho. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 30. de rescin. vendi. diffi. 1.

Ad secundum † inducor primò quòd tex. in 45
allega. l. ait prætor §. nonsolùm ff. de minor. quamuis verbo, *circumuenire*, vtatur non requirit dolum, vel malum consiliũ creditoris, quo minorem induxerit ad fideiubendum, quia nõ id semper verbum circumuenire significat, vt in terminis probat tex. in l. si res æstimata 15. §. si mulier. ff. de iu. dot. vbi I. C. circunuentam mulierem dicit, quę seruum non dandum dedit, & quæ minoris eum æstimauit quàm deberet, eo ipso etiam quòd minoris æstimauit, idest circunuentionẽ appellat quod propriè lęsionẽ re ipsa contingentem significat, idem probat I.C. in l. item si prætio §. fi. iũcta ibi glo. verbo, *circumscribere* ff. loca. benè verum est quòd propriè, vt Moro. vult vbi suprà num. 13. verbũ circunuenire, dolum ex proposito, & machinationem importat, sequitur Pet. Broseu. in thesau. selec. sentẽ. posito in lib. qui sextũ volumẽ iuris ciuilis appellatur, verbo circũuẽtio, vbi signanter † docet quòd circumuentio alia fit re, alia dolo, impropriè tamen quando dolum nõ continet, & Tiberius Decia. prosequitur in tracta. crim. lib. 1. c. 4. de dolo, nume. 5. & colligitur ex defin. Fabri in suo Cod. lib. 2. tit. 9. de in integ. resti. min. & ex iuribus, quæ per eum ibi allegantur, nobis tamen sufficit ad propositum quòd leges verbum, *circumuenire*, vsurpauerint maxime in hac eadem restitutionis materia, pro lætione, in qua non sit dolus, vt credere valeamus in eadem significatione vsurpatum illud esse in allega. §. non solùm.

Et quod magis id mihi persuadet est l. si Titius, & Seya iam in principio allega. ff. de fideiussoribus, vbi loquens I.C. de hac eadem restitutionis aduersus fideiussionem materia, postquàm priùs simpliciter dixit aduersus fideiussionem dari restitutionem postea tractat quid dicendum quando dolo creditoris minor inductus ad fideiubendum fuisset, in quibus clarè monstrat I.C. non esse necessarium ad restitutionem obtinendam dolum creditoris inducentis minorem ad fideiubendum.

Acc edit

47 Accedit† quòd dolus re ipſa pari paſſu ambulet cum dolo ex propoſito, in hac ſignanter reſtitutionis materia, vt probat abundè Perey. verbo, *laſis*, num. 1. verſ. *dolus autem ex propoſito*, in l. ſi curatorem habens, de in integ. reſtitu. Meno. de arbit. q. 71. num. 18. idem colligitur ex his, quę docuimus ſuprà in 5. par. glo. 9. clauſula 4. nu. 211. adde in terminis Pedrocham allega. conſ. 26. nu. 32. & 33.

48 Moueor† ſecundò vt mihi diſpliceat ſecũda opinio ſupetiùs relata, ex eo quòd nolim concedere contractum fideiuſsionis tam ſimplicem vt doctores faciunt, vt nulla correſpecti uitas, & reciprocatio, cui læſio poſsit inhęrere, conſiderari in eo valeat: ęquiperationem enim de ſimplici donatione cũ noſtra fideiuſsione negligo, in illa enim veriſimum eſt quòd nulla correſpectiuitas poteſt conſiderari, taliter enim damnum continere in ſe actus dicitur vt nullo modo poſsit non continere, nullo etiam modo vtilis eſſe: noſtra tamen fideiuſsio licèt vtilitatem nunquam afferre poſſe videatur, poteſt tamen quandoque non afferre incommodum, veluti quando debitor eſt ſoluẽdo, & huc intrat correſpectiuitas, & reciprocatio omnino in ſimplici donatione inconſiderabilis, & hũc intrat læſio ſi ſuccedat quòd, præter ſpem, quę in omnibus fideiuſſoribus eſt de ſeruándis indẽnibus à debitore, vt eſt natura contractus, ſolue re pro ipſo habeãt ſine ſpe recuperationis: hæc eſt ratio naturalis, quæ nulla eget comprobatione: in donatione qui eam facit nihil cogitat niſi de perdendo, & iactando ſuo, qui verò fideiubet nunquam tale conſiderat, non enim *is qui fideiubet vtique donat, nec donandi animum habere dicitur, iuxta* l. C. ſententiam *in* l. 1. §. *ſi fideiubet* ff. *ſi quid in fraud. patro.* Hering. de fideiuſ. c. 1. num. 46. & c. 7. num. 95. imò eſt indubitatum quòd ſi quis arbitraretur ſe de neceſsitate fideiuſsionem ſoluturum, nunquã fideiuberet, ſemper enim exiſtimãt indemnes

49 fieri à debitore, indè fit† quòd vix vnquam pau peres fideiuſſores reperiant, propter periculũ, quod imminet de perdendo, diuitibus verò omnes ſe offerunt fideiuſſuri: Id quod conſiderauit egregiè, & nobis cõcedit Sfor. Oddo de reſti. in integ. part. 2. q. 54. art. 8. nume. 33. vbi † dicit ſe ita conſuluiſſe, & *obtinuiſſe*, ſequuntur Fab. de Anna in conſ. 72. num. 24. Peregri. conſ. 77. num. 17. vol. 1. vbi refert plura conſilia Socini dicentis quòd maxima eſſet iniquitas ſi minori ſic enormiſsimè læſo prætextu iuramenti non ſuccurreretur, cõcedere id viſus eſt Afflic. † cum ſuo *Senatu Neapoli.* deciſ. 322. benè hanc noſtram perpendit contra ſe Surd. conſ. 46. n. 1. vol. 1. licèt ei ſatisfacere conetur nume. 16. verſi. *demum*, & nume. ſequenti, ſed an rectè, ingenioſi lectoris iudicio relinquo dijudican-

dum qui, qualis de iure habenda ſit, rationem habeat de verbis huius doctoris in fine d. num. 17. poſitis, & *ex prædictis apparet non benè ſentire Afflic. & Sotin. dum voluerunt conſiderari enormiſſimam læſionem in fideiuſſione: Si enim cogitaſſent de prædictis rationibus vtique aliud dixiſſent &c.* Et quam, quæſo, aliam conſiderationem faciũt doctores qui minori concedunt reſtitutionem aduerſus aditam, vel repudiatã hęreditatem, niſi hanc, quòd in primo caſu exiſtimans minor hæreditatem lucroſam eam adiuit, fuit tamen deceptus quia reperit eam poſtea damnoſam: & è conuerſo in repudiatione, quia eã facit exiſtimans damnoſam hæreditatem, quã poſtea agnoſcit lucroſam, qua de re vide Oddũ in 2. p. q. 62. per multos ar. & Perey. verbo, *laſis*, à nu. 41. & nu. 50.

50 Vndè fit† quòd non aſſentiar in his noſtrati Iacobo Cancer. lib. 3. var. cap. 7. de pactis *num. 159.* vbi contra Oddum, & Fab. de Anna, imò & contra noſtrum ſacrum Senatum, vt ipſe dicit, noluit conſiderare hanc correſpectiuitatem, cum nulla, ſuo iudicio, ſit reſpectu creditoris, qui (inquit) attendi debet, cum attẽdatur quod principaliter agitur, & verba contractus debeant ad contrahentes referri principaliter, & per conſequens nulla læſio ſufficiens adeſt ad reſtitutionem: nam non eſt ſemper neceſſariũ (ego reſpõdeo) quòd reſpectiuitas hæc conſideretur reſpectu perſonarum, niſi tantùm quando allegatur dolus aduerſarij, non quando ex enormiſsima læſione dolus re ipſa, veluti in omnibus contractibus vltro, citroque obligatorijs correſpectiuitas prędicta conſideratur reſpectu dati, & recepti, & in alijs contractibus ex vna tantùm parte obligatorijs conſideratur correſpectiuitas eo modo quo ſuprà, vel non eſt neceſſarium quòd cõſideretur, ſed quãdo læſiuus contractus ex ſe apparet, id ſufficere videtur vt fiat locus reſtitutioni, vti depræhendes ex alijs, quæ infrà tradentur.

51 Et ſi† & vbi contractum hunc noſtrum conſiderare velimus ſimplicem ſicut donationem, & ei illum omnino comparare, prout doctores volunt, qui contra noſtram opinionem ſcripſe runt, adhuc non eſt iuſtum quòd ipſi tantopere minoribus, quibus aliàs omnia iura fauere ſolẽt, aduerſentur, & eos tam malo aſpectu intueantur vt omni prorſus remedio diſtitutos relinquant, ſed ſaltem concedant eis fideiubentibus quod non negarent donantibus, reſtitutionem ſcilicet ex enormi, & euidenti læſione, veluti quando donant ſine cauſa, & re ſua ſe ſpoliant, vt ex pluribus reſoluit Theſau. * deciſ. 66. num. 2. vbi dicit communem hanc eſſe ſententiam, quam (inquit) ſemper Senatus † vbi caſus contigit *obſeruauit* ſine vlla difficultate. Idem poſtea dixit eius filius Gaſpar Theſau.

sau. in additione ad d. decis. & de obseruantia eiusdem Senatus testatur, quod idem nostrum
† etiam Senatum *amplexum* fuisse docet Cancer. vbi suprà allegatus est num. 158. probat Peregri. allega. cons. 77. num. 35. dicens rescindendā donationem vbi excedit dimidium bonorum donantis, post Alcia. in cons. 33. nume. 15. lib. 2. quod nec Surd. negauit in cita. cons. 46. nu. 17. in fi. dicens decisionem Afflic. superiùs adductam saluari posse in suo casu, quia enormissimam læsionem deducit ex eo quòd fideiussio præstita absorbebat omnia bona minoris, quo casu (inquit) etiam si donasset non sustineretur donatio, quia esset prodigalitas vt in donatione omnium bonorum, vel maioris partis considerāt in proposito Alcia. & alij, quos idem Surd. refert extensè, alios refert Stepha. Gratia. decis. prouin. March. 40. nu. 2.

52 Ex quibus † omnibus non esse difficile, arbitror comprehendere quòd nostra sit in his opinio, non censeri minorem læsum, taliter quòd sibi competat restitutio aduersus fideiussionē, eo ipso quòd fideiusit, sed imò probandam, & iustificandam fore causam, vnde aliter contingat læsio, veluti quòd non possit indemnis seruari à principali, vel etiam quòd fideiussio ipsa, id est quod pro ea est soluēdum, occupet, & absorbeat omnia bona minoris fideiubentis, vel illorum maiorem partem, vti à doctoribus superiùs adductis comprobatur, & est egre
† gia Senatus Neapoli. *decisio* apud Afflic. 322. vel ii vtrumque probari poterit & quod pauper remanere debeat minor si soluere habeat ex eo quòd absorbeat fideiussio maiorem partem suorum bonorum, & quòd indemnitatem consequi à debitore nō possit, melius quidem erit facilliùsque obtinebitur rescisio, viden Fabia.
53 de Anca cons. 73. n. 24. vbi dicit † opinionem quòd non detur restitutio aduersus fideiussionem procedere quando minor fideiubens esset in modico damno, secus si in totali damno, vel in maxima quantitate lederetur, quia conseruari non posset indemnis.

54 Egregia † est decisio Senatus Pedemon. apud 55
† Thesau. 123. vbi fuit *decisum* subueniri mulieri aduersus fideiussionem iuratam pro matito factam si adsit enormis læsio, putà quòd remansura sit omnino indotata, vel amissura maiorē partem dotis propter fideiussionem, cur ergo non idem considerabimus in minore, ego non video.

Bis ego vidi in nostro Senatu super hoc casu
† *decisum & declaratum* in fauorem minoris qui fideiusserat, & iurauerat, subueniendo ei per restitutionem in integrum, primò referente egregio Senatore Hieronymo Seniust in causa Gabrielis Soler contra Michaelem Meuines, & Anthoniū Liset, scriba Iosepho Cortes, sub die 12. Iunij 1603. sumendo pro motiuo quòd constabat de enormissima læsione ex eo facto resultanti quia constabat minorem esse pauperem, & fideiussionem pro magna quantitate, nec indēnitatem posse expectari à principali, nec à confideiussoribus, tum propter plures oppositiones aduersus exequutionem, quæ contra eos fiebat, factas per alios creditores, tū etiam propterea quia constabat creditorem non obstante, quòd duo, aut tres menses essent elapsi quòd retroclamum exposuerat contra eos, non poterat quicquam recuperare ab eis, vel exigere pro suo credito.

† Secundò verò idem *declaratum* fuit sub die 9. Iulij 1610. referente egregio Senatore Francisco Mijauila, & Franqueza in causa nobilis Ioannis de Vilanoua contra Franciscum Maria de Atria, Scriba Bartholomeo Balle, sumendo solùm pro motiuo quòd nō poterat minor indemnis seruari à principali, nec à confideiussoribꝰ propter plures oppositiones, quę per alios creditores in bonis nonnullorum ex eis in eodem processu fuerant factæ, tum etiam propter supersedimenta in executione bonorum, quę contra alios ex ipsis fiebat, prouisa, quę nō erant adhuc sublata.

Ex simili causa, quia non poterat fideiussor seruari indemnis à principali, † *declaratum* aliquādo fuisse colligere licet ex dictis per Aym. Craue. in cons. 613. in principio cōsilij, vbi dicit pro fideiussore declaratum cum nume. 18. vbi tradit hanc à fideiussore pro læsione causam allegatam quòd debitor non esset soluendo, & num. 29. dicit fuisse per iudicem ex inopia debitoris restitutum. Tradit etiam in confirmatio
† nem suprà dictorum Peregri. fuisse *declaratum* in cons. 77. in fin. idem in casu quo emerserat debitū ingens, & debitor principalis foro cessserat, ita vt nulla esset spes reintegrationis, per quæ egregiè prædictæ declarationes in sacro nostro Senatu factæ illustrantur, amplectitur eandem nostram opinionē Achil. Pedro. in cons. 26. superiùs allegato.

55 Hęc dixi † non quòd existimem nisi concurrant quæ in duabus nostris decisionibus concurrebant, paupertas scilicet fideiussoris, & impossibilitas indemnitatis consequendæ à debitore, vel hoc vltimum taurùm, denegandam semper esse minori restitutionem, nunquam concedendam, quia cum hæc læsionis materia arbitraria, vt dixi, sit, possitque ex variis figuris causarum deprehendi, indè fit quòd plures poterunt forsan alij occurere casus, non minus, quàm isti, iusti vt concedatur restitutio, eos facili forsan negocio quilibet deprehendere poterit ex Meno. vbi suprà allegatus est de arbit. iud. lib. 2. casu 73. cum aliquibus sequent. Craue. in cons. 192. per tot. Gam. decis. 198. Cabedo

decis.

decis.70.part.1.per tot. post Cassador. allega. decis.vni. de emp. & vendi. Insignis est locus Francisci Muñoz de Scobar de ratiocin.computa.6.per tot.Oddus de testi.in integ. parte 1. q.4.art.13.per tot.alios ad idem supra adduximus videndos,qui explicant quando, & quæ dicatur enormissima læsio,& quę enormis, & qualiter id resideat in arbitrio iudicis dijudicare,ac vndè debeat sumi istud iudicium.

56 Ex hac † radice oritur quòd non censeam semper ac omnino esse falsam glo. opinionem à non paucis valdè execratam in l.1.C. de filio fam.minor.quam tamen plures alij sequũtur, & signanter Oddus de testi.in integ. allega. q. * 54.art.5.qui dicit communem, & Lanar. cons. 16.nume.3.& referunt Surd.allega.cons.46.nu. 17.& Moro.allega.cons.87.num.24. in fi. quæ tenet dari minori restitutionem aduersus fideiussionem antequam soluat, etiam si posset à 57 debitore seruari indemnis,quia † interest potiùs non soluere,quàm solutum repetere,& litibus implicari:cum enim consideratio læsionis,vt diximus,sit tota in arbitrio iudicis posita tantum is damnum posset considerare in minore ex solutione per eum fienda,veluti si pro ea forent eius bona distrahenda, ac multę expensæ sustinendę,taliter quòd post tot damnũ passum teneretur inermis, ideſt sine pecunia, contra debitorem agere pro recuperatione, maximè quando ipse est diues,vel aliàs potes, quis,quæso,hoc casu,vel simili negaret restitutionem? certè nemo,qui præsertim considera- 58 ret † nec denegari à Iurisconsultis pro lęsioribus valdè cautis,vluti in l.minoribus ff. de minor.aduersus eorum facta,propter quæ oportet 59 eos litibus molestari,& † in l. si in emptionem ff.de minor.restituitur minor ex sola causa affectionis quia res fuerat maiorum, quando ab alio superatus est in licitatione, vt admittatur ad emendum, & beneficio restitutionis superanti præferatur,Vincen.de Franch. decis. 17. numer. 18. quam opinionem tantò magis iuri consonam iudicabit qui amaritudines expertus fuerit,quę eum sequuntur,qui distractis sibi imprimis omnibus bonis pro fideiussione absque eo quòd auditetur nec in citando principalem vt eadem sententia condemnaretur, nec in alia quacunq.exceptione,quia se,prout fieri adsolet, cum instrumento garentigio obligauerat,qui(inquam)sic imprimis bonis priuatus,& spoliatus,habet postea toto vitę tempore(& quandoque relinquendo, post eam,hoc opus hæredi) cum principali, quem fingimus diuitem,& potentem,litigare, innu- 63 mera penè sunt damna, quę indè sequuntur, quæ vt euitet minor,non foret forsan iniustum quòd sibi restitutio concederetur.

60 Supereſt † vt tollamus quosdam obices,qui remanere adhuc videntur ex his, quæ in superioribus retulimus ex doctoribus in discursu enarratis.Primus est eorum qui requirunt correspectiuitatem ad aliquem contrahentem vt læsio sit considerabilis,taliter quòd aliàs existimetur considerari non posse. Secundus illorũ qui existimant non posse dici in minore læsionem enormissimam, quę nulla in maiore est, inferentes indè quòd quia in nostra fideiussione nõ potest cõsiderari aliqua correspectiuitas, cui aliqua læsio inhæreat,nec ipsa respectu maioris continet aliquã lęsionem cõsiderabilem, indè fit quòd non debeat dari restitutio.

Sed respondemus ad vtrunque argumentũ frustra ea fieri ad destructionem nostræ restitutionis,postquam iura habemus expressa, quæ eam permittunt,& concedunt, quæque probauimus habere locum nedum quando dolo ex proposito, & malo consilio minor inductus fuit ad fideiubendum,sed etiam quando aliàs læsio te ipsa contingit.

61 Secundò † dicimus nullius esse considerationis quòd nulla adsit correspectiuitas,nullaque lęsio deducibilis in iudicio respectu maioris fideiubentis, quia nullum est inconueniens quòd nihilominùs consideretur talis respectu minoris,quę locum faciat restitutioni,sicuti videmus in donatione,& liberatione gratuita,Anthon.Fab.in suo Cõd .tit.de rescin.vẽdi. diffi. 8. in damnosa delegatione debitoris, quam recepit,& acceptauit minor existimans eum esse magis soluendo, quàm priorem,cum tamen contrarium postea repertum sit, idem Fab.vbi suprà diffi.10.in repudiatione hæreditatis, in præscriptione, in actib⁹ iudicialibus & alijs rebus,quæ ibi enumerantur latissimè ab Oddo de testi.in integ.in tota secunda part.illius tractatus,in quibus licèt nulla quoad maiorem considerari valeat læsio,quæ in aliquo ei prodesse possit si deducatur in iudicio,nec aliquis in eis sit respectus,vel correspectiuitas ad aliquã personã,vel aliquid datũ,vel acceptũ,nihilominús respectu minoris tantæ sunt considerationis,vt si huiusmodi actus gerat minor, restituitur proculdubio aduersus eos.

62 Circa † eãdẽ hãc,à qua quia pulchra, vix possũ m⁹ nos expedire,fideiussorũ materiã,tractat noster Cancer.in allega.c.de fideiuss.lib.2.var.à n. 5.nunquid fideiussor censualis possit à creditore emere illud,& pensiones exigere in futurũ, actionibus sibi cessis à creditore, sicut posset quilibet alius extraneus,& tenet quòd non, & quòd solùm tenebitur debitor ad prętium cẽ- sualis,eo quòd † censeatur, per dictam emptionem,redemptum potiùs,quàm emptum,allegat tex.cum ibi nota.per Cyn.& alios in l.1.C. dolo,& in l.si mandato 13.§.1.ff.mandat.l. fideiussor,& l.cum secundus §.1.ff. de distrac. pig. ac l.

ac l.paulus ff.de fideiuſſ.aduocat poſtea in ſuã opinioné Pet.Belluga in Specul.prin. tub. 24. verſ.*poſtremò*, nu.6.& noſtrum Mier.tit. de tutel.parte 1.fol.132.col.2.numer.22.

In eadẽ opinione cõcurrit Franciſcus Muñoz de Scobar in tracta. de tatiocin. computa. 17. vbi per totam illam,articulum diſputat.

64 Mouentur † omnes argumento legum prę dictarum, quæ fuere paulò ſuperiùs allegatæ, in quibus habetur quòd fideiuſſor non poteſt ſibi pignus emere,ſed oblata ſibi pecunia cum vſuris tenetur rem reſtituere vnà cum fructibus,ratio eſt quia fideiuſſor cenſetur habere mandatum ad ſoluendum,l. indebitam ff. de condic.indeb. & ad,per ſolutionem, liberandum,& redimendum pignus,cum teneatur ſtatim atque ſatisfactus eſt creditor illud reſtituere iuxta l.2.C. manda .ideò ſi, facta oblatione vt ſuprà à debitore, dicat pro ſe emiſſe pignus, venit contra fidem promiſſam,& eam rumpere dicitur,& proindè dolum commitit, tene-

65 turque propterea actione mandati (nõ †de dolo, prout propriè ſumitur ſicuti plures arbitrantur decepti ex eo quòd l. 1. de qua ſuprà, quæ de hoc agit, ſit collocata ſub tit. de dolo maloid enim perperam factum fuiſſe auctor eſt nobis Iacob. Cuia.obſerua.lib. 3.cap.37. vocans eam,cum alijs plutibus,legem fugitiuam, ex eo quòd à ſuo titulo mandati, vbi collocari debuerat,reiecta fuit,in eum tit.de dolo minùs proprium tranſlata) propter fidem ſuſceptam fic rupram,ſiue non ſeruatam ad pignus reſtituendum ſpreta emptione pet eum de pignore facta,ſeu ea pro luytione, ad quam ex fide tenebatur,habita, ſic dictis iuribus probatur, & ſic declarant Bar.& Bal.ac reliqui ſcribentes in d.l.1.C.de dolo,Vincen.de Franch.deci. 69. à nume.7 Meno. de prę ſump.lib. 3. præſump.

66 121.à nume.6.qui † idem volunt eſſe in ſecũdo creditore emente, licèt alia ratione,quia ſcilicet non tam acquirendi dominij,quàm ſeruãdi pignoris ſui cauſa intelligitur pecuniam dediſſe,ſicuti dicebat Iureconſultus in l. cum ſecundus §.1.cum l.ſequenti ff.de diſtrac.pig.Euerar.in top.lega.loco à tãquam, ſeu reſpectiuis,

67 num.34.vbi ſignanter docet †argumentum de tamquam ſiue regulam,de qua ſuprà meminerat,*poteſt quis vt alius quod non poteſt vt ipſe*, non procedere,nec locum habere vbi aliquem impedit fides ratione conuentionis, allegat ad id l.1.C.de dolo,& l.ſi mandato Titij § 1.ff.mãda. ſublimitationem poſtea † tradit,quã quia facilimam,& circa quam vix eſt qui poſſet dubitare,licèt eam magni faciat iſdem Euerar. &

68 non modicè laudet Hering.vbi mox allegabitur,ego omiſiſſem libenter niſi viderem mirè per eam declarari quod is doctor tradit ad noſtrũ propoſitũ:Dicit ergo quòd limitatio ſublimitatur vt procedat eatenus tantùm, quatenus eſt facta conuentio,ſeu promiſſio, hoc eſt reſpectu rei,reſpectu cuius fuit facta conuentio,prout loquuntur dicta iura, veluti dicendo quòd fideiuſſor prohibetur emere pignus, quod datum eſt ratione obligationis,in qua ipſe fideiuſſit,non verò pignus,quod ratione alterius obligationis eſſet traditum,quia(inquit) in hoc non videtur rumpere promiſſionem de luẽdo pignus,quam non fecit,Moro. in tracta. de ſecundo creditore offerente in ſuo reſponſorum libro in fin. ponto nume. 17. Videndus denique eſt ad ea, quæ tractabamus antequam ad proximè adducta diuerteremus Anthon.Hering.German. qui nouiſſimè tractatũ de fideiuſſoribus conſcripſit c.26.à nu. 109. vbi de his agit.

69 Addunt ſupradicti doctores † præſumptione iuris,& de iure,quę non admittit probationem in contrarium,niſi per confeſsionem partis,cenſeri fideiuſſorem ſuſcepiſſe mandatum de emendo pignus pro debitore,vndè ſi dicat pro ſe emiſſe,fidem rumpit,& tenetur actione de dolo,ſeu(vt alij volunt) mandati, propter dolum ex d.l.1.C.de dolo, latè hanc rem expédit Caballi.de vſur.num. 347. Vel etiam fidem rũpere dicitur fideiuſſor volendo titulo emptionis pignus acquirere,quod iam creditor tenebatur ei,ſi pecuniam ab eo exigebat,tradere vt pignoratitio, ſicut creditor, titulo haberet nomine debitoris,prout probat l.2.C. manda. & hoc eſt quod dicit l.C.in l.2.ff.de diſtrac.pig. vbi poſtquam reſoluit ſecundum creditorem poſſe fideiuſſori,qui emit pignus, nihilominùs offerre,ſubnectit hęc verba *Nam huiuſmodi vẽditio trans ferendi pignoris cauſa neceſſitate iuris fieri ſolet*, prouti declarat ibi glo.*transferendi*, volẽdo igitur nouo titulo emptionis tam damnoſo debitori,vt palam eſt,illud acquirere,cenſeri debet proculdubio fideiuſſor fidem rumpere,ſeu fidem bonam non ſeruare.

Sic,dicunt ſupradicti doctores, qui partes debitoris agunt,dici debet in fideiuſſore cenſualis,quòd cum cenſeatur habere mandatum de luendo,& illud extinguendo,non videtur iuſtum quòd velit titulo emptionis illud acquirere in perniciem debitoris.

70 Hoc † argumentum habent ſupradicti doctores,quo ſuam fundent intentionem, non plura,nec pauciora.Quo tamen non obſtante contrariam nos de iure procedere opinionem ſine dubio exiſtimamus ſequentes auctoritatẽ moderni Pariſienſis,(quem ad litteram & fideliſſimè tranſcripſerunt Caballi.de vſur. nume. 344.& 349.& Gaſp.Roder.de annu.redi. lib.2. cap.17.nume.11.& 18.)ac Felicia.de Solis(licèt, & malè,à noſtro Cancer.& Scobar in contrarium allegetur)de cenſ.lib.3.c.2.num. 18. verſ.

idem q

UAB Biblioteca de Ciències Socials

idemque statuit, qui eandem opinionem tenēt, idem post hęc scripta vidi tenuisse, & ratificasse eandem Solis in 2. tomo tracta. de cens. lib. 3. cap. 2. num. 11. vbi conquęritur de illis, qui cōtrarium tenere voluerunt tribuens id humanarum rerū incōstantiæ, atque varietati & disciplinarum incertitudini, quæ est vt quod magis certum creditur, opinionū fluctibus subiaceat, & postea respōdet ad l. 1. C. de dolo, quam disputans eandem quæstionem in primo tomo vbi suprà allegatus est, monstrat se non vidisse, licèt tam vulgata sit, & triuialis in hac materia, additque rem hanc, idest nostram opinionem
71 apud omnes certam, & exploratam esse. Ego † (inquam) pro fideiussore tenendum arbitror, hoc solo ductus argumento quòd nullibi reperiatur prohibitum quòd fideiussor emat nomē debitoris, pro quo fideiussit, & in locum creditoris sic emendo succedat, prout non semel dicit Roder. ex ore illius cuius dicta transcripsit, in allega. cap. 17. & probant non obscurè allegatæ ll. fideiussor, & cum prior, de distrac. pig. apertiùs l. Paulus 60. ff. de fideiuss. quæ habet fideiussorem, qui emere pignus voluit, nō emptoris loco substitutum videri, sed eius, qui pignora accepit, & ideò rationem fructuum, & vsurarum haberi oportere.

Nihil ergo vetare debet quin noster fideiussor emat nomen debitoris, & per eā emptionem in locum creditoris succedat, pensiones censualis exigendo sicut creditor, quemadmodum in legibus suprà allegatis ei permittitur quòd per emptionem, vel cessionem pignoris in locum creditorum positus cernatur omnibus, & singulis prærogatiuis gaudendo, quibus gaudere possunt, & debent veri creditores. Et quę inuidia est, vt isdem Roder. cap 13. eiusdem lib. 2. de annu. redi. n. 2. dicebat, quòd nolit debitor permittere fideiussori ementi, qui aliàs de ipso fideiubendo fuit non modicè benemeritus, quòd pensiones recipiat sicut creditor recipiebat, postquam per eam emptionē non est eius ius in aliquo deterius effectum, cū nec collusori, nec malæ fidei possessori id denegetur, posse scilicet in locum creditoris omninò surrogari iuxta l. 1. C. si vendito pignor.

72 Nec † facessit negotium, argumentū quod de fideiussore volente emere pignus ad nostrum emptorem censualis fiebat per aduersæ opinionis assertores: nam id est omnino inapplicabile: longè enim, latèque hæc intersese differunt: nullibi enim reperitur quòd fideiussor dicatur habere mandatum ad luendum censuale, vel aliàs illius proprietatem soluendum, sicuti habere diximus de soluendo alio quocunq. debito, & per illius solutionē luendo pignore: Itē illud quod fit in pignore, emere est rem debitoris, quæ in illius bonis est, hoc verò nomē ipsius, quod extra illius bona dicitur proculdubio esse: Quatuor ex his differentijs, quæ inter hæc considerari possent, adducit Roder. d. cap. 17. à num. 17. vt indè inferamus quòd sicut in illis tantopere differunt, sic in hoc, quem tractamus, casu, posse differre, concedamus: Prima est quòd creditor liberè potest disponere de nomine debitoris, & iure suo, quod suprà debitorem habet eo & inuito, & inscio, iuxta l. in re mādata C. mādati: est enim
73 † verus dominus l. 3. C. de hęred. & actio. vēd. nō sic est in pignore, quia illud non quomodo libet potest creditor vendere, sed legis forma
74 seruata. Secunda quia † creditor tenetur cedere, & seu vendere ius suum cuicunque offerenti dum ius offerendi habeat, veluti secundo creditori, & tertio possessori, & alijs, non tamen
75 cogitur vendere pignus. Tertia quia † cessionario iuris creditoris potest offerri quemadmodū & ipsi creditori, non tamen idem potest fieri
76 emptori pignoris. Quarta denique † quia in emptione nominis debitoris non est differentia inter fideiussorem, & extraneum, cum nullibi reperiatur stabilita, secus est in emptione pignoris, vt ex superioribus liquet.

Ex his differentijs colligere cuique erit facile qualiter non debeat licere à casibus tam diuersis in proposito arguere maximè quando, prout in nostro casu, sequeretur legum correctio superiùs adductarum, quæ permittūt fideiussori succedere sine difficultate in ius creditoris etiam si illud vsurarium sit, vel quodlibet aliud.

77 Sed † quid respondebimus ad d. l. 1. C. de dolo, & alias concordantes, certè nihil aliud quàm quòd loquuntur in emptione pignoris, quod est debitoris, nos in emptione nominis ipsius debitoris, quod est creditoris, inter quos casus quanta sit differentia satis explicuimus.

78 Et si † perconteris quare prohibuit ius fideiussori posse emere pignus volens emptionem reducendam, & transferendam in luitionem, cum id permittat cuicunque alteri personæ, dicam id esse extra materiam huius capituli, & ideò non teneri me ad responsionem, forsan accommodari posset huic rei quod dicitur in l. non omnium ff. de leg. non omnium quæ à maioribus nostris tradita sunt rationē reddi posse: si respectu huius fideiussoris considerari posset
79 aliqua suspitio fraudis, prout † in tutore volente emere rem pupilli per l. si in emptione §. fin. ff. de contrac. emp. l. licèt ff. eo. tit. & l. pupillus §. si per interpositam ff. de auctor. tut. qua de relatè agunt Pet. Dueñas reg. 31. versi. 2. regula, Caual. de tuto. & cura. num. 178. Surd. cons. 9. num. 33. cum alijs, plenè Gutier. de iura. confir. 1. part. cap. 40. in prin. & pleniùs de tute. part. 2. cap. 15.

c.15.per tot.& in alijs perſonis,quæ prohibentur emere:ſi(inquam) in fideiuſſore pignoris poſſet alicuius fraudis in emptione cõmittẽdæ ſuſpitio cõſiderari,tranſeatquòd prohiberetur emere,cæterùm ea non militante durum videtur quod ſibi,aliàs de debitore egregiè fideiubendo merito,emptio prohibeatur,quę extraneo,& incognito permittitur.Sed hæc alterius ſunt ſpeculationis hic non neceſſariæ.

80 Addamus † huic diſcurſui in fauorem noſtræ opinionis facto inconueniens maximum, & intollerabile abſurdum, quod ex obſeruatione contrariæ opinionis ſequeretur,ponam' quòd fideiuſſor annui reditus illum emit à creditore,& quòd huiuſmodi emptio reſoluatur in ſimplicem luitionem,quæro ego quid faciet poſtmodum is fideiuſſor,petet ne prętium ſolutum cum vſuris? minime gentium, quia ad id compelli non poteſt debitor, cũ in manu ſua ſit quãdo velit redimere, non creditoris,vel fideiuſſoris quando velint eſſe redemptum, in quo deceptus videtur noſter Cancer. dum in loco ſuperiùs allegato,vt diximus,docuit poſſe fideiuſſorem agere ad prætiũ in caſu, de quo tractamus:quid ergo faciet? exiget vſuras ſolitas(in Cathalonia ad rationem ſolidi pro libra à die litis motę)hoc tollerabile foret in cenſualibus,quæ ad dictam rationem ſolent vendi vt perpetuò durent, quia recipere quinque pro centum ratione penſionis cenſualis non extincti,vel ratione vſuræ,& intereſſe pecuniæ ſolutæ extincto iam cenſuali,idem eſſet:ſed ponamus non cenſuale,ſed violariũ eſſe cẽſum,qui emptus à fideiuſſore fuit,cuius in Cathalonia penſio ſolet eſſe ad rationem quindecim pro centum & quinque, ad duas tantùm vitas per emptorem nominatas duraturi, quid, quæſo, in hoc caſu obſeruabitur? Idem proculdubio, ſi contraria noſtræ ſequatur opinio quòd fideiuſſor cõſequetur tantùm(idque in noſtra Cathalonia iuxta obſeruatum ſtylum,& conſuetudinem) à die litis motę intereſſe pecuniæ ad rationem ſolidi pro libra,& non vltra duraturum non ſicut in cenſuali perpetuò, ſed ad tempus vitę illorum, qui nominati ſunt, qui 83 ſicut poſſunt multum, diuque viuere, ſic poſſunt continuò mori : ſi id fiat quę, quæſo, maior iniquitas ? quæ maior inuidia ? quòd non concedatur fideiuſſori tam egregiè aliàs de debitore benemerito quòd ſua cum pecunia non æquetur creditori, & in ius illius ſuccedat, poſtquam ſic non alteratur, nec in minimo ius propterea debitoris deterioratur: melius eſt ergo quòd noſtram teneamus opinionem ſtabilientem poſſe fideiuſſorem in ius,& locum creditoris ſuccedendo per emptionem,pẽſiones exigere,& omnia facere,quę creditor poterat.

81 Ad † auctoritatem doctorum, qui contrariam tenere opinionem allegantur, reſpondemus generaliter quòd vel in noſtro caſu non ſunt loquuti,prout Belluga. & Mier. quamuis à Cancer.ad id allegentur,vel cum ipſi in nullo alio fundent ſuam opinionem, prętęrquam in argumento ducto ab emptione pignoris ad emptionẽ annui reditus, & nos iã ſuprà monſtrauimus quantùm vnũ ab alio diſtet, ideò nõ arbitror opus eſſe quòd aliud dicamus.

Quod attinet ad Caballinum,& Felicia. de Solis,qui etiam pro contraria opinione à Cancer.& Scobar allegantur,dicimus quòd imò ipſi noſtrã apertiſſimè tenẽt opinionẽ vbi ſupẽriùs allegati fuere.Franciſco autem † Scobar dicimus quòd forſan non tã diligenter quæſtionẽ hãc noſtrã pertractauit quemadmodũ alias docti,& ingenioſi de ratiocinijs libri : primùm enim poſuit quæſtionẽ de fideiuſſore emente annuũ reditũ,poſteà verò n.6.oblitus quæſtionis & cõfũdẽs vnã cũ alia licèt ſint valdè diuerſæ,in alio caſu reſpõdet,ſcilicet emptionis pignoris dicẽs in ver. *ſed prædictis non obſtantibus*, cõtrariã ſentẽtiã non obſtantibus quæ in fauorẽ noſtrę adduxerat,eſſe tenẽdã,imò (& ſunt verba formalia Scobar)quòd liberè debeat pignora,vel hypothecas cũ fructibus fideiuſſor principali reſtituere,tradito ſibi priùs quod ſoluit creditori virtute ceſſionis.

Secundò Felicianum de Solis allegauit in capit. vlt.de redem. cenſ. numer.10. dicens tenere ipſum ſuam opinionem tam in fideiuſſore,quàm etiam in tertio emente annuum reditum,non aduertens eum non eſſe locum vbi noſtram tractat quæſtionem, ſed in allega. c.2.lib.3.vbi noſtram expreſsè profitetur ſequẽdam opinionem,vbi autem ab Scobar allegatur ſolùm tractat de fideiuſſore, vel tertio qui pro debitore vult ſoluere,& annuum reditum extinguere,quo caſu quis,quęſo,dubitauit vnquam quòd penſiones vlteriùs non currant? certè nemo, cum extincto annuo reditu impoſſibile ſit ampliùs currere penſiones tanquam defficiente illarum cauſa.

Verum † eſt quòd in noſtro Senatu fuit is caſus aliquando,cauillatione partiũ quibus quandoq.pluſquam deceret,indulgemus, in dubiũ reuocatus:Cæterùm pro extinctione penſionũ † fuit ſine difficultate *reſolutus*, teſtis eſt nobis libet deciſionum antiquarum noſtri Senatus, qui apud egregium Michaelem de Salba & de Vallſeca Regentem Regiam Cancellariam cum diligentia ſeruatur, vbi hæc eſt deciſio 211. in vno tamen vereor ne illa deciſio defecerit. in eo ſcilicet quod dicit poſſe fideiuſſorem agere ad prætium ſolutũ,licèt nõ ad penſiones:iam enim diximus in ſuperioribus quòd nec prętium exigi poſſit,

sed interesse illius: aliàs dat emus quòd inuitus compelleretur debitor luere, verum est quòd post propositam difficultatem per eum qui de cisionem prædictam scripsit in terminis, in quibus si fideiussor fuisset censuale, ponitur pro limitatione, vt vidi, sec⁹ esse si extraneus emeret, quæ vt sit, prout debet esse, de regula, videtur præsupponere de emptione loquutum fuisse antea, non de luitione facta per fideiussorem, maximè cũ alleget l.1. C. de dolo, quæ id indicare videtur, & sic à primo ad vltimum videtur dicta decisio decidisse nostrum casum contra nos, nihilominùs quicquid sit, ego non propterea à mea recedo opinione, quia rationibus suprà adductis ad eam defendẽdam necessariò stringor.

Casus est in nostro Senatu, dum hæc scribimus, de proximo decidendus ad relationem egregij Senatoris Francisci Ferruz inter Ioannẽ Franciscum Codina, & nobiles Magdalenam, & Baptistã Terre, super quo quandoq. visus est Senatus inclinari in contrariam nostræ opinionem, & desperatum ferè fuit de victoria: pro actore consulti fuimus vnus ex vobis peritis iurecõsultis, & ego: visum est nobis ipsũ fouere iustitiã, & hæc pro eo scripsimus, & informauimus, quando causa fuerit decisa enarrabimus quid successerit, si hæc non sunt tunc prælocata. Scio partem, contra quã hæc scripta erant postquam ad sui notitiam peruenerunt, recurrisse ad longè eruditum commilitonem, & coaduocatum nostrum Iacob. Cancer. vt quam in locis suprà allega. tenuerat opinionem, quę fluctuabat, pro se, & in sui fauorem sustẽtare conaretur, scio etiam ipsum postmodum in hoc laborasse plurimùm cum suis doctis allegationibus, quas in manibus habui, sed quia eas spero breui prælo dandas in additionibus, quas is actor parat ad primã, & secundã partẽ suarũ resolutionum, statui propterea nihil de eis dicere, sed relinquere omnibus dijudicandũ cũ hoc & illud viderint, quis veritatẽ in puncto attigerit. Et forsan antea otietur regia sententia in causa prænarrata, quæ pacem inter nos ponet. Et hęc quod attinet ad fideiussores censualium dicta sint satis.

84 Videamus † nunc nunquid detur aliquis casus, quo ipse creditor, & censualis emptor cogere possit, & compellere debitorem, seu venditorem censualis ad redimendum illud, & lãẽdum: quo in articulo dicimus quòd sic, primò si ipse debitor obligatus existens ad soluendas pensiones cum iuramento, soluere cessauerit per vnum, aut alterum annum; tali enim casu compelli poterit ad totũ cẽsuale soluẽdũ, seu

85 redimẽdu, nõ secus † ac debitor cessans in solutione primi termini põt cõpelli ad solutiones aliorũ terminorũ etiam nõ decursas, qua de re ita latè, ac profusè agit Cęs. Barz. decis. Bonon. 16. per tot. vt superfluum nobis videatur quicquam addere, vel minuere, atq; ita in hoc secũdo casu *declaratum* fuisse in Rot. Bonon. refert.

† 86 Secundus † casus est quando in pœnam debitoris non soluentis pensiones, vel aliquid aliud non adimplentis, quod esset inter contrahentes conuentum in ipsa cẽsualis creatione, fuisset appositum pactum quòd posset cõpelli debitor ad soluẽdã tantã pecuniæ quantitatem, quantam caperet prętiũ ipsius cẽsualis, dũ tñ illa conuerteretur in luitionem, & redẽptionem ipsius cẽsualis, latè, ac palchrè Hiero. Gab. huiusmodi pacti iustitiam, ac validitatem strenuè defendit, & pluribus cõprobat in cons. 152. per tot. vol. 1. benè Molina de cõtract. disputa. 390. n. 11. dicens non damnari pœnales conuentiones quæ in hoc contractu apponantur, si pensiones tempore constituto non soluãtur. Verum est quòd his repugnat Solis de cens. li. 1. c. 10. nu. 18. & Gutier. in practi. lib. 2. q. 175. per tot. nihilominùs tamẽ nõ propterea nos à nostra opinione recedere arbitramur: pro qua videtur † esse Mestril. dec. Sicil. 95. nu. 3. & 4. quo loci tenet validum esse pactum quod in concontractu censuali apponatur quòd si venditor sit in mora soluendi censum emptor possit fortem repetere, quod idem tenet Gab. in allega. cons. 152. vol. 1. resoluit etiam Mestril. ibidem *cum authoritate* sui Senatus valere pactũ quòd si bona obligata pro censu reperiantur obligationi obnoxia, siue hypothecata, vel alteri vẽdita possit per emptorem peti sors principalis, rationem reddit generalẽ, hos et alios casus compræhendens, quia emptor cẽsus põt apponere quęcũq. pacta tendentia pro securitate census.

88 Per hęc † sustineretur pactum, de quo in superioribus meminimus, sæpissimè in patria nostra Barcinonen. vsitatum, quo venditores censualium, & violariorum quò sit magis cautũ emptoribus, promittunt eis se intra certum tẽpus specialem aliquam obligationem daturos, alias soluturos in pœnam tantam pecuniæ quãtitatem, quanta est prętium ipsius censualis, illa tñ ad luitionem, & quitationem ipsius censualis deseruiente, de cuius quidem pacti validitate non vidi hactenus apud nostros dubitatum, & quoties in Sena. petierunt emptores cõpelli venditores ad soluẽdum ob non adimpletum pactum, libenter Sena. ipsos *audiuit*, vt mille exemplaribus hac in re tã nota minimè necessarijs, posse cõprobare, sufficit tñ referre nostrum Peguera dec. 131. vbi præsupponẽdo validitatẽ pacti disputatu in Senatu vidisse testatur nũquid post lapsum termini posset mora purgari per venditorem.

89 Nec † illi hęc repugnant his, quæ in superior-

ribus

ribus docuimus, quòd ſcilicet non valeat pactum, quo promittit venditor cenſum intra certum tempus redimere: nam tũc de ſimplici pacto, nudaque, & non cauſata promiſſione loquebamur, hic verò de pœnali, inter quę quid & quantum de inte interſit non eſt quòd ego tempus conſumam in docendo poſtquam eſt omnibus perquàm notum.

90 Solùm † illud difficultatem mouet, quod memini in hoc eodem opere in hac eadem clau. 4. glo. 12. num. 126. ex Aluar. Velaſ. conſul. 35. & alijs retuliſſe non valere pactum, quod in pœnam debitoris non ſoluentis apponeretur in contractu quòd ceſſante debitore in ſolutione alicuius, vel aliquarum penſionum, res ſuper qua cõſtituitur cenſus, caderet in commiſſum ex quo pactum huiuſmodi eſſet contra naturam contractus cenſualis, ecce ergo quòd pacta etiam pœnalia non admittuntur in hoc cõtractu, quę ſint contra naturam ipſius, ergo nec debet admitti pactum de luendo in caſu ceſſationis, cum videatur eſſe cõtra naturã cõtractus.

91 Verùm † reſpondemus cum patre Molina de contrac. diſputa. 390. num. 11. & 12. diſtinguẽtes inter pœnas moderatas pro qualitate culpę, & inter iniuſtas, exceſſiuas, & immoderatas, vt priores admitantur, poſteriores verò non, vndè cum, vt plurimum, res quæ cenſui ſupponitur maioris ſit valoris, quàm ipſe cenſus, indè fit quòd non admitatur eius amittendę ob nõ ſolutionem pœnalis conuentio: Cum autem pœna recuperationis prætij non dicatur exceſſiua, nec immoderata, cum tantum valeat cenſus, à cuius ſolutione exoneratur venditor, quãtum illius prætium, & pecunia, quæ pro eo datur, nec videtur conſiderabile damnum quod indè conſequitur debitor, cum ſi in vno grauatur, tam in alio relauatur, indè fit quòd admittenda ſit huiuſmodi pœnalis conuentio cõtrahentium.

Proprer hoc docet iſdem pater Molina vbi ſuprà quòd ſi res cenſui ſubiecta non excederet valorem cenſus, tali caſu non cenſeretur reprobatum pactum quòd ceſſante debitore in ſolutione res caderet in commiſſum, quia tũc pœna huiuſmodi exceſſiua nõ foret, nec iniuſta, vide tamẽ de hac re Felicia. de Solis latè diſputantem in tracta. de cenſ. lib. 1. cap. 10. à n. 11. & Rodrig. de cenſ. dubitatione 1. poſt quinque primas dubitationes conditionis ſextę.

92 Tertiùs caſus, † quo poſſet venditor compelli ad redimendum eſſet qñ ipſe dolo, vel fraudẽ emptorem decepiſſet, veluti vendendo poſt donationem factam omnium bonorum filijs ſuis, qui communiter diues, & homo multorum bonorum reputabatur ab omnibus, cum tamen nihil haberet propter donationem prædictam, per eum filijs ſuis ante factam, tali enim caſu, ne dolus & fraus venditoris patrocinaretur, compelleretur proculdubio ad redimendum, arq. ita *declarauit* noſter Senatus referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor die 10. Ian. 1604. in cauſa Iacobi Vilallonga S. Ioannis de Abbatitijs, contra Mariannam Coſſey viduam Caſtrifolliti, quę poſt donationem filijs ſuis poſt mortem factam, quoddam cenſuale vendiderat dicto Vilallonga his verbis, *Et attento quòd ſequuta morte dictæ Mariãnæ illius obligatio efficeretur inutilis, & ineffícax, cũ per dictam donationem conſtet quòd ante firmam dicti cenſualis iam donauerat dicto filio ſuo omnia bona ſua, quo caſu ob dolum, & fraudem inde reſultantem iuſtum eſt vt condemnetur ad reſtitutionem prætij dicti cenſualis, & illud luendum &c.* ſcriba cauſæ erat N. Papiol, pro qua deciſione ſummè conducit quod docet pater Molina de contrac. diſputatione 394. ſecurè reſoluens poſſe venditorem compelli ad luendum, & quitandum cenſum ſi ille, ignorante emptore, fuerit conſtitutus ſuper re non libera, conducit † etiam quod idem pater docet diſputatione 532. num. 4. poſſe ſecundum creditorem compellere debitorem vt rem aliam idoneam hypothecæ, & pignori ſibi ſubijciat quando eidem ignoranti rem pignori ſubiecciſſet, quę alteri fuiſſet obligata, multò ergo fortiùs quando quis obligauit pro cenſu res prorſus alienas, quas ipſe antea alienaſſet, actio debet competere emptori vt compellat vendi torem ad redimendum.

95 Sed quid † operabitur iſta condemnatio, & compulſio, cum inanis ſit actio, quam debitoris excludit inopia: in bona enim donata non poteſt injici manus cũ nõ ſint venditoris, nec in alia bona ipſius cum nulla habeat: reſpondemus quòd appræhendetur vſusfructus bonorum donatorum ſi remanſit penes debitorem cum bonis reſeruatis, ſi aliqua adſint, & in eis fiet executio abſq. eo quòd donatario fiat aliquod prę̃iuditium, proui hęc omnia probantur per deciſionem ſuprà relatam, in qua expreſsè dicitur quòd donatario nullum fiat prætiuditium in proprietate, & dominio manſi N. & aliorum bonorum, quę tempore donationis poſſidebat donatrix.

96 Verum † eſt quòd poſſet dari caſus, quo bona etiã donata poſſent appræhendi pro huiuſmodi compulſione, quando videlicet in fraudẽ creditorum competeretur donatio facta, ſeruatis his, quæ ea in materia docent doctores in §. item ſi quis in fraudem, inſti. de actio. Meno. latè de præſump. lib. 3. præſum. 124. per tot. pater Moli. de contrac. diſputa. 328. nob. Ludo. à Pegue. deciſ. 49. & 50. & rurſus in 2. vol. deciſ. 73. per tot. Hiero. Magõ. deciſ. Florẽ. 76. per tot. Adq. hæc de huiuſmodi cãſuũ cõditionib⁹ fi-

mulque de eorum tractatione, qui plura scire circa eorum materiam voluerit reuoluat doctores suprà citatos, qui exactissimè eam pertractant, nobis sufficit hæc paucula attigisse maximè in praxi contingentia, quibus nostrũ textum aliqua ex parte exornaremus.

97 Dicamus † nunc aliqua de censu temporali, nempè vitalitio, quem nos in patria violariũ solemus appellare, vt superiùs diximus, tantum duraturo, quantum vita eorum, de quibus paciscitur inter contrahentes. Circa quem illud *imprimis* aduerto, in quo non arbitror futurũ qui mihi contradicat, quæcunque in superioribus de censu perpetuo dicta fuere, censeri etiã & de his temporalibus dicta, vtpotè quia æquè vnum, atque alterum compræhendant constitutiones Martini, & Calixti, de quibus ibi diximus, ac iuxta quas materiam census perpetui regulauimus.

98 Hoc prænotato † videndum nunc primò est nunquid huiusmodi cõtractus, qui ita celebratur vt alter certa pecuniæ quantitate accepta teneatur alteri de certa annua pensione annuatim, quoad duraret eius vita, respondere, licitus in se sit nec ne? Cui dubitationi breuiter, & resolutiuè respondemus licitũ omnino esse huiusmodi contractum, quod quia latissimè, ac fusissimè ex proposito cõprobatur à Ioan. Pet. Surdo de alimen. tit. 9. q. 11. ferè per totam, qui 102
post tradita quæ in contrarium facere videbãtur ea sapienter dissoluit, & Andre. Gayl. obser. 8. lib. 2. Felicia. de Solis de cens. tom. 1. lib. 1. c. 7. num. 9. ac Nat. in cons. 498. num. 13. & 14. & denique Brunorol. à Sole quæstione lega. 1. per tot. ideò ne actum agere videamur amplius nõ duxi *insistendum in huius* opinionis corroboratione, his adde plures alios, quos suprà in prin. huius glo. dum de violarij vsurpatione, & signifi catione egeremus, plenè retulimus, qui ubi veritatem hanc latè comprobabunt.

99 Ampliatur † quod suprà diximus de vita emẽtis, vt ea durante paciscivaleat de censu soluendo, vt possint etiãcontrahentes conuenire quòd nedum vita ementis durante, sed & quacunque alia, & nonsolùm vna durante, sed & duabus (quod in nostra Catholonia obseruatur) pensio soluatur, & nonsolùm quòd morte vnius pensio in parte extinguatur, sed & insolidum potest pensio constitui super duabus, vel pluribus personis, ita vt vsque ad vltimi superstitis mortem duret, quod nos obseruamus in Cathalonia de duabus personis insolidum cõstituendis, quarum vita durante pensio per- 104
soluatur, benè probat Gayl. vbi suprà nume. 4.

100 verum † est quòd postea dicit, & dicunt etiam Surd. vbi suprà allegatus est, & Rodriguez in sum. cas. conscien. verbo, *censo*, cum pluribus, 105
quos allegant, habendam esse rationem ætatuum, vt iuxta illas prætium maius, minus ve constituatur, recurrendo ad computationem l. hereditatum, ad l. falcid. non enim (inquiunt) foret iustum quòd pro censu ad vitam senis hominis tantum solueretur, quantum pro eo, qui ad vitam iuuenis constitueretur, per quod videtur periclitari communis nostræ Cathaloniæ obseruatio, qua siue vno, siue altero modo, id-est siue ad vitam senilis ætatis hominis constituatur, siue etiã iuuenilis idem semper prętiũ cõstituitur ita vt in septem annis cõficiat forté principalem vt *inferiùs* dicetur.

101 Veruntamen † cum æstimatio horum redituum tam in perpetuum, quàm ad vitam constitutorum, vel constituendorum soleat communiter dependere à communi hominum, & terræ consuetudine, et obseruatione, vt de perpetuis superiùs diximus, & de his vitalitijs docent pulchrè Dida. lib. 3. var. cap. 9. nu. 7. idem Gayl. vbi suprà, lib. scilicet 2. obseruatione 8. nu. 5. & Felicia. de Solis de cens. tom. 1. lib. 2. c. 1. nu. 20. & 21. cũ pluribus, quos ij allegant, soleatq. in nostra Cathalonia ex generali consuetudine vniformiter perpetuò obseruata prætium huiusmodi vitalitij census esse vt vnum soluatur pro septem, siue ad vitam senis hominis cõstituatur, siue iuuenis, indè fit non posse de eamodo aliquo ex traditis per Gayl. Surd. & Rodriguez vbi suprà, dubitari. Quæ † autem superiùs diximus de vẽditione huiusmodi vitalitij census ad plurium vitam non habẽt locum in regno Castellæ, vbi ex particulari lege id prohibitum est, & solùm permittitur ad vnius tantùm vitam census venditionẽ fieri, Rodriguez in sum. cas. cons. ver. censo, Solis lib. 1. c. 1. nu. 21.

103 Huius † contractus iustitia fundatur tota in incertitudine vitæ eius, ad cuius durationem vsq. fuerit ille celebratus; quę facit quòd emptor nihil certi lucri spectare possit, nec venditor damni, sicut enim potest ille multos viuere annos, sic è cõtrario paucioribus vitam finire, & ex consequẽti facit huiusmodi incertitudo, & æqualitas lucri, & damni inter contrahentes quòd vsuræ locus non fiat: incertitudo enim hęc facit quòd assimiletur hic contractus emptioni iactus retis, l. si iactum de actio. emp. Hãc rationem ita latè Dida. Gayl. & Surd. ac reliqui quos ipsi allegant, expendunt, vt superfluum valdè mihi videretur quòd vellem ego hoc loci aliud in huiusce rei comprobationem adducere, adde Nat. in cons. 498. à nu. 13. Surd. cons. 162. num. 35 eundem decis. 178. n. 29. & Graue. cons. 47. nu. fin. quòd † idem antea dixerat Imper. in l. si ea pactione, & in l. si ea lege, C. de vsur. incertitudinem scilicet facere licitum quod aliàs foret illicitum.

Propter † hanc incertitudinem, & in æqualẽ spem lucri, & damni inter contrahentes fit

quòd

quòd etiam si is, cuius vita est selecta pro duratione census tandiu vivat quantum sufficiat ad
nedum semel, sed & bis, ter, vel quater, integrũ 109
prętium ex pensionibus recuperandum, vel è cõtra tam modico tempore quòd vix vna, aut altera pensio sit exacta, nihilominùs non possit alter ex ipsis contrahentibus suo casu lætionẽ prętendere vltra dimidiam, propter quam velit contractum rescindere beneficio l. 2. C. de rescind. vendi. quia sufficit q̃ à principio nõ adfuerit læsio, nec potuerit in cõtractu cõsiderari cum is æqualiter à principio se habuerit ad damnum, & ad lucrum licèt postea casualiter damnum euenerit, ita post alios pulchrè resoluit Nat. cons. 498. numer. 13. latè Surd. de alim. allega. tit. 9. q. 11. à numer. 7. & decis. 178. nu. 19.

106 Sic in †alijs etiam casibus valdè dubitabilibus huiusmodi incertitudo, & æqualitas inter contrahentes, ac commune periculum æquè vnum, ac alium possibile contingere, facit licitum quod aliàs non foret, quorum plures refert Anthon. Gom. tomo 2. var. c. 1. de emp. & vendi. num. 34 veluti in pacto quòd nullus teneatur de euictione ex diuidentibus sibi hæreditatem, & alijs similibus.

107 Sic etiam in alio casu non minùs dubitabili dicunt doctores quòd eadem incertitudo, & æqualitas inter contrahentes facit cessare vsurã vbi aliàs vsura foret, putà certum est quòd pactum de non computandis fructibus in sortem vsurarium est omni iure, vulgà. c. illo vos, cum simil. de pignor. Thesau. latè decis. 78. per tot. Tepar. var. iur. resolu tom. 2. tit. de pig. in prin. vbi latè doctores refert, qui de hoc pacto agũt. In tantùm quòd nec etiam sustineatur fauore matrimonij, veluti quãdo dicitur in pactis nuptialibus quòd maritus, qui intrauit in domum vxoris cũ axouario, mortua ea in matrimonio 110
nõ possit à domo expelli nisi dicto axouario sibi soluto, & interim teneat, & possideat hæreditatem vxoris, & fructus faciat suos absq. obligatione computandi eos in sortem, ex nota per Dida. lib. 3. var. c. 1. nu. 3. vers. *sexto*, Aluar. Velas. consulta. 8. num. 4. & quos Barbos. adducit in l. 111
de diuisione num. 2 ff. solu. mat. & facit quod generaliter dictum est non valere pactum de non computandis fructibus in sortem, quod & noster Senatus approbauit dum referente egregio tunc Senatore Micha. de Salba, & de Vallseca, nũc Regente Cancella. ita in terminis
† *declarauit* sub die 26. Ian. 1602. in causa Ioan. Dalmau cõtra Petrum Macelli, aliàs Abril, scri-
108 ba Gaspare Bioscа, quamuis † fauore mulieris donec sit satisfacta in dote id petmitatur per cõsti. hac nostra, de cuius validitate vel inualiditate egò in prȩsentiarũ nõ disputo cõmodiorẽ locũ ad id expectans, repetio tamen quòd de illius validitate dubitauit Pater Moli. de contract. disputa. 322. num. 7. in fi. post Dida. ibi allegatum. Si tamen † istheꝯ fiant reciprocè inter contrahentes, adeò vt incertum sit cui ex pacto lucrum, vel damnum successurum sit, sed æquè vni, ac alteri damnum, & lucrum respectiuè euenire possit, tali casu vsurariũ nõ est huiusmodi pactum, nec de iure reprobatũ, ponamus exemplum, quo clarior res hæc fiat, paciscuntur duo socij, qui rem communem habeãt pro indiuiso quòd communiter, & æqualiter contribuant in expensis in ea fiendis, & casu quo alter ex ipsis legitimè interpellatus ab altero nollet contribuere, posset tali casu socius reficere, & expendere volẽs in re cõmuni de suo facere, & pro securitate eius, quod pro negligente expẽdisset, posset apprehẽdere partem rei communis ad negligentem spectantẽ, & recipere fructus, ac eos facere suos absq. eo quòd teneretur illos computare in sortem, donec in eo, quod pro altero expendisset, foret satisfactus in hoc casu cessat vsura, nec est reprobatum pactum propter incertitudinem lucri, vel damni inter contrahentes, cum æqualiter vni, atque alteri vnum, atq. alterum possit contingere propter reciproc tionẽ pacti inter contrahentes initi, quę causat hanc incertitudinẽ, & hanc æqualitatem inter contrahentes, & facit cessare vsuram, Dec. in cons. 308. in casu n. 6. post Hostien. in sum. Cepola de simula. cõtract. præsump. 14. Dida. à Couar. lib. 3. var. cap. 9. nu. 3. versi. ita vt paria sint contrahentium iura, & Alex. Rauden. qui supradictos, & alios citat, in tracta. de analog. lib. 1. c. 30. nu. 247. Crane. cons. 145. nu. 13. Tepar. var. iur. lib. 1. tit. de vsur. in genere, ibi, *æqualitas pactorum*. per tex. in l. si ea pactione, & ibi glo. verbo, *conducta*, l. si ea lege, & l. oleo, C. de vsur.

Vndè † benè dicebat Andre. Gayl. obseruat. li. 2. obser. 126. huius incertitudinis, & reciprocationis, & æqualitatis pacti ratione sustineri pactum de succedendo, quod aliàs non sustineretur, si mutuò, & reciprocè fiat inter maritũ, & vxorẽ casu quo sine liberis decederẽt.

Indè † etiam pulchrè allegatus Dida. in rectione reg. peccatum 2. part. §. 4. nu. 5. de reg. in 6. in illa celebri, & ancipiti disputatione nũnquid ille, qui primas, & potiores partes ludi habet, quiq. necessariò victor euasurus est, ex eo quòd obuenerit ei illa ludi sors, quæ certo certius omnibus quæ alteri obuenire possunt, potior est ad victoriam, possit augere sponsionem, appositaque pecunia certus de illius lucro dupplam efficere, & ab altero ob ignorantiam sponsionem illam minimè recusante, neque eius additionem, pecuniam habere, an verò debeat ab his abstinere, & si quid forsan ea de causa recepisset

teneatur in animæ iudicio restituere: In hac (inquam) celebri dubitatione non alia quidem ratione respondit Dida. posse licitè ludentem pecuniam, quam ea de causa recipisset ab altero, sibi retinere, absque obligatione restituendi, nisi quòd naturalem illam ludus legem recepere, illamque conditionem habeat ex vtriusque ex ludentibus consensu, vt qui melioremꝰ & potiorem ludi partem habuerit, is possit, etiam certus de lucro, alterum 112 ad augendam sponsionem inuitare, appositâq. pecuniam augere, quæ lex, quæ conditio cum vtriusque ex ludentibus æqualiter respiciat & lucrum, & damnum, commodum, & incommodum, ac periculum eorum, cũ quę sors potissima ad victoriam mihi nunc succedit, possit etiam mox, & statim & alteri obuenire, indè fit quòd propter huiusmodi incertitudinem lucri & damni, ac æqualitatem inter ludentes sustineatur q. suprà proximè diximꝰ posse pecuniã receptam retineri absq. obligatione restituendi. Neodeest nostri Senatus auctoritas, qua id † quod tractamus illustretur: *declaranit* enim de anno 1565. sub die 4. Maij ad relationem egregij olim Senatoris Hieronymi Sunyer correla- † tore Iobregat, & *confirmauit* postea de anno 1607. sub die 30. Augusti, relatore egrego etiam nunc Senatore Iacobo Puigmija, in causa supplicationis inter Reuerendum Abbatem monasterij villę Bisuldoni, & Iuratos, & vniuersitatem eiusdem, validum esse pactum inter eos factum de non computando in sortem expensarum, quas vnus in renitentiam alterius fecisset in molendinis dictæ villæ, quę æqualiter, & pro indiuiso ipsi possidebant, fructus medietatis alterius, quos vigore dicti pacti, & ex facultate sibi cum illo concessa, apprehendisset in pignus donec expensæ prædictæ fuissent sibi solutæ: approbauit (inquam) Senatus hanc de non computandis fructibus in sortem aliàs reprobatam pactionem, non alia quidem ratione, quàm quia foret dictum pactum reciprocũ concernens vtrãque partem, & commune periculum, vti in motiuis primitiuę sententiæ exprimebatur, scriba nunc est Michael Perez.

Et licèt ego aliquando aduocatus cum essẽ dicti Reuerendi Abbatis de prædictis declarationibus fuissem apud clarissimos nostros Senatores conquęstus, quippe qui non poteram mihi persuadere quòd posset illa pactorum reciprocatio, & æqualitas vlturam tollere, nihilominùs postea, re maturiùs pensata, mutaui cõsilium, ac illas dixi iustè, & iustissimè, secundũ iuris regulas, prolatas ex rationibus prædictis.

Sic ergo in nostro casu, cum hic noster constitutionis census vitalitij contractus æqualiter concernat vtramque partem, & cõmune periculum, cum ita citò mori, sicut multùm, diuq. viuere is possit, ad cuius vitã fuit cõstitutus, indè dicendum erit iure optimo illud approbatũ esse, & validũ iudicatum; Et hęc quidem incertitudo licitum contractum facit licèt postea eueniat quòd emptor tantum temporis viuat vt pensiones receptæ longè excedant prætium solutum, quia sufficit quòd à principio licitus fuerit contractus licèt postea ex euentu sit dãnosus, pulchrè Surd. per plura similia exempla id declarans decis. 178. nume. 29. Sileat † igitur Ioan. Parlador. & habeat in domino patientiã, nec sic iniustitiam horum censuum vitalitiorũ exercetur quemadmodum scriptis mandauit in lib. 1. rer. quotidia. c. 1. nu. 18. sunt enim tot *grauissimi viri*, sunt tot rationes, quos, & quas ſuprà retulimus, qui & quæ in contrarium eorum iustitiam persuadent, vt non videatur iam de ea posse dubitari.

113 Intelligo † tamen ego illud quod suprà diximus propter incertitudinẽ, & dubium euentum valere de iure pactum de lucrandis fructibus, & eis in sortem minimè cõputandis verũ dummodo de dicta incertitudine, & dubio euentu clarè appareat: aliàs enim si non sic esset, quãuis ita esse videretur, nihil valeret pactũ † nec proficeret, prout *in pulchro casu declaranit* Senat. die 21. Octob. 1597. referente egregio Senatore Hieronymo Astor, Actua. Carmona, in causa Micha. Cellers Notarij publici Barcino. contra administratores aniuersariorum Ecclesię Gerundæ.

114 Circa † huiusmodi census vitalitij ad vitam duorum constituti materiam disputat Bal. in conſ. 292. *quia ex facto ius oritur* lib. 5. nunquid si vita vnius extinguatur cessare debeat meditas pensionis, & resoluit quòd non; idq maximè procedit vbi dicitur, prout semper fit, durante vita N. & N. & vtriusq. ipsorum.

SVMMARIA.

1 *Census, & censualium pensiones qua actione petantur, remissiuè.*

2 *Possessorio iudicio pũt agi cõtra debitorẽ cẽsus, & censualis.*

3 *Possessio, vt primũ extremũ, est plenè in possessorio recuperanda.*

4 *Possessio an sit plenè probanda in possessorio recuperanda, vbi plures decisiones.*

5 *Possessorium iudicium nõ est parui, & modici præiudicij, sed imò magni, & grauis.*

6 *Possessorium summarissimum nõ requirit plenas, & perfectas probationes, quia parui est præiudicij.*

7 *Possessorium plenarium quas probationes requirat, remissiuè.*

8 *Possessionem habere, seu esse in possessione an quis dicipossit ex vnica solutione, remissiuè.*

9 *Spoliatio, quod est secundum extremum petitij causæ, plenè probanda est.*

Spoliatio

UAB Biblioteca de Ciències Socials

10 *Spoliatio probatur, & probata manet ex sola litis cõtestatione facta per reum cui petitio spoliy fit, vbi decisio Rotæ Romanæ.*

Intelligitur si maluerit creditor se spoliatum dicere, quam turbatum, nam si è contra vellet, posset vtiq; & intentare interdictum retinendæ possessionis.

11 *Laycus negans possessionem Ecclesiæ conuenitur coram iudice Ecclesiastico quia dicitur spoliare Ecclesiã, & committere sacrilegium, vbi obseruatio Catalonie.*

12 *Possessorio recuperanda potest agi nedum contra eũ, qui soluit, & est in possessione soluendi, sed etiam contra eius hæredem.*

13 *Morte debitoris non alteratur, nec mutatur ius creditoris, vbi decisiones Rotæ Romanæ.*

14 *Depositum vnius pensionis non sufficit, sed est necessaria solutio omnium pensionum quando possessorio iudicio agitur, vbi decisio nostri Senatus.*

Intellectus consti. 5. tit. de executio de censals, ibidem, & nu. sequent.

15 *Exceptio si apponatur aliqua, quæ non sit ex specificatis in consti. 5. tit. de exec. de censals, non facit locum dispositionis illius, vbi decisio nostri Senatus.*

16 *Depositum vnius pensionis iuxta constitu. 5. tit. de exec. de censals nõ proficit quando agitur executiue, vbi refertur decisio Senatus nostri.*

17 *Petitorium in censualibus fundatur in titulo creationis, & venditionis censualis.*

18 *Pensiones futuræ adhuc non cessa pro tempore futuro peti possunt simul cum debitis tempore litis motæ, & nunc sequentibus, vbi plures decisiones Senatuum diuersorum.*

19 *Iudicium non extenditur ad futura.*

Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, ibidem.

Iudicium non potest esse in pendenti, ibidem.

20 *Supradicta procedunt quãdo nihil debetur de præsenti, secus è contra, & quando debetur aliquid de præsenti habens causam successiuam pro futuro tẽpore, & ibi ratio.*

21 *Ius de futuro deduci vix admittitur nunc in Catalonia sed secus erat olim, vbi exemplaria, & nu. 23. vbi alia exemplaria.*

22 *Ius de futuro quando aliquid debetur de præsenti sic potest deduci in annuis legatis, & alijs, quæ debẽntur ex vltima voluntate, sicuti in contractibus.*

23 *Pensiones futuræ solebant olim dari in Senatu petentibus eadem cum præteritis.*

24 *Idem & nostro tempore visum est aliquando obseruari etiam, vbi decisio.*

25 *Executio sententiæ condemnantis nedum ad præteritas pensiones, sed etiam ad futuras quomodo pro futuris debeat fieri, vbi decisio nostri Senatus.*

26 *Condemnatio facta de pensionibus decursis nõ intelligitur nisi de eis, quæ decurrerunt ante litem motã, non de illis, quæ post, etiam ante sententiam.*

27 *Executiua via pro petendis pensionibus censualium quomodo in Catalonia sit intentanda, & quæ seruanda ad id sint.*

28 *Debitor capi potest pro pensionibus censualium quãdo personam obligauit.*

29 *Captura personæ in ciuilibus fit ad pœnam, non ad euidendum, secus in criminalibus.*

30 *Commentariensis, & carcerum custos non potest cõcedere licentiam carceratis in ciuilibus vt à carcere exeant, & per plateas deambulent quantumuis de eis redeundis securitatem habeat.*

31 *Captus pro ciuili non potest elargiri de solo consensu creditoris, adhuc enim est iudicis licentia necessaria.*

32 *Captus nulliter relaxari libere debet.*

33 *Captus qui relaxatur ex aliqua causa sic debet relaxari vt non possit iterum capi, & sic sit cum effectu suæ pristinæ libertati restitutus, vbi decisiones Aragonenses Senatus, & nostri etiam Senatus alia decisio.*

34 *Alimenta pauperibus captis ministrari debẽt, aliàs si intra biduum non præstentur, vel postea per iactẽ tempus ab eis cessatum sit, liberari, & excarcerari debent.*

Alimentorum nomine quantum detur pauperibus captis in Catalonia, ibidem.

35 *Alimentandi debitorem pauperem captum onus an effugiat debitor eo prætextu quòd ex aliqua elemosina publica, & communi ille alatur.*

36 *Tempus duorum dierum, per quos si cessatum fuerit in dandis pauperi capto alimenta, ille relaxatur, an debeant esse continui, an interpollati sufficiant.*

Intellectus consti. 4. & 7. sub tit. de pobres pledejants ibidem, & nu. sequent.

37 *Continuum, non interpollatum, intelligitur tempus, de quo lex facit mentionem.*

38 *Annus probationis in regularibus debet esse continuus.*

39 *Solutio trium annorum vt faciat præsumi in præteritum debet esse continua, non interpollata.*

Intellectus l. quicunq. de apocis pub. lib. 10. C.

40 *Regula de annali possessore non procedit in eo qui nõ possedit continuè, sed imò interpollatim.*

41 *Tempus, quo quis vt fiat magister debet stare in tyrocinio intelligitur de continuo, non de interpollato.*

42 *Mora modica non nocet.*

43 *Pœna non incurritur nisi ex integro, & continuo tempore, non ex interpollato, vbi declaratur.*

44 *Pœna contra retinentes bannitos per certum tempus non incurritur nisi fuerit illud continuum, non interpollatum.*

45 *Excommunicatus mannẽs per certum tempus sub pœna prohibitum, ita demum pœnam incurrit si per illud tempus continuum, non interpollatum in excommunicatione permanserit.*

46 *Tempus sufficit interpollatum fauore causæ pie.*

47 *Seruus iussus liber esse si seruierit alicui per triennĩ consequitur quidem libertatem quatenus non seruierit per illud tempus cõtinuũ, sed interpollatũ.*

48 *Alimentorum causa dicitur pia causa.*

49 *Tempora interpellata quamuis non sint cõtinua sufficiunt in fauorabilibus.*

50 *Statutum volens liberandum esse amore Dei eum qui p̃ annum steterit in carcere, habet locum in eo qui per annũ steterit interpellatus, licèt nõ cõtinuò.*

51 *Tempus interpellatum sufficere vt carceratus liberetur à carcere ob non praestita alimenta declarauit Senatus.*

52 *Opinio auctoris in hoc.*

53 *Dispositio dicitur fauorabilis, vel odiosa ex principali intentione disponentis, & nu 59.*

54 *Macedonianum Senatusconsultum dicitur odiosum quia principaliter emanauit in odium creditorũ mutuantium filijs familias.*

55 *Velleyanũ Senatusconsultũ dicitur fauorabile quia principaliter inducitur in fauorem mulierum.*

56 *Statutum quòd si quis non assignauerit debitũ suũ in catastro cadat à iure suo, dicitur odiosum.*

57 *Restitutio spoliatorum & quę sunt circa eã disposita dicuntur odiosa.*

58 *Constitutiones Cathaloniæ loquentes de creditoribus nõ dãtibus alimenta debitoribus carceratis merè odiosæ sunt, & pœnales.*

59 *Proœmium continet principalem intentionem.*

60 *Dispositio in his, quæ diuidua sunt potest vno respectu dici fauorabilis, & alio odiosa.*

61 *Statutum excludens fœminas propter masculos dicitur quoad fœminas odiosum, & quoad masculos fauorabile.*

62 *Dispositio omnis quæ tendit ad lucrum alicuius cum iactura alterius dicitur odiosa.*
Dispositio omnis penalis dicitur odiosa, ibidem.

63 *Ratio finalis est attendenda.*

64 *Constitutio quòd debitor liberetur à carcere si ei per biduum cessatum fuerit in præstatione alimentorum disponens est facta in meram odium creditorum negligentium.*

65 *Creditor soluẽs, vel deponẽs alimenta debitori capto post cessatũ per aliquem diẽ in solutione, an cẽseatur soluere & deponere pro futuris tãtũ diebus, an primo pro cessatis, & postea pro reliquis.*

66 *Solutio in dubio præsumitur facta nõ per quã quis incidat in panã, quinimò vt ei obuiet.*

67 *Solutio præsumitur semper facta in causam duriorem, & graniorem.*

68 *Solutio præsumitur facta in vtiliorem causam.*

69 *Alimentorũ sententia executioni mãdatur nõ obstãte q̃ fuerit ab ea supplicatũ, præstita tñ cautione.*

70 *Cautio præstãda p̃ exequẽda prouisione, seu sentẽtia alimẽtorum an debeat esse fideiussoria, an verò iuratoria sufficiat, & n. 74 & n. 78. vbi decis. nostri Senatus.*

71 *Cautio, quæ præstatur per nominationẽ tabulæ depositorũ cõmunis ciuitatis Barc. pro exequẽda aliqua regia sentẽtia vt ibi deponatur q̃ procedet ex executione, nõ est sufficiẽs, quia nũquã esset cautus nisi q̃ erit depositũ, nõ interesse, & reliquas accessiones, in quibus iustum est esse condemnato tantum.*

72 *Condemnatio fructuum, & interesse respectiuè debet fieri in sententia reuocatoria prioris, cuius virtute quis possidebat, vbi decisiones nostri Senatus.*

73 *Fideiussor datus pro exequẽda sentẽtia an teneatur ad fructus, & accessiones.*

74 *Cautio præstanda pro exequẽda regia sentẽtia sufficit quòd sit iuratoria vbi nõ est possibile aliã reperire.*

75 *Cautio iuratoria sufficit generaliter vbicũq. alia non reperitur.*

76 *Etiã si requiratur à statuto, vbi decis. Sena. Mãtuæ.*
Cautio iuratoria admittitur mulieri pauperi vsufructuarię relicta aliàs frugi, & non suspecta, ibidem, vbi decisio Senatus Mant. sed aly contra, ibid.

77 *Cautio iuratoria nunquam admittitur si aliàs, & alio modo potest esse parti consultum.*

79 *Alimenta, seu ea quæ pro alimentis expensa sunt nõ restituuntur per eum, qui recepit quamuis subcũbat in causa, vbi decisiones nostri Senatus.*

80 *Alimenta, quæ præstantur pendente lite sic statim lucri fiunt, quando ad sunt qualitates necessariæ, vt non subiaceant restitutioni quicquid postea accidat, vbi decisiones nostri Senatus.*

81 *Pauperes admiti semper deberent cum cautione iuratoria vbi aliam præstare non valerent.*

82 *Remedium smerçandi pecuniam pauperi debitam quando is non potest pro eã habenda idonèe cauere, non videtur auctori optimum.*

83 *Suspectus de fuga si vt talis capiatur, liberatur cum sola iuratoria cautione si aliã præstare non valet.*

84 *Cautio iuratoria sufficit mulieri pauperi, quæ tenetur cauere de soluendo soluto matrimonio debita contracta eo constante.*

85 *Pauperes non soluunt salaria iudicum, & notariorũ, sed solũ cautionem iuratoriam præstãt quòd si obtinuerint, soluent ea.*
Intellectus constit. tit de pobres pladeiants, ibid.

86 *Pauperes nedum non soluunt salaria scripturarum iudicialium, sed nec etiam extraiudicialium, vbi decisio nostri Senatus.*
Id tamen non est quia ita ius nostrum disponat, sed imò ius commune, ibid.

87 *Clausula præcipiens quibusuis notarijs quòd sine salario tradãt pauperibus scripturas necessarias solet secundum stylum antiquissimum poni in omnibus citatorijs literis, quæ à regia Cãcellaria emanãt.*

88 *Cautio est præstanda per eum qui obtinuit in causa alimentorum lite pendente q̃ suspicatur fraus, vel calumnia, vbi decisio nostri Senatus.*
Intelligit tamen auctor de cautione iuratoria quando aliam pauper præstare non valet, ibid.

89 *Alimenta, seu ea quæ alimentorum ratione recepta sunt pẽdente lite, cõputantur in casu victoriæ cum fructibus, vbi decisio nostri Senatus.*

90 *Supplicatio contrarij imperij impedit executionem dum ea pendet cuiuscunque prouisionis, siue fauorabilis, vt est alimentorũ, siue odiosa, quamuis offeratur cautio.*

Suppli-

91 Supplicatio cõtrarij imperij vndè habeat quòd impediat executionem etiam præstita cautione.
92 Sententia Principis mandatur semper executioni nõ obstãte supplicatione, præstita tamen cautione.
93 Stylus seruatur pro lege in Cathalonia dum non sit contra constitutionet.
94 Attentatorum sententia quo ad aliqua dicitur interloquutoria, & quoad aliqua diffinitiua ex stylo Regiæ Audientiæ.
95 Renuntiatio causæ supplicationis facit quòd habeatur pro non supplicato retrò, taliter quòd si sit prouisio alimentorum ea, à qua supplicatum extitisset, prouidetur præstanda fore alimenta à die prouisionis, vbi decisio nostri Senatus.
96 Renunciatio causę supplicationis à prouisione alimẽtorum facta non trahitur retrò ad effectum faciẽdi incidere creditorem in pœnã quòd per illud tẽp⁹ non præstiterit alimenta, vbi decisio nostri Senat⁹
97 Causa quelibet excusat ab incursu pœnæ.
98 Sententia reuocatoria alterius, quæ facta extiterat pro alimentis, non mandatur executioni pendente appellatione.
99 Captus pro debito dum optima valetudine fruitur nõ potest à carceribus liberari etiam præstita cautione nisi consentiat creditor.
100 Captus pro ciuili relaxatur sub cautione propter infirmitatem, vbi decisio nostri Senatus, & aliorũ.
Debet tamen esse grauis infirmitas, & per eam positus captus in maximo vitæ discrimine.
101 Debitor infirmus non est addicendus creditori.
102 Cautio pro exequenda sententia regia an debeat præcedere executionẽ, an sufficiat quòd subsequatur.
103 Vsurarij testamẽtũ an valeat ante præstitã cautionẽ de restituendis vsuris, si postea tũ præstetur, & in.
104 Interesse non debetur propter moram quando eodem modo res foret peritura in manibus creditoris.
105 Morosus non dicitur qui differt, quando de sui natura damnum dilatio non infert.
106 Executio facta pro maiore quantitate quàm deberetur corruit in totum, vbi decisio Rotæ Romanæ.
Fallit cum nihil amplius venditum est quàm si pro eo quod deberetur fuisset tantùm executio facta.
107 Exec. nulliter facta nõ anullatur si de debito constat.
108 Nulliter factũ nõ anullatur si de nouo veniret fiẽdũ.
109 Sententia nulliter data est confirmanda qñ iudici constat quòd iure concedente, & iustitia mediante concedenda ea foret.
110 Spoliatus non restituitur quando possessio spoliantis nulliter data confirmari alias deberet
111 Testamentum vsurarij conualidatur ex cautione postea præstita.
Testamentum minoris, & furiosi non conualidatur ex supernemẽtia maioris ætatis, et sanæ mẽtis, ibi.
112 Causa iusta excusat ab expensis non obstante statuto volente subcũbentem fore in expensis cõdemnãdũ
Intellectus consti. 5. de despeses de plets, ibidem.
113 Statutũ volens victũ victori esse in expensis condẽnãdũ etiam si habeat iustã causã litigãdi, an valeat.
114 Intellectus consti. 4. sub titul. de altercats.
Tẽpora probatoria currũt subcũbẽtis in altercatis, ibid.
115 Testes de nouo an recipi valeant post receptorum declaratam nullitatem.
116 Appellari an possit à condemnatione expensarum quando in reliquo sunt sententiæ conformes.
117 Sententia vltima cõdemnans in expensis nõ dicitur continere nouũ grauamẽ q. nõ esset in aliis sẽtẽtijs
118 Appellari potest à condemnatione expensarum quãdo in vltima sententia fit condemnatio illarum pro omnibus instantijs.
119 Sententiæ dicuntur conformes si concordant in principali quãuis differãt in accessorijs, veluti expẽsis.
120 Intellectus consti. 5. tit. de expen. lit. & consti. 15. tit. de supplica. de senten.
121 Appellare non licet à sententia alteri conformi quãuis tacitè in vltima sententia sit repulsa quædã noua pretentio in priori non deducta.
122 Appellari an possit ab omissa condemnatione expensarum, vel ab expressa illarum absolutione.
123 Cautio pro exequẽda regia sententia an debeat præstari quamuis non petatur.
124 Debitor an teneatur debitum adferre ad domum creditoris vbi decisio Senatus Sabusiani.
125 Emphyteota non tenetur censsu portare ad domum domini directi.

GLOSA XVIII.
PARS IIII.

De censuum progressu, quæ est materia includens peculiariter iudicialia ipsorum, & frequentiores, & vtiliores quæstiones, quæ indè suscitari possunt, continens.

1 DIXIMVS †hucusq; de censuum ortu, & cõstitutione, dicamus nũc aliqua de eorũ progressu, & primò de petitionibus pensionum, quæ quotidie in iuditijs fiunt à creditoribus contra eorum debitores, quę est materia, quæ magis frequentatur, in quaque nos qui clientum causarũ agendarũ, & defendendarum munus suscepimus, maiorem vt plurimum consumimus laborem, videamus igitur quomodo huiusmodi petitiones fieri debeant, non dico qua actione, quia ea de re plenius, quàm ego excogitare possem, egit Felicia. de Solis de cens. to. 1. lib. 3. c. 1. per tot.

2 Dicimus †igitur quòd aut quis vult agere via ordinaria, vel via executiua requisita ad vbi sint, quæ huiusmodi procedendi modo locũ faciant, de quibus pauca dicemus in inferioribus: si via ordinaria, aut possessorio,

au

aut petitorio, poteſt enim vtroque modo agi ſi requiſita concurrant non obſtantibus nonnullorum ſubtilitatibus, qui poſſeſſoria remedia noſtris cẽſualiſtis negarunt, de quibus Meno. de recupe. poſſeſſ. remed. 1. num. 87. & latè Felician. de Solis de cenſ. lib. 3. capit. 1. nume. 8. contra quos tamẽ benè poſtea ſcripſit noſtras Cancer in tertia parte var. poſt hæc ſcripta in lucem edita capit. 14. de manuten. à nume. 48.

3 Si poſſeſſorio, † putà recuperãdæ poſſeſſionis (de alijs poſſeſſorijs remedijs non curo agere cum ſatis ſuperque ſcriptum de eis ſit, ego materias magis frequẽtes, magiſque in actu practico cõtingentes tractare tantùm ſtudeo, aliàs nunquam libro daretur finis) neceſſum imprimis eſt quòd probet agens primum extremum, fuiſſe ſcilicèt in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi penſionem, in hoc nullus nunquam dubitauit, quia cum priuatio ex regula Philoſophyca præſupponat habitũ, certũ eſt quòd qui dicit ſe aliqua re priuatum, probare debet habitum, & ſic in noſtro caſu poſſeſſionem, in

4 quam reſtitui cupit, quod † dubitationem admittit eſt nunquid ea probatio plenè fieri debeat, an verò ſufficiat ſemiplenè, putà per vnũ

* teſtem, vel aliàs, qua in re magis communem ſequor opinionem, quæ tenet plenam fore neceſſariam probationem, neq; ex vno teſte, vel aliàs, ſufficere ſemiplenam, ad quod confirmandum potuiſſem hoc loci tot doctores adducere, quorum proculdubio connumeratio tædium lectori afferret, aliquibus ergo referendis contentus, reliquos relinquam lectori legendos penes eos, qui connumerabuntur, & quia ego Senatuum deciſionib⁹ vtpote certiorem doctrinam continentibus, maximè inhærere ſoleo, igitur principale ſtudium in eis connumerandis conſumam, inter hos ſenatus

†† egregiæ ſunt *deciſiones* Senatus Neapoli. apud Afflic. 364. nume. 5. vbi Vtil. in additione, Cameræ Imperial. apud Andre. Gayl. in prac. obſerua. lib. 1. obſer. 7. nu. 2. Rotæ Romanæ apud Put. 18. & 23. d teſti ſpol. Mohedan. 78. Caputaquen. 15. lib. 1. & aliæ plures relatæ per Paulũ Granu. theorem. 22. num. 1. cum ſequentibus, Pernſ. apud Ioſeph. Ludouicũ 59. & prouinciæ Marchiæ apud Stephanum Gratia. deciſ. 192. per totum, apud quos eſt optima huiuſce rei diſputatio, quibus adde Granu. in allega. theorem. 12. per totum, Iacob. Menoch. de recupe. poſſeſſ. remed. 15. num. 408. & 409. Farinac. de teſtibus quæſt. 63. cap. 1. nu. 31. & 32. & Vincen. Caroc. deciſ. ſeu caſu 126. per totum, ex quibus omnibus veram hauries huiuſce rei doctrinam.

5 Ratio † eſt non inelegans, quia nõ eſt parui præiuditij poſſeſſorium hoc de quo agimus, ex quo ſententia ſuper eo lata ſit diffinitiua, nec aliam poſt ſe in poſſeſſorio expectet, & ideò magni eſt dicenda eſſe præiuditij propter commodum poſſeſſionis per tex. in §. retinendæ, verſic. commodum, inſti. de interdic. pluribus hanc rationem extendit Gayl. vbi ſuprà allega. eſt, & alij plures, quos retulimus in ſuperioribus.

6 Ex qua † ratione infertur quòd ſi agatur de poſſeſſorio parui præiuditij, prouti de ſummariſſimo, vel momentaneo, tali caſu ſufficere tenet huiuſmodi imperfectæ, & ſemiplenæ probationes, ita doctores ſuprà relati, & Gayl. & Farinacius, qui ita diffidẽtes hac in re conſiliant opiniones.

7 Quæ autem † aliàs in noſtro caſu plenarij poſſeſſorij ſit ſufficiens probatio, maximè in antiquis, declarãt ubi ita perfectè doctores ſuprà relati, & ſignanter Granu. allega. theorem. 22. vt ſuperfluum mihi videretur aliquid hoc loci ea de re referre.

8 Et an † ſufficiat probare vnicam ſolutionẽ vt quis dicatur eſſe in poſſeſſione, diſputat latè Stephanus Gratia. diſcepta. foren. cap. 113. per totum, & nos infrà aliquid dicemus.

9 Secundum † autem extremum, ſcilicèt ſpoliatio, probandum etiam eſt vltra poſſeſſionem, gloſa in l. 1. §. ſi quis tamen, verbo, *poſſidebat*, ff de vi, & vi arma. capit. conſultationibus,

* vbi Dec. in 2. notab. & omnes in concluſè de

10 offi. & poteſt. iud. delega. ſpoliatio autẽ † huiuſmodi probata cenſetur ex ſola litis conteſtatione facta per ſpoliantem quando per ſpoliatum ei petitio fieret, Socin. Iun. conſ. 18. col. 3. lib. 2. atque ita *deciſum* in Rot. Rom. de anno

† 1552. teſtatur Æmil. Veral. deciſ. 372. part. 1. qua quidẽ ego cum deciſione valdè cõſolatus ſum quandam aduocatum huius ciuitatis, qui cum ſpolij cauſam inſtituiſſet pro quibuſdam penſionibus cenſualis cuiuſdam decurſis, & ſolui ceſſatis, graui afflictione angebatur timẽs ſubcumbere ex eo quòd licèt primum extremũ, ſcilicèt poſſeſſionem probaſſet, in ſecundo tamen, ſcilicèt ſpoliatione probanda, defecerat, dixi non dubitandum de victoria ex quo per litis conteſtationem per ſuum aduerſarium factam ſatis dicebatur probata ſpoliatio, vidẽ. Cancer. var. reſolu. parte 2. capi. 7. de teſti. ſpolia. nume. 79.

Supradicta de ſpolio commiſſo per ceſſationem à ſoluendo, & negationem ſolutionis, ſanè intelligenda vult Anthonius Fab. in ſuo codice lib. 8. titul. 3. vti poſſideris, defini. 9. qui in terminis loquitur quando ceſſatum eſt in ſolutione reditus annui, de quo nos agimus, vera (inquam) eſſe is doctor dicit ſi malit is qui turbatur ſe dicere ſpoliatũ, quàm turbatum, nam ſi contrarium velit, poteſt vtique, & interdictum retinendæ intentare, vbi vide.

Indè

11 Indè † intelliges quamobrem laycus, qui recusat soluere Ecclesiæ aliquam pensionem, quam solitus esset soluere, possit coram iudice Ecclesiastico proindè conueniri: ratio enim est, quia per huiusmodi denegationem committit spolium, & cũ eo sacrilegium, cuius ratione laycus conuenitur coram iudice Ecclesiastico ex glosa celebri in capite cum dilectus, quod met. caus. declarant, post antiquos, Dida. Couar. lib. 1. var. capi. 4. nume. 2. Iacobus Menoc. de recuperan. pos. remed. 15 num. 205. nostet Michael Petres in tertia parte obseruã. † cap. 229. vbi ita *obtinuit* in Cathalonia docet, quod idem nos etiam attestari possumus, qui pluries viderimus ita declaratum, & Iacobus Cancer. lib. 1. var. resol. cap. 7. de restitu. spolior. nume. 79. quatenus docet spolium committi per eum qui denegat soluere, cuius ratione fit quod supra dictum est.

12 Et hoc quidem † possessorio recuperandæ iuditio agi potest nedum aduersus eum, qui est in possessione soluendi, & recusat vlteriùs soluere, sed & contra illius hæredem, & successorem, 13 quia † morte debitoris non mutatur nec alteratur ius creditoris, l. 2. §. ex his, de verb. obbligat. Guido Papæ decis. 629. Meno. de recupe. remed. 1. nume. 89. & 160. & alij relati per Cancer. vbi supra, num. 83. Adde Virgin. de Boca. de cens. parte 2. nume. 179. vers. non obstat, vbi dicit ita fuisse pluries in Rota †† Roma. *resolutum.*

14 Circa hæc † vnum nota, in quo quendam nõ ex infimis nostri temporis aduocatum trepidare in contingentia facti vidi, quòd quando, vt dixi, agitur possessorio iuditio pro dictis censualibus, non habet locum consti. nostra 5. mi. de executio de censals, quę disponit quòd si quis opposuerit contra censuale exceptionẽ, vel falsitatis, vis, metus, nullitatis prędictarum, aut compensationis, audiri super eis debet facto vnius pensionis depositio, & datur ad id opponenti quatuor menses: sed tenetur priùs omnes pensiones soluere, & postea iuditio petitorio agere, vbi facto, vt dicitur in constitu. vnius pensionis depositio, audietur super † exceptionibus: sic Senatus *declarauit* 20. Octobris anno 1590. in causa aduersariorum Sedis Barcinonæ contra nobilem Hieronymum de Argensola referente egregio tunc Senatore, postea verò Regente in supremo Aragonum consilio Ioanne Sabater, scriba Benedicto Sacarer, tationem huius dicti nemo est qui non videat. ideò eam consultò omitto.

Circa quam constit. vide nostrum Cancer. lib. 1. vari. cap. 15. de prędictis. num. 15. Et obiter 15 † nota quòd eius dispositio solùm procedit quando opponitur aliqua exceptio ex specificatis in ea, non quando alia, atque ita in causa † supra enarrata fuit *dictum* quòd quia exceptio, quòd non possidebat, reus bona libera, non erat ex specificatis in dicta constitutione. ideò nõ profitebatur depositum vnius pensionis ad effectum, 16 de quo in ea. Item † constitutio prędicta non habet locum quando proceditur executiuè in vi privilegij scripturæ tertij, quia istud non admittit huiusmodi exceptiones, sed eam tantùm, quæ est solutionis, & satisfactionis, de qua constet per publicum instrumẽtum, † sic Senatus *declarasse* dicitur referente egregio quondam Senatore Anthonio Oliba sub die nona Decembris anno 1590. in causa Ioannis Nuri Sorribes contra illustres Marchiones de Ayrona, non vidi processum, nec reperi quis sit illius notarius, tu, si expediat, illum perquires, sed non arbitror futurum aliquando necessarium, cum clara, & aperta hæc ex se ipsis sint. Et si nihilominùs nõ cõquiescit adhuc animus, vide processũ causæ in Senatu verteris inter Catherinam Matoses, & Margaretam Castell sorores ex vna, & Eufrahinam Tudona viduam villæ Aqualatæ ex altera partibus, nunc ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Sesmit, vbi videbis prouisionem facto verbo per egregium etiam Senatorem Iosephum Dalmau, qui tũc erat causę relator, sub die vigesimo sexto Nouembris ann. 1603. factam, qua cum procederetur executiuè pro † pensionibus cuiusdam censualis, fuit *pensum* ad vlteriora procedendum non obstantibus exceptionibus oppositis contra illud, & depositio vnius pensionis ad executionem impediendam facto, est scriba Michael Perez.

17 Si verò † (vt ad secundam partem ptioris, membri principalis supra propositę diuisionis tenebamur) petitorio iuditio sit agendum, tali casu non est dubium quòd titulum, qui est suæ intentionis fundamentum, probare tenebitur agens, cuius vigore, si legitimus fuerit, nec ab aduersante validè impugnetur, obtinebit in causa: quomodo autem istud iuditium possit institui, & de præcepto desoluendo, quo solemus in id cõmuniter vti, vide supra claus. 2. glosa 1. ciuem Barcinonæ, à num. 51. Hæc nota omnibus sunt quæ dam debeant à nobis Iegiori oratione prosequi.

18 Solùm † animaduertam, antequam ab his recedam, pulchram esse disputationem, maximaque quotidie exindè suscitari altercationes, nunquid pẽsiones saturæ cum præteritis, & iam ante litem motam decursis, possint simul peti, an verò solùm debeat iuditium institui super præteritis. Qua † in re resolutiuè procedendo dicimus quod quamuis regulare sit iuditium non extendi ad futura, cum in pendenti esse non debeat, eo quòd tractus futuri temporis non spectet ad iudicem, ex vulgo. Is non

non quemadmodum, ff. de iudi. & alijs, quæ passim à doctoribus ad id adduci solent, id quod benè, vltra ordinarios in dicta l. nō quēadmodum, & alijs pluribus in locis, declarant Dida. lib. 1. var. capi. 18. num. 8. Ludoui. Molina de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 14. per totum, Arnus Pinel. in l. 1. parte 3. nume. 78. C. de bon. matern. Osas. decis. 130. Ioan. Fab. omnino vidē. in §. prę iuditiales, à nu. 30. instit. de actio. benè Viui. decis. 403. nume. 13. & 14. Vrsil. ad Afflic. decis. 279. nume. 2. Mar. Anthon. de Pet. de fideicommis. quæst. 10. à nume. 11. Peregrin. in simili tracta. artic. 41. in principio, Ioan. Gutier. cons. 13. nume. 1. & Ioannes Garcia Gallecus in tracta. de nobilita. glosa 47. nume. 15. & 16. id

20 † tamen intelligitur quando nihil debetur de prę senti, sed totum de futuro, & seu sub conditione, secus tamen est quando aliquod ius cōpetit de prę senti deducibile in iuditium, & in eius consequentiam venit aliquod ius futurum, vel sub conditione: vel quando (quod est idem) agendum est pro aliquo iure de prę senti, quod habeat causam successiuam pro futuro tempore, prouti in nostro casu contingit, tali enim casu poterit peroptimè ius de futuro cum iure de presenti in iuditium deduci, probat Rom. Cas. in l. 1. C. de fideicommis. & in alijs iuribus, quæ passim ad id à doctoribus adducuntur, ita distingunt Moli. & Peregrin. vbi suprà, idem in effectu antea dixerat Bar. in l. vbi autem §. qui sortem, ff. de verb. obligat. in l. 1. C. de senten. quæ sine cer. quantitate, & in allega. l. 1. C. de fideicommis. & expresè docent omnes suprà relati, in hocque omnes cōuenire dicit Petra nume. 22. Adde Hiero. Gab. cons. 47. num. 9. lib. 1. & Andre. Gayl. obserua. 74. lib. 2. per totum, vbi docet ita communiter

†† in Camera Imperiali *obseruari*, plurieſque fuisse decisum in hac annuorum reddituum materia, benè Surd. decis. 120. per totum, vbi dicit

† sic in Senatu Mantua. fuisse etiam *decisum* in annuis legatis. Estque ratio euidens quia valdè absurdum foret quòd quis pro singulis pēsionibus, aut tantùm pro iam cessis tempore inchoatæ litis peculiarem processum instituere, & nouam litem mouere teneretur, contra l. malè agitur C. de prescrip. 30. vel 40. an. cum simil. quas referunt Gayl. Moli. Osasc. & Surd. qui rationem hanc adducunt in locis suprà citatis, Adde eis Francis. Viui. idē pluribus probantem decis. 403. per totum, non est negligēda don Garciæ Mestril decis. 118. in 2. vol. quæ de hoc etiam agit.

21 Hæc † vix obseruantur in nostro Principatus Cathaloniæ Senatu: quamuis enim per actorem petantur in eo pensiones nedum decursæ, sed & decurrendæ, non tamen solet Senatus super decurrendis, sed super decursis tātum declarare, atque ita necessum nobis est pro vnaquaque pensione, quando illius dies aduenit, particularem litem, particulareque iuditium instituere, prouti mille exemplarib⁹

†† possemus hoc loci comprobare, sufficiat *duo* tantùm pro nunc hic referre, alterum ad relationem nobilis Ioānis Sabater, postea pro suis meritis Regentis in supremo Aragonum, in causa Petri Soler beneficiati in Ecclesia Barcinonæ, cōtra vniuersitatē de Guimera de anno 1594. scriba Benedicto Sacares et aliud ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust in causa Sebastiani Custous prębyteri cōtra vniuersitatem villæ Balneolarum de anno 1601. scriba N. Bretons, in quibus licèt agentes tam pro decursis, quàm decurrendis censualis pensionibus egissent, pro decursis tamen tantùm, non pro decurrendis meruerunt sententiam obtinere, atque ita necessum eis fuit pro alijs pensionibus singulis annis vt decurrerēt, aliud iuditium instituere, prouti signanter in processu causę dicti Soler, vbi fuit practicatū, est videre: nec est quòd prętermittamus causas nobilis Michaelis de Requesens, & de Crudillis notas in hac ciuitate, contra quem singulis annis oportet eos agere qui pēliones censualium, seu annuorum legatorum recipiunt, pro illorum recuperatione: nec dicatur

22 † in his quæ debentur in vim vltimæ voluntatis non habere locum quæ nos in superioribⁿ tradidimus de petendis decurrendis simul cū decursis pensionibus, quia in his nullam esse differentiam inter ea quæ in vim contractus, vel vltimæ voluntatis debentur, latè probat Gayl. allega. obserua. 74. n. 3.

23 Cur ergo †, si hæc ita sunt, opinioque huiusmodi tanta ratione fulsita apparet, non solet noster Senatⁿ super futuris iudicare? ego ignoro, hoc vnum scio melius proculdubio consultum iri litigantibus quòd suprà relata doctorum opinio sequeretur, sic enim fieret quòd ipsi pluribus expensis, ac damnis releuarētur, quæ necessariò subire eos oportet in tanta litium particularium motione, & certè ego cōpati non possum quòd sit in facultate debitoris census, vel cuiuscunq; alterius annuæ prę stationis non soluendo cogere creditorem vt imperpetuum cum eo litem habeat, quod nō fieret si in vno iuditio ad omnes futuras pensiones imperpetuum decurrendas fieret condemnatio: tunc enim non foret necesse singulis annis particularem litem mouere, sed executiuè procedere in vim regiæ sententiæ. Sic olim in Senatu obseruabatur vt docet nobilis Ludouicus à Peguera decis. 156. & quandam

† *decisionem* refert de anno 1571. factam: verùm, vt dixi, aliter hæc practicantur.

24 Memini † tamen quòd multò post hæc

scripta,

scripta, die scilicet 20. Maij anno 1609. prolata fuit sententia referente Hieronymo Seniust in causa Petri Soler beneficiati in Ecclesiæ Barcinonæ contra viduam N. Claris, scriba Agramunt, in qua Senatus nedum pro præteritis, sed etiam pro futuris pensionibus suo tempore singulis annis soluendis *declarauit*, nescio an mutauerit sentẽtiam, & an ad id, quod antiquitùs obseruabatur, redire voluerit.

25 Sed † dubitare vidi Senatum de anno 1611. in tertia aula ad relationem egregij Senatoris Michaelis Sala in causa Ecclesiæ Sãcti Ioãnis villæ Perpiniani contra nobilem Maginam de Oliuo, scriba N. Vilosla, quomodo esset procedendum contra dictam Oliuo pro recuperatione pensionum cuiusdam cẽsualis decursarum post latam sententiam in fauorem dictæ Ecclesiæ pro præteritis, & futuris simul: dicebam quòd via executiua per expeditionem literarum executorialium expediri aliàs prouisarum cum decretũ executionis esset factum statim post latam sententiam quando volebat Ecclesia recuperare tunc præteritas comprehẽsas in sententia: replicabat Senatus non vidisse consque aliquem aduocatum, qui tale quid vnquam prætendisset, sed omnes esse solitos nouum iuditium instituere pro qualibet pensione quando ipsa cederet, & exiret, sed ego dicebam mihi eam praxim non placere, sed eam quòd via executiua procederetur donec viueret is contra quem lata sententia fuisset, non secus atqui proceditur contra illum qui instrumentum firmauit: aliàs enim frustra (inquiebam) fieret condemnatio pro futuris in eadem sententia si suo postea adueniente tempore non exequeretur, & quia à me quærebatur quòd ostenderem qui id diceret, & exemplar aliquod, quo noster Senatus similem executionem absque alia causæ cognitione dedisset, quo ad primum allegaui in terminis Vrsil. in additione ad Afflic. decis. 279. numer. 2. qui id ex Roma. Afflic. & alijs expressissimè tradit: quo ad secundum verò respondi me tale exemplar nõ vidisse, sed quia reperiebam ita de iure esse, & procedere, non semel id tentasse tentatique proposuisse quoties se occasio offerret: memineram enim quòd in alia causa Ioannis Cambra contra N. Cabratosa referente primò egregio Senatore Francisco Mijauila, & Franqueza, & postea Hieronymo Seniust, scriba Camarasa, idem quod in hac causa prætenderam, sed quia egregius, & valdè doctus erat cõtrarius aduocatus, & hæc optimè noscebat, intellecto quòd condemnatio erat de præteritis, & futuris pensionibus, non contradixit, sed sanctè clienti suo consuluit quòd absque alio litigo singulis annis solueret pensionem, atque ita factum fuit, & fit vnoquoque anno: addebam summè esse hanc opinionem reipublicæ cõducibilem ne (quod tantopere iura abhorrent) tot litigijs, & iurgibus homines in infinitum vexentur, qua in causa (negotio collato, & tractato cum tribus aulis) post multas disceptationes aliũ hæc res habuit expediens, quo non fuit opus articulum vlteriùs disputare; sed cum isdem ipse casus successisset postea, de anno scilicet 1611. in Senatu disputandus in eadem tertia aula referente egregio Senatore Francisco Bonet in causa cõiugum Iordis contra Alexiã Amell † *obtentum* fuit quòd die vigesimo Iunij in decreto executionis sententiæ latæ tam pro pensionibus decursis, quàm decurrendis prouisa fuerit, facto verbo, executio nedum pro decursis tempore litis motæ, sed etiam pro eis quæ cesserant pendente lite, scriba Pla. Hæc si obseruentur nõ erit quòd fatigemur sicut fatigamur quotidie in addẽdo & cumulãdo sæpè tepiùs in discursu causę pẽtiones pẽtionib⁹, eas scilicet quæ decurrunt pendente lite: cũ enim si solùm fiat petitio de præteritis, sub ea non comprehendantur quæ cedunt ex post, indè fit quòd sit necessarium multiplicare petitiones in discursu causæ, adeò † vt etiam si postea in sentẽtia cum sola prima petitione fieret condemnatio omnium pensionum decursarum non intelligeretur facta de eis, quæ decurrissent tempore durationis causæ, prout probat Salust. Tiber. à Corne. in tract. de modo procedend. in causis, quæ coram auditore Cameræ aguntur lib. 3. cap. 5. num. 21. Si autem semel facta sit petitio pro præteritis, & futuris non est quòd ex post fiat alia petitio, sed cum illa prima possit optimè sententia ferri pro omnibus, prout ex suprà adductis, & probatis patet, & allegat⁹ Tiber. à Corne. probat vbi ꝛ.

26

27 Si verò † sit via exequutiua pro huiusmodi pensionibus censualium in casibus de iure permissis (quod erat secundum principale superiùs propositæ distinctionis membrum) agendum, tali casu seruandæ omninò sunt constitutiones in titulo de execu. de cens. firæ in 1. volum. constitut. & obseruanda illarum dispositio, & rigor scriptaræ tertij, quæ solet in huiusmodi instrumentis apponi, de quibus operæ pretium duxi hoc loci nihil dicere commodiorem expectans in sequentibus clausulis locum, in quibus aliquando de scriptura tertij, & instrumentis guarentigatis, quæ eondem habent exequẽdi modum, quem nostra censualia, & violaria, nobis futurus est sermo, habeant interim lectores in domino pacientiam, & duabus, vel tribus annotatiunculis, quas hic circa hæc faciemus, contenti expectent libenter quę longiori sermone de eadem materia in alijs locis dicenda sunt.

Adno-

28 Adnotamus † igitur primò quòd quandoque in huiusmodi obligationibus adest obligatio nedum bonorum, sed & personæ etiam eius, qui censuale vendidit, quo casu potest creditor eam capi facere, & carceribus mancipare donec soluerit: hoc notius est in Cathalonia, quàm debeat à nobis aliàs explicari: est

29 autem † valdè ignotũ, vel saltem parùm practicatum quòd huiusmodi carceratio personæ debitoris, & detentio fit non ad custodiam, sicut regulare est in illis, quæ fiunt propter delicta, sed imò ad pœnam, vt tædio affectus debitor soluat, vt docet Marti. Monter decis. 7. nume. 1. & 2. & pulchrè Anthon. Fab. plura ex hoc inferens in suo codice tom. 2. lib. 8. tit. 29. de solut. diffinit. 16. de qua materia latiùs infrà agemus, hæc est enim differentia inter vnum,

30 & alium casum, vndè † fit quàm malè faciant iudices, qui seuerè non animaduertunt in cõmentarienses, & carceratorum custodes ex eo quòd soleant huiusmodi captis permitere vt à carceribus exeant, & per ciuitatem, & plateas deambulent in damnum creditorum, qui *sic impediuntur sua credita recuperare*: videntes enim debitores quòd carceratio non cedit eis in pœnam, nec in carceribus vnquã sic tædio carcerationis afficiuntur vt cõpellãtur soluere, commentarienses verò facilimi fiunt ad dimitendum istos debitores, qui, cum sit negotium ciuile, existimant satis esse quòd eis fit cautum quòd carceratus non fugiet, cum deberent considerare quòd id non sufficit ad cõmodum creditoris, sed imò debent eos captos detinere vt pœnas carceris sentientes tandem soluant, plus dico quòd imò faciliores multò possent esse cõmentarienses prędicti ad dimitendum cum sua securitate, si fieri posset, captos pro causa criminali, quàm pro ciuili: cum enim carceratio illorum tantùm fiat pro custodia, expectando aliam pœnam inferendam per diffinitiuam, nihil interesset an vno, vel alio modo reus custoditur dummodo pro exequenda *diffinitiua* ferenda securè repetiri posset, carceratio autem istorum qui pro ciuili capiuntur non fit ad custodiam expectando aliam pœnã, sed imò *ipsa* carceratio est pœna, vt dictum est, indè fit quòd nunquam soluãt, & proinde malè faciant qui eos dimittunt, & *cum quacunq; cautione elargiuntur sine consensu creditoris*, benè Mont. & Fab. vbi suprà.

31 Nolim † tamen quòd ex quo dixi malè facere qui captos pro debito ciuili elargiuntur sine consensu creditoris, arbitrareris me tenere quòd possint id facere cum solo dicto consensu: est enim vltra illud necessaria iudicis licentia, vt Vini. decis. 202. per totam in primo volumine docet.

32 Notamus † secundò quòd isti sic carcerati debitores possunt multis modis ex carceratione liberè faciendam prętendere, & signanter quando nulliter fuit vt capti, quod multifariam contingere posse, vel propter deffectum iurisdictionis iudicis, vel quia in die feriata esset captura facta, vel aliàs, nemo est qui dubitet, & ideò non est quòd nos vltertùs immoremur. †

33 Illud † solũ est annotatione dignum, quòd iste sic nulliter captus debet taliter relaxari, vt non possit iterùm capi, veluti restituendo eum in eundem locum, in quo captus fuerat, vel eo aliàs modo, quo reuera cum effectu dici possit suæ pristinæ libertati restitutus, aliàs enim liberari non dicitur qui sic à carcere liberatur vt statim capi possit, probat benè Portol. in schol. ad Molin. in tracta. de libera. capti §. 2. num. 9. & 10. in primo volumine, vbi nonnullas tradit

†† Senatus Aragonensis ad id factas *decisiones*, idẽ pulchrè probat Caualcan. decis. 1. nume. 45. in prima parte, & omnium latissimè Prosper. Farinacius de carcer. & carcera. quęstione 29. nume. 11. qui alios allegant. Propter quod sub die prima Iunij an. 1602. Senatus noster prespicax referente egregio Senatore Iacobo Puigmija in causa Francisci Serra Droguerij ciuis Barcinonæ, contra Petrum Ioannem Morell

† etiam Droguerium scriba Vilossa, *annullauit* capturam de persona dicti Morell pro securitate iuditij factam ex prouisione dicti egregij relatoris, ex quo facta extiterat ante ianuas regiorum carcerũ vbi Virgarius regius expectabat, vt dictum Morell caperet, quòd exiret à dictis regijs carceribus, in quibus detinebatur & tunc relaxari debebat in vim alterius prouisionis factæ per Regentem Regiam Cancellariam: annullauit (inquam) Senatus huiusmodi capturam vti nullam, quia dictus Morell cũ captus fuit sic vt suprà dictum est, non erat in omnimoda libertate, in qua reponi debebat iuxta prouisionem Regentis Cancellariam.

34 Notamus † tertiò quòd isti sic pro debitis ciuilibus carcerati possunt etiam vigore constitutionum 4. & 7. tituli de pobres pladeiants petere quòd alimenta sibi pręstentur per creditores si ipsi sint pauperes, & tenebitur quidem creditor si debitor sit miles, qui obligatus sit in persona ante cur. anni 1585. nam ex post *non potest se sic obligare in Cathalonia obstãte constit. 9. tituli de actio. y obliga.* tenebitur (inquam) creditor si debitor sit miles soluere vnum regale, siue duos solidos, pro die, & si plebeius decem & octo denarios modo & forma contentis in dictis cõstitutionibus, aliàs si non pręstantur intra biduum, vel postea per totidem tempus cessatur in pręstatione, liberatur quidẽ debitor, & excarcerari debet, & hic est secũdus modus excarcerãdi captos.

Circa

35 Circa † quod plures oriuntur dubitationes, primò nunquid creditor in terminis constitutionum prędictarum excusetur ab onere alimentandi carceratum eo prętextu quòd confraternitas misericordiæ, vel, vt in hac ciuitate Barcinonę, elemosyna cómunis alimenta prę-stat huiusmodi carceratis, vel eo prętextu quòd creditor effecerit suum debitorem in dictam elemosynam communem intrare vt ibi aleretur, qui punctus, quia optimè, post infinitos quos allegat, pertractatur ab Alaar. Velasc. consulta 1. nume. 8. cum sequentibus, ideò ad illius resolutionem ab eo petendam lectorē remittimus, & relegamus, adde Gam. decis. 261. & eius additio. Lara in l. si quis à liberis §. solent, num. 18. & 19. de liber. agnos. & allegatos per Cassana. cons. 25. num. 9.

36 Oritur † & alia circa supradicta dubitatio nunquid duo illi dies, per quos dicit constitu. quòd si cessatum fuerit à prestatione alimentorum per creditorem facienda, relaxetur debitor à carceribus, debeant esse continui, an verò sufficiant interpollati, verbi gratia omitēdo hodie dare alimēta, & cras iterùm dando, sequenti verò die denegando: difficilis admodum est articulus iste, nec mirum quòd talis iudicetur postquam in Senatu, vbi contingit aliquando illum tractari, diuisos scimus fuisse Regios Senatores in illius decisione.

37 Imprimis † igitur pro parte negatiua quòd nō sufficiat cessatio per duos dies interpollatos, sed requiratur quòd illi sint continui, videtur facere quia quando lex facit mentionem de certo tempore intelligitur de continuo, nō de vtili, & interpollato, glosa notab. in rub. de diuer. & tempo. prescrip. Abbas in capit. finali de elect. cit. fin. Lap allega. 47. & Anthon. Bardus in tracta. de tempo. vti. & conti. capit. 3. num. 9 in 5. volum. tracta. vltimæ impressionis, Anthon. Gom. tom. 3. var. resolut. cap. 1. de delict. num. 5. & cap. de exilio, & relega. nume. 2. Ludo. Gom. in §. rursus, num. 37. instit. de actio. in Reg. Cancella. de annal. quæstio. 59. & 77. & in Reg. de trienna. quæstio. 20. Ioan. Gutierrez in cano. quæst. lib. 1. cap. 12. num. 23. & 24. cum penè infinitis, quos ipsi allegāt, qui ad id probandum prę alijs inducunt iura tex. in l. capite quinto, ad l. Iul. d adulter. l. relegati ff. de pæn. & l. fin. §. quotidie, de publica. & vectigal. cap. laudabilem iunct. glosa, de frigid. & maleficia. Adde nostrum Cācer, post hæc scripta visum, in 3. p. var. c. 11. de sponsal. n. 179.

38 Per quam † resolutionem plures plura resoluūt egregia iuris nostri dubia, primò enim Abbas in cap. ad apostolicam, de regular. quē sequūtur quamplurimi allegati per Pat. Azor. in instit. moral. parte 1. lib. 12. capi. 2. de noui. proba. quæstio. 8. Rodrig. in sum. cas. conscien. tom. 2. cap. 8. nouitios, conclu. 5. num. 4. Nauar. cōs. 17. lib. 3. de regular. renō quòd annus probationis in regularibus debet esse continuus antequam professio fiat, sic vt non sufficiat stitisse in religione per sex mēses si postea dimisso habitu diuagatum sit per mundum, quamuis postea isdem habitus iterùm sumatur, & per alios sex menses in religione gestetur, quia iura quæ de tempore faciunt mentionem de continuo intelligunt, non de interpollato.

39 Secundò † Menoch. ex multorum auctoritate in lib. 3. presum. presumptio. 139. nume. 5. cum sequentib. per dictam regulam resoluit l. quicunque, de apo. pub. lib. 10. C. quę vult solutionem trium annorum facere presumi solutum fuisse in præteritum, esse intelligendam si prędicti tres anni continui fuerint, non interpollati, in quo certam Neapolitani Senatus † *determinationem* relatam per Vincenc. de Fran. decis. 137. reprobat, & continuit, quia iura quę de tempore faciunt mentionem de continuo intelligunt, non de interpolato.

40 Tertiò † Ludouicus Gomez in reg. d annali possessor. allega quæstione 77. ex regula superiùs per nos cōstituta concludit non sufficere, ad effectū de quo ibi, regulæ scilicet de annali possessore, quòd aliquis possederit primò per sex menses, & post spoliationem, quæ eos sequuta fuit, possederit secundò per alios sex mē ses, quia iura, & dispositiones quæ de tempore faciunt mentionem, de continuo intelligunt, non de interpollato.

41 Quartò † ex eadem regula nostras Cancerius vbi suprà allegatus est concludit, quòd si in aliqua confraternitate habuerint cōfratres priuilegium, quòd nemo possit fieri, & creari Magister in sua arte nisi qui per triennium steterit in tyrocinio cum aliquo Magistro, non poterit talis fieri qui interpollatim steterit, veluti stando priùs per annum, & deindè per reliquum tempus post moram inter vtrunque tempus alibi tractam, quia iura, & dispositiones, quæ de tempore faciunt mentionem, de continuo intelligunt, non de interpollato.

42 Cui † tamen resolutioni is postea doctor limitationem, ac declarationem non inutilem acommodat (hæc est particularis illius prę ceteris conditio vt semper soleat, quò res perfectiùs, & exactiùs intelligatur, nihilq; intactum penitùs omittatur, huiusmodi limitationibus, & declarationibus vti, quæ mirum in modum operi ipsius exornant, ipsumque grauem doctorem cōmonstrant) dummodo mota illa nō sit modica, quia si talis esset nō induceret diuersitatem.

43 Hæc † & alia plura, quæ consultò hic omittuntur, ne tædio lectores afficiantur, doctores inferunt ex regula suprà dicta, & per eam resol-

reſoluunt, quæ ſatis ſuperque videtur partem hanc negatiuam noſtræ quæſtionis probare, magiſque probabunt ſi addideris quòd ſupradicta regula multò magis, ac ſine ſcrupulo procedit in pœnalibus, & odioſis, qualis videtur eſſe caſus noſter, *in quo* in pœnam creditoris negligentis dare alimenta relaxatur ſuus debitor ſine ſpe vlterioris carcerationis, & ferè ſemper cum ſpe perdendi debitũ vt rectè probant Ioan. Mona. Archidia. & Ioan. And. per illũ tex. in capit. vni. de vita, & honeſt. clericor. in 6. & ibi etiam Domini. num. 6. Ludo. Gom. in allega. reg. de anna. quæſt. 77. in fin. vbi volunt expreſſiſſimè integrum, & continuũ tempus requiri vt quis incidat in pœnam.

44 Propter † quod Ang. in §. hæc autem tria in prohœm. digeſtorum, quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. ſi idem cum eodem nu. 7. de iuriſ. om. iud. concludit quòd ſtante ſtatuto quòd quicũque retinuerit bannitum duobus dieb⁹ puniatur in mille florennis, non punietur ille qui priùs vno die illum retinuiſſe probabitur, & poſtea alio die, non tamen continuo, ſed interpollato, *intercedentibus multis diebus* inter vnum, & alium diem, quia integrum, & continuum tempus requiritur vt quis incidat in pœnam.

45 Secundò † Anthon. Gom. tom. 3. var. cap. 1. de delict. num. 3. & cap. de exilio, & relegatio. nume. 2. Gregor. Lop. in l 2. titulo 28. parti. 7. in † gloſſa primera vez, in verſ. *an verò ſufficiat*, & Ioan. Gutier. in cano. quæſtio. lib. 1. capi. 12. nume. 24. cõcludunt, ad declarationem plurium pragmaticarum Regni Caſtellæ, dies illos triginta, vel ſex menſes, per quos ſi quis permanſerit in excommunicatione punitur pœnis per pragmaticas ſtatutis, requiri continuos, & non 50 interpollatos: quia tempus integrum, & continuum requiritur vt quis incidat in pœnam.

Hæc qui legerit dixerit proculdubio hanc partem eſſe veriſſimam: ſed vertat folium, & legat argumẽta ſequentia in fauorem alterius opinionis, & videbit qualiter res hæc non tam
46 ſit expedita vt vulgò creditur. Ratio † igitur prima, quæ pro contraria parte affirmante facit eſt quia etſi ſecurè regula ſuperiùs tradita ſit conſtituta quòd vbi lex mentionem facit de tempore intelligatur de continuo, & non de interpollato, ea tamẽ limitatur fauore cauſæ pię, tunc enim coniunguntur tempora, & 51 ex multis interpollatis fit vnum integrum tẽpus, quod in diſpoſitione requiritur: hoc inter priuilegia piæ cauſæ poni per Andr. de Beſſet in l. habeat nume. 223. C. de ſacroſan. Eccleſ. referet Anthon. Bar. de tempor. vtil. & contin. † capit. 3. nu. 9. verſ. *in predicto autem caſu.*

47 Hinc fit † quòd ſi dominus iuſſit ſeruum eſſe liberum ſi ſeruiret Titio per triennium, †

cõſequetur proculdubio libertatem quamuis nõ ſeruierit per totum triennium cõtinuum, ſed interpollatũ, putà vno anno priùs, & duobus poſtea poſt fugam, quam à domo titij inter vtrumq; tempus feciſſet, probat expreſsè l. Paul. 5. fin. ff. de libera. cau. circa quã Iaſ. & Antho. Gom. vbi ſuprà allegati ſunt, dicunt quod nos ad noſtrum propoſitum eos dixiſſe volumus, eam legem continere ſingularem, & particularem diſpoſitionem à regula generali deuiantẽ propter fauorẽ libertatis, & cauſæ piæ.

48 Alimentorum † autem cauſam eſſe piam neminem arbitror fore qui mihi neget, ſin minùs, legat l. Mela. ibi, *pietatis intuitu*, & ibi not. gloſſa Bar. & alij ff. de alim. & cibar. legat. l. ſancimus C. de ſacroſan. Eccleſ. §. aliud, in auctẽ. vt cum de appella. cognoſci. l. cum hi §. in annis ff. de tranſac. cum ſimil. latiſſimè, prę alijs, id probant Corduba *in* lege ſi quis à liberis §. vtrum, de liber. agnoſ. & Surd. de alimen. titul. 8. priui. 1. ſtatim in initio, quorum ego allegatione ſola contentus reliquos filebo, quos ipſi allegant, ergo concluditur quòd ob hanc rationem debeant tempora coniungi, & ſic ſufficiant dies interpollati.

49 Secunda † ratio (licèt videatur eſſe eadem cum prima, quia tamen clariùs intentum probat, ideò ſeparatim adducitur) eſt quia in fauorabilibus coaceruantur tempora, & ſufficiunt interpollata, abſque eo quòd ſit neceſſarium ea eſſe continua, ſic Iaſ. in allega. l. idem cum eodem num. 7. ff. de iur. om. iud. reſoluens hãc quæſtionem, de cõtinuo, & interpollato nempe, cum illa diſtinctione an res ſit fauorabilis, an verò odioſa, ſic vt ſi fauorabilis, ſufficiat tẽpus interpollatum, ſin minùs, debeat eſſe con-

Hæc ſunt, † quæ dubiam hãc noſtram reddunt quæſtionem, vt nihil mirum ſit quòd cũ caſus ſucceſſiſſet in Senatu de ea diſputandus de anno 1607. ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola in cauſa Raymundi Rocabruna contra Hieronymum Ponſic, actuario Agramunt, diuiſus Senatus fuerit in cõtrarias ſententias ſub die 12. Iunij dicti anni 1607. ob-
† *tinuit* tamen pro caſu fauorabili, & fauore piæ

cauſæ

causæ,ac alimentorum, vt liberaretur debitor à carceribus ob non prestita alimenta per duos dies interpollatos, sic ex quinque Senatoribus tribus concludentibus, reliquis licèt duobus, sanè alijs non inferioribus,reluctantibus,quod iam idem in prima instantia (erat enim hæc secunda) in eadem causa *declaratum* fuerat referente nobili Ludouico à Peguera causæ relatore: verùm nō potuit sciri an cum contradictione,an verò sine ea,res transierit in ea aula,cum in his quæ fiunt facto verbo absque conclusione,nō scribatur quid resolutum fuerit,nec notentur vota contraria.

52 Ego† tamen, quicquid declaratum fuerit, salua tamen semper Senatus grauiori censura, cui iustum est quòd omnes cedamus, negatiuam potiùs, quàm affirmatiuam amplecteret opinionem, existimans non sufficere ad liberandum carceratum cessationem per duos interpollatos dies, sed imò debere illos esse continuos, ad quod moueor primò quod odiosa, & pœnalis omninò sit nostrarum constitutionum dispositio in merum odium, & pœnam creditoris facta in casu, quo per duos dies negligerent dare alimenta debitoribus,& quamuis id redundet in beneficium,& fauorem debitorum,quia tamen non fuit principalis ad id intentio statuentium, ideò non potest dici fauorabilis dispositio respectu fauoris, & commodi,quod indè reportant debitores, sed imò odiosa,& pœnalis respectu odij,& pœnæ, quibus proindè afficiuntur creditores, ex nota. doctrina Bartol. Bal.Pau. & communiter scribentium in l.qui exceptionem ff. de cōdictio. indeb.Tiraquel.de retract. ligna. §.30. glossa 1. nume.5.Ludouic. Moli. de primogen.Hispan. lib.1.cap. 18.nume.3.Menoch. omninò viden. de recuper.possess.remed.1.à num.13.cum multis sequentibus,Cancer.lib.1.var.cap.1.de substitu.nume.22.& 23.Cassana.cons.54. nume.16. Peregrin. de fideicommiss. articul. 1. nume. 24. Aldera.Mascar.de interpre.statu.conclu.4.nume.146.& plurium aliorum,quos ipsi referunt,
53 dicentium† dispositionem dici fauorabilem, vel odiosam ex principali intentione statuentium,vt scilicet si principaliter facta fuerit in fauoré vnius,licèt consequenter vergat in odium alterius, dicatur fauorabilis, & è cōuerso odiosa si principaliter in odium alicuius sit facta, licèt redundet in fauorem alterius.

54 Plura† exempla supradicti doctores referunt,quibus res hæc clarior,& dilucidior ad nostrum propositū reddatur,primò enim de Macedoniano Senatuscōsulto loquentes dicunt illud dici odiosum quia principaliter emanauit in odium creditorum,id est fœnerantium, quamuis in fauorem filiorumfamilias redun-
55 der,è contra verò† Velleyanum Senatus consultum fauorabile appellant quia principaliter in fauorem mulierum est introductum.

56 Secundum† exemplum isdem Bar.adducit in statuto disponēte quòd si quis nō assignauerit debitum in catastro cadat à iure suo, dicens quòd dicetur odiosum quia in odium non soluentis.

57 Tertium† exemplū adducit Menoc.allega. remed.1.de recup.possess.à n.13. cum mult. seq. in restitutione spoliatorū dicens illā esse odiosā quia principaliter in odium spoliantis sit introductum vt non audiatur donec restitutionem fecerit,licèt id redundet in fauorem spoliati,ad hunc auctorem recurrere si volueris argumēta habere, quibus nostrum intentum probes, & hanc materiam intelligas.

58 Hæc† exempla clariorem nostram reddunt opinionē,quàm ego scirem hoc loci deducere: si enim ad priores iuriū nostrorū municipaliū dispositiones de hoc loquētes oculos cōuerterimus,reperiemus proculdubio nihil in eis cōtineri præter merū odiū,& pœnā creditorū negligentium dare pauperib.debitorib.alimenta: inter eas est prag. Infan.Mar.dat.Barcinonę 6. Iunij an.1391.quæ legitur in 2.vol. *cōstit.sub tit.* de pauper.carce.incip.clamosam, qua expressè dicit Serenissimus Infans Martinus quòd quia per clamosam paupertū carceratorū insinuationē est sibi notificatū plures cessare pauperibus cerceratis dare solita alimēta vt dictos pauperes exprimere valeant, & fame inhumaniter coercere,ideò mādat dicta alimēta præstari, & casu quo recusauerint creditores, & iustæ rationes intra breuē terminū nō fuerint propositæ quare ad id nō teneantur,ipsi cōfestim nulla mora protracta à captione totaliter liberētur:*sustineri enim* (inquit) ***non debet quòd malitia creditorum pauperes,& miserabiles persona fame pereāt,& graue dispēdiū patiantur***,ecce quomodo in merum odium,& pœnā creditorū recusantiū alimenta pauperibus carceratis ministrare hæc prouisio emanauit,ergo dicēdū est eā esse odiosā,& pœnalem,& per cōsequens benè resolutum fuisse non posse coniungi tempora.

59 In qua†pragmatica particulariter nota proœmium, & præfationem, quæ tota dirigitur in odium creditoris,ex quo singulariter colligitur quòd odium est principalis causa dispositionis iux.notab.doctrinā Ludou.Roma.in cons.328. num.3.quem sequitur Aldera.vbi suprà,dicētis quòd ad cognoscendum (& in hac materia est magis cognitu difficile) an principalis intentio fundetur in odio,vel fauore,inspiciēda sit præfatio dispositionis.

60 Et si† hæc nō videātur tibi sufficere, separa quęso fauorē ab odio,& dic & quatenꝰ cōtinet nostra dispositio fauorē in eo quod est præstāda esse carceratis alimēta, fauorabilis dici debeat,

quatenus verò odium creditorũ negligentium ea pręstare vt in pœnã relaxentur illi à carcerib⁹, quod est de quo in pręsentiarũ nos agimus, odiosa, quod fieri posse in his, quæ diuidua sũt prout hæc, & cõmodã recipiunt separationem, multis te docet Menoch. contrarijs satisfaciens allega. remed. 1. recup. posses. n. 34. & Ludo. Molin. allega. c. 18. lib. 2. de primoge. Hispan. n. 5. cũ
61 multis, quos allegant, vbi † signãter propterea concludunt statutũ excludens fœminas propter masculos dici fauorabile quoad masculos, odiosum verò quoad fœminas.

62 Et si † adhuc cum his non quiescit animus sume tibi binas alias regulas, quas ad propositũ adducit Aldera. vbi suprà, quib. mirè probabis quod tractamus, prima quòd omnis dispositio, & statutum, quæ tendunt ad lucrũ cum iactura alterius dicũtur odiosa, sic Bal. referẽs in alleg. l. qui excep. tenet Caccialup. in l. omnes populi n. 253. de iusti. & iur. 2. regula omnis dispositio & statutum cõtinentia pœnã sunt odiosa Carpan. ad statu. Mediolan. in pręlud. n. 58. Oria. de interp. statut. n. 4. & 52. Galian. de verb. sign. lib. 8. c. 2. & 7. quos refert Aldera. vbi suprà, odiosa ergo erit omni iure nostra pœnalis dispositio.

63 Addamus † his rationem finalem positã in pragmat. infantis Martini, quæ fuit ne fame perirẽt debitores in carcere, quę nullo modo potest verificari quãdo cessatum est per duos dies interpollatos vt de se patet.

64 Nec † quicquam obstabunt quæ in contrarium adduximus de fauore alimentorum, quæ sunt causa pia, quia vt diximus, non propter illorum fauorem, sed imò propter merũ odium creditorum nostra dispositio emanauit.

65 Audiui † post causam finitam, cuius exemplar suprà adduxim⁹, voluisse aduocatum eius qui obtinuerat, vt ab his difficultatibus se explicaret, Senatui inter informandum persuadere in casu illius, qui cessauit per vnum diem alimenta pręstare, & postea pręstitit pro alijs diebus, cessando ad finem per alium diem, non esse computationem dierum faciendam sicuti communiter fit quòd is post cessationem vnius diei soluens, & seu deponens penes commentariensem censeatur soluisse pro futuris diebus tantùm, non pro die pręterito, sed imò censeri debere deposuisse, & soluisse primò pro die cessato, & pro reliquis postea sequentibus, vndè inquiebat fieri quòd ad vltimum diem dici debeat cessatum per duos dies continuos, & per hanc considerationem satagebat inducere Regios Senatores ad suam opinionem absque eo quòd esset necessum venire ad coniunctionem temporum interpollatorum.

66 Verùm † ego non possum mihi persuadere quòd perspicacissimo Senatui hic computandi modus arriserit quia pluribus videtur repugnare certissimis iuris regulis, primò quia sic interpretatio sumeretur non per quam euitaretur pœna, sed imò per quam in pœnam soluens incideret, quod nullatenus est sustinendum, sed imò quòd præsumatur solutio facta pro debito cuius pœna non est commissa, ne scilicet commitatur per l. cum ex pluribus 1. ff. de solu. Menoch. de pręsump. lib. 3. pręsump. 136. num. 4. & 5. & de arbitra. iud. casu 493. nume. 6. qui in
67 finitos penè ad id allegat, & † hoc est quod dicitur præsumi debitorẽ soluere in causam grauiorem, & duriorem, de quo particulariter per Surd. per tot. decis. 186. durior enim, & grauior est causa alimẽtorum futurorum, per quorum nõ solutionem potest creditor incidere in pœnam vt relaxetur debitor sine spe vlterioris carcerationis, quàm præteritorum, quorum respectu nulla imminet eidem pœna quamuis nõ soluat.

68 Secundò † quia debitor soluens in dubio præsumitur soluere in vtiliorem causam, Menoch. dicta præsump. 136. nume. 15. & in consil. 121. nume. 45. in fin. post Craue. in cons. 106. nume. 11. quod autem soluisse præsumatur pro futuris alimentis potiùs, quàm pro præteritis, nemo dubitat quin sibi sit vtilius, ergo &c. quocunque ergo modo res consideretur semper habebimus intentum.

69 Notemus † secundò in hac pulchra materia quòd facta prouisione præstandorum alimentorum ea exequutioni mandatur præstita cautione non obstante quòd sit supplicatũ quemadmodum sententiæ diffinitiuæ supremi Senatus tam de iure communi habent non obstante supplicatione exequutionem ex aucten. quæ supplicatio C. de præcib. Impera. offeren. quàm etiam de iure nostro Cathaloniæ ex pluribus constitutio. tituli de exequutio. senten. in primo vol. constitu. sic resoluit Micha. Ferrer
† qui dicit ita *obseruari* in Senatu in tertia parte obserua. capit. 341. & 502. nobilis Ludouicus à Peguera in prax. ciuil. titulo de exequutione sententia. nume. 12. qui id probat esse de iure cõmuni, & Iacobus Cancer. libro primo var. cap. 16. nume. 17. & libro tertio post hęc scripta in lucem emisso capit. 17. nume. 125. quod quia vulgatum in præsentiarum omititur, rationem verò huius obseruantiæ, & dispositionis operæ pręrium duxi non fore silentio pręterendam quia eam forsan in inferioribus ad aliud necesse habebo, est igitur ne expectans declarationem in causa supplicationis faciendam ille qui veniret alẽdus fame periret: hæc doctores illi nostrates adducunt.

70 Verùm, † vltra eos, ego quæro nunquid cautio prędicta de necessitate debeat esse fideiussoria, an verò sufficiat iuratoria casu quo illa reperiri per debitorem pauperem non possit

possit, qua in re non recordor quòd hucusque viderim, vel audierim declaratum in Senatu, nec minùs per quemquam tentatum quòd voluisset prętendere in terminis nostrarum cõstitutionum, vel etiam iuris cõmunis, quòd sententia pro se lata posset exequi non obstãte supplicatione cum sola iuratoria cautione quantumuis pauper ille esset, nec modo aliquo fideiussores repetiret, sed solitũ esse semper vel expectare confirmationem in causa supplicationis, vel si pecunia est exequenda, petendo illam deponi in tabula depositorum communium prętentis ciuitatis Barcinonę nominando eam loco cautionis, à qua tamẽ nec postea pecunia extrahitur nisi pręstita cautione, vel nisi expectetur confirmatio in causa supplicationis.

71 Licèt † ego vix concurrere valeam cum his qui in nostra Cathalonia vsum hunc, & stylum nominandi tabulã præsentis ciuitatis Barcinonę loco cautionis, defendũt, quippè qui sciam cautionem pręstãdã nedũ pro contentis in cõdẽnatione restituendis, sed etiam & pro legitimis illorũ augmentis, id est accessionibus, vel fructuum, si res sit quæ eos pariat, vel interesse si sit pecunia, vt in auctẽ. quæ supplicatio C. de pręcibus Imperat. offeren. & in corpo. vnde sumitur in aucten. vt sponsa. largi. §. aliud, coll. 9. tabula autem nunquam assecurabit huiusmodi accessiones cum in ea non deponantur.

72 Nec dicas † quòd non sit id formidandum cum nunquã fiat condemnatio in sententijs reuocatorijs ad restituẽdã rem quam alius habuit pro exequutione primæ, cũ accessionib⁹, vel fructib. vel interesse respectiuè, ex quo ille possidere videatur bonafide, ac proindè sẽper videri debeat dicẽdus possessor bonæ fidei, & cũ legitimo titul. scilicet prioris sentẽtię, quia imò debet talis condemnatio fieri in occurrẽti casu, vt pulchrè docent Roma. in cons. 454. in re pręsenti nume. 27. Nat. in cons. 535 nume. 12. Ofalcus decis. 160. nume. 12. Vincentius de Franc. decis. 120. nume. 11. Surdus decis. 45. nume. 11. Mestril. multò post hæc scripta in lucem emissus decis. 29. per totum, Afflic. decis. 188. † & Capic. decis. 102. nume. 12. & *obseruat* noster Senatus vt signanter vidi in sententia lata referẽte egregio quondàm Senatore Guillermo Suñer decima septima Nouembris an. 1597. in causa nobilis Francisci Dardena contra Vicecomitem de Rupebertino, scriba Ioanne Petro Bas, & rursus me aduocato sic *declarauit* Se † natus referente egregio etiam Senatore Hieronymo Seniust sub die 26. Nouembris anni 1602. in causa Saluatoris Incla contra Ioannẽ de les Heres, scriba Michaele Perez, in quibus in reuocatione primæ sententiæ fit condẽnatio rei habitæ vigorè illius vnà cum fructibus, & additur in postrema, *& sumptibus passis, & sustentis vigore dicta prioris sententiæ*, verum est quòd cõtrarium tenet Bec. cũ multis quos allegat cons. 95. nume. 24. post priorem opinionem relatam antea nume. 5. in quo ego amplius non insisto quia nõ est huius instituti: his satisfacit Mestril. vbi suprà num. 10. dicens sufficere quòd nostra conclusio sit communiter recepta, & habeat tex. expressum pro se, quicquid dixerit Bec. & alij.

Prodijt multò post hæc scripta, die scilicet 13. Februarij ann. 1610. regia in causa pupillorum Oms contra pupillos Semmanats referẽte egre. Sena. Iose. Ferrer scrib. Vilella in causa supplicationis à decreto exequutionis lata sententia, in qua cæpit Senatus hanc doctrinam amplecti in parte, ex eo quòd cõdemnationẽ *contra* dictos Sẽmanats factam quoad caput iurisdictionum exequutioni demandari non † posse *declarauit* quoniam non esset per nominationẽ tabulæ sufficienter cautum, sed voluissem ego quòd idem declarasset quoad fructus hæreditatis, de quibus cõtendebatur, quia per formam traditam in dicta sententia quòd arrendarẽtur per Regiam Audientiam, & pecuniæ indè processuræ deponerentur in tabula, nõ videtur cõdemnaris caurũ satis: quia in huiusmodi arrendamẽtis fiendis certũ est quòd necessũ erit multùm expendere, quod soluetur ex pecunijs, quæ indè procedent, quas recuperare debebit condẽnatus, si cõtingat obtinere in causa supplicationis, integriter, & absq; aliqua diminutione expẽsarũ, cum ipsæ fieri habeant culpa alterius partis ob nõ cautũ sufficienter, quæro ego quomodo cautio tabulæ hæc assecurabit? certè nullo modo: dicebat † 73 mihi vnus ex Senatorib. quo cũ de his agebã, quòd licèt principalis ad supradicta teneretur vltra sortẽ principalem, non tamen fideiussor, vti pluribus probat Roma. in cõs. 270. & 507. quos refert Iacobus Cancer. var. lib. 2. capi. 4. de sequestra. & empa. nume. 48. & 49. sed ego reperio quòd imò sic teneatur fideiussor quemadmodum principalis, tum quia videatur id optimè comprẽhendi sub solita cautione, quæ pro exequendis sentẽtijs pręstatur, qua promittunt principalis, & fideiussores soluere totum id, & quantum per iudicem causæ supplicationis fuisset declaratum, tum etiam quia aucten. quæ supplicatio, & in corpore vndè sumitur, expręsè vult cautionem pręstari pro restituenda re cum legitimis augmentis, & accessionibus, & denique quia sic reperio tenuisse viros doctos Muscatel. in prax. fideiussor. modo 12. nume. 13. & mod. 19. nu. 13. & Surdum deci. 112. per totum, vbi latè agit de his, de quibus tractat Roma. vbi suprà, & doctores ad hæc allegat complures.

74 Cæterùm † (redeundo ad propositum) re-
pertio Guido. Papæ in decisio. Gratianop. 189.
hunc de quo agimus articulum disputasse, &
retulisse quòd in illo Senatu fuerit pro ea o-
† pinione *declaratum* quòd in casu quo tam pau-
per sit is, in cuius fauorem est sententia lata
quòd non sit sibi possibile posse inuenire fide-
iussores, fiat illius exequutio cum sola cautio-
ne iuratoria, quamuis aucten. quæ supplicatio
dignam ad id fideiussionem requirat, idem di-
cit Fran. Mar. decis. 468. benè Petrus Grego-
rius in tracta. de appella. lib. 1. titul. de supplica.
num. 14. qui qualiter huiusmodi iuratoria cau-
tio sit præstanda, postea docet.

75 Nec id † videtur carere omnimoda ratio-
ne cum de iure vbicunque is, qui fideiubere
tenetur, ob paupertatem impeditur, loco fi-
deiussionis admittitur cautio iuratoria, aucten.
* generaliter, vbi omnes, C. de Episcop. & cleri.
Bar. in l. non facile ff. si cui plus, &c. & alij pe-
nè infiniti, quos ad propositum allegant Sera-
phi. de priuileg. iura. priuileg. 18. nume. 1. And.
Gayl. pract. obserua. lib. 2. obserua. 47. nume. 8.
Vincentius de Franc. decis. 497. numero 5. &
Ioan. Pet. Surdus decis. 141. per totum addens
76 † nume. 8. id verum esse etiam si fideiussio re-
quiratur à statuto, & in fine signanter tradit
† in Senatu Mantuæ. *decisum* admitti debuisse
cautionem iuratoriam vsufructuariæ mulieri
paupertinæ, aliàs frugi, & non suspectæ, quæ
non poterat aliam præstare. Et licèt in hoc,
quòd de iuratoria cautione præstanda per
vsumfructuarium diximus, discrepent plures
doctores à Surdo, & resolutione sui Senatus,
& signanter Gayl. & Fran. vbi suprà cum suis
Senatibus, quorum decisiones scribebant, &
plumbus alijs quos longa serie refert Soronia,
iur de vsufructu lib. 1. capit. 18. à nume. 6. adde
Canc. post hæc scripta visum in tertia part. var.
capit. 20. nume. 218. vbi plures adducit Sena-
† tus nostri *decisiones* in id factas, id tamen erat
particulari quidem ratione, quæ non militat
in nostro casu, quia scilicet poterat aliàs vsu-
fructuario consuli absque eo quòd fragilitati
iuratoriæ cautionis esset res commitenda, ve-
luti ponendo rem penes mercatorem, vel
aliam honestam personam, à qua commodita-
tem ille reciperet, cui relict⁹ esset vsusfructus,
† vel etiam relinquendo vsumfructum proprie-
tario, qui fructus teneretur eidem tradere, vel
77 aliàs: quando † autem alio remedio vtique
parti potest esse co-sultum tunc nunquam
iuratoriæ cautioni est locus vt prædicti doctо-
res ad facietatem vsq; tradunt, adde Bec. cons.
1. per totum, vbi pulchrè de his agit, sed hæc
omittamus quia non sunt huius loci, & dica-
mus quòd cum in nostro casu nullum paupe-
ri carcerato supersit viuendi remedium, ideò
ne ipse fame pereat interim quòd expectat de
cisionem causæ supplicationis, quæ erat ratio
ob quam docuimus permissam esse exequu-
tionem non obstante supplicatione, admitten-
da sit sibi iuratoria cautio, ne cogamur dicere
nihil prodesse pauperi beneficium illud, quòd
possit exequutionem petere, si id sit cum illa
conditione quòd præstet fideiussoriam cautio
nem, quam à communiter accidentibus noto
rium est non posse præstare, & si ratio illa ne
expectando decisionem causæ supplicationis
pereat interim fame, potens est vt recedendo
à communibus regulis ea non obstante possit
prouisio exequi, cur non etiam potens erit vt
in eo cui est impossibile cautionem fideius-
soriam præstare *dispensetur in hoc*, & admitta-
tur eidem cautio iuratoria? maximè cum non
versetur magnum interim damnum creditо-
ris quamuis pendente causa supplicationis te-
neatur alimenta præstare: est siquidem valdè
modicum illud, quod singulis diebus pro eis
præstatur: hæc digna forsan sunt quæ ab omni
bus considerentur: & oculi in tantam paupert-
tatem, & miseriam, qualem in carceribus pa-
tiuntur pauperes illi carcerati, conuertantur
vt subueniamus eisdem in eo omni quod iurè
possumus.

78 Vidi † post hæc scripta tertiam nostri Can-
cer. partem, & reperi ipsum in capit. 17. de sen-
ten. & eatum exequutio. nume. 250. hanc ean-
dem quæstionem tractasse, & resoluisse affir-
matiuè quòd in nostro casu exequutionis fiè-
dæ alimentorum per pauperem, qui non po-
test inuenire fideiussores, sufficiat cautio iura-
toria, quod dicit probari per nota. per Aluar.
Velasc. consulta 1. nume. 7. & 8. affirmatque
fuisse id disputatum in Senatu ad relationem
Bernardi Puig quondam Regij Consiliarij, at-
q; ita *resolutum*.
†

79 Verùm † ego aliquali studio hæc conside-
rans mirabar quamobrem disputamus an iu-
ratoria, an verò fideiussoria cautio sit per pau-
perem præstãda pro exequutione prouisionis
alimentorum: cum alimenta nullo modo ve-
niant restituenda si is succumbat, qui ea ha-
buit, vt in expresso post Afflic. decis. 152. nume.
4. Massuer. *in pract. in titulo de possesso.* nu-
me. 27. qui dicit ita *obseruari* in Parisien. Sena-
† tu, Boer. decis. 524. nume. 3 & Moli. de primo-
gen. Hispan. lib. 1. cap. 16. nume. 42. & 45. quos
allegat, probat Iacobus Menochius de præ-
sumptio. lib. 1. quæstione 35. nume. 36. 37. & 38.
qui id fundat in l. 1. §. interesse ff. si mul. vent.
nom. *in possessi.* mita, vbi si mulier ventris no-
mine missa est in possessionẽ, & deindè pregnans non repetitur fructus, & alimenta ab ea
nó repetuntur *nisi* per calũniam dixerit se esse
pregnãtem, reprobatque, ac reprobant omnes

Didacum

Didacum à Couarru. contrarium tenentem præter Cordub. in l. si quis à liberis §. si vel patens nume. 54. & Fran. Milanen. decis. 17. nume. 37. lib. 1. qui opinioni Didac. quem omnes reliquerant, nihilominùs adhærent, qui vltimus dicit sic non semel fuisse in Senatu Siciliæ *declaratum*, & *determinatum* Adde propriori opinione nolente restitui debere alimenta in casu subcumbentiæ Ioannē Petrum Surdum optimè de hoc articulo disputantem in tracta. de alimentis titulo 1. quæstione 114. per totum, & Alexand. Trentasinquium libro primo var. titul. de alimen. resolut. 1. nume. 45.

80 Et † quamuis doctores prædicti loquantur de alimentis tantùm, quæ præstantur lite pendente, in quibus videtur *militare* diuersa ratio, cum ad ea lucranda *sufficiat* quòd concurrant qualitates necessariæ tempore taxationis vt prædicti doctores dicunt, quod non videtur esse sic in alimentis, quæ præstantur in vim prouisionis, à qua extitit supplicatum, cum ea subiaceant reuocationi, quæ fieri potest in causa supplicationis, nihilominùs noster Senatus ambos casus parificauit dum 31. Maij 1603. in aula admodum Reuerēdi Cancellarij referente egregio Senatore Hieronymo Seniust in causa inter viduam Exerrat, & N. Exerrat eius priuignum, *declarauit* non teneri eum, cui in prima instantia fuerant taxatæ pro alimentis triginta libræ annuæ, quæ fuerant in causa supplicationis moderatæ ad viginti-quinque tantùm, restituere illud plus quod durante causa supplicationis receperat vltra dictas viginti-quinque libras, ad quas fuerat facta moderatio in causa supplicationis, prout reperii in quibusdam decisionibus manuscriptis egregij olim huius Senatus Senatoris, & postea Regētis Regiam Cancellariā Hieronymi Torner, & est in ordine decis. 44. cui est stedendum cum attestetur de re suo tempore in aula admodum Reuerendi Cancellarij, cuius erat consiliarius, gesta, quam casuum parificationem magis probat videre, quòd is doctor in dicta decisione dicat Senatum ad id motum ex eisdem doctrinis, quas nos superiùs adduximus quę tantùm probant de primo casu, scilicet de non obligatione restituendi alimenta, quæ præstantur pendente lite in vim alicuius prouisionis in iudicatum, transactæ etiam si postea is qui ea obtinuit subcumbat in causa, & certè si benè consideretur, nulla est considerabilis ratio diuersitatis inter hos casus. Si ergo etiam si succumbatur in causa supplicationis non sunt alimenta interim recepta restituenda, frustra quæritur de cautione præstanda, & frustra disputatur an debeat esse fideiussoria, vel iuratoria. Cogita benè quia digna hæc sunt quæ speculētur.

81 Hæc † considerans doleo vehementer quòd meminerim persæpè in nostra Cathalonia ex reiectione, seu non admissione huiusce humanæ, ac benignæ opinionis paupertes admittentis cum cautione iuratoria, quam præstare possunt ad habendum quæ ipsis debentur, tam grauia illos damna pati vt non semel succedat ipsos propterea suo proprio credito, & iure debito priuari, vt ecce in causis graduationum creditorum si se opponit creditor pauper quantumuis creditum ipsius sit certum, liquidum, & indubitatum, habeatque pro illo vel instrumenta guarentigiata, vel mille sententias si mille ferri possent, transactas in rem iudicatam, ex quo tamen in prouisionibus, quæ indè fiunt, solet apponi clausula quòd pecunia non liberetur, nisi præstita priùs cautione de restituendo si in euentum apparuerint alij creditores, nunquam pauper potest suum debitum recipere si (pro vt ferè semper fit) fideiussores pro cautione præstanda non inuenerit, quò fit vt id quod non est, vel saltem nescitur an sit futurum, nunquid scilicet venient alij creditores vel non, in pauperibus operatur hunc effectum vt non possint ipsi suum debitum recipere certum, liquidum, & indubitatum, ex quo eis non acceptatur quam possunt iuratoriam cautionem præstare.

82 Scio † quòd statim dices non fore de hoc metādum, cum iam supersit aliud remedium creditori pauperi, quo fiet vt non priuetur suo credito, & vtrique parti consuletur, quod sufficiens diximus in superioribus esse vt cautioni iuratoriæ non sit locus, estque remedium vt insumeretur pecunia in emptionem cuiusdam *censualis mortui*, & indè quot annis recipiat creditor pensiones: sed ego tibi replicabo an velles quòd de tua pecunia id tibi fiēdum præciperetur? certè non, cur ergo vis id pauperi fieri, maximè quòd ferè semper pecunia, quæ pauperi debetur, modica est, cum qua si liberè, vt liberè sibi debetur, negociari sibi permitatur, aut ea liberè vti, aliquid ei prodesse poterit procul dubio, nihil verò, aut certè modicùm valdè si conuertere eam habeat in emptionem censualis, cum pensio sit valdè modica futura ad rationem solidi pro libra, & sic quocunque modo consideretur, maximam semper pauper patietur bonorum suorum iacturam ob non admissionem dictæ iuratoriæ cautionis.

83 In casu † tam singulari vidi semel à Senatu admissam hanc cautionem iuratoriam, quando videlicet caprus vt suspectus de fuga pro securitate iudicij est pauper, & non potest

† aliam, præter iuratoriam, cautionem præstare, ita, licèt non facto verbo, *declarauit* egregius Senator Ioannes Gallego, die trigesima Aprilis anno 1607. in causa, quæ coram eo vertebatur inter Ioannem Sengra, & Cosmam Iouany ex vna, & Michaelem Pic captum, & detentum in Regis carceribus pro securitate iuditij in consulatu Logiæ maris præsentis ciuitatis contra eum petita, & postea cum qualitate paupertatis ad Regiam Audientiam euocata, partibus ex altera, à qua quidem prouisione cum fuisset supplicatum † in forma ad aliam aulam ad relationem egregij etiam Senatoris Hieronymi Sciust, ibi fuit per Senatum in omnibus, & per omnia dicta prouisio † *confirmata* cum condemnatione expensarum aduersantiũ 16. Maij eiusdem anni, & dictus Pic præstita dicta iuratoria cautione tãtùm liberari, & relaxari iussus, scriba erat Dominicus Fontana. Hæc in eo fundari existimo quòd in pauperibus, vt latè *superiùs* dictum extitit, idem operatur iuratoria cautio, quod in diuitibus fideiussoria quam præstare possunt: sicut ergo ij cum fideiussoria cautione liberantur, & relaxantur, sic illi cum iuratoria.

84 Conducit † Guido Papæ decisio. 447. in fine *mulierem*, quæ *tenetur* cauere de soluendo soluto matrimonio debita ea constante contracta, satisfacere si id faciat cum cautione iuratoria si pauper sit, Cancer. in terminis in tertia parte var. capit. 10. de conten. iurisdictio. numero octauo. Ad quæ tamen de debitore suspecto de fuga ex sola cautione iuratoria relaxando, vidè Ioan. Baptistã Cacialup. in tracta. de debitor. suspect. quæstione 11. per totum vbi numero 11. monet iudicem esse in his cautum ne alienam causam suam faciat.

85 In alio † etiam casu valdè frequenti video in Senatu admitti pauperibus cautionem iuratoriam, respectu scilicet salarij iudicis, & processus quando litigant vt pauperes: solùm enim cum ea cautione cauent de dictis salarijs soluendis casu quo obtineant, vt omnibus in foro versantibus est plusquam notorium, & sic est interpretata, & practicata constitutio prima sub titul. de pauper. litigan. quæ de his

86 agit: quod † quantum ad salarium scripturam ego obtinui practicati nedum respectu scripturarum processalium, & iuditialium, sicuti in concusiè obseruatur, sed etiam & quoad quæcunque alia instrumenta, quæ pauper petat mandari sibi tradi ab aliquo notario, qui ea penes se habeat vt pote quia ad causam conferant: solet enim (& debere arbitror) tali casu Senatus iubere quòd pauperi tradantur nullo exacto salario, sed cum so-

la, si vult, iuratoria de soluendo salario in casu victoriæ præstita cautione, sic Saluator Fontanet nostri Senatus olim consiliarius, nunc verò in supremo Regni Aragonum consilio Regentem agens *prouisit*, & † *declarauit* me patrocinante in causa Ioannis Carremas villæ Perpiniani contra Ioachim. Mauran loci de Bula, scriba N. Roure, sub die decima tertia Octobris anni 1603. quæ postea prouisio fuit in omnibus, etiam cum expensarum condemnatione, in causa supplicationis contrarij imperij, & sic facto verbo in aula, *confirmata* sub die decima quarta Decembris eiusdem anni 1603. Fundabam meam in hoc opinionem quòd licèt ius nostrum municipale non videretur sufftagari vtpote quia loqueretur, & loquatur respectu scripturarum processalium, & iuditialium, non deerat tamen ius commune, quod disponit indistinctè non teneri pauperes soluere salaria scripturarum, vt Alciatus docet de verb. sig. libro primo versicul. propter personæ quoque paupertatem, Gigas de pensio. quæstione 80. numero quarto, qui ad id cit. Bal. in l. tam dementis C. de Episcop. Audien. & Alexand. in l. argentarius in fine principij ff. de eden. idem tenet Ripp. in l. si constante numero 35. ff. solut. matrimon. Ias. in §. tripli numero 56. institution. de actio. Foller. in prax. crimini. in secunda parte secundæ partis sub versicul. *recipiantur defensiones reorum*, numero 17. Rot. decisio. secunda de constitutio. in antiquis, Cornel. Beniocas. in tractat. de pauper. & eius priuilegijs quæstione 7. numero 14. in 18. volumine nouorum tracta. qui omnes id desumunt ex tex. & glossa in dicta lege tam dementis, idem deprehenditur ex latè traditis per Didacum in prac. capit. 6. per totum, quod idem visum est non displicuisse nostro Thom. Mier. in constitutio. 1. titul. de euo. caus. colum. 11. numero 17. fol. 2. benè Guido Papæ decisio. 561.

87 Addebam † his stylum inconcusè à multis seculis hucusque obseruatum in Regia Cancellaria vt in litteris citatorijs, quæ ab ea emanant ad instantiam pauperis, soleat semper poni clausula qua præcipitur quibuslibet notarijs, pœnes quos existant quæcunque acta, & instrumenta pro paupere facientia, quatenus ea illi absque aliquo salario, sed sola cautione per dictos pauperes præstari solita contenti indilatè tradant, per quæ omnia obtinui vt dictum est, licèt eo tunc vsque parùm admodum practicatum fuisset nisi respectu scripturarum iuditialium, & processalium tantùm. sed de his satis.

Vt autem nihil penitùs ignores quod conducat circa ea quæ superiùs à nobis explicata fuere

fuere, ſequentia obſerua, quę ſunt ſcitu digniſſima in hac materia.

88 Primò † circa illud quod dicebamus actorem pauperem, cui decernuntur alimenta pendente lite, non teneri pręſtare cautionem, limitationem recipere quando dubitat iudex fraudem, vel calumniam ſubeſſe alimenta petentis: tunc enim obſeruat Senatus quòd imò teneatur illam pręſtare de reſtituendis alimẽtis ſi in cauſa ſubcubuerit, cum illa tamen modificatione, *quatenus de iure ad id ipſum ſtrictum eſſe compertum fuerit*, prouti ſic, referente egregio Senatore Hieronymo Aſtot, *declarauit* die †† vigeſima quarta Octobris anno 1607. in cauſa Eulaliæ Baſſols, & Saigs contra pupillum Vincẽtium Baſſols, ſcriba Michaele Perez, & poſtea in cauſa cõiugum Caſtellons, quam ducebant contra Michaelem Texidor ad relationem egregij etiam Senatoris Raphaelis Rubi, & Coll, in & cum declaratione facta in cauſa ſupplicationis in forma interpoſita ad aliam aulam ad relationem egregij itidem Senatoris Ioſephi Ferrer à prouiſione, qua pręſtanda fore alimenta dictis Caſtellons fuerat per iudicem primitiuum prouiſum, ſcriba erat Martialis Reig.

Quæ declarationes fundantur in doctrina Ludouici Molin. de primogeni. Hiſpan. allega. capit. 16. lib. 2. numero 43. & Menoch. allega. preſump. 35. numero 58. lib. 1. qui in expreſſo ponunt illam modificationem, quæ in dictis declarationibus legitur ſub illis verbis, *quatenus de iure ad id ipſum adſtrictum eſſe compertũ fuerit.*

Quod ego intelligo in paupere implẽdum fore per cautionem iuratoriam, non per aliam quando pręſtare non poteſt, ex his quæ ſupe-tiùs latè diximus.

89 Limita † item ſupradicta quoad computationem in ſortem in caſu victoriæ vt tanto minus capiat actor qui obtinuit, aliàs plus recipe ret, quàm ſibi deberetur, prout benè Surdus probat de alimentis titul. 1. quæſtio. 124. nume. 5. in fine & nume. 14. etiam in fine, vbi caſum quotidie in praxi contingibilem in hac materia affert quando is qui agebat obtinuit cum fructibus: tunc enim inquit compenſanda fore aliméta cum fructibus, quia non debet actor cõequi fructus, & alimenta. Si eſſemus in Regno Sicilię difficultatẽ res nõ haberet, quia ibi intrepidè, vt aſſerit Milanen. allega. deciſ. 17. in fin. lib. 1. compellitur actor ad pręſtandum cautionem de reſtituendo in caſu ſubcumbentiæ, & imputando in caſu victoriæ, atque ita dicit *iudicari*. Et cõpẽſandos eſſe fructus ſeu intereſſe, ad quæ reus ſit cõdemnatus, cum alimentis per eum pendente lite actori pręſtitis vſque ad concurrentem quantitatem † ego *obtinui* pro Anticho Chriſtophoro Folch contra coniuges Folchs ſub die decimo tertio Septembris anni 1611. referente egregio Senatore Hieronymo Senuſt, & ſcriba Bas.

90 Illud † item aduertimus circa ea quæ diximus quòd prouiſio pręſtandorum alimentorum exequutioni mandatur præſtita cautione non obſtante quòd ab ea ſit ſupplicatum, intelligenda fore vbi ſupplicatum fuerit in forma, non verò vbi contrario imperio. Ratio eſt quia ſupplicatio cõtrarij imperij eius eſt naturæ vt quantũuis materia ſit aliàs fauorabilis ſic ſuſpẽdit prouiſionis effectum, vt nullo modo † exequi poſſit: ſic *reſolutum* fuit in cauſa ſuprà adducta coniugũ Caſtellons contra Michaelem Texidor: cum enim per dictos coniuges fuiſſet prętentum poſſe exequi prouiſionem alimentorum in eorum fauorem factam præſtita cautione, iuxta obſeruantiam Senatus relatam per Michaelem Ferrer vbi ſuprà, quamuis fuiſſet ab ea ſupplicatum, nihilominus Senatus verbo (nõ enim voluit ſuper hoc in ſcriptis prouidere) fecit deſiſtere dictos coniuges à dicta prætentione quia fuerat à prouiſione ſupplicatum contrario imperio.

91 Sed † in quo fundetur hæc ſupplicationis contrarij imperij natura effectum prædictum ſuſpenſiuum operans, dubium eſt non modicum cum nullam habeamus conſtitutionem, quæ id diſponat, quam ſedulò exquiſiuimus nonnulli aduocati pro parte ſyndici vniuerſitatis villæ Podij Ceritani congregati ſuperioribus annis vt conſuleremus eidem quid facere deberet contra determinationem Senatus factam de exequendo quandam prouiſionem decreti exequutionis, cuius meminit Iacobus Cancer libro 3. var. capi. 16. de litis conteſta. numer. 152. non obſtante quòd ab ea pẽderet cauſa ſupplicationis contrarij imperij per dictum ſyndicum interpoſitæ: niſi dicam' id eſſe propter diſpoſitionem iuris communis quæ cuicunque appellationi hunc effectum ſuſpenſiuũ tribuit, quæ remanſit in ſuo robore, ex quo non legitur per conſtitutiones noſtras immutata: verùm id nõ poteſt eſſe, tũ quia nõ ſumus in appellatione, ſed imò in ſupplica. 92 à ſentẽtia Principis, quæ † etiam de iure communi nõ impedit exequutionem præſtita cautione, auctẽ. quæ ſupplicatio C. de pręcib. Imperta. offeren. vbi omnes, & exornant Afflic. * deciſ. 341. per totum vbi pulchra addirio Prof. Cataui, qui plures in idem allegat, Muſcatel. in praxi ciuili parte 7. gloſa *condemnando* nu. 99. tũ etiam quia quamuis eſſemus in terminis meræ appellationis, licèt id poſſet procedere in alijs cauſis, & in alijs articulis, nõ tñ in illis in quib. d eod. iure cõmuni, ſicuti eſt is noſter, vt ex doctorib. ſuprà allegatis apparet, prouiſiones

UAB Biblioteca de Ciències Socials

siones habent exequutionem præstita cautione non obstante appellatione.

93 Ego † igitur id totum stylo potiùs Regiæ Audientiæ tribuerim, quàm alicui alteri iuris dispositioni: quemadmodum & plura alia stylus introduxit, quæ si non sunt contra constitutiones Cathaloniæ obseruantur ac obseruati debent pro legibus: exemplum † habemus

94 in eo quod tradit noster Michael Ferrer in tertia parte obserua. capit. 333. circa prouisiones, quæ fiunt super attentatis, dicens eas quoad hoc quòd pendente causa supplicationis non possint exequi, sunt & iudicantur vt meræ interlocutoriæ, quoad id verò vt possint in causa supplicationis fieri probationes, vim habere dicuntur diffinitiuæ, idque totum esse fundatum in stylo, & obseruantia Regiæ Audientiæ, quæ ita recepit quamuis videantur inter se se non posse hæc compati, & in versic. *Et quia de stylo*, plurибus fundat quomodo potuerit stylus id introducere vt obseruetur.

95 Aduertimus † item circa hæc quòd si contingat post interpositam supplicationis contrarij Imperij, quæ exequutionem prouisionis suspendisset, dictæ supplicationis causæ per supplicantem esse renuntiatum, tali casu sit cõdemnatio quòd præstentur per creditorem alimenta retrò à die prouisionis, qua illa taxata fuerant, ratio est euidens, quia appellatio, vel supplicatio, quãdo ei renũtiatur, habetur pro non facta etiam retrò l. furti §. 1. in fin. ff. de his qui not. infam. not. Bellamera decis. seu concluſ. 613. num. 1. sic Senatus † *declarauit* die vigesima septima Februarij anni *1604.* referente Bernardo Roig eius quondàm egre. Consiliario in causa Saluatoris Incla contra Ioannem de les Heres, scribe Masdeu.

96 Huiusmodi † autem retractio ibi declarata fuit quoad solutionem alimentorum à die prouisionis tantùm, sed non quoad pœnã vt proindè deberet liberari carceratus tanquã non præstitis sibi alimentis per duos dies vt enixè postulabat, & prætendebat dictus de les

97 Heres, quia † ab incursu pœnæ quælibet causa, etiam iniusta, & bestialis excusat, quantò magis causa hæc iusta supplicationis quæ pendebat tempore quo nõ fuerunt alimenta præstita, & propter quæ ea sunt omissa præstari, ex vulga. dispositione tex. in l. igitur, ff. de libera. caut. quam mirè exornant Anthon. Gab. lib. 7. concluſ. 8. per totum, plenius Prosper. Farinac. tom. 3. tract. crim. de pœn. temperan. quæst. 90. inspec. 1.

98 Aduertimus † finaliter non sic esse in sententia reuocatoria illius, quæ pro alimentis in fauorem carcerati lata extitit quemadmodum de hac vltima dixim⁹, licèt enim ipsa exequutioni de mandetur etiam de iure communi nõ obstante appellatione, non tamen sic est in illa si ab ea sit appellatum, nõ enim exequutioni mandaretur donec appellationis causa sit terminata, quod quia pulchrè, ad partes disputãdo, probat Ioan. Gutier. *in* prac. lib. 1. quæst. 146. ideò amplius non insistimus, ibi Gutier. reprobat Canalcanum contrarium tenentem in 3. p. decis. 6. n. 42.

99 Sed an † detur alius casus, quo vltra illum, quando denegantur capto alimenta, possit à carceribus liberari non soluendo præstita saltem idonea cautione? Qua in re quando integra sanitate gaudet debitor, non est dubium quòd nulla cautione potest modo aliquo liberari nisi consentiat creditor, quia cum, vt suprà dictum est ordinata sit hæc captura vt carceris tædio affectus debitor soluat, non iustè faceret iudex si sub cautione eũ dimitteret, indè enim fieret quòd nunquam creditor quod sibi debetur recuperaret, rectissimè Fab. in superiùs in prin. allegata diffini. 16. in tit. de solu.

100 Sed quid † si maxima egritudine captus laboraret in carcere, nunquid esset sub cautione dimittẽdus, pulchræ est discutionis, cuius ego casum habui in Regia Audientia ad relationẽ egregij Senatoris Ioannis Gallego in causa inter nobilem Gabrielem de Auallaneda, & Frãciscum Bru, scriba Dominico Fontana, vertẽti, in qua de mense Aprilis anni *1609.* cum captus deduxisset se grani in carceribus detineri infirmitate, & propterea supplicasset liberari, & relaxari saltem præstita cautione, Senatus recepta de egritudine à Medico relatione † *prouisit* relaxandum, & dimittendum eum sub idonea cautione, quam eidem ad id præstare iussit de se repræsentando toties quoties &c. quæ quidem prouisio licèt aliquibus dura visa fuisset quippè quia dicebant rarissimè id se vidisse practicatum, nihilominùs ego illam iuridicam semper fui arbitratus, ac propterea cõsului quòd nullatenus ab ea supplicaretur, procuius iustificatione reperi postea definitionẽ Fabri superiùs relatam, qua † *cẽclusum, & resolutum* in Senatu Sabusiano *dicit* quòd licèt merito iure defendi posset non posse iudicem sub huiusmodi cautionibus, etiam prætextu egritudinis, dimittere debitorem à carcere, nihilominus conuenit Christiano iudici ita facere, dum tamen id sit ex maxima causa, & debitore in aperto discrimine vitæ constituto, & eo casu quo certum sit nullum ex iudicis indulgẽtia damnum creditoribus posse contingere, idem aliàs † *obseruasse* noster Senatus auctor nobis est Michael Ferrer in tertia parte obser. capit. 104. facit quod tradit Baeça de debitor. inope, tracta. 2. cap. 7. num. 10. vbi dicit † debitorem infirmum non esse addicẽdũ

101 creditori.

Quærimus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

102 Quærimus † etiam circa eandem, eamque pulchram cautionis præstãdę per eum qui vult exequi prouisionem alimentorum, seu quamcunque aliam Principis & supremi Senatus sententiam in sui fauorem latam, nunquid sit necesse quòd huiusmodi cautio præsteturante factam executionem, an verò sufficiat quòd ex post præstetur sic quòd per eam conualideretur executio sine cautione antea facta: Qua in re licèt Guid.Pap.decil. 50. in prin. teneat quòd † Rot.Rom.*declarasse* testaturid(inquam) quod sit de necessitate antea præstanda, nec sufficiat
103 quòd ex post præstetur, per ea † (vt ipse dicit) quę in simili videmus in vsurario, cuius testamentum non valet nisi præstet cautionem de vsuris restituendis, & si postea illam cautionẽ præstet non reualidatur testamentum ex iuribus, & doctoribus, quę allegat, quem nihil addito, vel detracto refferunt, & sequuntur Lácel.de atten.part.2.cap.18.num.77.Pet.Grego. de appella.lib.1.cap.6.de supplica.n.14. Marc. decis.468 in 2.parte, Sola in consti.Sabaud.antiq.glo.1.super tertia part.decreti vt nihil, tit. de conclu.in cau.num.9.pag.157.Rebuff.in tit.de supplica.q.7.in præfa.num.38. Boer. decis.259. num.2.In pulchro tamẽ casu primò coram admodum Reuerendo Cancell.in prima instantia, & mox in secunda coram egregio Senatore Hieronymo Seniust in causa Laurentij Polo Præsidis Mediolanen.contra Sorores Polit, & Sala, scriba Maynes, contendi conualidari exe-
109 cutionem pro parte dicti Præsidis factam absque cautione quamuis adesset causa supplicationis ex eo quòd postea præstita fuisset cautio, quia nihil maioris damni passæ debitrices fuerant ex eo quòd post executionem cautio præstita fuisset quàm si antea, quia vtroque modo fuisset eadem exequutio fienda, & eadem
110 bona vendenda, quia nec vnquam debitrices soluerant, nec vnquam cum conquærerentur de executione quòd sine cautione fieri non posset, vel antea soluere obtulissent quod debebant, quo casu dicebam non posse procedere dictũ Guido. & aliorum, ad quod plura accomodabã, quæ doctores docẽt satis huic casui
104 affinia, dicebã † enim (liceat mihi paululũ in his spaciari quia pulchra) cõducere illud q̃ interesse nõ debeatur, propter morã q̃n eodẽ modo res fuisset in manibus creditoris peritura vt per dd.in l.quod te ff. si cert.pet.quia creditoris nõ interest l.si seruus in prin.ff.de cõdic.fur. Surd. decis.81.num.3.Vrsil.ad Afflic. decis.150. num. 19.

105 Dicebam † item conducere quod Osas. docet decis.71.n.51.morosum non dici qui differt quando de sui natura damnum dilatio non infert.

106 Dicebam † item facere notab.resolutionem Cancer.nostri lib.3.var.cap.17.de senten.& exrum exequutio.num.352.probantis quòd illud quod dicitur exequutionem factam pro maiori summa quã deberetur, corruere in totum, de quo benè per eos quos idem auctor allegat, & non minùs per Salus. Tiber. à Coneto in prax.iudi.de modo proceden. in caus. quæ corã Audito. Came.aguntur lib. 1. cap. 56. vbi dicit censuras quando est plus debito petitum non sustineri etiam pro summa debita, atq. ita

† de executione quę fiat pro maiori summa quã debeatur, dicitur, quòd scilicet corruat in totum intelligitur si aliquæ proindè res essent exequutę quæ exequendę aliàs non fuissent, non aliter nec alio modo: nam si nihil plus est venditum pro executione quàm venditũ fuisset si iustè pro summa prouisa esset executio facta, certè tunc(inquit) cum nullum indè debitor damnum passus sit, nõ retractatur exequutio.

107 Dicebam † etiam non longè abesse quod dicũt doctores exequutionem etiam nulliter factam non anullari si de debito cõstat, de quo Gam.decis.237.nu.5.

108 Dicebam † itẽ acommodari posse quod Cancer.refert in allega.cap.17.de senten. & earum exequu.num.561.nulliter factum non venire reuocandum si de nouo veniret faciendum, quo loci is doctor adducit huius dicti exẽpla.

Dicebam † præterea facere quòd iudex nullitatis teneatur confirmare sententiam nulliter datam quando sibi constat quòd de nouo iure suadente, ac iustitia postulante ea danda, concedendaque foret, prouti pulchrè Vini. decis. 495.num.9.qui allegat decis.Veral.175. in tertia part.vbi † fuit *resolutum* quòd licèt spoliatus regulariter sit restituendus tamen quãdo possessio spoliantis nulliter data confitmari debet non est restituendus.

111 Addebam † finaliter quòd si vt debet examinaretur dictum Guidon. superiùs relatum, reperiremus proculdubio non esse valdè tutã suam ipsius opinionem quia nullum aliud habet iuris fundamentum quàm quòd quemadmodum in vsurario qui tenetur præstare cautionem ante testamentum, si ante non præstat illam non conualidatur testamentum ex cautione quę postea præstetur, sic videatur sibi dicendum in terminis nostræ cautionis.

Cæterùm opinio de testamento vsurarij graues patitur difficultates, et multò quidem plures * sunt doctores qui contra eam tenent, & cõmunem dicunt, quàm qui pro ea, prouti apparet ex Antho.Gab.de testam. conclu.3. per tot. adde Couar.libro tertio var.cap.3.num. 9. ver. duodecimò, Iul.Clar.q.26.num. 3.nob. Ludo. à Pegue.decis.crim.31.num.13.Spino in Speculo testam.in 13.part.rub.nume.31.in fin.cum sequent.

quent.vbi pluribus probat, & Stepha. Gratia. discepta.foren.cap.79.à num.13. vbi rationem reddit cur hoc testamentum reconualescat ex superuenientia cautionis:furiosi autem, & minoris non sic,quamuis accedant sana mens, & * ætas, qui omnes de magis communi & magis recepta opinione attestantur quòd testamentũ vsurarij conualidetur ex cautione postea præstita:ecce ergo quã fragile habeat opinio Guidon.iuris fundamentum,ergo non sequenda, & ita obtinui, admodum enim Reuerendus † Cancell.sub die 2. Aprilis *declaranit* pro mea † opinione in causa supradicta,& *confirmauit* Senatus referente Seniust in causa supplicationis sub die 9.Iunij 1610.

36 Neq; † etiam huiusmodi statutarię prẽscriptiones procederẽt contra fideiussorem, vel aliũ quẽcunq. tertium, qui pro alio soluisset, contra hunc enim volentem agere iure cessio à principali non posset allegari cursus temporis statuti ad petendum, quia *non habent locum in eo*, qui necessariò soluit, & sic ex causa onerosa, prouti benè probat Achil. de Graf. dec. 108. de prẽscrip. vbi dicit sic fuisse in Rot. Roma. de anno 1548. *determinatum*: quod ego sine dubio verum existimarem, ac crederem quando legittimis documentis monstraretur vel fideiussorẽ vel tertium soluisse antequam laberetur tempus prẽscriptionis, quia si post, cum *eis* non fuisset licitum auferre debitori beneficium statuti, dicendum est posse ipsum eadẽ exceptione vti contra eos qui soluissent, sicut cõtra principalem debitorem item quoad tertium valdè animaduerterem ne aliqua suspitionis collusionis inter ipsũ & creditorẽ, ad fraudãdũ debitorẽ beneficio statuti, cõsiderari posset, ea enim si adesset, faciliter mouereter ad absoluẽdum

debitorem ne malitijs hominum indulgerer.

37 Secundò videndum †arbitror oportere nũ quid per vnicam solutionem pensionis cẽsualis, ã quo est sermo, à procuratore debitoris, nõ tamen ad id speciale & expressum habente mãdatum, vel ab alio tertio eius nomine factam interrumpatur præscriptio non secus ac si per eundem ipsum debitorem facta foret. Hac in re reperio quòd noster Canc. qui nihil fetè prætermisit quo Iurisperitos suo labore iuuare posset, indubitanter resolut affirmatiuè, in 2. part. varia. resolutio. c. 6. de solu. & libera. nu. 42. ad quod inter alia allegat decis. Rot. 2. de † cauſ. poſſeſſ. & proprieta. in antiquis, vbi sic *decisum* apparet per eam Rotam, adde vltra Canc. & ab eo allegat. Iacob. Meno. de præsump. li. 1. præsump. 33. nu. 3. vbi plerosq. alios in eandem sententiam aduocat, idq procedere asserit siue concurrat temporis antiquitas siue non, cum quo in hoc conuenit Faber vbi inferiùs, & limitat dum præsumendo mandatũ, quod † in
38 hoc dicimus præsumi, non inducatur præsumptio alicuius delicti cõtra principalem, sequitur Mascar. de proba. conclu. 1007. nu. 39. cum eadem declaratione & limitatione. Estq. ratio quia cum nemo præsumatur factare suum, inde fit esse præsumptionem quòd de mandato debitoris præsumatur semper solutio facta, & per consequens creditori prosit: nec collusio, quam aliqui considerabant in facti contingentia posse intercedere inter creditorem, & tertiũ soluẽtẽ de solutione facienda vt currens præscriptio interrumperetur in necem debitoris, ali quo pacto est in consideratione: quia cũ tunc sibi esset in facultate creditoris per se ipsum, id est mouendo litem contra debitorem præscriptionem interrumpere si non solueret, frustra & absque ratione de eo præsumeremus quòd cauthela collusionis ad id vsus fuerit, & sic per indirectum viam quæsiuerit, qua præscriptionem impediret, quam directò erat in sui facultate interrumpere posse. Pro eadem opinione est Senat. Sebusia. apud Antho. Fab. in suo C. to. 2. lib. 8. tit. 29. de solu. & libera. diffi. 2. asserentem sic fuisse in eo Senatu de anno
† 1388. *declaratum* in solutione facta per syndicum nomine vniuersitatis, addit rationem ad probandum quòd creditori sufficiat hæc solutio ad interrumpendã præscriptionem, quia nõ potest videri fuisse negligens qui ius suũ exercitus est siue ab vno, siue etiam ab alio, cum eius non interesset à quo acciperet dummodo ius suum cõsequeretur, maximè † cum mã-
39 datum præsumatur ex actu, ad quem verisimiliter quis non accederet sine eo, vt doctores asserunt suprà relatis. Eandem etiam opinionẽ Senatus noster approbauit dum de anno 1605. sub die 22. Octob. referente egregio Senatore Hiero. Seniust & scriba Ioseph. Cortes in causa Mathiæ Collbato presbiteri contra nobilem
† Ioan. d Iosa *declaratum* legitimè fuisse interruptam præscriptionem cuiusdam censualis, cuius pensiones petebantur, ex quadam apocha de recepta quadam pensione, quæ ostendebatur facta de anno 1564. per prædecessorem agentis, cuidam N. de Iosa Episcopo Vicen. præsenti vt procuratori eius qui censuale faciebat, & præstabat. Sic ego de anno 1609. (decet aliquando nostras sine cuiuspiam iniuria nugas referre) *declaraui* in quadam causa mihi vt
† assessori sacræ diui Benedicti regionis delegata, in qua censui legitimè fuisse possessorio actum pro pensionibus cuiusdam censualis contra quendam Reuerendum Abbatem ex quibusdam solutionibus, quæ ostendebantur factæ per procuratores Abbatum, & in officio Magistri rationalis Abbatia vacare, quam postea intellexi fuisse confirmatã in causa appellationis. Viden. Stepha. Gratia. qui post hæc scripta prodijt in lucem, discepta. foren. 113. à nu. 51. cum sequent. vbi requirit alia adminicula, quæ declarat qualia debeant esse.

40 Requiritur †autem, vt nostra opinio procedat, quòd solutio appareat, & dicatur expressè facta ob eam causam, ex qua nunc creditor deberi sibi asserit, alioquin nuda solutio, de cuius causa non constat, indebiti condictionem pateret potiùs quàm obligationis probationem, Antho. Fab. vbi suprà.

41 Ad vnum † tamen quod idem Faber ibidẽ tradit, quòd nempè syndicus soluens præsumatur non de suo, sed de vniuersitatis potiùs bonis soluisse, est attendendum num id generale sit, & perpetuum in omnibus qui pro alio soluisse reperiuntur, qua in re communiter doctores distinguunt duos casus, primus est in eo qui non est administrator bonorũ illius pro quo soluit, secundus in eo qui talis est: primo casu dicunt doctores quòd solutio præsumatur facta de bonis ipsius soluentis, ex regula generali quòd soluens pro alio præsumitur soluisse de propria pecunia, prouti ex Bal. Iaſ. Dec. & Nat. tradit Mascar. de proba. conclu. 1320. nu. 32. & ex alijs Rot. Gen. decis. 10. nu. 7. & decis. 127. nu. 7. & Cæs. Barz. decis. 66. nu. 6. secundò verò casu præsumitur soluisse de bonis, & pecunijs ipsiusmet debitoris, idem Mascar. cõclu. 53. per tot. & Meno. de præsump. lib. 3. præsump. 143. num. 14. Cirue. per tot. cons. 129. vbi
42 declarat: quod †ego verum existimo donec ad ministrator, qui regulariter tenetur rõnẽ reddere villicationis suæ, prouti ad facietatem vsque probat Rot. Genuen. 59. num. 2. 80. nu. 3. 81. nu. 2. 112. nu. 2. 116. num. 1. 126. nu. 9. 152. nu. 4. 163. nu. 1. 165. nu. 5. 179. nu. 3. & 203. nu. 1. Ioan. Gutier. de tutel. & cur. 3. part. c. 1. nu. 3. & 9. et latissimè

Iacob.

Iacob.Meno.de arbit.in d.caſu.209.vbi præ alijs pulchrè docet qualites ſint eiuſmodi rationes reddendæ, eam reddiderit vt ſcilicet non poſſit interim creditorem ſe facere in bonis illius pro pecunia ſoluta,ſed repellatur hac exceptione quòd præſumatur de pecunijs hæreditatis,quam adminiſtrabat,ſoluiſſe quouſque per redditionē rationis de contrario docuerit, veluti oſtendendo quòd ſuprà quantitates receptas hanc,quam petit,exoluit,quod alio cōprobatur etiam iuris certiſſimo fundamento, quo ſcilicet docemur non poſſe adminiſtratorem,quamdiu ſuæ adminiſtrationis rationē nō reddidit, quod ſibi debetur ab eo cuius bona adminiſtrauit,petere, quia præſumitur ſibi ſoluiſſe ex dicta adminiſtratione,Maſcar. allega. concl.53.num.4.poſt Afflic.deciſ.13.num.18.&
† Crane.conſ.129.n.5.& *ſequutus* eſt noſter Senat. in tutore,qui ſibi exiſtimabat deberi , petente in cauſa Ioannis Franciſci Ciſteller I.V.D.Illerden.cōtra Ludo.Ioſſeu,prouiſione facto verbo facta per egregium olim Senatorē Ioannē Caſtello die 1.Iulij 1600.ſcriba Vilella: aliàs enim ſi ſic,vt ſuprà dictum eſt,doctrina prædicta non intelligeretur vix eſſet caſus, cui applicaretur, vel applicari poſſet , ac explicari quomodo in praxi poſſet contingere.

44 Quo†verò ad primum caſum ego iterùm diſtingo conſiderando modum conceptionis appochę de recepto, aliquādo enim dicitur in ea ſimpliciter quòd creditor confitetur recepiſſe à ſoluente,& in hoc caſu exiſtimo verum quod ſuprà diximus quòd præſumatur ſolutio de propria pecunia, aliquando verò appocha concipitur in perſona ipſiusmet debitoris facta ſolùm ſoluentis mentione vt nudi miniſtri illius ſolutionis,veluti dicendo confiteor,& recognoſco me recepiſſe à Titio(debitore)per manū Seij , iſto in caſu ſolutio præſumitur facta de bonis Titij quāuis Seius ſoluerit, quia dicitur hoc caſu nudum tantùm miniſterium exhibuiſſe,prouti ex Bertran.in conſ.282.nu.2.lib.2. reſoluit Mago.deciſ.Floren.43.nu.14.

45 Tertiò circa†eandē interruptionis præſcriptionis materiam,in qua verſamur, videndum eſt nunquid ſi ea ſit contra vnum facta,illa præiudicet alijs eadem obligatione obligatis. Qua in re reperio quòd Ioan. Gutier.de iur. confir. par.3.c.1.nu.36.tres diſtinguit caſus,primum cōſtituit in interruptione facta contra principalē debitorem quærens an ea etiam fideiuſſori noceat contractus ignoranti,& non citato , quo in caſu concludit quòd non,ex gloſa celebri,& Bar.doctrina in l. cū quis,§.ſi quis pro reo ff.de ſolu.benè noſter Cancer.prima par.var.c.15.de præſcrip.nu.21.cum ſequent.& in 2. par. c.5. de fideiuſ. nu.72.ibi rationes leges in quibus hęc fundātur,circa quas quia vtilis eſt materia, nos aliquantulùm inferiùs inſiſtemus.

46 Secundus † caſus, quem Gutier. conſtituit eſt in fideiuſſore iuditij,id eſt de iudicato ſoluendo,in quo aſſerit intrepidè tenendum nocere ei interruptionem contra principalem factam,ratio differētiæ inter hunc, & proximum caſum eſt,quia cōtra fideiuſſorē iuditij fit executio ſententiæ aduerſus principalē latæ abſq. citatione aliqua, quam oporteat fieri ad cauſam principalem,licet aliqui eam requirant in cauſa executionis, quæ de re latè Can. præalijs, li.2.var.cap.5.de fideiuſ.à nu.95. & li.3.c.17. de ſenten.& eat.executu.nu.301.eſtq.optima noſtri
† Senatus *deciſio* apud Ludo.à Pegue.deci.199.& ſic nocent ei procedimenta , quæ fiunt contra principalem,nihil ergo mirum ſi eidem præiudicet interruptio facta contra eundem.

47 Tertius † caſus conſtituitur inter duos reos debendi,in quo quod fit contra vnum nocere & alteri etiam docet nos egregiè Impera. in l. fin.C.de duobus reis.Id quod Sena.noſter *ap-*
† *probauit* dum de an.1604.ſub die 17.Nouemb. declarauit in aula admodū Reuerendi Cancel. interruptionem præſcriptionis factā contra virum cēſeri factā contra vxorem,quia iſti videntur duo rei debendi reſpectu rei dotalis,quæ alteri eſt obligata, vidi cōcluſionē in archiuo regio in lib.concluſionum eius anni.

48 Quod †intelligit Anthon. Thezau.deci.Pedemon.203.procedere tunc tantū quando petitur integrum debitum,non quādo peteretur pro rata vnum debitorem tantùm cōtingente, quia tunc cum videretur voluiſſe creditor diuidere actionem iuxta latè tradita per Coſta de portio.rata q.130.per tot.circa quæ tamen vide
† Annœum Rober.rer.iudica.lib.4.c.7. vbi *deciſionem* forſan reperies huic dicto cōtrariam,nō poſſet dici interrumpi propterea præſcriptio niſi pro ſumma petita,ſed pro alia ſumma curreret eadem procul dubio , inſpiceretur enim non à quo, ſed quid eſſe petitum,quam declarationem pluribus fulſit is doctor , quē allegauimus,ac poſtea aſſerit fuiſſe ꝓ ea de anno
† 1574.in Sena.Pedem.in facti cōtingētia *declarantem*.

49 Sed †quæ ſit ratio differentiæ videamus inter priorem de fideiuſſoribus loquentem , & hunc vltimum , & poſteriorem de duobus reis verba facientē caſus,per quā diſputationē deueniemus ad id quod ſummè optamus , vt ſcilicet declarati optimè maneant iſti duo caſus in iuditijs tantopere frequētati,circa quoſq. ingentes quotidie ſuſcitantur inter doctores contentiones. Ea autem dupplex adducitur à Bar.in allega.l.cum quis §.ſi quis pro reo num. 6.ff.de ſolu.quem noſtras Canc. cum pluribus quos allegat ſequitur in cita.c.15.de præſcrip. num.22.Prima quia quando ſunt duo rei de-

bendi ambo tenentur eadem ſpecie obligationis,& ſic cum ſit vnum,& idem debitum,& ex eodem fonte,& ex eadem ſcriptura, interruptio facta contra vnum nocet alteri, ſecus eſt quando vnus tantùm eſt principalis debitor, & alius accedit vt fideiuſſor illius obligationi, quia tunc non tenentur ambo eadem ſpecie obligationis,ſed diuerſis, quia fideiuſſor ſemper obligatur verbis,reus autē poteſt alio modo teneri.Secunda ratio eſt,quia in ſecundo caſu ambo dicuntur ſemper æqualiter, ac æquè principaliter obligati,primo verò non,cū tunc debitoris obligatio dicatur principalis,fideiuſſoris verò acceſſoria,& ſic nihil mirum ſi cōtra vnum facta interruptio alteri non noceat.

50 Ex qua† diſcriminis ratione Cancer. vbi ſuprà nu.13.infert quòd in caſibus, in quibus fideiuſſor poteſt ante principalem conueniri,ſicuti ſemper cōtingit in omnibus fideiuſſionibus,quæ in ſcriptis fiunt propter ampliſſimas renunciationes in eis apponi ſolitas cum vt principalis obligatus cenſeatur,& ipſe & reus tanquam duo rei teneantur, interruptio facta contra vnum nocebit & alteri,ad quod allegat Bal.dicens ita videri eſſe de eius mente in l. tā mandatori C.de non num.pecu. & Rebuf.in trac.de famul. ſala.glo.15. n.3.& nu.6. poſteaq; † addit ſe ſic conſuluiſſe,& *obtinuiſſe.*

Hæc doctores docent,nec vlteriùs tranſgrediuntur,quia tamen materia eſt hęc digna quæ ab omnibus perfectè teneatur,cum multùm in palatijs practicetur,operæ propterea prętium ego eſſe duxi ea vltra examinare, & eorum veritatem inquirere.

51 Aduerto † igitur quòd grauiſſimam ſupradicta patiuntur difficultatem ex his quæ Felicia. de Solis docet in trac.de cenſ. part.1.lib.3.c. 4. num.12.vbi grauem illam diſputans quæſtionē à quo tempore incipiat currere pręſcriptio annui reditus in fauorē tertij poſſeſſoris rei obligatæ pro illo,num ab eo tempore quo principalis ceſſauit in ſolutione,an autem ab eo die quo tertius iſte cępit rem ipſam titulo & bona fide poſsidere,poſt recenſitas tres in ea difficultate diſſidentes opiniones,& eas iuribus & rationibus fulſitas,eam tandem ſibi placere aſſerit,quę tenet præſcriptionem initium ſumere ab eo die, quo tertius cœpit rem poſsidere, & reſpondendo argumentis alterius, & cōtrariæ opinionis, quæ habet ab eo tantùm tempore incipere præſcriptionem,quo principalis ceſſauit in ſolutione,nec potuit ab eo exigi,vires in effectu accipientibus à notiſsima illa regula,qua docemur impedito & nō valēti agere non currere pręſcriptionem, qualis à notorio videtur eſſe creditor dum principalis ſoluit vel eſt ſoluēdo cum ſemper de neceſsitate repellendus veniret creditor ſi contra tertium ageret, vel exceptione ſolutionis vel excuſſionis non factę,reſpondens (inquam) his argumentis(& per hoc probatur noſtrum inſtitutū) dicit in effectu ea non obſtare quia non admittitur excuſatio impedimenti quando fuit in manu,& poteſtate agere debentis illud amouere,ſicuti(inquit) erat in noſtro caſu facere diſcuſsionem contra principalem,& ſic tollere impedimentum,& mox agere contra tertium poſſeſſorem,addit̄que poſtea id maximè procedere inſpecta vulgari forma, qua ſolent inſtrumentra confici,in quibus quotidie renūtiatur beneficio excuſsionis, & diſcuſsionis,qua renuntiatione attenta liberum eſt creditori nō excuſſo debitore principalali conuenire tertiū pignoris poſſeſſorē(in hoc hallucinatus eſt ac non modicè lapſus Solis non aduertens quòd tertij poſſeſſores non ſint qui contrahant cum creditore,poſsintq. renuntiationes de quibus hic dicitur facere) hoc idem item maximè dicit procedere ex eō quòd reſoluerit hypothecā cēſualis hoc habere ſpeciale vt creditor poſsit agere contra tertiū non excuſſo principali.

Hæc Solis docet,per quę vides qualiter tota deſtruatur pluribus ſuperiùs conſtructa machina,ibi enim docuimus interruptionem præſcriptionis contra vnum ex duobus reis factam nocere etiam alteri,quia cum eſſent in eadem ſpecie obligationis,& poſſent æquè omnes cō ueniri,ſufficit quòd interruptio fiat contra vnū vt contra alium etiam facta dicatur, è contrario verò ſit in debitore,& fideiuſſore quia non tenētur eadē ſpecie obligationis, nec poſſunt eodē tempore conueniri, propterea interruptio cōtra vnum alteri nō noceat,ſed imò æquè præſcribat is qui non ſoluit,nec ab eo eſt quicquam petitum quemadmodum ſi nec alter ſoluiſſet, nec contra eum quicquam fuiſſet actū.

Et ne exiſtimares id abſq. fundamento,& doctorum auctoritatibus fuiſſe à Solis dictum,allegat tibi Specul. Henric. Cuma. Dec. Socin. Iun.Ioan.Croc. Pau. Parif. Craue. Bal. Negus. Rol.à Val.Grego. Lop.& Gomez de Leon, in locis per eum adductis breuitatis gratia hic referre omiſsis,qui tenent præſcriptionem in hypothecaria incipere currere contra tertium ante factam diſcuſsionem contra principalem debitorem,ex quibus plures eiſdem vtuntur fundamentis,ac eiſdem etiam reſponſionibus ad argumenta cōtraria,quibus Solis vſus poſt eos fuit. In eadem opinione fuimus poſtea perſtitit idem Solis in 2.to.de cenſ.li.3.c.4.n.19.quāuis poſt ſcripta in 1.to. vidiſſet Ceual.in cōmu. contra cōmu. q.3.contrarium tenentem, alios adducens idē, quod ipſe Solis, tenentes, quos in 1.to.nō viderat,veluti Pinel.in auctē.niſi tricennale num.48.C.de bon.mater. Sfor.Oddo in conſ.42.nu. 46.& Hieronymum à Lauren.

deciſ.

† decis.49.num.4.Addo ego Anthon.Fab.ex *auctoritate* Senatus Sebusia.*in* suo Cod. lib. 8. tit. 6. de pig.diffin. 38.qui dicit hanc Solis sententiam veram saltem quando creditor non denunciauit possessori onus,quo eum constitueret *in mala fide*:Hęc (*inquam*)Solis docet, cõcurrunt in eandem sententiam, vltra suprà adductos,ex eisdem rationibus Fran.Viui. in sintagma.com.opin.vol.2.de contrac.tit.5.de reb. * cred.c.22.*in fin.*pag.18.dicens communiter reprobari Alex.*in* cons.58. vol. 2. contrarium tenẽtem, quod idẽ etiã docet additio ad Gam. † *in* decis.99.vbi *in fine* ausus est dicere malè *iudicatum* secũdum opinionem Alex. in casu,de quo Gam.in d.decis.Arius Pinel.vbi suprà adductus est asserit hanc esse veriorem opinionẽ, † & se vidisse contra Alex.*iudicatum*.

Verùm(quicquid de illa opinione sit,quam tot tantosque patres contra Alex, suprà tenere diximus, quę tamen valdè cuilibet prima fronte difficilis videbitur, ex quo debile admodũ, & infirmum videatur fundamentum,cui innititur,illud enim de facultate remouendi impedimentum discussionis,quod pro fundamento aduersus creditorem adducitur, nullius videtur esse cõsiderationis,quia vix datur casus, cui eius materia,& id quod continet applicari valeat:aut enim debitor principalis soluit, aut non:si soluit,quæ,quęso, discussio contra soluentem fiet?nonne si ageret creditor repellere tur iusta solutionis exceptione, & in expensis damnaretur:aut verò non soluit, & tunc iterũ distingo,quòd aut est soluendo,aut non, si est soluendo,nihil operabitur discussio vt possit ad tertium possessorem deueniri quia post eã factam nihil sibi debitum dici poterit cum recuperauerit iam à principali; aut verò non est soluendo,& in hoc casu posset deueniri ad tertium possessorem,& esset in sua facultate obstaculum remouere vt ageret: Verùm ex casu hoc particulari,qui ferè nunquam est contingibilis in materia de qua tractamus,vt existente debitore principali non soluendo negligens sit creditor ne agat aduersus tertium possessorem,cum de nemine vix debeat præsumi quòd velit omittendo recuperare à tertio possessore in casu quo potest quod sibi debetur,iactare suum:non videtur debere sumi regulam generalem,qua generaliter stabiliatur ex quo in facultate creditoris est remouere obstaculum faciendo discussionem,ideò non esse eam legitimam excusationem vt præscriptio non dicatur incipere currere nisi post eam factam, & si id de discussione facienda considerare nolimus,quod puto non fore in hoc nostro casu necessarium cum firmius multò habeamus iuris fundamentum, cui non est qui satisfaciat, considerare saltem debemus quod exceptio solutionis,quam singulis annis fieri præsupponimus à debitore,excluderet procul dubio creditorem ne cõtra tertiũ possessorem ageret, & sic legitimè impediret eum ne ageret, quo impedimento extante nulla posset contra eum currere præscriptio nec aliqua negligentia & desidia in eo considerari,super qua valeret,sicuti adsolet, præscriptio fundari, nisi velis culpare creditorem cui à debitore offerente debitum receperit, sed quòd respuisset potiùs illud & egisset contra tertium possessorem vt aduersus eum conseruaret sibi ius suum ne præscriberet, quod inhumanum esset velle quòd despiceretur oblata solutio,& pro eo quod sponte,& sine aliquibus expensis offerebatur à debitore principali,litigaretur cũ tertio possessore talis forsan conditionis, qui litem faceret immortalem,&est contra l.soluẽdo,de nego.gest. 52 & l.nulla C.de solu.cum simil. quibus † cauetur teneri creditorem inuitum nedum à debitore,sed à quocunque etiam alio oblatam solutionem accipere, Sur.dec.174.num.27.Vidi post hæc scripta Gaspar.Roder. *de annu. redi.* libro 2. q. 9. numer. 65. de quo valdè gauisus sum quòd concordauerimus in multis ex considerationibus superiùs pro hac opinione factis,alias adducit non penitendas, quas ibi vide,cæterùm eas omnes priùs tradiderat Cassane. qui strenuè hanc opinionem defendit, in consue.Burgun.rub.11.tit.de cens §. 2.à nu. 36. & testantur isti doctores,ille allega.num.65.hic † verò num.46.sic se vidisse *declaratum* in Sena. Pincia. & Burgun. respectiuè,Felicianũ de Solis viderat dum hæc scripsit Roder.quem allegat eius rationibus abundè satisfaciens, atque propterea non immeritò forsan in casu de quo Gam.decis.99.fuit pro contraria Solis opinione in Senatu *declaratum*:(sed de his alibi) quicquid(*inquam*)sit de dicta opinione, dico posse † 53 responderi non obstare obiectionem ex quo debitor principalis,& tertius possessor non tenentur vna eademq. specie obligationis,quod erat & est necessarium,pronti superiùs diximꝰ, vt procedat l.fin. C.de duob.reis, dicaturq. ac † dici possit *interruptionem* contra vnum operari etiam contra alium:debitor enim actione personali tenetur,tertius verò possessor hypothecaria,quæ quantùm inter se differant nemo nescit,et probatur ex §. omnium instit. de actio. vbi inter species actionum diuersas ponit Iustinia.actiones personales,& reales,hypotecariam autem realem actionem esse probat l. si fundus §.in vendicatione ff. de pig. Rolan. à Val.in tracta.de inuen.in versi. *An actio hypotecaria* num.11.in octauo vol.tracta. nouiter impressorum pag.195.& Hypol.Montanet in additione ad Olrb.de actio.par.2.lib.1.c.29. nu.2. qui plures allegant.

54 Sed † fortiter obstat l.fin.C.de anna. excep. vbi expressè habetur interrupta personali actione, censeri etiam interruptam hypothecariam: Cæterùm respondemus id verum quando ambæ in eadem persona, eodemque subiecto cōcurrunt, tunc non inspicitur quoad quam sit in expresso facta petitio, & per eam vel aliter, interruptio, sed an facta sit, & facta, quoad vtrāq. prodest, secus verò est in casu de quo loquimur, vbi diuersæ sunt personę, contra quas actiones prædictæ competunt, stant enim quælibet de per se, & in diuersis subiectis vna ab alia separata, personalis circa principalem debitorem, hypotecaria verò, & realis circa tertium possessorem.

55 Quod † fieri posse postquam semel realis orta est, quamuis non nascatur sine personali, docet te Vincen.de Franc.decis.80.num.13.& 119.num.24.Montaner ad Oliba. de actio.par. 2.lib.1.c.29.num.3.Rolan.à Val.d. trac. de inuen.num.16.& Anthon.Gom. tom. 2. var.c.3. de loca.& conduc.nume.12. qui particulariter docet quomodo id fiat, dicens esse quia hypotecaria sustentatur ex prima actione personali qua principalis debitor tenetur, & ideò cum simus in actionibus diuersis, separatis, & distinctis, ac in diuersis subiectis existentibus, indè sit quòd interruptio quoad vnum non noceat alteri.

56 Hæc † ego dicerem ad supradictas difficultates, dum alium non viderem, qui meliùs loqueretur, sed ea omittamus, & dicamus quod legimus circa illud quod Canc. nostrum superiùs diximus docuisse quod l.fin. C. de duob. reis, quæ disponit, & vult in duobus reis interruptionem factam contra vnum censeri etiam & contra alterum factam, habet locum in fideiussore quoties, sicut passim fit, potest ipse ante principalē & sine discussione illius per renuntiationem ab eo factam conueniri, quasi tunc videantur illi vt duo rei teneri, in quo reperi decisionem Putei 512. li.2. integriter super hoc factam, in qua docet fuisse per Rot Roman. cō
† tra opinionem Cancerij, & aliorum *decisum* in facti contingentia, declarando interruptionē factam contra principalem non nocere fideiussori etiā si is teneretur vt principalis, & possit vt talis ante principalē cōueniri, rōnem assignat ex diametro contrariam, & repugnantē ei, quam Cancerius, & alij tradiderant, quia nempe quamuis fideiussor eo casu sit æquè principaliter obligatus, tamen per hoc non desinit esse fideiussor, nec ei⁹ obligatio dici accessoria ad principalem, secūdū glossam in aucten. decernimus C.de iudi.& Hypol.Marsil.in rub.de fideiussor.nume.62.Rot. Genuæ decis.65.num. 2. quæ est vna ex rationibus quas Barto. adducere diximus, propter quam interruptio quæ fit contra principalem non noceat fideiussori, atque ita quamuis cesset altera ratio nempe quia potest hic fideiussor conueniri ante principalem, non propterea cessat dispositio, vulga. §.affinitatis insti.de nup.& quòd Cancer. asserit fideiussorem quando potest conueniri vt principalis, censeri obligatum cum principali vt duos reos debendi nec ipse Bal. nec Rebuf. quos allegat plenè probare videntur vt tu ipse lector ex eis experiri poteris, vidè tamen Surd. quem post hæc scripta legi, decis.308.& aduerte an ex eis debeas quæ ibi is doctor docet reprobare quæ hic tradita sunt, vel è contra, ego stabo meliori censuræ.

57 Idem † dicendum proculdubio foret sequēdo doctrinam Rot.in alio casu quem Rebuf.in dicta glosa 15.nume.6.& Gutier.de iura.confir. parte tertia capit.1.nume.37.tradunt, nunquid interpellatio contra fideiussorem prosit contra principalem, dicunt enim quòd sic si poterat ille conueniri ante principalem, cuius contrarium videtur resoluendum si dicta doctrina sequatur.

58 Ex † eisdem regulis manat decisio alterius casus, nempe an interruptio facta contra vnum ex tertijs possessoribus noceat alijs, in quo dicendum est quòd non, prouti ex Balb.& *mente* Rot. Floren. resoluit Mago.decis.79.nu.9.vers. *fuit conclusum.*

59 Vltimò † adnotamus in hac materia in casu conuerso, an scilicet interruptio facta per vnum prosit alteri, esse similiter distinguēdum inter correos credendi, qui vna, & eadem obligatione continentur, & inter alios prętensos creditores diuersos, & separatos inter sese, diuersasque, & separatas habentes obligationes, vt primo casu affirmatiuè censeamus resoluendum ex eadē l.fin. C. de duobus reis, in secundo verò negatiuè per alia iura, quæ in syntagm. com.opin.tom.2.titu.4.de pręscrip.cap.13.vers. *præscriptionis interruptio* pag.135.& per Ioannem Gutier.cons.28. nume.9. referuntur, vbi etiam plures in idem adducuntur doctores.

60 Quartò † foret in hac materia videndum num pręscriptio impediatur per iuramentum, vel pactum iuratum, cæterùm quia quæstionē latè examinant, & qualiter procedere possit declarant Guid. Papæ decis.199. & ibi additiones Rabo.& Ranchi.Capel.Tolosa. & ibi additio Aufrerij, deci.221.Surd.deci.3.& 64. n.33. apud quos leges cōtrarias in ꝓposito factas in iuditio
†† *declarationes* Roder. Suar. in l. post rē iudicatā notab.2.latè Ioan.Gutier.de iura.cōfir.par. tertia cap.1.à nume.8.Seraphi.de priuileg. iuram. pri.51.Menoch.cons.201.à nume.120.cum sexcentum alijs, quos allegant hic de industria, ne longior fierem, omissis, decreuimus propterea, huiusmodi remissione contenti, quæstionis

vlterius

vlterius examen relinquere videndum penes ſuprà relatos.

61 Quintò † in eadem præſcriptionis materia eſt videndum nunquid in diœceſi Gerundẽ. (ad hoc me cogit huius diœceſis amor tãquam in ea natum, & educatum, parentesque, & facultates habentem) aliquid circa præſcriptionem habeant priuilegij illius incolæ, & habitatores reſpectu cenſualium de quibus agimus, cum quotidie audiamus qui pleno ore dicant ibi non dari præſcriptionẽ in hiſce rebus.

62 Qua † in re poſt aliqualem factam diligentiam (nihil etiam ſine labore acquiritur) reperi fuiſſe olim in dicta diœceſi Gerundẽ. vniuerſalem conſuetudinem in iuditijs intrepidè, & inconcuſsè obſeruatam (vidi enim innumeras penè ſententias diuerſorum tribunalium, quibus ſic fuit declaratum) quòd in cenſualibus, de quibus agimus, non admittebatur præſcriptio quantumuis per tempus ſufficiens ad præſcribendum creditor negligens fuiſſet in exigẽdo, vel petendo.

63 Hæc † conſuetudo obſeruata fuit vſque ad annum 1512. quo Sereniſſimus Rex Ferdinan. ſua cum pragmatica Dat. Eugenij ſub die nona Nouembris in dicta diœceſi voce præconia publicata eam expræſsè reuocauit de plenitudine poteſtatis tanquam repugnántem vſatico Cathaloniæ omnes cauſæ, & alijs etiam conſtitutionibus præſcriptionem admittentibus, & aliàs, volens expreſsè, ac mandans quòd ex tũc ſic præſcriptio in his admitteretur quemadmodum & in alijs quibuſcumq; rebus.

64 Reperi † item quòd cõtra huiuſmodi pragmaticam ſe oppoſuerunt Capitulum, & Eccleſia Gerundẽ. & reliqui clerici eiuſdem Epiſcopatus prætendentes non potuiſſe in ſui præiuditium fieri, ad quorum inſtantiam Catholica Mageſtas eiuſdem Regis Ferdinan. ſuis cũ litteris in villa Valliſoleti expeditis ſub die decima octaua Iunij anni 1513. ſuſpendit effectum dictæ Regiæ pragmaticæ donec cauſa per dictum Capitulum, & Eccleſiam mota ſuper validitate, ſeu inualiditate eiuſdem, & ſuper dicta conſuetudine Gerundẽ. diœceſis ſuper cenſualibus non præſcribendis, quam Locumtenẽs generali in præſenti Principatu committebat, terminaretur, quæ quidem litteræ, vt omnibus innoteſcerent, fuerunt per publica præconia publicatæ in vicaria Gerundæ.

65 Harum † litterarum vigore Locumtenens generalis in hoc Principatu commiſit cauſam prædictam Vincentio Orrit Regiæ Audientiæ doctori, quo relatore, & Michaele Ioanne Paſtor correlatore fuit in eadem Audientia concluſione ſequuta ſub die decimo quinto Nouembris anni 1522. inſtantibus ſtrenuè Capitulo dictæ Eccleſiæ Gerundẽ. & clericis Epiſcopatus reuocationem dictæ pragmaticæ, vtpote quia fieri non potuiſſet in eorum præiuditium, diffinitiuè *declaratum* non fuiſſe intentionis † Regiæ Mageſtatis eam dicta pragmatica comprehendere cauſas Eccleſiæ Gerundæ, nec cauſas clericorum. Et quia dicta Eccleſia, & clerici inſtabant reuocationem nedum pro ſe, ſed etiam pro quibuſcunque alijs etiam layeis perſonis, quod non fuit viſum iuſtum, ideò Senatus † eadem cum ſententia *declarauit* ad prædictã Eccleſiam, & clericos non pertinere partem, ſeu inſtantiam facere quoad alias, ſeu pro alijs perſonis ſuper reuocatione dictę pragmaticæ.

66 Poſt † huiuſmodi factam declarationem cõparuit in Regia Audientia procurator hominum Vicariæ, & Baruliæ Gerundæ dicens in effectu quòd ex quo pragmaticę Regis Catholici de qua ſuprà effectus fuerat tantùm ſuſpenſus durante lite, quã Eccleſia, & clerici diœceſis Gerundę pro eius reuocatione mouerant, & dicta cauſa erat iã terminata, & finita, propterea etiam ſublata cenſeri debebat ſuſpenſio, & impedimẽtum, ac proindè ſupplicans quòd ſicut ſuſpenſio extiterat per loca publica publicata, ſic eius ſublatio, & dicta pragmatica per eadem loca publicarentur.

Fuit hoc negotium eidem Vincentio Orrit commiſſum à principio, & poſt eius mortem Franciſco Caſtello eiuſdem Regię Audientiæ doctori, & pendente illius examine cauſæ ſe oppoſuerunt nonnulli particulares Epiſcopatus, & diœceſis Gerunden. cõtendentes declarãdum non potuiſſe dictam pragmaticam tollere antiquam conſuetudinem de cenſualibus non præſcribendis in eo Epiſcopatu vigentem, nec ius, quod habebant ratione quorundam cenſualium quæ à diuerſis perſonis recipiebãt, ſeu recipere debebant, cum dicta pragmatica fuiſſet expedita ipſis non citatis, necauditis.

† Quibus tamen non obſtantibus *declarauit* Senat. in dicta cauſa ſub die 24. Octobris 1526. quòd attento cauſa de qua ſuprà, ad cuius vſq. durationem tantùm extiterat effectus pragmaticæ ſuſpenſus per ſententiam in ea latam erat finita, & terminata, & per tenorem vſatici, & conſtitutionum cenſualium & violariorũ, & aliàs, ac etiam per merita proceſſus cõſtabat de iuſtificatione dictę regiæ pragmaticæ quoad perſonas layeas, & eorũ bona, licèt quoad Eccleſiaſticas fuiſſet viſum debuiſſe reuocari, & in contrarium non fuerant talia deducta in fauorem prętenſæ conſuetudinis, quę dictę regię pragmaticę obſiſterent attentis ſententijs regijs aliàs promulgatis: declarauit (inquam) Senatus quòd ſuſpenſio prædicta tolleretur quoad layeas perſonas, & reſpectu cenſualium layeorum, circa quos (inquit) liberè potuit Regia

Mageſtas

Magestas ex prȩheminentia suæ celsitudinis dictam pragmaticam edere prȩsertim vsatico Barcinonæ omnes causæ, constitutionibus, iuribus Canonico & ciuili conformem, & quòd dicta pragmatica quoad dictas personas laycas, & earum causas obseruaretur.

Hanc, & supradictam aliam Regias sententias simul cum Regia pragmatica prȩnarrata, ac prouisionibus regijs, quarum in superioribus meminimus, videbis in archiuo regio si eas perquisieris, & in quodam processu in Regia Audientia olim ducto ad relationem egregij quondàm Sena. Federici Fõtpastor, scriba Raphaele Riera, inter Franciscum Ferrer ptæsbiterum villȩ Turricellȩ de Montegrino ex vna, & Raymundum Xammar domicellum ciuitatis Gerundæ partibus ex altera, easdem ego exhibui in alio processu in regia Audientia vertenti inter Reuerendum Baudilium Gali Canonicum Ecclesiæ Gerundæ, & N. Orti mercatorem, Relatore egregio Senatore Iacobo Puigmija, & scriba Puigferrer.

67 Hinc † factum fuit quòd ab eo tempore inconcusȩ obseruatur, & obseruarum sit in Episcopatu, & diœcesi Gerundæ quòd in censualibus, quæ fiunt, & prȩstantur personis laycis nõ allegatur amplius supradicta consuetudo non prȩtendendi: allegatur tamen, & obtinetur in his quæ fiunt, & prȩstantur Ecclesijs, ac personis Ecclesiasticis, prouti mille sententijs, quas tanquam plures causas ciius Episcopatus vt vn⁹ oriundus ab eo tractans vidi, & in manibus habui, possem hoc loci, si oportuisset, comprobare, nõnullas videbis exhibitas in processu cuius suprà meminimus, & in alijs duobus in Regia Audientia ductis, primo ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust, scriba Ioanne Bretons, inter Sebastianum Custous prȩsbyterum villæ Bisulduni, & Syndicum vniuersitatis villæ Balneolarum, altero verò inter Ioannem Cambra clericum villæ Bisulduni, & coniuges Costas; & Cabratosas parrochiæ de Faris, referente primò egregio etiam Senatore Iosepho Dalmau, & vltimò Francisco Mijauila, & Franquesa scriba Camarasa, & in illa canonici Gali de qua suprà.

68 Nec dubites † de potestate consuetudinis ad tollendam prȩscriptionẽ, & si hæsites adeas Anthoniũ Fab. in suo codice lib. 8. titul. 33. quæ sit longa consuetu. diffini. 1. & ibi videbis qualiter Senatus Sebusianus *declarauerit* pro potestate. †

69 An autem † per huiusmodi consuetudinem censeatur prohibita tã prȩscriptio centenaria, & immemorialis, quàm ordinaria, ego censeo quòd non, ex regula vulgari quòd sub prohibitione prȩscriptionis non intelligantur regulariter comprehensæ huiusmodi centenaria, & immemorialis prȩscriptiones, de qua pluribus agunt Rip. in l. quominus ff. de flumin. nume. 100. & 101. qui eam declarat procedere tantùm in his, quæ sui natura sunt prȩscriptibilia, Anthon. Gab. commun. conclu. lib. 5. titul. de prȩscrip. conclu. 1. à nume. 27. ad 33. Vegius cons. 53. per totum, & consil. sequenti, Cranet. de antiquita. temp. parte 4. vers. materia singularitatis nume. 43. & Couar. lib. 3. var. cap. 15. num. 3. qui aliter, vtiliter tamen, declarant, Boer. decis. 39. nume. 11. Velas. consul. 141. nume. 9. Anthonius Fab. in suo codice lib. 7. titul. 7. de prȩscrip. 30. & 40. an. diffi. 5. vbi sic *decisum* in Senatu Sebusia. † affirmat, quod † limitat nisi expressim dictum sit, aut nisi eadem sit ratio exclusionis declarãdo id quemadmodum Rip. vbi suprà allegatus est, Afflic. & ibi *decisio* Senatus Neapolita. decis. 254. nume. 4. & 5. & ibi Vtil. in additione num. 7. nostras Cancer. lib. 3. var. cap. 4. de seruit. nume. 38. vbi *decisionem* nostri Senatus refert de anno 1596. referente egregio olim Senatore Narciso Paulo Regas factam, tractans signãter † an centenaria sit maior immemoriali, an verò è contra, post Cranetã, qui latissimè disputat in tracta. de antiqui. temp. parte 4. vers. Absolutis differẽtijs, per multos numeros, & omnium latissimè Nicola. Garcia in tracta. de benefici. parte 5. cap. 1. à nume. 190. cum sequentibus, vbi plures in proposito in Romana curia ad diuersas materias factas vtiles *decisiones* refert, viden. Ioan. Gutier. de iura. confir. parte 3. cap. 1. nume. 11. sed tamen cautè legendus dum vult † idem esse de prȩscrip. lõgissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum vt per simplicem prȩscriptionis prohibitionem non censeantur ipsæ prohibitæ, viden. denique Ioannes del Castillo Sotomaior de vsufruc. lib. 1. cap. 68. num. 14. vbi ex multis tenet longè potentiorem esse immemorialem centenaria prȩscriptione, quod est contra Senatus resolutionem referẽte egregio Senatore Narciso Paulo Regas factam supertiùs traditam, de quo in sequenti glosa fusiùs forsan dicemus. Nisi expressè probaretur consuetudo quæ tolleret ptæscriptionem nedum ordinariam, sed etiam longissimi temporis, & immemorialem, ac centenariam: tunc enim vtraque censeretur exclusa, quod ego facilimũ probatu iudico si sic peritus aduocatus articulum concipiat vt omne genus præscriptionis compræhendat: intelligunt enim Gerundenses communiter, & inconcusè consuetudinem hanc nedum in ordinaria prȩscriptione locum habere, sed & in quibuscũq; alijs etiam, & sic quid prætenderit facilè testes reperiet, qui de eo testentur, sic ego in illis causis Sebastiani Custous, & Ioannis Cambra, qui eorum aduocatus eram, articulos formaui vt omnem penitùs præscriptionem sub consuetudine

71 †† 72

com-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

comprahenderem, super quibus plures reperti fuere testes, qui contenta in eis vera esse attestarentur, ideò caute agat qui de his tractabit.

Sed veritas est secundum quod ex superiùs adductis elicitur, consuetudinem in diœcesi Gerundeñ. esse quæ ordinariam tantùm præscriptionem excludit, non aliam. An autem non solùm principalis debitor censualis per huiusmodi cõsuetudinem censeatur prohibitus opponere exceptionem præscriptionis, sed etiam quilibet alius tertius possessor, te docebit Ranchi. in additione ad Guido. Papæ decis. 319.

73 Hanc † consuetudinem si verba pragmaticæ Regis Catholici eam referẽtis, & prohibentis, ac regias sententias super ea latas attendamus, colligemus proculdubio ex eisdem fuisse tantùm circa censualia, & eorum pensiones, non verò circa alias annuas prestationes, veluti censuum, qui plures sunt in diœcesi Gerundæ absque dominatione directa, & cẽsos bons appellantur, non habentes priuilegia censuum emphyteuticalium, cum pragmatica, & regiæ sententiæ prædictę de censualibus tantùm fuisse consuetudinem referant, verùm nunc, siue quòd iam antea circa quascunque alias annuas prestationes, sicuti circa censualia, consuetudo etiam esset, quamuis de censualibus tantùm, vel frequentioris vsus gratia, vel aliàs mentionem pragmatica faciat: siue quòd consuetudo, quæ de cẽsualibus loquebatur, extensa sit paulatim propter rationis identitatem, & casuum similitudinem, vel aliàs ad alias quascunque annuas prestationes; quod † fieri posse nemo
74 ambigit vt post Rocum de Curte probant, & disputant Aymon Craue. de antiquitate remp. 4. parte incip. transeo nunc nume. 48. & Alex. Moneta in tracta. de optio. cano. capit. 3. nume. 11. & capit. 4. nume. 57. cum sequentibus, nunc (inquam) consuetudo prædicta est, & viget inconcusse quoad clericos nedum circa censualia, sed etiam circa census, & alias annuas prestationes, ita vt quemadmodum contra illa nihil operatur temporis antiquitas, sic nec his etiam quicquam noceat, atque ita in diœcesi Gerundæ eodem modo probatur consuetudo quoad annuas prestationes quascunque, quemadmodum quoad censualia, quod ita esse comperies nullo negotio si videris processus causarum superiùs relatarum in nostro Senatu ductarum, vbi promiscuè loquuntur sententiæ, & declarationes factæ, ac testium depositiones receptæ tam de censualibus, & cẽsibus, quàm de alijs etiam annuis prestationibus. Et cum his ego finem huic glosse lubens facio.

SVMMARIA.

1 *Decimarum prædialium immunitas, an possit consuetudine, vel præscriptione acquiri.*

2 *Decimæ personales non sunt in vsu in Catalonia, nec fere in toto orbe.*

3 *Decimæ nunquid de iure naturali, & diuino, an de iure positiuo, & humano sint.*

4 *Decimas esse de iure positiuo, & humano, prima opinio theologorum.*

5 *Decimas esse de iure naturali, & diuino, secunda opinio Canonistarum.*

6 *Canonistæ sententiam Theologorum tenentem decimas non esse de iure diuino, non procul abesse ab hæresi dicunt.*

7 *Theologi sibi potiùs vt legitimis interpretibus, quàm Canonistis, in materia decimarum credendum volunt.*

8 *Decima dupliciter consideratur vel vt continet certam partem fructuum necessariam ad parrochi sustentationem, vel etiam prout est decima pars fructuum à laycis vt talis suffulta in locum alimẽ torum parrocho debitorum.*

Decimam consideratam primo modo ex supradictis dicunt Theologi esse de iure naturali, & diuino, secundo verò modo minime, ibid.

9 *Decima sustentationis, & decima quoiq; que dicantur.*

10 *Decimam esse de iure naturali, & diuino qui doctores, & qua fundamenta probent.*

11 *Papa est legitimus interpres sacræ scripturę canones condendo ab omnibus seruandos.*

12 *Innocentium fuit tanię auctoritatis vt dicatur Rotam Romanam consuetusse eius dicta sequi sicut Euangelium.*

13 *Decimas esse de iure humano, & positiuo qui doctores & qua fundamenta probent.*

14 *Decimarum, vt sunt decima pars fructuum, soluendarum nullum in lege gratiæ, & Euangelica præceptum.*

15 *Præcepta legis veteris triplicia, moralia, inditialia, & ceremonialia, & qua illa sint.*

16 *Præcepta legis veteris inditialia, & ceremonialia lata lege Euangelica statim cessarunt absque aliqua reuocatione.*

Præcepta moralia remanserunt post legem Euangelicam latam, & sic in illa quemadmodum in veteri obligant, & quomodo, ibid.

17 *Hæretici à Theologis appellãtur qui decimas dicunt esse de iure diuino ex eo quod earum præceptum datum in lege veteri obligauerit etiam in noua quia non constet fuisse reuocatum.*

18 *Præceptum de decimis in lege veteri fuit morale quatenus continebat spiritualia ministrantium sustẽtationem, quoad quotam verò, & illius determinationem, vel indutiale, vel ceremoniale.*

19 *Tribus undecim, præter Leuiticam, quę diuinis obsequijs mancipata erat, omnes possessiones habebant in lege veteri, quarum pars decima fuit Leuitica*

postea

postea assignata pro sua sustentatione.

20 Praecepta ceremonialia erant dupplicia in lege veteri, alia principaliter instituta ad prefigurãda Christi misteria vti futura, alia quae magis ad deuotionem quandam, & ritum sacrificiorum pertinebãt, & ibi declarantur.

21 Praecepta ceremonialia, vel inditialia in lege Euangelica vim legis obtinere qui diceret, & assereret cum perfidia hereticus foret.

22 Quacunque Christus dum cum humanis conuersaretur de decimis loquebatur, referebãtur ad Iudeos, & Phariseos, & ad ea quae tunc obseruabantur, & non ad Apostolos.

23 Christus dominus solebat ad Apostolos verba dirigere cum aliquid pro lege noua, & Euangelica statuebat.

Christiani nihil aliud pro lege seruare habent nisi quod Apostolis Christus praecepisse dignoscitur, ibidem.

24 Decimas esse de iure diuino qua iura, & doctores dixerint intelliguntur sumendo eas quoad sustentationem parrochi, non aliàs.

25 Decimae dici possunt de iure diuino veteri, non nouo, & ita debent intelligi qui de hoc loquuti fuere.

26 Ius diuinum quandoque sumitur pro iure canonum.

27 Decimae non prescribuntur secundum opinionẽ Theologorum quoad eam partem, quae necessaria est ad sustentationem ministrantium spiritualia, quoad reliqua verò, & illius determinationẽ sic.

28 Decimae nullo modo prescribuntur quoad opinionem Canonistarum, nec diminuũtur quia secundum eos de iure diuino illa sunt qualitercunque consideretur.

Iuris diuini quae sunt non tolluntur praescriptione, vel consuetudine, nec vix priuilegio Apostolico, ibidem.

29 Ius naturale dicitur immutabile.

Ius diuinum dicitur etiam immutabile, ibid.

30 Opiniones Theologorum, & Canonistarum circa materiam decimarum an sint de iure diuino, vel humano, & an prescribantur vel non, extrema amba sunt, & vix subsistentabiles in rigore secundum auctorem.

31 Decimam deberi vel non deberi quando tenetur iudicare iudex, quid debeat atendere si vult sequi opinionem Theologorum circa illud an sint de iure diuino, vel non.

32 Praescriptio in decimis nulla admittitur, nec aliquod priuilegium eximens ab earum solutione nec in quota, nec in rebus vbi deficit congrua sustentatio parrochi, secus vbi adest, secundum opinionem Theologorum.

33 Donatio ob causam nõ reuocatur per ingratitudinem in eo quod est intra causam, secus in eo quod est extra, vbi decisio nostri Senatus.

34 Donatio ob causam non eget insinuatione in eo quod est intra causam, secus in eo quod est extra.

35 Decimas quòd in totum nullus soluat, si ministrantes spiritualia habeant suam sustentationem, fieri potest per consuetudinem, & prescriptionem secundum Theologorum opinionem.

36 Decimae nulla habent priuilegia nisi quoad sustentationem parrochi.

37 Didac. Couar. impugnatur in materia decimarum.

38 Consuetudo in decimis secundum opinionẽ Theolog. aliter quòd de vna specie fructuum soluantur, & de alia non, & in aliis circumstantijs hic enarratis admitenda proculdubio est.

39 Laici licèt dicantur incapaces iuris percipiendi decimas ex alijs fundis, non tamen iuris immunitatis non soluendi de propriis.

40 Immunitatis ius à decimis soluendis non est spirituale, nec quasi spirituale.

41 Enaminantur tres nostri Senatus decisiones, in quibus videtur non fieri diferentia quoad incapacitatem laycorum inter ius percipiendi decimas ex alienis agris, & ius immunitatis non soluendi ex propriis.

42 Decimae si esse de iure diuino, & naturali cum Canonistis teneamus, necessum erit fateri non posse consuetudine, vel praescriptione nec in totum, nec in parte minui.

43 Decimas esse de iure diuino, & ex alia parte diminui posse modo aliquo etiam quoad quotam, error est.

44 Ius diuinum licèt in totum tolli non possit, diminui tamen non prohibetur, quomodo intelligatur.

45 Pragmatica Cathalonia facientes ex vna parte decimas de iure diuino, & ex alia concedentes diminutionem quoad quotam an sint sustentabiles.

Idem de nonnullis Senatus nostri decretis.

46 Priuilegium concessum Statui, & ordini Ecclesiastico circa decimas notatur.

47 Priuilegium Pontificis eximens à solutione decimarum an valeat.

48 Theologi, & qui eorum opinionem sequuntur in materia decimarum parui faciunt argumenta Canonistarum, & è contra Canonistae Theologorum.

49 In hac materia sunt plures qui propter suis difficultatem nec vnam nec alteram sententiam ausi sunt amplecti, alij verò in dimersas iuerunt.

50 Auctor sequitur sententiam Theologorum in hac decimarum materia breuibus explicatam verbis.

51 Sustentatio sola ministrantium spiritualia est de iure naturali, & diuino, sed non quòd ea fiat ex decimis vel alijs rebus, nec ex certa parte fructuum, aut aliàs.

Didac. Couar. in hoc notatur, ibidem.

52 Sustẽtandi, & alendi eos qui nobis spiritualia ministrant modus est de iure positiuo.

53 Consuetudo fuit in Italia, & in Gracia nullas omninò soluendi decimas.

Consue-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

54 Consuetudo nullas omninò soluendi decimas quomodo potuerit introduci in principio, remissiuè.

55 Intellectus l. comperimus C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.

Argumentum à tributis Regis ad decimas, vt sicut ab illis nemo potest eximi, sic nec ab his, non procedit de iure, ibid.

56 Decimas esse de iure diuino quoad substantiam, non quoad quotam, tenens opinio reprobatur.

Reprobatur item opinio tenens Theologos concordare cum Canonistis, & è contra quoad substantiam decimarum vt sint de iure diuino, differre solùm quoad quotam, ibid.

57 Pontifex potest ex causa decimas præscriptione, aut consuetudine extinctas iterùm suscitare.

58 Præscriptio quid differat à consuetudine in materia decimarum.

Consuetudo dicitur esse communitatis, præscriptio verò personæ priuatæ, ibid.

59 Præscriptio vt procedat contra Ecclesiam in his quæ sunt contra ius commune, quæ requirantur.

60 Primitias etiam respiciunt quæcũq. dicta de decimis fuere.

61 Præscriptio in decimis non procedit in Cathalonia in rebus licèt sic in quota, ex pragma. Caroli Imper. vbi plures decisiones nostri Senatus.

62 Decisiones nostri Senatus contra præscriptionem decimarum, & consuetudinem non soluendi.

Pragmatica Caroli quinti circa decimas vires examinantur, & intellectus traditur, ibid. & numer. sequen.

63 Præscriptione, & consuetudine etiam immemorialibus sublatis non intelligitur de centum, & ducentum annorum præscriptione, & consuetudine.

64 Immemorialis præscriptio maior est centenaria.

65 Immemorialis præscriptio nedum centum annos continet, sed & tempus etiam penè infinitum.

66 Laici per immemorialem præscriptionem præsumuntur decimas habuisse ante consilium Lateranense eos incapaces efficiens.

67 Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, & nume. 77.

Possessio decimandi in vna specie fructuum conseruat ius quoad alias, ibid. & n. 78.

68 Decimator vniuersalis habet intẽtionem fundatam in tota parrochia.

69 Pragmatica Caroli quinti super decimis facta à multis impugnatur ex defectu potestatis tanquam repugnans alijs iuribus patriæ, & aliàs.

70 Priuilegia, & consuetudines vniuersitatibus esse seruanda præcipitur in multis constitutionibus Cathaloniæ, atque ita semper protestantur vniuersitates in conclusione curiarum.

71 Consuetudines immemoriales sunt in Cathalonia approbatæ adeò vt quod fit contra eas, cõtra constitutiones censeatur factum.

72 Rex in Cathalonia nõ potest ius quæsitum tollere, cum teneatur iuxta constitutiones per directum iudicare.

73 Pragmaticas an Rex possit facere in Cathalonia, remissiuè.

Pragmatica Caroli quinti super decimis edita defenditur, ibid.

74 Pragmaticæ veniunt appellatione iurium patriæ.

75 Vsatici, hoc quod iuris est Sanctorum, intellectus.

76 Primitiæ comprehenduntur sicut decimæ sub dispositione pragmaticæ Caroli quinti de decimis loquentis.

77 Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri.

Decimatorius pro parte, & pro parte non decimatorius vnus, & idem fundus non potest esse, ibidem.

78 Possessio probata in vna specie fructuum probata etiam censetur & quoad alias species respectu eiusdem fundi.

79 Declarantur supradictæ quando fit subrogatio fructuum in locum aliorum, de quibus decima solutbatur, non quando in vno agro semper sunt duæ species fructuum seminatæ, & de vna est soluta decima, & de alia non.

Vna, & eadem res benè potest diuerso iure censeri propter nouum accidens, ibidem, vbi declaratur & adducuntur Rotæ Romanæ decisiones.

Intellectus capitum in tua, de decim. ibid.

80 Pragmatica Caroli quinti de decim. dispositio sufficit in Cathalonia ad iudicandum contra quascunque præscriptiones, & consuetudines.

81 Consuetudo in decimis quod antea deducatur semen, an sit valida nec ne, & quare, vbi decisio nostri Senatus.

82 Decimæ in Cathalonia spirituales sint, an profanæ, nihil interest quoad præscriptionem, vel consuetudinem.

83 Laycale dicitur quodcunque spirituale ius quod à Papa laycis alias incapacibus conceditur.

Decimæ quare dicantur profanæ in Cathalonia, & in tota Hispania, ibid.

84 Decimæ quæ tenentur in feudum per laycos ab Ecclesia non possunt dici profanæ propter dominium directum, quod remanet penes Ecclesiam.

85 Decima quare nõ debeatur de fructibus minutis, & qui in notabili quantitate non percipiuntur.

86 Decimæ quòd soluatur de fructibus minutis non est sub præcepto, quia sub præcepto ipsi non dicuntur esse.

87 Decima quæ petitur vt iudicetur debita, vel indebita non obstante consuetudine, nihil aliud videndum est quàm nunquid consuetudo allegetur circa res, an circa quotam, vt primo casu debeatur nihilominùs, secundo verò non.

88 Decimæ, seu earum immunitas præscribuntur quando cõstat ex aliqua proprietate nunquam fuisse illam solutam

ſolutam in aliqua ſpecie fructuum non obſtante pragmatica.

89 *Decima ſoluitur ſecundum conſuetudinem locorum vicinorum quando vbi ſoluenda eſt nulla reperitur conſuetudo, vbi deciſio noſtri Senatus.*

90 *Citari quomodo debeant plures ad cauſas decimarum, remiſſiuè.*

GLOS. XIX.

PARS I.

Decimis &c.

Vbi incipit tractatio decimarum, & primitiarum, & an de iure naturali, & diuino, an verò de iure poſitiuo, & canonico illæ ſint, & nunquid præſcriptio, & conſuetudo in eis admittantur tam in rebus, quàm in quota, vel in alterutro ipſorum, latè diſcutitur.

DE decimis, & primitijs verba hoc loci pro oportunitate materiæ facturus operæ prętium duxi, prętermiſſis multis, eiſque egregijs, quæ doctores circa materiam commiſcuntur, in eo ſolo tempus quod ſupereſt cõterere, quod magis magiſque in iuditijs, ac palarijs frequentatur, ad quodque ordinariæ cõtentiones circa materiam decimarum reducũtur.

1 Id eſt primò † nunquid in decimis (de prędialibus loqnor, non de perſonalibus, quæ † in
2 hoc Principatu non ſunt in vſu, nec vix in toto orbe Chriſtiano, vt Nauar. docet in manua. cõfeſſ. capi. 21. nume. 31. Paz in prax. primæ partis tom. 2. cap. 5. nume. 34. Ceuall. in com. con. comu. tom. 1. quæſtio. 364. nume. 1. & Cabedo deciſ. 54. num. 8. tom. 2. deciſſ. Portugal. & alij plures multis in locis) poſſit earum immunitas, vel exemptio conſuetudine, vel prędſcriptione acquiri. Item nunquid poſſit quicquam conſuetudo ſoluendi decimam in grano contra dominum prętendentem eam ſoluendam in manipulis, & in garba.

Quoad primum, quæſtio quæ in illo proponitur aliam vocat, ex qua ipſa pendet, priùs diſcutiendam, nunquid † ſcilicet ſint decimæ de
3 iure naturali, & diuino, an verò de iure poſitiuo, & humano, ſi enim de illo ſunt, ſatis ſuperq; compertũ eſt nihil profuturam etiam immemoriabilis temporis non ſoluendi poſſeſſionẽ, vel conſuetudinem: ſi verò de hoc, fieri quidem poterit quòd aliquando proſit, qua in re duæ reperiuntur, & hæ quidem inter ſe è diametro pugnantes inter Theologos, & Canoniſtas opiniones.

4 Prima † Theologorum tenet eſſe tantùm de iure poſitiuo, & humano, vtpote quia exiſtiment nullam omnino eſſe de hoc in lege Euangelica, & gratiæ prędceptum.

5 Secunda † verò Canoniſtarum è contra, de iure naturali, & diuino vtpote quia eas ſolui in lege gratiæ iuſſerit Chriſtus, vel ſaltem approbauerit, prouti referunt Didac. lib. 1. var. capit. 17. nume. 2. verſ. *& præter*, & verſ. *præterea*, Nauar. in apolog. de redit. Eccleſia. quæſtio. 1. moni. 59. in principio ex nume. 1. Ioãnes Gutier. in cano. quæſtio. lib. 2. cap. 21. nume. 3. & 7. Ioan. Azor. in in inſtitu. mora. lib. 7. cap. 34. quæſtio. 4. Ferdin. Vaſq. controuer. Illuſt. lib. 2. capi. 89. Lel. Zech. de repub. Eccleſ. titul. de parroch. nume. 14. & 15. Alexand. Moneta in tracta. de decim. capit. 1. nume. 5. & 11. & Ioan. Ceuall. in lib. pract. quæſt. commu. contra comu. quæſtio. 437. per totum, & plures alij quos ipſi referunt, adde quæ habentur latè in ſyntag. com. opinio. volu. 1. titulo de decimis capit. 1. & 3. adde denique doctiſſimum Franciſcum Suarez Societatis Ieſu, nuperò poſt hæc ſcripta viſum, in tracta. de virtu. & ſta. religionis lib. 1. capit. 10. cuius iuris ſit in Eccleſia prędceptum decim. per totũ, vbi pulchrè. Rationes, & auctoritates ego nunc nõ adduco quibus ſuam quælibet pars probare conatur opinionem, nonnullas inferiùs, vbi aliud fieri nõ poterit, breuiter percurram, reliquas vid ẽdas relinquens apud doctores ſuprà citatos, qui plurimum in id tempus conſumauere, hoc
6 vnum † ſolum aduertens quòd in hac controuerſia ſic Theologi, & Canoniſtæ diſſident vt grauiter ſe inuicem reprehendant, & increpẽt, nec deſint ex Canoniſtis qui dicant ſentẽtiam Theologorum non procul eſſe ab hæreſi, & ferè hęreticos eſſe qui defendunt decimas, etiam ſub lege gratiæ, non iure diuino, ſed tantùm humano deberi, ex eo quòd eorum opinio cum iure canonico apertè pugnare videatur, & licèt motiua Theologorũ multùm (inquiunt) ſtringant, tamen in dubijs debemus ſtare interpretationi Eccleſiæ, & Summi Pontificis.

7 E cõtra † verò Theologi iuris canonici doctores in hac parte tanquam non legitimos, & idoneos diuini iuris interpretes reijciunt, & ſibi potiùs, non illis eſſe credendum aſſerunt quòd ipſorum ſit ſcripturas ſacras interpretari, ex quibus quæ ſunt diuina iura ducuntur, & petuntur, prout hæc. & alia latiùs Azor. tradit in dicto cap. 34. quæſtio. 4. & Alexand. Monet. allega. cap. 1. nume. 10. & 11. poſt Didac. qui nõnulla de his tetigit allega. cap. 17. nume. 2. verſ. *& prętereа*, & alios, quos latè refert, addens nu-

nu. 27.

nu.27.vers. *hæc sunt*, repugnantes esse has duas opiniones inter se vt nullo distinctionis fœdere consiliari valeant, quæ qui considerauerit non video quomodo audeat suum in eis, nisi valde timidè, proferre iuditium, ego nihilominùs meum aperiam qualecunque illud sit, vt ex infrà tradendis apparebit.

8 Vt autem † scias in quo consistat hæc discrepantia inter Theologos, & Canonistas, & eorũ opiniones, aduerte Theologos cum nõnullis Canonistis, qui eos postea sequuti fuere, existimasse, & existimare decimas dupplicitet considerari posse, & debere.

Primò prouti cõtinent in se certam partem fructuũ necessariam ad alimenta, congruamq; sustẽtationem clericorum dum spiritualia ministrant, quæ à laycis datur clericis in laboris impensi iustam mercedem.

Secundo modo consideratur decima prouti est decima pars fructuum laycorum, & vt talis suffulta in locum alimẽtorum pręstandorum, & in sustentationem clericorum, & sic quoad quotam ipsius.

Primo modo considerata decima, quatenus scilicet continet partem fructuum necessariam ad alimenta clericorum, & eorum sustentationem inquiunt Theologi eam esse de iure naturali, & diuino, quia de hoc iure est quòd Ecclesiæ ministri populi sumptibus sustententur, de hoc respectu pręceptum decimarum naturale inquiunt esse, atque adeò in lege veteri moralium numero compræhendi.

Secundo verò modo considerata decima, quatenus scilicet pars fructuum decima eisdẽ sumptibus ministrorum Ecclesiæ est mancipata, vel sit mancipãda, id est quòd pro huiusmodi sustentatione, & alimentis habeant ij, & habere debeant decimam potiùs, quàm vigesimam, vel trigesimam partem fructuum, hoc, inquiunt, iuditiale tunc ius erat in lege veteri, atque adeò in nostra lege Pontificium, & sic de iure humano, & Pontificio, quippè quia nõ reperiatur quòd in lege gratię pręceperit Christus dominus huiusmodi quotã dãdam Sacerdotibus, licèt id eis elargiri iusserit quod necessarium foret ad sustentationem lege naturali sic dictante in illo Euangelij, dignus est mercenarius mercede sua.

In summa, vt clarior res fiat, pręceptum decimarum in genere, & in communi, seu vt alij loquuntur, quoad substantiam, de iure naturali, & diuino (inquiunt Theologi) censetur esse, quatenus scilicet cum naturali ratione, & iure conuenit dictante quòd ministri spiritualium sustententur: quoad modum verò, quòd nimirùm hæc sustentatio fiat per viam decimarum, est id de iure humano: vel aliter, pręceptum decimarũ quoad substantiam de iure naturali, & diuino censetur esse, quatenus cum naturali ratione, & iure conuenit dictante quòd ministri spiritualium sustententur, determinatio verò, & taxatio ipsius decimæ est de iure humano, & positiuo, siue Pontificio, quia scilicet Pontifex est vel Ecclesia qui in lege gratiæ decimæ quotam quoad pręceptum determinauit, & taxauit.

Canonistæ verò censent decimam ipsam, prout nunc est instituta vt decima sit pars fructuum, & sic tã quoad substantiam, quàm etiam quoad quotam esse de iure naturali, & diuino.

Sic post Alphõsum à Castro, & Domini. Soto, & alios plures, quos allegat declarat latè Didac. allega. cap. 17. per totum, & signanter vers. *cæterùm*, cum sequentib. & omnes ferè qui post Didac. scripsere, Nauar. in manua. allega. capit. 21. nume. 28. vbi se ipsum citat idem in alijs locis docentem, Ioan. Gutierrez in allega. cap. 21. nume. 29. Pater Azor allega. cap. 24. quæstio. 4. vers. *in his*, Zero. in prax. Episc. verb. *decimæ*, vers. *ad septimam*, Zechius vbi suprà, Alexan. Monera allega. cap. 1. nume. 17. & 36. Bartho. Lessius Societatis Iesu de iust. & iure lib. 2. cap. 39. de decimis dubita. 1. num. 14. cum mille alijs, quos ipsi allegant, adde patrem Franciscum Suares Societatis Iesu, post hæc scripta habitum, in tracta. & statu religionis lib. 1. cap. 10. cuius iuris sit Ecclesiæ præceptum decimarum per totum, vbi

9 † & in alijs capitibus pręcedent. & sequen. decimam primo modo cõsideratam appellat decimam sustentationis, secundo verò modo decimam quotæ.

10 Habet † vnaquæque ex his opinionibus validissima fundamenta, quibus comprobetur, quæ doctores suprà relati latissimè prossequũtur, eorum nonnulla ego hic adducam pro maiori rei intelligentia, & declaratione: Imprimis Canonistarum opinio habet plura loca tam ex veteri testamento, quàm ex nouo, quibus probet decimas esse de iure naturali, & diuino, & signanter Genes. 14. & 28. ac Heb. 7. vbi constat Melchisedech eas soluisse, & Iacob se easdem Deo promisisse daturum Exodi 22. & Leui. 27. vbi pręcepit Deus decimas, & primitias persolui, & Malachiæ 3. ibi, *inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea*, Mathæi 23. ibi, *ve vobis Scribæ, & Pharisei, qui decimatis mentham, & anethum, & siminum, & reliquistis quæ grauiora sunt, legis iuditium, & misericordiam, & fidem, hęc oportuit facere, & illa non omittere*; quod idem eisdẽ ferè verbis habetur Lucæ 11. est alius locus apud Mathæum 22. vbi Christus ait, *reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quę Dei Deo*, quibus vltimis verbis de decimis Saluator noster loquutus videtur, quæ propriè ipsius sunt: vltimò huic opinioni suffragatur quòd non semel

semel in Euãgelio fiat mentio de decimis, prout Mathæi 22. & 23. & Lucæ 11. vt suprà dictum est, quod, vt existimant Canonistæ, non foret factum si eas Christus non approbasset in lege Euangelica, & approbando, tacitè saltem, voluisset earum præceptum in ea etiam obseruandum, sicut in veteri.

Præterea habet hæc opinio quatuor Ecclesiæ doctorum Ambrosij, Gregorij, Augustini, & Hieronymi præclara testimonia, quæ referuntur à Gratia. in capit. quicunque 16. quæstio. 7. in cap. nam qui Deo 16. quæstio. 1. in cap. decimas primo, eadem 16. quæstio. 7. in capi. decimæ tributa, eadem 16. quæstio. 1. in capit. maiores 16. quæstio. 7. & cap. reuertimini ea. causa 16. quæst. 1. & in alijs pluribus locis, quæ vtriusque censuræ doctores referunt, quibus videntur Sancti doctores censuisse, ac existimasse decimas esse de iure diuino.

Habet item eadem opinio sacrorum Conciliorum auctoritatem, Lateranen. scilicet in illis verbis in cap. in aliquibus §. final. de decim. *Illæ quippè decimæ necessariò soluendæ sunt quæ debentur ex lege diuina, & loci consuetudine approbata*, Rotomagen. in illis verbis, *omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur bones, &c.* & ibi, *sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes Statuimus vt secundum domini nostri præceptum admoneantur primo secundo & tertio &c.* Mogunti. præcipientis ac diffinientis *decimas Deo, & Sacerdotibus Dei dandas*, & denique Triden. sessio. 25. ca. 11. de reforma. vbi *decimarum solutionem debitam Deo esse dicitur*, quibus mirè videtur probari Canonistarum opinio.

11 Item † habet eadem sententia auctoritatem plurium summorum Pontificum, quibus summè in hoc est deferendum, quippè quia ipsi soli videntur esse qui possunt interpretari sacram scripturam canones cõdendo ab omnibus seruandos, cap. per venerabilem §. rationibus, qui fil. sint legit. cap. 2. de sum. trini. & fide Catholi. cap. & si Christus de iure iurando: habent enim ij Summi Præsules expressè decimas esse de iure diuino in cap. parrochianos de decim. & in cap. tua 1. & 2. eodem titul. quorum vltimorum auctor est Innoc. 3. quem sequutus alius Innoc.
12 scilicet 4. qui † tantæ fuit auctoritatis vt dixerit Ludouic. Roma. in singul. 167, incip. *index à quo* consueuisse Rotam Romanam eius dictum tanquam sacrũ Euangelium (qui. Is (inquam) Pontifex allegatur à pluribus in cap. fin. de parroch. & alie. parroch. in tantùm existimasse verum decimas esse de iure diuino vt hæreticos appellauerit eos qui contrarium sentirent.

Habet denique eadem opinio auctoritatem
†† *Rot. Roma. & Senatus Gratianop.* tenẽtium quòd decimæ sint de iure diuino, illa in decis. 25. in ordine, quæ est sub titul. de decim. in antiqui. hæc verò apud Guido. Papæ quæstio. 284. nihil pro nũc ego de nostro Senatu dico, nec de alijs Rot. Roma. decisionibus recèns factis, dicetur autè inferiùs oportuniùs, Deo concedente: habet & alia plura eadem opinio, quibus fulciatur, quæ legere poteris apud doctores suprà citatos, & vltra eos apud Hostien. in sum. de decim. Nat. in cons. 136. & Anasta. Gemon. de facto. templor. immu. capi. 19. à nume. 15. qui sunt validissimi huius opinionis defensores, videre etiam eadem poteris in syntag. com. opin. com. 1. de decim. c. 3. in prin.

13 Habet † & Theologorum opinio suas rationes, & fundamenta, quibus innitatur, eorum quinque adducit Dida. in sæpè allega. cap. 17. nume. 2. quæ postea retulerunt quotquot post eum scripsere, & signanter Alexan. Mone. allega. cap. 1. à nume. 13. cum sequentib. eorum præcipuum quo arbitrantur Theologi destrui, ac eneruari prorsus omnia fundamenta Canonistarum est, quòd † nullum in lege Euangelica reperiatur de decimis soluendis, vel decima
14 parte fructuum pro alimentis, & sustentatione ministrantium spiritualia à Christo domino institutum præceptum, & quod si, & vbi reperiamus tale fuisse præceptum institutum, taliſque fructuum quota, & portio taxata in lege veteri vt ex auctoritatibus adductis pro Canonistis vidimus, ac Christum dominum pluriès visum fuisse id approbasse in lege gratiæ, vti ex locis Euangelistarum suprà comprobauimus, & ab Ecclesia receptum, ac sanctis patribus commẽdatum, illudque esse de iure naturali, & diuino in lege gratiæ non semel dictum, vt sacrorum conciliorum, ac summorum Præsulum adducta testimonia demonstrant, id sufficere negant Theologi vt in lege gratiæ præceptum dici possit absolutè id quod de decimis tractamus à Christo domino institutum, & quod propterea habeamus illud tanquam de iure naturali, & diuino, & tanquam præceptum in lege gratiæ de necessitate obseruandum.

15 Ad quod † probandum distingunt præcepta veteris legis in moralia, iudicialia, & ceremonialia. Moralia dicunt esse quæ ad mores pertinent, & ad dictamen legis naturalis, vt quilibet virtutes ipsas exerceat, nihilque agat ab ipso naturali iure alienum: iudicialia, quæ pertinent ad iustitiam hominibus exhibendam, iusque vnicuique tribuendum, ex quibus leges veteris testamenti censentur, quarum obseruatio iudicibus ipsis incumbebat: vel sunt iuditialia præcepta, quibus determinabatur iuditiale præceptum de iustitia obseruanda inter homines, seu quæ instituta erant ad æqualitatem inter homines seruandam: ceremonialia verò de his agebat, quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiam,

honorem

honorem, & obsequium Deo exhibendum statuebantur. Mihi homini layco, & seculari, minimeque Theologo non licet vlteriùs in horum explicatione immorari, maximè cum sufficiant suprà tradita ad *institutum*, quod prosequimur, reliqua qui extensiùs habere voluerit, petat à Theologis, quorum est proprium munus in his versari.

16 Ex his † præceptis iuditialia, & ceremonialia inquiunt Euangelica lege lata omnino cessasse absque aliqua reuocatione, solis moralibus remanentibus, quæ sic in lege gratiæ dicunt obligare quemadmodum in veteri, non quidem ex auctoritate veteris legis, sed ex eo quòd sint à natura ipsa instituta, & à Christo Iesu in lege Euangelica eadem ratione, qua naturali debuerunt, & fuerunt præcepta, idque dicunt Theologi esse de fide.

17 Atque ideò † aliqui ex ipsis hæreticos Canonistas vocant, ex eo quòd, vt est videre ex Rebuf. & alijs, quos refert qui inferiùs allegabitur, significauerint, & aliquando probare voluerint decimas dicendas de iure diuino propterea quòd earum præceptum datum in lege veteri dixerint adhuc obligare eo ipso quòd non reperitur reuocatum, prouti apparet ex Suarez allega. libro primo de religione cap. 10. nu. 5.

18 Hoc † nostrum de decimis soluendis præceptum in lege veteri docent ijdem doctores, quatenus continet necessariam sustentationem spiritualia ministrantium, morale quidem fuisse iuxta illud Deuteronom. 25. *non alligabis os boui trituranti*, & Paul. primo Chorinthi. 9. *quis militat suis stipendijs vnquam*? & rursum, *si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus*? dantur enim decimæ in sustentationem eorum, qui spiritualia ministrant, vt in illo Malachiæ tertio iam allegato, *inferte omnem decimationē in horreum meum vt sit cibus in domo mea*, & propterea eodem modo obseruandum in lege gratiæ, quo in veteri quoad quotam verò, & illius determinationem, iuditiale secundum aliquos fuisse, quia per huiusmodi præceptum suum Sacerdotibus, & Leuitis assignatum in lege veteri fuit, & determinatum commune præceptum de iustitia inter homines obseruanda, ac denique inducta fuit æqualitas secundum consuetudinem populi illius, cui lex dabatur.

19 Cum † enim vndecim tribus possessiones omnes haberent, debuit Leuitica, quæ illis carebat, totaque erat diuinis obsequijs mancipata, partem aliquam prouentuum à reliquis tribubus habere, quæ diuina tunc institutione decima fuit: vel ceremoniale, secundum alios,

20 non quidem † ex illis, quæ fuerunt principaliter instituta, & ordinata ad præfiguranda Christi misteria vti futura, & significandum Christi, & futuræ legis Euangelicæ aduentum, veluti immolatio agni, circuncisio, &c. sed ex illis potiùs, quæ pertinebant magis ad deuotionem quandam, & ritum sacrificiorum, quàm ad supradicta, cuius generis sunt vestes Sacerdotum, altaria, thurificatio, oblationes, & similia, & ideò lege Euangelica lata abrogatum: vel etiam partim cerimoniale, & partim iuditiale vt probat pater Suarez Societatis Iesu in libro de religione primo, capite nono, cuius iuris sit in Ecclesia præceptum decimarum nu. 9. post hæc scripta visus.

21 Circa † quod obiter nota non leuem lapsum ex ignoratione Theologiæ (eam non modicùm callere oportuisset illum, qui de his agere, & tractare perfectè cuperet) non leuem (inquam) ex ignoratione Theologiæ lapsum, Mathæi ad Guidon. Papæ decision. 266. dum postquam dixit in initio additionis cerimoniale, aut iuditiale fuisse veteris legis præceptum de soluendis decimis, addit hæc verba, *quod in Euangelica vim legis obtinet, veluti diuinitùs institutum*: non enim compatiuntur quòd cerimoniale, vel iuditiale præceptum aliquod legis veteris sit, & similiter obliget in lege Euangelica, imò purè hæreticum esset si cum perfidia assereretur, vt * Theologorum communis schola docet, nisi in eadem lege Euangelica esset iterùm statutum, nam tunc obligaret quidem in hac Euangelica lege, non tamquam præceptum legis veteris, sed tamquam nouæ.

22 Transeunt † vlteriùs Theologi in confirmationem suæ opinionis, & dicunt quòd si & vbi Christus dominus in lege Euangelica visus sit approbasse decimas veteris testamenti, tam quoad substantiam, quàm etiam quoad quotam illarum, id quidem verum est quatenus in eo vetere populo decima soluebatur, & non aliàs, hæc autem omnia cessarunt in lege Euangelica, postquam in ea Christus sic fore decimam soluendam, sicuti in lege veteri soluebatur, non præcepit, & ideò omnia & quæcunque, quæ, dum cum humanis conuersaretur, visus est circa decimas prout erant in rigore decima pars fructuum in lege veteri exacta, & circa earum approbationem loqui, referebantur quidem ad ea quæ tunc iuxta eandem legem veterem obseruabantur: & dirigabantur omnia ad Phariseos, & Scribas in huius rei signum, & non ad Apostolos, cum quibus nullibi legitur Christum de decimis loquutum: 23 solebat † autem (inquiunt Theologi, & multis probant) ad eos verba dirigere cum quid pro lege noua, & Euangelica statuebat, imò nihil aliud nos ex diuino præcepto

seruare tenemur (inquiunt Theologi) præter id quod Christus Apostolis seruare præcepit, iuxta illud, *docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis* Mathæi vltimo, prout aduertit Monetа capite primo, numero trigesimo quarto.

24 Et denique † dicunt quòd si & vbi tam in sacris consilijs, quàm etiam in constitutionibus Summorum Præsulum in toto illo titulo *de decimis*, ac etiam apud sacros Ecclesiæ doctores illius luminaria, & alibi dicatur, non semel sed imò millies, de iure diuino decimas deberi, ea verba hunc inter alios possunt habere sensum non recedendo à superiùs firmata distinctione, quòd de eo iure intellexerit Ecclesia esse decimas quoad sustentationem ministrorum suorum, & quia eam continent, non aliàs, & sic non quoad quotam ipsarum, & determinationem, ac taxationem factam in lege noua quòd sint decima pars prouentuum id enim de iure humano potiùs est.

25 Vel etiam † intelligendi sunt loquuti referendo se ad legem veterem, & ad id quod in ea statutum fuerat, & sic interpretari possunt quòd dixerint decimas esse de iure diuino veteri, non nouo.

26 Vel † item ibi ius diuinum intellectum esse dicunt pro iure canonum, quia aliqua ratione ius diuinum canones dici possunt, vt in capite secundo, de priuileg. in sexto, ibi, *iuris diuini, & humani*, id est iuris canonici, & ciuilis.

Vel denique, & finaliter quia exemplariter constitutum est præceptum decimarum ad imitationem diuini iuris veteris vt dicebat pater Suarez allega. capi. decimo, numero tertio, & septimo.

Hæc sic succinctè à nobis relata, latissimè, & valdè extensè habentur apud doctores suprà citatos, quò lectorem relego legenda cupidum veræ, & certæ rei cognitionis.

27 Iuxta quæ † ijdem doctores, qui Theologorum sententiam sequuntur, nostram, quam in initio proposuimus, resoluunt quæstionem, dicentes in decimis quoad eam partem, & portionem fructuum, quæ necessaria est ad ministrantium spiritualia sustentationem, & alimēta à laycis ipsis ministrantibus iure debita, nullam admitti præscriptionem, nec etiam consuetudinem: quia de iure naturali, & diuino eo respectu debitæ decimæ dicantur, quoad reliquam verò partem decimæ, quæ supereſt deducta sustentatione, item quatenus est statutum quòd pro decima, & sic pro sustentatione, & alimentis clericorum soluatur decima pars fructuum non minor, in hoc admittendam existimant consuetudinem, & præscriptionem tam in fauorem laycorum, quàm clericorum, arbitrantes posse per eos immunitatem altero ex modis prædictis acquiri à decimis non soluendis, dummodo clerici debitis alimentis, & sustentatione non fraudentur, imò ea semper firma, & illibata maneant: quia in eo quod est supra sustentationem, & alimenta clericorum de iure humano, & positiuo decimas esse existimat Theologorum schola.

28 E contra † verò Canonistę totum id negant, ac de necessitate eos id negare oportet præsuppositò quòd eorum opinio sit decimas esse omninò, & indistinctè de iure diuino: non enim compatiuntur vllo modo inter sese quòd decimæ de iure diuino dicantur debitæ, & nihilominùs diminutio aliqua vel ex consuetudine, vel præscriptione, imò vix ex priuilegio Apostolico, admittatur, iux. tex. in capite finali, vbi doctores de consuetudine, & conueniunt * omnes qui Theologorum sunt amplexi sententiam in ea parte decimæ, quam arbitrantur esse de iure naturali, & diuino, circa quod sunt videndi Didac. vbi suprà numero octauo, versicul. *quibus me hercle*, Moneta allega. capit. primo nume. 24. 25. & 26. Pater Suarez vbi sæpè capit. duodecimo, quid possit consuetudo circa obligationem, vel modum soluendi decimas, & capit. decimo quarto, quid possit Summus Pontifex in remittend. vel dispen. decim. per totum: quod † ea ratione singulariter comprobatur quia immutabile ius naturale dicitur esse, vt vulgò habetur. Item & *ius* diuinū cum pendeat ex diuina voluntate, quæ non mutatur, neque aufert legem propter prauam hominum consuetudinem, immutabile etiam hoc modo dicitur, pulchrè Suarez vbi suprà allega. cap. 12. nu. 1.

29

Hæc opinionum diuersitas colligitur clarè ex Didac. vbi suprà numero sexto, & octauo allega. versicul. *quibus me hercle*, & numero decimo, & ex reliquis doctoribus, qui in superioribus allegati sunt, Nauar. allega. capite vigesimo primo, numero vigesimo octauo, in manua. & in consilio secundo numero quinto de decimis, Gutierrez nume. 31. 35. 39. & 60. versic. layci, & nume. 64. Azor capit. 37. versicul. *atramen*, Zerola dicto, & allega. versicul. ad septimam, Moneta dicto capit. primo nume. 56. cum sequentibus, & capit. quinto, nume. 105. Ceual. in commu. contra communes libro secundo quæstione 437. in fine, videndus Petrus Gregor. in syntag. iur. vni. libro secundo, capite vigesimo sexto, numero quarto, & Pater Suar. vbi sæpiùs allegatus est.

30 Hæ † opiniones extremæ ambæ videntur, & vix sustentabiles in eo rigore intellectæ prout ipsæ sonant, quia plura ex vnaquaque sequuntur, à quibus vix est quòd possit quis

se

se explicare absque eo quòd maximum indè vel decimatoribus, imò & ipsis decimis de iure tam commendatis, & in omni integritate, & sine fraude solui, & prestari iussis, vel etiam ijs, qui decimam prestare tenentur, sequatur damnum, & detrimentum, & alia oriantur, quæ vix est quòd à quopiam defendi queant, vt ex infrà dicendis non obscurè apparebit.

31 Ex Theologorum † enim opinione ego imprimis repetio sequi de necessitate quòd ad dirimendas de decimis motas lites debeat iudex, & teneatur hunc discursum facere vt in iudicando non erret, videre scilicet num is cõtra quem decimę petuntur, eas vnquam soluerit nec ne: si nunquam soluit, iterùm oportebit attendere quis sit qui eas petat nunquid qui spiritualia ministrat, aut verò alius ex concessione Papæ, vel Regis, cui per Papam essent donatæ, vel concessæ: si ministrans spiritualia sit, iterùm necesse erit attendere, & videre nunquid ipse recipiat iam aliàs à parrochianis quod sufficiat ad sustentationem vel ex alijs decimis, vel etiam ex alijs oblationibus: si enim recipit, declarare iudicem oportebit iuxta hanc opinionem in fauorem rei, qui nunquam soluit, si vel consuetudinem, vel prescriptionem allegauerit tam respectu totius decimæ, quàm respectu quotæ illius: si verò qui spiritualia ministrat non sit is qui decimas petit, & pretendit, sed alius vel Ecclesiasticus, fortè vt baro, vel aliàs, vel etiam laycus ex eo quòd iure sit eis quandoque facta illarum concessio, tali casu necesse est quòd mihi concedat opinio Theologorum omnibus esse integrum defendere se à solutione, & prestatione decimarum tam in substantia, & seu in rebus, quàm etiam in quota illarum ex legittima consuetudine, & prescriptione absq; aliqua alia discussione.

Ratio est clara, & manifesta, quia si illa pars fructuum, quæ datur parrocho, & ministrantibus spiritualia pro eorum sustentatione est tantùm de iure naturali, & diuino, & quoad illam tantùm, & eo respectu dicitur solùm de iure naturali, & diuino decima esse, quoad reliquam verò partem, quæ pro decima soluitur vltra dictam sustentationem, & alimenta, de iure humano, & positiuo, seu pontificio, imò id solum dicitur secundum Theologos esse de iure naturali, & diuino, quod est alendos fore Sacerdotes à plebe, indè benè sequitur nihil vetare quominùs in eo omni admittatur consuetudo, vel prescriptio, quod est suprà dictam sustentationem, & alimenta, prout suprà dictum est, & prout in quibuscunque alijs rebus patrimonialibus admitteretur.

32 Circa quæ † antequam milli quis obijciat quòd ego solus sim, qui has illationes facio, non qui Theologorum sententiam sequuntur, legat, quæso, attentè doctores quos suprà pro Theologis adduxi, & ex eis comperiet quod ego hic paucis circa predictas illationes tradidi, imò, quòd magis est, videbit eos tenere in tantùm fore, & esse attendendam in decimis congruam sustentationem, & alimenta ministrantium spiritualia, vt quæcunque de validitate consuetudinum, & prescriptionum, & priuilegiorum Apostolicorum quoad exemptionem à decimis soluendis, in qua concedenda non modicè liberales compenuntur, tradiderint, voluerint expressè, & velle se dixerint intelligenda casu quo huiusmodi alimenta, & sustentatio salua remaneant predictis, nulla aliàs suffragatura prescriptione, nulla consuetudine, nullo priuilegio non soluendi decimas tam respectu totius, quàm etiam partis, & quotæ decimæ si congrua sustentatio non fiat semper clericis superstes, sic expressè protestatur Didac. asserrimus opinionis Theologorum defensor dicto capite decimo septimo, nume. sexto, plures refert Moneta dicto capite quinto, nume. 90. & sequitur doctissimus Franciscus Suarez Societatis Iesu in libro de religione primo, capit. 12. quid in decimis possit consuetudo, nume. 15. in fine, & capite decimo quarto quid pos. Summus Pontifex in remitten. vel dispensan. decim. nume. 11. Quæ ratio congruæ sustentationis cum non militet in parrocho, qui iam aliàs recipit à populo sufficientia alimenta, nec in alijs, qui spiritualia non ministrant, ideò necesse erit quòd omnes illationes, quas suprà feci mihi concedat cui placebit Theologorum sententiam defendere.

Et in expresso quòd quilibet possit, & valeat immunitatem, & exemptionem à decimis soluendis iuxta sententiam Theologorum in vniuersum acquirere quando ministrantibus spiritualia non deficiunt alimenta, quæ aliàs à plebe recipiant, docet Didac. dicto capite decimo septimo numero decimo, & Moneta, qui alios refert, allega. capite quinto nu. 105.

33 Id quod † manifestissima iuris ratione probatur exemplo eorum quæ doctores docent de donatione ob causam, quòd non reuocetur propter ingratitudinem, id enim verum dicunt in eo quod est intra causam, in quo retinet priuilegium, non verò in eo quod est extra, idest in eo quod excedit: in hoc enim iudicatur vt quæuis alia gratuita donatio, ex doctrina Cornei in consil. 45. libro quarto, quam refert, & sequitur Rip. in lege finali C. de reuocan. donatio. nume. 149. & circa quam est

viden. Molina de primogen. Hiſpan. libro ſecundo capit. octauo à numero decimo ſexto, & Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo, *donatione largitus*, num. 68. & 69.

34 Idem † in inſinuationibus obſeruãdum docent ijdem Rip. in allega. l. ſi vnquam quæſtio. 14. & Rim. in principio inſtitution. de donatio. num. 119. nonnihil Cancer. tradit in tertia parte varia. capit. 15. nume. 76. plura Petrus Barboſ. in l. 2. in prima parte nume. 171. ff. ſoluto matrimon. & Surdus de alimen. titul. primo quæſt. 48. nume. 24. Quæ doctrina eſt canonizata in Senatu: is enim referente egregio Senatore Iacobo Puigmija in cauſa pupillorum Graus cõtra Anthoniam Planes, & Meca ſub die decima octaua Martij ann. 1606. ſcriba Thio, cum de reuocatione cuiuſdam donationis per patrem filiæ factę in cauſam dotis ageretur propter ingratitudinem, quæ prętendebatur commiſſa, † *declarauit* donationem prędictam vſque ad quantitatem, quam perſonæ ſimilis ſtatus, & conditionis dare ſolent pro dote, fuiſſe, & eſſe iudicandam ob cauſam, & ad eam vſque quantitatem non ſubiectam reuocationi propter ingratitudinem: in eo verò quod excedebat, gratuitam, & reuocationi obnoxiam, quam declarationem, & ſententiam regiam licèt ego vt aduocatus dictæ Planes cuſauerim enixè commutari ad relationem egregij Senatoris Franciſci Bonet, prout obtinui die trigeſimo primo Ianuarij anni 1612. id tamen alijs medijs procurabam, non quòd hanc doctrinam, quam hic aſtruo, non arbitrarer iuridicam, nõnulla videbis infrà in propria materia reuocationis donationis propter ingratitudinem.

Sic in decimis ſi ſunt de iure naturali, & diuino tantùm in eo quo indigent Sacerdotes ad ſuſtentationem, & propterea conſuetudine, vel prętcriptione inextinguibiles, in reliquo dubium eſſe non poterit quòd non habebunt priuilegium.

35 Imò † plus dico (parcite obſecro prolixitati in re tam neceſſaria) quòd ex ſententia Theologorum ſic, vt dictum eſt, intellecta, oriatur, & ſequatur decimas in totum vt eas nullus ſoluat, poſſe vel per prętcriptionem, vel per conſuetudinem fieri, ſi aliàs à plebe qui ſpiritualia miniſtrant recipiant quod eis ſufficiat ad congruam ſuſtentationem, ratio eſt clara quia deducta debita ſuſtentatione prędicta, & ſeu ſecluſa, non manent de iure naturali, & diuino.

Et quamuis Didac. valdè ſe ſcrupuloſum in hoc concedendo prębeat in allega. capit. 17. nume. 8. verſicul. 11. & nume. 9. & poſt eum Gutierez illum in omnibus ferè ſequendo dicto capit. 21. nume. 34. verſicul. *quoniam opinionem*, eodem nume. 38. & 51. cum pluribus doctoribus quos allegat, negantes omninò id fieri poſſe vel per conſuetudinem, vel per prętcriptionem, vel etiam per priuilegium, quia tamen ego non video quòd ipſi aliquid allegent, quo id probent, prętſuppoſita Theologorum, quam ſequuntur, ſententia, ſed volunt eis ſimpliciter credi dicentibus fore talem conſuetudinem iniquam, & irrationabilem, ac nimiam illam futuram exemptionem quæ indè competeret, quia nimi ẽm tolleretur per eam illa recognitio, quam iuſtiſſimum, & æquiſſimum eſt Sacerdotibus miniſtrantibus ſpiritualia aliquo prętſtito ſtipendio exhiberi, addit Gutierez quia aliqua ex parte derogaretur iuri naturali, & diuino: imò

36 † video iuxta Theologorum ſententiam omnia priuilegia decimarum reduci, & reſtringi ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ: & vltra eam nulla competere, ideò nihil mirum ſi fateri nos cogat ea opinio quòd & id quod nunc tractamus, & reſoluimus verum ſit, & indubitatum, ſi illam veram, & indubitatam arbitremur, prout Theologi arbitrantur: cuius reſolutionis immemores mihi videntur fuiſſe ij doctores qui hæc ſcripſere, poſtquam multis aliàs illud probare, & ſtabilire conati fuerant, decimas ſcilicet de iure diuino tantùm eſſe quoad ſuſtentationem clericorum, non aliàs, vt ex ſuprà traditis appareret: quid enim eſt quòd in decimis ius naturale, & diuinum fundauerint totum in ſuſtentatione clericorum, & dicere nunc quòd vltra dictam ſuſtentationem remaneat in eis aliquid iuris naturalis, & diuini, cui non ſit diminuendum?

37 Reperi † multò poſt hæc ſcripta doctiſſimum Franciſcum Suarez Societatis Ieſu in libro primo de religione inper in lucem emiſſo capit. decimo ſecundo, quid in decima poſſit conſuetudo, nume. octauo, reprobaſſe in expreſſo eandem Didaci ſententiam, dicentẽ ſicut ego, non poſſe ſtare, prętſuppoſita ſententia Theologorum, quam ipſe defendit: nec poteſt excuſari Didacus quòd eo loci loquutus fuerit quando miniſtri Eccleſiæ haberent aliundè, quàm à plebe, vnde viuerent, quo caſu vera eſſet opinio quòd non ſuſtineretur conſuetudo eximens in totum à ſolutione decimæ, prout idem Suarez concedit eo loco, non quando ipſi id quod habent ad ſuſtentationem reciperent à plebe, & populo aliàs quam à decimis, quo caſu procedit quod dicimus oriri ex ſentẽtia Theologorũ quòd in totũ acquiratur exẽptio per cõſuetudinẽ: quia imò loquutum fuiſſe Dida. hoc loci in hoc vltimo caſu quando à plebe clerici aliàs recipiunt congruam ſuſtentationem, colligitur manifeſtè ex eo quòd de priori caſu antea loquu-

tus

tus iam fuerat nume. 4. in quo approbatus legitur idem Didac.ab eodem Suarez vbi ſuprà 41
capit.11.nume.9. ibique eius opinionem mul. ††
tis probat, non erat ergo quòd eundem caſum repeteret nume. 8. verticul. 11. Nec quicquam facit quod dicit Didac. videri indè tolli illam recognitionem, quam iuſtum eſt miniſtrantibus ſpiritualia exhiberi, quia reſponderur non eſſe de iure naturali quòd ea recognitio fiat per viam decimarum, & ideò nihil mirum ſi dicamus poſſe tolli eam, quæ ſic fit, dummodo fiat alio modo, pulchrè patet Suarez capit.14.quid poſſit Sũmus Pontifex in remitten.vel diſpen.decim.n.5.

38 Ex hac † item opinione ſequitur multò magis dicendum, poſſe, ſuppoſita aliundè debita ſuſtentatione miniſtrorum, conſuetudine introduci mutationem, ſeu variationem in circunſtantijs circa ſolutionem decimarum, verbi gratia quòd ſoluantur ex his rebus, non ex illis, quòd ſoluantur potiùs huic loco, quam illi, verbi gratia Eccleſiæ, vbi quis habet prędia, vel vbi recipit ſacramenta, item quòd ſoluantur hoc tempore, & menſura, hoc modo potiùs quàm illo, vt verbi gratia quòd ſolùm ſoluantur quando petuntur, vel etiam ſi non petantur, vel quòd ſoluantur in area, vel quòd deferantur in Eccleſiam, ſeu domum parrochi, & ſimilia, prout paſſim doctores concedunt, & admittit in expreſſo Suarez allega.capit.12.nume.15.poſt Didac.allega.cap. 17.n.8.ferè per tot.

39 Nec † hiſce pręſcriptionibus immunitatibus, & exemptionibus à decimis ſoluendis, quas neceſſe eſt admittat opinio Theologorum, obſtat modo aliquo incapacitas laycorum circa decimarum poſſeſſionem, tum ex his quæ ſuprà proximè diximus, tum etiam quia huiuſmodi incapacitas conſideratur, & conſiderari aptè poteſt reſpectu poſſeſſionis iuris percipiendi decimas ex alieno fundo, quæ Eccleſijs debentur, capit.cauſam quæ, de pręſcription. non verò reſpectu quaſi poſſeſſionis iſtius exemptionis à ſolutione decima-
40 rum, cum iſtud ius † nec ſit ſpirituale, nec quaſi ſpirituale, cum ſit tantùm ius percipiendi ex agris proprijs fructus integros abſque detractione decimarum, prout pulchrè probat Didac.in ſæpè allega. capit. 17. nume.10.& pater Suarez allega. etiam capit. 12. nume. 17. in quo videtur decepti nonnulli ex illis quos noſtras Cancer adducit 3.varia.capit.4. de ſeruitu. nume. 44. Oculatiſſimus autem noſter quondam Senator Anthonius Oliba, quem ibidem etiam allegat, in vſati.alium namque cap. 13.à nu.8.non fuit in eadem deceptione, quia 43
non loquitur de iure exemptionis, & immunitatis à decimis, ſed imò de iure decimas percipiendi ab alienis agris.

Ex quibus † colliges num nam cum ratione Senatus noſter *tribus*, inter alias, *vicibus*, ad relationem egregij Senatoris Narciſi Pauli Regas in cauſa Prępoſiti eleemoſynę Eccleſię Gerundæ, contra particulares Vallis de Aredo ſub die octauo Februarij anni 1596.ſcriba Fontana,& poſtea Serra,& rurſus in cauſa Rectoris de Pineda, nobilis Hieronymi de Argenſola,& aliorum contra ſyndicum,& particulares Vallis Sanctæ Suſannæ ſub die vigeſima Decembris eiuſdem anni 1596. ſcriba Bartholomeo Balle, poſtea Sacares,& vltimò ad relationem egregij itidem Senatoris Ioannis Gallego in cauſa Cipionis de Vallgornera, & Caroli de Vilademany, & de Ciudillis, contra ſyndicum, & particulares parrochiæ de Vilanant ſub die trigeſimo Octobris anni 1597. ſcriba Gaſpare Bioſca, declarando in fauorem conſuetudinis, & ſeu pręſcriptionis immunitatis decimarum à certis ſpeciebus fructuum, ſumpſerit pro motiuo *quòd tempore habili, & ſic ante conſilium Lateranenſe, per quod layci ſunt effecti incapaces decimarum, præſumabantur præſcriptione centenaria, & immemoriali fuiſſe in poſſeſſione libertatis*, quibus verbis videtur Senatus æquiparaſſe poſſeſſionem iuris percipiendi decimas ex alienis agris, & quaſi poſſeſſionem exemptionis, & vnum ſicut aliud habuiſſe pro ſpirituali, quod eſt contra ſuperiùs tradita, & ideò nihil mirum ſi poſtea fuerunt huiuſmodi declarationes in cauſa ſupplicationis cõmutatæ in alia aula, prouti de illis duabus prioribus ego vidi,& dicetur inferiùs.

Hæc duriuſcula ſunt, maximè in Cathalonia, imò & in tota Hiſpania, vbi maior pars decimarum reſidet penes laycos ex conceſſione Pontificum: nam cum non deſeruiant ad ſuſtentationem clericorum, pręſcriptio vbique admitti debebit iuxta Theologorum ſententiam, vt ſuprà dictum eſt, & conſequenter oportebit poſſeſſores ipſarum inextricabilibus circa hæc litibus & vexari & moleſtari.

Ex alia † verò parte ſi Canoniſtarum opi- 42
nioni inhæreamus timeo ne iuſtum ſit quòd timore iuris naturalis, & diuini non minuendi, vel offendendi reprimamur ſic, vt nec audeamus vel in quota, vel in alio minimo illius poſſibilem diminutionem neque ex conſuetudine, neque ex pręſcriptione, vel etiam priuilegio Apoſtolico concedere, per ea quæ ſuperiùs de iure naturali, & diuino non tollendo, vel diminuendo tradidimus, idque ex Canoniſtarũ opinione neceſſariò ſequi docet doctiſſim⁹ pater Suar.in lib.de religione 1.cap. 12. quid in decim poſſit cõſuetudo nu.1.& 4.ac † eos enume- 43
rat, qui id tenent, aduertens poſtea plures grauiter in hoc erraſſe exiſtimantes pro vna

parte esse decimas de iure diuino, & ex alia posse quoad quotam diminui, licèt non prorsus tolli, quia † ius, inquiunt, diuinum licèt non possit tolli, potest diminui, idem Suarez latiùs capit. 14. quid possit summus Pontifex in remitten. vel dispensan. decim. nume. 6. cui †† ius erroris participem fuisse *Senatum Gratianopol.* apparet ex Guido. Papæ decisio. 284. & approbauit alius Senatus vt est videre apud Ioan. Papon libro primo titul. 12. de decim. arres. 3. & alios doctores ex Benedic. Capra in syntag. commun. opinio. tomo primo titul. de decim. capit. primo, ex Ioanne Petro Bimo in consil. 11. nume. 14. volumine primo, & Euerar. in consil. 183. n. 17.

44

45 De nostrarum † pragmaticam de decimis loquentium ordinatoribus (vt ita dicam) sunt enim qui eas ordinent, & componant vt in debita forma prodeant post quam Princeps os aperuit, ac de nostri Senatus clarissimis Senatoribus quorum quandoque ab ore cecidit, quòd essent decimæ de iure diuino, cum tamen consuetudinem, & prescriptionem in quota admitterent, nihil pro nunc dico: tanta enim reuerentia hos vltimos veneror, & colo propter suam, quam quotidie est potiùs quòd admiremur, quàm quòd imitari posse arbitremur, prudentiam, ac sapientiam vt vix vnquam persuadere mihi valeam quid ab eis, quod non esset valdè appositum, & aptum, ac doctum, dictum.

46 Illud † tamen non potest modo aliquo silentio prætermitti cum magna admiratione quod legimus in illo priuilegio ordini, & statui Ecclesiastico concesso, quod est in tit. de decim. capit. 2. in volum. pragmatic. in quo dicitur Regem statuisse quòd decimæ spectarent ad ipsos tam de iure diuino, quàm humano, quasi potuisset Rex eas tales facere si non essent.

47 Si sequendo † hanc Canonistarum opinionem necessum est quòd tantopere cauemus decimarum diminutionem, quid, quæso, erit de illis omnibus doctorum resolutionibus, à quibus vix est aliquis qui discedat, valere priuilegium Pontificum de decimis non soluendis in fauorem alicuius concessum, quod plures sunt qui habeant, quibusque illud obseruetur, quod Petrus Roijs. decisio. Litua. 5. & vltim. nume. 269. & 270. defendere vult quasi indè nullatenus diminuatur ius diuinũ, quamuis de eo iure sint decimæ, sed num id possit sustineri ipse videre poteris ex his quæ doctores in materia tradunt: & posse & consuetudine, & prescriptione introduci vt minor pars quàm decima præstetur: quòd de certa specie fructuum saltem minutorum illa nó soluatur, quas resolutiones passim adducunt doctores superiùs citati, qui de decimis verba faciunt.

48 Adde † difficultatem augere, quòd licèt argumenta vtriusque partis fortissima videantur, ac talia quibus vix sit qui valeat ea dissoluere, nihilominùs non defuerunt ex vtraque parte doctores, qui sic parui momenti contrariæ partis respectiuè existimarunt vt faciliter dissolui posse sibi persuaserint, vti ex doctoribus suprà citatis faciliter colligere poteris, inter quos signanter nota Anastasium Germonium, qui pluribus conatus est respondere argumẽtis opinionis Theologorum, acriter sententiam Canonistarum defendendo in libro illo quem de sacro. templo. immuni. capit. 19. conscripsit, & Alexand. Moneta, qui post Germon. tractatum de decimis edidit, in capit. primo per totum, vbi parui faciendo quæ in destructionem opinionis Theologorum, & illius fundamentorum Germon. scripserat, sic existimat se eis satisfaciisse vt nihil vltra.

49 Hæc † qui considerabit videbit quàm difficilis quæstio sit quam tractamus, & quantas, quoquo se vertat, reperiet ferè in extricabiles angustias, & ideò Franciscus Viui. eas considerans opinione 74. dixit non audere se nec primam, nec secundam opinionem firmare, & alij plures ex nostris Iurisperitis in alias sententias iuerunt, vt signanter videre est in syntagma. commun. opinio. tomo primo titul. 18. de decim. totis illis capit. quæ sub illo titul. continentur.

50 His ego † rectè pensatis (si meum qualecunque sit audire cupis iudicium) Thologorum sententiæ inhæreo, quippè quia conuincant me necessariò rationes, quas ipsi adducũt, quibus arbitror non posse congruens dari responsum, & nisi aliud haberemus, quo tot nostri Senatus sententias contra prescriptiones, & consuetudines nõ soluendi decimam de certis rebus latas defenderemus, periculosas eas existimarem, difficileque persuasu.

Est ergo nostra sententia nihil iuris diuini, vel naturalis habere decimas suprà sustentationem clericorum spiritualia ministrantium, posseque propterea vel consuetudine, vel prescriptione, vel priuilegio earum immunitatẽ, & exemptionẽ, quę est nostra in principio proposita dubitatio, à quouis, etiam laico, sine aliqua difficultate siue in totum, siue in parte, seu quota acquiri, si concurrant quæ ad huiusmodi prescriptionem, & consuetudinem necessaria sunt, nec aliud obsistat, quod aliàs impediat, de quibus infrà videbimus.

Hæc assertio in doctrina Theologorum nullam videtur habere dubitationem, quam satis superque arbitror remanere ex suprà traditis, & adductis pro Theologis confirmatam.

51 Addo † nunc sic mihi videri solam sustentationem

tationem clericorum in abſtracto eſſe de iure diuino, & naturali, ac propterea in omni alio, quod eſt ſuprà eam, admittendam fore præſcriptionem, & conſuetudinem, vt exiſtimem nihil eſſe de iure diuino, vel naturali taxatum pro huiuſmodi ſuſtentatione id eſt quòd ex hoc vel ex alio dicta ſuſtentatio à laycis præſtetur, atque ideò non poſſe dici quòd ſit de iure diuino, & naturali quòd certa pars fructuum detur clericis pro dicta ſuſtentatione, de eoque iure eſſe ipſis à laycis certam fructuum partem debitam, quanta ſcilicet eſt neceſſaria ad eorum alimenta dum ſpiritualia miniſtrant in laboris impenſi mercedem, in quo videtur mihi non benè dixiſſe Didac. in ſæpè allega. capit. 17. nume. 2. verſ. *cæterùm*, quia non poteſt aliqua probabili ratione eius ſententia defendi, ratio eſt in promptu, quia vt ex ſuprà latè adductis conſtat, ius naturale, & diuinum ſolùm dictant quòd, clerici, qui nobis inſeruiunt, pro nobiſque miniſtrant, à nobis, & ex bonis noſtris alãtur, & ſuſtententur, cæterùm non quòd demus eis ad id certam partem noſtrorum fructuum: ſufficit enim quòd hoc, vel alio modo id fiat, &
52 ideò † modus alendi de iure poſitiuo de neceſſitate dicendus eſt eſſe, vti expreſsè colligitur ex Dominic. Soto de iuſti. & iur. lib. 9. quæſtio. 4. articul. 1. concluſ. 1. cum ſequen. & meliùs declarat Suarez (quem poſt hæc ſcripta habui, & reperi meam ſentẽtiam approbaſſe, de quo nõ modicùm gauiſus ſum) in ſæpè alleg. lib. de virtu. & ſtatu religionis lib. 1. cap. 12. num. 8. dicens
53 † hanc cõſuetudinem nullas omninò ſoluendi decimas eſſe in Italia, & viguiſſe in Græcia, &
54 poſtea † nume. 9. docens poſt Azor allega. cap. 37. verſ. *ex his*, quomodo huiuſmodi conſuetudo in principio introduci potuerit, vbi etiam
55 † reſpondet ad l. comperimus C. de præſcrip. 30. &c. qua ſæpè vruntur iuriſperiti contra conſuetudinem, & præſcriptionem decimarum, dicentes quòd quemadmodum nemo poteſt ex ea l. eximi à ſolutione tributi debiti Regi, ſic nec à tributo debito Deo, quæ ſunt decimæ iuxta capit. tua nobis de decim. reſpondet (inquam) non valere argumentum quia tributa Regis immediatè ſoluuntur in recognitionem Regiæ poteſtatis, decimæ verò in commodum, & ſuſtentationem miniſtrorum, & proteſtatio diuini dominij eſt quaſi annexa, & ſecundaria in hoc actu, nam alijs actionibus primariò fit, & hanc reſponſionem dicit eſſe Abbatis, Feli. & aliorum in capit. ad audientiam de præſcrip. aliter & ſecundò poſtea idem ipſe reſpondet, tu ipſe videas, idem comprobabis ex multis quæ ſuperiùs in materia docuimus.

56 Ex eadem † radice procedit quòd exiſtimẽ nec videri accommodatè aliquos ex Theologis, quos ſuprà retulimus, quæſtionem de decimis tractaſſe ſic vt dubitationem poſuerint in quota ipſius, non in ſubſtantia, arbitrantes, & pro certo præſupponẽtes ipſas quoad ſubſtantiam de iure naturali, & diuino eſſe, non verò ipſarum quoram, id eſt quòd ſit decima pars fructuum, vel vigeſima, vel etiam trigeſima &c addentes quoad quotam ſolùm eſſe diferentiam inter Theologos, & Canoniſtas, non quoad ſubſtantiam, quia ſic Theologi ſicut Canoniſtæ id concedant: eſtque meæ exiſtimationis ratio quòd ex huiuſmodi modo diſputandi, & huiuſmodi reſolutionibus præſupponatur certam partem fructuum noſtrorum, qualiſcunque illa ſit, debitam clericis cenſeri ad ſuſtentationem, & alimenta ipſorum de iure naturali, & diuino, quod quàm ſit alienum à veritate, ſuperiùs tradita ſatis commonſtrant: & in effectu doctrina iſtorum Theologorum reincidit in doctrinam Didac. ſuprà reprobatam.

Et hanc quidem opinionem tenendo nullum arbitror incõueniens, nullum abſurdum, aſſerere vera de iure quæ ſuperiùs diximus à nume. 31. cum ſequentibus, oriri ex ſententia Theologorum, imò ea plana fieri exiſtimo ex multis quæ hucuſque docuimus.

57 Verum tamen † eſt quòd Suarez in allega. cap. 12. nume. 10. ex mente diui Thomæ, & Dominici à Soto docet non poſſe ſic decimas contra Eccleſiam, etiam præſcriptione immemoriali, præſcribi vt tollatur Eccleſiæ poteſtas eas iterùm, ſi expedire ſibi videbitur, imperandi, dum tamen id fiat per Pontificem Summum, non per alios Præſules inferiores, nec quòd ab eiſdem ipſis clericis propria auctoritate vſurpentur, ibi vide quia pulchrè is auctor loquitur: hoc non deſtruit noſtram opinionem, benè enim poteſt ſuſtineri quòd decimæ ſint cõſuetudine, & præſcriptione ſublatæ, & nihilominús poſſit Pontifex ex ſua ſumma poteſtate ob vrgentes, & neceſſarias cauſas ealdẽ ſuſcitare.

58 Quid autem † interſit inter præſcriptionem, & conſuetudinem in hac materia, & quantum temporis in vtraque requiratur, pete tibi à doctoribus in tota hac materia citatis, & ſignanter à Suarez (aduerte quòd quoties vnũ ex ſuprà adductis allegò non propterea alios reijcio quaſi non benè in propoſito loquuti fuerint, ſed eos omito ne longior, quàm deceat, fiam) allega. capis. decimo tertio per totum, vbi ſignanter probat conſuetudinem à præſcriptione in hoc differre quòd illa dicatur eſſe communitatis, hæc verò priuatæ perſonæ, id eſt quòd liberatio à decimis ſoluẽdis reſpectu totius communitatis dicatur fieri per cõſuetudinem, reſpectu autem priuatæ perſonæ per præſcriptionem. Item quoad illam ſufficit

curſus quadraginta annorum, nec ſit bona fides neceſſaria; ad hanc verò temporis immemorialis, vel tituli oſtenſio, in quo talis preſ-
59 criptio fundata fuerit, cum † id ſit neceſſarium in huiuſmodi preſcriptionibus contra Eccleſiam in his quæ ſunt contra ius commune, iux. cap. 1. de preſcrip. in 6. & Didac. in allega. capit. 17. nume. 7. 8. & 10. Gutier. nume. 65. & 67. Molin. de iuſti. & iu. diſputatio. 75. & Leſſius in alle ga. tracta. de iuſti. & iur. titul. de decim. dub. 5. nume. 26. Quæ autem ſit inter hæc diſcriminis ratio pluribus iſdem Suarez probat conſultò hic omitendis nè eius dicta tranſcribamus.

60 Hanc † eandem noſtram opinionem, quam circa decimarum conſuetudines, & preſcriptiones ſtabilire huc vſque conati ſumus, procedere etiam arbitramur circa primitias, & omnia & quæcunque circa illas dicta, volumus etiam circa has eſſe repetita, quia eadem in vtriſque procedit, & militat ratio: habeo ad id quem, inter alios, ſequar anteſignanum patrem Suarez allega. lib. 1. de vir. & ſta. religio. cap. 8. num. 16. vers. *vndè*, apud quē ibi ſicut apud reliquos ferè omnes, quos pro decimis allegauimus, videbis, ſi cupias, quid primitiæ ſint, & alia pulchra circa eas, quæ ego tacitus prætereo breuitatis cauſa.

61 Impediunt † autem huiuſmodi conſuetudinem, & præſcriptionem plura, de quibus eſt quòd pauca dicamus. *Primò in noſtra* Cathalonia ex iure particulari pragmaticæ Caroli 5. Roma. Impera. dat. Mōtilon. decima Septembris anni 1542. quæ eſt in ſecundo vol. conſtit. ſub titul. de decim. confirmatæ per Philippum tertium in actis Curiæ *Montiſon.* anni 1555. in eodem titul. quatenus pragma. prædicta reuocat expreſsè aliam pragmaticam factam per Ferdinan. 2. ſub die ſecundo Septembris anni 1510. quæ volebat admitti conſuetudinem, & præſcriptionem in decimis, nedum in quota ipſarum, ſed etiam & in rebus, declarans verbum *rebus* poſitum in dicta pragmatica non eſſe ſecundum ius quantùm ad conſuetudines etiam immemoriales, & conſequenter nō fuiſſe benè appoſitum, nec debere in eo pragmaticam ſortiri effectum, imò debere reuocari, & anullari, aut magis propriè nullam declarari, prout de facto reuocabat, anullabat, & nullam declarabat, in reliquo omnibò confirmando.

62 *Hæc* † pragmatica *in viridi* eſt obſeruantia in Cathalonia, cuius vigore temperata paululùm eſt Theologorum opinio, ſic vt per eam nulla admittatur conſuetudo in rebus, ſed in quota tantùm decimæ, ita vt nō obſtante quacunque immemoriali conſuetudine de non ſoluendo decimam, quæ per quemcunque
†† allegetur, nihilominùs fiat *condemnatio* ad ſoluendum, tali conſuetudine expulſa ac ſi non fuiſſet, quod poſſem mille deciſionibus Senatus comprobare, nonnullas ex eis refert Michael Ferrer *in ſuis obſeruantijs in verbo, decima*, nonnullas aliàs recentiores ego etiam hic referam, nō quidem omnes quas vidi, quia nunquam fieret finis, ſed principaliores. Imprimis igitur ſic declarauit Senatus 27. Octobris ann. 1594. referente egregio olim Senatore Honophrio Ferran in cauſa Epiſcopi, Decani, & Capituli Eccleſiæ Ilerden. contra ſyndicum de les Borges, ſcriba Petro Iacobo Bas. Secundo Octobris ann. 1595. referente nobili Monſerrato Guardiola nunc Regente in ſupremo Aragonum in cauſa Capituli Sedis Gerundæ, & aliorum beneficiatorum contra ſyndicum parrochiæ Sancti Gregorij eiuſdem diœceſis, ſcriba Raphaele Paſqual, quæ poſtea in alia aula referente egregio itidem Senatore Franciſco Ferruz fuit confirmata ſub die decimo quinto Februarij ann. 1607. ſcriba Ortoneda. Vigeſimo tertio Iulij ann. 1596. referente nobili Ioanne Sabater poſtea in ſupremo Aragonum conſilio Regente in cauſa ſyndici Ilerdæ contra ſyndicum de Iuneda, ſcriba Sacates. Decimo ſexto Iunij anno 1597. referente eodem Sabater in cauſa Capituli Viceñ. & Minoriſeñ. contra ſyndicū ciuitatis Minoriſæ, ſcriba Cezilles. Trigeſimo Octobris an. 1598. referente egregio olim Senatore Saluatore Fontanet nunc Regente in ſupremo Aragonum, *in* cauſa Rectoris de Pinu preſentis ciuitatis, cōtra particulares ſuffraganeæ de Sans, ſcriba Roure. Octauo Octobris ann. 1607. referente egregio itidem Senatore Michaele de Salba & de Vallſeca nūc Regiam Cancellariam Regēte in cauſa admodum Reuerendi Iacobi de Agullana Archidiaconi maioris Eccleſiæ Gerundæ, & nunc Regij huius Principatus Cancellarij cōtra ſydicum de Cōſtantins, ſcriba Maſdèu, quæ eſt confirmatoria alterius ſententiæ latæ per iudicem dicti loci in fauorem eiuſdem ſub die quarto Septembris ann. 1592. Idem fuit declaratum vigeſima ſexta Auguſti ann. 1603. referēte egregio etiam Senatore Ioāne Gallego in cauſa nobilis Leādri de Margarit, & aliorum contra ſyndicum de Ventallo, vt vidi in quadam copia ſententiæ regiæ indè latæ. Idem etiam antea referente nobili Ioanne Sabater in cauſa Petri Deſbach cōtra ſyndicum de Orriols fuerat declaratum, prout etiam in quadam copia ſententiæ vidi penes amicum. Et vltimò de anno 1611. ſic Senatus etiam declarauit referente egregio Senatore Ioſepho Dalmau in cauſa fratris Bartholomæi Dezbrull Comendatoris Speluncæ Caluæ religionis S. Ioannis Hieroſolym. contra ſyndicum dicti loci, ſcriba Bretons. In quibus omnibus deciſionibus, & declarationibus licèt expreſsè motiuum non ſumatur de pragmatica

UAB Universitat de Ciències Socials

prædicta, nihilominùs in eis omnibus dicitur expressè quòd libertas, & exemptio non potest modo aliquo à decimis non soluendis præscriptione, vel consuetudine, etiam temporis immemoriabilis, acquiri, quæ est dispositio pragmaticæ: duæ tamen sunt inter has declarationes, quę expressè de dicta pragmatica loquuntur, & illam approbant, prior est illa quæ facta fuit referente nobili Ioan. Sabater in causa Petri Besbach contra syndicum de Orriols, vbi postquam dictum fuit quòd exemptio, & libertas non soluendi nullo tempore potest acquiri, adduntur hæc verba, *attenta præsertim pragmatica Cesareę Magestatis Caroli V. Imper. recolendæ memoriæ dat. in villa Montissoni 10. Septemb. 1542. quæ cum non sit contraria legibus huius principatus seruanda est, qua disponitur &c.* posterior verò illa, quæ ad relationem Michaelis de Salba, & de Vallseca in causa Iacobi de Agullana Regij Cancellarij contra Syndicum de Constantins, in qua, cum apud egregios & doctissimos Senatores ageretur de cõfirmatione, vel reuocatione cuiusdam prouisionis per iudicẽ primitiuum factæ in fauorem dicti nunc Regij Cancellarij pro præconitzatione publicè, & palam in parrochia de Constantins facta de obseruãdo dictam, & alias regias pragmaticas circa decimarum solutionem editas, confirmauit Senatus eandem, & benè prouisum declarauit, ac malè appellatum.

Ex quibus declarationibus habes qualiter in omnibus aulis fuerit pro hac, quam stabilimus, sententia in fauorem Regiæ pragmaticæ declaratum.

Verum est quòd aliquando Regia pragmatica prædicta naufragium passa fuit in ambabus illis aulis admodum Reuerendi Cancellarij, & Magnifici Regentis Cancellariam, vbi solent causæ primæ instantiæ tractari: legimus enim quòd bis ad relationem egregij olim Senatoris Narcisi Pauli Regas, qui erat aulę admodum Reuerendi Cancellarij, & semel ad relationem egregij itidem Senatoris Ioannis Gallego, qui erat, & est aulæ Magnifici Regentis Cancellariam doctor, in illis tribus causis
†† de quibus suprà nume. 41. dictum est, *declarauit* Senatus in fauorem consuetudinis, & pręscriptionis libertatis, & exemptionis à certis speciebus fructuum, non obstante pragmatica, licèt non eam reprobando, sed imò interpretando,
63 dicendo † quòd quamuis pragmatica prædicta tollat consuetudines, & præscriptiones etiam immemoriales in decimis quoad res, intentio tamen conditoris illius nõ fuit tollendi ius tẽpore habili, idest ante tempora Cõsilij Lateranensis, quod laycos decimarum incapaces effecit, plusquam centenaria præscriptione, & consuetudine quæsitum &c. nec excludendi eam præscriptionem, & consuetudinem, quæ multo tempore excedit metas 100. aut 200. annorũ cum in viam iuris exclusa immemoriali præscriptione aut consuetudine non censeatur exclusa illa, quæ centenariã, & longè maiorem excedit.

Veruntamen postea binę illę declarationes referente Narciso Paulo Regas factæ, fuerunt in causa supplicationis reuocatæ, & contra con
†† suetudinem, & pręscriptionem *declaratum*: prima quidem ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola sub die 10. Martij 1609. secunda verò referente egregio itidem Senatore Iacobo Puigmija 7. Nouembris 1600. notarios penes quos processus dictarum causarum existunt, suprà retuli.

64 Motiua † quæ, vt declarationes prædictæ ad relationem Narcisi Pauli Regas, & Ioãnis Gallego factæ, in illo pręsertim quod præsupponunt, & dicunt maiorem esse centenariam præscriptionẽ immemoriali, & ideò hac prohibita per pragmaticam non censeri & illam prohibitam, commutarentur, locum dare potuerant, colligere poteris ex adductis per Ioan. del Castillo Sotomaior de vsufruc. lib. 1. cap 68. nu. 14. vbi probat totum contrarium, vti in pręcedenti glo. circa fin. animaduertimus, cui adde Dida. idem tenentem & probantem in reg. possessor. §. 3. num. 9. & Moli. de primoge. Hispan. lib. 2. cap. 6. à nu. 45. post multos, quos allegant, qui num. 59. asserit sic fuisse in Regio
† supremo consilio Regni Castellæ *pronuntiatũ* prout ipse dicit se à viris fide dignis accepisse,
65 estque † inter alias ratio euidens quòd immemorialis pręscriptio non solùm centum annos, sed mille, ac tempus infinitum (ego penè infinitum dico qui scio nihil sub sole esse quod principium non habuerit) compręhendat, vt dixit Oldrad. in cons. 254. nume. 18. & repetunt
66 Dida. & Moli. vbi suprà. Et non solũ † supradicta supradicti doctores dicũt, sed etiam in proprijs nostris terminis tradunt effectum esse immemorialis pręscriptionis, & nõ alterius quòd laycus possidens decimas præsumatur eas acquisiuisse ante Consilium Lateranense, Moli. vbi suprà nume. 47. versi. *quod etiam*, & Dida. allega. regu. possessor d. nume. 9. versi. 3. vbi signãter ex eo probat immemorialem esse maiorem centenaria quòd illa causet hunc, quem mox diximus, pręscriptionis effectum, hæc verò nõ, isdem Dida. lib. 1. var. cap. 17. nu. 5. ver. *sed si dubitetur.*

67 Alia † motiua continentur in eisdem sentẽtijs reuocatorijs, veluti quòd vna, & eadẽ res nõ debet diuerso iure cẽseri, & per possessionẽ decimandi in vna specie fructuum conseruatur possessio, & ius in alijs speciebus, & ideò cõcessa possessione, vel iure in vna nõ possit de nega-

negari in alia, quę non ſunt minùs concludentia quàm ſuperiora, de quibus aliqua inferiùs dicemus.

De illa autem, quæ lata fuit referente egre. Sena. Ioanne Gallego contra pragmaticam nihil vidi, nec intelligere potui num nam confirmata, vel reuocata fuerit, cætetùm nihil id mouere debet poſtquam vidimus quã poſtea eadem aula eodem ipſo, & alijs referentibus amplexa fuerit in fauorem pragmaticæ ſententiã. Verum eſt quòd hęc multò maiorem videbatur, & videtur habere rationem, quàm illę quæ referente Narciſo Paulo Regas factæ fuerant, ex eo quòd eæ, vt dictum extitit, loquebantur in caſu quo in agro decimatorio, ſolitoq. præſtare decimam de fructibus in eo ſeminari conſuetis, ſeminatum poſtea fuit aliud nouum ſemen, de quo cum antea nõ ſeminaretur, nulla vnquam ſoluta fuerat decima, quo in caſu vltra pragmaticam obſtabant rationes, ne vna, & eadem res diuerſo iure cenſeretur, & probata poſſeſſione in vna ſpecie fructuum conſeruatur poſſeſſio in omnibus alijs, & ad alias infertur: in illa verò lata referente Ioan. Gallego tractabatur de exemptione, & immunitate à decimis cuiuſdam agri oliuis plantati, de quo nõ cõſtabat vnquam fuiſſe ſolutam decimam, cui non poterat applicari regula quòd vna & eadẽ res non debebat diuerſo iure cenſeri, & probata poſſeſſione in vna ſpecie fructuum conſeruatur ius in alijs: ſed an nihilominùs ſit ſuſtinenda videbis in inferiotibus circa finem huius gloſſæ, vbi de hoc particulari articulo.

68 Obſtabat tñ quòd †decimator vniuerſalis habeat intentionem fundatam pro decimis in toto territorio niſi ſit alius qui eas percipiat, vt probat c. cum contingat & c. cum in tua de decim. & c. fin. de parroch. cum alijs allega. per Re
†† buf. eo. tit. q. 7. n. 4. & ſæpiùs *dixit* noſter Senatus in exemplaribus ſuperiùs relatis, cui cum in Cathalonia non poſsit obijci conſuetudinis, vel poſſeſsionis quantumuis longeuæ non ſoluendi exceptio propter pragmaticam ſuperiùs adductam, indè fit quòd periculoſa in terminis noſtrorum iurium municipaliũ dicta declaratio ſit, de quo tamen infrà dicemus.

69 Hęc† licèt ita ſint, non defuerunt tamen qui valido clamore contra pragmaticam prędictã oblatrarunt imponentes Principi, non quidẽ defectum voluntatis, prouti illę regiæ declarationes, quas paulò ſuprà diximus fuiſſe commutatas, ſed imò poteſtatis, arbitrantes ei non licuiſſe huiuſmodi pragmaticam ad inſtigationem Brachiorum eccleſiaſtici, & militaris edere, quippe qui ſit ſtrictus leges in hoc principatu condere de conſilio, & aſſenſu brachij regalis, vltra eccleſiaſticũ, & militare, prouti probauimus latè in glo. *domicelli*, quę eſt in clau. 3. glo. 3. nume. 67. maximè cum videatur repugnans vſatico omnes cauſæ, ſub tit. de pręſcrip. ſtatuenti omnes cauſas ſiue bonas ſiue malas in Cathalonia triginta annorum ſpatio finiri, & terminari, & pulrib⁹ cõſtitutionibus Cathalo-
70 niæ præcipientibus† ſeruari vniuerſitatibus ſua priuilegia, & conſuetudines, c. 1. cur. Bar. 2. Ferdin. 2. li. 1. de electio. doctorum in doctores Regię Audientię, atque ita ferè ſemper in omnibus curijs in earum concluſione ſolent ſyndici vniuerſitatum, qui efficiunt brachium regale, proteſtari quòd ſibi, & ſuis vniuerſitatib⁹ ſalui remaneant vſus, & cõſuetudines, ac priuilegia, nec cenſeatur in aliquo derogatum, & in expreſſo † quòd conſuetudines immemoriales
71 ſint per conſtitutiones approbatæ, ac proindè quicquid contra eas fit, debeat cenſeri factum contra conſtitutiones probat Mier. in 2. cur. Bar. col. 2. cap. 3. & col. 9. cap. 30. nume. 34. & ex conſequenti quòd non poſsit eis derogari per pragmaticas, idem Mier. d. col. 2. cap. 13. in fi. & remiſsiuè Marquil. in vſat. priuilegia, verſiculo
72 *quero ſexto*, dicit item quòd † non poſsit Rex in Cathalonia ius quęſitum tollere cum ſit obligatus ſecundum conſtitutiones Cathalonię per directum iudicare iuxta conſt. Regis Pet. 2. cur. anni 1283. cap. 24. & alia cap. quæ ſunt ſub tit. de violen. & reſtitu. ſpolia in 1. vol. conſti.

73 Quibus tamen † non obſtantibus ego exiſtimo quòd ſi nunc de nouo pragmatica prædicta exiret à Principe, poſſet aliquem colorem habere prætentio quæ in dubium eam reuocaret, eſſet ne valida nec ne ex cauſis prædictis, & tali caſu iudicandum de ea fore arbitrarer ex his, quæ de poteſtate Regis circa pragmaticas faciendas in Cathalonia docent, & tradũt noſtrates Marquil. Cali. & Mier. in locis relatis per noſtratem etiam oculatiſſimum Anthon. Oliba de actio. tom. 1. part. 1. lib. 3. cap. 3. à num. 48. quorum dicta nõ refero quia non eſt opus ad præſens inſtitutum. Verùm velle eam nunc in controuertiam deducere, ac de eius validitate dubitare poſt eam redactam in corpus iuris noſtri municipalis per eos qui de nouo eam exiſtentem iam in veteri volumine ex particulari commiſſione Regis & curię, quæ legitur in principio conſtitutionum nouæ recopilationis de an. 1585. factę, inter alia iura patriæ obſeruandã collocarunt, poſt tantam illius obſeruationem tot ſacri Senatus deciſionibus illuſtratam vt ſuprà vidimus, ac denique poſt tacitam ſaltem totius prouinciæ Cathaloniæ approbationem ex eo quòd in nulla ex quinque curijs, quæ poſt dictam pragmaticam in Cathalonia celebratæ fuerunt, nempè in annis 1547. 53. 64. 85. & 99. vbi proprius erat locus, non reperimus quicquam contra eam ſtatutum, vel

dictum

dictum, imò expresè per Philip. I. dum curias de anno 1553. celebraret approbatam cum alia pragmatica quã suprà retulimus, ac per Philip. II. in curijs anni 1599. cap. 40. iussum indicari in Cathalonia primò secundùm dispositionẽ vsaticorum, constitutionum, capitulorum curiæ, & aliorum iurium præsentis principatus,
74 quorum †appellatione venire pragmaticas docet nos egregiè Mier. in cur. Barcinonæ Reginę Marię cap. 10 fruyt nume. 4. col. 10. in secundo vol. fol. 53. quibus verbis, præsuppositò quòd hæc pragma. est inserta in vol. consti. nemo videtur posse iure ambigere quin præceperit curia secundum eam, quemadmodum secundũ alias, fore iudicandum, & ex consequenti fuisse per constitutiones approbatam: velle (inquã) nunc post tantam confirmationem de validitate pragmaticę dubitare, ac in controuersiam eam deducere valdè superfluũ & otiosum mihi videtur, sic vt vix mereãtur responsionẽ qui id faciunt.

75 Aliqui †voluerunt nostrę pragmaticę addere dispositionem vsat. hoc quod iuris est sanctorum sub tit. de præscrip. quo disponitur hoc quod iuris est sanctorum, idest ecclesiæ ex eo quòd ecclesia, cuius generis dicũt practici nostri glosatores esse decimas, & primitas nullo tempore, etiam si sit ducentorum annorum ab alio acquiri posse, vel præscribi, & signãter Senatus in illa de Vilanãt quam superiùs retulimus num. 41. lata referente egregio Senatore Ioanne Gallego ad repellendam consuetudinem non soluendi primitias de oliuis de quibus nunquam solutæ fuerant hoc *visum fuit* dicti vsatici motiuo, cęterùm quia eius dispositio non est generalis sic vt accommodari possit laycis decimas percipientibus, sed solùm clericis, item etiam quia dubito quòd loquatur vsaticus de præscriptione immunitatis, sed solùm de præscriptione iuris percipiẽdi vt videtur innuere Oliba in vsat. alium namque cap. 6. nu. 35. & 36. de iu. fis. ideò ampliùs non insisto, sed solius pragmaticæ dispositione, quæ sufficit, contentus ea iterùm firmo, quę suprà docui.

76 Aduertens †vltimò dicta de decimis circa dispositionem pragmaticæ procedere etiam, et locum habere in primitijs, de quibus ipsam, si conferatur cum alijs præcedentibus, quibus coniungitur, & connexa venit, reperies sic loquutam prouti de decimis.

77 Impediuntur item †(vt propositum institutum prosequamur) dictæ consuetudines, & præscriptiones, quæ sæpè in decimis allegantur per regulam quòd non debeat vna & eadem res diuerso iure censeri, veluti quando contra obijcientem præscriptionem respectu certorũ fructuum, ex eo quòd nunquam de eis quicquam solutum sit, probatur quòd de alijs speciebus fructuũ, quæ consueuerunt seminari ab antiquo in eodem agro, solitum sit semper solui decimam: tunc obijciens præscriptionem, vel consuetudinem repellitur per dictam regulam, ne vna & eadem res diuerso iure censeatur, & sic fit condemnatio vt soluatur decima de fructibus, de quibus nunquam est decima soluta, sicut de illis de quibus soluta est semper solui. ne quoad vnũ dicatur fundus decimatorius, quoad aliud verò non, quod probatur ex presisissimè in cap. cum in tua de decim. vbi omnes, l. eum qui de vsucap. tradunt passim quot quot de decimis loquuntur, nonnullos refert nostras Micha. Ferrer in 4. part. obser. cap. 175. in lit. C. & latissimè omnium Ioan. Gutier. in cano. quæst. lib. 2. cap. 21. à num. 91. cum multis sequent. cuius allegatione contentus alios fileo, quia is solus tibi dabit quibus iuribus, quibus auctoritatibus, & quibus exemplis hæc plenè probes.

78 Id idem †& aliam habet iuris rationem quia probata possessione in vna specie fructuum probata censetur & in alia respectu eiusdem agri decimalis, & ex possessione decimandi ex vna specie fructuum in certis terris infertur ad alios fructus, quam probat Ferrer vbi suprà in lit. B.

†† His rationibus motus noster Senatus *declarauit* oẽs ferè causas quas de decimis vidimus in eo decisas, in quibus vix reperies quòd alia sint sumpta in fauorem decimarum motiua: cum enim omnes ferè causæ decimarum sint in Cathalonia huius speciei vt allegetur solùm præscriptio in aliqua specie fructuum, de qua nunquam sit decima soluta, & non vniuersim exceptio respectu omnium fructuum, indè fit quòd ne vna & eadem res diuerso iure censeatur, & quia ex possessione in vna specie fructuum infertur ad alias, condemnantur terras tenentes ad soluendum indistinctè de omnibus, prouti videre poteris apud Ferrer vbi suprà & apud decisiones, quas nos suprà retulimus.

79 Declarãtur † tamen dictæ regulæ, & propositiones à nonnullis vt habeant tantùm locum quando contingit quòd de nouo in locũ vnius speciei fructuum, de qua est semper solita decima pręstari, fit subrogatio alterius speciei, tũc enim accommodantur dictæ regulæ, quia mutatio seminis, & plantationis non mutat obligationem prædij decimalis, vt docet Anthon. de But. in allega. cap. cum in tua num. 2. in fi. & num. 5. alias esset in facultate soluere debentis frustrare eum cui decima deberetur per mutationem fructuum, secus verò est quando probaretur quòd semper in vno eodemque agro solitę sunt seminari duę, vel plures diuersæ fructuum

ctuum ſpecies, & quòd de vna conſueuit decima præſtari, de alia verò non: tunc (inquiunt) proculdubio procederet præſcriptio, nec accommodaretur regula, vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, quia non eſt inconueniens propter nouum accidens cõcurrens, ideſt propter diuerſam rationem, quæ militat in vno atque in alio caſu: in hoc enim poſtremo non concurrunt quæ de priori dicebamus cum in hoc ſit in quo fundari poſſit conſuetudo, vel præſcriptio, in lapſu ſcilicet temporis quo de dictis fructibus cum ſeminarentur nõ eſt ſolitum ſolui decimam, in priori verò non, cum non ſeminarentur, vt probat But. in d.c. cum in tua nume. 5. & Rebuf. de decim. q. 14. nu. 27. licèt contrarium videatur antea dixiſſe à num. 23. & hunc intellectum ad tex. in d. cap. cum in tua, vt procedat tantùm quando fit huiuſmodi ſubrogatio nouorum fructuum, non quando erant à principio diuerſi fructus, & ex vnis decima ſoluebatur, ex alijs verò non dicit Abb. in c. cum in tua num. 5. fuiſſe Ioan. Andre. cum quo concordabit tex. in c. cõmiſſum 81
†† eo. tit. de decim. eundem intellectum *amplexũ* vidi à Rot. Roma. in quibuſdam exemplaribus manu ſcriptis ex Romana curia pro certa decimarum graui cauſa in noſtro Senatu vertenti tranſmiſſis, imò per quendam ſyndicum Romam ad id expreſsè miſſum aſportatis, primò in quadam Conchen. decimarum coram d. Pamphilio ſub 20. Appril. 1592. rurſus in alia Sabinien. corã eodem ſub. 5. Iulij 1602. & in alijs quas breuitatis cauſa ſilens pertranſeo, vide Rot. diuerſorum 425. nume. 6. & deciſ. 471. part. 3.

Ex hoc fundamento exiſtimabant quidam moderniores aduocati noſtræ ciuitatis Barcinonæ in quadam valdè graui, & antiqua decimarum cauſa, quæ in Senatu ducebatur (partes non nomino quia non eſt finita dum hæc ſcribo) grauiter erraſſe antiquos eiuſdem cauſæ pro reis patronos quòd non probaſſent, quod dicebant eſſe facile probatu, fructus ex quibus decima petebatur, nõ eſſe nouiter ſubrogatos in locum aliorum, ſed imò coæuos, (vt ſic dicamus) eſſe cum alijs, à temporeque immemoriali ſolitos ſeminari ſic iſtos de quibus nunquam eſt decima ſoluta, ſicut alij, arbitrantes quòd ex huiuſmodi probatione obtinebunt proculdubio, ex eo quòd propter diuerſum accidens, ac diuerſam rationem non ſit inconueniens q. vna & eadẽ res diuerſo iure cenſeatur, & ſic ex vna ſpecie fructuũ decima ſoluatur, ex alia verò nõ, ſed retineat. per dñm Fundi, ſicut nec eſſet inconueniẽs quòd vnus ex certis fructibus, & alius ex alijs decimã ex eodem agro reciperet.

80 Cæterùm † ego qui exiſtimo non fore neceſſarium in Cathalonia motiuum, ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur, nec quòd ex poſſeſsione in vna ſpecie fructuum inferatur ad alias, ſicut nec quòd ſint de iure diuino decimę, & quòd reſeruauerit, vel non reſeruauerit eas ſibi Deus in ſignum vniuerſalis dominij licèt vtriſque motiuis reperiamus ferè ſemper vſum Senatum vt faceret condemnationem de ſoluendis decimis non obſtante quacunq. conſuetudine, & præſcriptione (licèt nihil noceant prætentioni) quia ſola pragmaticæ diſpoſitio ſufficere mihi videtur, ſic etiam arbitror nihil profuturam dictam probationem quòd fructus ſint antiqui, vel noui ad abſolutionem vel condemnationem, quicunq. enim illi ſint ſemper in eis locum habebit pragmaticæ diſpoſitio omnem omnino, quantumuis immemorialis temporis, prohibens in decimis circa res præſcriptionem, & conſuetudinem: fruſtra enim limitatione, & ſeu declaratione regulæ iuuari contra me conaris quando ego regula ipſa contra te nullatenus indigeo.

Ex his † etiam ego infero quàm extra rem in graui, & ardua cauſa de anno 1609. in Senatu deciſa referente egregio Senatore Ioanne Magarola ſub die 25. Februa. inter Capitulũ ſedis Gerundę, & homines de Monteal de Monbo, & alios, in qua dubitabatur nunquid valeret conſuetudo detrahendi ſemen ante ſolutionẽ decimarum, diſputarentur inter partes coram grauiſſimis Senatoribus nũquid decimę eſſent de iure diuino, nec ne, item adducerentur, ac quærerentur ab vtriſque varię auctoritates doctorum tam ſacræ Theologiæ, quàm etiam iuris vtriuſque, quorum alijs valere videbatur, ac ſuſtinenda conſuetudo, alijs verò non: indè enim arbitror fieri non poſſe quòd in noſtra Cathalonia vera poſſit quæſtionis reſolutio haberi: quia ea penſanda potiùs eſt ex diſcuſsione quæ fiat iuxta noſtram pragmaticam nunquid conſuetudo prædicta dicatur circa quotam verſari, an verò circa ipſas res, ſi enim circa quotã, valebit quidem, ſi circa res, minime gentium, quicquid dicant Theologi, ac quicquid dicant etiam Iuriſperiti in terminis iuris communis: nihil enim in noſtra Cathalonia intereſt, vel intereſſe poteſt quòd vna aut altera ex dictis opinionibus in terminis iuris communis ſit vera, quicquid enim ſit, ſemper nos tenetur inhærere pragmaticę, & ideò oculatiſſimus Senatus, quem nihil latet quantumuis abditum, & abſconditum, nihil curans verum ſit nec ne quòd in terminis iuris communis valeat, vel non huiuſmodi cõſuetudo, quæſtionem reduxit ad hos terminos nunquid dicenda eſſet verſari conſuetudo prædicta circa ſubſtantiam rei, an verò circa quotam, & videns quòd circa rem, quia certum eſt quòd ſi detra-

hitur

hitur certa pars frumenti ratione seminis, de illa decima non solueretur, quod nulla cõsuetudine vel etiam præscriptione fieri potest in
† Cathalonia vt diximus, *declarauit* contra consuetudinem quantumuis immemorialé, scribebat N. Font.

Nec fuit hæc prima causa in qua sic extitit declaratum, habuit enim, inter alias, quas sequeretur, illam Santi Gregorij ad relationem nobilis Montserrati Guardiola de qua suprà.

Vt autẽ nihil ignores quod expediat, sciasq. qui in terminis iuris communis vnã, & qui aliã ex supradictis amplectuntur opinionem, vide Soto de iu. & iure lib. 9. q. 4. ar. 2. in fin. Aragon 2. 2. q 85. art. 2. Rodriguez, qui eos refert in sum. verbo, *decimos*, nu. 4. vide in materia an qui soluunt decimas, vel gabellas, aut alia tributa possint antea deducere semen, & expensas, doctissimum Socie. Iesu patrem Fran. Rebellium in tracta. nuper in lucem emisso de obliga. Iusti. lib. 7. de expens. q. 8. nume. 11. vbi loca Barbo. Ioannis Garcia, Copi. Lorioti, & aliorum tibi indicat, apud quos est etiam huius rei egregia disputatio. Adde Moneta de decim. cap. 6. nu. 28.

82 Ex eisdem etiam † quæ retulimus in fauorẽ pragmaticę ego existimo non fore necessariũ in Cathalonia quòd ad admittendam, vel repellendam consuetudinem consideretur nunquid decimę sint ecclesiasticę, & spirituales, vel profanæ, & nunquid possideãtur per clericos, vel per laycos, & an acquisitæ postea per clericos à laycis, qui ex concessione Papæ eas possidebant, dicendæ sint redijsse ad primæuam naturam nec ne, quod aliquando legimus factũ in Senatu, prouti habetur in motiuis aliquarũ declarationum ex suprà relatis, quia pragmatica nullam in hoc facit differentiam, imò loquitur expresse tam de decimis, quę debẽtur laycis, quàm quæ clericis, vti apparet si eam legeris, & iunxeris eum præcedentibus pragmaticis per sereniſſimum Regem Ferdin. editis, quas nostra Imperatoria corrigit, & habilitat, & quomodo procedere possint & debeant, statuit
†† prouti eleganter *aduertit* Senatus in illa Petri Desbach contra homines de Orriols referente nobili Ioanne Sabater, quam suprà retulimus.

83 Circa quod † tamen de profanatione decimarum in Cathalonia, imò & in tota Hispania ex quo donationes de eis factæ fuerint Regibus cum Mauros expellere ab ea susciperent, de quibus vide vltra suprà citatos Pet. Belluga & eius additionatorem Camil. Bottel. in spec. Prin. rub. 13. vers. *tractemus*, & vers. *restat*, ac nostrum Michae. Ferret vbi suprà allega. est in lit. D. verbo, *decime*, aduerte pulchrũ Nicola. Garciæ dictũ in moderno tracta. de benefi. par. 1. cap. 2. nume. 29. dicentis quòd si laycoà Papa concedatur quod possit tenere aliquid spirituale, cuius est regulariter incapax, tunc illud efficitur laycale, seu secularizatur ita vt ius sit quoddam seculare in meta temporalitate percipiendi fructus consistens, & consequenter in eo interuenire non potest simonia, ad quod citat Ioan. Garcia de expen. & meliora. cap. 9. à num. 93. Lallarte de decim. vendi. cap. 19. num. 31. & Barbo. ad l. Titia numer. 41. ff. solu. mat. qui idem † num 44. singulariter id limitat in
84 nostra materia decimarum quando laycis esset, prout in pluribus locis, & signanter in Episcopatu Gerundę est, facta per ecclesiam earum cõcessio in feudum, tunc enim (ait) propter directum dominium, quod penes ecclesiam remanet, & propter connexionem, quam illud dicitur habere cum vili, res adhuc dicitur ecclesię, ad quod aduocat Rimin. in conf. 344. nu. 9. lib. 2. & Caual. deci. 22 nu. 7. quos videre poteris cum expedieris.

85 Ex his † denique ego infero non videri omninò aptum, & accommodatum motiuũ, quo pluries nosset Senatus ad excludendum decimatores à petitione decimæ fructuum minutorum, quique non solent in notabili quantitate colligi, vsus est, quia nempè valeat in eis consuetudo nõ soluendi, & seu procedat præscriptio, quãuis enim sic aliqui existimauerint, quos Moneta refert in sæpè allega. tracta. de decim. cap. 5. nume. 93. id tamen quod allegemus non patitur dispositio nostræ pragmaticę, quæ omnem omnimodo præscriptionem circa res excludit, licèt eam admittat circa quotã, sicut nec in alijs pluribus rebus, in quibus secundum ius commune admittunt doctores cõ suetudinem, & præscriptionem non soluendi, ipsa nobis permittit quòd admittamus, vt supe
86 rius diximus: aptius † forsan motiuum foret quòd quia fructus minuti nõ sunt sub præcepto ex Turrecrema. in c. reuertimini 16. q. 1. num. 11. quem refert Mone. allega. cap. 5. d. nu. 93 & nostras Micha. Ferret in 3. par. obser. c. 176. in lit. E. qui dicit esse hanc opinionem diui Thomæ, ideò fit absolutio ab eis.

87 Alia † possunt occurrere, quæ huiusmodi præscriptionem, & consuetudinem in decimis impediant, quę tu ipse apud doctores videre potes: non enim possum ego omnia adducere. Sed solùm aduerto quòd in Cathalonia si vis rectè circa has decimarum controuersias iudicare, illud solum attendas num consuetudo, & præscriptio, quæ allegatur, versetur circa res prętendendo quòd de certis rebus sint consuetudo vel prętscriptio non soluendi, vel circa quotam, prętendendo non decimam partem, sed imò duodecimam, vel aliam fore ex præscriptione

criptione ſoluendam, vt in primo caſu habeas pro conſtanti non procedere præſcriptionem, vel conſuetudinem, in ſecundo verò caſu ſic, iuxta noſtram pragmaticam, non diſtinguendo an per clericum, vel per laycum decima poſſideatur, per quod multas euitabis amaritudines, quæ hæc perſcrutanti ex tanta doctorum varietate in hac materia aliàs cauſarentur.

88 Pragmatica † ſuprà adducta ſereniſſimi Caroli V. ſi iungatur cum præcedentibus, quas corrigit, videbitur, nec multùm obſcurè, prohibere tantùm præſcriptionem, & conſuetudinẽ in rebus, hoc modo quòd in terris decimalib⁹ non poſſit, nec debeat admiti præſcriptio, vel conſuetudo quòd de hoc, & de illo decima nõ ſit ſolita ſolui, ſi de alijs rebus ſoluta ſemper ſit quando in eis ſeminarentur, & huic caſui quãdo ſic allegarentur præſcriptiones, & conſue- †
tudines viſa eſt pragmatica tantùm prouidere vt quilibet ingenioſus ex ea, & precedentibus colliget nullo negocio, id quod ſuadent verba poſita in fine pragmaticæ Regis Catholici, ibi, *exceptatis pactes* &c. poſtquam enim iuſſit in principio Rex Catholicus fore decimas integriter, & ſine fraude ſoluendas eis ad quos ſpectat, addit, *exceptats pactes è concordies, e ſentencies arbitrals, è inditials paſſades en coſa indicada, y coſtum immemorial tan ſolament en les coſes, y cota de delmar*, quæ vltima verba videntur interpretanda, ideſt excepta conſuetudine immemoriali de quibus rebus, & ad quam quotam ſit decima ſoluenda, quod poſtea videtur clariùs declaraſſe iſdẽ ſereniſ. Rex in ſequenti pragm. anni 1571. *E quãt alets paraules, q̃ din dita pragmatica, en les coſes, y cota de delmar, declarã ſe entẽga en la manera ſeguent, es à ſaber q̃ en les coſes q̃ nunca ſe ha pagat delme per coſtum immemorial &c. que nos pague ſino de aquelles coſes que ſolen pagar, y de les altres ſe ſerven los pactes, conſuetuts &c.* ſuperuenit pragmatica inuicti Impera. Caroli V. quæ tollit diſpoſitionem dictarum pragmaticarum quoad dictas conſuetudines, viſa ergo clarè eſt tollere eam tantùm quando allegatur cõſuetudo in certis fructuum ſpeciebus in terris decimalibus, vbi eſt ſolitum de alijs ſpeciebus decimam ſolui. Ex his ego infero quòd vbi aliqua allegaretur conſuetudo, & præſcriptio omnimodæ exemptionis, & immunitatis nõ ſoluendi decimam ex aliqua proprietate, & terris reſpectu omnium prorſus fructuum cuiuſcũq. ſpeciei eſſent, & ea probaretur eo modo, quo deberet, is caſus non caderet ſub pragmatica prædicta, ſed decidendus foret iuxta ius commune, quod vult præſcriptioni locum in hoc caſu fore, ſicuti diximus in præcedentibus dũ de præſcriptione immunitatis, & exemptionis egeremus. Habeo quam in Senatu cauſam defendo inter Rectorem parrochiæ Santi Martini de Procenſals, & egregiam Comitiſſam de Montagut, & alios, referente egregio Senatore Ioſepho Dalmau, & ſcriba Iacobo Agramũt, exiſtimans ſuffragari poſſeſſionem non ſoluẽdi, in qua mea cliens exiſtit à tempore immemoriali de non ſoluendo vllam nec decimam, nec primitiam ex terris cuiuſdam proprietatis, quam poſſidet, neſcio qualis futuris ſit ſucceſſus. Bene video quòd perſpicax noſtrũ Senatus ſic viſus eſt aliquando amplecti opinionem noſtræ contrariam vt nulla ſuffragetur poſſeſſio, maximè aduerſus proprium parrochum de nullis omninò ſoluendis decimis à ſuis terris, ſicut & illam quòd ſufficiat probare ſolutam eſſe decimam in aliqua ſpecie fructuum vt in reliquis non admitatur poſſeſſio, vt ſignanter in illa Rectoris de Pinu tenuit, Relatore Fontanet, & ſcriba Roure, in qua reos *condemnauit* ad ſoluendum decimam ex proprietatibus, de quibus nulla vnquam ſoluta fuerat, hoc motiuo adiecto, *Et conſtat decimarum præſcriptioni, præſertim aduerſus proprium parrochum locum eſſe non poſſe, nec libertatem, ſeu exemptionem ab illarũ ſolutione, præſertim in caſu de quo agitur poſſe per temporis curſum acquiri &c.* Cæterùm id fundari non poſſe in noſtra pragmatica ſatis mihi videtur ſuperiùs probaſſe, & dubitationem maximam continere etiam ſecundum ius commune, ex multis quæ in hoc diſcurſu de decimis diximus, elici ſatis clarè poteſt, vbi probauimus decimas extra ſuſtentationem miniſtrantium ſpiritualia non eſſe de iure naturali, & diuino, Item nullam ineſſe ſpiritualitatẽ (in qua opinio aduerſantium fundatur) in immunitate, & exemptione à ſoluendis decimis, cuius ſit laycus incapax, vndè fit quòd propterea ipſe (præſuppoſito quòd habeat parrochus cõgruã ſuſtentationem aliàs) non ſciam conſiderare in quo fundetur regula generalis, quam nonnulli faciunt dicentes nullo temporis curſu acquiri poſſe immunitatẽ à decimis ſoluẽdis, & ita cogar à Senatus noſtri aliàs oculatiſſimi, & doctiſſimi (ſalua eius pace) & doctorum contrariũ tenentium opinione recedere, & (ſecluſis tamen caſibus in noſtra pragmatica comprehẽſis) Rotæ Romanæ ſententiæ potiùs adhærere, quæ vt tradidimus ſuprà num. 79. tenuit & tenet temporis curſu acquiri libertatem nõ ſoluendi decimas, & plurium aliorum quos idem tenere in diſcurſu ſatis ſuperque probauimus.

89 Pragmatica † prędicta (reuerrendo ad eam, d qua vix poſſumus nos expedire) conſuetudinẽ & præſcriptionem admittit in quota decimæ, dubitari tamen vidi quid agendum quando conſuetudo prædicta non foret in tota parrochia vniformis, ſed imò nec in aliqua ferè do-

mo,

mo,& proprietate illius,putà quia quilibet solitus esset soluere quod voluisset pro libito voluntatis, sicut contigit hominibus de Iuneda † contra Capitulum Ecclesiæ Ilerden. *decidit* in eo casu Senatus,vt retulimus suprà hac ea. cla. 4.glos.18.part.1.num.169.non sustinagari cõsuetudinem,sed reducendam fore solutionem ad certam quotam, & mensuram, putà ad eam, quæ frequentaretur in locis vicinis,habuit Senatus aliam quam in hoc sequeretur Rotæ Romanæ decisionem apud Achil.de Graf.308. aliàs 5.de decim.& prim.vbi habet quòd si decimę prædiales vno modo soluuntur ex consuetudine in aliqua prouincia, & reperiatur opidum in quo nulla sit consuetudo, iudicandum est cum eo per simile dictæ consuetudinis,vberiùs probat Anthon.Fab.in suo C. li.1. tit.2.de sacrosan.eccles defini.63.

Et cum his ego finem huic primæ quæstioni facio,latiùs forsan me extendi quã decuisset,cæterùm venia proculdubio dignus est qui inuestigandæ veritatis causa nullum subterfugit laborem,quo alios iuuare posset.

90 Et si vis † scire quomodo,& qualiter sit faciẽda citatio in huiusmodi causis decimalibus,an scilicet sufficiat citare vniuersitatem per suos Consules, & administratores eo modo quo solet vniuersitas citari,an verò sint singuli de vniuersitate singulariter citandi quia agatur de re ad singulos,vt singulos,non vt vniuersos, spectanti, videque tradidi in glo.10.de Baronia n. 33.

SVMMARIA.

1 *Decimam an possint compelli soluere in manipulis qui eam debent,non obstante consuetudine soluendi in grano,& ad mensuram.*

2 *Decimę quòd soluantur in horreis potest Papa concedere per priuilegium.*

3 *Delictum vnius particularis de vniuersitate non nocet aliis,nec toti vniuersitati.*

4 *Decimas fraudantes qua pœna puniantur in Cathalonia.*

5 *Decimę vt non fraudentur qua remedia adhibeantur.*

6 *Fraudibus est obuiandum quantùm fieri potest, & malitijs hominum non indulgendum.*

7 *Fugienda,& obuianda est via,qua quis posset circũuenire.*

8 *Fraudium pellendarum gratia fit lata interpretatio.*

9 *Iudex ecclesiasticus punit corrumpentes species, & potest prohibere ne quis vendat species in instas,sine violatas.*

10 *Minoribus subuenitur vt occurratur fraudibus, quæ eis propter minorem statem fiunt.*

11 *Retrodonatio prohibetur fieri in constit. als scandolsit.dissolt lo matrim.ad vitandos fraudes.*

12 *Fraudibus nullo meliori modo obuiatur quàm occasionem fraudandi tollendo.*

13 *Consuetudo non tenet,quæ inducit occasionem delinquendi,& peccandi.*

14 *Consuetudo dicitur lex non scripta.*

15 *Lex debet esse iusta,& sancta.*

16 *Electiones Iuratorum,& Cõsiliariorum vniuersitatis fieri debent ad sortem,non ad voces,propter fraudes,quæ fieri possunt, & solẽt si ad voces fiant,vbi decisio nostri Senatus.*

17 *Intellectus pragmaticarum Regis Catholici quatenus imponunt pœnas nõ soluentibus integrè decimas.*

18 *Palea est in fructu,& decima de illa sic debetur sicut de granis.*

19 *Decimam esse soluendam in manipulis ad vitandũ fraudes,declarauit consilium Gratianopolitanum, non obstante consuetudine in memoriali soluendi in grano.*

20 *Decimas esse soluendas in manipulis non obstante consuetudine in contrarium olim declarabat Senatus noster ex sola suspitione fraudis quæ inerat solutioni in granis,absque eo quòd aliàs fraudes probarentur.*

21 *Hodie necessum est probare fraudes, nec sufficit sola suspicio,vbi decisio nostri Sena.*

22 *Decimarum in manipulis soluendarum condemnatio vt fiat quæ nunc fumantur in Sena.motiua.*

23 *Decimarum in manipulis soluendarum condemnatio non fit in Senatu Sebusiano ex sola suspitione fraudium.*

24 *Malitijs hominum non est indulgendum.*

25 *Priuilegium amittitur per abusum.*

26 *Primitias comprahendunt quæcunq. de decimis in hoc opere fuerunt dicta.*

27 *Decimator an possit prohibere ne fructus extrahantur ab agro donec sit decima soluta.*

28 *Decimator per quantum tempus debeat expectari venturus ad decimãdum antequam garba extrahantur ab agro.*

In Senatu Sebusiano præfiguntur duodecim hora quoad grana,ibid.

In nostro Senatu fuerunt in casu occurrenti præfixi tres dies,ibid.

GLOS. XIX.

PARS II.

De decimis, & primitijs soluendis in manipulis nec ne,& quæ ad id requirantur.

1 SECVNDAM † huius, quam de decimis, & primitijs instituimus glo. partem occupabit secunda quęstio, quam in initio primę partis proposuimus discutiendam, & ea quidem valdè frequens, & vsitata in hoc principatu, nũquid non obstante possessione, seu consuetudine soluendi decimam, & primitiã in grano ad mensuram de fructibus qui in grano consistunt, possint earum debitores ex aliqua causa compelli ad soluendnm eas in manipulis, & in garba.

Hãc quæstionem dubitabilem reddidit Aymon Craue. dum in cons. 21. in primo vol. pro negatiua respondit, ac eam pluribus fundamẽtis munire conatus est, & signanter quia valet consuetudo soluendi decimam in horreis, maximè quando est tanti temporis, quæ habeat vim priuilegij, quod nos in prima parte huius glo. nume. 38. de iure procedere ex aliquibus probauimus, dum resoluimus valere quãcũq. consuetudinem, quæ modum soluendi concernat, & illius circunstantias, alios allegat Mo
2 ne. de decim. cap. 6. nume. 3. extendit † vlteriùs suum Craue. argumentum dicendo quòd nõ sit dubium posse Papam per priuilegium concedere quòd in horreis decimæ soluantur, ergo & per consuetudinem id fieri potest, quæ quando immemorialis est vim priuilegij dicitur habere, & sicut tale priuilegium si adesset, non posset per Principem sine causa tolli, sic neque etiam poterit consuetudo illius vim habens.

3 Et quamuis † (transit vlteriùs) pro causa huiusce modi declarationis faciendę contra consuetudinẽ soleant sæpè, & vt plurimùm, sumi fraudes, quæ committuntur, ac committi solent soluendo eas in grano, dicit is doctor non sufficere quando non probatur, sicuti nunquã probari solet, quòd omnes de vniuersitate cõmittant, seu commiserint eas, aliàs dicendum foret quòd puniretur vnus ex delicto alterius, & vniuersitas ex delicto singularium, quod fieri nec potest, nec debet iuxta nota. per Innoc. in c. grauem de senten. excom. allegat alios ibidem viden. nume. 8. & signanter Oldral. in cons. 65. dicentem iniquissimum videri tot miserabiles personas, & innoscentes puniri ob factum aliquorum tantùm particularium.

Nec in nostra Cathalonia aliquod particulare ius municipale habemus, cui contraria opinio affirmans inniti valeat contra consuetudinem, solùm enim habemus pragmaticas, de quibus in prędcedenti glo. Cæterùm illę consuetudinem, & præscriptionem tãtùm improbant quoad res, de quibus est decima soluenda, non autem quoad modum soluendi, & sic si est vel non est iuxta consuetudinem soluenda in grano, vel in manipulis, super hęc nostra iura nihil disponunt, sed iuri communi relinquunt, secundum quod vix est quòd pars quęstionis affirmans possit defendi iuxta latissimè tradita in priori parte huius glossæ.

4 Imò negatiuæ † potiùs, quàm affirmatiuæ quæstionis parti assistere nostra iura reperies, si reuolueris Ferdin. Reg. Catho. pragmaticas in 2. vol. consti. sub tit. de decim. & primi. editas, quatenus ad tollendum fraudes, ac ad obuiandum eis statuit quid in Cathalonia fiendum, & quod sit remedium adhibendum si de eis cõquęsti fuerint decimatores, ac vlteriùs pœnam diffiniunt, qua sit plectendus qui fraudem in solutione decimarum, & primitiarum commisisse repertus fuerit, si ergo per nostra iura habemus iam diffinitum quibus sit remedijs decimatoribus de fraudibus cõquærentibus subueniẽdũ aliter quàm per condẽnationem vt soluatur decima in manipulis, & in gerbis, non videtur aliqua ratio suffragari vt ad dictum aliud remedium extraordinariũ, omisso ordinario per pragmaticas statuto, recursus
5 habeatur; cui † considerationi optimè faciunt quæ Craue. adducit in d. cons. 21. nume. 9. vers. *tertiò respondeo*, dicens quòd vbi timor fraudationis decimarum considerari posset, de eo curandum non est quia ei aliter facilimè occurri potest per remedium descriptionis numeri, & quantitatis messium non longè diuersum ab eo, quod nostræ pragmaticę tradũt, cõcluditq. in fine quòd quia facilè hoc remedio timor fraudis tolli potest, eo debet decimator imprimis vti, quòd si non fecerit, in culpa videbitur esse, imò in dolo, ex iuribus, quæ allegat, & ex Specul. quem dicit de tali remedio loquutum in tit. de decim. §. 1. in fin.

Quibus tamen non obstantibus in contrarium est veritas, quòd scilicet propter fraudes sit sic decimatoribus subueniendum vt fiat in fauorem illorum condemnatio contra consuetudinem soluendi in manipulis & in gerbis, quod est à notorio remedium, ob quod cessãt fraudes, & eis omninò obuiam itur: fundamẽta, quibus hæc opinio potest fulsiri sunt vulga-
6 ria, quia † scilicet fraudibus de iure sit occurrendum quantùm fieri potest, & malitijs hominum non est indulgendum l. in fundo ff. de
7 rei vendi. clemen. 1. de vsur. fugiendaq. † est occasio, & via, qua quis posset circumueniri, l. magis puto §. si pupillus, ibi. *alioquin inuẽta erit*, de rebus eor. Euerar. in cons. 45. nume. 2. Craue. cons. 811. nume. 3. Granu. theore. 1. nume. 11. Surd. decis. 30. nu. 7.

8 Hinc est † quòd lata interpretatio admitti solet pellendarum frauduũ causa l. 1. in fin. de calumnia. l. sed Iulianus in prin. & §. mutui datio ad Macedon. cap. quanto de priuileg. c. si ciui-

si ciuitas, de sentenc. excom. in 6. Graue. vbi. s.

9 Hinc† etiam est quòd vt fraudibus obuietur pōt iudex ecclesiasticus tam directè, quàm indirectè punire illos, qui corrūpunt species, siue prohibēdo in genere ne aliqui vēdāt species iustas, siue violatas, vel prohibēdo ne aliqui in speciebus immunitāt farinā fabbarū, licēt dictum de iustū à notorio non sit ecclesiastici fori, Ruma. singul. 526. incip. fui interrogatus, refert Cel. Hugo cons. 86. nu. 5.

10 Hinc† etiam fit quòd minoribus contra iuris regulas subuenitur ex sola rōne vt fraudibus, quæ ipsis propter minorē ætatem fieri possent, occurratur l. lex quæ tutores C. de administrat. Monter decis. 1. Reg. Arag. nu. 3.

11 Hinc† deniq. fit quòd in vulga. illa cōsti. à foregitar fraus, tit. de prome. de dot &c. in nostro vol. cōsti. prohibetur fieri catta, vel retrodonatio ab hæreditato, & seu donatario cōtēplatione matrimonij in fauorē hæreditātis, & seu donātis, ea sola rōne vt fraudibus obuietur, quæ indè fieri possent.

Si igitur tot tantaq. specialiter vt fraudibus obuietur cōstituta de iure sunt, & cōstat earū suspitionē omninò cessaturā, & nullo modo meliùs quàm si solutio fiat in manipulis, & in gerbis, indè videtur dicēdū iure optimo hēdā condemnationē vt ita soluatur decima: magis

12 enim† fraudibus obuiari nō pōt quā si fraudādi facultas adimatur l. 1. de fabricen. lib. 11. C. Gram. cons. 63. nu. 13.

13 Neq; † alicuius cōsiderationis esse debet allegata cōsuetudo soluendi in grano ad mēsurā, qualiscūq; quātūnis lōgeui sit tēporis, præsuppositis fraudibus, quia est inductiua peccati, occasionē præbēs fraudādi decimas, quę sic multoties probātur fraudatæ, & sic delinquēdi iux ta c. fin. de cōsue. c. fin. de præscrip. c. quod super his in fi. de cōsanguini. & affini. c. sicut pro

14 certo, de simon. dicitur enim † cōsuetudo lex nō scripta §. ex nō scripto insti. de iu. gen. & ciui. quæ nō valet si per eā detur materia delinquēdi l. cōuenire ff. de pac. dotal. not. Bar. &

* Bal. in l. cum lex ff. de leg. idem Bar. & cōmu.

15 dd. in l. oēs populi ff. de iusti. & iu. lex † enim debet esse iusta, & sancta, c. erit autem lex 4. distinc. ita in propria decimarū materia tenent Stepha. Berttan. in cons. 116. n. 7. Rip. respōs. 65. n. 3. & Guid. Pap. in cons. 70. nu. 3.

16 Ex quibus † doctrinis, & rōnibus arbitror motū nostrum Senatū vt referēte egre. Ioanne Sabater olim illius Senatore, & postea in supremo Arag. Reg. Cancel. Regēte in causa Reuerēdæ Abbatissæ, & Cōuentus Monasterij Monialium de Petris Albis contra syndicū vniuer-

† sitatis villæ de Piera *declararet* sub die 29. Iulij 1598. electiones iuratorū, & aliorum officiorū dictæ villæ faciēdas imposterū fore, & esse ad sortem, & non ad voces, sicuti in tota Cathalonia fieri solebant nō obstāte cōsuetudine inueterata, ac antiquissima, qua solitę semper fuerant fieri in dicta villa ad voces, & non ad sortē, reddit Senatus rōnem, & nunc probat nostrū institutū, quia licitū est iusta & legittima causa cōcurrēte ab ea forma eligendi, quæ vniuersitati nociua est, recedere, & aliā dare, alioq. eligēdi modo vti vt damnis, & incōmodis, quæ respublica patiebatur ex primo eligēdi modo succurratur: hæc autē incōmoda & dāna inquit Senatus prouenire ex eo quòd eligēdo ad voces & ad suffragia fiebat quòd eligerētur personæ minùs idoneæ, & sufficientes, & præsertim eligentiū cōsanguinei, affines, & amici, taliter quòd officia regebātur per homines, qui erant de eadem parētela, affinitate, & amicitia, & inter easdem personas cōtinuabantur; & cæteri habiles, & idonei negligebatur, & ad munera nō vocabātur qui in oneribus cōtribuebāt, & ab honoribus excludebātur, hāc. tollēdarū & pellēdarū fraudum, quæ circa huiusmodi electiones fiebāt, vt iustam causam admisit Senatus vt antiquissimæ cōsuetudini derogaret, nihil ego mirū si sic in casu de quo agimus.

17 Nec† officiūt in nostra Cathalo. pragmaticę Ferdin. Reg. Catholici superi⁹ mētionatę, quia id esset retorquēre in odiū ꝙ fuit in fauorē decimatorū institutū, quod non est permitendū: nec visus est serenissimus Princeps per priuilegiū, & cōcessionē prædictā totā fauorabilē voluisse alia priuilegia, quæ ex eadē rōne propter vitādas fraudes habebāt de iure cōmuni decimatores, tollere, sed ea adiuuare si forsā ꝙ datū est in dictis pragmaticis sufficientius repetiretur futurū, malētq. decimatores eo potiùs, quā alijs de iure cōmuni concessis, vti.

Maximè ꝙ notoriè apparet nec formā datā in dictis pragmaticis seruari ab his, qui decimas debēt, neq. eā esse potērē vt tollat fraudes, imò eodem modo fiunt nunc, & forsan multò magis quàm ante dictas pragmaticas.

18 Et hęc† quidē tārò maiorē dicētur habere rationē si cōsideraverimus ꝙ de iure cōi decima granorū, quæ paleā habeāt, de ipsis adhuc in palea existētibus soluēda est, quia palea est etiā in fructu Specula. de decim. §. vni. Guid. Pap. singula. 703. Pet. Greg. in syntag. iur vniuer. li. 2. c. 26. n. 4. Nat. in cōs. 31. n. 19. Vincen. d Fran. decis. 103. facilè enim res redit ad suā naturā, & sic facilè decima ad id vt soluatur etiam de palea, quia secundū suā naturam de ea etiam solui debet, sicut & de omni & quorūq. alio fructu.

19 Per quæ† satis superq. arbitror satisfactū his, quę in contrarium per Graue. adduce bantur in allega. cons. 21. Et si hæc nō sufficiant, valeat pro responsione, quę melior de iure responsio est, quòd contra eius consilium in eadem illa

Sſ causa,

causa,quã defendebat in eo,fuerit per Senatũ
† Gratianopoli.*declaratum* reprobando consue-
tudinem soluendi in grano ad mensurã etiam
immemoriabilem vt Rabotius vnus ex tunc
doctoribus illius Senatus testatur in addi. ad
Guid.Pap.q.284.vbi ad id combinare poteris
partes inter quas decisio facta fuerit cum eis,
inter quas scribebat Craue,simul cum tempo-
re quo vtrunq.factum est, & videbis qualiter
sit eadẽ causa quę decisa fuit cũ illa super qua
Craue.cõsulebat,vidẽ.isdẽ Guid.Pap. deci.283.

20 Noster†Senatus aliter tempore antiquo in
hac materia,ac super huiusmodi quæstione de-
clarauit quã declatet hodiernis temporibus,si
enim librũ obseruan.nostri Micha.Ferrer lege-
ris in c.278.p.5.videbis qualiter ex sola suspicio
† ne fraudis committendæ, quæ ineſt soluendo
in grano ad mensurã cõsueuerit Senatus moue
† ri ad *cõdemnandum* vt solutio fiat in manipulis,
21 & in garbis:Postea verò†recessit ab ea opinio-
ne,nec ex sola suspicione fraudãdi,nisi fraudes
probãtæ sint commissæ,voluit, nec nunc vult
condemnationem prædictam facere,prouti in
expresso ex eo quòd non constaret eo modo
quo constare deberet quòd in solutione deci-
mæ in grano ad mesuram committeretur fraus,
† *absolut* Senatus 18. Octobris 1598. homines
Sancti Hilarij Sacalm, Sanctæ Margaretæ de
Vellers,& aliarum parrochiarum à petitione
contra eos per Capitulum,& Canonicos Sedis
Vicen.facta referente egregio Senatore Hie-
ronymo Astor quòd ad vitandas fraudes cõ-
demnarentur ad soluendum in manipulis,&
in garbis, scriba erat Hieronymus Bosch.Idem
etiam antea contigerat ad relationem egre-
gij olim Senatoris N.Sala in causa Abbatis La-
uacen.& Rectoris de Moya contra particula-
tes dicti termini sub die 19.Apprili. 1589.prouti
22 vidi in archiuo Regio, atq. ideò † in omnibus
declarationibus,quæ postea circa idem emana
runt,quæ sunt prorsus infinitæ, ac propterea
earum relationem nos hic omittimus vt finẽ
rei aliquando facere possimus, solent duo sig-
nanter motiua fieri,primum quia constat deci-
mam fuisse fraudatam,secundum quia est tol-
lenda accasio fraudis,quæ tollitur soluendo in †† manipulis & in gerbis, vel saltem primum de
fraudibus cõmissis semper apponitur licèt se-
cundum quandoque omittatur, quia ex primo
iam necessariò,& in consequentiam sequitur.
Et hęc quidem sunt adeò benè in Senatu iam
nunc stabilita vt ostendi vix possit vnus qui id
petierit, & non obtinuerit si fraudes fuisse
commissas probauit,cum sint penè infiniti qui
id petierint,& obtinuerint.

Sic videbis in alijs declarationibus relatis
per Micha. Ferrer vbi supra & in alijs,quas nos
in præcedenti glo. retulimus,in quarum pluri-
bus fuit, inter alia,iste articulus declaratus,sic
† etiam ego *obtinui* referente egregio Senatore
Iacabo Puigmija sub die 5. Mar. 1603. in causa
Abbatis Balneolarum contra particulares villę,
& termini de Banyoles,& alios,scriba Benedi-
cto Sacares,& *rursus* referẽte egre.etiã Senato.
† Ioãne Gallego sub die 10. Iunij 1609. in causa
Abbatis Bisulduni cõtra particulares villæ,&
termini de Olot,& alios,scriba Michae. Perez.

23 Et in†hac opinione quam nunc recepit,&
recipit noster Senatus vt condẽnationem non
faciat ex sola suspicione fraudis,nisi ipsę cõmis-
sæ probentur,cõcurrit etiam Senatus Sabusia.
vt testatur illius doctus Senator Antho. Fab.in
suo C.lib.8.tit.33.quæ sit longa consue. diffi.5.
† dicens *resolutum* non sufficere suspitionẽ frau-
dis,cõminatum tñ esse Senatũ si quid fieret in
fraudem decimæ futurum vt antiquæ consue-
24 tudinis nulla ratio haberetur,reddit rationẽ †
quia malitijs nõ est indulgẽdum l.in fundo de
rei vendi.& priuilegia†quoq. ipsa per abusum
25 amittuntur l.1.vbi not.C.de hęret.& Manich.
de quo valdè gauisus fum cum post hæc scripta
reperi sic illũ egregiũ Senatũ cũ nostro in hoc
conuenisse.

26 Quæ†de decimis in his diximus, primitijs
etiam applicarum volumus,quia non est inter
eas vlla diuersitatis ratio,& multæ ex declara-
tionibus iam dictis,& signanter Abbatis Bisul-
duni,in expresso de primitijs loquuntur sicut
de decimis.

27 Quãdo†est hoc obtentum,vt scilicet deci-
mæ,& primitiæ soluantur in manipulis, & in
gerbis,& sic in agro,nõ in grano ad mẽsurã in
horreo,intrat benè quæstio nũquid prohibere
possit decimarius ne fructus exportentur à solo
donec sint iura prædicta soluta, vel ipse moni-
tus vadat decimaturus, quã nemo est qui non
in fauorẽ decimarij resoluat.si enim in agro est
decima soluẽda antequã manipuli ab eo extra-
hãtur,certũ est,& esse debet posse interim,phi-
beri extractionẽ,& asportationẽ donec solutio
prædicta facta sit, qua de rẽ si latè videre vo-
lueris, adeas Gasparem Anthon.Thesau. quę-
stio.foren.lib.1.q. 9.per tot. vbi videbis quæ-
stionẽ ad lõgũ pertractatã,ac *resolutiones* diuer-
sorũ Senatuũ super hoc factas,ac quæ in Sebu-
siatio amplexa fuerit,& doctores ferè sexcẽtos
reperies per eũ allegatos qui de materia agũt:
ibi videbis post antiquos Guid.Pap.deci.283.&
cons.70.ibi Couar.lib.1.var.c.17.n. 3. ver. *Ex*
his,ibi Vincẽ.de Fran.deci.117.Rot.Auenionẽ.
apud Hie.à Laurẽ.54.Viui.deci.4.n.37.& alios
denicq;plures ibi videbis, qui hæc benè pertra-
ctarũt,alios in idẽ allegat noster Can.in 3. part.
var.c.13.de iur.castro.nu.372.

Difficultas†solùm consistit in videndo quã-
tùm temporis teneatur dominus fructuum ex-
pectare

pectare decimarium antequã eos ab agro extrahat, vt veniat ad decimandum: si enim esset in arbitrio ipsius accedere quando vellet, & tantam in hoc moram trahere, quanta sibi videretur, multum posset indè detrimenti domino fructuum contingere, quod non est æquè permittendum. Gaspar. Thesau. in allega. q. 9. num. 2. hanc quæstionem pertractauit, & vltimò tradidit quòd cum esset ad id præfixum per Senatum viginti quatuor horarum spacium, conquærentibus dominis agrorum de tanta dilatione ex eo quòd si diu fructus existerent in fundo, præberetur materia delinquendi, cũ tũc fructus à vicinis noctu surripi possent, moderatum fuit tempus ad duodecim horas, quibus elapsis, & monito decimario impunè liceret fructꝰ abducere relicta in agris decima, sicq. †† *ibi observari*, sed quoad vinũ, inquit, obseruari solet vt Oliorum capacitate æstimata antequam eruatur vinum, decimarius, seu exactor ad id deputatus moneatur saltẽ per biduum ante extractionem.

Eundẽ casum habuimus in Senatu in causa Abbatis Balneolarum contra particulares sui termini, & alios, de qua suprà, postquam enim obtinuit vt decima solueretur sibi in manipulis, & in garbis, cùm voluit decretum exequutionis petere fuit sibi oppositum quòd prius daretur forma quomodo, & qualiter decimatio prædicta foret facienda, & post multa deducta in vtramq. partem *obtinuit* tandem cum prouisione facta sub die 20. Decembris 1603. fiendã esse immediatè post tres dies post requisitionẽ factam per debitorem decimæ in scriptis velcoram testibus, quibus elapsis concessum fuit debitori posse absq. incursu pœnæ, vocatis duobus probis hominibus, qui essent capita familiæ parrochiæ, in qua esset decima soluenda, dolo, & fraude cessantibus decimare, & relinquere decimam in prædijs, in quibus collecti essent fructus.

SVMMARIA.

1 *Taschæ quid sit.*

Taschæ de cõsuetudine diœcesis Gerũdæ est vndecima mensura post solutam decimam, & qui dicit taschã dicit vndecimã mensurã aliter quòd fit condemnatio ad vndecimã mensurã pro taschæ soluenda quãuis in capibreuijs non dicatur, ibid. vbi. decisio nostri Sena.

2 *Taschæ quòd sit vndecima mensura, sicut in diœcesi Gerundæ, habetur etiam de consuetudine in terra Cannetis ducatus Sabaudiæ.*

Taschæ est nummus reale vtpotè quia rebus imponitur ex conuentione, aut aliàs.

3 *Taschæ an sit soluenda in manipulis, & in garbanõ obstante cõsuetudine in contrariũ, sicut decimæ, vbi decisio pro negatiua in nostro Senatu facta.*

Decimarũ soluendarũ in garbis, & manipulis condẽnatio non fit propter aliquod priuilegiũ quod decimæ habeant, sed imò propter fraudes, quæ in solutione in grano cõmittuntur.

4 *Decimæ potiùs esse soluẽdæ in manipulis, ppter fraudes, quàm taschas, nulla ratio suadet.*

5 *Declaratio Senatus pro taschis soluendis in manipulis, ibid.*

GLOS. XX.

Taschis, &c.

GERVNDENSES monstrãt se esse nostri contrahentes ex eo quòd d taschis in hac glo. loquuti fuerint: illa enim dicecesis est, vbi magis frequentantur, magisq. sunt in vsu, ex qua cum ego sim etiam oriundus operæ prætium duxi pro Gerundensibus hæc paucula de taschis scribere. Tascha ergo † dicitur in 1 ea diœcesi quoddam ius, quod non consistit in certa annua præstatione vt census, sed habet se ad instar decimæ, & soluitur ex consuetudine scripta dictę diœcesis ad vndecimam mensurã, soluta decima, adeò vt sicut qui dicit decimam dicere censetur decimam mensuram, sic qui taschã, vndecimam, ac propterea quãdo in capibreuijs, & alijs instrumentis, in quibus continetur obligatio taschę, non reperitur expressè dictum quid pro ea sit soluendum, & contentio circa hoc oritur, obtinetur absq. difficultate ex dicta consuetudine quòd fiat condemnatio soluendi pro taschã vndecimam mẽ † suram soluta decima, sic ego *obtinui* referente egregio Senatore Ioanne Gallego 3. Decemb. 1603. in causa Abbatis Balneolar. contra homines suæ villæ, & parrochiæ, & alios, scriba Biosca. Sic etiam antea *declarauerat* Senatus 5. Nouembris 1594. referẽte nob. Ioanne Sabater in causa Ioannis Geroni contra Ioannem, & Raphaelem Finols, scriba Benedicto Sacares, in † sequendo *aliam* de eadem re multò antea, scilicèt anno 1557. sub die 22. Iunij per don Pet. Affan de Ribera Marchionem de Tarifa Locumtenentem & Capitaneum tunc generalẽ in hoc principatu, Mathiam Sotribes Cancellarium, & Franciscum Montanet Regentem Regiam Cancellariam vt arbitros, & arbitratores inter Abbatem, & homines de Amer factam declarationem, quas cum alijs pluribus ad propositum conferentia, ac simul cum instrumento dictæ cõsuetudinis extracto à libris Vicariatꝰ Gerũdæ reperies inserta in superiùs allegato processu Abbatis Balneolarum, & vltimò nu † per sub die 13. Feb. 1609. idem Senatus *declarauit* referẽte egte. Sena. Raphae. Rubi, & Coll. in causa nob. Raym. de Blanes, & Cẽtelles cõtra particulares d Valligorguina, scriba Cottell.

2 Hanc † eandem consuetudinem soluendi pro tascha vndecimam mẽsuram reperi esse in quadam terra Canneti in ducatu Sabaudiæ, vt auctor est Petrus Antibolus in trac. de muner. §. 2. num. 10. & 11. in 11. vol. tractatuum decem & octo voluminum, vbi munus hoc facit reale vtpotè quod rebus imponatur ex conuentione, aut alias.

3 Circa † huiusmodi tascharum materiam dubitabat nõ modicùm Senatus de anno 1609. in illa causa, quam in præcedenti glo. retuli, Abbatis Bisulduni contra homines de Olot, & alios, referente egregio Senatore Ioanne Gallego, & scriba Micha. Perez, num esset innuẽdum prætentioni dicti Abbatis petentis reos condemnari ad soluendum sic taschas, sicut decimas, & primitias, in manipulis, & in gerbis, ex eo quòd sic circa illas, quemadmodum & circa has præstationes commissæ fraudes fuissent: tationem dubitandi causabat resolutio Senatus paulò antea facta referente Rubi & Coll in illa nob. Raymundi de Blanes, & de Centelles, de qua supra, in qua cum idem fuisset petitum propter fraudes, quæ hoc modo cõmitti probabantur, quòd scilicèt obligati ad taschã cõmixtarabãt manipulos, siue garbas ex terris taschalibus (nõ enim erant omnes ei oneri obnoxiæ) cum alijs, ex quibus tascha non soluebatur, & triturabant eas simul, & sic fraudem committebant, nam nunquam poterat plenè certificari dominus quantum frumenti ex terris taschalibus prodijsset vt computum faceret quid sibi & quantùm pro tascha foret soluendum, † *voluit* Senatus propterea reos condemnare ad soluendum in manipulis, & in gerbis, sed solùm ad separandum manipulos terrarum taschalium ab alijs, & ad triturandum separatim, per quod existimauit satis superque fraudibus fuisse obuiam itum: cuius resolutionis, & declarationis occasione dicebant egregij Senatores cur secus hic, & secus ibi, si illa declaratio nuper in eadem aula facta extitit cur nunc est mutanda?

Addebant quòd non sic priuilegiatæ taschę de iure erant sicut decimæ, & primitię, circa quarum liberalem, & promptum se præbuit Senatus ad declarandum in hac materia in fauorem illarum dominorum vt supra vidimus in secunda par. glo. præcedentis.

4 Verùm † ego semper instabam pro Abbate quòd perita condemnatio fieri debebat tam respectu taschæ, quàm decimarum, & primitiarum, & dicebam aduertendum quòd condẽnationes, quæ factę fuerant pro decimis, & primitijs non fundabant se modo aliquo in priuilegio illarum, sed in fraudibus tantùm, vt vidimus, adeò vt si fraudes non essent non fieret condemnatio, quantumuis priuilegiatæ decimæ essent, & primitiæ, quæ ratio tollendarum fraudum cum æquè militaret in taschis, sicut in decimis, & primitijs, debebat propterea idẽ ius esse in vno ac in alio.

5 Addebam † quòd ipsẽ *ipse* Ferdin. Rex Catholicus, qui tantopere fraudes in decimis, & primitijs execratus est, vt vidimus in pragma. superiùs relatis, abhorruit etiam eas quæ committerentur in taschis, & eas sine fraude, & cum omni integritate solui iussit, sicut decimas & primitias: idque iure optimo, sic enim peccatũ est fraudare taschas debitas quemadmodum decimas, & primitias, & ideò dum de remedio agitur dando vt fraudibus obuietur, nõ est discrimen constituendum inter vnum, & aliud, postquam discriminis ratio nedum vera, sed nec apparens, vel colorata reddi potest, alias offenderetur, maximè in nostro casu, vbi promiscuè de decimis primitijs, & taschis agebatur, regula quòd vna, & eadem res diuerso iure censeri non debeat, de qua in ptiori par. glo. præcedentis latè egimus.

Per hæc, & alia, quæ forsan considerarunt egregij Senatores, † *obtinuit*, sub die 10. Iunij 1609. in dicta causa Abbatis Bisulduni contra homines de Olot, & alios referente Gallego, & scriba Perez, quòd conuenti condemnarentur ad soluendum sic tascham sicut decimam, & primitiam in manipulis, & in gerbis non obstante illa alia declaratione antea facta referente Rubi. Et hęc de taschis, & de hac glo.

SVMMARIA.

1 *Donationis omnium bonorum materia profunda est, licèt trivialis, & vndè difficultas illius oriatur.*

2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ, iuriũ, & actionũ de iure non valet.*

3 *Facultatẽ testandi sibi abdicare, & dare occasionẽ captandi mortẽ contra bonos mores est.*

4 *Donationẽ omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorũ qui doctores defendant.*

5 *Libertas testandi neque est à rebus neque à personis quibus relinquitur hęreditas, sed à voluntate non coacta testatoris, & ibi explicatur.*

6 *Testari potest etiã qui nulla habet bona, & potest relinquere hęredẽ.*

7 *Hereditas sine vllo corpore subsistit, ibid.*
Hereditas valdè differt à rebus hereditarijs.

8 *Heredẽ instituì ab aliquo honor est.*

9 *Donationis omniũ bonorum validitas qualiter defendatur à Ioan. Corras. & qualiter ei respõdeatur, & satisfiat, remissiuè.*

10 *Donationẽ omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorũ nullũ est ius quod expressè prohibeat.*
Intellectus l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obliga. ibid.

Matri-

11 *Matrimonij libertas tolli de iure non potest, & nu.19. vbi declaratur.*

12 *Matrimonij libertas non dicitur impediri per pactum cum aliqua muliere initum de eam ducendo in vxorem.*

13 *Libertas nubendi quomodo tolli dicatur.*

14 *Libertas personarum dicitur inæstimabilis, & n.20. vbi declaratur.*

Libertas personarum tolli, coarctarique potest, ibid.

15 *Donatio omnium bonorum non inducit votum captanda mortis, & redditur ratio.*

16 *Votum captandæ mortis non est in consideratione vbi adest consensus eius, de cuius hereditate agitur.*

17 *Votum captandæ mortis nolunt considerare doctores in donatione, in qua fit reservatio vel vsusfructus, vel alterius rei.*

18 *Donationis omnium bonorum validitatem qui doctores enixius defenderunt.*

19 *Matrimonia qualiter debeant esse libera.*

20 *Libertas personarum cur tolli, & coarctari valeat, & non libertas, & facultas testandi.*

21 *Seruus dum viuit semper spes est libertatem consequendi.*

22 *Impedimento perpetuo succurritur magis quàm temporali.*

23 *Donare omnia bona præsentia, & futura, & donare hereditatem idem sunt.*

24 *Donatio hereditatis de iure non valet.*

25 *Donatio hereditatis quare prohibeatur de iure.*

26 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum adeò cessetur de iure reprobata vt nec in bonis præsentibus sustineatur.*

27 *Vsile vitiatur per inutile in eo quod sit contra legem, taliter quòd si non valet quod sit vltra, nec etiam valeat quod sit intra.*

28 *Concessio facta vltra licitum non sustinetur in licito.*

29 *Vsile non vitiatur per inutile in his quæ diuidua sunt, quæque commodam recipiunt diuisionem.*

30 *Vsurarium instrumentum non est in totum reprobandum propter vsuram, quam continet, si alia adsint capita, & illius partes, in quibus nō sit vsura, vbi decisio Camera Imper.*

31 *Donatio excedens quingentos solidos si non est insinuata vitiatur in excessu, sed firma in reliquo manet.*

Intellectus l. sancimus C. de donat. ibidem traditus ab Anchar. Gom.

Intellectus l. sine generalis, de iure dot. ibid.

32 *Intellectus allegati l. sancimus C. de donat. traditus à Ioanne Croto.*

33 *Verbum sancimus, dicitur esse noui iuris promulgatorium.*

Intellectus l. illud C. de sacrosanct. Eccles. ibid. & nu. sequent.

34 *Donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum tenet Iul. Clar. valere in præsentibus.*

35 *Fideiussor qui se in plus obligauit quàm principalis remanet obligatus in eo quod principalis.*

36 *Intellectus l. Gracè §. illud ff. de fideiussor.*

37 *Dotis promissio facta vltra debitum modum vitiatur in excessu, sed non in reliquo.*

38 *Vsurarum exactionarum promissio vitiatur in excessu, non in reliquo.*

39 *Grauamen filio impositū reijcitur vsq. ad legitimā sibi debitam in bonis patris, ea in reliquo remanēte.*

40 *Grauamen filio impositum in dote reijcitur quoad legitimam, secus quoad reliqua.*

41 *Grauamen filio impositū quoad legitimam reijcitur etiam si simpliciter filius se bonis patris immisceat, vel perpetuò taceat.*

42 *Clausula, omni meliori modo, facit sustineri donationē vniuersalem in bonis præsentibus, vbi decisio Senatus Neapolita.*

43 *Clausula, omni meliori modo, facit valere actum eo modo quo potest, & ibi remissiue traditur magna illius virtus.*

44 *Clausula, omni meliori modo, operatur vt vtile non vitietur per inutile.*

45 *Ordinarij processus qui illum fecit putans se esse delegatum cum nō esset, sustinetur si in eo est adiecta clausula omni meliori modo.*

46 *Petens plus debito euitat pœnas si adijciat clausulam, omni meliori modo, quæ facit vt non censeatur petitum nisi quod iuste debetur.*

47 *Fideiussor qui se in plus obligauit quàm principalis tenetur in eo quod principalis, si adijcit clausulā, omni meliori modo.*

48 *Clausula, omni meliori modo, non operatur vltra expressa, nisi adijciatur copula, & ibi dec. Rot. Rom.*

49 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo potest.*

50 *Iuramentum an faciat valere in bonis præsentibus donationem vniuersalem, & nu. precedenti.*

51 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorū est contra bonos mores.*

52 *Iuramentum non confirmat actum, qui est contra bonos mores.*

53 *Donationem omnium bonorū confirmari iuramento plures sunt qui tenent.*

54 *Ratio quā Iurisperiti mouentur ad iudicandum non confirmari iuramento donationem omnium bonorum infirma appellatur à Leonar. Lef. Societa. Iesu.*

55 *Libertatē, & facultatē testādi sibi auferre nō est cōtra bonos mores, qui turpitudinē præ se ferāt.*

56 *Actus contra bonos mores nō fit sine peccato.*

57 *Renūciare quilibet potest voluntati humanæ.*

58 *Donatio omnium bonorum si esset cōtra bonos mores non valeret facta Ecclesiæ.*

59 *Clausula derogatoria potest apponi in testamentis.*

60 *Libertas testandi potest statuto tolli.*

61 *Donare omnia bona quæ quis habet, & habere potest licitum est iure naturali.*

62 *Reuocare testamentum non potest qui id promisit nō faciendum.*

63 *Periurus est qui reuocat testamentum quando cum iuramento promiserat pœnam soluere in casu reuocationis.*
Contrarium alij tenent, ibid.
64 *Testamenti facultatem potest quis sibi adimere de cõsensu Principis.*
65 *Intellectus l. omnium C. de testamen.*
66 *Testamentum licèt sit introductum de iure gentium, quoad solemnitates tamẽ est de iure ciuili, ac propterea potest aliquibus personis, ac in certis casibus interdici facultas testandi per ipsam legem ciuilem.*
67 *Seruus pœnę reputatur mortuus, & non potest testari.*
68 *Donatio omnium bonorum per iuramentum sustinetur in præsentibus.*
69 *Iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo.*
Intellectus l. cum pater §. filius matrem, de lega. 3. remissiuè, ibid.
70 *Vtile non separatur ab inutili in his, quæ sunt contra legem.*
71 *Vtile vitiatur per inutile in indiuiduis, & in his quæ commodam diuisionem non recipiunt.*
72 *Indiuidua quot modis dicantur.*
73 *Iuramẽtum facit actum indiuiduum qui aliàs diuiduus foret.*
74 *Testi deponenti falsum super vno articulo non creditur in reliquo.*
75 *Executio laudi non potest in capitibus fauorabilibus peti, & à præiudicialibus reclamare, vbi decisio Senatus Neapoli.*
76 *Vtile vitiatur per inutile, regula est malè huc vsq; constituta.*
77 *Locatio rei Ecclesiasticæ vltra tempus legitimum facta non sustinetur in legitimo, & quare.*
78 *Negatiua virtus cum dictione aliquod.*
79 *Vtile non vitiatur per inutile, regula est quæ non debet vniuersaliter in omnibus casibus constitui, & quomodo id sit intelligendum declaratur.*
80 *Bona presentia non sunt inseparabilia à futuris in donatione omnium bonorum.*
81 *Vtile non vitiatur per inutile in contractibus.*
82 *Iuramentum ex se neq; est diuiduum, nec indiuiduũ, sed regulatur secundum materiam, super qua apponitur.*
83 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur & illius naturam sequitur, et recipit omnes conditiones, quas ille contractus.*
84 *Actus super quo interponitur iuramentum quandoq; valet & quandoq; reprobatur in parte, vbi multa exempla.*
85 *Absolutio debet obtineri ab omnibus iuramentis quando plura sunt apposita in eodem instrumento iuxta plura illius capitula.*
86 *Iuramentum quandoque facit actum diuiduum.*
87 *Hæres vnus ex pluribus potest redimere, inuitis reliquis, rem cum pacto de retrouendendo venditam.*
88 *Alienatio feudi facta de consensu aliquorum ex dominis valet quoad illorum portiones.*
89 *Fideiussor qui in plus se obligauit quàm principalis medio iuramento tenetur in eo quod principalis.*
90 *Donatio bonorum præsentium, & futurorum absq; adiectione aliqua signi vniuersalis an valeat.*
91 *Supellectilis non venit in donatione bonorum præsentium, & futurorum.*
92 *Donare bona præsentia, & futura, & omnia & vniuersa bona idem sunt.*
93 *Oratio indefinita licèt ex propria significatione ab vniuersali distinguatur, in aliquibus tamen casibus vniuersali æquiparatur.*
Intellectus l. obligatione generali ff. de pignor. ibidem.
94 *L. obligatione generali ff. de pignor. nunquam habet locum in vltimis voluntatibus.*
95 *L. obligatione generali procedit siue apponantur in dispositione verba vniuersalia, aut generalia siue non.*
96 *Donationem omnium bonorum aliqui validam existimarunt ex eo quòd in ea non veniãt supellectilia, de quibus donator poterit testari.*
Sed contrarium est verius, ibid.

GLOS. XXI.

PARS I.

Et generaliter de omnibus, & singulis bonis, & iuribus suis, mobilibus, & immobilibus, habitis, & habendis vbicunq; sint, & sibi dictis donatoribus spectent, & pertineant nunc & in futurum in quocunq; loco, & pro quibuscunq; rationibus, iuribus, titulis, siue causis &c.

1 MATERIA † hęc donationis omnium bonorum profunda est licèt triuialis, & abyssus maximus dici potest propter varias, & confusas circa illius validitatem doctorum opiniones, vti ex mente Silua. in conf. 90. in prin. Por. in conf. 80. nume. 7. in prin. & alijs exorditur Pet. Anthon. de Pet. in tracta. de fideicom. quæstio. 4. in additionibus post nume. 8. versi. *qua in re &c.* quę difficultas oritur proculdubio ex tot generibus pactorũ huiusmodi donationẽ sapientiũ, quæ (quandoq. proh dolor, prẽter cõsensũ, salteẽ expressum, contrahentium) adinuenerunt notarij,

notarij, & tabelliones, vt iam difficile admodum sit cognoscere quę nam donatio sit inualida, & quæ valida, atque ideò sensim, & pedetentim est hæc materia percurrenda ne facilè per incuriam miserè in illius explicatione labamur. Nos quantùm in nobis erit, & rei feret argumentum ea qua poterimus diligentia in his procedere curabimus.

2 Sit igitur† in hac materia certissima cõclusio, donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, iurium, & actionum de iure inualida est, & reprobata. Hanc conclusionem tenẽt * communiter doctores, nemine penitùs discrepante (præter nonnullos, quos inferiùs commemorabimus, qui volentes sui ingenij aciem ostentare, & sibi ipsis, & suis famam, & gloriã comparare difficilia valdè defendenda susceperunt, atque ita in destruendis communibus opinionibus summè laborarunt) in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbo. oblig. & alibi sæpè, quos in præsentiarum non arbitror recencendos esse, quia magis laboriosum foret quã subtile: librum enim vix reperies vllum in iure nostro, in quo conclusio hæc non inueniatur impressa. In nostra Cathalonia hæc conclusio nullam habet dubitationem, intrepidè enim † pro ea *iudicatur* in sacro Senatu, & inualidæ declarantur huiusmodi donationes vniuersales vti ex varijs causarũ decisionibus quotidiano experimento experimur, & tradit obseruantissimus Michael Ferrer quondàm in eodem Senatu auditor in suis obseruantijs 3. parte obser. 306. incip. *donatio omnium bonorum*, & ego nunc memini quòd in hac eadem clau. 4. glo. 9. par. 4. à nu. 18. in materia hæreditamẽtorum, quę sunt donationes in Cathalonia, plures decisiones adduxi egregij nostri Senatus, quibus inualida, & de iure reprobata ea hæreditamenta fuere, quæ fiebant, & facta erant generaliter de omnibus bonis præsentibus, & futuris, iuribus, & actionibus vniuersis.

3 Huius † conclusionis rationes non existimo alias quærendas fore præter eas, quæ communiter à doctoribus circunferuntur, quia videlicèt per huiusmodi donationem aufertur libera testandi facultas, & inducitur votum captandæ mortis, quę sunt contra bonos mores ad rex. in d. l. stipula. hoc modo concepta, & ibi & alibi sæpè per dd. ff. de verb. oblig. & in l. fin. C. de pac.

4 Aduersus† hanc conclusionem surrexerunt quidam & antiqui & recentiores existimantes se obsequium Deo, & hominibus præstituros, & suam ipsorum famam, & nomen immortalia posteris relicturos, si communioribus & receptioribus doctorum opinionibus contradicerent, inter quos est Ang. in d. l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig. Sali. in d. l. fin. C. de pac. Guid. Pap. singul. 844. Ferdin. Vasq. controuer. vsufrequẽt. cap. 62. nume. 2. & Ioan. Corras. miscellan. lib. 6. cap. 17. asserentes validã esse de iure hanc de qua agimus donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, cæterùm eis facilè condonandum est propter non modicam dubitandi causam, quam præbent rationes, quæ eos mouerunt vt in contrariam irent sententiam, quę sanè dubiæ valdè sunt, & difficultate plenæ.

5 Dubitationem† igitur continet non modicam quando dici possit quòd per donationem omnium bonorum tollatur libertas testandi, ac proindè Æmil. Ferret. in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 14. rationem prędictam pessimam dicit licèt nostram conclusionem concedat, ex eo quia libertas testandi non sit neque à rebus, neque à personis, quibus relinquitur hæreditas, sed à voluntate non coacta testatoris, alioqui ea quorum commercium non est, & personæ deportatorum, obsidum, & similes eadem ratione impedirent testandi libertatem, similiter quia ante leges testamentarias furiam, vaconiam, falcidiam, vt inst. de l. falcid. in prin. malè homines testati fuissent nihil relinquentes hæredi, & inopes, ac egentes homines, quibus nihil est in arca, neque in nominibus motientes testari minime possent contra l. qui soluendo de hæred. instit.

6 Ferdin. † Vasq. vbi superiùs vt eandem conclusionem dubitabilem redderet, finalia verba inter alia Æmilij Ferreti reassumit: Si enim (inquit) permissum est de iure testari, & habere hæredem ei qui nihil habet in bonis, cum hęreditas sine vllo corpore subsistat l. hæreditas 51. de peti. hęred. vbi Papinianus, *hęreditas* (inquit) *etiam sine vllo corpore, iuris intellectum habet*, quod idem dicit Consul. l. pecuniæ verbũ 7 §. 1. ff. de verb. sig. adeò† vt hęreditas valdè differat à rebus hæreditarijs ita quòd si hæ euincantur nihil præstet is qui hæreditatem vendidit l. 2. ff. de hęred. vendi. Alcia. in d. l. pecuniæ verbum, & ratio† rationis est quia semper superest honor *institutionis* licèt non adsint bona, vulga. l. Iulianus ff. si quis omis. cau. testam. si (inquam) hæc de iure procedunt quomodo dici potest per huiusmodi quam tractamus donationem impediri libertatem testandi?

8 9 Ioan. † Corra. loco superiùs allegato alia adducit in suæ opinionis confirmationem, & cõmunis destructionem, quæ rem hanc valdè dubitabilem reddunt, eis tamen benè occurrit Anthon. de Gam. in decis. 387. nume. 3. fragilia media appellando, quibus omnibus ex professo respondere conatur per tot. illam decis. tu ipse eum videto.

10 Ego † vt difficultatem augeam considero quòd nullum in iure nostro habeamus tex.

qui huiuſmodi donationem vniuerſalé prohibeat:& licèt doctores cõmunitet pro hac opinione allegent l.ſtipulatio hoc modo concepta,de verb.obligatio.an rectè id faciant ipſi viderint:diuerſus enim admodum videtur caſus d.l.à caſu donationis omnium bonorũ: in primo enim verè impeditur libertas teſtandi,cum ex pacto illo,ne pœnam appoſitam lueret, cogeretur promiſſor eum hęredem inſtituere,cui promiſſio facta fuit,in noſtro verò caſu non cogitur donator hunc,vel illum hæredem inſtituere ex pacto aliquo,vel aliàs, quod impediret libertatem teſtandi,ſed prohibetur de bonis donatis aliter diſponere,quod non poteſt dici libertatem teſtandi impedire, quia ſi id ita eſſet idem videretur dicendum de donatione aliquorum bonorum,vel bonorum præſentiũ, quia pari modo per eam impeditur donator de bonis donatis aliter diſponere:et ne videamur ſupradicta abſque fundamento dixiſſe, adducamus exemplum,quo in ſimili doctrinã hanc
11 mirificè comprobemus: Certum † eſt de iure libertatem matrimonij contrahendi tolli non poſſe,vulga.l.cum tale §.ſi arbitratu ff.de condi.& demonſt.l.Titia de verb. oblig. cap. gem-
12 ma de ſponſal.videamus† an per pactum cum aliqua muliere factum de ea ducenda in vxorem dici poſſit tolli libertas nubendi vt non valeat de iure,certè non,imò valet de iure huiuſmodi pactum licèt per illud cogatur promiſſor mulierem,cum qua pactus fuit, habere vxorem. c.ſicut, & cap.ex litteris Siluani,extra
13 de ſponſal. quomodo†ergo dicetur tolli libertas nubendi:certè quando metu pœnæ cogitur quis aliquam ducere in vxorem,d.cap.gemma & d.l.Titia,ſic in propoſito tunc dicitur tolli libertas teſtandi quando metu pœnæ cogitur quis aliquem habere hæredem,& id eſt quod de iure non permittitur,quibus in terminis loquitur d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, non tamen indè inferri poteſt validam nõ eſſe promiſſionem,ſiue donationem omnium bonorum alicui factam,quia tale quid non diſponit d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,quæ tantùm locum habet in pœnali ſtipulatione,non in ſimplici promiſſione, hanc conſiderationem tetigit Dida.in rub.de teſtam. ſecunda parte num. 16.& in relec.cap.quamuis pactum in initio ſecundæ partis num.3.verſi.*nonò ſolet*, de pac. in ſexto,& Seraphy.de priuileg. iura. priuileg. 75. num.30. Et poſito quòd per huiuſmodi donationem tolleretur libertas teſtandi,id certè dici non poteſt eſſe contra bonos mores, quod aliter inpræſentiarum non examinamus quia aptiorem locum inferiùs expectamus.

14 Augetur † vlteriùs difficultas quòd licèt libertatis perſonarum maximus ſit fauor, eaque inæſtimabilis dicatur eſſe l.libertas 165.l.libertas 107.l.non eſt §.infinita,de reg.iur. ſolearq. dici nihil libertate eſſe prætioſius, poteſt tamẽ nihilominùs tolli,coarctarique §. penul. inſti. de iure perſon.& l.& ſeruorũ ff. de ſtatu hom. ſi id fieri poteſt,nec reputatur eſſe contra bonos mores ſi fiat in libertate perſonarum, quã nemo non videt quantò maiori digna ſit æſtimatione quàm teſtandi facultas, vel libertas, cur non idem etiam dicemus in hac libertate quòd ea tolli, & coarctari poſſit pro libito voluntatis ſicut & illa ? Hanc difficultatem præſenſiſſe viſus eſt Rub.Alexandri.in repeti.l.nõ ſolum.§.morte num.24.verſi.*ſed ego ſemper dubitaui* ff.de noui oper. nun. & inſolutam reliquit,quod idem dubito ne multis accidat multę doctrinæ, & eruditionis poſtquam multùm in ea diſſoluenda elaborauerint, grandis enim eſt difficultas, negari non poteſt.

15 Secũda ratio† de voto captandæ mortis donatoris peſſima omninò eſt,tum quia illud timeri nullatenus poteſt in ſimplici omniũ bonorum donatione cum donatarius vigore donationis poſſit ſtatim bona habere, nec tenetur mortem donatoris expectare, tum etiam quia in his omnibus donationibus adeſt conſenſus eius, de cuius bonis agitur, qui † iuxta
16 * communem doctorũ ſententiam in d.l.fin. C. de pac.ſufficit vt d.l.diſpoſitio locum non habeat,& facit ceſſare præſumptionem voti mortis captãdę,certè ego nõ percipio quomodo doctores in hac materia lapſi fuere: duos † enim
17 inter alios concedunt caſus, in quibus nulla habita ratione voti mortis captandę dicunt valere donationem omnium bonorum, in caſu videlicet donationis poſt mortem donatoris,& quando reſeruatur vſusfructus, & certa res ad teſtandum,non animaduertentes in eis potiùs,quàm in noſtra donatione conſiderari poſſe votum captandæ mortis niſi ſuſtineantur per conſenſum eius de cuius bonis agitur: in noſtra verò donatione votum iſtud captandæ mortis conſideratum,quod, vt ex ſuprà dictis apparet, nullatenus locum in ea habere poteſt. nec aliquam habere voluerunt rationem conſenſus eius de cuius bonis tractatur.

18 Ex his,† & ex alijs,quæ ſupradicti doctores aduerſus noſtram concluſionem tradunt,iunctis decem fundamentis,quæ ad idem adducit Bereng.Ferdin. in repeti. cap. vnici de fil. nat.ex mat.ad morg. contrac.in cap. 5. præludiorum,& alijs quam plurimis, quæ copioſiùs adducit Coſmas Guimier in pragm.ſanctio.tit. de ſubla.cle.liter. in glo.verbo, cuicunq.num. 2.eam valdè dubitabilẽ reddiderunt, & eius, quę cõmuniter tenetur, rationem prorſus deſtruxiſſe viſi fuerunt.Nihilominùs tamen ego exiſtimo à noſtra concluſione nullatenus eſſe

recedẽ-

recedendum vel ex eo ſolo quòd in toto orbe receptiſſima ſit,& ſemper fuerit,arbitror etiam nec reprehendi poſſe illius rationem, quæ cõmuniter à doctoribus adducitur, ideò reprobatam cenſeri donationem omnium bonorũ quia auferat liberam teſtandi facultatem, tum quia.& ea apud omnes,ſicut & noſtra concluſio,communiſſimè recipiatur, tum etiam ex eo quòd pro principali noſtræ concluſionis limitatione incõcuſsè ab omnibus tradatur donationem omnium bonorum validam fore, ſi in ea fiat reſeruatio certæ quantitatis ad teſtandum, quod eſt demonſtrare inuincibiliter, & abſque aliqua trepidatione cauſam nullitatis huiuſmodi donationis eſſe quòd per eam tollatur facultas teſtandi, viden. Andre. Fachine. controuer.iur.lib.6.cap.87.per totum,qui,meo iudicio,benè loquitur,& rationes huiuſce noſtræ communiſſimæ concluſionis declarat, & omnibus ferè contrarijs non ineptè ſatisfacit, & Anthon.de Gam. in allega.deciſ.386,per totam.

19 Et vt † faciliter diluas,ac tollas obicem qui tibi ob oculos in ſuperioribus proponebatur aduerſus hanc rationem de æquiparatione libertatis matrimonij cum libertate teſtandi,cõſidera quæ in propoſito pulchrè tradit Mathe. de Afflic.deciſ.350.nume.10.ex But.in capit.requiſiuit de ſponſal.dicens ab vno caſu ad alterum non poſſe ſumi argumentum niſi modo quo ipſe declarat:aut enim (inquit) volumus quòd matrimonium debeat eſſe liberum ab omni coactione, vel neceſſitate extrinſeca venienti extra conſenſum partium, & tunc verum eſt quòd matrimonia debent eſſe libera, & de iſta libertate idem dicendum eſt in teſtatore: aut verò quærimus an matrimonia debeant eſſe libera à neceſſitate extrinſecus,ideſt de natura matrimonij vt ex conſenſu obligentur partes ad obſeruandumquod promiſerunt, & tunc ad hæc matrimonia non debent eſſe libera, quia eſſet euacuare omnem neruum matrimonij ſi diceremus quòd conſenſus non adſtringit inuitos ad contrahendum, & hoc non cadit in vltima voluntate, quæ poteſt mutari vſque ad mortem. Hucuſque Afflic. ex quibus datur benè intelligi conſiderationem prædictam ex æquiparatione horum caſuum deductam non omnino poſſe efficere vt à comuni ratione prohibitionis donationis omnium bonorum recedatur.

20 Nec etiam † obſtat aliud argumentum ab æquiparatione libertatis perſonarum cum hac noſtra teſtandi, quod fortiſſimum ſanè eſt, & difficile explicatu, nihilominùs Martin. Monter in repeti.l. pactum quod dotali nume.8.C. de pac. illud ita diſſoluere conatur vt dicat optima ratione in priori libertatis ſpecie ſtatutum fuiſſe quòd ea poſſet tolli,& coarctari,in poſteriori verò minime:quia in hac mors ipſa impedimentum perpetuum præſtat quominùs poſſit vnquam homo libertatem teſtandi, quam amittit morte præuentus poſtquam aliud velle non eſt habiturus,recuperare,quod conſiderauit elegãter Imper.in l.1.in fine C.de ſacroſan. Eccleſi. in illo verò quando quis libertatem amittit,& ſeruus efficitur, impedimẽtum temporale videtur eſſe,ex eo 21 † quòd dum viuit ſpes ſit quòd in libertatem peruenire poſſit etiam præter domini voluntatem l.ſiquis in graui §.vtrum in fine ff.ad Syllenia.& tot.titul.C. quibus ex cauſis ſerui pro præm.liber.accip.atque ita 22 † non eſt mirum ſi impedimento perpetuo ſuccurratur magis, quàm temporali, argumento tex. in l. 2. C. de pat.qui fil.diſtraxe. iuncta l.de re filiorum ff. de tranſac. vbi patet faciliùs filium vẽdit, quàm de re filiorum tranſigat,non alia quidem ratione niſi quia faciliùs libertas perſonæ in priſtinum ſtatum reuocatur,quàm res alienata,ideòque illi maiori periculo cautum eſt. Hæc & alia in propoſito tradit Monter, per quæ exiſtimat ſatis ſuperque illi argumento factum, verùm vix eſt quòd quieſcat animus,ideò cogita.

Cæterùm † nec propterea diſplicet ratio huius prohibitionis,quam tetigit Ferret.vbi ſuperiùs in l. ſtipulatio hoc modo concepta nume. 14.& Bereng.Ferdin. vbi proximè num.10.circa finem,ideò videlicet cenſeri hanc donationem prohibitam quia idem ſit donare omnia bona præſentia, & futura, atque donare hæreditatem iuxta tex.in l.nam quod §. finali ff. ad trebel.Bar.in l.fina.nume.14.C.de pac. Ferdin. Vaſq. de ſucceſ. ſecunda parte lib.1.§.3. nume. 33.Petra de fideicommiſ.quæſtio.4.poſt nume. 8.verſ.*6.ampliatur*:pag.mihi 21.col.2.& verſicu. *& hæc concluſio*, eadem pag. col. 3. Micha. Craſ. ſenten.lib.1.§.hæreditas,quæſtio.1.nume.3.donatio † autem hæreditatis de iure non valet l. hæreditas C.de pac. conuen. l. ſtipulatio 61. ff. de verb.obligation.l.cum donationis 34.C.de tranſac.exornant latè doctores allegati per Iul. Clar.in verbo,*donatio* quæſtion.19.nume.6. & per Anthon.Theſau.deciſ.225. nume.1.viden. ad id Bar.qui pulchrè loquitur,in conſ.212.per totum,pluribus de his agit Hieronym⁹ de Ceuallos in ſpecul.commun.opinio. contra communes lib.1. quæſtio.140.n.2.

Verùm † hæc ratio non videtur ſatisfacere 25 nam hoc ipſum quærimus quare donatio hæreditatis prohibeatur poſito quòd idem ſit atque donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum: Petra in allega. tracta. de fideicommiſ.dicta quæſtio. 4.poſt nume.8. verſicul. *ſecundum caſus eſt* pag.mihi 19.col.2.quinque huiuſce rei adducit rationes,quas ſimul reprobat,

tũ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tu ipſe quam ex eis malueris elegito, aliam rationem adducit Ferret. in allega. l. ſtipulario hoc modo concep. nume. 1. vidend. ad hæc Fachine. controuer iur. libro ſexto, capit. 94. per totum, qui aliam ad id rationem tradit.

26 Ampliatur, † & ſeu declaratur hæc noſtra principalis concluſio vt procedat nedum quoad bona futura, vt videlicet quoad ea ſit nulla, & reprobata donatio omnium bonorum, ſed etiam quoad bona præſentia, vt videlicet nec in eis ſuſtineatur, Bar. in l. fina. C. de pac. nume. * 16. & ibi Bal. dicit hanc opinionem cõmunem, & Dec. ibidem nume. 36. & alij relati per Gutier. de iura. confirma. capit. 11. nume. 3. eandem tenet Euerar. in conſ. 6. nume. 6. Petra de fideicommiſ. quæſt. 4. poſt. nume. 8. verſ. & hæc, fol. 21. col. 4. eandem inter communes reponunt Ioan. Ficar. in additione ad Ioã. Baptiſ. Vilallobos in commun. opinio. verbo, *donatio* poſt nume. 140. Matheus eodem verbo, donatio, nume. 7. Rimin. in principio inſtitutio. de donatio. nume. 365. eandem opinionem dicit magis cõmunem Gom. in l. 69. tau. nume. 2. cum alijs latè per eos relatis, benè Aymon Craue in cõſ. 538. nume. 15. Ioan. Crot. in conſ. 76. nume. 26. †† lib. 1. Et hanc opinionem *tenet, & ſequitur* noſter Senatus vt tradit Michael Ferrer eiuſdem olim Senator in tertia parte obſeruan. 306. qui refert ita fuiſſe declaratum de anno 1555. alias eiuſdem Senatus deciſiones refert nobilis Ludouic. à Peguera deciſ. 138. poſt hæc ſcripta viſus.

27 Rationem † tradit non penitendam Iacob. Cancer varia. reſolutio. parte prima, capit. 8. de donatio. nume. 47. quia in factis contra legem ſi nõ valet quod fit vltra, non valet etiam quod fit intra, cap. dudum, de rebus non alienand. in 6. & clem. 1. eodem titul. ad quod idem Cancer allegat Bal. in l. quicunque C. de bon. quæ liber. dicentem † quòd ſi fiat conceſſio vltra li-
28 citum non valet etiam in eo quod eſt licitum, Ioan. de Immol. in rub. de teſtam. aſſerentẽ ratione formæ improbatæ à iure non fieri ſeparationem, & ſic vtile vitiari per inutile, Didac. lib. 2. varia. reſolu. cap. 16. nume. 5. & Bec. in cõſ. 92. ad finem pulchrè loquentes in propoſito, quibus adde Crot. in conſ. 250. nume. 42. & in ſuprà allega. conſ. 76. nume. 27. vidend. Aymon Craue. in conſ. 687. nume. 11. & Redoa. latè de aliena. rerum Eccleſiæ quæſt. 58. nume. 31. cum ſequen.

29 Cæterùm † qui ſibi perſuadere poſſet bona præſentia commodè diuidi, & cecerni poſſe in noſtra donatione à bonis futuris, facilè contrariam huic ampliationi tenere eidem liceret ſẽtentiam, & opinionem: expeditum enim in iure eſt in his, quæ diuidua ſunt, & quæ commodam diuiſionem recipere poſſunt vtile non vi-

* tiari per inutilis adiectionem, vt tenent omnes in reg. vtile, de reg. iur. in 6. & in l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verborum obligationi. & præ cæteris, pluribus comprobat Carol. de Graſ. in tracta. de exceptio. quæ opponi poſ. non obſtante ſta-
30 tu &c. exceptio. 28. nume. 35. vbi † propterea reſoluit inſtrumentum vſurarium non in totum, ſed in parte, non eſſe in totum reprobandum, ſed in ea tantùm parte, in qua eſt infectũ, Andre. Gayl. obſeruan. 88. nume. 12. lib. 1. idem Gayl. obſeruan. 4. nume. 6. lib. 2. & obſeruan. 5. † nume. 9. eodem libro dicens ita *iudicatum* in Camera Imperiali, Redoan. de rebus Eccleſ. q. 58. nume. 32. Neque eſſet ſolus nec vnicus in hac opinione, eam enim expreſsè tenent Bart. (cuius quanta ſit auctoritas nemo non videt) in conſ. 108. nume. 2. verſ. ſed ſi adijceretur, lib. 2. Dec. in l. fina. nume. 36. C. de pac. Hypolitus de Marſil. ſingul. 517. & nouiſſimè Ioan. Petrus Surdus in conſ. 450. num. 56. cum ſequentibus lib. 3. conſiliorum, qui præter ſupradictos ad idem allegat Ang. Alexand. Salice. Crot. Ruin. Bertran. & Anthon. Gom. in locis ibi relatis, qui omnes ſeparationem admittentes, & facientes inter bona præſentia, & futura vt actus potiùs valeat quàm pereat, donationem hanc noſtram in bonis præſentibus, reiecta inutilili adiectione futurorum, ſuſtinendam dixerunt.

Nec deſunt iura, & rationes, quibus hæc ſententia cõfirmetur, nos ex eis quatuor aut quinque tantùm iura proponemus, quæ mirificè id quod agimus, comprobent, ac confirment, atque imprimis adeſt tex. in l. ſancimus C. de do-
31 nationi. vbi † donatio vltra quingẽtos ſolidos facta, quæ de iure non valet abſque inſinuatione, ſuſtinetur in ipſis quingentis, & viciatur tantùm in exceſſu, cui tex. licèt conetur reſpondere Anthon. Gom. in l. 69. tau. nume. 2. quòd ibi iam erat taxata, & determinata à lege certa quantitas, in qua donatio valere poterat, id tamen difficultatem nõ tollit, vt de ſe patet manifeſtè, maximè quia in materia l. ſiue generalis de iu. dot. inferiùs in confirmationem huiuſce opinionis allegandæ non erat deſignata, nec taxata certa quantitas pro dote mulieris, & tamen ibi deciditur vtile non vitiari per inutile. Hæc Gomeſij reſponſio, licèt ab eo taceatur, priùs fuit Bal. in ſæpè allega. l. fi. C. de pac. num. 19.

32 Nec † placet ad eum tex. reſponſ. Ioã. Crot. in conſ. 76. nume. 28. quod ideò in dicta l. ſancimus donatio non inſinuata vitietur in exceſſu tantùm, & in quantitate permiſſa remaneat valida, quia illud ibi diſponit Imper. idque dedu-
33 cit ex verbo, *ſancimus*, ibi poſito, quod † eſt noui iuris promulgatoriũ iuxta gloſſam in clem. 1. verbo *ſancimus* de præben. & gloſsã in capi. 1.

de

de cler.non reſiden.in ſexto, ſecus exiſtimans futurum,ſed imò quòd in totũ corruiſſet, niſi id Imper.de nouo ſtatuiſſet, quod deducit ex l.illud C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi donationem excedẽtem quingentos ſolidos ex deffectu inſinuationis in totum corruere, & vitiari decidit:non(inquam)placet hæc reſponſio, quia non videtur verum quòd, ſeclusa diſpoſitione dictę l.ſancimus,donatio vltra legitimum modum facta ex deffectu inſinuationis in totum corruat,& vitietur,nec tale quid probat allega. l.illud, C. de ſacroſanctis Eccleſ. ibi enim tantùm diſponitur huiuſmodi donationem non aliter valere niſi actis inſinuata fuerit,non declarando,an id intelligatur in totum, an verò in exceſſu tantùm, vnde id ex alijs iuris principijs foret hauriendum, cui cum optimè applicari poſſet regula illa, vtile nõ vitiatur per inutile, indè proculdubio dicendum foret in terminis dictæ l.illud,in exceſſu tãtùm huiuſmodi donationem cenſeri vitiatam ea valida remanente in legitima quantitate,& hæc fuit intentio gloſſæ ibidem verbo,*valeat*.

34 Remanet igitur † in ſuo robore argumentum ex dicta l. ſancimus deductum nõ obſtantibus ſupradictis,ac proindè Iul.Clar.in allega. §.donatio quæſtio.20. nume. 21 per diſpoſitionem dictæ l.ſancimus, dicit facilè poſſe diſputando teneri quòd huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valeat in præſentibus reiecta mentione futurorum.

35 Præterea † ad idem eſt tex. in l. rogatus ff. manda. vbi tam in deciſione, quàm in ratione probatur fideiuſſorem qui in plus ſe obligauit, quàm principalis,remanere obligatum in eam ſummam, & quantitatem,in quam principalis eſt obligatus, in deciſione enim dicitur *fideiuſſorem, qui in maiorem ſummã, quàm rogatus erat fideiuſſiſſet, hactenus mãdati actionem habere, quatenus rogatus eſſet*, ex quibus verbis clarè quod dicimus probatur:alias enim niſi remãſiſſet obligatus, non daretur ei actio aduerſus principalem,ratio eſt elegans quaid probat I.C. *Nam* (inquit) *vſque ad eam ſummam, in quam rogatus erat, fidem ſuã expectaſſe videtur qui rogauit.*

* Et licèt contrariam aliqui dicant communẽ opinionem,hæc tamen verior, & æquior abſq; dubio eſt ſententia, quam & tenuere magni nominis vi.i Azo,Cyn.Albet.Dec.Carol. Molin. Galian. Alcia. Cortaſ. Duare. Baldui.& Eguin. Baro. quos refert, & ſequitur Eman. Soar. in theſau. commu.opinio.verbo, *fideiuſſor in maiorem ſummam*,nu.136.& in additione ad Gom. ad cap.13.de fideiuſſor.nu.1 tomo ſecundo var. dicens hanc eſſe veriorem, & æquè receptam opinionem,vbi † reſpondet ad l.græcè §. illud de fideiuſſor. non eſſe legendum *omnimodo non obligari*, prout habetur in vulgatis codicibus,ſed *omninò non obligari* vt habent pandectæ floren. & refert quædam additio marginalis ad dictũ §.illud, & hoc modo ille tex. non probat contrariam ſententiam, quia verum eſt huiuſmodi fideiuſſorem non omninò obligari, ideſt non in illo pluri, quod excedit principalem obligationẽ,benè tamen obligatur in eo in quo principalis,atq; ita ille tex.nihil probat contra hanc opinionem,vltra ſupradictos idem tenet Gom. tomo ſecundo varia.cap.13.nume.1.plures pro hac opinione refert Ceuallos in ſpecu.cõmu. contra communes libro primo quæſtione 382. nu.1.

37 Idem † quod tractamus probat tex.in l.ſiue generalis ff.de iu.dot. vbi(vt antea dicebamus) poſtquam I.C.ſtatuit dotis promiſſionem à curatore vltra vires patrimonij mulieris factam ipſo iure non valere, poſtea quærit an vitietur ea promiſſio in totum, an verò in exceſſu tantùm,& reſpondet quòd in exceſſu tantùm, remanente valida in eo in quo fieri poterat.

38 Ad idem † eſt tex.in l.pecunię,& in l.placuit ff.de vſur.& l.cum allegas C.eodẽ titul.quibus iuribus expreſsè deciditur ſtipulationem vſurarum vltra legitimum modum factam vitiari in eo tantùm quod excedit, non verò in reliquo.

39 Et finaliter † ad idem eſt tex. in l. ſcimus §. cum autem C.de inoffi. teſtam.vbi de fideicõmiſſo vniuerſali relicto filio ſub cõditione, vel in diem, vſq; ad legitimã detrahi dicitur cõditionẽ,vel tẽp°,& in reſiduo remanere,per quẽ * tex. id ibi communiter not.doctores,& latiſſimè expendit Roder.Suar.in repeti.l. quoniam in prioribus amplia. 6. per totam eodem titul. de inoffi. teſtamẽ. & ibi additio Iacobi Valdeſ. ſuper nume.1.vbi& in additione ad ampliationem ſecundam etiam ſuper nume.1.complures idem tenentes allegat, communem opinionẽ eandem dicunt Anthon.Gom.tom.1.varia. reſolu.cap.11.nume.25. Micha.Craſ.in §.legitima quæſtio. 39. nume. 4. cum alijs quamplurimis, quos ipſe allegat per te ipſum videndos.

40 Quæ reſolutio † procedit etiam in dote,quæ ſucceſſit loco legitimæ, vt ſcilicet ab ea reijciatur grauamẽ à patre appoſitum vſque ad menſuram legitimæ,& in reliquo ſuſtineatur, Suarez vbi ſupra amplia.12.nume.2.Craſ. vbi ſupra quæſtio.41.nume.4.qui plures allegat idem tenentes, & ſignanter Ferdin. Vaſq. de ſucceſſ. crea.§.10.n.259.communem,ac receptiſſimam hanc appellantem ſententiam.

41 Procedit † etiam eadem reſolutio etiam ſi filius grauat° ſimpliciter adeat, vel ſe immiſceat bonis paternis,item etiam ſi filius per petuò taceat, & non contradicat,vti ex Roder. Suarez in dicta lege quoniam in prioribꝰ tradit Gom. dicto tom.1.varia.cap.11.nume.25.quod tamen

quomodo

quomodo sit intelligendum vide per doctores à Gom. citatos, ego non possum in eo explicãdo immorari.

Si igitur (vt iam receptui canamus) in casib. supradictis admittunt iura nostra, & doctores separationem vtilis ab inutili, cur non etiam idem dicendum erit in nostra donatione, cum nulla ratio diuersitatis commodè assignari possit, & si aliquam considerare voluerint doctores, ea sanè verbalis tantùm erit, vti ex doctorum scriptis, & traditis, qui superiùs adducti sunt, clarè colligere licebit, ad quod signanter videatur, obsecro, Dec. in dicta l. fin. à num. 35. cum sequentibus C. de pactis. Videnda omnino sunt quæ inferiùs dicuntur hac eadem glos. in limitat. ad ampliationem secundam.

Hæc dubitãdi, & mouẽdi tãtũ causa aduersus cõmunẽ opinionem in hac ampliatione relatã dicta sint, & vt per ea doctioribus, & accutiori ingenio prẽditis detur occasio, & fiat locus veritatem huiusce rei accuratiùs, & diligentiori studio perscrutandi, ac inuestigandi.

42 Recipit † tamen hæc ampliatio, quam suprà *proximè tradidimus*, *singularem limitationem* vt non procedat quoties donationi *omnium bonorum* prẽsentium, & *futurorum* adiecta *fuisset* clausula, vt valeat omni meliori modo quo de iure valere potest, & debet, tunc enim per huiusmodi clausulã sustineretur proculdubio *in bonis* prẽsentibus: ita docuere Grat. respons. 70. num. 21. lib. 1. & Ioseph. Ludoui. decis. Peruf. 117. parte secunda nume. 6. & rursus nume. 28. * est communis vt in volumin. commun. opinio. tom. 2. loco 4. titul. 11. cap. 11. vers. 5. limitatur, idem probat Cæs. Vrsil. in additione ad Afflic. decis. 107. vbi dicit se ita *obtinuisse* in facto † consilio Neapol. propter virtutem non modicam eiuscemodi clausulę, quæ † facit valere actum eo modo quo potest, Bar. in l. si quis maior num. 9. C. de transac. refert Ioan. Gutier. de iura. confirma. parte secunda capi. 2. nume. 5. cum sequentibus, remissiuè Seraphi. de priuileg. iuram. priuileg. 98. nume. 2. Bal. in l. cum pater §. filius de lega. 2. Cel. Hugo in consil. 120. nume. 54. latè Felin. in cap. cum super nume. 11. de offi. iudi. delegat. vbi sex exemplis doctrinam hanc illustrat, Ioseph. Ludoui. in allega. decis. 117. à nume. 2. cum sequentibus, quo loci prẽter doctores penè infinitos materiam dictæ clausulæ pertractantes, quos enumerat, vndecim ad id exempla, & specialia tradit, & Nat. in cons. 453. à nume. 13. cum sequentibus, qui ex Alexand. in cons. 113. post redditum lib. 3. & alijs, quos ipse allegat, dicit † clausulam hanc omni meliori modo &c. operari vt vtile non vitietur per inutile, ad quod tria adducit exempla.

Ex quibus quidem omnibus exemplis nostria selegimus, quæ mirificè faciunt ad nostrum propositum, primum † est de ordinario, qui putans se delegatum processit vt talis, cum tamen delegatus non esset, vndè proculdubio processus sic factus dici debet nullus, & nulliter factus, si tamen in eo reperiatur clausula omni meliori modo &c. sustinebitur indubitater ex potestate ordinaria, quæ verè competebat, & reijcietur illud, quod processit vt delegatus, & hoc exemplum tradunt Felin. Nata, & Ludou. vbi superiùs, atque ita ego consulebam fiẽdum de anno 1604. in quadam causa Apostolica ab Illustrissimo Hispan. Nũtio cuidam Episcopo, & eius Vicario generali, & Officialibus delegata, in qua, prẽsentata cõmissione Episcopo, postmodum eius Vicarius generalis putans se subdelegatum ab Episcopo, cum tamen non esset, processerat: consulebam (inquam) quòd per Vicarium generalem in quodam altercato incidenti, cuius declaratio habitura erat vim deffinitiuę, declararet vt subdelegatus ab Episcopo, aut aliàs omni meliori modo &c. & ita censebam declarationem prędictam sustinendam, si nõ ex potestate delegata ab Episcopo, quæ reuera non erat, saltem ex potestate ordinaria, qua vt Vicarius generalis poterat de dicta causa cognoscere.

46 Secundum † exemplum constituitur *in petente plus debito*, qui per huiusmodi clausulam euitat pœnam plus debito petentium, & sustinetur petitio in eo quod verè debetur, reiecto eo quod non debetur, & hoc exemplum tradunt Grat. in cons. 63. nu. 6. lib. 2. & Ludoui. vbi suprà n. 3.

47 Tertium † tandem exemplum constituitur in fideiussore, qui in plus se obligat quàm principalis, quæ quidem obligatio secundum aliquos inanis in totũ fit, nedum in excessu, iuxta tex. in Lis qui accessionis, & l. græcè §. illud ff. de fideiussor. licèt secundum alios id aliter procedat, vti antea docuimus, si tamen adest clausula quòd talis fideiussor intendit se obligare omni meliori modo, tali casu sustinetur obligatio in eo ad quod tenetur principalis reiecto eo quod est plus.

Hoc exemplum adducitur à Nat. vbi supẽriùs: ex quibus omnibus videtur satis comprobata hæc nostra limitatio propter vim, & efficaciam (quæ summa est) clausulæ prędictæ, omni meliori modo &c. quam benè noscunt Romanistæ, qui in causis Ecclesiasticis solent ferè semper adijcere in sententijs clausulam, atque ita declaramus non solùm prędicto, sed etiam omni meliori modo &c. per quam existimant suppleri posse quoscumque defectus, qui in sententia existerent.

48 Pro maiori † huius clausulæ *omni meliori modo*, intelligentia, & doctrina summè notandum est quod tradit Veral. Caputaquen. decis. 124.

in

in prima parte eam non operari nisi circa expressa tantùm, quando apponitur sine dictione (&) si verò cum ea, tunc operari etiam aliquid vltra expressa, atque ita dicit seruari per
† Rot. & fuisse *resolutum* de anno 1512. sequitur Viui. decis. 195. n. 5. lib. 2.

49 Cæterùm † cum iuramentum faciat ex sui natura valere actum omni meliori modo &c. quid dicemus de donatione iurata, an saltem ea sustineatur de bonis præsentibus? hanc dubitationem in sequenti ampliatione enodabimus: non enim videtur iustum perquirere an teneat in bonis præsentibus, quin priùs viderimus num & in præsentibus, & futuris subsistat propter virtutem iuramenti, quod sequenti ampliatione præstabimus, Deo cócedente, interim si quis pro sua nimia celeritate eam expectare non possit, recurrat ad Seraphi. de Seraphi. priuileg. 107. per totum, vbi exactissimè pertractat, & tenet quòd nō, quamuis nos aliter forsan tenebimus, vti inferiùs apparebit.

50 Ampliatur † igitur vlteriùs hæc nostra conclusio vt procedat etiamsi huiusmodi donationi omnium bonorum adijciatur donatoris iuramentum: nam neque tunc valet, nec tenet, Bar. per illum tex. in sæpè allegata l. stipulatio hoc modo concepta nume. 5. ff. de verborū obligationi. referunt complures, ac penè innumeros doctores idem tenentes Iul. Clar. in §. donatio quæstio. 20. per totam, Didac. in rubrica de testam. secunda parte nume. 5. Ioan. Gutier. de iuram. confirma. parte prima cap. 11. nume. 11. Petrus Dueñas in regul. 219. ampliatione secunda, & Rolan. à Valle in cons. 65. nume.
* 2. volumi. 1. qui etiam attestatur de communi,
† eandem ampliationem *approbat* intrepidè noster Senatus vt constat ex traditis per Michaelem Ferret tertia parte obseruan. capit. 306. atq; ita declarauerat de anno 1592. in causa Petri Molins contra Stephanum Fonoller, cuius memini in ritatecia hæreditamentorum, in illa enim donatione, de qua in dicta causa agebatur, aderat iuramentum donatoris.

51 Communis † ratio huius ampliationis est quia hæc donatio sit contra bonos mores, ad communiter notata per doctores in sæpè allega. l. stipulatio hoc modo concepta, de verborum obligationi. & in l. fina. C. de pact. atque
52 ideò † iuramento non confirmetur, ex vulga. reg. non est obligatorium, de regulis iuris in 6.

53 Contrarium tamen † tenuerunt alij nō pauci, nec classis infimæ doctores Pan. in consi. 18. nume. 1. volum. 1. Corne. in cons. 252. volumi. 3. Dec. in cons. 655. nume. 12. idem Dec. in l. pactū quod dotali col. 1. C. de pactis dicens hanc opinionem veriorem esse, Barthol. Cepola consil. ciuili 8. Aymon Crane. in consil. 159. col. finali Socin. Iun. in cons. 65. nume. 49. & in cons. 145. nume. 36. volumin. 1. Fortun. Gar. de vltim. fin. illatione 20. vertic. *certum casus* Bal. in capit. 1. §. monibus, si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agna. in vsibus feudo. & Didac. qui supradictos omnes refert, & sequitur in rubri. de testam. secunda parte nume. 5. & 6. quibus adde Riminal. idem tenentem in principio institutio. de donatio. nume. 28. Andre. Fachin. controuer. iur. lib. 6. cap. 88. per totum, Ferdin. Vasq. controuer. viu frequen. cap. 62. à nume. 2. cum sequentibus, & nonnisi mè eandem opinionē tenet doctissimus, & religiosissimus, deque sacra Theologia, & iuris prudentia optimè meritus Ludouicus Molina Societatis Iesu de iusti. & iu. disputa. 151. per totum, idem Molina de contract. disputa. 280. nume. 3. & Leonardus Lessius eiusdem Societatis Iesu alumnus de iusti. & iu. lib. 2. cap. 28. dubit. 13. nume. 96. dicens
54 † infirmam rationem, qua iurisperiti ad cōtrarium tenendum mouentur.

55 Nec desunt † pro hac parte rationes, quæ id suadeant, quas latè prosequuntur Didac. Ferdin. Vasq. & Molin. vbi superiùs, eas libet hic inferere vt his, quibus hæc opinio placuerit, absq; alia librorum reuolutione sint in promptu. Ad confirmandam igitur hanc opinionem doctores omnes eo nituntur fundamento, quòd auferre sibi facultatem testandi nō sit contra bonos mores, qui turpitudinem præ se ferant, de quibus loquitur tex. in allega. reg. non est obligatorium, de regulis iuris in 6. vndè proculdubio donatio, per quam facultas testandi auferretur, ex iuramento vires accipiet: antecedens probant doctores supradicti variis medijs.

56 Primò quia † si contra bonos mores esset auferre sibi potestatem testādi mortale crimē, aut saltem veniale committeret qui animo deliberato hoc iure testandi se ipsum priuaret,
57 quod nullatenus est dicendum, tum † quia voluntati humanæ potest quis renuntiare, capit. si religiosus de elect. in 6. cap. fina. de testam. eodem libro, cap. non dicam 12. quæstione 1. tum
58 etiam † quia alias valida non foret donatio quam tractamus etiam si Ecclesiæ fieret: quod enim peccatū est, vel alias illicitū nec ex causa religionis, nec alias ob aliquam piam causam permittitur, capit. super eo de viuris, vndè si ciuilia iura donationem hanc ex eo quòd sit contra bonos mores naturales reprobarent, vim etiam haberent proculdubio quando Ecclesiæ fieret, non enim credendum est Pontifices Summos fouere peccata, atque ideò velle illicitum ex se, itaque ciuili nullum vim habere si Ecclesiæ fiat. Itē † clausula quæ futuris testamentis derogat non indicatur turpis, imò tā-
59 quam licita testamentis adiecta vtroque iure

defenditur

defenditur per ea quę not. doctores in l. ſi quis, in princip. de lega. 3. & in l. ſi mihi & tibi § fin. de leg. 1. per huiuſmodi autem clauſulam nemo non videt auferri ſibi facultatem teſtandi qui in ſuo teſtamento eam apponit, ergo id nō eſt contra bonos mores.

60 Rurſus † hæc libera teſtandi facultas ſtatuto tolli poteſt, & pacta ſuper his appoſita approbantur de iure vt ſcribit Bal. in l. cum Archimedoram nume. 12. C. vt in poſſeſſio. legat. & in l. de quibus ff. de legib. & ex alijs comprobat Couar. vbi ſuperiùs.

61 Præterea † iure naturali poteſt quis omnia bona quæ habet, quæque habere vnquam poterit, & habuerit omninò donare, aucten. ingreſſi C. de ſacroſanctis Eccleſijs, & l. Deo nobis, C. de Epiſcopis, & clericis.

Hæc ſunt argumēta quæ à Didac. adducuntur,

62 quibus † addit Molin. in loco ſuperiùs allega. diſputatione videlicet 151. eum qui promiſit non reuocare teſtamentum, non habere facultatē illud reuocandi. Item †

63 promittentem ſub iuramento pœnam ſoluere ſi teſtamentum reuocaret non poſſe abſque periurio illud reuocare, licèt contrarium teneat Didac. loco ſuperiùs allega. nume. 16. Item †

64 poſſe quem ex cōſenſu Principis adimere ſibi facultatem reuocandi teſtamentum vt comprobat Didac. vbi ſuprà nume. 3. eiſdem poſt repetitionem ferè omnium rationum ſuprà traditarum addit Seraphi. de priuileg. iuram. priuileg. 75. nume. 30. verſ. *quinto, & vltimò*, hanc opinionem corro-

65 borari ex tex. † in l. omnium C. de teſtam. vbi Imperator inquit *voluntates hominum audire voluimus: non iubere ne poſt ſententiam noſtram inhibitum videatur commutationis arbitrium*, ex quibus verbis in comprobationē proximè traditæ rationis colligit Didac. vbi ſuperiùs quòd ſi Princeps conſenſu teſtatoris prohibuiſſet commutationis arbitrium omninò eſſet ſublata facultas commutandi teſtamentum, poſtea Seraph. in verſi. *accedat*, vltra ipſum, aliam tradit ratio-

66 nem, quia † licèt teſtamētum ſit introductum de iure gentium, tamen reſpectu ſolemnitatis formalis eſt de iure ciuili l. ius autem ciuile, de iuſti. & iu. & propterea poteſt aliquibus perſonis, & in certis caſibus interdici facultas teſtandi per ipſam legem ciuilem vt patet in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, vbi

67 † ſeruus pœnæ reputatur mortuus, & prohibetur facere teſtamentum, prouti etiam habetur in l. 1. C. de hæred. inſtituen. idem probatur in §. legari, inſtitu. de lega. & toto titul. inſtitutio. quibus nō eſt permiſ. facere teſtam. cum ſimil. allega. per Brun. in ſuo tracta. de ſtatu. fœmin. à ſucceſ. excluden. articul. primo, quæſtione 3. in fine.

Alia adducit Coſmas Guimer in pragmatic. ſanctio. titul. de ſubla. clemen. liter. gloſ. in verbo, *cuicunque*, vbi quæſtionem de donatione omnium bonorum an valeat, latiſſimè examinat. Ex quibus quidem omnibus videtur ſatis, ſuperque comprobatum donare omnia bona præſentia, & futura, & priuare ſe ſe facultate teſtandi non eſſe contra bonos mores, qui turpitudinem præſe ferant, & peccatum contineant: quia aliàs non procederent de iure quæ ſuperiùs vera eſſe conſtituimus, & proindè videtur poſſe huiuſmodi donatio iuramento firmari.

Et licèt ferè omnibus rationibus ſuprà in cō firmationē huiuſce opinionis adductis conetur ſatisfacere Seraphi. dicto priuileg. 75. nume. 35. verſ. *non obſtat igitur*, cum ſequen. nihilominùs ego arbitror neminem, qui hanc opinionē ſequi voluerit, futurum qui propter ſupradictas reſponſiones ab ea recedat, leues enim valdè videntur, nec vim argumentorum minuere in aliquo. Quid dicendum, quidque in hoc cōflictu tenendum? pro vna parte præmimur auctoritate communis opinionis, quam hucuſque omnes ferè doctores, præter pauculos ſuprà citatos, ſequuti ſunt, nec non & noſtri Senatus grauitate qui eam incōcuſsè amplectitur, donationem videlicet qua de agimus iuramento nō firmari: pro alia verò parte opprimimur rationum efficacia, quæ pro cōtraria faciunt opinione, nec non & auctoritate grauiſſimorum virorum eādem tenentium, qui licèt numero pares non ſint cum alijs, negari tamē non poteſt quin eos ſcientia, & doctrina æquent. Amplectatur quilibet quam ex his opinionibus maluerit: ego enim exiſtimo nullum peccatum commiſſurum eum qui vna relicta alteram ex ipſis elegerit.

68 Et ſi nihilominùs † prior opinio negans iuramento firmari hanc donationem tibi placuerit (neque placituram dubito, quippè quia non fit iam qui audeat contra communes moliri opiniones) eam limitabis vt non procedat quoad bona præſentia: quoad ea enim per iuramētum ſuſtinebitur, ad quod citat Seraphi. priuileg. 107. nume. 3. Salicē. in l. fina. C. de pac. Areti. in conſil. 54. ad finem, Ruin. in conſil. 51. in fine volum. 1. Corn. in conſ. 252. col. 3. volu. 3. Socin. Iun. in conſ. 65. nume. 50. & conſ. 143. nume. 37. col. 1. Craue. in conſ. 139. Gtar. in allega. reſpon. 70. nume. 25. cum duobus ſequen. adde Nat. in conſ. 453. num. 16. Guido. Papæ ſingul. 844. nume. 2. Euerar. qui benè loquitur in ſua topica lega. loco à vi & energia iura. nume. 27. March. Anthoni. Bauer. de virtu. iura. nume. 6. vbi citat Aretin. in dicto conſ. 54. idem tenentem, & hanc dicit eſſe vnam ex limitationibus eorum quæ traduntur in ſæpè allega. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verborum obligationibus,

latiſſimè

latissimè Sutd.in consil.450.per totũ, & signanter nume.60.lib.3.vbi rationes adducit pro hac opinione, & concordantes allegat, contraria soluit, & Cagnol.in l.fina. C. de pac.dicentem communem esse doctorum opinionem in cõtrarium, reprehendit ex eo.quòd nihil tale vnquam dixerit aliquis ex doctoribus, sed solùm quòd donatio omnium bonorum non confirmatur iuramento, loquuntur tamen quoad hoc vt valeat in totum tam respectu futurorũ, quàm etiam respectu præsentium, quod dicit benè animaduertisse Ruin.in consil.51.num.24. volumin. 1. alios allegat Petra de fideicommiss. quæstio.4.in additione post nume.8. pagin.21. col.4.versi verum est, Nat.in consil.453.nume.16.

69 Quæ opinio fundatur ea ratione, quia † iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo, & actum valere facit omni meliori modo quo potest, vulga.l. cum pater §.filius matrem, quæ ad id solet quotidiè allegari, de lega. 2. & cap.ad nostrã, et cap.quãto de iureiurãdo Bar. in l.cum quis decedens §.codicillis nume.8.de lega.3.cum mille alijs, quos refert Seraphi. priuileg.98.vbi latissimè, quam plura indè infetens speculatus, dictum hoc examinat, quibus adde Euer. in allega. loco à vi & energia iura. vbi de eo dicto agens à nume.20.cum multis sequentem refert effectus maximi momenti, quos operatur iuramentum ex eo quòd habeat vim clausulæ omni meliori modo, Didac.in capit. Reynal.§.3.à nume.10.cum sequentibus, extra de testamen. vbi doctè, prout solet, de veritate huiusce nostri dicti, simulque de intelligentia tex.in allegl. cum pater §.filius matrem agens plura tradit in ornatum huius rationis, idem Didac.in relec.capit. quamuis pactum secunda parte §.6. nume. 1. in 13. conclusione, ad idem Eman.Soar. in additione ad Gom.super capit. 12.tomo secundo de contrac. in littera T. qui se ipsum citat copiosè de intellectu dicti §. filius matrem agentem in lib. 1. obseruan. iur. cap.8.nec non & Fran.Bal.in Iustinia.pag.280. & sequentibus, & Iacob.Cuia.institutio. de fideicommiss.in vers.*per ipsum* pag.47. & nouissimè Ioan.Gutier. de iura. confirmator. parte secunda cap.22 nume. 2.cum multis sequentib. vbi plura adducit in ornatum huius propositionis, & explicationem tex.in dicto §. filius matrem, inter communes opiniones hanc refert Vlallobos verbo, iuramentum, nume.157. Alciar.plenè in cap.cum contingat, de iure iurando, Veg.in consil.71.num.14.Bertazol.in repeti. l.si quis maior, nume. 465. 745. & 770. C. de transac. Redoa.de rebus Ecclesiæ non alienan. quæstio.55.in principio nume.8.& 30.Fab.Turret.de effec.clau. codicil. quæstio. 134.& Peregri.de fideicommiss.articul.34.nume. 75. quam tamẽ rationem desumptam ex æquiparatione iuramenti cum clausula omni melioti modo in proposito reprobat Hieronymus Gab. consil. 137.nume.25.cum sequentibus, lib.1. rationem differẽtiæ adducens quam per te videas. Et denique pro eadem opinione allegari possunt omnes doctores supra citati in limitatione ad priorem ampliationem nostræ conclusionis tradita quatenus dicebant sustineri donationẽ omnium bonorum saltẽ in bonis præsentibus, quãdo el adijcitur clausula vt valeat omni meliori modo quo possit: cum enim iuramentum vim habeat eiusdem clausulæ, idem procul dubio asseruissent prædicti doctores de donatione iurata si de ea interrogati fuissent.

Cæterùm quia Seraphi. de Seraphi. qui rem hãc omnium copiosissimè pertractat in allega. priuileg.107.opinionem cõtrariam huic nostræ tenet, & eam fortissimis propugnaculis conatur munire, & argumenta, quæ pro nostra limitatione faciunt, destruere, operę prętium propterea me facturum existimaui si hanc nostram limitationem nouis, & indissolubilibus rationibus, quæ vel non sine animaduersæ, vel si animaduersæ sint, minùs tamen aptè solutæ, confirmarem, & fortioribus ipsius argumentis, quibus ipse vti Bononiensi Carocio totis viribus innititur, responderem.

70 Est igitur † fortius argumentum, quod aduersus hãc nostram limitationem adduci, meo iuditio, potest, nam reliqua quæ à Seraphi. adducuntur satis debilia fient ex dissolutione huius quod tractamus argumenti: Certæ enim de iure sunt duæ propositiones, quæ omnes militare videntur in nostro casu, prima quòd in factis contra legem vtile non separatur ab inutili, imò vitiatur, vt superiùs dicebamus, ad quod sunt iura tex.in l.si libertus §.si quis plures ff.de iu. pat. vbi disponitur quòd donatio plurium rerum vno contextu facta in fraudem, & prohibitionem legis, ipso iure & totaliter est nulla etiam respectu eorum, de quibus separatim, & de per se valere poterat, cum alijs allegat. per Ruin.in consil.65.& *in* consil.109.nume.27.lib.4. pluribus exornat Craue.in consil.687. nume.11. & in consil.780.nume. 7. ex Bal.qui pulchrè loquitur in l.certi condictio §.quoniam num.3.si cert.pet.

71 Secunda propositio, in indiuiduis, & in his quæ commodam diuisionem recipere nõ possunt vtile vitiatur per inutile Bar.in l.græcè §.illud nume.2.de fideiussor. Ang.& Immol.in l.r. §.sed & si mihi, de verborum obligatio. Roma. consil.66.num.2.Din.in reg. vtile circa medium de regulis iuris in 6.pulchrè Crot. in consil.76. nume.25 lib.1.& in consil.191.nume.20. cum sequentibus lib.2.& in consil.250.num.38.eodem libro, Nat.in consil.479.nume.29.Mar.Man singul.335.Seraphi. de priuileg iura. priuileg.107.

nume. 50. Sutd. decis. 7. nume. 35. cum sexcentum alijs quos ipsi allegant.

72 Quæ † propositio procedit in omnibus speciebus indiuidui, quas tradit Bar. in dicto §. illud l. græcè de fideiuss. videlicet in indiuiduis tatione voluntatis disponentium ex tex. in l. pedius §. in fetuum, de recep. arbit. in indiuiduis tatione dependentiæ, seu cuiusdam appenditij vt principale, & accessorium ex tex. in l. tunc inutile ff. de pecul. legat. in indiuiduis, & inseparabilibus de natura ex tex. in l. 1. §. item quæritur, & §. Trebatius, de aqua quoti. & æstiu. & denique in indiuiduis forma, hoc est propter formam traditam à lege, vt in obligatione fideiussoria ex tex. in l. græcè §. illud ff. de fideiuss.

Hæ (inquam) propositiones proculdubio procedunt, & locum habent in nostro casu, in quo sumus in facto contra legem, per quam prohibetur fieri donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, vti latè suprà cõfirmauimus: sumus etiam in casu indiuiduo, altero ex quatuor modis suprà enarratis, vel etiã propter iuramentum in nostra donatione appositum, de cuius natura est † actum alijs diuidendi, & diuisibilem reddere indiuiduum, & indiuisibilem, Bal. in §. cum autem nume. 2. & 3. de contr. quæst. in vsibus feud. Gram. in cons. 24. ad finem, Craue. in cons. 201. nume. 17. Steph. prius leg. 107. nume. 29. Sutd. decis. 16. latissimè Cott. in verbo, *iuramentum est quid indiuiduum*, & verbo, *testis falsus*. 73

Ex qua † indiuisibilitate iuramenti plura deducunt doctores, primò quòd si testis falsum dixerit super vno articulo non creditur ei in aliquot quia depositio testis fundatur super indiuisibili, id est super iuramento Bal. in l. certi conductio §. quoniam nume. 3. ff. si cert. pet. versical. *decimo est obiicitur*, plenè Sutd. in allega. decis. 16. per tot. 74

Secundò indè † infertur doctores non posse quem laudi executionem petere in capitibus factionabilibus, & in grauatorijs ab eo reclamante propter indiuiduitatem iuramenti in compromisso appositi, latè Vincen. de Franch. decis. 173. per totam, qui dicit ita fuisse in Sena. Neapol. *declaratum*. 75 ‡

Si ergo (vt argumenti vires perstingamus) in factis cõtra legem, & in actibus indiuiduis, quę commodam diuisionem non recipiunt, vtile vitiatur per inutile, & in nostro casu sumus in facto contra legem, & in facto indiuiduo, indè dicendum proculdubio videtur per inutilem adiectionem bonorum futurorum vitiari donationem omnium bonorũ, etiam quoad bona præsentia.

Hoc argumentum *fortissimum est*, non est negandum: Cæterùm facilem, Deo concedente, speramus illius dissolutionem. 76

Primò tamen † respondemus ad primum, malè constitutam esse regulam quòd vtile vitietur per inutile in his quæ contra legem fiunt, nec tale quid iure probari posse, & si & vbi ad id cõmuniter adducatur exemplum de locatione rei Ecclesiasticæ vltra tempus à iure permissum facta, vt ea nec in tempore, vel ad tempus permissum sustineatur, *in casu est specialis propter verba illa, nec accipienti ius aliquod acquirit*, posita in clemen. 2. de rebus Eccles. in cõtrarium allegata, quæ eam locationem ex sui natura nedum in eo quod est extra, sed in eo etiam quod est intra, inutilem omninò reddunt ex vi negatiuæ cum dictione, *aliquod*, ibi positæ, cuius † ex est natura vt in qualibet parte verificetur ex glos. in clemen. 1. verficul. *aut eorum*, de foro compet. & ex alijs, quos longa serie refetunt Didac. dicto lib. 2. varia. cap. 16. nume. 5. & Rebdoan. dicta quæstione 58. nume. 35. similia fere verba cõtractum prædictum in omni eius parte anullantia habentur in extrauaganti ambitiosæ, de rebus Eccles. in extrauagan. communi. ibi, *locationem aliter factam nullius omninò esse roboris*, quæ etiam referuntur in §. emphyteusim in fi. in auctẽ. de non alienand. aut per mutan. quæ quidẽ verba anullatiua cõtractus in omni illius parte non erunt in reliquis casibus, qui contra legem fiunt, ac proindè in eis nõ propterea vtile vitiabitur per inutile, nec ille extra in consequentiam trahetur: clarum ad id habemus exemplum in donatione excedente quingentos solidos, quam nemo negabit contra legem fieri nisi insinuetur l. donatio, l. data, & l. sancimus C. de donatio. & tamen ea reprobata tantùm censetur in excessu, non in eo, in quo validè fieri poterat, dicta l. sancimus. Quibus adde quod Andr. Gayl. practi. obseruan. lib. 2. obseruat. 4. nume. 14. tenet cõtrarium eius quod *suprà dictum fuit*, dicens ex Bal. & Ias. per eum allegat. communem esse opinionem quòd imò concessio in emphyteosim vltra tempus debitum facta non vitietur in totum, sed in excessu tantùm, benè ac latè articulum examinat patet Molina de contrac. disputa. 467. per tot. viden. Lapus allegat. 80. Afflic. decis. 107. & ibi Vtil. per tot. Ioan. Gutier. in canoni. quæstion. lib. 2. cap. 23. per tot. *

Vndè † melius forsan, quàm reliqui, ad explicationem regulæ, *vtile non vitiatur per inutile*, dicebat Æmil. Ferret. in l. 1. §. si quis simpliciter versicul. *neque vitiatur inutilis per hanc inutilem* à nume. 7. cum sequentibus, de verborum obligatio. constitui in his nõ posse certam regulam, sed ad singula semper esse recurrendum, & à propria cuiuscunque rei causa sumendam esse huiusce rei veritatem: inde enim, & non aliàs percipietur in quibus casibus, & in quibus non 79

vitietur

vitietur ea vulgaris regula, quod visus est insinuasse l.C in dicto §. si quis, vbi non dixit simpliciter vtilem non vitiari per inutilem, sed vtilem non vitiari per hanc inutilem, id quod per plura exempla ibi latissimè commonstrat idem Ferret: quem tu ipse ad id videto: nobis enim sat est ad nostrum propositum hæc summo digito attigisse, & animaduertisse.

In nostro igitur casu licèt donatio, quam tractamus, contra legem fiat, quia tamen verba legis contractum ipsum in omni eius parte annullantia non habemus, sicuti de locatione rei Ecclesiasticæ vltra tempus permissum facta antea dicebamus, nec iustam aliquam causam, vel rationabilem rationem, propter quam inutilis adiectio bonorum futurorum vitiet donationem in præsentibus, in quibus validè fieri poterat, saltem accedente iuramento, quod, vt suprà dicebamus, facit actum valere omni meliori modo quo potest, indè dicendum arbitror dici non posse quòd propterea vitietur etiam in bonis præsentibus quòd contra legem fiat, vel aliàs.

80 Nec † item obest secundum argumentum, quo in indiuisibilib⁹ vtile per inutile vitiari dicebamus; namque respondetur faciliter donationem nostram non esse de indiuisibilibus, nec de his, quæ commodè diuisionem non recipiunt: non enim video quid vetet bonorum præsentium à futuris separationem vt actus potius valeat, quàm pereat, postquam videm⁹ (& hæc sunt rationes nostræ limitationis) donationem excedentem quingentos solidos, promissionem dotis vltra vires patrimonij mulieris factam, stipulationem vsurarum vltra legitimũ modum concepram, & grauaminis appositionem in filio in bonis à patre relictis etiam factam in excessu tantùm vitiari, remanentibus validis in eo in quo validè fieri poterant, & consequẽter in dictis casibus videmus separationem fieri vtilis ab inutili, vt latissimè suprà eadem hac glossa à num. 31. extitit comprobatum. Quibus addendus omninò est Tiraquel. de retrac. conuen. in fine, nume. 141. qui in donatione excedente quingẽtos solidos, & in stipulatione vsurarum vltralegitimum modum facta dicit ideò

81 vtile non vitiari per inutile, quia † sumus in cõtractibus, & in re diuidua, quẽ sequitur Surdus decis. 248. nume. 22. vbi refert pulchram ex hac

† regula, & ex hoc principio *resoluisse*, & *resolui* consuesse Senatum Mantuanum quæstionẽ de eo qui constituerat se debitorem alterius certa de causa, & vbi in tempore non soluisset ex nunc dederat in solutum certum prædium pro aureis decẽ & septẽ in singulas bubuleas: cum enim creditor aduenientе die vendicaret prædium, & fuisset dubitatum an eiusmodi factum sustineri posset, dicit is doctor fuisse resolutum, & conclusum non valere, sed imò esse nullum tamquam pactum legis commissoriæ, quod quomodo sit, probat ex nume. 9. nos autem omittimus, quia non facit ad institutum, transit vlteriùs (& hoc est quo opus ad propositum habemus) in nume. 21. circa finem, & dicit consuesse Senatum non in totum annullare contractum, sed decernere quòd fiat iusta æstimatio, & secundum illam detur res in solutum, quia (inquit) in contractibus vtile non vitiatur per inutile: idem antea de contractibus docuerat Bald. in l. certi condictio §. quoniam nume. 3. in principio ff. si certũ petat. Si igitur in superioribus quatuor casibus commodam diuisionem vtilis ab inutili fieri posse dicitur, cur non etiam idem dicemus in nostra donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum?

82 Quod † attinet ad iuramentum, per quod dicebamus actum aliàs diuiduum reddi indiuiduum respondet Ias. in l. prima §. sed & si mihi, numero quinto, circa finem, de verborum obligationibus, quòd iuramentum siue sit diuiduum, siue indiuiduum debet iudicari secũdum materiam, superqua ponitur, quod est dicere iuramentum ex se neque esse diuiduum, neque indiuiduum, sed regulari secũdum materiam, in qua interponitur, idque probat ex glossa prima in capite petitio, extra de iure iurando.

83 Et id † puto esse quod communiter deducunt doctores ex l. finali C. de non numerata pecu. iuramentum regulari secũdum naturam actus, super quo interponitur, & illius naturam sortiri, nec non & recipere omnes conditiones quas actus ille recipit, ad cuius dicti explicationem vide pro nunc, præter ordinarios, Osascũ decisio. 41. numero quinto, & 11. Ioseph. Ludouic. decisio. Perus. 64. numero 15. & 16. Petrum Anthonium de Petra, de fideicommissi. quæstione quarta in additione post numerũ octauũ pagin. 22. col. quarta verticulo *secundo in contrarium*, Molina de primogeni. Hispan. libro quarto capite secundo numero 56. & omnium latissimè de hisagentem Ioannem Gutierrez de iura. confirma. parte prima capite 37. ferè per totum, & Bernard. Diaz regula 390. latè Didac. in capite quamuis pactum prima parte §. quarto à numero primo cum sequentibus, benè Ludoui. Morot. respon. 51. num. 31.

84 Indè † videmus quòd licèt in casibus particularibus pro contrario allegatis indiuidui natura retineat iuramentum, in alijs tamẽ quamplurimis diuisionem admittit, & pro parte valere dicitur, & pro parte non, est ad id glossa elegans in dicto capite petitio, per illum text. extra de iure iurando, quo loci etiam si quis iurauerit non esse contra aliquem, potest tamen contra eum esse in propijs causis, & Ecclesiæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuæ, licèt quoad reliqua teneatur iuramentum ſeruare, ad idem tex. in capite dilecti extra de maiori. & obedientia, vbi is qui iurauit aliquid plus ſe ſeruaturũ quàm deberet, vel teneretur, non tenetur quoad exceſſum tale iuramentum ſeruare licèt quoad reliqua benè teneatur, & denique (vt reliqua omittamus) ad idem eſt tex. in l. ſi ex falſis C. de tranſac. vbi tranſactiones, ſiue pactiones ex falſis inſtrumẽtis inhitæ, quãuis iuris iurãdi religione roboratæ ſint, reſcinduntur, & retractantur falſo reuelato, ita tamen vt ſi de pluribus cauſis, vel capitulis eædem pactiones, ſeu tranſactiones inhitæ ſint illa tantùm cauſa, vel pars retractetur, quæ, ex falſo inſtrumento compoſita, conuicta fuerit, alijs capitulis firmis manentibus.

85 Quod † adeò verum eſt vt ſi in contractu plura capitula continente apponatur iuramẽtum, non ſufficiat abſolutionem ab vno habere, vt tradit Socin. in conſilio 59. numero 10. volumine tertio relatus per Paris. in conſilio 14. numero 16. in fine, volumine primo, latiſſimè doctores ad id allegat Surd. conſ. 414. num. 54. lib. 3.

86 Et nedum † ſupradicta vera ſunt circa naturam iuramenti, ſed & in aliquibus caſibus (retorquea. nur argumẽtum in caput aduerſarij) eſt tantæ potentiæ quòd ſi interponatur ſuper actu aliàs indiuiduo, qui ſui natura non poſſit valere propter indiuiduitatem, facit illud indiuiduum vt valeat, & ſortiatur effectum in illa parte in qua valere poteſt, Gutierrez de iuram. confirma. ſecunda parte capite ſecundo nu. 19. Rol. à Valle in conſilio 70. numero 30. volumine ſecundo, Petrus Paulus Pariſius in conſilio 14. numero 19. volumine primo, & Socin. in conſilio 16. numer. 65. volumine quarto, qui omnes citant ad id Anthonium de But. in conſilio incip. in nomine virginis glorioſæ col. ſexta, à quo ad id adducitur tex. in capite debitores extra de iu. iur.

87 Indè † reſpondebat Socin. in proximè allega. conſilio propter rationes ſupradictas cogẽdum eſſe Sempronium reuenditionem facere duobus ex tribus hęredibus, licèt tertius diſſẽtiret, de quadam parte fundi per eos omnes cum eo pacto vẽdita, quam reſolutionem alijs doctorum, & Senatuum auctoritatibus in ſuperioribus confirmauimus in gloſſa, & filijs ſuis, gloſſa nona, parte ſecunda numero 68.

88 Indè † etiam reſpondebat Pariſius in dicto conſilio 14. valere quidem feudi alienationem factam de licentia, & cum conſenſu aliquorum ex dominis, quorum cõſenſus erat neceſſarius, quoad eorum tamen portiones tantùm, licèt non valeret quoad portiones eorum, qui non conſenſerant.

89 Et indè † finaliter Nicola. Euerar. in topica leg. a loco à vi & energia iuram. numero 23. & Barthazol. de inſtrument. claus. claus. 41. gloſſa prima numero tertio, & Decius in regula in eo quod eſt plus, numero 13. cum alijs, quos allegant, ſecurè reſpõderunt quòd licet fideiuſſor qui in plus ſe obligauit, quàm principalis, in nihilo de iure teneatur (ſecũdum aliquos, nam ſecundum alios aliter ſuprà docuimus) ſi tamẽ in ea fideiuſſione interpoſitum fuerit iuramẽtum, illud efficit quòd fideiuſſor teneatur in eo in quo de iure obligari poterat, in eo videlicet in quo tenebatur principalis, reiecta inutili pluris adiectione, pluribus probat Ceuallos in ſpecul. commun. opinion. contra communes quæſtione 382. numero quarto, libro primo.

Quæ quidem omnia fundantur in illo notiſſimo iuris principio, quod antea adducebamus in confirmationem noſtræ limitationis quòd iuramentum contineat clauſulam omni melioti modo quo poteſt &c. & proindè faciat actum valere omni meliori modo quo poteſt, atque ita vbicunque actus iuratus valere poteſt aliquo modo, eſt pro illius validitate iudicandum abſque aliqua diſtinctione diuidui, & indiuidui, vti in exemplis ſuprà traditis, & alijs quamplurimis, quæ paſſim à doctoribus adducuntur (nobis tamẽ ſat eſt hæc pauca attigiſſe, quia ea magis ad noſtrum faciunt inſtitutum) videre licet.

Hæc igitur ita cum ſint, quid vetat quòd nõ idem etiam dicamus in noſtro caſu? vt videlicet donatio omnium bonorum pręſentium, & futurorum, de iure inualida, ſuſtineatur ſaltem in bonis pręſentibus vt actus potiùs valeat, quàm pereat, & propter virtutem iuramẽti in ea interpoſiti, reiecta inutili mentione futurorum. Si hæc iuuare poſſunt reſolutionem Senatus ſumptã multis ab hinc annis vt virtute iuramenti ſuſtineantur hæreditamenta, quæ fiunt filijs naſcituris, in bonis pręſentibus, quæ hæreditantes habebant tempore illorum, de quibus diximus hac eadem clauſula quarta, gloſſa nona, parte quarta, à numero 38. tu ipſe videto, ſed vix erit quòd ſi id amplexaris non offendas quod ſuperiùs docuimus tenere eundem Senatum in donatione omnium bonorum pręſentium, & futurorum, vt non ſuſtineatur neque in pręſentibus etiam virtute iuramenti: ſi ibi hæreditamenta fierent expreſsè cum mẽtione bonorũ pręſentiũ, & futurorum, accommodati hæc eis proculdubio poſſent, ſed cum aliter concipiantur, dubia res eſt quòd ſit facienda interpretatio de bonis pręſentibus vt loco citato diximus, cogita igitur.

90 Pulchrum † circa hæc quotidie in praxi cõtingens cadit dubium, quod oportet quòd nos, qui iam aliquando caſum in terminis habui-

habuimus, hoc loci enodemus nunquid quæ hucusque diximus de donatione vniuersali omnium bonorum præsentium, & futurorum (retentâ communi opinione concludente pro inualiditate illius in totum si absque reseruatione fiat) procedat nedum quando donatio fieret cum signis vniuersalibus, & generalibus (omnis, vniuersum) sed & quando fieret sine eis indiffinitè, putà (qui casus erat quem habui in praxi) dono Titio bona mea præsentia, & futura, vt sic inualida sit iudicanda absque reseruatione, sicuti si diceretur omnia, vel vniuersa bona? Qua in re reperio Alciatũ in l. finali C. de pactis super verbo *neque donationes*, versicul. *idem si dixisset*, tenentem non fore huiusmodi donationem de iure reprobatam
91 vt pote quia † per eam non tollitur facultas testandi: cum ea non obstante possit donator de sua supellectili, quæ sub hac donatione non veniret, testari, ad quod allegat l. obligatione generali ff. de pignor. vbi obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve sit, non venire suppellectilem respondet Iureconsultus.

92 Contraria † tamen sententia à Barto. amplexata in lege finali numero 12. C. de pactis, verior de iure iudicari debet, quòd imò donatio bonorum præsentium, & futurorum indiffinitè absque aliqua dictione vniuersali reprobata, ac de iure inualida sit dicenda, quia scilicet idem sit dicere bona præsentia, & futura, atqui omnia vel vniuersa bona, ad quod con-
93 firmandum est quòd animaduertamus † quòd licèt oratio indefinita ex propria significatione ab vniuersali distinguatur vt pulchrè docet Couarruuias variarum resolutionum libro primo capite 13. numero quinto, & Petra de fideicommis. quæstione 12. numero 53. ex æquitate tamen multis in casibus etiam in dispositione hominis indefinita æquipollet vniuersali: inter hos primum locum obtinet quando omnium, quæ sub vniuersali dispositione continerentur, eadem æqua est ratio, qualitas, & cõditio, tunc enim indiffinita oratio vniuersalem significationem haberet, & vniuersali æquipolleret, Didacus vbi suprà numero nono, Petra etiam vbi suprà numero 53. Neguſ. de pignorib. secundæ partis secundo membro numero 37. circa finem, Menoch. de præsumption. libro quarto præsumption. 62. numero septimo cum sequentibus Barz. decisio quinta
96 numero 51. post Din. in rubrica de regulis iuris in sexto, versicul. *sed dicendum est*, Barto. in l. si pluribus numero secundo de lega. secundo, & alios penè infinitos antiquos, & modernos, quos ipsi allegant.

In nostro autem casu ratio suadet quòd indefinita vniuersali æquipolleat, cum non sit quid à nostra donatione, vti in ea non comprehensum, excipere valeamus: nec considerari possit quid plus sub donatione hac cum signo vniuersali, quàm sine eo contineatur, cum omnia bona vel præsentia sint, vel futura, nec sit dare medium: cum ergo dicantur donati in nostra donatione bona præsentia, & futura indè fit quòd sub hac verborum conceptione vniuersaliter, & generaliter omnia bona comprehendantur, & propterea inualida donatio dicatur.

Et hæc maximè procedunt in his donationibus, quarum exequutio differtur in tempus mortis, in quibus propterea non est considerare quòd voluerit donator aliquid excepturare à donatione cum tunc nihil necesse habiturus sit. Et hæc est prima responsio ad allega. legem obligatione generali vt non procedat in obligationibus, quæ cõferuntur post mortem, quia tunc cessat illa ratio legis quòd verisimiliter non esset bona, de quibus ibi, obligaturus, ita Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta numero decimo sexto, ff. de verborum obligationibus, Neguſ. de pigno. secũdo membro secundæ partis princip. numero 35. qui † propterea infert nunquam in vltimis voluntatibus eius legis dispositionem locum habere.

95 Respondemus secundò † quòd lex prædicta nõ potest ad nostrum casum allegari, vel applicari, quod hac inuincibili ratione comprobatur, quia scilicet illius dispositio procedit siue in obligatione bonorum ponantur bona simpliciter, & indiffinitè, siue etiam cum signo vniuersali, vel generali, omnia, vniuersa, vt tunc post alios contra Decium, & sequentes comprobat Neguſ. de pignor. secundo membro secundæ partis princip. numero 57. Cagnol. in l. finali numero 155. C. de pactis, & latè Arius Pinel. in rubrica de bonis mater. parte prima numero 47. si ergo lex prædicta de obligatione loquens extenditur etiam ad donationem, indè dicẽdum foret nec donationem vniuersalem omnium bonorum præsentium, & futurorum esse de iure reprobatam, cum semper remanerent ad testandum donatori quæ verisimiliter ipse non erat donaturus, & sic destrueretur cõmunissima doctorum opinio, quæ hucusq; pro huiusmodi inualiditate respondit.

Verum est † non defuisse qui voluerint donationem prædictam vniuersalem à nullitate hoc motiuo defendere quòd iuxta dispositionem dictæ legis obligatione generali, in tali donatione non contineantur ea de quibus in eo tex. inter quos antesignanus est Matheſilla. singula. 136. & alij quos vbi suprà refert, & sequitur Cagnol. nume. 253. cum sequentibus;

quam opinionem sibi æquissimam videri profitetur Andreas Fachineus controuer. iur. lib. 6. cap. 93. circa finem.

Contrarium tamen est omninò tenendum, ne vnico verbo tam receptam hucusque à doctoribus pro inualiditate dictæ donationis vniuersalis firmatam opinionem destruamus, & prosternamus, atque ita in individuo hanc opinionem tenent Dec. in dicta lege finali, nume. 33. & Alciat. nume. 80. eamque, summo iure inspecto, iuri esse magis consentaneam asseuerat Fachine. dicto cap. 93. in fine.

SVMMARIA.

1 *Donatio omnium bonorum cum reseruatione certę quantitatis ad testandum valet, & tenet.*

2 *Donatio vniuersalis facta Ecclesiæ, vel alteri loco pio tenet de iure quamuis sine reseruatione.*

3 *Ecclesia personam suam vouere cuique licet.*

4 *Vouendans se ipsum ad pretium participandum verè seruus illius efficitur cui se tradit.*

5 *Arrogandum se quis potest alteri tradere.*

6 *Fauor religionis, & causæ piæ multum est, propter quem multa in iure conceduntur.*

7 *Donare Ecclesiæ, & pijs locis actus est valdè meritorius.*

8 *Imò est actus perfectionis.*

9 *Actus, qui spiritu Dei reguntur, non subiacent legibus humanis.*

10 *Animæ salus cunctis rebus est præferenda.*

11 *Multa permittuntur in consequentiam, quæ aliàs non permitterentur.*

12 *Dos est causa pia.*

13 *Repetitio cessat fauore dotis quando aliquid est indebitè pro dote solutum.*

14 *Donatio vniuersalis omnium bonorum præsentium, & futurorum valet fauore dotis.*

15 *Nisi alia ratio id impediat.*

16 *Dos iuste tantùm censetur, & iudicatur causa pia quando promittitur mulieri pauperi.*

17 *Donatio vniuersalis de omnibus bonis pro puellis pauperibus maritandis de iure valet.*

18 *Donatio facta Ecclesiæ si est vniuersalis tunc demum sustinetur si est insinuata, quando excedit quantitatem quingentorum solidorum, non aliàs.*

19 *Donatio Ecclesiæ facta an egeat insinuatione, remissiuè.*

20 *Specialia non sunt multiplicanda.*

21 *Insinuatio donationum quamobrem sit de iure introducta.*

22 *Donatio omnium bonorum nec fauore matrimonij sustinetur.*

23 *Donatio omnium bonorum simpliciter facta absque adiectione præsentium, & futurorum valet, vbi decisio Senatus Pedemontani, & Senatus Manuani, & numeris sequentibus, vbi ampliationes. Appellatione bonorum omnium non veniunt futura, ibidem.*

24 *Donatio est stricti iuris, & ideò restringenda quantùm fieri potest.*

25 *Diligere magis se ipsum, quàm alium, quilibet præsumitur.*

26 *Donatio omnium bonorum simpliciter facta an porrigatur ad futura per adiectionem reseruationis ad testandum, vbi decisiones nostri Senatus.*

27 *Donatio omnium bonorum non comprehendit iura, & actiones.*

28 *Exceptio ampliat regulam in casibus non exceptis.*

29 *Verba generalia referuntur ad tempus dispositionis.*

30 *Exceptionis natura est vt restringat regulam.*

31 *Inducta ad vnum finem contrarium operari non debet.*

32 *Intellectus text. in l. generali §. vxori de vsu, & vsufruc. dega.*

33 *Merces venales non veniunt in legato generali rerum, quæ in domo sunt.*

34 *Fideicommissarius non restituit fructus quando non fuit in mora restituendi.*

35 *Fructus stricte, & propriè non veniant appellatione reditus.*

36 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, qui aliàs sub regula comprehenderentur, non tamen dilatat, nec ampliat regulam.*

37 *Procurator constitutus ad omnia negotia, excepto ad iurandum de calumnia, constitutus censetur ad omnia alia etiam quæ requirerent speciale mandatum.*

38 *Bona futura non circumscribuntur loco.*

39 *Verbum, existentia, denotat tempus præsens quando fit contractus.*

40 *Iura, & actiones an comprehendantur sub donatione omnium bonorum qualiacunque, & quantacunque sint vbique existentia. Iura, & actiones non circumscribuntur loco, ibidem.*

41 *Donatio omnium bonorum qualiacunque, & quantacunque sint, comprehendit futura, ac iura, & actiones, quando constat de mente donatoris comprehendi volentis, & numeris sequentibus, vbi decisio Senatus nostri.*

42 *Mens donatoris ex coniecturis deprehenditur. Specierum post genus dinumeratio nõ minuit genus, ibidem.*

43 *Donatio bonorum omnium mobilium, & immobiliũ sine reseruatione valet, quia non comprehendunt iura, & actiones.*

44 *Iura, & actiones constituunt diuersam speciem à bonis mobilibus, & immobilibus.*

45 *Donatio bonorum mobilium, & immobilium non comprehendit iura, & actiones etiam si adijcian-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tur ei verba generalia, & vniuersalia, omnia, vniuersa, & similia, vbi decisio Senatus Pedemon.

46 Contrarium alij tenent ex communi vsu loquendi in contrarium.

47 Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, etiamsi adijciantur ei verba presentium, & futurorum, non comprahendit iura, & actiones.

48 Admonitio ad tabelliones circa hac.

49 Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium iura, & actiones comprahendit quando constat de mente donatoris quod ita voluerit.

50 Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium non tenet quando donator tempore donationis non habuisset aliqua iura, & actiones.

51 Diuersa opinio.
Donatio vniuersalis non dicitur inualida ex eo quòd inspecto tempore donationis nihil remaneat donatori de quo possit testari, sed ex eo quòd non sit possibile remansurum in futurum, ibid.

52 Donatio vniuersalis in quibus casibus valeat, remissiuè.

53 Donatio certa magnæ summæ, ad quam usque videatur impossibile posse ascendere patrimonium donatoris, an valeat.

54 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum valet si fiat causa mortis.

55 Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari.

56 Donatio causa mortis omnium bonorum presentium, & futurorum non valet si ei sit adiectum pactum de non reuocando.

57 Donatio causa mortis transit in donationem inter vivos per pactum de non reuocando.
Intellectus l. vbi ita donatur, de dona. causa mortis, ibid. & nu. sequent.

58 Donatio causa mortis, iuxta aliquorum opinionem, non transit per pactum de non alienando in donationem inter viuos quando vt talis futura esset nulla, quia nihil reseruatum fuisset ad testandum.

59 Sed contra, & interpretatur latè tex. in l. vbi ita donatur de dona causa mortis.

60 Iureconsulti sicut aues eò volant quò vnus primò volauit.

61 Vnius, & quandoque deterioris conditionis sententia aliquando potest meliores, & maiores superare.

62 Donatio causa mortis per pactum de non contraueniendo transit in donationem inter vivos sicut per pactum de non reuocando secundum quorundam opinionem.

63 Sed contra tenent alij.

64 Clausula posita in executinis quid differat ab ea, quæ in dispositiuis.

65 Contrauenire donationi est contra eam venire.

66 Contra actum venire non dicitur qui vtitur natura contractus.

67 Locator potest ex causa expellere conductorem non obstante promissione in contrarium facta.

68 Promissio de non contraueniendo ex communi vsu loquendi idem videtur esse quod promissio de non reuocando.

69 Clausula in fine posita non præsumuntur de voluntate partium, sed de stylo potiùs notariorum.

70 Clausulas omnes, quæ reperiuntur in instrumento posita, de volùtate partium potiùs censeri positas alij tenent.

71 Notarius semper censetur rogatus apponere in instrumento clausulas consuetas, & sic semper præsumitur eas de voluntate partium apposuisse.

72 Concordia inter supradictas opiniones.

73 Clausula quando dicatur posita in dispositiuis instrumenti.

74 Donatio causa mortis per pactum de non reuocando transit in donationem inter vivos etiamsi in ea adhibiti sint quinque testes.

75 Donatio causa mortis per pactum de non reuocando transit multò magis in donationem inter vivos quando adicta in ea est clausula, ad habendum, & tenendum.

76 Clausula, ad habendum, & tenendum, transfert in donatarium facultatem alienandi bona donata.

77 Constitutum in donatione appositum facit præsumi quòd mens contrahentium erat facere donationem inter vivos, vbi decisio Senatus Neapolitani.

78 Insinuatio donationis facit præsumi mentem fuisse donandi inter vivos.

79 Donatio causa mortis non eget insinuatione.

GLOS. XXI. PARS II.

Vbi examinantur limitationes regulæ, donatio omnium bonorum non tenet.

1 HIS expeditis † veniamus iam nũc ad limitationes. Limitatur igitur primò nostra cõclusio vt nõ ptocedat quando per donatorem fuit facta reseruatio certæ rei, vel quantitatis ad testandum: tunc enim per eam reseruationem sustinetur donatio vniuersalis omnium bonorum. Hæc limitatio alia pro nunc non eget confirmatione postquam satis superque eam superiùs confir-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

manimus, & infetids, Deo concedente, ſperamus de eadem proprio loco fuſiſſimè acturos, qui erit in hac eadé clauſula quarta, gloſſa 24. per totam, vbi videbis qualis, & quanta debeat eſſe huiuſmodi reſeruatio vt cum ea, & illius prętextu ſuſtineatur noſtra vniuerſalis donatio, ibi an ſufficiat aliquid eſſe reſeruatum quamuis non dicatur ad teſtandum, ibi an ſit ſufficiens reſeruatio eius quod placuerit ad teſtandum, ibi an cum reſeruatione certæ quantitatis ad diſponendum in vita tantùm, vel tam in vita, quàm in morte, & tam pro anima, quàm aliàs ſuſtineatur donatio, & alia demiq; ibidem pulchra videbis in materia tractata, quæ non eſt cordi hic tranſcribere ne idem bis repetamus, ibi videre poteris cum oportuerit.

2 Limitatur † ſecundò eadem concluſio vt non procedat quando donatio fuiſſet facta Eccleſiæ, vel alteri loco pio: tunc enim illius fauore ſuſtineretur, licèt alias eſſet vniuerſalis omnium bonorum: pro qua limitatione adducitur communiter tex in l. iubemus ij, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, quo loci valida iudicatur donatio de patrimonio ſuo per aliquem Eccleſiæ facta, eandem tenet Barto. in l. finali C. de pact. nume. 13. & alij complures allega. per Didac. in rubrica de teſtamen. in ſecunda parte numero ſexto, Anthon. Gom. in l. 69. tau. numero ſexto, Ioſeph Ludouic. deciſio. Peruſ. 93. numero octauo, qui tamen id dicit eſſe controuerſi iuris inter doctores, ſed tamen multa alia poſtea adducit, quibus ſatis ſuperque fauor demonſtratur huiuſcemodi donationum, quæ fiunt Eccleſijs, & locis pijs, ex quibus poteſt non ineptè argui ad noſtrum caſum, Iulius Clarus (cuius quanta ſit auctoritas nemo non videt) in §. donatio quæſtione 20. numer. tertio nedum controuerſi iuris hanc eſſe opinionem dixit, ſed imò nō poſſe negari quin etiam magnę ſint auctoritates tenentium cōtrarium, & fortè (inquit) in puncto iuris illa eſt verior, addit poſtea, & in hoc nobiſcum conuenit, quòd ſi caſus contingeret propter fauorem Eccleſiæ non auderet à communi opinione recedere iudicando, aut conſulendo, Vincent. de Franch. deciſio. 168. numero ſecundo, Didac. Spino in ſpecul. teſtamen. gloſſa 11. nume. 30. Ioannes Baptiſta Vilallobos inter communes opiniones nume. 140. in verbo, *donatio*, Viuius ibidem in eo verbo, *donatio*, primo, numero ſecundo, Mathe. in eodem libro cōmuniū opinionū eodem verbo, *donatio*, numero quinto, Eman. Soar. in theſau. recep. ſenten. verbo, *donatio*, nume. 181. & in volumine communiū opinionum tomo ſecundo de contract. loco quarto titul. 11. capite 11. verſicul. *ſed fallit*, Rotmiald. in principio inſtitutio. de donatio. numero 28. & in §. primo numero 391. Ioannes Gutierrez de iura. confirma. parte prima capite 11. numero ſeptimo, vbi ſignanter dicit hanc opinionem procedere non obſtante certa lege Caſtellę, per quam prohibentur nedum donationes vniuerſales, ſed & illæ etiam, quæ fiunt de bonis prętentibus tantùm, quia (inquit) lex illa non potuit infringere, nec tollere libertatem Eccleſiaſticam, Seraphin. de priuileg. iura priuileg. 75. numero 18. & numero 57. & omniū latiſſimè Tiraquel. qui quæſtionē hāc diſputat in tractatu de priuilegijs cauſæ piæ priuileg. 100. qui ferè omnes communem, & receptiſſimam hanc prędicant opinionem. Examinabis tamen, antequam ab his recedas, Tiraquelli mox allegati in hac quæſtione opinionē, quæ eſt quòd verū ſit donationem omnium bonorum prętentium, & futurorum valere in materia quam tractamus, tunc demum quando donationis effectus principaliter dirigitur in piam cauſam, quia ſit Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ſecus tamen (inquit) eſſet ſi quis donaret Titio omnia bona ſua prętentia, & futura cum onere vt teneatur facere eleemoſynas, quia tūc non valeret.

3 Rationem † huius rei eſſe dicit Barto. loco ſuperiùs allega. quia cum liceat cuique perſonam ſuam vouere Eccleſiæ multò magis ei licere debet omnia bona ſua prętentia, & futura donare, quam rationem ſequuntur complures allega. per Iacobum Cancer variarum reſolutionum parte prima capit. 8. de donat. nume. 47. verſicul. *quam tamen*, quos hic ego non curo referre poſtquam apud eum poſſunt nullo negocio videri.

4 Cæterùm † hæc ratio parùm vrget, etenim alijs modis poteſt ſe quis alteri vouere, & tradere, veluti cum quis vendit ſe ad prętium participandum iuxta tex. in §. penultimo inſtitutio. de iure perſonarum, per quem actum verè is ſeruus fit emptoris vt ibi tradit Imper. & mirè declarat Syluester Aldroban. ibidem in annotation. in primum librum inſtitutionum:

5 & quando † quis ſe ſe arrogandum prębuit iuxta tex. in §. non tamen inſtitution. quibus modis teſtamenta infirma. lege ſi arrogator, & * ibi tradunt communiter doctores ff. de adop. & tamen nullibi reperitur expreſſum, imò id habemus expreſsè prohibitum, vti antea diecebamus, quòd poſſit quis omnia bona ſua prętentia, & futura alteri donare, atque ita apparet non valere argumentum, poteſt quis ſe alteri donare, & tradere, ergo multò magis cuique licebit omnia bona ſua prętentia, & futura in alterum tranſfundere.

6 Melior † igitur ratio erit quòd validitatem huiuſce donationis cauſet fauor religionis, & cauſæ piæ, propter quem multa alia in iure cō-

ceduntur

ceduntur contra communes iuris regulas vt latè tradit Tiraquel.in tracta.de priuileg.pię cauſæ per totum, vbi quamplura enumerat priuilegia,& ſpecialia.

7 Item † & fauor animæ, cum donare Eccleſiæ, & pio loco actus ſit valdè meritorius, perquem poteſt donator cœlum, & vitam æternã
8 conſequi,& ſibi compatare,imò†eſt actus perfectionis,iuxta illud Mathæi 19. *ſi vis perfectus eſſe,vade,& vende omnia quę habes,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo*, quod refertur à Gratian. 14. quæſtione prima in principio, & Marc. capit.10.nec non & Lucæ capi.18.in quibus locis id vnum deeſſe ei qui ſeruat mandata nos docet Saluator noſter ſemper benedictus: vnde iuſtum non foret tam ſalubre Euangelij conſilium per leges humanas prohiberi quòd non ſequeretur,ac proindè meritò tenẽt doctores valere donationẽ omnium bonorum præſentium, & futurorum in Eccleſiam, vel
9 alium pium locum collatam:quibus † adſtipulatur quòd ea quæ ſpiritu Dei aguntur legibus humanis nõ ſubiacent,capit.duæ ſunt 19.quæſtione ſecunda, & capite licèt de regularibus.

Hanc rationem tetigerat Seraphi. vbi ſuperiùs nume.37. dicens noſtrã limitationem procedere in quandam neceſſariam conſequentiam, & ideò permitti donationẽ hanc conferri poſſe in Eccleſiam,quia agitur de fauore animæ, & ſic de maiori bono:

10 Salus enim † animæ eſt rebus omnibus præferenda vulga. l. ſancimus C. de ſacroſanctis Eccleſ. cum ſimil. ad quod allegat regulam iu-
11 ris vulgatam quòd † multa permittuntur in cõſequentiam, quæ aliàs non permitterentur, l. 1. de auct.o.tutor.cum ſimil.& ad id varia exempla tradit, quæ per te ipſum videto: nos enim aliò tendimus.

12 Vndè † infertur quòd cum dos ſit cauſa pia capite primo §.donate,ibi, *donare autem, aut indicare pro anima, vel in dotem pro filia dare &c.* qualiter olim poterat,in vſibus feudo.l.cum is §.ſi in ea opinione,de condic.indeb.vbi à I.C.
13 pietatis † cauſa denegatur repetitio rerum indebitè pro dote ſolutarum vbi aliàs,ſi non pro dote ſolutæ fuiſſent,concederetur, quod latiſſimè probat Euerar.in topica legal. loco à dote ad piam cauſam per totum, & Bald. nouel. de dot.quinta parte in principio,& quamplurimis doctorum auctoritatibus ornat Didac. Perez in additione ad Segurã in repeti.§.finalis l.ter-
14 tiæ,nume. 75. valebit † proculdubio donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum pro ea mulieri facta, vti ex Anthon. Gom.in l. 53.tau.nume.16.& alijs,quos refert,probat Gutierrez in ſæpè allega.capite 11. de iũra. confirma.numero nono, Didac.Spino in ſpecul.teſtamen.gloſſa 11.de lega.pro dote relict. nu.22. & Roder. Suar. in l.quoniã in prioribus,quæſtione nona princip.ad legem Regiam numero 3.C.de inoffi.teſtam.

15 Hanc tamen † illationem intelligit veram Gom. vbi ſuperiùs *niſi alia ratio id impediat*, Suarez autem, quem ſequuntur Spino,& Gutierrez in locis ſuprà citatis ſi fiat huiuſmodi
16 donatio pro dote alicui pauperi, quia † ſolùm tunc dicunt dotem poſſe dici cauſam piam ex Iaſ.in allega.§. ſi in ea l. cum is, numero primo, ff. de condictione indebiti, quia dos non eſt abſolutè cauſa pia niſi accedant alia, Calca.conſil.31.col.ſexta,Tiraquel.de pia cauſa in præfatio.verſicul.*item cum dos*, & Surdus deciſ.86.n.12.

17 Ego verò † eam tutam,& ſecuram exiſtimarem quando quis omnia bona ſua pro puellis pauperibus maritandis donaret,tunc enim verè diceretur facta donatio cauſæ piæ, & quodammodo Deo immortali vt dicebat Baldus in l.poſt mortem numero decimo,C.de fideicom.

18 Eſt tamen † hæc ſecunda limitatio ſanè intelligenda vt procedat quoties huiuſmodi donatio Eccleſiæ facta foret in actis inſinuata,
19 aliàs non:licèt enim † controuerſum ſit inter doctores nunquid donatio Eccleſiæ, vel pio loco facta excedens 500.aureos egeat inſinuatione vti colligere licèt ex Riminaldo in §. primo, inſtitution. de donation.à nume.385.cum multis ſequentibus,vbi quæſtionem hanc diſputans quatuor diuerſas tradit doctorum opiniones, circa quam quid nobis verum, & iuſtum appareat explicabimus forſan inferiùs ſuo loco cum de inſinuatione agemus: quicquid (inquam) ſit in prædicta queſtione, ego in hoc noſtro caſu exiſtimo neceſſariam omninò eſſe inſinuationem ad validitatem huiuſcemodi donationis, de qua agimus, ſequutus opinionem Riminaldi vbi ſuperiùs nume. 406. clariùs poſtea ab eodem in proprio noſtro caſu explicatam nume. 418. ad quod optimæ ſunt rationes, quas vbi ſuperiùs conſiderat Rimin. & præſertim ea, quam tradit dicto nume. 418.
20 quia † videlicet de iure ſpecialia nõ ſunt multiplicanda vulga.l.prima,cum ſimil. C.de dot. promiſſio. (quicquid contra eam dicat Eman. Soar.à Ribey. in additione ad Anthon. Gom. tomo primo varia. capite ſecundo nume.13.) quæ proculdubio multiplicarentur ſi donationem hanc validam daremus abſque inſinuatione: eſſet enim vnum ſpeciale quòd valeret hæc donatio fauore Eccleſiæ,& cauſæ piæ,licèt vniuerſalis omnium bonorũ,& alterum quòd
21 valeret abſque inſinuatione: ſed ego † qui rei cauſas ſtatim ſoleo perquirere vt veritatem mihi perſuadeam, conſidero pro hac

opinione rationem introductionis huiuſce ſolemnitatis inſinuationis in donationibus neceſſariæ, quæ fuit, inter alias, ne ſecretis, & clandiſtinis donationibus locus fieret fraudandi
* creditoribus donatorum, ad communiter notata per doctores in l. lata, aliàs data, per illum tex. C. de donatio. not. Mathe. in additione ad Guido. Papæ quæſtione 350. atque ita clarè diſponit conſtitutio noſtra fin. ſub titul. de donation. quæ ratio proculdubio impedit validitatem huiuſce donationis ſi inſinuata non ſit etiam ſi fiat Eccleſiæ, aut âliàs loco pio, ſaltem in prçiuditium tertij, quod ego conſidero in his donationibus, vti benè conſideranit etiam commilito noſter Iacobus Cancer prima parte varia. reſolution. capit. 8. nume. 5. per rationes à ſe poſtea traditas in eodem capite 41. & ante eum egregiè docuerat Feder. Scot. reſponſ. 5. nume. 25. & 26. tomo primo libro quinto, & prçter eos latiſſimè Seraphi. de priuileg. iuram. priuileg. 73. nume. 74. cum ſequentibus, & nos *inferiùs forſan trademus*, Deo concedente, dũ de inſinuatione donationis agemus, quod contingere poſſet quando quis ſecretè donationem Eccleſiæ, vel cauſæ piæ feciſſet remanendo nihilominùs in poſſeſſione bonorum donatorum, vel quia vſumfructum ſibi reſeruaſſet *de vita ſua naturali, vel aliàs: tunc his caſibus*, & ſimilibus cenſeo donationem non valituram quantumcunque in locum, vel cauſam piam collatam, ſi inſinuata non fuerit, in prçiuditium eorum, qui poſtea cum donatore contraherent, per ſupradicta.

22 Tertiam † limitationem noſtræ concluſionis conſtituunt aliqui in donatione omnium bonorum prçſentium, & futurorum ſi fiat fauore matrimonij, tunc dicunt eam de iure validam eſſe, quæ tamen limitatio iure non ſubſiſtit vt lâtè comprobauimus in ſuperioribus dum de hæreditamentis, quæ fiunt in fauorem *filiorum in pactis nuptialibus*, ageremus hac eadem clauſula 4. gloſſa 9. parte quarta nume. 18. quò lectorem relegamus ad hæc percipienda.

Niſi, ſequendo ſuperiùs firmatam opinionem circa vires iuramenti in his donationibus apponi ſoliti, velis tenere eam donationem fauore matrimonij, & virtute iuramenti ſuſtineri in bonis prçſentibus.

23 Limitatur quartò † vtiliter hæc noſtra concluſio vt non procedat quando huiuſmodi donatio facta foret ſimpliciter de omnibus bonis abſque adiectione prçſentium, & futurorum: tunc enim benè valeret: quia per eam non cenſerentur donata bona futura, tex. aper. in l. ſi ita de auro, & argent. lega. gloſſa in l. finali, C.
* quæ res pigno. obligari poſſunt, & ibi omnes ſequuntur, & tradere ſolent in l. finali C. de pact. latè hanc limitationem comprobat Anthonius Theſau. deciſio. 199. per totam, qui viginti ſeptem eandem tenentes enumerat doc-
* tores, quorum quidam eam communem, alij communiſſimam appellant, alij verò temeritatem eſſe ab ea recedere dicunt, quibus adde Berenga. Fernan. in repeti. capi. vnici, de fil. nat. ex mat. ad morgan. contrac. in quinto capi. prçlud. nume. tertio, limitationem hanc omnium opinione veram eſſe dicentem, Petram de fideicommiſ. quæſtione quarta in additione poſt nume. 8. verſicul. *ſecundò declaratur*, pagina mihi 23. col. 3. Baptiſtam Vilallobos nu. 138. & Eman. Soar. à Ribey. nume. 178. in ſuis communb. opinionb. verbo, *donatio*, inter communes opiniones eandem hanc limitationem canonizantes, & denique omninò ad de Surdum deciſio. 233. per totam. Quę quidem limitatio mirè illuſtratur auctoritate ſacri Senatus Pedemõtani, qui
† totis iunctis claſibus in cauſa grauiſſima de anno 1587. pro ea *iudicauit* vt auctor eſt Anthon. Thezau. vbi ſuperiùs, & Anthon. Sola ad nouas conſtitutiones Sabaudi. titul. de alienatio. bonorum minor. & mulie. gloſſa tertia, nume. 12. & ſequentibus, nec non & Senatus Man-
† tuan. qui eandem ſententiam nouiſſimè *amplexus eſt* vt refert Surdus deciſio. 233. numero ſeptimo, apud quos eſt huius rei diſputatio, plures alias aliorum grauiſſimorum Senatuum in id deciſiones refert Ariſmi. Tepa. in compẽ. varia. iur. ſenten. lib. 2. de dona. inter viuos verſicem valet.

24 Et eſt † euidens huius limitationis ratio, prçter eas quas tradunt doctores ſuprà citati, & ſignãter Thezau. Fernan. & Surd⁹, quia donatio ſtricti iuris cum ſit reſtringenda potiùs eſt vt quantò minus fieri poſſit comprçhendat, quàm amplianda, vt auctor eſt Acur. in allega. l. ſi. verbo, *pertinentium*, C. quæ res pigno. oblig. poſ.

† Hanc limitationem *ex mente* Senatus Pedemon. ampliat Theſau. in d. deciſ. 199. ſeptem modis, vt videlicèt procedat in donatione reciproca, quia in ea non ceſſant rationes, quæ ſimplicem donationem ad bona tantùm prçſentia reſtringunt, in donatione de dimidia parte, vel alia quota bonorum, vel ſub nomine vniuerſitatis bonorum, & collectiuè facta, per tex. in l. ſi. quis argentum §. ſed & ſi quis C. de donationibus, in donatione in tempus mortis, vel poſt mortem collata dũmodo inter viuos remaneat, in donatione omnium bonorum, in
* qua fuit reſeruata certa quantitas ad teſtandũ, quia ea reſeruatio magis reſtringat quàm ampliet donationem, in donatione omnium bonorum qualiacunque, & quantacunque ſint bona vbiqne exiſtẽtia, in donatione omnium bonorum cum clauſula & ſi ſine liberis deceſſero

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sero &c. et finaliter in donatione, quæ fit coniunctis, in qua licèt latior soleat fieri interpræta-
25 tio, nõ tamen porrigitur ad futura, quia † vnusquisque præsumitur magis diligere se ipsum quàm coniunctum, vulga. l. præses C. de seruit. quæ quidem ampliationes vltra iura, & rationes, nec non doctorum auctoritates optimè à Thesau. perpensa, illud habent amplius auctoritatis quòd à tanto Senatu in supradicta gra-
† uissima causa *approbate* fuerint, & sequutę.

26 Circa † quartam tamen ampliationem insistendum paulisper est, quia eam valdè dubitabilem reddunt declarationes, quas vidi, in nostro sacro Senatu factę, altera quidem antiqua ad relationẽ egregij olim Senatoris Anthonij Piquer in causa Anthonij Cathala contra Ioannam Cathalana die 9. Maij 1537. qua donationem omnium bonorum præsentium, & futu-
27 rorum iura & actiones comprehendere (quę † aliàs non comprehendisset vt not. latè Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 21. de verb. oblig. & Rolan. à Val. in cons. 65. nume. 7. & 10. vol. 1. & in cons. 54. nume. 43. vol. 3. & inferiùs latiùs tradetur) dicitur fuisse *declaratum*, propte-
† rea quòd per donatarium reseruata fuerat certa quantitas ad testandum, licèt id non possit ità clarè ex conclusione dictæ causę, quam in archiuo Regio vidi in libro conclusionum dicti anni, prouti oporteret, colligi, ac propterea processum exquisiui, in quo viderem formam sub qua ea donatio concepta fuerat, non tamẽ potui illum reperire, atque ita huic exemplari ea tantũ pro nunc fides potest dari, quam meretur liber adnotationum cuiusdam doctoris regij consilij iamdiu vita functi, à quo hæc ego extraxi, & non aliam. Altera verò nouiori ad relationem egregij quondàm itidem Senatoris Anthonij Oliba in causa Geral. Ioan. Roig cõtra Paulum Amat de Zauall die 5. septemb. 1591. cuius causæ scriba erat N. Guardia, qua do-
33 natio, & hæreditamentum factum non in capitulis matrimonialibus, sed multò post, alio cum instrumento, declarando quod inter partes in contractu matrimonij fuerat tractatum licèt non scriptum, his verbis, *fas donatio y heretament als fills del present matrimoni*, hoc est *facio donationem & hæreditamentum filijs præsentis matrimonij*, vti dependens, & pars capitulorum, in quibus per donatorem fuerat reseruata certa
† quantitas ad testandum, fuit *declaratum* hæreditamẽtum vniuersale de omnibus, & singulis bonis donatis.

28 Pro quibus † quidem declarationibus facit ea ratio quòd exceptio ampliet regulam in casibus non exceptis, per ea, quæ tradunt Din. in præ. de reg. iur. in 6. Dec. & Cagno. in l. 1. ff. eo. tit. Bar. in l. quæsitũ §. denique de fund. instruc. atque ita per prædictum fundamentum, & alia tenet Craue. in cons. 15. nume. 8. & in cons. 213. nume. 12. Menoc. in cons. 1. nume. 191. lib. 1. Socin. Iun. in cons. 89. nume. 12. lib. 3. & in cons. 21. lib. 2. & Bero. in cons. 44. n. 3. relati per Thesau. vbi superiùs.

Mihi (si quod sentio libere licet proferre) parcat nostet Senatus, magis arridet Senatus Pedem. sẽtẽtia vt videlicet per reseruationẽ in donatione omnium bonorum factam non cẽseantur donata bona futura, ad quod optima sunt argumenta, quæ à Thesau. vbi superiùs adducuntur, tum quia eadem vtroque casu militet ratio facta reseruatione, siue non facta: nam
29 † ideò donatio omnium bonorum ad futura non trahitur nulla facta reseruatione, quia verba illa licèt generalia ad tempus dispositionis referri debent l. fi. §. qui indiuisam, de lega. 2. & l. si ita, de aur. & argen. legat. quod si verum est nihil vetat quominùs idem fiat etiam facta reseruatione, tum etiam † quia exceptionis natu-
30 ra est vt restringat regulam, ideò illam ampliare non debet, vt ea posita plura regula comprehendat, quàm comprehenderet si facta non
31 fuisset: aliàs enim † inducta ad vnum finem contrarium effectum operari possent contra l. legata inutiliter, de legat. 3.

Ego verò pro hac opinione cõsidero quamplura esse iura expressa pro ea facientia, quæ valdè miror non fuisse animaduersa à Thesau. quem nulla, aut sanè perpauca in iure nostro abscondita, pro sui ingenij integritate, latuerunt, nisi dicamus (quod & ego verum existimo) ea fuisse ab eo omissa quia vulgaria sunt, & quæ quotidie in manibus omnium habentur: adest † igitur tex. expressius, quem plenè ex-
32 plicat Dida. multa ad propositum adducens non penitenda, lib. 2. var. c. 2. per tot. tex. (inquam) in l. generali §. vxori, de vsu & vsufruc. legat. vbi Pau. I.C. in mercibus venalibus, quę † aliàs in legato generali eorum, quæ in domo sunt, venire non solent licèt de facto in domo reperiantur, vulga. l. si chorus §. 1. & l. si ita legatum, de legat. 3. & l. quintus, de aur. & argen. legat. de quo latissimè per Pinel. in rub. C. de bonis mater. part. 1. nume. 28. cum sequent. declarauit neque etiam venire tametsi in huiusmodi legato sit facta exceptio vnius tantùm rei, quæ in domo esset, his verbis, *vxori vsumfructũ domuũ & omnium rerum, quæ in his domibus erant, excepto argento, legauerat: item vsumfructum fundorum, & salinarum; quæsitum est, an lanæ cuiusq; coloris mercis causa paratæ, item purpureæ, quæ in domibus erant, vsufructus ei deberetur? Respondi, excepto argento, & iis, quæ mercis causa comparata sunt, cæterorum omnium vsumfructum habere legatariam*, ad idem est tex. in l. Paulus, aliàs incipit mora ff. de vsur. quo loci quia † de natura fidei-

com-

commissi est quòd hæres non teneatur restitue
re fructus hæreditatis quando non fuit in mo-
35 ra vt ait ibi glo. & † fructus strictè, & propriè nō
veniant appellatione reditus d. glo. & in c. ge-
nerali verbo, *reditus*, de elec. in 6. & traditur
* communiter per doctores in d. l. diuortio, §. si
fundum ff. solut. mat. & in cap. 1. de supplen. ne-
gligen. prælat. in 6. Ioan. Corras. missel. li. 5. cap.
8. nume. 6. & 7. idem Paul. declarat vigore præ-
cepti de restituenda hæreditate, excepto redi-
tu, hæredi facti non teneri hæredem fructus
prædictos restituere, licèt testator in restitutio-
ne prædicta facienda solùm exceperit reditum
tex. in l. Lucius §. pluribus hęredibus ff. ad treb.
& finaliter tex. idem probat in c. in nostra, extra
de sepultur.

36 Ex quibus † comprobatur veram esse illam
doctorum sententiam, qua docemur exceptio-
nem firmare regulam in casibus non exceptis,
quæ aliàs sub regula compræhenderentur, non
tamen dilatare, nec ampliare regulam vt faciat
sub ea comprehendi quæ aliàs minime com-
præhéderētur exceptione nō facta, dictis iuri-
bus, quia sic inducta ad vnum finem contra-
rium operarentur per suprædicta: hanc senten-
tiam tenet Bar. in d. l. generali §. vxori nume. 3.
ff. de vsu, & de vsufruc. legat. & in l. Lucius §.
pluribus num. 2. ad treb. idem Bar. in l. 1. nume.
6. de reg. iu. & ibi Poma. in addi. plures refert
idem tenentes, sequuntur Dec. & Cagno. in ea.
l. 1. ille nume. 28. & hic nume. 34. Felin. omninò
videndus, quia per pulchrè loquitur, & ad id
iura, & doctores allegat, & optima ad id exem-
pla adducit, in cap. quoniam frequenter à num.
2. cum sequent. extra vt lit. non contesta. & Eue
rar. in loco ab excep. ad reg. à numer. 2. etiam
cum sequent. quorum allegatione contentus
non immorabor ampliùs in alijs doctori-
bus memorandis, tum quia isti satis rem hanc
comprobant, tum etiam quia complures alios
idem tenentes allegant, ac præsertim quia An-
tho. Sola in allega. consti. nou. Sabau. in tit. de
aliena. bon. minor. glo. 3. à nume. 13. cum 40. nu
meris sequentibus fusissimè quęstionem hanc
disputat diluens argumenta contraria, & quam
plurima fortissima in nostri fauorē stabiliens,
qui est omninò videndus.

Et certè ego non video quid mouere po-
tuerit doctores, qui contrariam tenent senten-
tiam, vt dicerent reseruationem in casu de quo
agitur, operari vt censeantur donata bona fu-
tura, quæ aliàs sub dicta donatione non com-
prehenderentur: non enim potuit eos mouere
quòd aliàs inutilis reddatur dicta reseruatio,
37 nisi fiat ea interpretatio, sicuti † in casu consti-
tutionis procuratoris ad omnia negocia, ex-
cepto quod non possit iurare de calumnia res-
ponderunt doctores censeri procuratorem
constitutum etiam ad omnia negocia requirē-
tia speciale mandatum per reseruationē illius
casus specialis iurandi de calumnia, qui specia-
le requirit mandatum, cum aliàs ea reseruatio
nihil operari posset, & inutilis prorsus redderetur, ad quod vide. Felin. Euerar. & Cagnol. vbi
superiùs, non (inquam) potuit id doctores mo-
uere in nostro casu, cum absque eo quòd fiat
huiusmodi interpretatio satis operetur dicta re
seruatio, quòd videlicet de bonis præsentibus
donatis possit donator disponere vsque ad
quātitatem reseruatam, quod (meo iudicio) ni-
hil continet absurdi cum expressam contineat
donatoris voluntatem, nonnulla de hac mate-
ria tradidimus in glo. & filijs suis in vltim. par-
te.

Circa quintam etiam ampliationem non
etit è re quòd nos paululùm etiam immore-
mur, quia materia illius est frequēs in praxi, &
quotidie contingens: est igitur ea ampliationis
38 ratio, vt indè ordiamur, quia † cum bona futu-
ra, ex quo nondum sunt acquisita, non possint
dici loco circunscribi, vulga. l. eius qui ff. si cert.
39 pet. & verbum † existentia denotet præsens tē-
pus, & bona tempore donationis in bonis, &
facultatibus donantis existentia, indè fit quòd
sub donatione omnium bonorum qualiacūq.
& quantacunque sint bona vbique existentia
non comprænduntur futura, pulchrè The-
sau. in sæpè allega. decisione 199. numer. 9. qui
doctores refert qui contrariam tenent opinio-
nem.

40 Ex hac † ratione idem respondeas velim in
illa quæstione nunquid sub donatione omniū
bonorum qualiacunque, & quantacunque sint
vbique existentia comprænduntur iura, &
actiones, dicendo quòd non, cum nec etiam ip
sa, sicut & bona futura, circumscribantur loco
l. si fideicommissum §. tractatum de iudi. l. Ca-
ius de leg. 2. Hieronym. à Lauren. decis. Auen.
135. nume. 5. latè Gut. de iur. confir. parte 1. cap.
11. nume. 16. Cæterū hæ ampliationes fluctuāt
valdè, & nō modicū dubitabiles redduntur
ex his quę inferiùs tradētur in sequēti sublimi-
tatione.

41 Sublimitatur † tamen, ne eam veram exis-
times in omni casu, nostra limitatio cum suis
omnibus ampliationibus suprà traditis vt non
procedant vbi de mente donatoris aliter con-
staret quòd voluisset etiam bona futura, item
& iura & actiones donare, quia tunc illa com-
prænsa censerētur, ex tex. in sæpè allega. l. si
ita de aur. & argen. lega. ibi, *quia præsens tempus*
semper intelligitur, si aliud comprehensum non sit, vti
ex compluribus doctoribus, quos allegat, latè
comprobat Thesau. in allega. decis. 199. numer.
42 12. quam † donatoris mentem ait postea ex cō-
iecturis comprænsi. Vndè cum contigisset
in

in Sena. disputari de validitate cuiusdam donationis in hac forma conceptæ, *donat, & donationem facit inter vivos de præsenti de omnibus, & quibuscunque bonis, quæ die sui obitus reperientur esse sua ubicunque sint, & in quacunque specie fuerint inuenta*, fuit *declaratum* ad relationem Anthonij Ros correlatore Michaele Ferret die quinta Maij 1575. in causa Alduncię Oluia, & de Pinell contra Elisabethem Amada vxorem Francisci Amat ll. doctoris, eam donationem vti vniuersalem omnium bonorum comprehendentem tam præsentia, quàm futura, ac etiã iura & actiones nullo retento ad testandum nullam, & inualidam fore, & esse, non obstantibus quæ in suprà traditis limitatione, & illius ampliationibus dicebamus, eo attento quia probatus fuit in processu vsus loquendi ipsorum donatoris, & donatarij quòd aliàs pluribus in casibus, similibus verbis vti soliti essent dum de omnibus bonis præsentibus, & futuris, iuribus etiam, & actionibus loqui arbitrarentur. Benè verùm est (vt nihil omittamus quod prodesse possit) quòd Senatus non fuit eo solo motiuo motus ad eam declarationem faciẽdam, adiunxit siquidem & sequẽtia, per quæ ego superiùs dicebã valdè dubitabiles reddi quartam, & quintam ampliationes suprà traditas, quia per illa verba de omnibus bonis fit donatio vniuersalis, quæ non restringũtur, aut minuũtur per verba postea sequentia, vbicũq. sint, & in quacunq. specie fuerint reperta, sed ampliationem denotant, & ad ampliationem videtur adiecta, quinimò & expressè satis hoc declarant: nam si dedi quamcunque speciem, ergo dedi etiam iura & actiones quæ sunt vna ex speciebus bonorũ: et etiã quia dinumeratio specierũ post genus adiecta nõ minuit genus præcedẽs, quia ex abũdãtia adiectæ videntur: et sicut dinumeratio specierum respiciens actum legandi non restringit legatum ita & numeratio specierum respiciens actum donãdi non restringit donationem, & indè infertur quòd licèt vbi fieret vis quòd illa verba, *in quacunq; specie inuenientur*, denotent species, quæ loco circumscribuntur, seu quæ manualiter, siue realiter reperiuntur tangi posse, & sic quòd intelligantur de mobilibus, & immobilibus, quòd non propterea sequitur quòd non voluerit donare iura & actiones, quia, vt dictum est, dinumeratio specierum non minuit genus præcedens quoniam ex abundantia videntur adiectę &c.

Reperitur hæc declaratio exhibita in processu causæ Honophrij Ferrer de Pinell contra Elisabethem Annam Braules ad relationem egregij olim Senatoris Guillermi Sunyer vertenti actua. Petro Iacobo Bas, & mitè confirmatur in omnibus motiuis suprà traditis per tradita per Craue. in conf. 227. ac per duas (contrarias tamen) decisiones, alteram Mathe. de Afflic. 106. vbi ipsius habes *verum* contra opinionem Senatus pro his quę suprà diximus, & optimas rationes ad idem cõfirmandum, alteram verò Hieronymi à Lauren. Auenionen. 14. vbi reperies *iudicasse* Senatum pro nostra opinione, ac vlteriùs materiam inuenies, qua confirmes omnia motiua suprà tradita, ad eos igitur sufficiat pronunc remissio videndos quoties casus occurrerit: eis adde Gutier. de iura. confir. parte 1. cap. 11. nume. 20. singulariter est notãda deci. Floren. Mago. quæ de his agit 146. per tot.

43 Limitatur quinto † nostra principalis conclusio vt non procederet quando donarentur bona mobilia, & immobilia: tunc enim ea donatio non esset de iure inualida, quia nõ comprehenderẽtur sub ea iura & actiones, sed imò libera remanerent donatori vt de eis testari posset, l. quam tuberonis §. in peculio ff. de pecul. *in peculio autem* (dicit C.) *res esse possunt immes & mobiles, & soli, vicarius quoque in peculium potest habere, & vicariorum peculium, hoc amplius & nomina debitorum*, l. à diuo Pio §. in venditione ff. de re iudi. quatenus ibi disponitur in executione primò deberi capi bona mobilia, secundò immobilia, & tertiò iura, & actiones, quibus

44 iuribus † clarè probatur, iura & actiones cõstituere diuersam speciem à bonis mobilibus, & immobilibus, atque ita tenebant doctores antiqui vti ex Bar. & alijs latè tradit, & sequitur Arius Pinel. in tub. de bonis mater. in 1. parte nume. 124. cum sequent. benè Guid. Pap. q. 291. & 499. & vtrobique doctores, qui in eum addita méta fecerunt, Andre. Gayl. prac. obserua. lib. 2. obser. 11. nume. 10. Tiraquel. latissimè, & (vt ait Gayl. vbi superiùs) prolixissimè de retrac. §. 1. glo. 7. nume. 9. Aymon Craue. in repet. tub. de lega. primo nume. 101. & 102. Ioan. Gutier. de iura. confirma. parte 1. cap. 11. nume. 16. dicens hanc esse pulchram, singularem, & optimam limitationem ad nostram principalem conclusionem, ad quam (inquit) multi non aduerterent, Iul. Clar. in §. donatio q. 19. nume. 5. Berenga. Fernan. in allega. cap. 1. de fil. nat. ex mat. ad morgan. contrac. in 5. cap. prælud. num. 5. Tob. Non. in prin. inst. de obliga. num. 45. Bert. de clausi. instrum. clausula 12 glo. 2. nume. 3. Rolan. à Val. in conf. 65. nume. 7. lib. 1. cum innumeris alijs, quos isti allegant. Hanc limitationem inter communes cõclusiones commemorat Ioan. Baptis. Vilallob. in verbo, *donatio* nume. 141. & Eman. Soar. à Ribey. in thesau. recepta. senten. eodem verbo, *donatio*, nu. 172. & confirmatur maximè auctoritate Senatus Pedemonta. qui pro ea *iudicauit* de anno 1488. vt refert Thesau. decis. 201. nume. 6. & Gaspar

Thesau.

Thesau.eius filius quæstio.foren.lib.1.q.2.nu. 2.vbi ex professo declarat latè quę sub mobilium,& immobilium nomine comprehendãtur,atque ita esse solitum nostrum Senatum *declarare* refert Ludo.à Pegue.post hęc scripta visus decis.143.

45 Quæ limitatio† procedit, & vera est etiam si in huiusmodi donatione adijciatur signum vniuersale cum verbis generalissimis,putà,omnia, vel quęcunque bona,vel omnia vbicunq.sint: nã & tali casu appellatione bonorũ mobilium & immobiliũ non veniunt iura & actiones l. Caius ff lega.2.vbi aderat verbũ,*omnia*,l.si mihi Męuia de leg.3.ibi,*cæteris quę vniuersis speciebus, quę in eisdem fundis: quoue eorũ cũ moriar,erũt, vti optimi,maximiq;sunt* iuncta decisioue ibi.*instrumenta emptionum,item debitorum quæ in fundo præ legato remanserunt,non videri legato contineri*, ita ex prædictis, & alijs iuribus, & quamplurimis doctoribus,quos allegat,tradit Pinel.in d.rub. de bon.mater.in prima parte à nume. 13. cum sequent.& signanter num.31.vbi hanc appellat * communem,& receptam sententiam, ex multis etiam alijs idẽ probat Craue.in allega. rub. de lega.1.nume.101. et ex ferè omnibus suprà in confirmationem nostræ limitationis allegatis,& ex alijs idem probat quando huiusmodi donationi est adiecta dictio, *omnia*, Thesau. in supradicta † decis.202. *dicens ita fuisse in causa* de qua ibi de anno 1588.*declaratum*.

46 Alciatus† tamen in l. mouentium de verb. sig.quem sequitur Molin.ad Alexand.in cons. 45.lib.1. contrarium censet verius quoties dictioni, *bonorum*, adiectũ est signum vniuersale, *idem etiam tenet doctissimus Dida.in cap.relatum 2.nume.1.in fin.extra de testam.* motus ex communi loquendi vsu, secundum quem dicit iam ferè receptũ esse quòd hæc clausula, omnia bona mobilia, & immobilia ex mente contrahentium ad iura,& actiones extendatur.

Cęterùm his non obstantibus non est recedendum à suprадicta communi,& receptissima opinione,ex iuribus,& doctorum auctoritatibus superiùs allegatis, & ex alijs quamplurimis adductis à Pinel. vbi suprà, quibus addendus omninò est Tiraquel.loco supetiùs allega.de retrac.§.1.glo.7.nu. 20.

47 Procedit † etiam eadem limitatio etiam si huiusmodi donationi omnium bonorum mobilium,& immobilium adijciantur dictiones, præsentia,& futura,quia vtroque casu militat eadem ratio vt ex Rolan.à Valle in allega.con. 65.nume.9.& alijs ab eo relatis comprobat Gutiet.vbi superiùs in d.c.11.nu.17.circa fin.de iura.confir.in 1.part.

48 Ex quibus† iam inferas grauiter errare Notarios,& tabelliones,qui existimantes plus cõtineri sub clausula omnium bonorum mobilium,& immobilium præsentium,& futurorũ, quàm sub simplici omnium bonorum ptæsentium,& futurorum,in omnibus ferè contractibus priorem adijciunt,ex inani verborum superfluitate contrahentibus nocentes.

49 Hęc† tamen nostra limitatio eandem singulariter recipit sublimitationem,quam & quartę limitationi superiùs adiecimus, vt videlicèt non procedat quando aliter de mente donatoris volentis sub donatione mobilium,& immobilium iura,& actiones comprehendere constaret,vti ex Pinel. vbi superiùs nume. 29. tradit Gutier.in allega.tracta.de iura.confirm. parte prima cap.11.nume.20. & in hoc nõ est dubitandum : quoties enim clarè constat de mẽte,& voluntate contrahentiũ tunc non fit locus præsumptionibus,& coniecturis.

50 Neq;† etiam procederet quinta hæc nostra limitatio quãdo is qui donat nulla habet iura, & actiones,sed omnia bona sua essent mobilia,vel immobilia:tunc enim non foret valida donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, cum per eam auferretur facultas testandi,quia nihil donatori remaneret de quo disponere posset,aut certè parum,quod pro nihilo reputatur,ita nostram limitationem, licèt nihil alleget,sublimitat Gutier.loco suprà proximè allega.nu.18.

51 Cæterùm† hæc limitatio,meo iuditio, tuta non est, quia ad validitatem donationis omnium bonorum non requiritur quòd quis actu habeat tempore donationis aliquid,de quo, ea non obstante,possit testari : quia si sic esset neque valeret donatio omnium bonorum præsentium,iurium,& actionum, quod tamen est * cõtra communem vti ex omnibus doctoribus, quos suprà citauimus,colligere licet, sed sufficit quòd possit habere aliquid de quo in futurum testari valeat. Vndè cum in nostro casu licèt donator tẽpore donationis nulla habeat iura,vel actiones,quia tamen ea habere potest in futurum,quæ non comprehenderentur sub huiusmodi donatione,ideò meritò dicendum erit contra Gutier. id sufficere ad validitatem dictæ donationis,quod benè aduertit Nat. in cons.146.nu.14.

52 Alias† quamplures limitationes ad nostram conclusionem recensent Decius in allega. l. fi. C.de pac.Socin.in lib.regul.verbo,*donatio omnium bonorum*,Francis.Viui.& Eman.Soar.inter commu.opinio.eo.verbo,*donatio*,& latissimè in vol.commu.opin.tom.2.loco 4.tit.11. cap.11. per tot.Clar.§. donatio quæstione 19.per tot. quibus adde Polidor. Rip. post hęc scripta in lucem editum,in lib.singul.obser. in foro responsar.obser. 136.per tot.vbi signanter de illa limitatione agit,quam tradit etiam Socin. in

lib.

53 lib.regul.verbo donatio, fallen. 6.quando† videlicet quis donet non bona præsentia, & futura, sed maximam summam excedentem vires patrimonij sui, licèt ad illã implendam nec præsentia suppetant, nec futura sufficiant, idq. propter spem lucrandi in futurum. Cæterùm nos non existimamus opportere quòd in eis tradendis, & examinandis amplius immoremur, vel ex eo quòd rarissimè in praxi succedant, vel etiam ex eo quòd si omnia, quæ ad subiectam materiam dici possent, à nobis traderentur, multò plus iusto creisceret libellus, sufficiat igitur ad doctores hic adductos remissio, apud quos limitationes omnes nostræ cõclusionis latissimè tractatas proculdubio reperies.

54 Pro† complemento autem huius materiæ operę pretium duxi inuestigare num, sicut non valet donatio inter viuos omnium bonorum præsentium, & futurorum absq. reseruatione, an etiam eodem modo non valeat donatio causa mortis, si contingat fieri de omnibus bonis, præsentibus & futuris, iuribus, & actionibus. In qua dubitatione dicendum quidem est eam donationem valere, Bar. in l. fi. C. de pac. * communiter receptus vt dicit Cagno. in eadẽ l. fi. numer. 278. C. de pac. Socin. cons. 252. lib. 2. Mycha. Graf. recep. sentẽ. §. donatio causa mortis quæstione 14. per tot. Clar. §. donatio q. 19. num. 7. Moli. de primogen. lib. 2. cap. 10. nu. 14. dicens malè Anthon. Gom. in l. 69. tau. numer. 5. cõtrarium sentisse, plurib. comprobat Parlador. rer. quotidia. lib. 2. cap. 8. nu. 3. qui Gom. similiter reprehendit contrarium asseuerantem.

55 Ratio† huius dicti est manifesta: quia per huiusmodi donationẽ non aufertur libertas testandi, cum ea possit quãdocunq. reuocari, vulga. l. qui mortis ff. de dona. cau. mor. Molin. vbi suprà.

56 Cæterùm† an si huiusmodi donationi omnium bonorum &c. causa mortis factæ adiectũ sit pactum de non reuocãdo, an eo casu valeat nec ne, quæstio est valdè practicabilis, & scitu digna, & circa quam ego habui consulere de anno 64. cuidam nobili Florentino, qui consilium à me expostulauit in scriptis pro quadã causa non modici valoris, quę in Rota Florentina inter ipsum, & quendam alium fratrem suum ducebatur. Respondi eam donationem

57 non valere, quia† cum donatio causa mortis per huiusmodi pactum de non reuocando trãseat in donationem inter viuos iuxta tex. formalem in l. vbi ita donatur ff. de dona. caus. mor. l. si alienam § fi. vers. *sed & sic*, eo. tit. & * communiter doctores in dictis iuribus, exornant resolutionem hanc latissimè complures doctores, alij eam communem, alij communissimam appellãtes, & alij denique se neminem vidisse, qui ei contradiceret asseuerãtes, Dida. de Coar. in rub. de testam. 2. parte num. 11. & 13. Anthon. Gom. tom. 2. var. c. 4. num. 22. Nat. in cons. 104. num. 6. Michael Graf. recep. sententiarum §. donatio causa mortis q. 2. numer. 4. Iul. Clar. §. donatio q. 4. num. fi. vbi assignat huius rei rationem Roder. Suar. allegatione 20. num. 3. 4. & 6. vbi similiter rationem tradit nostræ resolutionis, Ioan. Gutier. de iura. confir. parte 1. cap. 22. per totum, Ioseph. Mascar. de probà. conclu. 561. num. 6. omnium copiosiùs, & (meo iudicio) subtiliùs Ludou. Molin. rationes assignando, & contraria formando, necnõ & eadem dissoluendo in tracta. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. à num. 40. cum multis sequent. benè loquitur Eman. Soar. à Ribey. in thesau. recep. senten. verbo, *donatio* num. 285. Vincen. de Franc. decis. 213. num. 6. cum sexcẽtum alijs, quos ipsi allegant, plurib. explicando d. l. vbi ita donatur de his agit Pet. Barbosa in l. quæ dotis à num. 13. cum sequent. ff. solut. mat. etiam si simpliciter promissum sit non reuocare, quamuis non dicatur nullo casu reuocare sicuti habetur in d. l. vbi ita donatur, ita * communiter teneri asserit Dida. in sæpè allega. parte 2. de testam. num. 11. & refert Crat. §. donatio caus. mor. q. 2. nu. 4. pluribus probat Per. Barbosa vbi supra numer. 119. limitatione 2. Et donatio inter viuos si fiat de omnibus bonis &c. absque reseruatione de iure non valet vti latè in superioribus dictum extitit, indè dicendum proculdubio est non valere huiusmodi donationem causa mortis cum eo pacto factam.

58 Nec† obest quod aliqui dicunt, dispositionem d. l. vti ita donatur non procedere, nec locum habere quando alias donatio causa mort. si transiret in donationem inter viuos, inualida futura esset, veluti quando fieret vniuersaliter de omnibus bonis absque reseruatione aliqua, imò tunc, vt actus potiùs valeat quàm pereat, remaniere debere donationem in terminis donationis causa mortis non obstante pacto de non alienando, inter quos sunt non modicæ auctoritatis viri Afflic. decis. 358. num. 6. & ante eum Castren. in cons. 75. fine 101. incip. *notandũ est quòd prefatum statutum* vol. 2. cum alijs relatis per doctores suprà citatos, & signanter per Crat. vbi superiùs per Rimin. in prin. insti. de dona. num. 364. & per Per. Barbo. vbi suprà n. 27.

59 Nam† respondetur egregiè deceptos fuisse doctores supradictos, & reliquos qui idem tenuere ex prauа intelligentia tex. in d. l. vbi ita donatur, de dona. caus. mor. illa enim clarè est contra ipsos, apertèque probat procedere eius dispositionem siue aliàs donatio valida futura

sit inter

sit inter viuos, siue non: postquam enim l. C. ibi docuit per pactum de non reuocando donationem causa mortis transire in donationē inter viuos, postea infert, *ideòque inter viros, & vxores non valet*, quibus verbis manifestè probatur, donationem causa mortis inter virum, & vxorem factam (quæ aliàs vt talis de iure sustineretur, Dida. in rub. de testam. parte. 3. numer. 2. Rip. in l. 2. num. 3. deleg. 1. Cras. in allega. §. donatio causa mortis q. 6. n. 1. perpulchrè Thom. Sanches Societa. Iesu de matrim. lib. 6. disputatione 10. num. 2. qui benè loquitur, & respondet ad id quod ex Dida. vbi suprà, & Iul. Clar. in §. donatio q. 9. versi. & hęc, vbi videntur contrarium tenere, opponi posset, quod idem probat per tex. in l. si eum seruum in fi. & l. sequenti ff. de dona. inter vir. & vxorem, l. sed interim §. sed quod dicit ff. eo. tit.) per pactum de non reuocando in donationē inter viuos, licèt vt talis postea inualida futura sit, per transire, & inualidam remanere. Hanc responsionem tetigit Alex. contra Castren. in l. quæ dotis num. 11. ff. solut. mat. Antho. Gom. & Eman. Soar. à Ribey. vbi suprà, Guillel. Benedi. in cap. Raynuu. verbo testamentum 4. à nume. 25. Angulo de meliora. l. 1. glo. 11. num. 27. pluribus elegantissimè idem probat Pet. Barbo. in l. quæ dotis nu. 130. ff. solut. mat. omninò videndè. & nos iam aliàs tradidimus hac eadem clau. 4. glo. 9. p. 4. à nu. 101.

60 Nec† mouet quòd contraria opinio quamplures habeat graues doctores eam tenentes: nemo enim nescit peruulgatam illam Philippi Decij vocem iam ferè prouerbij locum obtinere, Iureconsultos quasi aues eò volare omnes, quò vnus volauerit: quando igitur meliores sunt rationes, quibus tenentes contra communem mouentur, rationes ponderandæ sunt,

61 non numerus doctorum, cū† possit vnius, forsan deterioris, sententia & multos, & maiores in aliqua parte superare, vt elegantissimè dicit Imper. in l. 1. C. de vet. iu. enuclean. & aduertūt quos referunt, & sequuntur Vincen. de Franc. decis. 30. num. 2. & Gaspar Anthon. Thesau. in quodam cons. impresso inter decisiones Pedemontanas Anthon. Thesau. patris sui post decis. 57. num. 10. Vndè ob id videmus clarissimos viros, relictis quibusdam communibus opinionibus, contrarias amplexos fuisse, constrictos, seu conuictos rationibus, & iuribus, quę pro eis faciebant, vti de Senatu Neapoli. testatur Franc. in allegata deci. 30. Sic in nostro casu vt ab hac nostra opinione discedere debeamus oportet priùs per aliquem ex contrariam tenentibus dissolui efficax argumentum, quod in illius confirmationem ex d. l. vbi ita donatur deduximus.

62 Aliqui† ampliant dispositionem d. l. vbi ita donatur, vt non solùm procedat quando factū est pactum, vel promissio de non reuocando, sed etiam quando donator promisit non contrauenire, ita docet Roder. Suar. in allega. allegatione 20. num. 5. dicens idem voluisse Baldū rectè intuenti in l. cum quis ff. de condic. ob causam, licèt in apostil. Alex. ad Bar. allegetur in oppositum, eandem opinionem tenent alij latè relati per Gutier. de iura. confir. parte 1. cap. 12. numer. 5. pluribus de ea agit Pet. Barbosa in l. quæ dotis numer. 117. ff. solut. mar.

63 Contrariam † tamen opinionem plurib⁹ defendit Molin. de primoge. lib. 4. cap. 2. num. 46. qui Baldum in ea l. cum quis ff. de condic. indeb. pro sua opinione aduocat, quem antea pro contraria eundem allegauerat Roder. Hāc opinionem sequuntur quamplures relati per Gutier. vbi superiùs.

64 Huius† perplexitatis ratione excogitauerūt doctores eas opiniones concordare distinguēdo quòd huiusmodi promissio de non contraueniendo aut opponitur in dispositiuo, ipsius donationis, aut verò in executiuis, primo casu dicunt veram esse priorem opinionem, secundo verò casu posteriorem: Huius concordię auctorem communiter doctores faciunt Decium in l. non omnis num. 11. ff. si cert. pet. vt constat ex traditis per Gutier. loco superiùs allega. circa quam tamen nos amplius non immoramur quia commodiorem expectamus locum quo mox de his fusiùs agemus.

In hac difficultate, si nobis liberè licet dicere quod sentimus, planè confitebimur opinionem Molinę, & sequacium, vt videlicet per pactum de non contraueniendo non transeat donatio causa mortis in donationem inter viuos, nec propterea fiat irreuocabilis, esse veriorem, quod primò probo ex eo quòd l. vbi ita donatur tantùm loquatur in pacto de non reuocando, atque ideò non debet ad aliud pactum, seu promissionem extendi, maximè cum ius nouum inducat, & tractetur de mutanda natura contractus, & de efficiendo quandoq. eum de valido inualidum vt suprà vidimus: secundò idem ita clara, & efficaci ratione videtur probari vt valdè mirandum sit quòd aliquis vnquam fuerit qui huic opinioni contradiceret: contrauenire† enim donationi (si proprietas recti sermonis obseruetur) nihil aliud

65 est, quàm contra eam venire, dici autem † non

66 poterit contra donationem causa mortis venire eum qui illam pro libito voluntatis reuocare voluerit cum vtatur natura contractus, argumento tex. in l. quæro §. inter locatorem ff. loca. vbi† non obstante promissione de non

67 expellendo intra certum tempus per locatorē facta potest conductor intra dictum tempus expelli, si pensionē, seu mercedem non exoluerit,

uerit, quia id venit ex natura contractus locationis, cui non censetur locator per illam promissionem præiudicare, ita respondet Bal. in allega. l. cum quis, de condic. ob caus. quem refert, & sequitur latissimè Molin. in d. cap. 2. li. 4. nu. 46.

Quid dicemus ad Bal. pro vtraque parte à Roder. & Molin. respectiuè allegatum? Sanè nos non curamus quid dixerit Bal. sed quid dicere debuerit, hoc vnum asseuerare audemus Baldum eo loci magis nostram, quàm contrariam, probare, & confirmare opinionem, quod cuiuslibet rectè eum intuëris iuditio comprobandum relinquitur. Et licèt Ludoui. Molin. Societatis Iesu de contrac. disputa. 287. nu. 18. reprobet nostram, & alterius Ludoui. Molinæ opinionem dicens se eam falsam arbitrari, tũ

68 †ex eo quòd ex communi vsu loquẽtium promissio de non contraueniendo idem videatur esse quòd promissio de non reuocando, tum etiam ex eo quòd per reuocationem donatio destruitur, & proindè satis dici debet ei cõtraueniri si reuocetur, nihilominùs nõ propterea censeo recedendum à doctrina alterius Molinę, & eius opinione superiùs à nobis amplexa, quippequi videamus non posse textui in allega. l. quæro §. inter locatorẽ ff. locat. & opinioni communi, quæ ex eo desumitur à doctoribus quòd non censeatur contrauenire qui vtitur natura contractus, optimum dari responsum, nec est curandum de prætenso cõmuni vsu loquentium, quàm enim ille fallax sit, & quàm parùm de eo leges curent, nemo non videt, præterquam in certis casibus, vt aliquando diximus.

69 Alij †requirunt ad hoc vt dispositioni d. l. vbi ita donatur, locus fiat, quòd pactum de nõ reuocando apponatur in dispositiuis, hoc est in principali dispositione ipsius donationis, nec sufficere quòd apponatur in executiuis, hoc est in fine illius, rationem assignant, quia clausulæ in fine positæ non præsumuntur de voluntate partium, sed imò de stylo notariorũ appositę, Deci. in cons. 305. num. 7. & in l. fi. nume. 21. C. de pac. & in l. non omnis num. 11. ff. si cert. pet. Anthon. Gom. tomo 2. varia. cap. 4. numer. 22. Couar. in rub. de testam. secunda parte numer. 11. & num. 13. plures refert Rola. à Val. in cons. 8. numer. 14. libro secundo, & alios Gutier. in allega. tracta. de iura. confirma. 1. parte cap. 12. nu. 5.

70 Contrarium †tenent Molin. & Eman. Soar. vbi superiùs, Manti. de coniec. vltim. volum. li. titt. 13. nume. 7. ea ratione moti quòd imò de iure omnia in instrumento contenta præsumãtur de consensu partium scripta, ex l. iuris gentium

71 §. quod ferè ff. de pac. imò †notarius semper censetur rogatus apponere clausulas consuetas in instrumento, & sic semper præsumitur eas de voluntate partiũ apposuisse l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædil. edic. l. fin. C. de fideiuss. tradunt Felin. num. 6. Dec. num. 6. Rip. num. 47. * & communiter scribentes in c. cum M. Ferrariensis de const. & Anthon. Gab. lib. 6. com. opin. tit. de cõsuetu. conclu. 3 nu. 11. Eandem hanc opinionem, alia tamen ratione, videtur sequi Pet. Barbo. in l. quæ dotis nu. 118. & 119.

72 Gutier. †tamen d. cap. 11. num. 5. versi. *hæc cõcordia*, has opiniones concordando, dicit priorem procedere, & veram esse in clausula generali supradicta, quia tunc censetur apposita ex stylo notariorum quando apponitur in fine instrumenti, & in executiuis, & debet intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, argum. l. quæro §. inter locatorem cum simil. ff. loca. quia supradicta clausula continet verba generalia, & inter verba generalia scripturæ ponitur: in clausula verò speciali expresè apposita in instrumento, qua donator expresè dicit, & promittit se non reuocaturum donationem vllo tempore, dicit Gutier. procedere, & veram esse posteriorem Molinæ, & aliorum opinionem vt tunc siue in principio siue in fine instrumenti apponatur ea promissio, semper donatio tranſeat in donationẽ inter viuos, quia id non verbis generalibus, sed specialibus promisit donator, vndè non est præsumendum (air) eam clausulam specialem ex solo vsu, stylo, & consuetudine notariorum appositam fuisse, sed imò ex voluntate donatoris, ad quæ comprobanda pluria adducit ibidem Gutier. per te ipsum videnda.

73 Quic quid †sit in his opinionibus, inter quas doctioribus & acutioribus electionem relinquo, operæ pretium duxi annotare ex Molin. vbi superiùs in d. c. 2. num. 49. lib. 4. de primog. Hispan. tunc dici dispositioni d. l. vbi ita donatur, satisfactum quoties post verba dispositiua donationis causa mortis adiectum fuerit pactum de non reuocando, & sic tunc dici debet appositum in dispositiuis cum non melius in alia dispositionis parte apponi potuisset: nec d. l. vbi ita donatur, declarat locum vbi hęc verba apponenda sint, sed solùm considerat vtrum donans voluerit illam donationem irreuocabilem esse, quod satis deprehenditur ex verbis prædictis, & pacto de non reuocando.

74 Procedit † item superior resolutio etiam si in donatione adfuissent quinque testes, quod proprium est donationis causa mortis: nam tunc etiam nihilominùs per huiusmodi pactũ de non reuocando transit ea donatio in donationem inter viuos, Nat. in allega. cons. 104. num. 14. Rip. respons. 18. num. 4. Rolan. cons. 61. num. 59. vol. 2. Man. de coniec. vltim. volum. lib. 12.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib.12.tit.7.numer.7. quia non attenditur numerus testium si alia concurrant indicia ex supradictis.

75 Procedit †etiam multò magis ea resolutio quando in huiusmodi donatione fuisset apposita clausula ad habendum, & tenendum &c. quia ea operatur vt donatio sit, & dicatur inter vivos, Rolan.à Val.d.conf.61.numer.48. vol.1. cum alijs quos allegat, quibus adde Vincen.Caroc.deci.seu cas.84.num.24.pro quo facit, quia

76 †dicta clausula videtur transferre in donatariũ facultatem alienandi bona donata, probatur ex his quæ ponunt Bar. & doctores in l. qui Romæ. §.duo fratres ff.de verb.oblig.maximè quando non apponitur in executiuis, sed in dispositiuis, vt latè probat Bec.in conf. 88. ferè per tot.& Osas.etiam latè deci. Pedem.164.per tot.

77 Procedit †etiam multò magis eadem resolutio quando in huiusmodi donatione fuisset apposita clausula constituti, quia ea facit præsumi quòd mens contrahẽntium erat donationem facere inter viuos, ita in proprijs terminis docet Roder.Suar.in allega.allegatione 20.nu. 3. Eandem clausulã considerauit Senat. Neapol. vt † *declararet* donationem, de qua ibi, non causa mortis esse, sed imò inter viuos, vt tradit Vincen.de Franc.decis.213.n.1.Vincen.Caroc. deci.seu casu 84.n. 24.qui ad idẽ allegant Rol. in allega. conf.61.

78 Procedit †etiam multò magis eadem resolutio quando donatio, qua de agimus, foret in actis insinuata: insinuatio enim huiusmodi declaratet proculdubio contrahentium mentem fuisse donationem inter viuos facere, non causa mortis. vt considerat Aymo. Craue.in conf. 214.num.16.& Caro.in allega.decis.84. nume. 23.alias enim non erat quòd eam insinuarent

79 contrahentes, cum †donatio causa mortis insinuatione non egeat, vulga.l.fi.C.de dona.caus. † mor.& ibi communiter scribentes, atq.ita *decisum* fuisse in Sena.Gratianopolita.tradit Guid. Pap.q.610.& docet Peregri.de fideicom.ar.51. nu.62.

Hæc omnia concurrebãt in causa Florentina, de qua suprà, cum alijs indicijs, & coniecturis, quas hic non oportet referre, quia ad nostrum non attinet institutum, ac proindè cõsului eam donationem inualidam esse, vtpotè factam de omnibus, & singulis bonis præsentibus, & futuris absque reseruatione aliqua. Qui plura ad propositum videre voluerit tam circa rationes huius nostræ resolutionis, quàm etiam circa contraria, quæ contra eam formati possent, recurrat ad doctores suprà citatos, & signanter ad Roder.Suar.Molin. & Gutier. qui optimè de his agunt.

SVMMARIA.

1 *Donatio omnium bonorum an sustineatur ex sola vsusfructus reseruatione.*

2 *Affirmans opinio, vbi decisio Senatus Lusitani, & alia decisiones.*

3 *Negans opinio, vbi decisio Senatus Sebusia. & alia decisiones.*

4 *Donator reseruando sibi vsumfructum visus etiam est reseruasse sibi fructus percipiendos, & quicquid ex eis supererit ad testandum.*

5 *Fructus reperti in domo donatoris tempore mortis nõ sunt donatarij, sed hæredis, vbi decisio nostri Senatus.*

6 *Donator reseruando sibi vsumfructum illud videtur tantùm voluisse agere, vt scilicet haberet vnde viueret, non quòd putaret posse se tempore mortis de aliquo per eam reseruationem disponere.*

7 *Donationis omnium bonorum cũ reseruatione vsusfructus validitas pendet, secundum aliquos, ex futuro euentu si tempore mortis remansurum sit donatori de quo testetur, vel non.*

8 *Actum posse pendere ex futuro euentu non est inconueniens.*

9 *Donationis actum non posse pendere ex futuro euentu aliqui volunt.*

Idem dicunt de testamento, ibid.

10 *Tempus donationis est inspiciendum ad dignoscendum an illa valeat, nec ne, vt si vsusfructus reseruatus sit tam modicus, vt non sit verisimile remãsurum ex eo de quo possit donator testari, non valeat, si autem spes sit in contrarium, valeat quidem.*

11 *Donatio valet quamuis post eam alienet, vel consumat donator reseruatum.*

12 *Donatio quæ à principio valuit ex post facto non reuocatur.*

13 *Donatio vt valeat sufficit quòd appareat tempore cõfectionis illius posse in futurum donatorem potentialiter habere hæredem.*

14 *Donatio cum reseruatione vsusfructus non fit inualida ex eo quòd donator contrahat postmodum debita, ad quæ ille remaneat obligatus.*

15 *Mulieris habentis ducentum in dotem valet obligatio prior facta in cẽsu, nec rescindi potest prætextu lesionis, quamuis postea alienet reliqua centum.*

16 *Donatarius an teneatur probare quòd vsusfructus reseruatio sufficiẽs erat ad sustinẽdam donationẽ, an contrarium, qui id negat.*

17 *Fundamentum intentionis suæ quilibet tenetur probare sinè agens sit, siue excipiens.*

18 *Auctoris opinio in proposita quæstione quis teneatur probare an donatarius sufficiẽtiam reseruationis, an contradicens illius non sufficientiam.*

19 *Auctoris circa hæc consilium.*

20 *Donator prouisofructu, quem sibi reseruauit nõ tenetur cauere sicut alij vsufructuarij, sed sufficit quòd*

donator

UAB Biblioteca de Ciències Socials

donator promitat cum hypoteca bonorum, vbi decisiones.

21 Ex propria liberalitate nullus debet vexari, & mitius cum eis agendum est qui ex propria liberalitate conueniuntur, quàm cum alijs.

22 Reprobatur quod num. 20. dictum extitit.

23 Vsufructuarius nullus excusandus videtur à prestãda cautione.

24 Donatorem non teneri cauere pro vsufructu reseruato, opinio quæ tenet, dicitur nullum habere fundamentum quod vrgeat.

25 Donator qui reseruauit sibi vsumfructum si dilapidat bona, vel aliàs malè in eis versatur an possit priuari.

26 Pater dilapidans bona filij potest, & debet priuari eorum vsufructu, & administratione.

27 Donator, qui propter causam priuatur vsufructu, quem sibi reseruauerat, debet habere alimenta à donatario.

28 Alimentis non censetur priuari qui vsufructu priuatur.

29 Donatio vniuersalis vt valida dicatur sufficit habuisse donatorẽ à principio de quo testaretur quãuis illud postea alienauerit.

30 Intestabilis quòd quis fiat, id est quòd priuetur omnibus bonis propter delictum, & culpã iura non censent esse inconueniens.

31 Vsusfructus reseruatio facta promiscuè per duos donatores, qui simul bona donant, an cẽseatur reseruatus totus pro vnoquoq. ex ipsis qñ vnus moritur altero superstite, an verò quilibet respectu suorum tantum bonorum, vbi decisio nostri Senatus, & aliorum.

32 Vsusfructus reseruatus promiscuè per duos donatores simul donãtes cẽsetur taliter reseruatus vt semper quilibet ex ipsis habeat integra alimenta, siue ex proprijs bonis donatis, si sufficiunt ad id, siue ex bonis condonatoris.

33 Vsusfructus spectans ad duos extinguitur pro parte quando vnus ex ipsis descedit

34 Vsusfructus finitur per mortẽ vsufructuarij, & proprietati consolidatur.

35 Vsusfructus cum proprietate consolidatio per mortem vsufructuarij fit ipso iure absque aliqua restitutione.

36 Possessio naturalis, quæ existit penes fructuarium, eo mortuo trahitur à ciuili, quæ est penes proprietarium, & ei etiam ignoranti acquiritur.

37 Proprietarius finito vsufructu potest propria auctoritate capere possessionem naturalem, quæ erat penes vsufructuarium.

38 Etiamsi adesset statutum quòd possessio deffuncti cõtinuaretur in hæredem.

39 Vxori mortuo marito non acquiritur possessio bonorũ, quæ ille vsufructuario nomine possidebat, in vim constitutionis, hac nostra.

Intellectus consti. hac nostra, tit. dissolt lo mat. quin dret & c. ibid.

40 Proprietarius non capit propria auctoritate possessionem bonorum, in quibus alius habebat vsumfructum, quando ille finitur aliter quàm per mortem.

41 Idem est quando finiretur per mortem si ante proprietarium hæres vsufructuarij possessionẽ nactus esset.

42 Statutum transferens possessionem in alium qui intelligatur, remissiuè.

43 Vsufructuarius non potest propria auctoritate possessionem rei, cuius sibi vsusfructus est legatus, capere si inuenerit eam occupatam ab alio.

44 Fideicõmissarius nõ capit propria auctoritate possessionem bonorum fideicommissi nisi eam reperiat vacantem.

45 Possessor quilibet, quamuis iniustus, non debet commoueri de sua possessione nisi citatus, & condemnatus.

46 Retentio ex quibus causis concedatur, remissiuè.

47 Retentio conceditur hæredi donatoris pro reseruatis, vbi decisio nostri Senatus.

48 Actio criminalis oritur ex omni spolio de iure cõmuni.

49 Actio iniuriarum dicitur quæ oritur ex spolio.

50 Spolium in Cathalonia non punitur criminaliter nisi fiat cum armis, & numer. sequent. vbi decisiones nostri Senatus.

51 Vis publica committi dicitur per eum, qui cum armis spoliat alium.

52 Vis priuata committitur per eum, qui spoliat sine armis.

53 Armis vsum esse spoliatorem non est necesse probare vt cum armis spolium commisisse dicatur, sed sufficit quòd armatus venerit, suficit enim terror armorum.

54 Arma habere domi, vel portare solùm, reputatur vis.

55 Resistentia qualis sit necessaria vt non valeat is, qui propriam facultatem habet, ingrediendi possessionem alicuius rei, ea vti.

56 Donator, seu eius hæredes non tenentur bona mobilia, quorum vsusfructus fuerat in donatione reseruatus, restituere in eadem bonitate, sed sufficit restituantur in ea in qua reperiuntur.

Quid in vsufructuario ab alio relicto, ibid.

Et quid in hærede grauato, ibid.

57 Vsusfructus vxori relicti nomine veniunt sola alimenta cum quadã præeminentia in domo, vbi decisiones Senatus Pedemon.

Fallit nisi aliud eliciatur ex coniecturis, ibid.

58 Vsusfructus legatũ quod cõstat ex aliquib⁹ coniecturis fauore liberorum vxori plenè factum, an restringatur ad alimenta mortuis liberis, vbi decisio nostri Senatu.

GLOS. XXII.

Primo dicti donatores sibi reseruant plenum, & integrum vsumfructũ rerum post mortem ipsorum donatarum per totum tempus vitæ ipsorũ, & alterius superuiuentis, propter quem non teneantur præstare aliquam cautionem, nec reddere aliquam rationem, post tamen obitum dictorum donatorum, & alterius ipsorum superuiuentis vsusfructus dictarum rerum post mortem ipsorum donatarum sit finitus, & extinctus, & proprietati applicatus, & consolidatus.

QVANDO huc Typographi peruenit currente prælo diligentia, adeò vidi, præter spem, creuisse librum vt oportuerit, ne immẽsus ille fieret, in hac, & sequentibus glossis, licèt magis quàm præcedentes materiã capitulorũ matrimonialiũ, quã prosequimur, attingere ipsæ viderentur, breuior fieri, & multa prętermitere ex his quæ ad illas ornandas parauerat, taliter tamen me in hoc habuisse arbitror vt pauca omiserim ex necessarijs, nihil posuerim de superfluis; dabitur forsan in sequenti tomo locus, quo hic breuibus patefacta fusiùs ibi explanentur, & longiori oratione prosequantur.

Hæc verba posita in nostro cõtextu reseruationẽ importãt vsumfructus de vita naturali donatorum duraturi, vt ex se satis superq. patet, imò & absq. eo quòd ea verba apponerentur in donatione iam censebatur eadem reseruatio facta p illa verba, *post iñ obitũ nostrũ*, & *nõ ante*, ꝺ quib⁹ in hac eadẽ cla. glo. 3. vt ibi fuit dictũ.

1 Circa† quã reseruationem, si alia nõ fuisset facta, iure optimo dubitaremus primò nũquid ex ea sola deberet nostra donatio vniuersalis sustineri, quã (vt ex duobus, vel tribus habeas oẽs, qui quæstionẽ latè examinarũt, oẽsq. retulerũt qui ꝺ ea egerũt) vide per duos Romanos Cardin. Tusc. & Manticam, illũ practicar. conclu. iur. to. 2. verbo, *donatio* concl. 648. à nu. 44. hunc verò de taci. & ambi. conuen. to. etiã 2. li. 13. tit. 32. per tot. Alex. Trentasinq. var. resol. vol. 1. lib. 3. tit. de dona. resol. 3. à nu. 18. et vltra eos, quos isth doctores allegant, nõ sunt omittẽdi Pater Mõli. de cõtrac. disputa. 280. n. 8. Antho. Fab. in suo C. li. 8. tit. 34. de dona. diffi. 9. nostrates Can. & Ludo. à Pegue. ille quidẽ li. 1. var. resol. c. 8. de dona. à nu. 48. & li. 3. c. 2. de inuenta. à n. 123. hic verò deci. 142. vide aliã longissimã remissionẽ ad doctores, qui articulũ disputarũt, apud Blas. Flor. ꝺ Mena in addi. ad Gã. deci. 166. adde etiã Petra de fideicom. q. 4. in addi. post nu. 8. vers. *sed hoc temperamentum*, pag. 24.

2 Scisi sunt †doctores in duas opiniones è diametro cõtrarias, &, quod peius est, ex fundamentis etiã contrarijs, vna est affirmans quòd valeat donatio, affirmãti etiã nonnullis fundamẽto, quòd fructus, qui superierint donatori ex vsufructu, & alia forsã ex eo acquisita nõ veniant in donatione, sed possit de eis donator testari, altera verò negãs valere donationẽ, ex eo quòd imò supradicta omnia in donatione cõprahẽsa cẽsẽãtur taliter quòd donatario acquirantur spreta quacũq. donatoris in posterũ facta de eis dispositione.

† Affirmãtẽ ex sui rõne *sequutus* est Senatus Lusita. apud Antho. de Gam. allega. decis. 166. refert etiã Corn. in con. 176. num. 25. lib. 2. se sic in facti cõtingẽtia *obtinuisse*, vt habetur apud Man. allega. tit. 32. nu. 4. Eandem opinionem aliqui tribuere voluerũt Senatui Neapol. extra ditis per Vincen. de Fran. decis. 168. quẽ passim oẽs allegãt, sed nõ id fuit declaratũ vt ibi est videre, benè verũ est quòd n. 4. testatur discussõ pũcto *dictũ* ibi fuisse quòd hęc opinio posset dici verior, ex quibus verbis videtur placuisse illi Senatui opinio hęc, eandẽ opinionẽ tribuũt Can. & Pegue. in locis supra citatis nostro Senatui, ex quo apud Micha. Fer. li. 3. obseruã. c. 304. 355. & 404. *declarauit* sub donatione omnũ bonorũ pãtium, & futurorũ reseruato vsufructu, & certa quãtitate ad testãdũ nõ venire fructus *repertos* tẽpore mortis testatoris, sed illos reputari propriũ patrimoniũ donatoris ad detrahẽdum legitimam.

Id quod insinuare satis visus est Senat⁹ dũ in decisionibus relatis p Can. vbi ꝫ. & paulò inferiùs allegatus est, donationes sustinuit cũ reseruatione vsusfruct⁹, & modicæ quãtitatis septẽ, & quinq. librarũ, & etiã 50. solidorũ, ꝙ vix est ꝙ fieri posset nisi attẽderetur ad reseruationẽ vsusfructus factã, taliter ꝙ ex ea sustineãtur, nõ ex illa modica quãtitate, ꝙ miror non aduertisse Can. alioqui occulatissimum, vbi miratur valdè de dictis decisionibus, in loco alleg.

3 Negãtẽ verò †opinionem ex ratione cõtraria, quia scilicet fructus qui repertũtur tẽpore mortis testatoris cõprahendantur in donatione. & sint donatarij, nõ testatoris, nec illi⁹ hæredis † in terminis *sequutus fuit* Senatus Sebusia. apud Anthon. Fab. allega. diffin. 9. tit. 34. de dona. lib. 8. & *amplexi* nostrum Senatum testatur Cancer. in allega. c. 2. de inuen. nu. 123. in 3. part. var. sibi relatum à quodam egregio Senatore, memini

memini me vidisse quoddam responsum egregij olim nostri Senatus doctoris Anthonij Oliba cuidam amico suo post multos annos, ex quo in Senatu sedebat, transactos, tranmissum, in quo hoc inter alia dicebat, reprobatam esse opinionem Pau. Castren. tenentis valere huiusmodi donationem cum sola vsusfructus reseruatione factam.

4 * Sed † prior opinio verior proculdubio, & communior à doctoribus appellatur: reseruãdo enim (inquiunt) sibi vsumfructum donator visus etiam est reseruare sibi fructus percipiẽdos, & quicquid ex eis superetit ad testandũ, & sic non venient in donatione, & per consequẽs iam habebit donator de quo testari possit, hæc latissimè prosequuntur doctores superiùs adducti, & ideò nõ est quòd nos in eis diutiùs immoremur.

5 Hanc ego † opinionem Senatum nostrum amplexurum, quicquid in contrarium dicere visus sit noster Oliba vbi eum suprà retulimus, existimo, atq. arbitror faciliter colligi posse ex traditis per Micha. Ferret c. 304. in 3. par. obseruan. quem Cancer. refert var. resolu. p. 1. c. 8. de † dona. num. 49. dicit enim Ferret *decisum* in Senatu fuisse fructus repertos tempore mortis donatoris, qui donationem fecerat cum reseruatione vsus fructus, non venire in donatione comptæhensos, nec esse donatarij, sed imò illius hęredis, & idem postea, quòd ita teneat noster Senatus & quòd decisiones factæ pro hac opinione sibi magis arrideant quàm aliæ, quæ eidem relatæ verbo fuerunt per quendam ex nostris, iterùm affirmat idem Cance. in 3. par. varia. cap. 2. de inuen. numer. 123. & patet manifestè ex alijs declarationibus eiusdem nostri Senatus, quas num. 124. idem Cance. refert, in quibus declaratæ sunt validæ donationes cum reseruatione vsusfructus, & quinque librarũ, quinquaginta solidorum, & septem librarum pro ambobus donantibus respectiuè impossibile enim videtur quòd cum istis modicis reseruationibus validas iudicasset Senatus donationes, nisi verum & illud existimasset, quod nos fundamentum habemus nostrę opinionis, quòd scilicet fructus recipiendi ex vsufructu non veniant in donatione, nec postea efficiantur donatarij, prouti & nos inferiùs aliter etiam docebimus.

6 Caual. autem † in tracta. de vsufruc. mulieri relic. nu. 155. volebat sensum dare verbis reseruationis, qui si verus esset, non foret dubium quin imò secunda sententia superiùs relata, nõ prima, esset sequenda: dicit enim quòd per reseruationem vsusfructus in donatione vniuersali factam censetur tantùm donator reseruare quòd possit viuere, idq. solùm importare verba supradicta affirmat, quibus ego addo videri quòd mẽs donatoris tãtũ fuerit in vim huiusmodi reseruationis reseruare sibi q. debeat, durãte vita, gubernare bona, & ex eis ipse alijs potiùs subministrare alimẽta, quàm ab eis recipere, & postulare, non quòd intellexerit velle se tempore mortis aliquid habere ex huiusmodi vsufructu acquisitum, de quo possit extra personam donatarij disponere. Sed hæc dimicamus, non enim benè recipiuntur quæ nouè cõtra cõmunes receptas traditiones ab alijs excogitantur.

7 Aliqui † dicũt validitatem, & inualiditatem huiusmodi donationis pẽdere ex futuro euẽtu taliter quòd si extãt tempore testamẽti bona, vel quãtitas de quibus possit donator testari, valebit quidem donatio, secus futurum si nõ extẽt, quam opinionem tenẽt Cagnol. in l. fi. 11
8 nume. 130. C. de pac. qui addit † nume. sequẽti nõ esse incõueniẽs actum pẽdere ex futuro euẽtu ex l. pater filium de inoffic. testam. cum simil. maximè actus viuẽtium, l. fin. ad fin. ff. cõ. præd. refert Cardin. Tusc. vbi suprà num. 51. & sequitur Trẽtafinq. allega. resolu. 3. nu. 18. versi. *in hoc casu.* 11

9 Sed dissentit † in terminis Caualca. in trac. de vsufruc. mulier. relic. allega. num. 155. versi. *quia quando*, dicens donationis aut testamenti validitatem, vel inualiditatem non posse stare in pendenti, sed statim esse validam, & validum, vel inualidã, & inualidum, allegatque d. l. fi. in fin. ff. com. præd. quam pro contraria opinione alij adducunt, & Brun. & Roder. Suar. vbi apud eum.

Mihi autem, non quòd existimem fieri non posse quòd quandoque actus pendeat ex futuro euentu, contrarium enim probant quos noster Cance. allegat in 3. par. var. c. 7. de pactis num. 88. & Monter. decis. 10. nu. 33. & decis. 47. num. 35. qui quomodo id procedat tibi declarant, sed quia † tempus donationis arbitror esse inspiciendum ad dignoscendum num donatio valeat, vel non, quicquid postea accidat, placet aliam tenere opinionem, & dicere, quod omnes dicunt, non valere nostram donationẽ cum sola vsusfructus retentione si is sit tam modicus, & tenuis vt nõ sit verisimile aliquid superfuturum donatori de quo testari possit, & è contrario sit si ex se talis appareat vsusfructus, de quo, attenta conditione donatoris, probabiliter expectari possit remansurum, vltra alimenta, & expensas necessarias, aliquid non modicum, de quo possit testamentum cõdere, & reperire hęredem is qui liberalitatẽ exercuit, Dida. lib. 3. var. c. 12. nu. 3. versi. *secundò, Pauli sententia*, Molin. de primogen. libro secundo cap. 10. num. 15. Cardin. Man. vbi suprà allega. est de taci. & ambig. conuen. libro 13. tit. 31. Card. Tusc. allega. conc. 648. n. 63. & Trẽta-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sinq.allega.resolu.3.num.18.ante fin. ac reliqui omnes conueniunt qui de hoc agunt, quos legere poteris apud paucos suprà citatos.

Qua extante veta opinione nulli dubium quòd non erit necessarium expectare futurũ euentum, sed considerare à principio num donatio sit facta cum sufficienti reseruatione attento statu, qui est tempore donationis, idest num vsusfructus reseruatus sit ita pinguis in hominum æstimatione vt vltra alimenta, & expensas necessarias probabile sit remansurum donatori de quo possit suo tẽpore testari, nulla habita ratione de eo quod postea succedat, idest quòd tempore quo vult donator testari põ habeat de quo, putà quia omnem vsumfructum aliàs pinguem, & sufficientem consumpserit, sicuti † non est in consideratione in reseruatione cuiuscunq. alterius rei quòd eam postea donator alienet, vel cõsumat reseruatum, valet enim nihilominùs prior donatio, Bologne. in l.fi.nume.133.C.de pac. Anthon. Fab. in suo Cod. lib.8.tit.54.de donatio. diffi.9. qui in scholio finali rationem reddit valdè huic nostro casui accommodatam, quia † quæ ab initio valuit, & vires habuit donatio ex post facto reuocari non potest, l.2.3.& passim C. de reuoca. dona.

Benè Cagnol. in repeti. l.fi.nume.252. incip. *rursus* C.de pac. vbi † in proposito dicit, & ex multis probat sufficere ad validitatem donationis quòd habito respectu ad tempus ipsius donationis potentialiter potuerit donator habere hæredẽ, hancque dicit esse rationẽ superiùs à nobis adductæ resolutionis. Idem in terminis nostræ vsusfructus reseruationis dicit Cardin. Tusc. allega. conclu. 648. n. 54. licèt nihil alleget volens † quòd donatio cum hac reseruatione semel valida non inualidetur licèt postea donans cõtraxerit debita, per quę vsusfructus remaneat obligatus, viden. in simili Gasp. Thesau. in additione ad decis. Anthonij patris 223. vbi † asserit *decisum* in Sena. Pedem. † valere, & sustineri obligationem pro centum, per mulierem, habentem ducentum tantùm in dote, factam ex eo quòd per eam non remaneat vltra dimidiam læsa, quamuis postea alteri alteram de alijs centum fecerit donationẽ: nonnihil ad hoc propositum conducens diximus suprà hac eadẽ clau. 4. glo. 21. donationis omni. bon. p. 2. nu. 51. dum ex Nat. in cons. 146. nu. 14. dicebamus valere donationem, in qua non compræhenduntur iura, & actiones, licèt nulla habeat donator tẽpore donationis, nec postea aliquid appareat acquisitum tẽpore testamẽti de quo testari possit, quia sufficit potuisse habere: idẽ est in donatione bonorũ prę sentiũ vt ibi videre poteris.

Si ergo sufficit ad donationis validitatem factam fuisse reseruationem rei cuius ratione potentialiter potuit donator habere hæredẽ, licèt postea reuera appareat nihil hoc profuisse, quia vel alienata res illa est, vel consumpta, frustra dicitur expectandum futurum euentũ, cuius nullus futurus est effectus.

Maior † difficultas est applicare hæc ad praxim, ponamus quòd quis habeat donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum cum huiusmodi vsusfructus reseruatione factam, & quòd ipse dicat eam validam propter dictam reseruationem, alius verò neget, quis tenebitur probare, an donatarius sufficientiã reseruationis, an verò contradicenti incumbet docere non fuisse sufficientem eam reseruationem? Qua in re obseruant omnes, quos apud suprà citatos videre poteris, & signanter apud Trentasinq. probare debere donatarium sufficientiam reseruationis ex quo aduersarius habet fundatam suam intentionem, quòd donatio non valet si sit vniuersalis omnium bonorum præsentium, & futurorum, sequitur Dida. allega. c. 12. lib. 3. var. versi. *secundo Pau. sententia*, & versi. sequenti.

Sed contrarium tenet Socin. iun. in cons. 117. col. 2. lib. 3. dicens, quòd si alleganti donationẽ opponatur dẽ eius inualiditate propterea quòd sit vniuersalis, sufficit ei dicere non esse vniuersalem, quia habet reseruationem vsusfructus, & si aduersarius replicauerit non esse illum sufficientem ad alimenta, nec talem ex quo probabile sit remansurum aliquid, de quo possit donator conficere testamentum, tenebitur id ipse probare: rationem † dicit esse, quod cõ * munis doctorum schola docet, quòd siue agẽs quis sit, siue excipiens debet semper probare fundamentum suæ intentionis, viden. Cardin. Tusc. allega. conclu. 648. nu. 74.

Mihi † prior opinio arridet proculdubio magis, quia is qui excipit de reseruatione nihil agit nisi doceat quid sit illud quod reseruatum est vt concludat, quod sibi est necessarium ad victoriam, non esse donationem vniuersalem, nec talem vt sit verisimile non habiturum donatorem cũ morietur de quo disponat, quod cum non appareat ex sola ostentione reseruationis vsusfructus, cum quid certi nec re ipsa, nec in hominũ opinione præse ferat, vt colligi ex ipsa sola reseruatione possit non remanere donatorem omninò intestabilem, non secus atqui si sibi donator bona diceret sibi reseruare ad testandum, quæ habet in India, vel alia parte, non cognito, nec intellecto an aliquid illud esset, & quãtum, indè fit quòd debebit proculdubio donatarius allegans validitatem donationis, & eam fundans in reseruatione prædicta, eius sufficientiam iustificare, ac demonstrare.

Consule-

19 Consuleremꝰ † tamen in praxi semper ad vitandas huiusmodi controuersias quòd impugnans donationem non expectaret probationẽ aduersarij, sed ipse doceret insufficientiam (si talis esset) reseruationis, ne fieret, quod contingit persępè, iudicem sequendo contrariam opinionem ipsum frustrare, & quasi decipere eũdem de hac opinione non modicum cõfisum. Sed hæc omittamus non necessaria nostro donatario, ex quo alia sufficiens vltra vsumfructũ extitit facta reseruatio, & quæramꝰ, quod omittere non possumus, nunquid iste donator qui reseruauit sibi vsumfructum si non fuisset in nostra donatione dictum, sicuti pluries dici nõ solet, teneretur cauere de vtendo & fruendo arbitrio boni viri sicut alius quisq. vsufructuarius?

20 Vtilis † quæstio quamuis dicat Corn. cons. 267. lib. 4. nu. 11. se sexagenarium nunquam vidisse donatarium talem cautionem à donante petijsse, mihi enim, licèt nõ sim eius ætatis, cõtigit non semel de articulo disputare in foro, & contigisse in Camera Imperia. docet Minsyng. * vbi infrà allegabitur. Communis doctorum schola tenet quòd nõ sit præstanda cautio, sed satis esse quòd donator promittat, cum hypotheca omnium bonorum, vt habes ex allegatis per nostrum Cancer. lib. 1. var. c. 8. de dona. nu. † 50. vbi notanda est *decisio* Senatus Pedemon. apud Osas. 153. adde Cameram Imper. quæ eã- † dem opinionem etiam *sequitur* apud Mynsin. centu. 5. obser. 36. & Hering. qui plures in idem refert in tracta. de fideius. c. 5. nume. 108. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 46. Rolan. à Valla. tè in cons. 37. per tot. vol. 2. Gutier. in repetitio. l. nemo potest nu. 291. ff. de leg. 1.

21 Rationem † dicũt omnes esse ne ex propria liberalitate quis vexetur, & quia minùs est agẽdũ cum his qui ex propria liberalitate cõueniuntur, argum. tex. in l. ad res donatas ff. de ędil. edic.

22 Sed † hęc non videntur satisfacere, si enim tractamus de donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum solo vsufructu reseruato, in quo, quæso, fundabitur hypotheca, & quibus bonis innitetur si nulla habeat donator, & vix est quòd sit vnquã habiturus nisi quę ex vsufructu procedent, quæ sunt tam incerta vt quisque considerare potest.

23 Pręterea † si de natura vsusfructus est vt quis pro eo teneatur cauere, idq. tam generaliter statuitur vt nulla prorsus persona videatur excepta in l. 1. ff. vsufruc. quemad. caue. ibi, *ex alia quacunq. causa constitutum fuerit vsusfructus, &c.* in l. 4. C. de vsufruc. ibi, *siue ex voluntario contractu*, & l. in fraudem §. fi. ibi, *quia generalis* ff. de mili. testam. difficile est donatorẽ excipere velle à tam generali dispositione.

24 Atq. ideò † forsan nõ sine tatione Pinel. in repeti. l. 1. p. 1. nu. 80. C. de bon. mat. dicit nõ adduci pro hac opinione fundamẽtũ q. vrgeat, & de rigore cõtrariũ sustineri posse, sed quia ipse, ex quò opinio prędicta æquitate, & politica comitate tenetur, durum enim (inquit) & inciuile videretur admittere donatariũ petẽtẽ cautionẽ ab eo qui liberaliter beneficium ei cõtulit, cũ cõi pertrãsiit, ideò & nos eadẽ tõne moti in idẽ cõuenimꝰ absq. alia discussione, nec est iustũ cõtra stimulum tã cõis, & receptæ opinionis velle calcitrare.

25 Sed si † adsit causa, putà dilapidationis, aut quia malè in re versetur, vel alia, an iste donator, qui sibi vsumfructũ retinuit, possit vsufructu priuari sicut & alius quicũq. vsufructuarius ex huiusmodi causis in huiusmodi priuationẽ incurrit, quæritũ est à me persæpè: respõdi me nõ reperire differẽtiã inter vnũ & aliũ vsufructuariũ, maximè † cũ idẽ reperiã cõstitutũ, & 26 ab omnibus resolutum in parte respectu vsusfructus, quem habet in bonis aduentitijs filij, qui licèt, sicut noster donator, priuilegiatus sit in non cauendo, & aliàs, vt diximus in 3. p. glos. 7. clau. 4. n. 19. & 65. nihilominùs priuatur vsufructu ex causa, ob quam alius vsufructuarius priuaretur, prout pluribus probat Ioan. del Castillo Sotomaior in tracta. de vsufruc. libro 1. cap. 3. à num. 100. & rursus c. 21. per tot. qui tibi alios allegat, qui de eadem re egerãt hic necessariò omittendos, ne idem quod ille, repetere- mus, videndus etiam Ioseph Ludoui. deci. Lucen. 5. à nu. 1. Recipere † tamen nihilominùs de- 27 bere à donatario alimenta existimo donatorẽ ex adductis per Surd. de alimen. tit. 1. q. 48. per tot. & tit. 4. q. 23. à num. 8. & per Rossental. de 28 feud. c. 8. conclu. 27. num. 2. & 14. per † priuationem enim vsusfructus non censetur quis priuatus alimentis ad tradita suprà in allega. part. 3. glo. 7. clau. 4. numer. 40. Nec est inconueniens quòd ista via fiat huiusmodi donator intestabilis, tum quia † ad validitatem donatio- 29 nis vniuersalis sufficit quòd à principio quid sufficiens vel in rei veritate, vel etiam in hominum opinione sit reseruatum ad testandum licèt postea illud alienetur, vel aliàs euanescat vt in principio huius glo. à num. 10. dicebamus, & in terminis nostræ vsusfructus reseruationis tenet Cardin. Tuscus allega. cõclu. 648. n. 54. licèt nihil alleget, dũ dicit donationẽ reseruato vsufructu validã semel, nõ *inualidari* licèt donãs cõtraxerit postea debita, per quæ vsusfructus remaneat obligatus, tum etiam † quia le- 30 ges nostræ non censuerunt id esse inconueniẽs quòd quis per delictum, & culpã priuetur omnibꝰ bonis, pone enim quòd is qui donauit delictũ aliquod cõmiserit, & in aliquã eius ratione pœnã inciderit, nemo dubitare sanè potest

quin contra hunc pro pœna incursa, quantum sufficit reseruatio, (in eo enim quod est vltra eam iam alias supra in 5.par.glo.9 clau.4.n.134. & clarius 138.diximus non posse manum appo ni) possit fieri executio.

31 Hæc† vsusfructus reseruatio, quæ fit in his cap.mat.per nostros donatores, taliter concepta reperitur vt cessiet omninò doctorum cõcer tatio, qui statim dubitare solent nũquid reser natio censeatur ab vnoquoque ex ipsis facta de vsufructu propriarum rerum donatarum tã tùm, sic quòd vno mortuo extinguatur vsusfru ctus bonorum ipsius, & proprietati consolide-tur, an verò totus vsusfructus censeatur reser-uatus superuiuenti ipsorum: est enim facta reseruatio vsusfructus omnium bonorum do-natorum penes dictos donatores, & superui-uentem ipsorum, quo casu omnes tenẽt, quod verba reseruationis sonare ex se ipsis videtur, censeri reseruatum vsumfructum bonorum vtriusque pro superuiuente, prout in terminis huiuscemodi reseruationis sub die 10. Septẽb. 1593. in causa Michaelis de Montagut, & Lu-douicæ Gargall, referente egregio quondam † Senatore Guillermo Sunyer, *declarauit* noster Senatus actuario Raphaele Pasqual: vbi autem simpliciter, prout sæpè fit, huiuscemodi reser-uatio facta foret dicendo quòd donatores re-seruabant sibi vsumfructum de tempore vitæ suæ, tali casu volunt doctores intelligendam reseruationem taliter quòd vnusquisque ex donatoribus futurus tãdem sit vsufructuarius propriorum bonorum, non vnus alterius. Hãc differentiam inter supra dictos duos casus ag-nouit noster Cancer par.1.var.c.8.de dona.nu. 42. vbi ad id citat Bertran. in cons. 47. lib. 2. & nostrum Marquil. in vsat. auctoritate, & roga-tu 1.q.4.ac notata per Bal. & doctores in l. pe-nul. C. de impub. & alijs substitu. adde Guid. Pap. & eius additionatorem Stephan. Ran-chin. decis. 204. vbi binas reperies pro hoc † secundo casu in Sena. Grationopolita. factas *de cisiones*.

32 Vellem† tamen quòd vbi casus occurreret examinares glossellulam, & additiunculam se cundam positam *in d.decis.* Guid. Pap. 204. *in littera* B. verbo, *Bar.* & videres an tuo casui posses acommodare perscrutando attentè num superstes donatòr ex vsufructu suorum bonorum solo possit vitere, nec ne, nam in primo casu, inquit hæc glo. potest sustineri opi-nio quòd censeatur reseruatus vnicuique vsu-fructus tantùm suorum bonorum, si verò sic secus, minimè, ex eo, quòd non sit vetisimile quòd donatores intellexerint se ita voluisse denudare quin saltem integra alimenta apud quemlibet eorum perpetuò sint, quod videtur non carere ratione, sed quicquid sit, melius est ad has effugiendas difficultates quòd, si ita ve-lint partes, cõponat notarius clausulã reseruationis prout in nostro tex. & tes de plano procedet.

33 Vbi autem† supradicta non adessent, sed sim-pliciter spectaret vsusfructus ad duos, tunc per mortem vnius extingueretur pro eius parte, sic † dicit *decisum* Papon lib.14.tit.2.arrest. 3. quod tamen quomodo sit intelligendum, quia quã-doq. est locus iuri accrescendi in hac materia, vide per nostrum Cancer. lib. 3. var. c. 22. de iu. accres. nu.122.

34 Per mortẽ† donatorum finitur vsusfructus reseruatus, & cum proprietate consolidatur §. finitur insti. de vsufruc. l. corruptionem C. eo. tit. cũ simil. plura ad idẽ allegat Sotomaior de vsufructu lib.1.c.61.num.3. & hæc† quidem cõ-35 solidatio fit ipso iure absque aliqua restitutio-ne, vt isdem Sotomaior dicit vbi supra nu.7. & 8. taliter quòd possessio naturalis, quę existe-bat penes fructuariũ, statim proprietario etiã ignoranti ipso iure acquiritur: trahitur† enim à 36 ciuili, quæ erat apud proprietarium, & tunc di-citur proprietarius plenam in re habere pro-prietatem: hęc latiùs is doctor docet quàm ego sciré référre, adde Mago. decis. Luca. 4. nu. 20.

37 Ex quibus† sequitur quòd potest proprieta-rius finito vsufructu accipere propria auctori-tate illam possessionẽ naturalem, quã fructua-rius habebat, vt eam iungat suæ ciuili, etiam † si 38 adesset statutum quòd possessio defuncti cõ-tinuaretur in hæredem, nec propterea incidit in pœnam l. si quis in tantam C. vndè vi, Tira-quel. in trac. le mort Saysit par. 3. decla. 1. nu. 5. Hier. Gab. in cons. 142. nu. 4. & 5. lib. 2. & Soto-maior vbi supra à nu. 8.

39 Sicuti† seruamus in Cathalonia, vbi licèt ha beamus statutum transferens possessionem in vxorem ipso iure mortuo viro omnium bono-rum illius pro securitate suę dotis, consti. hac nostra tit. disolt lo mat. in 1. vol. consti. nihilomi nùs ea possessio non censetur translata earum rerũ, quas maritus vsufructuario nomine pos-sidebat Canc. lib. 2. var. c. 7. de testi. in integ. à num. 46. & ante eum Mier. in eadẽ consti. nu. 57. & nu. 79. & postea Oliba de actio. p. 1. lib. 3. ad § fuerat n. 6. insti. de actio. in 2. lectu. de quo nos aliud nunc non dicimus commodiorem expectantes locũ in 2.to. huius operis, vbi per extẽsũ hęc materia, Deo cõcedẽte, pertractabi-tur, videtñ Sesse vbi infrà allega. deci. 67.

40 Quod est† verum quando per mortem vsu-fructuarij finitur vsustructus, secus verò si alio modo in vita vsufructuarij, tunc enim neces-sum esset quòd proprietarius ageret contra vsufructuarium vt eũ expelleret, ex Tiraquel. vbi supra nu. 6. & 7. additio. ad Mago. allega. decis. Luca. 4 *in littera* D.

Idem

41 Idem †etiam esset quando, finito per mortẽ vsufructuarij vsufructu, illius hæres cœpisset bonorum possessionem ante proprietarium: tunc enim non posset is propriæ auctoritatis facultatem exercere, sed teneretur adire iudicem, & iustitia mediante suum ius facere declarari: quod enim dicitur proprietarium finito per mortem vsufructu posse propria autoritate possessionem naturalem, quæ erat penes vsufructuarium, apprædere, & suæ ciuili adiungere, intelligitur si antea hęres non occupauerit eam, id quod tam clarè, ac apertè probant quos Cancer. noster allegat parte 2. varia. cap. 7. de testi. spol. à numer. 46. vt alio opus non sit ad id confirmandum, adde Caual. præter loca in tracta. de vsufruc. per eundem Cancer. allega. adde (inquam) eundem decis. 36. nume. 139. parte 2. Aluar. Velas. consulta. 173. & nouissimè Henri. Rossental de feud. tomo 2. cap. 10. conclu. 41. nu. 58. magis nouè nonnulla dicit Sesse

42 deci. 67. per tot. vbi †agit de intelligentia statuti transferentis possessionem in successorẽ, adde etiam quæ nos in superioribus diximus in glo. cum pace, & guerra glos. 15. à num. 65. dum de domino directo agebamus, nũquid posset ipse propria auctoritate finita emphyteusi possessionem apprædere, adde itẽ quæ inferiùs dicemus in glo. de constituto.

43 Id quod †tractamus non secus est atqui illud, quod de vsufructuario similiter dicimus quòd is nõ possit propria auctoritate legatum vsusfructus capere si rem reperit occupatam licèt posset si illam inueniret vacuam, qua de re Caroc. deci. seu casu 80. num. 39. & 42. vbi allegat Meno. de adipis. remed. 5. numer. 30. & Man. de coniec. vlt. volunt. lib. 4. art. 10. nume. 30. & 31. & Peregri. optimè in tracta. de fideicom. art. 47. num. 51. & num. 55. cum sequent. vbi †de fideicommissario loquens dicit illum

44 non posse propria auctoritate possessionem apprædere nisi illam reperiret vaccantem, tametsi testator id permisisset, quia modo prędicto ea permissio intelligeretur, iustum ergo est quòd idem è contra dicamus de proprietario respectu vsufructuarij, vel hęredis illius.

45 Estq. optima †ratione id quod tractamus receptum, quia quilibet possessor, quamuis iniustus, non debet commoueri de sua possessione nisi priùs citatus, & conuentus l. cũ fundum ff. de vi, & vi arm. & c. ex litteris de restitu. spol. benè Peregri. d. art. 47. num. 56. & ratio rationis

46 est, quia †potest esse quòd hæres vsufructuarij habebit aliqua iura, & credita in bonis, quæ ei darent, & concederent retentionem, quod causari posse ex varijs rerũ figuris docet multùm abundè, materiam retentionis, in quibus scilicet casibus ea procedat, pertractans Alex. Trentas. inq. var. resol. lib. 3. tit. de pignor. & hypothe. resol. 1. per tot. vèluti possent esse aliqua melioramenta à defuncto facta, vel si non adsint, vix tamen vnquam deficiet creditum alicuius quantitatis reseruatæ per donatorem ad testandum, quæ ad hæredem pertinebit pro-

47 culdubio, & eius † ratione competet eidem ius retinẽdi, prout Senatus noster in terminis *declarauit* referente illius olim egregio Senatore Saluatore Fontanet, nunc in supremo Regni Aragonum Regente, in causa Anthonię Planes, & Meca contra pupillos Graus sub die 8. Mar. 1604 scriba nũc Thio, quæ licèt sit postea in alia aula reuocata, sed non quoad hunc articulum, imò postea in tertia aula ad relationem egregij Senatoris Francisci Bonet fuit in omnibus confirmata sub die 31. Ianuarij 1611. Indè fit quòd verè sit spolium, & vt tale puniatur expulsio hæredis fructuarij, quæ propria auctoritate fit per proprietarium quando reuera hæres erat in possessione, & in insistentia rei vt nõ obscurè ex suprà deductis, & probatis apparet.

48 Et quidem †criminaliter ista spoliatio puniri debet quia ex omni spoliatione oritur actio criminalis de iure communi, prout Canc. probat d. lib. 2. var. c. 7. de testi. spolia. n. 1. & abundè Farina. suor. oper. crim. partis secundæ tomo 1. de var. ac diuer. quæst. quæst. 100. n. 38. vbi †signanter docet actionem iniuriarum esse, quæ

49 criminaliter ex hoc facto oritur post Meno. de retinen. possess. remed. 3. nume. 549. & Ioseph. Ludoui. commu. conclu. 71. Licèt †in Cathalonia id non practicetur nisi fiat cum armis, &

50 sic †commitatur vis publica in terminis l. 3. circa fin. ff. ad l. Iul. de vi pub. & l. si quis ad se fundum C. eo. tit. Meno. de arbit. cas. 394. nu. 96. si

51 enim sine armis fit, quo casu †dicitur committi vis priuata, ad l. 5. ff. ad l. Iul. de vi priuata, & Meno. vbi suprà num. 118. non proceditur criminaliter, sed ad iudicium ciuile negocium remittitur, quod tamen ex qua ratione sit in Cathalonia introductum adhuc non potui reperire licèt cum diligentia exquisiuerim, sed ista obseruari omnes planè norunt, qui in prouincia causas ducunt. Vbi autem arma adfuissent in spoliatione procederet vtiq. Senatus contra spoliatorem criminaliter, prout ego signanter

† *obtinui* de anno 1611. mense Maij ad relationẽ egregij Senatoris Michaelis Sala in causa Vincencij Almalrich de Torello contra Hieronymũ de *Pastors Burgẽsem* villæ de Ribes, propter spoliũ, quod prætẽdebã per eũ cõmissum de certis reb', in quarũ possessione vt hæres patris sui existebat dict' Amalrich, quatũ partim dict' eius pater erat vsufructuari' tãtũ dũ viuebat, & dict' Pastors, seu eius vxor, pprietarius, & partim erat dictus eius pater proprietarius, scriba erat Micha. Orpi, licèt postea in causã dubij an ciuiliter, an verò criminaliter ea in re

foret procedendum, nescio quo fato, declaratum fuerit per quatuor pro dubio decidendo nominatos doctores ciuiliter negocium tractandum, quod numero maiores in aula criminalium causarum criminale extiterat habitū, & tentum.

53 Vt autem † scias qui practicaris in Cathalonia quando dicatur *spolium* commissum, & factum cum armis vt indè oriatur actio criminalis, criminaliterque spoliator possit proindè puniri, in quo non modicè dubitatum fuit in causa superiùs enarrata, aduerte quòd non est necessarium spoliatorem armis vsum fuisse in spoliatione, sed sufficere quòd armatus venerit ex l.3. circa fin. ff. de vi, & vi arm. in illis verbis, *Qui armati venerunt, & si non armis vsi sunt ad deyciendum, si deiecerint: armata vis facta esse videtur. Sufficit enim terror armorum, vt videantur armis deiecisse*, vbi singularis est glo. verbo, *si deiecerint*, dicens. *scilicet sine armis*: quia forte armis visis fugerunt, aut cum venissent armati eis depositis eiecerunt possidentes, singularis etiam est glo. in l.1. ff. ad l. Iul. de vi pub. verbo,

54 *domi*, vbi sic dicit † *nota mirabile quod reputatur vis solùm habere arma vel domi, vel portare*, propè infinitos ad propositū allegat Thom. Sanches de matrim. lib.4. dispu.5. num.5. qui est videndus, atque ita quamuis in causa supradicta non probauissemus spoliatorem armis vsum in spoliando, quia tamen probatum fuerat eum armatum venisse, & extitisse qñ spoliauit, ideò declaratum fuit fore criminaliter contra eum procedēdum prout processum extitit (quousq. aliud causa expediens habuit per dubij declarationem vt dictum est) tanquam qui violentiam, & spolium cum armis commisisset: memini quòd monstrauimus egregijs Senatoribus processum alterius causę criminalis contra Antichā Solera, & Quera ad instantiā Hieronymi Portas referente egregio Senatore Ioseph Ferrer institutę de anno 1604. in qua cum spolium cum armis prætenderetur cōmissum ex sola allegatione vis factæ cum armis processum legitur criminaliter cōtra dictam Solera, quamuis tempore prouisionis nihil de armis extitisset probatum, sed solum, nudum spolium, & cum fuisset postea firmatum dubium

† an causa criminalis esset, vel ciuilis, *declaratum* extitit quòd criminalis, verum est quòd tempore declarationis dubij erat iam vis armata probata, id est quòd armati venerant qui spoliarūt, scriba erat Macip, quę forsā fuit causa cur procedimenta sustinerentur: vtroque autem modo cum dicto exemplari nos nostram probauimus intentionem, & ideò eo viso fuit facile quod optabamus obtinere in aula causarum criminaliū. Et non solùm †

55 non potest iste noster proprietarius, & donatarius finito per mortem donatorum vsufructu reseruato appręhēdere possessionem propria auctoritate bonorum in donatione compræhensorum quando eam reperit ab alio occupatam, sed nec etiam quando reperit aliquem, qui sibi vel baliter tantùm repugnet, & resistat in adeptione dictæ possessionis, quamuis non adsit repugnantia armorum, quia quamuis in l. non est singulis, de regul. iur. videatur requiri maior repugnantia quàm verbalis, ibi, *ne occasio sit maioris tumultus*, vt habetur in l. si quis aliquid §. auctore seditionis, & tumultus ff. de pœn. l. fi. ibi, *nisi fortè tumultus aliter sedari non possit*, ff. ad l. Cornel. de Sicar. nihilominùs sufficit pro culdubio contradictio, & verbalis repugnantia expulsi cum protestatione sui iuris licèt ad arma non deueniant: nam et hæc contradictio, & clamosa repugnantia tumultum facit. & scādalum in populo expellente homine priuato, sic pulchrè Velasc. consulta. 173. à numer. 18. qui latiùs discursum extendit, qua de re aliquid inferiùs dicemus in glo. de constituto.

56 Sed si † tempore restitutionis mobilia bona compræhensa in donatione sint consumpta, vel deteriorata an possint in ea bonitate restitui, in qua reperiuntur tēpore restitutionis, an verò sint restituenda in ea in qua erāt tempore donationis, quæstionis est non modicæ, in qua omisso quod doctores dicunt in hærede grauato, de quo Peregri. de fideicom. art.10. à num 35. & in vsufructuario ab alio relicto, de quo per Thesau. decis. 80. cum alijs allegat. per nostrum Canc. var. resolu. par.3. c.20. de lega. à nu.211. in nostra quęstione, quę versatur circa donatorem, qui in donatione liberalitatē exercendo vsumfructum sibi reseruauit, concurro multùm libenter cum opinione eiusdem Cancer. vbi supra num. 216. tenentis non teneri restituere donatorem mobilia nisi in ea bonitate, & qualitate, in qua reperiuntur tempore finiti vsusfructus, estque ratio euidens quia talis censetur esse donatoris mens. & militant denique eędem rationes propter quas dictum est non teneri hunc donatorem cauere de vtēdo, & fruendo arbitrio boni viri, nec inuentariū conficere.

57 Si de vsufructu † relicto mulieri, existentib⁹ liberis, hic ageretur, quæreremus vtriq. quid vigore huiusmodi legati consequęretur mulier, an plenum vsumfructum, an alimenta & diceremus quòd vltimum tantùm fauore liberorum, cum quadam tamē in domo præheminentia, nisi contrarium eliceretur ex eodem testamento, vel aliàs ex aliquibus coniecturis, quæ suaderent non sola alimenta, sed imò plenum vsumfructum voluisse testatorem vxori relinquere, de quibus agunt plenè Anthoni. Gabri. com. conclu. lib. 5. titulo de

vsu-

vſufruc.cõcluſ.2.Man.de coniec. vltim. volun. lib.9.titul.7.Cauaica. de vſufruc. mulieri relic. nume.17.& omnium pleniſſimè Iacob.Meno. qui ſupradictos refert, de præſump.lib. 4. præſump.139.per totam,adde Gayl.practi.obſeruat. lib.2.obſeruat.144.Minſyng. eodem libro cent. 5.obſeruat.17.& 38.Vincen.de Franch. deciſ.58. & præter eos pleniſſimè Gaſpar Anth.Thezau. quæſtio.foren. lib.1. quæſtione 54.per totã,vbi
†† plures videbis Pedemon.Sena. *deciſiones* in hac materia factas, quando alimenta tantùm importet hoc legatum ſi ſimpliciter fiat, & quando plenum vſumfructum ex cõiecturis:& alios denique adde, qui infiniti penitus ſunt, quos paſſim reperies de eadem re agentes.

58 Quæreremus † item de illa dubia,& ancipiti quæſtione nunquid quando ex aliquibus cõiecturis conſtat voluiſſe teſtatorem relinquere vxori vſumfructum cum onere tamẽ commorandi cum liberis, vel cum aliqua alia conditione filiorum fauorem reſpiciente,an tali caſu mortuis liberis ceſſet legatum pleni vſufruct? de qua agit Vincen.de Franch.deciſ.58.& nonnihil Gayl.tradit vbi ſupra,& pleniſſimè,ac vberiùs Benincn.qui in terminis caſum diſputat,de deciſ.98.quam Senatus noſter in fauorem mulie-
† ris *reſoluit* de anno 1607.ſub die 27.Septembris referẽte egregio Senatore Hieronymo Aſtor, & ſcriba Hieronymo Boſch, in cauſa ſyndici Collegij Tarraconę,& aliorum contra Magdalenam Llorens declarãdo legatum vſusfructus relictum vxori hoc modo,*quòd relinquebat eam dominam maiorem, & vſufructuariam de bonis ſuis illius vita naturali durante, viuendo tamen viduè caſtè,& in conſeruatione nominis illius,& gubernãdo filiam eiſdem communem* (hæredem à teſtatore inſtitutam) *& illi præcipiendo &c.* non fuiſſe extinctum per mortem filiæ ante matrem contingentem,quamuis videretur ceſſare cauſa legati,*quia*,inquiebat Senatus, *ex diſpoſitis in teſtamento* (verum eſt quòd addit) *& aliàs ex deductis, & probatis pro parte dicta vidua*,& idpropter depoſitionem cuiuſdam religioſi teſtis vnici,& ſingularis, qui dicebat ſe audiuiſſe à teſtatore quòd volebat vxorem habere vſumfructum etiam ſi filia moreretur ante matrem) *reſultabat non fuiſſe proindè dictum legatum extinctum*, ſuper qua quidem cauſa memini me multò ante quàm moueretur, fuiſſe cum alijs doctoribus conſultum, & nullũ penè fuiſſe repertum qui pro muliere conſuleret præter me ipſum ſolum.

Et aliæ denique pulchræ in materia quæſtiones circa huiuſmodi legati vſusfructus vxori facti interpretationem, & declarationem paſſim occurrunt, quas nos in præſentiarum ſilentio præterimus quia non de vſufructu mulieri relicto agimus,qui huiuſmodi quæſtiones capit, ſed de reſeruato potiùs per donatorem, à quo alienæ omninò ipſæ ſunt, & ideò finem cum his hui⁹ gloſæ facimus.

SVMMARIA.

1 *Reſeruatio vt ſuſtineatur donatio vniuerſalis,qualis & quanta debeat eſſe.*
Iulius Clarus vult debere excedere vigeſimam partem patrimonij donatoris,ibid.
Sed reprehenditur ab omnibus,ibid.
2 *Reſeruatio vt ſuſtineatur donatio debet eſſe talis,propter quam veriſſimile ſit donatorem reperturum hæredem.*
3 *Arbitrio iudicis relinquitur iudicandum qualis,& quanta ſit ſufficiens reſeruatio ad ſuſtinendam donationem vniuerſalem.*
4 *Arbitrio iudicis relinquuntur quæ de iure non ſunt diffinita.*
5 *Donationes plures cum valdè modicis reſeruationibus Senatus noſter quandoq; ſuſtinuit.*
6 *Donatio vniuerſalis à pauperculo homine facta cum reſeruatione trium aureorum declarata fuit à Senatu Luſitano inualida.*
7 *Donatio vniuerſalis cum reſeruatione viginti quinque florennorum,ſecundum aliquorum opinionẽ, eſt nulla ex modicitate reſeruationis.*
8 *Reſeruare ſibi centum ad teſtandum, & facultatem teſtandi de centum,idem ſunt quoad validitatem donationis vniuerſalis.*
9 *Donatori, qui reſeruauit ſibi facultatem teſtandi de centum in donatione vniuerſali, an moriendo inteſtato ſuccedant venientes ab inteſtato in dictis centum,an verò ſint donatarij.*
Inteſtatus qui deſcedit videtur diſpoſuiſſe in venientes ab inteſtato, ibid.
10 *Senatus Neapolita. & Pedemontanus in contrarias in hoc,& è diametro repugnantes iuerunt ſententias.*
11 *Aliæ deciſiones pro opinione Senatus Neapolitani quòd ſuccedant venientes ab inteſtato recenſentur.*
12 *Aliæ deciſiones pro opinione Senatus Pedemontani.*
13 *Doctores recenſentur qui de hoc agunt.*
14 *Opinio auctoris.*
15 *Notarij admonentur qualiter debeant concipere reſeruationes in donationibus vt non ſit locus dubitãdi ad quem illæ peruenire debeant donatoribus ab inteſtato deſcedentibus.*
16 *Donatio vniuerſalis eſt valida cum ſola reſeruatione facultatis de certa quantitate teſtandi, quamuis addatur quòd in caſu quo non vtatur donator facultate reſeruata,remaneat apud donatarium, quia ſufficit potuiſſe teſtari ſi voluiſſet.*
17 *Donatio vniuerſalis ſuſtinetur cum reſeruatione ſimpliciter facta abſque eo quòd dicatur fieri ad teſtandum.*

18 *Reseruatio quòd possit donator disponere tam in vita, quàm in morte pro anima, aut aliàs alio modo restricta, an sufficiat ad validitatem donationis vniuersalis, vbi decisio nostri Senatus.*

19 *Reseruans sibi facultatem disponendi in vita non potest de reseruatis testari, vbi decisio Senatus Pedemontani.*

20 *Donatio vniuersalis cum reseruatione est adeò valida, vt quamuis postea donator consumat reseruationem, taliter quòd non habeat de quo testetur, nõ fiat propterea invalida, imò potiùs annullatur consumptio reseruati.*

21 *Obligatio facta per mulierem pro marito, quando per eam remanet omninò, vel in maiori parte indotata, nulla est, vbi decisio Senatus Pedemontani. & nostri Senatus etiam.*

Obligatio prior facta pro marito de cẽtum ab vxore, quæ nõ habet nisi ducentum in dote, non retractatur quamuis postea ipsa alienet reliqua centum, sed imò vltima alienatio annullatur, ibidem, vbi decisio Senatus Pedemontani.

22 *Fallit quando in eodem instrumento donator vni donationem fecisset vniuersalem cum reseruatione, & alteri donasset reseruatum, tunc neutra donatio valeret.*

23 *Fallit item quando etiam ex intervallo fieret donatio de reseruatis eidem primo donatario, nam inne neutra valeret.*

24 *Donatio sustinetur cum reseruatione incertæ, putà dicendo, reseruo mihi quod placuerit ad testãdum, eo tamen casu testari debebit arbitrio boni viri, non sic vt subuertat donator totam donationem.*

Verba, prout mihi beneuisum fuerit, important arbitrium boni viri, ibid.

GLOS. XXIII.

Item sibi reseruãt dicti donatores super dictis rebus, post eorum mortem donatis, mille libras monetæ Barcinonæ inter ipsos æqualiter diuidendas pro collocatione aliorũ filiorum suorum, & ad testandum, & aliàs suas voluntates faciendum, & adhuc cum pacto, & conditionne quòd si aliquis ex dictis donatoribus non disponeret de quãtitate ipsum contingente ex dictis mille libris reseruatis, possit superuiuens disponere, & alias suas voluntates facere de omnibus prædictis mille libris.

1 QVOD † valeat donatio, quæ fit omnium bonorũ præsentium, & futurorum, cum certa reseruatione ad testandum, apud omnes in confesso est, nemo dubitat: sed quale, & quantum debeat illud esse, quod reseruatur, vt sustineatur donatio, nemo ausus est explicare, solùm legimus Iulium Clarum de donatio. quæstione 19. num. 7. in fi. quẽ pauci sequuti sunt relati per Cardin. Tusc. conclusio. 648. num. 70. & signanter Cephal. cons. 485. num. 133. qui quidem Clar. videri sibi aperuit necessum quòd excedat reseruatio vigesimam partem patrimonij donatoris: sed nõ tam pro alijs multis, quæ admodum egregiè, & doctè scripsit, fuit à nostris laudatus, quantum propter hoc reprehensus, & vituperatus: omnes in eum irruerunt quotquot postea de materia scripserunt dicentes non habuisse rationem vt diceret quòd vigesima pars donatorum deberet reseruari vt donatio sustineretur, & signanter duriusculè aduersus Clarum propter hoc se habuit Ioan. Bot. in consil. 58. nume. 40. dicens illius opinionem nec lege, nec auctoritate probari, nec teneri nos credere cuiquam, etiam magno viro, nisi dictum suum lege probet, vel per scripturam publicam, nec suffragari asserit Cephali diligentiam, qui conatus est Clari opinionem pluribus corroborare, quia (inquit) illi nihil tale probant: venientes autem ipsi doctores, qui Clarum reprehenderunt, ad explicandum quid igitur, & quantum debebitur reseruari, non video quòd explicare sciuerint, sed solo eo contenti quòd † non debeat 2 esse quid modicũ, quia de modicis Prætor nõ curat, & nihil & modicum æquiparantur, sed quid rationabile, cuius respectu sit verisimile donatorem fore postea reperturum hæredem, ab hac materia se explicuerunt vt apparet ex Cardinal. Tusco allega. conclus. 648. nume. 72. Cardin. Manti. de tacit. & ambi. conuen. lib. 13. titul. 31. nume. 1. & ex Trentasinq. varia. resolut. volum. 1. lib. 3. titul. de donatio. resolut. 3. num. 6. cum propè infinitis quos ipsi allegant.

Propter hoc nec ego de hoc diffiniendo, quod necessum sit reseruari pro validitate donationis vniuersalis, tractabo ne cũ Claro reprehensibilis, & ipse fiam.

3 Dico igitur † cum torrente doctorum id totum in prudentis arbitrio iudicis positum esse discernere in singulis casibus particularibus, qui coram eo tractabuntur qualis, & quanta, inspecta personæ qualitate, & patrimonij quãtitate, necessaria sit reseruatio vt donatio sustineatur, ita ex Socin. docet Cephal. vbi suprà nume. 134. idque ita fore est necesse quamuis id isti doctores non dicerent: si enim † de iure 4 nõ est diffinitũ quid, & quantũ sit reseruãdum,

vt

vt donatio vniuersalis teneat, nec potest id certa sub regula claudi, iodè sequitur de necessitate quòd debeat id arbitrio iudicis remanere dijudicandum, per ea quæ tradit Iacob. Meno. de arbit. iudi in proœm. n. 4. & 5.

5 Sed mirum est † quòd noster Senatus, præsupposito quòd modica non debeat esse reseruatio, sed imò talis quòd per eam probabile sit donatorem reperturum hæredem, taliter hoc arbitrio vsus sit vt donationem sustinendam
†† *declarauerit*, aliam cum reseruatione quinque librarum, aliam quinquaginta solidorum, & aliam denique cum reseruatione trium librarum, & decem solidorum, prouti in glossa præceden. nume. 2. & 5. dicebamus, quarum reseruationum ratione certum est, ac indubitatum neminem reperiundum à donatore, qui eius velit esse hæres, & sic ita remanebit intestatus per eam donationem sicuti si nulla facta extitisset reseruatio.

Nec ego sum solus qui sim de his declarationibus miratus, fuit enim ante me Iacobus Cancer. qui lib. 3. variarũ capit. 2. de inuentario nume. 117. priùs dixit se de Senatus sententia in supradictis decisionibus sequuta semper dubitasse ex eisdẽ rationibus, quas nos suprà adduximus.

6 Quod magis † augebit admirationem si cõsiderauerimus alios Senatus aliter hoc arbitrio vsos, reperimus enim Lusitanũ apud Gam. decis. 255. donationem, etiam à pauperculo homine, cuius ratione minor proculdubio reseruatio requirebatur, factam cũ reseruatione trium
† aureorum *declaratam* fuisse inualidam, ob eam quidem rationem quia nõ esset verisimile donatorem propter eam reseruationem reperturum fore hæredem.

7 Reperimus † item quòd Cagniol. in l. finali nume. 242. C. de pac. fuit in opinione quòd esset nulla donatio quædam de vniuersis bonis facta ex eo quòd essent in ea reseruati tantùm viginti quinque florenni, refert Bot. alleg. cons. 58. nu. 42.

Sed admitandi causam dicebant aliqui, cum quibus de hoc aliquando agebam, tolli ex eo quòd, præter quantitates supradictas, fuerat etiam per donatores reseruatus vsusfructus rerum donatarum de tempore vitæ, prouti apud Cancer. est videre vbi eum allegauimus in glos. præceden. nume. 2. & 5. si enim ex sola vsusfructus reseruatione donatio sustinetur vt in eadem glossa præcedenti diximus nume. 4. & 5. multò magis si cum ea addatur & reseruatio certæ quantitatis quàtumuis minimæ. Sed ego respondebam hoc verum si militabant quæ in præcedenti glossa nume. 10. circa validitatem donationis cum reseruatione solius vsusfructꝰ docueramus, quod nesciebam an ita esset in prædictis Senatus nostri resolutionibus. Sed hæc pro nunc omittamus, vnusquisque, cum casus sibi occurrerit, qui per eum sit iudicandus, curabit exonerare conscientiam, & arbitrio dato rectè pro posse vti.

8 Et nonsolùm † sustinetur donatio, quæ fit cum reseruatione certæ quantitatis ad testandum, prout in nostra donatione. sed etiam quãdo fit reseruatio facultatis testandi de certa quãtitate, prout in pluribus alijs vidimus, quia sic per vnum atqui per alium reseruandi modum remanet donatori facultas testandi de quantitate mentionata in donatione, & in hoc
* omnes cõueniunt vt videbis ex eis, quos in inferioribus ãdducemus.

9 Difficultas † consistit an, sicut in primo casu quando facta est reseruatio certæ quantitatis, si moriatur donator intestatus, reseruatio vadit ad succedentes ab intestato, & non remanet donatario, in quo etiam nemo dubitauit, quia discedendo intestatus visus est donator inter succedentes ab intestato disposuisse de reseruatione per l. conficiuntur ff. de iu. codicillor. sic fiat in secundo casu quando non est facta reseruatio certæ quantitatis, sed imò facultatis testandi de certa quantitate non extrahendo eam, & separando à donatione.

10 In hac difficultate † reperio quòd Senatus Neapolita. apud Vincen. de Franch. decis. 45. quod postea refirmauit in decis. 600. in quarta parte decis. & Senatus Pedemon. apud Anth. Thezau. decis. 97. in contrarias omninò, & ex diametro pugnãtes iuerunt in facti contingentia sententias, ille enim ex quo nulla sit consideranda differẽtia inter vnum, & alium reseruandi modum ad venientes ab intestato pertinere reseruationem *existimat* ex opinione doctorum duarum aularum, & trium aliàs adiunctorum, qui id fundat in allega. l. conficiuntur ff. dẽ iu. codicil. quasi discedẽdo intestatus visus fuit donator *in venientes ab intestato* facultatem exercuisse, hic verò è contra *eos* ad donatarium spectare, quasi magna sit differentia inter hos duos reseruandi modos, in primo enim sustineri possit quòd veniat reseruatum in succedentes ab intestato tanquam nõ comprehensum in donatione, & semper in dominio donatoris remanens, in secundo verò non sic, ex eo quòd cum facultatem tantùm disponendi sibi donator *reseruauerit*, quæ infixa est personæ donantis, & videatur requirere actum exteriorem vt dicatur exercita, indè sequi videtur quòd cum non disposuerit expressè, remanebit totam penes donatarium, in cuius dominium à principio videtur totũ pertransisse cum donationẽ.

Et quidem tam confidenter Francis. & in eo Senatus Neapolita. loquutus est in supradictis duabus

duabus decisionibus vt dixerit in prima quòd de ea Thezau.non meminit,quia fortè contrarium decidisset, in secunda verò Neapolitanũ Senatum asserunt determinasse vt suprà contra Thezau.quem viderat.

11 Habet † & iste Senatus aliorum etiam decisiones in hac parte:dicit enim Manti.de coniec.vltim.volunta.lib.7.titul.7.in fine se à quodam doctissimo Iureconsulto fuisse de hac re interrogatum,& sic respondisse, & cum diuersæ essent latæ sententiæ, tandem quæ pro suo consilio fuerat lata, extitit per iudicem appellationis † *confirmata*. Dicit item nostras Cancer. lib.1.varia.capi.2.de Trebel.& Falcid.num.46. se sic † *obtinuisse*. Dicit item Cur. Iun. in auctent. res quæ col.8.vers.ego tamen,nume.24.quem refert Ioseph.de Sesse decis.48.nume.6. (apud quem nescio an etiam idem declarauerit Senatus Aragonen. subobscurè nimis in hoc loquitur)fuisse aliquando † *iudicatum*,Surd. etiam decis.272. † post longam disputationem sic † *sensisse* attestatur Senatum Mantuanum. Idem Surd.cons.357.nume.8. vbi eiusdem decisionis meminit,Curia Tholosa. apud Gerar.Maynar. decisio.94.lib.2.idem † *tenuit*. Et denique noster Senatus eandem opinionem videtur † *sequutus* dum in causa Pauli Galliners contra Paulum Balle(cuius aliàs meminimus suprà hac eadem clausula 4.glossa 8. nume.64.) referente egregio Senatore Hieronymo Astor, & scriba N. Vilosa, expressè declarauit quòd facta dispositione per donatorem quòd descedente donatario sine liberis res donatæ ad eundem reuertẽtur sola facultate, in tali casu,donatario cõcessa,quòd posset super rebus donatis de cẽtum libris disponere, centum libræ prędictæ spectabant ad venientes ab intestato dicti donatarij sine liberis,ac sine testamẽto vita functi, & non reuertebantur ad ipsum donatorem.

12 Thezau.autem,† seu Pedemontani Senatus opinio, Senatus etiam Aragonen. seu Iustitiæ Aragonum dicitur habere auctoritatem à Ludouic.Cassana.in cons.37.nume.29.vbi attestatur † *declaratum* de anno.1554.

13 Vtraque opinio † suos habet fautores, quorum plures enumerãt Thezau.Fran.Surdus,& Cassana.vbi suprà allegati sunt, eis adde Pinel. in l.1.parte prima nume.72.C. de bonis maternis,Decia.respon.83.per totum volum.2.nostrũ Cancer.lib.1.varia.cap.2.de legit.& trebel. nume.46.Petra de fideicommis.quæstione 9.nume.178.cum sequentibus,& Peregrin.in simili tracta.articul.52.num.46.& vtraque etiam suas habet rationes quibus fulsiatur.

14 Mihi †(si verum fari licet) magis procul dubio arridebat Senatus Pedemontani opinio,& eius rationes magis applaudebant, & in pũcto iuris magis eam opinionem certam existimabam,sed quia video, facta sit vno vel alio modo reseruatio, siue dicendo retentis mihi centum ad testandum,siue etiam retenta facultate disponendi de centum, non esse quòd contrahentes vno potiùs, quàm alio modo velle reseruationem facere declarauerint,sed quia vel vno,vel alio modo inconsideratè, & inaduertenter notarius,qui recepit instrumentum, reseruationem concepit,& scio vulgum,cui multum est tribuendum in vocabulorum expositione, & significatione, vt aliàs non semel in hoc opere diximus, iuxta suum communem loquẽdi vsum, vix vnquam, imò nunquam fecisse aliquam circa hos duos concipiendi reseruationem modos differentiam,sed eius intentionis solùm fuisse reseruare sibi in donationibus aliquid ad testandum,quo illæ sustinerentur,ideò ego vim in huiusmodi reseruationum conceptionibus non esse faciendam existimo, ac propterea libens sacri Neapolitani, & aliorum Senatuum opinioni accedo.

15 Laudo † sicut Senatus Pedemonta.& Neapolita.in locis suprà citatis commẽdant, quòd ad tollendum omnimodam dubitationem apponant contrahentes in eiusdem donationis contextu quid velint de reseruato fieri casu quo ipsi non disponant de eo, & tunc nullus remanebit disputationi locus,sicuti iam in nostra donatione in casu descedẽtiæ vnius ex donatoribus, altero superuiuente, fuit prouisum quid faciendum de sua reseruatione si ipse nõ 16 disposuerit de ipsa:nec † propterea desinet esse valida donatio,quòd explicetur velle donatorem quòd reseruata includantur etiam in donatione si de eis non disposuerit, quia sufficit potuisse disponere si voluisset,ita Hieronymus Gab.in cons.139.nume.1.in prima parte.

17 Dubitabat † circa hæc aliquando quidam certè non mediocriter eruditus in facti contingentia,nunquid vt reseruatio sufficiens esset ad sustinẽdam donationem necessum foret quòd expressè diceretur fieri ad testandum, an verò sufficeret dicere simpliciter quòd quis sibi tantam quantitatem retinebat,vel reseruabat, sed viso Craue.quem ei ostendi in cons.222.nume.3.dicentem sufficere ad validitatem donationis quòd quis reseruauerit sibi aliquid, de quo possit testari, etiam si non dixerit ad id sibi id reseruasse, deposuit dubitationem, tu vlteriùs vide nouissimè Cardinal. Manti. qui eundem Crane. & alios ad idem allegat de tacit.& ambig.conuent.lib.13.titul.31.de donatio. omniũ bonorum nu.11.

18 An autem † sufficiat reseruatio facta vt in vita possit disponere, vt tam in vita, quàm in morte,vt possit disponere pro anima,vel taliter aliàs quòd videatur restricta disponendi, quæ libera debet esse, reseruata facultas, vide tibi

plenè

plenè apud duos Cardin. Man. & Tusc. ille vbi suprà per totum, & hic in prac. conclus. iur. to. 2. conclus. 648. etiam per totam, Hieronymum Gab. in dicto cons. 139. per totum, qui disputat casum reseruationis dispositionis faciē dæ tam in vita, quàm in morte, Cancer. lib. 3. variarum capite 2. de inuentario nume. 125. vbi dicit validam Senatum *declarasse* donationem cum reseruatione ad disponendū pro anima, Thezau. decis. 209. qui disputat † an reseruans sibi facultatem disponendi in vita possit testari de reseruatis, & non posse fuisse *resolutum* in Senatu Pedemonta. tradit, & sequitur Cancer. hoc nō allegato, in 1. parte varia. capit. 2. de trebellia. & falcid. nu. 46.

19

20 Huiusmodi † competenter facta, de qua agimus, reseruatio sic facit nostram donationem vniuersorum bonorum sustineri vt etiam si postea isdem donator reseruata donet, etiam in vita, taliter quòd tempore mortis non habeat de quo testetur, nó propterea anullatur donatio, sed imò valida nihilominùs remanet anullata secunda, quia hæc, & non illa est quæ facultatem aufert testādi, nec foret iustum quòd quæ ab initio valuit, & vires habuit donatio ex post facto reuocari posset sine culpa donatarij, hoc enim esset cōcedere donatori facultatē reuocandi donationem quando vellet, faciendo alteri secundam de reseruatis, sic resoluit Bologne. in l. fi. nume. 133. C. de pactis. Est hæc resolutio à nostro egregio Senatu *approbata* vt est videre apud Michaelē Ferrer *in suis obseruan.* in 3. p. cap. 505.

21 Conducit † quod in simili Gasp. Anthon. Thezau. in additioni. ad decis. Anth. Thezau. patris sui in decisio. 223. super nume. 13. tradit: quærit enim extante vera illa *opinione Senatus* Pedemontani, de qua per Thezau. in dicto nume. 13. quòd non teneat obligatio mulieris iurata pro marito facta quando ipsa taliter reperitur læsa quòd vel remaneat omninò indotata propter obligationem, vtpotè quia occupet ea totam dotem, vel etiam in maiori parte dotis, vtpotè quia maiorem illius partem obligatio ipsa comprehendat, quam & noster *Senatus* sequitur etiam, prouti partim habes ex Cancer. lib. 3. variarum capit. 15. de renuntiatio. nume. 106. cum sequentibus, vbi decisio, & nos aliquando etiam pro oportunitate, Deo concedente, trademus, extante (inquam) opinione prędicta pro vera, quærit additionator quid futurum si non habens mulier nisi ducentum, vel tercentum tantùm in bonis, fecerit priùs pro marito vnam obligationem in centū, mox aliam cum alio instrumento in alia centum, quæ nam ex his duabus obligationibus anullabitur cum ex neutra ex ipsis separatim sumpta remaneat nec in totum, nec etiam in maiori dotis parte mulier indotata, sicut remanet si simul iunctæ ambæ obligationes sumātur, & † resoluit contra posteriorē, sicque dicit *accursum* in Senatu Pedemon. de ann. 1591. eo motiuo quia secunda erat quæ mulierem faciebat remanere indotatam, non prima, sicut in nostris donationibus secunda est quæ facultatem aufert testandi, non prima, & idcò non hæc, sed illa est anullanda.

22 Hæc resolutio † duas habet vtiles limitationes, prima nisi in eodē ipso donationis instrumēto, in quo facta est donatio vniuersalis cum reseruatione donator ipse eadem bona, quæ exceperat, alteri donauerit: tunc neutra donatio sustinetur altera alteri obstante, ac si pluribus simul donator bona sua omnia præsentia, futuraque donasset, nihil enim interest an vni, an pluribus ita donetur vt testandi factio donatori auferatur, ita pulchrè Antho. Fab. in suo codice lib. 8. titul. 34. de donatio. diffi. 9. atque ita Senatum Sabusian. *decreuisse* refert de anno 1594.

Cosistit ergo differentia inter hunc, & primum casum, quam etiam isdem Sabusia. Senatus agnouit vbi suprà, quòd ibi facta fuerit donatio reseruationis ex interuallo post iam perfectam priorem, hic verò eodem contextu, & in eodem instrumento omnia bona præsentia, & futura videntur pluribus donata, qui duo casus quas habeant diuersitatis rationes nemo non videt.

23 Est secunda † limitatio quòd etiamsi fiat secunda donatio ex interuallo rerum exceptarum in donatione, datur tamen casus in quo per eam anullatur prior donatio, veluti quando ea secunda donatio fit in fauorem prioris donatarij, vt pluribus Craue. probare nititur in cons. 538. & rursus, quia (inquit) dubia visa fuerant quæ scripserat in dicto consilio, idem pluribus alijs medijs iustificare conatus est in cons. sequenti 539. considerat enim vitium in istis donationibus, dolum scilicet donatarij qui paulatim hac via rebus omnibus præsentibus, & futuris ipsius donatoris potiri intēdit, ac intendere visus est, & in animo habuisse, & sic consequi per indirectum quod directò non poterat, vide ibi, & luculētus examina si casus occurrerit.

24 Aliquando † fit reseruatio, nō sic, vt dictum est, quando exprimitur certa quantitas, de qua possit donator testari, sed dicēdo reseruato mihi quòd super bonis donatis possim testāri pro vt beneuisum fuerit, in dicto casu vidi per aliquos dubitari de duobus, primò nunquid is reseruandi modus sit sufficiens ad sustinendam donationē, secūdò an & quomodo illa verba, *prout beneuisum fuerit*, debeant intelligi, an de arbitrio libero taliter quòd possit donator testari

in

in illorum vim de tanta quantitate, quanta sibi placuerit, an verò de arbitrio boni viri: primũ non arbitramur habere probabilem dubitationem, quia cum ex ea reseruatione habeamus effectum, quòd scilicet per eam conseruetur donatori facultas testandi, ideò fit quòd de alio curare non debeamus, de secundo scripsit † latè Antho. Gam. decis. 185. vbi dicit *resolutum* in Senatu Lusita. non posse donatorẽ vigore eiusmodi reseruationis ad libitum subuertere totam donationem disponendo de eo quod voluerit, sed facultatem illam fore regulandam ad arbitrium boni viri, pone quòd consideretur, & inspiciatur valor bonorum, & quod homines similis conditionis in similibus donationibus reseruassent, vel reseruare consueuissent, quam decisionem non intendo commẽtari, quia satis diligenter id fecit Blas. Flores in aditione ex quotum dictis habebis abundè quæ circa hæc requirere poteris.

SVMMARIA.

1 *De quibus sit agendum in hac glos.*

2 *Filij positi in conditione non censentur vocati nisi adsint coniectura.*

3 *Filij positi in conditione ex quibus coniecturis censeri debeant vocati, relinquitur arbitrio iudicis, quia certa in hoc regula dari non potest.*

4 *Filios positos in conditione non censeri vocatos tenet Curia Tholosana apud Gerard. Maynard. qui acutè, & doctè quæstionem tractat.*

5 *Filios in conditione positos censeri vocatos tenet noster Senatus si illi reperiuntur grauati.*
Idem sequuntur & alij Senatus, & doctores plures enarrati, ibid.

6 *Filij positi in conditione quomodo, & qualiter apparere debeant grauati vt censeantur vocati pratextu dicti grauaminis.*

7 *Filij positi in conditione censentur vocati quando fuerunt expressè vocati filij vltimi substituti, vbi declaratio nostri Senatus.*

8 *Doctores recensentur pro hac opinione.*

9 *Filij in conditione positi censentur vocati quando est per testatorem facta extraneorum vocatio, ne dicatur alienam sobolem propijs antepositisse, vbi decisiones nostri Senatus.*

10 *Filij positi in conditione an ex eo solo debeant censeri vocati quòd testator digressus sit ad plures gradus substitutionum, remissiuè.*

11 *Filij positi in conditione vt dicantur vocati quando, vel sunt vocati extranei, vel filij positorum in remotiori gradu, non est opus alijs coniecturis.*

12 *Filij positi in conditione, quando vocãtur alij filij substitutorum remotorum, succedunt non ex vi alicuius transmissionis, sed imò ex vi vocationis.*

13 *Filios in cõditione positos cẽseri vocatos si sint sic positi, si sine liberis decesserit legitimis, & naturalibus, de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, declarauit aliquando Rot. Roma. & Sena. Pedemon.*

14 *Filij in conditione positi hoc modo, quòd si substitutus decederet sine eis haberet bona ad suas volũtates, censentur vocati.*
Fideicommissum à contrario sensu resultat in fauorem filiorum, quando dicit testator quòd si institutus, vel substitutus decedat sine liberis habeat bona ad suas voluntates, ergo si habet filios non debebit ea habere ad voluntates, ibid.

15 *Filij positi in conditione in contractibus an censeantur vocati sine vllis coniecturis, an verò necessaria eadem sint quæ in testamentis.*

16 *Affirmans opinio quòd censeantur vocati.*
Intellectus l. inter §. cum inter, de pac. dotal. ibid. & nume. sequen.

17 *Negans opinio volens non censeri vocatos filios sine coniecturis.*

18 *Negans opinio recipitur ab auctore*

19 *Decisiones in hac materia.*

20 *Filij positi in conditione quando censentur vocati quomodo debeãs succedere an omnes simul, an tãtùm quem pater elegeris, vel censeatur inuentum fideicommissum inter filios de vno in alium.*

21 *Notarij admonentur qualiter concipere debeant vocationes filiorũ vt non sit dubium quomodo postea isti succedere habeant.*

22 *Pactum quòd decedente donatario sine liberis redeant bona ad donatorem, vel ad illum, ad quem reuerti ordinasset, de iure est approbatum.*
Donator quando fecit pactũ quòd decedẽte donatario sine liberis bona redeant ad ipsum, non solum ea habebit in casu pacti, sed etiam quando filij ipsius donatarij similiter sine liberis decedunt viuente donatore, ibidem, vbi decisio Senatus Sabusiani.
Paria sunt, quoad effectum, decedere donatarium sine liberis, & decedere cum eis, qui tamen sine liberis decedant viuo testatore, ibid.

23 *Conditionale ius ex contractu transmittitur ad haredes.*
Secus in vltimis voluntatibus, ibid.
Notantur qui hanc differentiam noluerunt agnoscere, ibid.

24 *Pacto, quòd decedente filia in matrimonio dos matri restitueretur, non fit locus quando amba mater, & filia simul pereunt.*
Interpratatio l. quod de pariter ff. de rebus dub. ibid. & nume. sequent.

25 *In dicta l. quod de pariter supplenda esse verba aliqui volunt, sed reprehenduntur.*

26 *Suppletio in legibus non est admitenda.*

27 *Lex non est taliter interpratanda quòd decidat casum indubitabilem, & numero 37. vbi declaratur.*

28 *Filium an patri superuixerit in eo casu quo ambo simul perierunt, non est opus distinctione Bartol. si*

agitur

agitur de successione legis, vel hominis.

29 Conditio superuenientiæ subintelligitur tacitè in stipulatione dotis fauore illius, qua impedit transmissionem secundum aliquos.

Interpretatio tex. in §. ex conditionali instit. de verb. obliga. ibid.

30 Transmissio ad hæredes non fit in conditionalibus contractibus vbi conditio apponitur in persona stipulatoris, & ibi traditur ratio.

31 Conditio superuenientiæ cur tacitè subintelligatur in stipulatione dotem sibi reddi mortua filia in matrimonio.

32 An id causet fauor dotis.

33 Hæredum fauor sicut ipsius paciscentis in omni pactione continetur.

34 Quod de pariter de rebus dubijs componitur cum l. Gayus, aliàs Caius ff. solu. mat. & cum l. auia C. de inre dot.

35 Suppletio Bartoli in l. quòd de pariter de rebus dub. quàm subintelligentia Castrensis, est potius sustinenda.

36 Personalia quæ tractantur egent persæpè suppletione, quia non solent cum omnibus circunstantijs adduci.

38 Pactum quòd mortua filia sine liberis dos redeat ad dotantem profici hæredibus paciscentis eo ante filiam defuncto, vbi decisio consilij Capitanij Generalis Cathaloniæ.

39 Legitima an debeatur parentibus de bonis, quorum libera filijs in donatione eis facta fuit concessa dispositio.

40 Opinio cõcedens patrẽtibus in dictis bonis legitimam refertur.

Interpretatio l. Paulus §. patroni filius ff. de bon. libertor. ibid. & nume. sequen.

41 Legitima non venit in generalibus quibuscunque dispositionibus nisi expressè dicatur.

Interpretatio l. si quando in §. & generaliter C. de inoffi. testamento, ibidem, & numeris sequentibus.

42 Legitima venit in generali dispositione quando nihil aliud illa potest operari, & numeris sequentibus.

43 Opinio negans parentibus legitimam in bonis, quorũ filio in donatione concesserunt liberam testamenti factionem, amplectitur ab auctore.

44 Expressum dicitur quod deprehenditur, & colligitur ex mente disponentis, ex coniecturis, & præsumptionibus.

45 Notatio ex præsumptionibus, & coniecturis deprehenditur facta.

46 Legitima quòd requirat expressam renuntiationem vt renunciata dicatur non est in iure pro forma statutum.

47 Legitima comprehenditur in dispositione generali quando per disponentem fit aliqua reseruatio, per regulam quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

48 Legitima non eget expressa renuntiatione quando agitur de legitima debita alicui in bonis alterius adhuc viuentis.

49 Legitima quòd non veniat in generalibus dispositionibus fit ex interpretatione tacitæ mentis disponentis, quem non est verisimile eam in dispositione comprehendere voluisse.

50 Actus qui fiunt inter duos, & ex tractatu, & pactione inter ipsos præcedente, non potest, nec debet secũdum vnius tantùm verisimilem mentem interpretari sed secundum quod præsumi potest ambos censuisse.

51 Interpretatio semper respicitur, per quam alter non defraudaretur.

52 Legitima comprehenditur sub renuntiatione iurata omnis legum auxilio.

53 Cancer notatur in quæstione, an pater habeat legitimam in eo, de quo liberam filio concessit testandi facultatem.

54 Liberum quando aliquid dicatur, seu quando quid liberè concessum.

55 Legitima non eget speciali, & expressa mentione vt comprehensa dicatur in dispositione legis, & statuti.

56 Notarij admonentur quomodo debeant concipere clausulam licentiæ, quam parentes filio concedunt de disponendo liberè de aliqua re, vt tollatur difficultas num legitima illorum censeatur comprehẽsa nec ne.

57 Parentes succedentes filio ab intestato in bonis illi per eos donatis an succedant æqualiter, an quilibet in illis, qua à se peruenerant ad filium.

58 Bartol. opinio quòd sit facienda differentia bonorum.

59 Bal. opinio contraria.

60 Senatus Pedemontanus sequitur Bartol. opinionem.

61 Camera Imperialis sequitur Bal. opinionem.

62 Auctor, dum potest, vix recedit vnquam ab opinionibus Anthonij Thesauri, & sui Pedemontani Senatus, quia solent esse fere semper solidissimæ.

63 Auctoris opinio in quæstione proposita nu. 57.

64 Ascendentes omnes qui filio superuiunt, ab intestato ei æqualiter succedunt.

65 Bona omnia filij, qua peruenerunt ad ipsum ex patre & matre, per aduisionem fiunt vnum, & idem patrimonium absque eo quòd considerentur amplius paterna vel materna.

66 Renuntians bonis paternis non prohibetur succedere fratri in bonis, quæ ei à patre obuenerunt.

67 Separatio bonorum non admittitur quando aliquis moritur, vt in vnis, ex quo ex vna linea peruenerunt, omnes succedat, & alius in alijs.

68 Successio prælatiua, qua fit per separationem bonorum, est extraordinaria, & contra naturam vniuersalis successionis, quæ est vt pariter omnes vocẽtur in omnibus.

Parentes

69 *Parentes an in bonis filij debeant succedere aequaliter nulla facta distinctione bonorum ex qua linea ad filiũ deuenerint quando cum eis concurrunt transuersales.*

70 *Conditiones plures posita in substitutione subdisiunctiue, non copulatiue, an debeant omnes adimpleri vt fiat substitutioni locus, an verò sufficiat vna, vbi pro affirmatiua decisio, & numeris sequen. vbi alia decisio contraria.*

71 *Disiunctiua resoluitur in coniunctã fauore liberorũ. Interpretatio l. generaliter C. de insti. & substitution. ibid.*

72 *Disiunctiuorum in materia sufficis vnũ adimpleri.*

73 *Actus à principio in esse productus non mutatur quamuis succedat postea casus, qui si ab initio fuisset, ille non foret productus.*

74 *Donator qui habet spem quòd in aliquo casu possunt bona donata ad se reuerti, potest illa alienare, validitas tamen alienationis pendebit ex futuro successu, vbi decisio nostri Senatus.*

75 *Spes donari, & vendi potest.*

GLOS. XXIIII.

Et adhuc cum pacto, & conditione quod si dictus N. donatarius moriatur (quod Deus auertat) sine liberis de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, vel cum talibus, qui non peruenerint ad aetatem condendi testamentum, tali casu bona donata reuertantur ad nos, si vixerimus, sin minùs ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos reuerti debere disposuerimus verbo, vel testamento, retentis, & expressè reseruatis eo casu quingentum libris dicto donatario, de quibus possit testari, & alias suas vltimas voluntates facere.

1 TRIA continet † hic contextus, primum materiam positionis filiorum in conditione, secundum pactum reuersionis bonorum donatorum ad ipsos donatores in certo casu, & denique tertium reseruationem, quam faciunt donatores pro donatario, in casu, quo ad impleatur conditio, vt de ea disponere possit, quæ, necessum est, à nobis paulatim explicentur in hac glossa.

2 Quoad primum †, materia hæc positionis filiorum in conditione, an propter id censeatur eorum inducta vocatio, tam extensè apud omnes passim habetur vt ferè superfluum mihi videatur hoc loci de ea quicquã dicere: omnes concordant quòd si non adsint coniecturæ nõ adsit vocatio, secus è contra, & quæ coniecturæ sufficiant ijdem doctores te docebunt, te-
3 linquendum †id totum esse arbitrio iudicis tenẽt quos longa serie tibi referunt Surd. decisio. 162. & nobilis Ludouic. à Peguera olim nostri Senatus egregius Senator primarius in nouissima secunda parte decisionum decisio. 18. quia dictarum coniecturarum certa regula dari non potest, vt dicebat Mago. decis. Florenti. 27. nume. 3.

4 Pro hac † quæstione an filij positi in conditione censeantur vocati, obsecro, inter alia videas doctam decis. Tholos. Gerar. Maynar. 66. lib. 5. vbi sub breuibus eam tractat, sic tamen acutè pro negatiua resoluit, quam illud tribunal † *amplectitur*, confutatis rationibus partis cõtrariæ, & alijs pro sua adductis, vt nihil aliud videatur in hoc desiderandum, solùm est nostri muneris (qui particulariter suscepimus in hoc opere declarandum quid in vnaquaq; materia, quæ obuiam fiat, noster egregius Senat., ac alij amplexi sint) docere hoc loci quas coniecturas noster Senatus, ac alij approbauerint vt filij in conditione positi dicantur vocati.

5 Ac imprimis † reperio quòd coniectura grauaminis à testatore appositi nedum institutis, & substitutis, sed etiam eorum liberis, sit à nostro Senatu approbata, is enim sic † *declaranit* expressis verbis referente egregio olim Senatore Honophrio Ferran sub die 30. Iulij anno 1594. in causa nobilium Bernardi, & Angelæ de Peguera, scriba N. Papiol, nunc Domingo, in casu quo dixerat testator quòd si forsan in futurum nõ adesset aliquis infans institutorum, aut substitutorum, vel alterius ipsorum, aut si adessent morerentur modo iam aliàs dicto per testatorẽ, tali casu, & quolibet ipsorum, substituebat illis, & sibi hæredem faciebat &c. ex hac conceptione verborũ cẽsuit Senatus filios vocatos quia oneratos.

† Idem antiquis etiam temporibus *declaratum* fuisse in Senatu reperi in quibusdam annotationibus manuscriptis in causa Corberas de Llinas de anno 1493. & in causa Sagismundi de Barberano, & nobilis Georgij de Aymerich sub die tertia Octobris anni 1531. referentibus Bartholomeo Marti, & Petro Tord.

† Idem etiam aliàs solitum fuisse *declarare* nostrum Senatum testatur egregius quondàm illius per multos annos Senator nobilis Ludouici à Peguera decis. 102. nu. 10.

Sequitur

Sequitur in hoc Senatus opinionē magis receptam, ac cōmuniorem Bar. in l. Cēturio n. 37. ff. de vulg. & infinitorum penè doctorū, ac etiā aliorū Senatuum, qui eam amplexi fuere, quos referunt, & sequuntur inter alios, qui mihi ad propositū sufficiunt, Ioseph. de Rusti. in tracta. An & quando liberi in cōditione positi vocentur, li. 4. c. 2. par. 1. & Anthon. Thesau. decis 96. n. 10. quid enim (inquiunt) est præsumendū de testatore, qui filios instituti, vel substituti positos in conditione onere fideicōmissi grauauit; nisi quòd in cōsequentiam necessariam voluit eos honorare vocando? non enim onero quē non honoro, *sequitur* nouissimè Rot. Bononien. apud Cæsar. de Barz. decis. 8. per tot.

Multa de eadem opinione *arrestа* facta adducit Papon vbi à Hier. Lauren. allegatur decis. Auinionen. 214. nu. 15. cum sequent. Notanda est Gerar. Maynar. decis. Tholosa. 71. li. 5. vbi nonmodo Parlamētum Grationapolitanum, sed etiam alias supremas regni Frāciæ curias, & inter eas Tholosanam dicit *sequi* opinionē Bar. quòd vbi concepta est substitutio hoc modo, si sine liberis decesserit, aut eius liberi sine liberis, censeantur prædicti liberi vocati.

6 Nec habet † opinio aliquā difficultatē si vetè cōstat de grauamine, solùm ea consistit quādo constare dicatur, an, sicut plures voluerunt, quando adest dupplex cōditio, veluti si sine liberis decesserit, vel cum talibus qui nō peruenirent ad ætatem condendi testamentum, quā de re ego ad præsens non existimaui oportere quòd disputarem, sed remitterem lectorem ad Ioseph. de Sesse decis. 65. n. 8. & 10. & alijs n. vbi articulū reperies plenè discussum, & doctores leges, qui de eodem tractarunt, latè etiam, post omnes, nob. Ludoui. à Pegue. in volu. 2. decisionum q. ultrò post hęc scripta in lucē edito, decis. 18. per tot. vbi plures etiam ex regijs sententijs in hac materia vocationis filiorū in cōditione positorum adducit, declarat optimè, præ alijs, quando dicātur filij grauati vt exindè censeātur vocati Pet. Gregor. in syntagma. iur. vniuer. par. 3. lib. 42. c. 28. nu. 31. dicens nō esse granamē quando dicitur, *si filius meus sine liberis, & liberi eius etiam sine liberis*, sed cum dicitur, *instituo filiū meū, & si filius meus sine liberis decesserit volo vt restituat hereditatē meā Titio. & si filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filijs decesserint volo vt restituant hereditatem meā eidem Titio.*

7 Secunda † coniectura vocationis filiorū in cōditione positorum, quę à Senatu nostro approbatur, est quando testator vocauit expressè filios vltimi substituti, vel alterius remotioris gradus tunc enim censetur etiam vocasse filios instituti, & aliorum substitutorum prędictorū, sic Senatus referēte egregio Senatore Ioseph Dalmau *declarauit* cū prouisione per eū, facto verbo, facta sub die 3. Augusti 1598. in causa Hieronymæ Vilana cōtra Hieronymū delorde & Grauaiosa, scriba N. Ximenis, nunc Simone Font, sumēdo pro motiuo quòd filij substitutorum in remotioni gradu nō debēnt esse melioris conditionis, & magis dilecti, quām filij instituti, ac aliorum antea substitutorum.

Idem *approbauit* Senatus referēte egregio Senatore Hieronymo Seniust sub die 5. Decembris 1607. in causa Aldunciæ Guic, & Speratię Baldric cōtra Bernardum Coll, & alios, scriba Iosepho Cortes, sumendo expressè, inter alia, idē motiuum, quod fuit in præcedenti positum.

Idem Senatus *approbauit* etiā referente egregio Senatore Iacobo Puigmija sub die 19. Nouembris 1610. inter nobilem Dalmatiū de Rocaberti, & nobilem Eleonorē etiam de Rocaberti, scriba Morato, & nūc Domingo, in cuius causæ processu leges omnia exēplaria interta, quæ hic tibi allegamus in hac materia, si nolis laborem consumere alibi ea quærendo: verum est quòd in his duobus vltimis casibus aderant etiā aliæ coniecturæ cum supradictis, cæterùm nihilominùs fuit expressè in eis huius sumptum motiuum.

8 Sequitur † in hac opinione Senatus doctrinam doctorū, quam verissimā appellat Rusti. in allega. tracta. An & quādo filij, &c. lib. 5. c. 1. nu. 2. qui plures allegat. Adde Ioseph. de Sesse, qui nouissimè scripsit, & coniecturam approbauit decis. Reg. Arago. 65. num. 9. & 18.

9 Tertia † cōiectura à nostro Senatu approbata est quando est expressè in remotionibus substitutionib⁹ facta extraneorū vocatio, tūc enim à maioritate rationis, & magis præsumpta volūtate testatoris q⁹ voluerit etiam filios aliorū institutorū, vel substitutorū filiorū suorū vocare, iudicam⁹ ne dicam⁹ voluisse testatorē extrancā sobolē propriæ anteponere, q⁹ esset ab eius mēte, & voluntate prorsus alienū, ita *Senatus* in illis Seniust, & Puigmija, sic etiā egregij olim Senatores nob. Ioā. Sabater. & Guiller. Sunyer in causa cōpromissi nobiliū Eleonoris, & Mariānę Maymo, scriba Ioā. Roure sub die 12. Oct. 1592.

Ita etiā isdē Senatus *declarauit* expressè referētib⁹ egregijs olim Senatoribus Michaele Ferrer, & Pōtio Cescases in causa Elizabetis Rogera cōtra cōiuges Argēsolas, scriba Dñico Fōtana.

Idē etim Senatus *declarauit* postea referēte olim egregio Senatore, & postea Regēte Regiā Cancellariā Francisco Descāps sub die 16. Mar. 1595. in causa Ioaneti Reig cōtra Angelā Xauerina, in qua vltimo loco erat vocata causa pia, ideò fuit dictum multò magis censeri vocatos filios institutorum, & substitutorum præcedentium, prout in archiuo regio vidi.

10 Verum est † quòd in illis tribus causis Dalmau, Seniust, & Puigmija aderant tres cōiectu-

rę, prima, quę ſemper eſſe ſolet, quòd digreſſus fuerat teſtator ad plures gradus ſubſtitutionũ factarũ ſemper cum mentione filiorũ, ſecunda quòd vocauerat filios ſubſtitutorũ remotiorũ, & deniq; tertia quòd vocauerat extraneos, cęterùm nihilominus, quicquid ſit de prima, in qua nihil ego firmo, ſed remitto lectores ad Theſau. allega. deciſ. 96. n. 15. 16. & 17. ad Ludoui. de Caſſana. conſ. 4. n. 299. Mago. deciſ. Floren. 73. per tot. & Ioſeph. de Seſſe decis. Regni Arago. 65. n. 6. & 14. qui vt nouiſſimi de hac re agentes alios vbi adducunt antiquos, qui idẽ tenent, & probant, adde eis Gerard. Maynard. decis. Tholoſ.
11 72. li. 5. in reliquis † duabus cõiecturis exiſtimo quamlibet ex ipſis de perſe ſufficiẽtem eſſe ad inducendum vocationem ex ſuprà traditis.

Fundo meam opinionem in eo, quod eædẽ ipſæ declarationes dicunt, pro prima quidem coniectura quòd nõ debeant filij ſubſtitutorũ in remotiori gradu eſſe melioris cõditionis, ac magis dilecti, quàm filij hęredis primo loco inſtituti, & aliorum priorum ſubſtitutorũ, & pro ſecunda quòd non ſit dicendũ, vel pręſumendum de voluntate teſtatoris voluiſſe extraneã ſobolem proprię anteponere: quamuis vix ſit quòd vna ex his coniecturis ſola vnquam concurrat in aliquo caſu, ita enim nũc cõcipiuntur teſtamenta vt ſemper conditioni, ſi ſine liberis deſcederet, adiungi ſoleat, legitimis, & naturalibus, & ꝺ legitimo, & carnali matrimonio pro creatis, vel cum talibus, qui nõ peruenerint ad ętatem condendi teſtamentum, & ferè ſemper digrediũtur teſtatores ad plures gradus ſubſtitutionum, vndè apparet quòd ſaltem hæ duæ, vel tres coniecturæ concomitãtur ſemper alias ne dicantur ſolæ fuiſſe ipſæ appoſitæ, quod ſummè facit vt in Cathalonia, & vbicunque huiuſmodi qualitates conditioni *ſi ſine liberis*, adijciuntur, multò minores aliæ cõiecturæ ſufficiant ad vocationem, ſecundum ea, quæ doctores à nobis adducti in hac materia tradunt, declarant enim iam multùm qualitates prędictę voluntatem, & mentem teſtatoris, & ſic ſi cum eis cõcurrat aliqua alia cõiectura, vix erit quòd ex omnibus ſimul iunctis non inducatur vocatio. Sed vbi vnica tãtum ex duabus ſuprà adductis cõiecturis, vt dixi, adeſſet, adhuc non exiſtimarem deſperãdum de victoria, quia primam ſufficere iam dixi ſuprà qui doctores probarent, ſed vltimam confirmat pluribus noſter
12 Ludoui. à Peguer. allega. deciſ. 102. nu. 11. licèt † labatur tribuẽdo trãſmiſſioni hunc ſuccedendi modum, quem faciunt filij in conditione poſiti ex hac coniectura, cum imò ſit tribuendum tacitæ vocationi, vt ex ſe patet, & probè ante nos aduertit noſter Cancer. lib. 3. var. c. 21. de tranſmiſ. nu. 91. vbi hanc etiam cõiecturam
† alijs doctorũ auctoritatibus, & *deciſione* facta referente egregio ſenatore Ioſepho Dalmau, de qua ſuprà, ornat, Seſſe allegata deciſ. 65. n. 15.

13 Si vera † in hac materia eſſet opinio Surd. deciſ. 161. per tot. quam dicit ſenatum Mantuanum in facti contingentia *ſequutum*, & Ioſephi
† de Ruſti. in tracta. An & quando filij poſiti, &c.
† lib. 3. cap. 3. vbi aſſerit pro ea fuiſſe *iudicatum* in Rot. Roma. quòd cenſerentur vocati filij in conditione poſiti quando eſſent quidem ipſi cum illis qualitatibus poſiti, *ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus, de legitimo, & carnali matrimonio procreatis*, vix eſſet in Cathalonia de hac difficili materia diſputandum, cum in omnibus penè teſtamentis ſic legamus huiuſmodi conditiones conceptas, nunquam tamen vidi, nec audiui quòd propter huiuſmodi qualitates conditioni appoſitas pro vocatione ſit declaratum; tu articulum examina cum his doctoribus, & infinitis penè alijs, quos tibi allegant ſi caſus occurrat.

Reliquas coniecturas huiuſce tacitæ filiorũ in conditione poſitorum vocationis apud doctores videre poteris, qui ſuprà sũt citati, quoſque ipſi adducunt, ego pro aliquali materiæ cognitione quas ſupra retuli adducere tantùm ſtatueram, quia eas reperieram per noſtrum Senatum approbatas, & cum pręlo iam ferè dabantur, ecce quòd prodijt in lucem 2. pars deciſ. nob. Ludoui. à Peguer. quem legi in deciſ. 18. eadem ferè omnia exemplaria, quæ nos poſuimus, adducentem, quod vix affuit ne efficeret vt quicquid de hac materia ego parauera deleretem, ſed cogitaui poſtea quòd aliquid forſan erit hic ſcriptum quod, licèt conduceret, fuit ibi omiſſum, & ideò ſtare permiſi.

14 Memini † de alia cõiectura paſſim obuia in teſtamentis, ſuper qua ſæpiùs habui conſulere, contingit quòd in multis dicunt teſtatores poſt multùm digreſſum in ſubſtitutionibus, velle ſe quòd vltimus bona habeat ad ſuas volũtates ſi cõtingat eum deſcedere ſine liberis, dubitatum vidi an ex hoc ſumi poſſet coniectura vocationis in fauorem filiorum, non multi lapſi ſunt dies quãdo hæc ſcribimus, ex quo duo ex peritioribus huius Ciuitatis aduocatis, & ego de caſu hoc cõſulti fuimus, & eum reſoluimus in fauorem filiorum in conditione poſitorum, quia intelleximus per huiuſmodi verborũ conceptionẽ factam reſpectu vltimi ſubſtituti, eius filios venire vocatos ſi adeſſent, & à fortiori filios priorũ ſubſtitutorũ, & inſtituti, ex doctrina, quã ſuprà ſecurè firmauimus; fundabam' opinionem in eo quòd teſtator in vltima ſubſtitutione conceſſit ſubſtituto facultatẽ alienãdi in eo caſu quo ſine liberis deſcederet, ſi autẽ cum eis, nullo modo: ex quo inſurgere dicebamus quòd in caſu cõtrario deſceſſus cũ liberis, prohibitio cẽſebatur proculdubio facta, qui enim de

vno

vno affirmat, de alio negare videtur; ex dicta autem prohibitione alienādi in casu existentię filiorū, deduci proculdubio debet vocatio ipsorum filiorum, ad quod iuuare dicebamus argumentum à cōtrario sensu, quod ex dicta dispositione optimè duci videbatur in fauorem vocationis filiorum in conditione positorum vt cuilibet per se considerāti fiet manifestum, & licèt tunc, cum aduocati prędicti de casu hoc consuleremus, non haberemus doctrinam in terminis, qua id quod volebamus probaretur, nihilominùs postea reperi sic in terminis resoluisse Peregri. in tracta. de fideicom. art. 18. n. 17. vbi allegat optimum Pau. de Castro consiliū 355. & dicit probari ex l. qui filium in prin. ff. ad Trebel. quòd in casu nostro quando vocatur Titius, &, si sine liberis decesserit, disponitur quòd possit de bonis disponere, à contrario sensu si affuerint filij censetur voluisse testator quòd non posset disponere institutus, & consequenter resultare indè fideicommissum.

15 Sed quid † dicendum erit in contractibus (quæ nostra est propria materia, propter quam præfari voluimus quæ suprà adduximus) cēsebuntur ne filij vocati ex eo quòd sint in conditione, sicut in nostris capitulis matrimonialib⁹, positi, an verò necessariæ erunt ad id coniecturæ, quas necessarias diximus in vltimis voluntatibus?

16 In hac quæstione † duæ reperiuntur contrariæ doctorum opiniones. Prima est tenentium simpliciter diuersam in hoc esse naturam contractuū ab vltimis voluntatibus, atque propterea quicquid sit in his, in illis tamē nullam necessariam esse coniecturam, sed imò ex sola positione filiorum in conditione censeri vocatos, quam opinionem dicunt cōprobari ex tex. in l. inter §. cum inter de pac. dotal. quo loci docet Cōsultus quòd si inter patrem, & generū conuenit vt in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur, id actum inter cōtrahentes intelligi debet vt liberis superstitibus filia defuncta dos retineatur, quod nō esset nisi filij illi in conditione positi censerentur vocati, aliàs enim non possent dotē habere, quam vult I.C. eos habere debere si matri superuiuāt, quē tex. controuersiam finire dicit Corra. miscellanea. iur. ciuil. li. 2. c. 19. n. 8. dum probat verba, si sine liberis, dispositionem facere, qui tex. (inquit) sine cauillo tolli non potest.

17 Secunda † est aliorum dicentium quòd nō magis in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus censeantur vocati filij, qui sunt in conditione positi, quia nulla inter contractus, & vltimas voluntates reperiatur differentia, ratio enim illa generalis, cui opinio negans vocationem filiorum in vltimis volūtatibus innititur quia conditio nihil disponat, atque ita quēadmodum quando aliquid relinquitur sub cōditione, *si Petrus consul factus fuerit*, nihil habet relicti Petrus consul factus, sic nec filij positi in conditione quamuis existant; hæc (inquam) ratio æquè in substitutionibus, quæ in contractibus fiunt, militat, atqui in eis, quæ in vltimis voluntatibus vt de se patet.

Nec est difficile respondere textui, qui negocium facere videbatur in allega. l. inter §. cū inter ff. de pac. dotal. sequendo doctrinā Bar. in l. si cum dotem n. 9. & 10. ff. solut. mat. vt ex eo pacto dos non acquiratur filijs in conditione positis, sed matri eorum, & successiuè filijs ipsius vt hæredibus matris.

Vel clariùs ego dicerem solùm probari per eum tex. quòd si adsint filij, dos nō debet redire ad patrem, qui dotauit, &, in casu quo ipsi nō essent, pactus est dotem sibi restitui, & hoc existimo significare verbum illud *reuocatur*, id est non restituatur, quod est cōtrarium prioris dispositionis: quis autē dotem eo casu habere debeat, nō dicit I. Con. reliquisse igitur dicendus est I. C. dispositioni iuris communis secundum quam nullo in contrarium adducto pacto certum est peruenire dotem post mortem mattis ad eum, cui mulier reliquerit.

Scio alios intellectus per alios ei tex. tribui, vt est videre apud Peregri. de fideicom. art. 28. n. 29. & apud Barbos. qui omnium latissimè, in l. si cum dotē 23. in prin. n. 24. cū sequen. ff. solu. mat.

18 Hæc opinio, † pręsupposita, & data pro vera eadem in vltimis voluntatibus, verior etiā proculdubio dicēda videtur & in cōtractib⁹, quippe quia non facilè reperiri queat sufficiens aliqua diuersitatis ratio.

Non curo ponere qui vnā, & qui aliā sequuti fuerint sententiam: pluris enim ego sēper facere soleo rationū pōdus, quibus opiniones innitātur, quā doctorū cumulū, qui vnā, vel aliā opinionē sint sequuti (mito quòd hęc nostra communior à doctoribus appellatur) si autē eos scire volueris vide qui tibi eos referūt latè Antho. Gab. cōmuni. opin. lib. 4. tit. de fideicom. conclu. 4. n. 50. Rufi. in tracta. An filij positi. li. 1. c. 2. p. 2. nu. 5. & c. 3. Craue. in cons. 288. nu. 3. vers. 3. considero, Meno. cons. 325. n. 9. vol. 4. Peregri. de fideicom. art. 28. n. 29. Per. in eo. tracta. de fideicom. q. 9. n. 227. Canc. lib. 1. var. c. 1. de substi. num. 43. bona decis. Fran. Mar. 22. li. 2.

19 Decisionem † nostri, vel aliorum senatuum vix reperi vllam super hoc articulo, solùm inueni Cancer. in loco sup. prox. mè allegato dicentem vidisse se aliquid super hoc per nostrā Regiam audientiam *iudicatum*, sed vbi, & quādo, non aperit, & Gerar. Maynard. decis. Tholosa. 67. li. 5. vbi dicit affirmatiuam opinionem *seruari* in illa curia, licèt (inquit) difficultatem

id patiatur ex allega. §. cum inter l. inter, de pac. dotal. eo modo, ſcilicet contrario, quo *idem ipſe auctor in præcedenti 66. deciſ. explicuerat*, quo monſtrauerat non probari ex eo quòd filijs in conditione poſitis ex pacto de quo in eo tex. aliquod ius fuerit quæſitum.

Senatus tamen noſter prudentiſſimus in illa ſtatuum Ducatus Cardonæ, de qua aliàs in hoc opere meminimus, quam nob. Galcerandus de Cardona duxit contra Excellẽtiſſimos Duces ad relationem egregij ſenatoris Hieronymi † Torner viſus eſt expreſsè *declaraſſe* non cenſeri vocatos filios poſitos in conditione ex eo quòd in contractu, die 29. Ianu. 1603. ſcriba tunc Capella, nunc Boſch.

Vbi ergo in contractibus, ſicut in vltimis voluntatibus, non erunt coniecturæ vocationis, non cenſebuntur quidem filij in conditione poſiti, ex eo quòd poſiti ſint, vel per argumentum à contrario ſenſu, vel aliàs, vocati.

20 Pulchrum † tamen dubium eſt, ac ſcitu valdè dignum circa ſupradicta, quomodo in caſu vocationis, quando ſcilicet ex coniecturis cenſentur, vt diximus, filij vocati, ſuccedere ipſi debeant, an omnes ſimul quot quot fuerint, an verò tantùm quem pater elegerit, vel etiam cenſeatur inductum fideicommiſſum inter filios de vno in alium. Memini ego quòd ſuprà in hoc eodem opere hac eadem clau. 4. glo. 9. par. 1. à n. 7 eam tractaui quæſtionem, nunquid in donatione facta filio, & filijs ſuis, iſti filij vltimi nepotes donatoris cenſeantur vocati omnes æqualiter quotquot eſſent, nec ne, an verò daretur patri electio inter eos, & eam reſolui quòd omnes æqualiter, multiſque rationibus eam opinionem probaui, ac noſtri ſenatus, & aliorũ, præſertim vna cutiæ Delphinalis, quam poſtea vidi reſoluiſſe etiam Maynardum vbi in feriùs allegabitur, & Nicola. Boneton in nouiſſimis additionibus ad Guid. Pap. deciſ. 184. quæ mox adducetur, deciſionibus ornaui, & quia inter illum, & hunc caſum nullã queo reperire differentiam ideò idem hic proculdubio, quod ibi, reſoluo.

Poſt illa quæ in dicta glo. 9. par. 1. ſcripſeram circa quæſtionem, de qua ibi, reperi quòd Pet. Gregor. in ſyntagma. Iur. vniuer. par. 3. lib. 41. c. 28. nu. 36. Ioſeph. de Ruſti. in tracta. An & quãdo filij poſiti, &c. lib. 6. c. 7. & Gerar. Maynard. in deciſion. Tholoſ. 68. lib. 5. eandem hanc, de qua agimus, in terminis tractarunt quæſtionẽ, & ſummè gauiſus ſum quòd duo priores ex his doctoribus notiſſimę famæ, & opinionis nobiſcum conuenerint in ſententia, quam loco ſuperiùs allegato firmauimus, adducendo (quod plus eſt) omnia ferè argumẽta, quæ ego ibi poſueram, ac contrariæ partis fundamenta diſoluendo, ſicut & ego diſolueram, ſit Deus benedictus in æternum, cui ſunt gratiæ referendæ: reprobãt iſti doctores Guid. Pap. in deciſ. 184. vbi cõtrariũ tenere voluerat, ſed Maynard. tertius ex relatis doctoribus poſtquam dixit, ac planè confeſſus eſt ſecundũ hanc noſtram opinionem à potioribus iuris Ciuilis deciſum eſſe, nihilominùs dicit ſibi magis arridere contrarium cum Guidon. Pap. ſed quia nullam aliam rationem affert, quàm quę deducitur ex inconuenienti, quod plures ſequi dicũt quòd hereditas inter filios diuidatur, ſicuti diuidi de neceſſitate debet ſi noſtri opinio obſeruetur, quod ex ſe apparet non eſſe concludens vt prædictam noſtram opinionem tollat, ideò nihil me huius doctoris dicta mouẽt, quò à priori opinione habeam recedere: alios enim plures ante eum audierã qui ſimiliter à dicto inconuenienti, & abſurdo vitando argumẽtabantur, maximè quòd is doctor dubius valdè loquitur dum nu. 5. dicit ſpectandum eſſe arreſtum ſi aliquando proferretur à curia Tholoſana, quod nunquã prolatum eſt, in huiuſmodi facti hypotheſi, relinquẽdo hęc interim cogitãda his qui accutiùs, & lincetiùs iudicare poſsẽt.

21 Vides † quantam hæ quæſtiones difficultatem habent? arbitror tamẽ ego tam facile eſſe remedium quòd ex à foro relegentur, nec ampliùs in ęternum ſit de eis diſputandum, quàm quod facilimum. *Id totum in poteſtate Tabellionum eſt*, & conſiſtit qui hominum conuentiones, contractus, ac vltimas voluntates recipiunt: cur enim ipſi quando contrahentes, vel teſtatores dicũt velle ſe Petro, ponamus, bona relinquere, vel donare cum conditione quòd ſi ſine liberis deceſſerit ille, perueniant ad aliũ, non interrogabunt diſponentem quid velit de bonis fiendum in caſu contrario, quando Petrus deſcedat cum liberis, aut quòd ipſorũ ſint bona, vel quòd Petrus ea, tanquam deffecta conditione, ad ſuas voluntates liberas, habeat? & ſi primum ſe velle reſponderit, cur non etiã idem Tabelliones replicabũt eidem, quomodo velit filiorum eſſe bona prædicta, an quòd de vno ad aliũ vadãt, an quòd ſint eius, quem pater habere voluerit, an denique ſint omniũ, quotquot fuerint, æquis vel in æqualibus partibus? qua voluntate diſponentis declarata iuxta interrogationes prædictas, ea fideliter per notarium ſcripta, & continuata, certum eſt ceſſare iſtas difficultates, quæ totum ferè mundum conturbant propter immenſas, & penè innumeras cauſas, quæ quotidie in foro circa hæc circunferuntur: cauẽant ne aliquãdo harũ incuriarum, quarum reſpectu tanta reipublicæ pernicies, ac ſtrages cauſatur, ſtrictiſſimam ſint iuſto iudici reddituri rationem.

Tranſeamus ad ſecundum caput noſtrę diſputationis, quod verſari, vt diximus in principio,

pio, debet circa pactum reuersionis ad ipsum donatorē, casu quo donatarium cōtingat descedere sine liberis, vel ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos ordinasset verbo, vel testamento.

22 Hoc pactum † approbatum est de iure vt habetur in l. 2. cum suis concordantibus C. de dona. quæ sub modo, &c. & illius vigore redeunt ad donatorem bona donata nedum quando donatarius descedit sine liberis, sed etiam & quando similiter filij donatarij sine liberis etiam moriuntur viuente ipso donatore, prout pluribus (præter morem, solet enim paucis esse contentus in probandis suis resolutionibus) confirmat Antho. Fab. in suo Cod. li. 8. tit. 35. de donat. quæ sub modo, diffi. 1. vbi dicit ita † *tractatum* in Sena. Sabusia. de anno 1588. & allegat Caste. cons. 345. lib. 1. Guid. Pap. decis. 531. Antho. Gab. de fideicom. conclu. 7. num. 4. & 5. Manti. de coniec. vltim. volun. li. 11. tit. 6. n. 25 6. & 7. Manfred. Gouea. apud decisiones Antho. Thesau. decis. 170. & alios apud eum videndos, elegās ratio adducitur ab eodem Fab. nam (inquit) quod ad donatorem attinet, si contrahentium voluntatem inspicias, perindè est ac si donatarius sine liberis decessisset: quid enim (pergit vltiùs) interest an habuerit necne, si quos habuit non fuerunt donatori superstites? quasi diceret nihil, addit in glo. nu. 2. *mihil interesse*, quantùm ad effectum, cuius contemplatione facta est donatio, nam neque voluntatem, neque impossibilitatem grauatorū attendimus, sed ipsius grauaminis implementum intuemur, ibi videbis quibus id doctoribus probet hic non necessariò referendis.

23 Et quamuis † non esset dictum nisi quòd reuerteretur bona donata ad donatorem, nihilominùs reuerti debuissent ad eius hæredem illo ante donatarium defuncto, si postea adimpleretur conditio, quia cōtractus conditionalis transmittitur ad hæredes, ex vulga. §. ex conditionali, insti. de verb. obliga. l. si quis titius eo. tit. ff. quod tamen secus est in vltimis voluntatibus ex l. vni. §. sin autē aliquid sub cōditione C. de cadu. tollen. late Ioan. Gratian de Falcon. reg. 23. nu. 5. Pet. Gregor. in syntag. iur. vniuer. 26 par. lib. 42. c. 18. n. 19. & latissimè nostras Iacob. Cancer. lib. 3. var. c. 21. de transmissa nu. 95. vbi † *decis.* nostri Senatus perpulchra.

Hæc arridēt satis, quicquid in contrarium voluerint dicere Peregri. de fideicom. art. 51. nu. 20. cum alijs, quos Cancer. allegat, existimātes non esse differentiam inter substitutiones conditionales factas in contractibus, & eas, quæ fiunt in vltimis voluntatibus, contrarium enim statuetur ex iuribus supra adductis, & 27 communi doctorū opinione. Arridet † (inquā) satis hæc opinio si obicē substulerimus, qui fit ex l. quod de pariter ff. de reb. dub. vbi in mattē dotante filiam cum pacto quòd ea mortua in matrimonio dos sibi redderetur à marito, si cōtingat ipsam cū filia simul perire, respondet Iureconsultus hęredibus matris actionem ex stipulatu nō competere, nec esse commissam stipulationem, *quia* (inquit tex.) *mater filiæ non superuixit*, qui tex. ex diametro pugnare videtur cum dispositione §. ex conditionali, & cōcordantium, cum requirat superuiuentiam stipulatoris vt stipulatio conditionalis commitatur, & vlteriùs habet hoc speciale ille tex. vt nedū in casu, quo clarè constitisset matrem stipulatricem non superuixisse filiæ, sed etiam in casu, quo ambæ simul decessissēt id sufficere voluit vt nō committeretur stipulatio, quia ex simultaneo interitu oriebatur quòd nō poterat dici matrem superuixisse, non quia clarè id constabat, sed quia ita esse poterat.

25 Glos. † in d. l. quod de pariter, verbo, *stipulata esset*, & in l. qui duos §. penul. verbo, *tacē habebit* eo. tit. de reb. dub. & Bar. in eadē l. quod de pariter in prin. difficultatē præsentierūt, & existimātes salua litera tex. nō posse rei cōgruū dari respōsum, cuius ratione heret ne daretur inter *hæc iura aliqua repugnantia, suppletione opus* esse arbitrati sunt, taliter quòd cōditio stipulationis, sub qua concepta erat in casu d. l. quod depariter, non intelligeretur sola ea, quæ legebatur in tex. moriente filia in matrimonio, sed & illa subintelligeretur, viuēte matre, qua suppletione facta nulla datur repugnantia inter iura supradicta, vt de se patet, si enim hic voluisset stipulatrix nō aliter stipulari dotem sibi restitui, quàm si filiæ superuixisset, quæ, quæso, iniuria fit dispositioni d. §. ex conditionali volentis simpliciter stipulationē conditionalem ad hæredes transmitti, non tamen quando adest conditio si stipulator superuixerit?

26 Sed † hic intellectus reijciendus videtur ex eo quòd suppleat ad illum textum, vbi talis cōditio respectu pacti superuiuentiæ matris non legitur modo aliquo, suppletio autem fugienda procul dubio est in iure quātum fieri possit.

27 Præterea † si hic intellectus admitteretur, & eius vigore diceretur quòd stipulatio cōcepta in eo tex. expressè erat sub conditione *superuiuentiæ stipulatoris*, lex decideret casum indubitabilē, indubitabile enim, & certissimū esset quòd tunc ex quo mater stipulatrix nō superuixisset filiæ iuxta conditionem appositam, nō potuisset commiti stipulatio: lex autē non est sic interpretanda vt de casu indubitabili eam loquutam esse interpretemur, id enim valdē absurdum in iure reputatur.

24 Et ne videar has considerationes ex capite desumpsisse absque fundamento, videatur, quæso, magni ingenij interpres Paul. Ca-

ſtren.in ea.l.quod de pariter,nume. 2.vbi reijciendum omninò eſſe, & explodendum huiuſmodi intellectum,ex eiſdem rationibus ſuperiùs adductis,docet,tũ ſcilicet quia id nõ dicitur *in tex.*tum etiam quia tunc non haberet dubium,ſed imò legem eſſe ſimpliciter intelligendam quòd mater fuit ſtipulata dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, ſubintelligi tamen tacitè conditionem,ſi filię ſuperuixiſſet,addit-que poſtea caſum eſſe ibi ſingularem, nec recordari ſe alibi vidiſſe quòd, vt committatur ſtipulatio ſimpliciter facta dotem ſtipulatori mortua filia reddi,neceſſum ſit quòd ipſæ filię ſuperuiuat,& finaliter addit hæc verba, *liga bene ad digitum caſum legis quem gloſſa, & doctores non guſtarunt, ſed poſſet facere magnum honorem.*

Paulum de Caſtro in hoc ſequutus eſt Bartholom.Socin.in l.ſed & in illo,ſtatim in prin. ante numer.vff. eo. tit. de reb. dub. vbi dicit quòd intelligentia gloſ. & doctorum qui volunt l.quod de pariter tunc tantùm procedere quando expreſsè in ſtipulatione adiecta eſt conditio ſtipulatoris ſuperuiuentiæ, eſt multùm diuinatiua,quia (inquit) hoc in tex. non ponderatur.

Eundem Paul.de Caſtro ſequutus eſt Didac. de Couar.lib.ſecundo var. cap. ſeptimo nu.8. quatenus interpretando d. l.quod de pariter, dicit ideò ibi non fuiſſe commiſſam ſtipulationem,quia ſtipulator non ſuperuixit, & hæc ſtipulatio quòd dos ſtipulatori reddatur eam conditionem habet, *ſi premortua vxore ipſe ſuperuixerit*:ſic enim (inquit) Paul. de Caſtro interpretatur illum tex. ecce ergo quòd Didacus cum Caſtren. clarè cenſerunt in eo tex.non fuiſſe illud deciſum quia expreſsè illa conditio ſuperuiuentiæ eſſet appoſita,ſed tacitè ſubintellecta.

Eundem Paul.de Caſtro ſequutus etiam eſt Iacob. Menoch. de præſum. libro ſexto,præſump.50.nume.17.vbi dicit ſtipulationem, de qua in d.l.quod de pariter,tacitam habere conditionem ſi mortua vxore ſtipulator ſuperuixerit,additq.poſtea ita ibi rectè aduertiſſe Caſtren.& in l.item eo.tit.

Eundem finaliter Caſtren.ſequutus eſt Pet. Barboſa in l.Gayus 46.nu.16.ff.ſolut. mat. dum expreſsè dixit ex Pau.& Socin. in d.l. quod de pariter,tacitè ſubintelligi ſuperuiuentiæ ſtipulatoris conditionem.

28 Nec tanti † facienda eſt Bar. auctoritas vt cogamur tã diuinatiuũ intellectũ,qualẽ ipſe ad d.l.q de pariter dare voluit,admittere, & abſurdum,vt ſuprà dictum eſt:tum quia nullo iure,nullaq.auctoritate illum Bar.probat,ſed ex ſuo capite,tum etiam quia nõ eſt id ſolũ quod * Bartolo exprobatur communiter à doctoribus in eo tex.reprobatur enim & aliud eius dictum in verſ.*dic ergo ſic*,quatenus habet quòd ad iudicandum an pater priùs ſit dicẽdus mortuus,quàm filius ambobus eodem caſu percũtibus,diſtinguendum ſit an agatur de legis diſpoſitione,vt quando ex ea filius patri ſucceſſurus eſt,tunc enim (inquit) patri filius præſumitur ſuperuixiſſe,an verò agatur de hominis diſpoſitione,vt quia ſecũdum eam ſit patri filius ſucceſſurus & tunc non præſumitur filius patri ſuperuixiſſe:hoc (inquam) Bar.dictum in d. l.quod de pariter,cõmuniter à doctoribus reprobatur exiſtimantibus nullam inter hos caſus eſſe faciendam differentiam,Dida.allega.c. 7.li.2.var.nu.7.Peregri.de fideicom.art. 43.nu. 53.ver. *Verſius autem*,Meno.allega.præſump. 50.nu.19.lib.6.& Purpura. in conſ. poſt deciſ. 108.Oſaſ.nu.5.adde additionatorem ad Bar.in d. l. quod de pariter in lit. A.

29 Sicut ergo † in hoc reprehenditur Bar. circa per eum tradita in d.l.quod de pariter,ſic nihilminus ſi in illo etiam intellectu ab alijs reprobetur,de quo ſuperiùs diximus.

Adhęrendum igitur videtur potiùs opinioni Pau.& ſequatium, quàm admittere cum Bar. ſuppletionem ad tex.in d.l.quod de pariter,de reb.dub.quod ſi ita eſt facile proculdubio erit aſſignare differentiam inter diſpoſitionem §. ex conditionali,& concordantiũ,& d.l. quod de pariter, eſt enim quia ille tex.generalis eſt, generalemque continet diſpoſitionẽ natutam aperiens ſtipulationum conditionalium, quæ eſt vt transmittatur ad hæres, hęc verò l. quod de pariter,limitationem continet in ſtipulatione dotis,quæ reddi debeat dotanti in certo caſu,in qua voluit l.ſubintelligi conditionem ſuperuiuentiæ ſtipulatoris quamuis appoſita expreſsè non ſit, quæ repugnantiã proculdubio continet cum tranſmiſſione,& ideò nihil mirũ ſi in vno caſu fiat tranſmiſſio,in alio verò non.

30 Id vt clariùs,† & perfectiùs percipias aduerte,quòd diſpoſitio d. §. ex conditionali, inter alias limitationes,quas recipit vna eſt vt nõ habeat locum qñ cõditio apponitur in perſona ſtipulatoris,tunc enim cum conditio deficiat per mortem ipſius contingentem ante mortẽ alterius non reſtat aliquod ius conditionale, quod ad hęredes tranſmittatur,& ſic nõ habet locum diſpoſitio prædicta, quæ tranſmiſſionẽ concedit,ſequitur enim in alijs conditionibus extrinſecis non reſidentibus in perſona ſtipulatoris,quæ non deficiunt per illius mortem, ſed adhuc pendent,veluti ſi nauis ex Aſia venerit,vel alias,non verò in his,quæ reſident in eius perſona,& per eius mortẽ deficiũt,veluti ſi ſuperuixeris,ſi ab hoſtibus captꝰ fueris,& ſimiles,ſic ſingulariter declarat Ioã.Fab.in eo.§. ex cõditionali,nu.2.verſ.itẽ nec obtinet,& ibi

Ang.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ang. etiam, & Tob. Non. ibidem num. 3. cas. 4. & est tex. in l. si decē cū petiero cū declaratione Bartol. ibidem nu. 5. benè Cuma. in ea. l. etiam nume. 5. Alex. nume. 4. & Ias. nume. 12. confert l. difficilis, qui Romæ §. Augerius de verb. obliga.

Hæc faciliora sunt, pręsupposita in dicta l. quod de pariter subintelligentia conditionis superuiuētiæ stipulatoris, quàm debeant à nobis vlteriùs explicari. Sed † difficultas ingens
31 versatur in reddenda ratione, quamobrem in dicta stipulatione dotem reddi filia in matrimonio deffuncta, subintelligatur conditio superuiuentiæ stipulatoris, quam si non assignauerimus, nihil prorsus egisse videbimur.

Ex omnibus doctoribus, quos legere potui in hac materia, qui sunt proculdubio plures, nullum reperi, qui huius rei rationem aliquam daret, & assignaret, illi qui suprà à nobis adducti sunt solùm dixerunt casum esse singularem, nec alibi visum, qui disponitur in dicta l. quod de pariter, rationem autem huius singularitatis nullus adduxit, nec quæ sit, vel esse possit, significauit.

32 Excogitabam † si dici posset quòd ita fieret fauore dotis, vtpote quia expediat ipsam ad mulierem peruenire eo modo quo magis appareat libera vt meliùs inueniat ipsa cum illa dote maritum, quod proculdubio consequitur si subintelligatur conditio superuiuentiæ in stipulatione matris, quàm si in omni casu simpliciter stipulatum esset dotem reddi soluto matrimonio, cum enim, secundum ordinem naturæ, mater debeat priùs mori quàm filia, non potest dubitari quòd multò minùs onerata veniet dos cum ea conditione superuiuentiæ, quæ vt plurimum resoluitur in fauorem filiæ, & maiorem spem ipsa habebit posse de dote disponere cū morietur, quàm si sine ea conditione stipulatio dotem reddi concepta esset, & ex consequenti meliùs inueniet filia maritum cum ea dote, quod summè fauori dotis conuenit.

33 Sed reperi † quòd non, quia inuenio tex. in l. Gayus aliàs Caius in versic. *quod cum ita* ff. solut. matrimo. & l. auia C. de iure dotiū, vbi in simili stipulatione dotem reddi simpliciter facta non subintelligitur conditio superuiuentiæ stipulatoris, sed imò disponitur in ea stipulatione censeri etiam stipulatum hæredi iuxta l. si pactum ff. de proba. ergo non est fauore dotis illud quod in dicta l. quod de pariter disponitur.

34 Barbos. † in dicta l. Gayus nume. 16. vt hæc iura inter se componeret, dicit dictā l. quod de pariter loqui quando quis stipulatur dotem sibi restitui mortua in matrimonio filia, nā tunc (inquit) tacita subintelligitur conditio si stipulator superuixerit mulieri, vt ibi tradunt glo. & doctores, sed si generaliter concepta sit stipulatio, procederet id quod sentit tex. in d. l. Gayus cum simil. sic Barbos. faciliter se expedit ab hac difficultate, sed nihil allegat, propter quod ei credere debeamus, ideò aliud excogitandum est, quod proficiat.

Velocissimè penula currebat in discursu superiùs facto in fauorem opinionis Castren. pro subintelligentia conditionis superuiuentiæ, & contra Bar. suppletionem quousq. ad hęc peruenit, quę tātā habere visa sunt difficultatem vt satius ductum sit redire retrò quàm vltrò progredi, ego liberè dicā quod occurrit, tu rem acuratiùs examinabis.

35 Dico igitur † quòd cum opinioni Castren. in subintelligētia cōditionis superuiuentiæ in stipulatione dotis repugnare de directo videatur primò generalis dispositio §. ex cōditionali, & cōcordātiū, quæ generaliter eam subintelligētiā negāt, deindè particularis in stipulatione de dote restituēda dispositio in allega. l. Gayus, aliàs Caius ff. solut. mat. & l. auia de iure dotū, quę similiter cōtradicūt subintelligētiæ prędictæ volentes simpliciter in stipulatione dotis sic ius quæri hæredibus sicut in alijs quibuscūque vt suprà dictum est, nec reperiri posse videatur aliqua iusta differētiæ ratio inter casum vnius, & alterius dispositionis, nec etiam ratio aliqua, ob quā in l. q. de pariter debeat conditio prędicta subintelligi, indè compellendus quilibet videtur concedere potiùs suppletionem Bar. vtpotè quia minus inconueniens ex ea sequatur, quàm subintelligentiam Castrensis, & sequacium, quę plura proculdubio absurda admittit.

Et defendendo Bartoli doctrinam dico quòd cum ipse videret rationem, quam I. C. in d. l. quod de pariter adduxit, quia filię mater non superuixit, vt resolueret ambabus eodem casu, & pariter pereuntibus non fuisse cōmissam stipulationem dotis factam in casu, quo filia in matrimonio descederet, esse prorsus ac omninò falsam nec modo aliquo sustinendā si simpliciter cas⁹ legis intelligeretur prout ibi erat scriptus, vtpote repugnātem expressè his, quæ aliæ leges securè disponebant de transmissione iurium conditionalium in contractibus, necesse visum fuit per dictā suppletionem quando alia non occurrebant, iura iuribus cōcordare potiùs, quàm tantam repugnantiam admittere: maximè vbi lex capax videtur es-
36 se suppletionis, sciunt enim † omnes, ac probè norunt quòd quando aliquis articulus principaliter non deciditur in aliqua lege, sed de illo perfūctoriè tractatur ad aliud, tūc nō solēt oēs circūstātiæ facti ad illū articulū pertinētes ad amusim tradi, sed multoties multa relinquūt, d illo

illo facto, quæ, si principaliter de eo ageretur, tradita proculdubio fuissent, & hoc est quod * dicunt doctores communiter non facere numerum eum, qui aliquam opinionem perfunctoriè tenere visus sit; sic est in nostro casu, intentio I. C. in dicta l. quod de pariter non fuit decidere hunc casum, nunquid scilicet stipulatio dotis conditionalis transiret ad hæredes, vel non mortuo stipulatore ante aduentum conditionis, sed imò matre, & filia simul, & eodem casu pereuntibus quæ ex ipsis priùs præsumeretur decessisse, vt in eadem l. est videre plusquam manifestè, non est ergo mirum si defuit I. C. in aliquibus tradēdis, quæ facerent ad propositum aliorum, quæ in eadem l. perfunctoriè dicebātur.

37 Ex hac † consideratione manat parui faciēdam esse rationem, quam ex Paul. superiùs adduximus contra Bar. dicentes quòd l. quod de pariter casum decideret indubitabilē si in casu illius fuisset stipulatio sub conditione superuiuentiæ stipulatoris concepta, quia non est, vt dictum fuit, is casus cuius occasione principaliter condita illa lex fuit, sed ille, quænam ex matre, & filia simul pereuntibus præsumeretur priùs decessisse, qui dubitationem non modicam continebat, quod sufficere debet nedicamus legem aliquam casum omnimò indubitabilem decidere.

38 Hæc, † quæ sunt à nobis ita extensè tractata, non arbitreris fuisse tam otiosè dicta quasi nūquam in praxi succedant disputanda, fui enim ego non multis ab huic annis consultus in terminis super hoc casu, nunquid hæredes donatoris, qui filiæ dotem dederat cum pacto reuersionis ad ipsum absque aliqua mentione hæredum in casu quo filia descederet sine liberis, vel cum talibus, qui non peruenirent ad ætatem condendi testamētum, possent dotem prædictam vindicare, quia filia prædicta sine liberis decessisset, mortuo tamen patre donatore, in quo conatus fui defendere quòd nō poterant, ex quo pater filiæ nō superuixisset, fundans intentionem in dispositione dictę l. quod de pariter, & eorum, quæ super ea dicunt Paul. Socin. Didac. & Menoch. superiùs allegati de subintelligentia conditionis superuiuentię, sed † nō potui obtinere, imò *declaratum* expressè fuit sub die 10. Apprilis an. 1609. in fauorem hæredum, amplexata doctrina Bartol. sumendo expressè motiuum, quòd non constaret conceptam fuisse stipulationem, respectu reuersionis ad donatorem, si is filiæ superuixisset, ac proindè regulando eum casum cum dispositione §. ex conditionali simpliciter concedenti transmissionem ad hæredes quando non adest expressa conditio superuiuentiæ: ducebatur hæc causa in consistorio Capitaniæ generalis Cathaloniæ ad relationem Ioſephi Roca illius assessoris, fuit lata sententia sequuta conclusione in dicto consistorio inter quatuor, aut quinque, qui ei assistunt, assessores, partes erant coniuges Recalens de Vilafant contra cōiuges Cubertas, scriba dictæ Capitaniæ Michael Perez: pendet in Senatu causa appellationis ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola, expectemus quid illis egregijs viris super hoc visum fuerit, ego ex post supradicta speculatus sum, quæ nescio an sint placitura, teneat quilibet quod voluerit, ego saltem viam monstrasse opinor, qua transeundum sit vt veritas innotescat. Eundem casum dictę l. quod de pariter se videsse contigisse in praxi disputādum suo tempore attestatur Ioan. Gracian de Falcon. de regulis iuris, regul. 23. num. 5. in quadam lite Comitis de Baylen propter quam, inquit, ne videretur alicui litigantiū odiosus nolle se amplius disputare.

Atque hæc de secundo huius glossæ capite, superest tertium explicemus, quod agere debet de reseruatione, quæ fit per parentes donatores in fauorem filiorum donatariorum in casu, quo fit locus substitutionibus eis appositis in donationibus in forma contenta in nostro contextu, in quo duas breuiter statui resoluere quæstiones quotidie in praxi contingētes. Prima † an censeatur filio de reseruatis taliter concessa facultas disponendi vt non teneatur parentibus nec legitimam relinquere. Secunda verò an casu quo descedat sine aliqua dispositione facta succedant ei parentes donatores æqualiter in reseruatis, an verò quilibet in eis, quæ à se ipso ad filium per donationem peruenerunt, posito quod essent diuersa, & separata, & seu inæqualia.

39

Quoad primam † reperio quod Iacob. Cācer. solus eam tractauit in terminis in 3. p. var. resol. cap. 7. de pac. nume. 91. cum aliquibus sequentibus, & eā resoluit negatiuè, volens quòd nihilominùs possint parentes in dictis bonis, quorum concesserunt filio dispositionem, legitimam petere, & non obstare dixit tex. in l. Paulus respondit §. patroni filius ff. de bonis liberto. nec auctoritate Telli Fernan. & Ceruan. in l. 6. tau. Gutier. in prac. lib. 3. quæstio. 76. & in cap. quamuis pactum nume. 44. de pac. in 6. & aliorum, qui in contrarium allegantur, ex rationibus ibi per eum adductis.

40

Existimabam quòd imò suā Cancer. in tex. in d. l. Paulus in §. patroni filius ff. de bonis liber. fundaret intentionem, qui eam aliquibus, saltem Ioanni Gutier. in prac. lib. 3. q. 76. nu. 8. satis clarè probare visus est, inducēdo illū hoc modo, dicitur siquidē inibi quòd cuiusdā patroni filius liberto suo in hunc modum scripserat, ob merita tua, fidem q; tuam, quā mihi semper exhibuisti

buisti, concedo tibi liberam testamenti factionem, & eorum verborum occasione fuerat quæsitum an patroni filio nihil libertus relinquere deberet, & fuisse responsum eum libertum liberam testamenti factionem consequutum non videri: nam si consideres de quo fuerat dubitatum super verbis prædictis, quòd est nunquid eis non obstantibus teneretur libertus aliquid patrono relinquere, & simul attendas fuisse responsum non videri libertum liberam testandi facultatem propterea consequutum, quod est, iuxta quæsitum, teneri nihilominùs libertum ad relinquendum legitimam patrono, indè infere debebis ex eo tex. probari in illa concessione liberè testandi facultatis nó venire ipsius concedentis legitimam, imò censeri ab ea exceptam, sicuti † regulare est eam
41 non venire in generalibus quibuscunque dispositionibus, nisi expresè dicatur ad l. si quando §. generaliter C. de inofficio. testa.

Sed maluit vir doctus Cancer. eum tex. potiùs in contrarium suę opinionis, hanc interpretationem relinquendo, & quam Odofred. Cyn. ac alij grauissimi viri, quos allegat, ei tribuunt post glos. in l. fin. verbo, *referuandis* C. de bon. libe. amplexãdo, allegare, quòd imò in eo tex. propterea dicatur non videri libertum per ea verba consequutum liberã testandi facultatem quia legitima patronii sub eis continebatur, & successio ipsius, cui nec in vim pacti, nec etiam in vim repudiationis renunciari poterat, redditque postea rationem quare, cum legitima non veniat in generalibus dispositionibus, veniat in concessione testandi, de qua in eo tex. quia (inquit) nihil aliud poterat concessio illa operari, cum nihil aliud esset in quo patronus posset testandi facultatem liberto concedere præterquam in iuribus sibi in illius bonis
42 competentibus: quando † autem dispositio generalis nihil aliud potest operari quàm legitimæ renuntiationé, tunc eam proculdubio cõprehendit similis dispositio.

Hæc Cancer. ex quibus apparet nõ habuisse Gutier. rationem dicendi quòd propterea in eo tex. dictum fuit non fuisse libertum consequutum liberam testandi factionem, quia nihilominùs debuit relinquere legitimam patrono, quæ non venit sub concessione, sicuti nec in alijs generalibus dispositionibus.

43 Sed ego † his non obstantibus vix possum cum Cancerij opinione in occurrenti casu cõuenire, & magis inclino in diuersam, quòd imò nec possit pater, nec debeat legitimam prætendere in his bonis, vel quantitatibus, in quibus filio concessit liberam testãdi facultatem, ac quòd posset suas liberas voluntates facere: vix enim possum mihi persuadere quòd per tam ampla verba non sit patti legitimæ detrahendæ, ac petendæ facultas ademptatfundo meam opinionem in allega. l. Paulus §. si patroni filius ff. de bon. liber. vbi clarè deciditur, secundum ea quæ suprà posita fuere, in generali licentia, & facultate testandi concessa venire legitimam eius, qui eam concessit.

Scio occurrere Cancerũ, & dicere id ideò esse quia nihil aliud inibi ea licẽtia poterat operari nisi quoad legitimã concedentis, cum in reliquis bonis non egeret libertus aliqua patroni licentia, quo casu certum est de necessitate debere venire legitimam, iá tamen non est in nostro casu, in quo in alio potest ea licentia verificari, & ad alium finem censetur ipsa concessa. Sed nos replicamus quòd licèt optima ea sit compræhentionis legitimę in dispositione generali coniectura vt, vltra Cancer. optimè probant Antho. Gab. in commun. opin. de legit. conclu. 8. num. 16. Menoc. cons. 71. num. 13. & Ludouicus Moro. respons. 9. nu. 14. cum pluribus alijs, qui sępè occurrunt, tamẽ non propterea reiectæ dicendæ sunt aliæ coniecturæ, ex quibus idẽ colligi valeat, quamuis enim dispositum legatur legitimam requirere expressam renuntiationem vt suprà ex l. si quando §. generaliter C. de inoffi. testam. dicebamus, nihilominùs non intelligas oportere quòd dicatur expressis verbis, renuntio iuri
44 petendi legitimam, cum enim † expræssum & illud dicatur, quod ex mente disponentis, & cõiectatis, & præsumptionibus colligitur, prout in materia notationis,
45 † quæ etiam, vt dicatur facta, requirit expressa verba, docet Meno. de præsump. lib. 3. præsump. 34. numer. 37. & in alijs materijs, & in explicationibus nostrorum iutium municipalium noster Cancer. lib. 3. variarum resolutio. c. 2. de inuent. num. 95. cum sequent. & c. 17. de sente. & ear. execu. num. 281. & 283. indè fit quòd etiam in nostra materia probè possimus patrem dicere excluſum à petitione legitimę in bonis filij, tametsi expressa renuntiatio non intercesserit, dum coniecturę adsint, ex quibus ita fieri debere colligi valeat, licèt quandoque aliud sine præsumptione dictæ tacitæ renuntiationis dispositio posset operari, ita in terminis pluribus argumentis nouissimè in materia legitimę probat Alex. Tẽtasinq. var. resolu. lib. 1. tit. de legitima resolu. 4.
46 num. 2. vers. tertius casus est, volens † nullatenus fuisse pro forma ab Impera. in d. §. generaliter inductum quòd expressissimis verbis renuntiatio legitimæ fieri haberet, quia si id voluisset vltrius proculdubio progressus fuisset anullando actum, vel alia verba formam inducentia, qualia non sunt in eo tex. expressisset, idem colliges ex pluribus doctoribus, qui inferiùs allegabuntur, & nullibi melius id considerare potes quàm in allega. l. Paulus in §. patroni

ni filius, vbi manifestè vides venire legitimam sub generali dispositione sinè expressa illius mentione.

47 Inter alias † autem coniecturas, quę locum faciunt compræhentioni legitimæ in dispositione generali, vltra tradita à Cancer. de superfluitate dispositionis, vna est alijs non inferior, quam Rolan. à Val. adducit in cons. 99. numer. 40. vol. 4. vbi dicit disponentem tunc censeri comprehendisse legitimam in dispositione quotiescunque fit per eum aliqua reseruatio, veluti in casu Rolan. in promissione per filium matri facta de non alienando modo aliquo nec in totum, nec in parte bona eius patris, reseruando tamen sibi quendam contractum fiêdum cum certa persona, dicit enim Rol. quòd licèt aliàs dubitari posset an sub hac generali promissione censeretur inclusa legitima propria promitentis, sibi in dictis bonis patris cõpetens, taliter quòd nec ipsâ posset alienare, nihil ominùs ex ea reseruatione & exceptuatione (in quit) arguitur q̃ in alijs bonis, & sic etiã in legitima nihil sibi reseruare voluit, allegat in terminis Socin. Iun. in cõs. 50. n. 12. vol. 2. & regulã vulgarem quòd exceptio firmat regulam in contrarium, accommodãdo his signãter quod in materia mandati generalis doctores tradũt, quòd etiam si in eo non veniant quę specialem requirunt concessionẽ, nihilominùs si exceptuetur ab eo vnus casus ex his, qui eam concessionem specialem desiderant, indè fit quòd censeatur mandatum compræhendere omnes alios casus per eã exceptuationẽ, qui aliàs nõ venissent in generali mandato, sic in nostro casu videtur dicendum, in quo donator qui donauit mille (ponamus) filio, cõcessit eidẽ quòd si sine liberis descederet, disponeret de quingentis reseruando sibi alia quingenta, signum enim est quòd cum quingenta exceptuauerit à facultate testandi per eum concessa, noluit alia exceptuare, nec quid amplius ex donatis habere.

48 Præterea † aduertendum est quòd ista nostra dispositio facta est in vita filij, in cuius bonis disputamus an pater posit legitimam post illius mortem prætendere, quo casu doctores conueniunt temperatum esse rigorem dispositionis l. si quãdo in §. & generaliter C. de inof. testam. vt non sit necessaria expressa renuntiatio vt legitima sub dispositione generali cõpræhendatur, ex ea ratione quia cum in vita filij nullum ius competat patri in legitima, indè fit quòd faciliter excludatur, & excluſus cẽseatur ipse ab hoc iure quærendo, ita Menoch. in cons. 71. num. 5. Rimin. Iun. in cons. 165. numer. 20. & sequent. lib. 2. Moro. allega. respons. 9. n. 22. cũ alijs, quos ij allegãt. aliã rõnem huius resolutionis leges apud Meno. vbi suprà nu. 7.

49 Deindè † ego considero quòd id quod est in generalibus dispositionibus, & renuntiationibus non venire legitimam iuxta dispositionem sæpè allega. §. & generaliter, ex ea quidẽ ratione fit, & non alia, quia lex interpretatur mentem disponentis non fuisse talem, & sic regulat dispositionem secundum eam mentẽ vt clarè, præ alijs, Alex. Trentasinq. docet lib. 1. var. resolu. tit. de legit. resolu. 4. num. 11. vers. circa secundum, quod † verificari non poterit quando interpretatio non poterit fieri secundum solam mentem disponentis, & renuntiãtis, sed & simul secundum intellectum, & mentem aliorum, qui cum eo contraxerunt prout in nostro casu concessæ filio per patrem licentię, & facultatis testandi in certa parte rerum donatarum, casu quo descederet sine liberis, quęnõ est liberalitas patris proprio motu exercita, nec vt talis cõsideranda, sed imò pactum, & conuentio cum nuru, & parentibus ipsius inita, qui ita fieri voluerunt, quò fit vt quando de intelligẽtia eius pactionis est agendum, non est ad solam mentem, & intentionem patris recurrendum, sed imò simul ad mentem etiam alterius partis, & res iudicanda qualis considetari potetit secundum mentẽ vtriusq. partis, & ideò danda est verbis talis interpretatio, quæ sit compatibilis, & conformis menti vtriusque partis, indè manat quòd quamuis si pater proprio motu, & absque alicuius instantia, qui interesse in hoc prętẽdere posset, liberã filio de aliquibus bonis testandi concessisset facultatem, posset dubitari voluisset ne pater per huiusmodi amplam concessionem priuare se legitima, & teneri forsan, secundum suam mentem, in vim dispositionis sæpè allega. §. & generaliter, noluisse: in hoc tamen nostro casu quia ex pactione inita cum nuru, & parentibus ipsius, qui quod imprimis scire volunt est quot & quantum pater filio dare velit liberũ in casu quo non adsint liberi, vt indè habeat de quo posit aliquando, si velit, vxorem remunerari benè de se merentem, pater filio facultatem prædictam concessit, indè fit quòd non sit ea pactio secundum solam patris mentem interpretanda, sed imò secundũ quod apud eos, qui causam dederunt pactioni, nurum scilicet, & eius parẽtes intellectum est, id autem nemo mihi negabit fuisse quòd liberum omnino illud filio remaneret totum, vt totum posset, si vellet, filię relinquere.

50 Hæc, quæ omni prorsus legum, & doctorũ auctoritate nudata à nobis tradita hucusque videntur, sic concludenter & iuribus & doctoribus Rolan. à Valle probat in allega. cons. 99. à num. 46. vol. 4. vt nulla vlteriùs comprobatione egere mihi videantur, ex eo enim quòd matris renuntiantis in fauorem filij vsumfructum

sibi

sibi à viro relictum et cum filio paciscētis quòd bona paterna non alienaret, nec alienare posset, mens coniecturetur fuisse, quòd nec intra suam legitimam, nec extra, filius quicquā alienaret, concludit deberi interpretari pactionem vt legitima etiam filij sub ea inclusa censeatur: hæc fortiùs applicantur ad casum nostrum, in quo mens paciscentium cum patre donatore clarè colligitur fuisse quòd ipse totum illud sine aliqua diminutione liberum filio donaret de quo concessit facultatem testandi, in quo maximum ipsorum versabatur interesse ex suprà consideratis, non ergo est iustum quòd decepti remaneant. Huc spectant quæcunque in superioribus hac eadem clau. 4. glo. 9. parte 1 num. 31. diximus, quòd omnes pactiones quę fiunt in contractu matrimonij censeantur esse pars, & portio ipsius, ac censeātur etiam priùs tractatæ inter vtrasque partes aliàs non contracturas matrimonium nisi ita facta forent, ex quo elici potest qualiter sic debeant interpretari ne cum patre, & filio donatore, & donatario respectiuè contrahentes in his pactionibus
51 decepti maneant, interpretatio † enim omnis semper respuitur, per quam altera pars defraudaretur, Menoc. de arbit. cas. 199. num. 15. & 16. Cassana. cons. 10. nu. 126.

52 Vltimò † facit quòd in omnibus istis donationibus soleat fieri renuntiatio omni legum auxilio cū iuramento, quam virtute iuramenti prædicti extendi ad renuntiationem legitimæ, & non habere locū dispositionem §. & generaliter l. si quando C. de inoffi. testam. docet Rolan à Val. allega. cons. 99. num. 44. & 45. ex multis, quos allegat apud eum videndos, & alijs, quos infinitum esset referre.

53 Ex his † apparet satis superque hæc opinio falsita rationibus, quibus non videntur obstare, quæ in contrarium Cancer. adducit in loco suprà cita. eorum enim ea omnia fundentur in probando non posse doctrinam Tell. Fernā. in l. 6. tau. & aliorum huic casui applicari, quas nec nos applicare volumus tanquam dependeret ab eis iustitia nostræ opinionis, sed alijs medijs, forsan non inutilibus, vsi fuimus, ideò nō est quòd aliud in hoc tempus conteramus, solùm est visum non relinquere sine responsione illud, quòd Cancer. asserit, & dicit tollere omnem difficultatem in fauorem suæ opinionis, num. 99. vers. *quid plura*, in allega. cap. 7. de pac. in tertia parte var. videri sibi non esse applicabilem casum concessæ filio per patrem licentiæ testandi de quo Tell. Fertian. & alij ad casum nostrum, ex quo ille non valeat sine iuramento, noster verò sic, respondemus enim quòd id nihil proficit, vel nocet ad effectum sit ne sub illa licentia comprehensum ius legitimæ, vel non, ratio enim cur in illo sit necessarium iuramentum, in hoc verò nō, alia est atq. alia proculdubio, quia scilicet ille continet pactum de non succedendo respectu vniuersorū filij bonorum, in quo propterea ad sui validitatem requiritur iuramentum, hic verò noster licèt pactum etiam continere dicamus de non succedendo, id tamen est respectu certorum bonorum particularium, quod ad sui validitatem non eget iurisiurandi munimine, vt abundè diximus hac eadem clau. 4. glos. 9. part. 4. à num. 106. & rursus in glo. *donationis omnium* bonorum præsentium, & futurorum, ex eo ergo quòd in illo casu non valeat pactum sine iuramento, & in hoc sic, nō potest inferri quòd propterea ibi comprehendatur sub pacto ius legitimæ, in hoc verò non, vt Cancer. velle videtur, potest enim optimè fieri, & compatiuntur per benè quòd ambo pacta includant ius legitimæ, & illius renuntiationem, & nihilominus vnum valeat sine iuramento, & aliud non, ex diuersis rationibus in eis militantibus: Vndè si aliquid doctores prædicti in terminis illius renuntiationis, de qua agunt, dicūt, quod proficere valeat huic nostro casui, prouti est, & esse potest, quod doctores prædicti securè constituunt licentiam testandi à patre filio liberè concessam priuare illum legitima, non desinas propterea in tui fauorem accipere quòd differentia sit inter vtrosque casus, id enim cū alia atque alia ratione procedat, non est in cōsideratione ad effectum, quem optamus.

54 Adiungitur † supradictis quòd in nostro casu, vltra simplicis licentię testandi concessionē, de qua doctores hucusque adducti loquūtur, dicitur quòd de reseruatis possit facere filius suas liberas voluntates, quod aliquid proculdubio addit in fauorem huius, quam stabilimus, opinionis: liberum enim dici non potest quod aliqua dispositione legis, vel hominis te frenari potest; sed illud, quod fieri potest alio non valente cōtradicere, noster Mier. pulchrè col 8. cap. 8. num. 3 fol. 63. parte secunda in cōmētar. ad consti. Cathalo. vide plura de verbo; *libere* apud Octauia. Vulpel. de præpoti. & aduerb. signi. in eo. verbo per tot.

55 Accommodabat † his quidam, certè non penitendæ eruditionis, doctor in quadam facti contingentia quoddam egregium Ludouic. Velas. de Auenda. ad l. 9. tau. glos. 8. nume. 3. dictum dum asserit, quòd ex quo per eam legem conceditur filio libera de quinto testendi facultas, indè consequitur posse ipsum, etiamsi habeat ascendentes, relinquere extraneo totū, nulla eis relicta legitima, sed dixi non habere rationem, quia is doctor in licentia loquitur, *quæ per legem conceditur*, & sic in dispositione legis, & statuti, in qua specialis expressio nō requiritur, nec locū habet sæpè allega. §. & ge-

neza-

neraliter disposítio iuxta plures, quos Ioseph. Ludouí.decis.Perus.21.num.47.& Alex. Trentasinq.allega.lib.1.var.resolu.resolutione 4.nu. 4.allegant, nos autem loquimur in dispositione hominis, in qua eam specialem expressioné requiri regulariter docuimus. Desiderabam summè vel nostri vel alterius Senatus aliquá in materia factam decisionem, qua quiescerem, sed nõ potui, licèt magnam in id adhibuerim diligentiam, reperire.

56 Ab his † difficultatibus possent proculdubio si vellent, nos liberare notarij qui hæc capitulorum matrimonialium instrumenta conscribunt, si interrogarent partes quomodo vellent de istis bonis reseruatis disponere posse filium, an integriter de omnibus, & sine diminutione, an de eo tantùm, quod supereſſet relicta parentibus legitima, & volũtatẽ contrahentiũ sibi, iuxta has interrogationes, explicitá scribetent.

57 Sequitur † secunda huius tertij capitis quæstio, in qua videndum est si iste filius descedens sine liberis ambos parentes reliquerit, qui diuersorum, & inæqualium bonorum concessissent eidem testandi facultatem, an æqualiter ambo parentes ei successuri essent in omnibus, an verò quilibet in illis tantùm, quæ à se, & à sua linea peruenissent ad ipsum filium.

Grauis, & à multis annis cõtrouersa est quæstio, vt Ioachim. Minsyn. de ea agere volẽs exorditur in lib. singularium obserua. centu. 6. obserua. 55. & ardua, in qua interprętes multùm variant, appellatur à Micha. Graſ. de succes. tit. de succes. ab intesta. q. 22. num. 5. valdè dubiam, propter varietates doctorum, quæstionẽ, adeò quòd non peccaret iudex, qui pro vna, vel alia parte iudicaret, appellat Rober.
58 Maran. in cons. 92. num. 5. In qua † summus ille iuris Coriphæus Bar. in aucten. itaque nu. 2. C. commu. de succes. & in l. post dotem ff. solu. mat. & in alijs locis, vbi passim à doctoribus allegatur, differentiam constituendam vult inter bona paterna, & seu ex linea paterna prouenientia, & bona materna, & seu à linea materna dimanantia, vt in illis succedant parẽtes ex latere paterno, in his verò qui sunt ex latere materno.

59 Bal. autem † acutissimi ingenij iuris nostri interpræs Bartolo de more contrarius contrariam tenet sententiam in aucten. de defuncto, C. ad Sena. consul. Tertul. volens nullam inter ista bona fore cõstituendam differentiam, sed imò æqualiter ascendentes, qui in æquali gradu reperiuntur, in omnibus defuncti bonis succedere.

Habet quilibet ex his harum opinionum anteſignanis plures, qui eos respectiuè sequũtur, & ex vtraque parte non desunt multi quo-
* tum quilibet communem & magis communem, veram, & veriorem, ęquam, & ęquiorem suam appellat, hos non est cordi hoc loci enumerare, quia facili negocio ex illis paucis, quos in toto hoc discursu enarrare de necessitate habemus, qui illi sint comprehendi poterit.

60 Et nonsolùm † inter doctores hæc opinionum diuersitas reperitur, sed & inter grauissimos etiam Senatus eandem ego obseruaui, Senatum enim Pedemontanum serenissimi Sabaudię Ducis, pro opinione Bar. & diuisione facienda bonorum paternorum, & maternorũ † *concludere* auctor est nobis Antho. Thesau. decis. 27. E conuerso † autem pro Bal. sententia,
61 quòd imò nulla sit inter bona, & bona constituẽda differentia *pugnare* Cameram Imperialem auctor nobis est Ioachim. Mynsing. in libi singular. obserua. centu. sexta obserua. 55.

62 Ego † licèt vix soleam vnquam ab opinionibus Thesau. & sui Pedemontium Senatus recedere, quippe qui videam doctorem hunc ferè semper solidissimè loquutum, nihilominùs
63 † in præsenti quęstione compellor ab eo, & Bar. opinione recedere, & Bal. sententiam, & Camerę Impetialis amplexari: sumo pro fundamento tum quòd dicat *isdem* Thesau. num. 3. vers. *& quamuis*, in individuo nullam videri pro hac opinione decisionem apertam, & claram (quamuis eius additionator filius dicere posteà voluerit in additione ad eam decisionem, videri ad id tex. satis apertum, & singulatem in §. si igitur defunctus in aucten. de hæred. ab intesta. venien. vbi sibi apparere dicit in successione bonorum fieri differentiam inter hæc bona, quam tamen ego ibi legere ne quiui) dicit item Blas. Flor. de Mena in additio. ad Gam. decis. 9. circa finem quòd licèt ipse Bar. opinionem sequatur, remanet tamen illa omni auxilio, & fundamento destituta: sumo (inquã) hęc, inter alia, pro fundamento, si enim ex eisdem ipsis, qui opinionem sequuntur, alij nullam pro ea esse decisionem apertam, & claram dicunt, alij verò eam remanere omni auxilio, & fundamento destitutã, nõ video ego quomodo debeat ipsa sub prætextu cuiusdam æquitatis, quam volunt vigere, vt quæ ex parte processerunt, ad ipsum reuertantur, & similiter ad matrem quæ ab ipsa emanarunt, absq. vlla lege, aut fundamẽto aliquo seruati, vt Flores vult vbi suprà in fin. non ergo mihi videtur quòd regula generalis, quæ pro Bal. opinione
64 viget, vt † ascendentes omnes qui in pari gradu reperiuntur, sive paterni sint, sive materni, debeant succedere æqualiter in bonis descendentis, quilibet scilicet in medietate eorum

absq.

absq. aliqua distinctione bonorũ, de qua in d. aucten. de defuncto C. ad Sena. consul. Tertul. & in aucten. de hæred. ab intesta. venien. §. si igitur j. col. debeat sic faciliter absque alicuius legis auctoritate ledi. Et, meo iuditio, concludentissima est illa ratio, quę in commixtione bonorum paternorum, & maternorum, quando
65 ad filium perueniunt, fundatur, si enim † ipsa fiunt per aditionem, quæ fit per filium, vnum & idem ipsius patrimonium vt in §. 1. insti. de hæred. qualita. & differen. ita vt iam non considerentur tanquam bona ascendentium, vel ex linea paterna, vel etiam ex linea materna, vndè prouenere, sed tanquam bona ipsius adeuntis iuxta dispositionem legis l. 1. §. veteres ff. de acquir. possessio. & ibi omnes doctores, & prosequitur latè Surd. decis. 144. numer. 15. & 16. in-
66 dè † inferens quòd mulier, quæ renuntiauit bonis paternis, nó prohibetur succedere fratri etiã in bonis, quæ ad fratrem ex paterna successione peruenerunt: elegantissima est ad propositum Sena. Neapolita. apud Mathe. de Afflict. decis. 127. vbi dicitur *decisum* quòd si ex duabus sororibus vterinis altera moriatur relictis agnatis ex parte patris, & relicta altera sorore vterina, ista, non agnati ex parte patris, succedet in antiphato, quod mater habuit à patre, quia quamuis antiphatum processerit à patre non inspicitur persona remota, sed immediata, & proxima, quam decisionem pluris facit Ioseph. de Sesse decisio. Aragon. 52. numer. 23.

67 Hęc † facili negocio nostro casui applicantur, bona enim ex quo semel sunt facta filij ex successione paterna, & materna, vel aliorũ descendentium, effecta proculdubio fuerunt taliter ipsius propria, & vnum, & idem cum alijs patrimonium, vt postea, quando ipse descedit, inspici non debeant personæ mediatæ, & remotæ, nec aliqua separatio bonorum admiti à proprio filij patrimonio, l. sed si plures §. filio ff. de vulgar. cum vnius duo patrimonia nõ possint videri, l. Iurisperitos §. 1. ff. de excusatut. Hanc rationem omnes adducunt, qui pro hac opinione concludunt, non tamen omnes eodem modo, sed quilibet pro suo captu, & hucusque non reperi ego sufficientem responsionem ad hoc quod quærimus, quis facit separationem horum bonorum sic, vt dictum est, vnitorum, vt diuersa sententia amplecti debeat, dicit Blas. Flor. in allega. addi. ad decis. 9. Gam. (quem solum inueni respondentẽ) quòd lex est quæ eam separationem, prout potest, facit, sed ego replico quęrens vbinam ea sit, maximè cum isdem ipse dixerit, vt vidimus, cõtrariam opinionem nullius legis habere auctoritatem, quæ cum ostendi non possit, compellimur propterea de necessitate huic potiùs, quàm superioti adhærere sententiæ: si enim & vbi in aliquibus alijs casibus, quos forsan in iuuamen diuersę opinionis doctores adduxerint, huiusmodi separationem ius admitat, id ex aliqua erit particulari ratione; putà vel interesse creditorum, aut aliàs, quę in nostro casu non militabit.

68 Pulchra † sunt in proposito Pau. Castren. verba in l. post fratres C. de legit. hæred. (licèt ad aliud institutum dicta) vbi limitando opinionem Bart. de qua agebat, dicit *prelatiuam successionem, quæ fit per separationem bonorum, esse extraordinariam, & contrà naturã vniuersalis successionis, quæ est vt pariter in omnibus vocentur, & facit ista successio extraordinaria censeri defunctum habere plura patrimonia, & est regulariter cõtra omnia iura preterquam in milite cum nullus dicatur habere nisi vnicum patrimonium &c.* quę verba plurimùm notanda sunt, ex eis enim suaderi facilè quisque poterit qualiter non debeat faciliter pro separatione bonorum concludere. & cum his finem ego huic pulchrę quæstioni facio remittens lectores vt rationẽ, quam mox definimus proponere, & plures alias in nostræ opinionis confirmationem; & resolutionem fundamentorum aduersę, videant apud Minsyng. vbi suprà, Valenti. Forster. qui omnium latissimè disputat quæstionẽ in trac. de succes. ab intesta. li. 3. de succes. ascenden. concl. 4. Andre. Fachin. controuer. iur. lib. 6. cap. 4. per tot. Michae. Graf. de succes. §. successio ab intestato q. 22. num. 5. Didac. in epithom. de succes. ab intesta. num. 2. qui nostram opinionem sequũtur Blas. Flor. Diaz. de Mena in allega. addi. ad decis. 9. Gam. vbi licèt diuersam opinionem teneat, multa tamen dicit, quę multũ nostræ proficiũt, & latè etiam Pet. Barbo. in repeti. l. post dotem, à numer. 66. vers. *Quoad secundum*, cum num. sequent. vbi multùm extẽdit rationes huius opinionis, & diuersæ fundamenta destruit vocans eam non probabilem, apud eos plura valdè pulchra videbis in materia, quę ego, ne repeterem sciens præterire volui.

Decisiones Senatuũ alias in terminis, prętet suprà relatas, non reperi, solum Phanu. inueni de inuen. secunda part. numer. 11. asserentẽ secundum hanc opinionem contra Bar. fuisse ‡ *iudicatum* Barbos. autem è diuerso vbi suprà n. 74. dicit sępiùs secundum opinionem Bar. fuisse † in Senatu Lusita. *declaratum*, sed id alia quidem ratione, quia scilicet inibi iure municipali cauetur iudicandum secundum opinionem Bar. vt isdem doctor dicit. Ex decis. Gam. 9. vix potest aliquid certi colligi. quia, vt ait eius additionator Blas. Flor. titubans circa opinionem Bar. procedit, & in omnibus dubius est ille doctor, Vincen. de Fran. verum est (aliud tamen agens in deci. 59. disputans scilicet quæ-

stionem

69 ſtionem † an opinio Bar. procedat quando cũ aſcendentibus concurrunt etiam tranſuerſales in ſucceſsione, & negatiuè reſolues, ſicuti etiã poſt eum ita reſoluit eandem Theſau. allega. dec. 127. num. 5.) quòd in fauorem opinionis † Bar. in terminis noſtræ quęſtionis maiorẽ partem dominorum Senatus Neapolita. *inclinari* dixit num. 6. ſed non propterea vincit auctoritatem noſtrę opinionis, vel quia ea res nõ fuit ibi plenè diſcuſſa quoad noſtrum propoſitum, quia de articulo principaliter non agebatur, & ſciunt omnes quanta fiat inter peritos differentia inter doctores, qui exactè, & ex propoſito vnum articulum examinant, & reſoluũt, & inter illos, qui perfunctoriè, aliud agentes, de illo loquuntur, vel etiam quia nihilominùs pares ſunt in hoc, quod eſt habere Senatuum deciſiones pro ſe iſtas opiniones: ſolũ expediret quòd accederet aliqua noſtri Senatus doctiſſimi reſolutio, quæ pacem poneret; nullam hucvſque ego cum diligentia reperire quiui. Vidi quòd noſter Cancer. hanc quoque quæſtionẽ tractauit in prima par. var. reſolu. cap. 5. de ſucceſ. ab inteſta. num. 14. ſed nullam allegat nec noſtri nec alterius Senatus deciſionem, verum eſt quòd dicit ſe contrariam noſtræ amplecti opinionem, & ſecundum eam bis conſuluiſſe, & conſulturum ſemper quoties caſus occurreret, cum (inquit) potioribus fundamentis hæc ſuſtinatur opinio. Ego tamen, vt dixi, ſemper è contrario cum Camera Imperiali contra Bar. concluderem, quia imò multùm *potiora* eius opinionis, quàm alterius, mihi videntur argumenta.

70 Aliquando † ponitur in capitulis matrimonialibus loco conditionis, *vel cum talibus liberis qui non peruenirent ad ætatem condendi teſtamentũ*, de qua in noſtro cõtex. *vel inteſtatus, vel ante quam perueniat ad ætatem cõdendi teſtamentum*, dicendo hoc modo, *& ſi vocatus deceſſerit ſine liberis vel antequã perueniat ad ætatẽ condendi teſtamentum, tali caſu bona donata reuertantur ad res &c.* his in caſibus dubitari non ſemel vidi quomodo neceſſum ſit adimpleri has conditiones vt fiat locus reuerſioni ad parentes, vel, eis mortuis, ad illorũ hæredes, pactatæ, an ſcilicet eſſet neceſſe adimpleri ambas conditiones, taliter quòd oporteat filium donatarium deceſſiſſe ſine liberis, & inteſtatũ, vel antequã perueniret ad ætatem teſtandi, an verò ſufficiat vnicam conditionem fuiſſe adimpletam ex eo quòd ſubdisiunctiuè ſint cõditiones appoſitę, in quo caſu alterã de iure ſufficit adimpleri, veluti quòd mortuus ſit donatarius ſine liberis, quamuis cum teſtamento, vel ætate illud condendi reſpectiuè in caſu quo vna ex his duabus vltimis conditionibus ſit cum priori, deceſſus ſine liberis, in diſpoſitione appoſita. Hęc quæſtio diſputata de anno 1577. fuit latè in Senatu Neapolita. vt auctor eſt Vincen. de Fran. † deciſ. 150. & fuiſſe die 29. Maij *reſolutam* in fauorem hæredum donatarij contra ſubſtitutos ex eo quòd non fuiſſent adimpletæ omnes cõ-
71 ditiones, & † fuiſſe dictum conditionem ſine liberis appoſitam in aliqua diſpoſitione ſimul cum alijs conditionibus alternatiuè operari ipſarum reſolutionem in coniunctas fauore liberorum atteſtatur, ad idque allegabatur ibidem in terminis tex. in l. generaliter C. de inſti. & ſubſti. & in l. Lucius, ff. de hæred. inſti. nec obſtare quod aliqui dicunt d. l. generaliter procedere fauore liberorum, quando ſcilicet deficit prima conditio, quia deſcedit donatarius cum liberis, eorum enim fauore fit vt non ſit in cõſideratione quòd adimpleantur, vel non aliæ poſtea conditiones, veluti quòd inteſtatus iſdẽ deſcedat, quia tunc fauore liberorum fit reſolutio conditionum in coniunctas quamuis diſiunctiuè fuiſſent appoſitæ: cæterùm quando ſuccedit è conuerſo quòd non adſint filij, & ſic adimpletur prior conditio per eorum non exiſtentiam, quamuis poſtea donatarius deſcedat inteſtatus, vel ſine ętate teſtandi, videtur non debere fieri eam reſolutionem in coniunctas, quia non eſt ille filiorum fauor, ſed debere eas conditiones remanere in puris termi-
72 nis diſiunctiuarum, quarum † virtute ſufficit ſubſtitutis, quòd vna ex ipſis adimpleatur, vt locus eorum ſucceſsioni fiat, ex l. ſi hęredi plures ff. de condi. inſtitu. & l. ſi is qui ducenta. §. verum ff. de reb. dub. nec (inquam) hæc obſtare viſum fuiſſe ſacro illi Senatui, Vincen. de Fran. tradit doctiſsimè ſimul & elegantiſsimè, ex eo quòd licèt verum ſit in quibuſcunque alijs cõditionibus diſiunctiuè appoſitis retinere ipſas ſuam naturam, in quibus terminis loquuntur leges allegatæ in cõtrarium, id tamen non eſt dicendum de conditione, ſi ſine liberis, cum alijs appoſita, quia hæc facit reſolutionem in coniunctas, atque ita hoc à principio in eſſe producitur eudem inſtanti, quo fit diſpoſitio
73 ſub his cõditionibus, quod † nõ mutatur quãuis cõtingat, non, ſicut in d. l. generaliter, quòd adſint filij adimpletis reliquis conditionibus, illa ſola exiſtentiæ liberorum defficiente, ſed è contra defficiant filij, teſtatus tamen moriatur donatarius, vel in ætate teſtandi, ſic enim (inquit is doctor) procedit diſpoſitio d. l. generaliter in hoc vltimo caſu, ſicut in illo primo ex ratione ſuprà relata. Adiungit poſtea, allegans Areti. & Iaſon. dictum, quòd cõditio illa, *ſi ſine liberis*, poſita cum alijs conditionibus eundem tribuit alijs conditionibus fauorem, quem ipſa habet.

Per quæ corruit proculdubio alia Curię Tho-
† loſanæ in hoc caſu in contrarium facta *deciſio*,

quam

Gerar. Maynard. refert decis. 18. lib. 5. quia se in alio non fundat quàm in eo quod in contrariũ nostræ resolutionis superiùs dixim⁹ facere, cui est abundè per Senatũ Neapolitanum satisfactum. Alias isdem Maynard. in sequent. decisionibus refert quæstiones in huius materiæ argumentum non penitendas, quas ibi videas.

Hæc elegans Senatus Neapolitani decis. dedit animum vt in nostro Senatu ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego, sctiba Benedicto Sacares, defendérem (quod nõnullos scio recusasse, dubiam existimantes victoriam) Mariannam Donyona viduam contra coniuges Ogueras, prætendentes se admitendos vt substitutos per Ioannem Preses post mortem Petri Pauli Preses primi instituti sub conditione, *si sine liberis decederet, vel intestatus moreretur*, in hereditate, quam possidet dicta Donyona vt hæres dicti Petri Pauli Preses filij sui, quæ fuerat testatoris: dicebam enim, & dico quòd quamuis mortuus ille sit sine liberis, non tamẽ absque ætate testandi, quod erat necessarium copulatiuè adimpleti, vt substitut⁹ admiti posset, ex suprà traditis. Alia habeo ad idem parata, sed quia pẽdet adhuc causa, & non est iustũ interim merita pandere, ne materiam dem aduersantibus contra meam partem, ideò sola relatione prædictæ doctissimę Vincen. de Franch. decisionis contentus aliud in materia non tradam, forsan si declaratur citò causa, supplebo in fine quæ hic desunt.

74 Vltimò † circa hanc materiam nota quòd nostri donatores propter spem, quam habent, reuersionis bonorum donatorum ad ipsos si contingat donatarium descedere sine liberis, vt hic reseruatum est, possunt propterea interim bona donata alienare, & vẽdere donatione non obstante, quia† certum est spem donari posse, et vendi, & de ea aliàs liberè disponi vt probat tex. in l. 3. C. de dona. & Antho. Thesau. decis. 199. nu. 3. quę alienatio aduenientę casu, quòd donatari⁹ moriatur siue liberis, vel adimpletis alijs conditionibus, quæ sint in pacto reseruationis appositæ, suum debitum sortitur effectum, & nullo modo potest impugnari quia non esset tempore alienationis propria alienantis res alienata. sic in terminis terminantibus *declarauit* Senatus noster egregius referente egregio olim Senatore Guillermo Sunyer in causa nobilis Francisci Dardena, Honophrij Bret, & aliorũ cõtra spectabilẽ Vice comitẽ de Rupebertino, & alios, sctiba erat Iacobus Bas. sub die 17. Nouemb. 1587. qua de re aliàs scripsi in superioribus hac ea. clau. 4. glo. 9. par. 5. à nu. 25.

† terminantibus

SVMMARIA.

1 *Substitutiones possunt fieri in contractibus. Donatio licèt reuocetur quoad primum donatarium, quoad substitutos tamen salua manet, ibid.*

2 *Substitutio pupillaris non potest fieri in cõtractibus, sed bene fideicommissaria.*

3 *Fideicommissum dicitur particulare etiam si factum in donatione vniuersali dum adsit reseruatio ad testandum.*

4 *Substitutio pupillaris non potest fieri nisi ab eo, qui sibi fecit testamentum.*

5 *Substitutio pupillaris non potest fieri nisi à patre, qui filium habet in potestate, & id adhuc si faciat in suo testamento.*

6 *Substitutio pupillaris, & sic pupillare testamentum est pars & sequela paterni testamenti, imò dicitur vnicum testamentum licèt duarum hæreditatum.*

7 *Substitutio pupillaris benè potest fieri in contractu quoad bona substituentis, licèt non quoad bona pupilli.*

8 *Substitutio fideicommissaria, licèt propriè non cadat in cõtractibus, verũ ad similitudinẽ fideicõmissorũ in eis subordinãtur gradus, & successiones de vno in alium nedum in modum vulgaris, sed etiãm per modum fideicommissariæ, vbi decisio Sena. Aragonen.*

9 *Substitutiones multò magis admittuntur in donationibus, & ex his in illis, quæ fiunt in contractu matrimonij propter illius cohærentiam, quàm in alijs contractibus.*

10 *Substitutiones, quæ fiunt in contractibus non regulãtur quemadmodum illę, quæ in vltimis voluntatibus, quoad caducitatem, & transmissionem ad hęredes, vbi decis. nostri Sena.*

11 *Substitutiones omnes, quæ fiũt in capitulis matrimonialibus, dicuntur pacta duorum, non vnius liberalitas proprio motu exercita.*

12 *Masculis, & fœminis vocatis si reperiatur extincta linea masculorum, & ex linea fœmenina reperiãtur masculus, & fœmina, præfertur masculus.*

13 *Quod procedit etiam si masculus sit descendens ex fœmina, & fœmina ex masculo & n. sequent. vbi decis. nostri Sena.*

14 *Agnationis ratio non censetur contemplata vbi in aliquo casu vocatur fœmina, sed masculinitatis prærogatiua tantùm vocando prius masculos, & num. sequent. vbi decis. nostri Sena.*

15 *Masculorum appellatione veniunt descẽdentes ex fœmina.*

16 *Agnatio non conseruatur per fœminas.*

17 *Fœmina prime linea, si semel sit exclusa propter masculos secunde, & contingat quòd cesset hæc secunda linea masculorũ, & ex ea reperiatur fœmina vltimò descendens tantùm cum descendentibus ex fœmina prime linea quæ fuerat exclusa, quis*

ex

ex ipsis debeat succedere, & nu. sequent. vbi deci. nostri Senatus.

18 Exclusus semel à successione semper dicitur exclusus.

19 Intelligitur durante causa exclusionis, non ea cessante.

20 Disponere debens in fauorem aliquorum tenetur eos haeredes instituere, quia idē est dicere quòd teneatur disponere aliqui quòd teneatur haeredes instituere.

21 Disponere debens inter filios, aut alios sibi beneuisos, tenetur praecisè de filijs sumere si adsint.

22 Affectionis ratio suadere videtur vt qui parentes voluerint filium disponere de bonis donatis debere inter filios suos, aut alium quemcunque, censuerint voluisse quòd priùs in filios disponeret, quàm in alios.

23 Correctionis praesumptio in disponente est fugienda quantùm fieri potest.

Contrarietas in disponente non est concedenda modo aliquo, ibid.

24 Facultas alienandi cum fideicommisso an compatiantur, remissiùs.

25 Superfluitas magis tolleranda potest, quā correctio, & contrarietas, seu repugnantia, & sic dicenda sunt potiùs verba superfluè apposita, quàm quòd contineāt correctionem prioris dispositionis, seu contrarietatem, aut repugnantiam.

26 Interpretatio non est sumenda vt dispositio contineat quid durum, & absurdum.

27 Interpretatio l. haeredes mei §. fin. ff. ad Trabellia.

Filij, nepotes, & pronepotes, & alij descendentes si vocati sint etiam cum clausula, quos donatarius, vel haeres voluerit, ita ea vocatio intelligenda erit vt primò vocati sint semper praeferendi, ibidem.

28 Verba posita in aliqua dispositione, & hoc si haeredi, vel donatario placuerit, quid importent, vbi decis. nostri Sena.

29 Facultas libera testandi, & disponendi per quę verba cēseatur nostro donatario data ac tributa, & num. sequent.

30 Arbitrium liberum venit concessum per verbum concessionis liberę potestatis, & per verbum liberè, & per verbum, faciat prout libuerit.

31 Fideicommissum est odiosum, & contra illud in dubio iudicandum.

Fideicommissum extenditur, & ampliatur de casu ad casum ex ratione in ea adiecta, ibid.

32 Fideicommissum inducitur ex sola ratione adiecta vbi tāle aliàs considerari non potuisset.

Fideicommissum inducitur ex ratione quia vult bona in familia remanere, ibid.

33 Fideicommissum restringuitur ex ratione adiecta.

34 Ratio adiecta in aliqua dispositione atendenda est magis quàm verba.

35 Fideicommissum nullum adesse suadet quandoq. ratio adiecta in dispositione.

36 Glossa nulla melior quàm ea quàm isdem testator facit, nec est alia opus.

Dispositioni importatę per verba, vbi ea est clara, est standum, ibid.

37 Arbitrium liberum per quę verba censeatur cōcessum.

38 Interpretatio in contractibus, qui duorum consensu fiunt, non sumitur ex intentione, & mente praesumpta vnius ex ipsis quando summa in dubijs.

39 Filij eius, qui, cum ex ordinatione alterius posset eligere quem vellet, moritur intestatus absque electione, dicuntur succedere patri ab intestato, non ex ordinatione eius qui eorum patri electionem inter eos concesserat.

40 Filij alicuius vocati in casu quo tempore successionis eorum pater esset praemortuus, non possunt patre mortuo praetendere successionem ex propria persona si eorum pater vivus erat tempore dictę successionis, & fuit haeres.

41 Extensio, de casu ad casum, & de persona ad personam an fiat in substitutionibus tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & numeris sequentibus, vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.

42 Omissum quicquid est in contractibus habetur prō omisso.

43 Extensio non fit de casu remotionis ad casum mortis.

44 Fideicommissum simplex, & absolutum an censeatur inductū per prohibitionē de non donando, vel alienando extra familiam, an potiùs conditionale in casum contrafactionis.

45 Dispositio, quae sequitur aliā prohibitiuam dispositionē, intelligitur facta si contra prohibitionē factū sit, non aliàs.

46 Fideicommissum esse simplex, & absolutū, vel potiùs contrauentionale quid interfit.

47 Fideicommissum simplex, & absolutum in fauorem illorum de familia facit vt succedāt omnes qui in eodem gradu sunt.

48 Fideicommissum contrauentionale est in manu haeredis euitare relinquendo vni ex personis, extra quas erat prohibitus alienare.

Sed an sit necesse quòd relinquatur proximioribus an verò sufficiat quòd remotioribus.

49 Fideicommissum contrauentionale committitur in vita haeredis grauati, nec expectatur illius mors, sed contrauentio, quod secus est in fideicommisso simplici & absoluto.

50 Fideicommissum contrauentionale euitatur contraueniendo de voluntate, & consensu eorum, extra quos prohibita erat alienatio.

Item si nulli existant ex supradictis, in quorum fauorem prohibitio predicta facta fuerat, ibidem.

51 *Familiæ appellatione veniunt tam præsentes, quàm futuri, taliter quòd quamuis præsentes consentiat alienationi in fauorem familiæ prohibitæ, possunt tamẽ illi, qui postea nascuntur, eam reuocare, vbi decisiones.*

52 *Fideicommissum cõtrauentionale nihil operatur extrectis omnibus, quorum fauore prohibitio est facta.*

53 *Fideicommissum an censeatur inductum ex prohibitione de non alienando facta in contractu.*

54 *Opinio affirmans.*

Reuendicatio non datur fideicommissario in contractu in casu contrafactionis cõtra tertiũ, sed sola actio ad interesse contra alienantem, ibid.

55 *Pactum quòd emptor, vel donatarius non possint rem venditam, vel donatam alienare, sed post eorum mortem vadat ad alium, valet de iure.*

56 *Dominij translatio nõ impeditur ex prohibitione alienandi, quę fiat in contractu.*

57 *Actio ad interesse datur contra non adimplentem in obligationibus factis.*

58 *Dominij translatio impeditur per prohibitionem alienandi factam in cõtractu cum hypotheca, & obligatione bonorum.*

59 *Alienatio est nulla quando fit contra prohibitionem de non alienando in contractu cum hypotheca bonorum pro obseruatione pacti.*

60 *Intelligitur cum expressa, & speciali hypotheca rei prohibitę alienari.*

61 *Nisi fuisset in generali obligatione appositũ iuramẽtum.*

Iuramentum in generali hypoteca, & obligatione bonorum operatur idem quod specialis obligatio, ibidem.

62 *Iuramentum habet vim specificæ expressionis.*

63 *Iuramentum habet vim specialis hypotecæ, & idem quòd illa operatur si melius per eam potest actus valere.*

64 *Iuramentum appositum pacto de non alienando, vel de nõ vẽdendo nihil operari, quoad efficiendũ rẽ, sed operari tantùm actionem ad interesse, sunt qui dicant.*

65 *Declarantur tamen si id fiat sine hypoteca bonorum, secus è contra.*

66 *Emptor fundi non tenetur stare locationi per venditorem alteri factæ quando nulla erat obligatio bonorum in locatione, sed si ea adsit, vel generalis cum iuramento, vel specialis sine eo, cum pacto tamen, & prohibitione de non alienando, tenetur proculdubio colenos stare.*

Interpretatio l. emptorem C. loca. ibid.

Venditio, quæ fit de re alteri locata cum pacto de non alienando & cum generali hypoteca bonorum, cum iuramento tamen, vel speciali sine eo, est nulla, ibid.

67 *Locatio si sit concepta sine pacto de non alienando quamuis adsit specialis in ea hypoteca, vel generalis cum iuramento, non propterea impeditur alienatio, sed dabitur tantùm conductori actio ad interesse, cuius rõne insistet rei donec sibi soluatur.*

68 *Decisio Senatus Lusitani 243. apud Anib. de Gam. reprehenditur ab Aluaro Velas.*

69 *Locationi standum esse ex eo quòd sit iurata, siue sit cũ sola obligatione sine pacto de nõ alienãdo, siue cũ eo, & sine obligatione bonorũ, sunt qui velint.*

Iuramentum simpliciter appositum in locatione efficere quòd sit ei præcisè standum volũt complures, ibid. vbi decisiones.

70 *Iuramentum obligat præcisè ad factum taliter quòd non sufficiat adimplere per æquipollens.*

Iuramentum facit præsumi fuisse appositam hypotecã bonorum, ibid.

71 *Pactum de non contraueniendo locationi cum iuramento, idem operatur quòd pactum de non alienãdo cum eodem iuramento.*

72 *Anthon. Negusan. & Aluar. Velas. reprehenduntur in hoc, quia voluerunt inter pactum de non contraueniendo, & de non alienando differentiã constituere.*

73 *Senatus Mantuanus notatur quòd voluerit operari iuramentũ in locatione sine hypoteca bonorũ atqui si ea adfuisset.*

Pactum de non alienando non impedit translationẽ dominij etiam si sit iuratum, ibid.

74 *Clausula solitę apponi cẽsẽtur appositę licèt sint omissa.*

Notarius semper censetur rogatus apponere clausulas consuetas ibid.

75 *Iuramẽtũ cum generali hypoteca bonorũ efficere vt teneatur emptor stare locationi tenuit noster Sena.*

76 *Sed postea in alio casu visus est contrariã amplecti opinionem, & quomodo, ibi declaratur.*

77 *Oblatio interesse cũ satisdatione sufficit vbi illud est illiquidum.*

78 *Conductor in Cathalonia, vbi de locatione solent cõfici instrumenta, non potest expelli nec oblato, nec soluto interesse.*

79 *Locationi tenetur stare singularis successor quando ipse erat conscius dictę locationis, vbi decisio nostri Senatus.*

80 *Emens rem, quam scit alteri esse locatam, dicitur esse in dolo.*

81 *Emens secundò rem, quam sciebat alteri prius venditam, non præferitur priori emptori.*

82 *Alienandi prohibitio in quibus casibus in contractibus impediat dominij translationem, remissiue.*

83 *Prohibitio alienationis extra familiam alicui facta nominatim, an nedum ipsum comprehendat, sed & successores.*

84 *Prohibitio alienandi dicitur realis quando simpliciter fit nullius personæ habita commemoratione.*

85 *Fiẽ quando licèt dirigatur in personam, adijcitur iñ causa, quia perpetuò vult bona in familia remanere.*

86 *Prohibitio personalis dicitur quando fit alicui personæ nominatæ absque expressione alicuius rationis generalis.*

87 *Prohibitio realis extenditur de persona in personam, non verò personalis.*

88 *Extensio non fit de casu ad casum in odiosis.*
Prohibitio alienationis dicitur odiosa valdè esse, ibidem.

89 *Extensio non fit in fideicommissis, & substitutionibus de persona ad personam etiam si militet eadē ratio.*

90 *Prohibitio alienandi an dicatur realis ex causa tacita quòd voluerit prohibens bona remanere in familia, sicuti ex expressa.*

91 *Tacita voluntas conseruandi agnationem idem operatur quod expressa.*

92 *Prohibitio alienandi extra familiam absq. expressione causa de iure valet, & tenet.*

93 *Causa quia volo bona remanere in familia, quando inducat fideicommissum.*

94 *Donare prohibitus an censeatur prohibitus aliter alienare, & è contra.*

GLOS. XXV.

Si autem cum liberis decesserit dictus Ioānes filius, & donatarius noster, est conuentum, & pactatum quòd illi succedant hoc ordine, prius scilicet masculi, & in illorum defectu fœminæ.

HIC materiam agredimur substitutionum, quæ fiunt in contractibus, circa quam benè est quòd nos priùs aliquid in genere, & in abstracto de ea dicamus, mox ad casus particulares descendamus, in quibus in nostris capitulis matrimonialibus fuerunt diuersimodè subordinatæ substitutiones.

1 Dicim⁹ igitur † breuiter, & resolutiuè quòd, posse fieri in cōtractib⁹ substitutiones, nulli dubiū esse pōt, quia id expressè probāt iura rex. in l. tale pactū §. fi. in l. cū marit⁹ §. fi. ff. d pactis dotal. in l. vt hæredib⁹ ff. de lega. 2. in l. publia in prin. ff. depos. in l. qui Romę §. Flauius Hermes, vbi Bar. & communiter scribentes ff. de verb. obliga. & in l. quoties, quę de donatione inter viuos loquitur, C. d dona. quę sub modo &c. Franc. Mar. dec. 136. num. 4. & 245. in 1. part. Osas. dec. 85. & Berengar. Ferdin. in c. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morga. contrac. c. 10. du. 6. plures alios allegat Peregri. de fideicom. artic. 51. num. 2. plurib⁹ alijs probat Hieron. Bruckner. in suis verè doctis corollar. siue resolutionibus quæstion. aliquot insignior. practi. positis in volum. decisionum Gerard. Maynard. corollar. 3. à num. 12. vbi postea hoc priuilegium harum substitutionum affert, & probat quòd quamuis quoad primum donatarium reuocetur donatio, tamen quoad substitutos salua manet, ad idq. allegat Ias. in d. §. Flauius Hermes, nu. 14.

2 Solùm † dubitarunt aliqui de pupillari, & fideicommissaria substitutione, sed postea communi voto resoluerunt quòd prior non, vt Berengar. Ferdin. vbi suprà num. 7. docet: posterior verò sic, vt multùm abundè probant Peregri. in tracta. de fideicom. artic. 51. per tot. Pet. Anthon. à Petra in eo. trac. de fideicom. q. 4. per tot. don Garcia Mastril, qui plures allegat, decis. 190. num. 9. qui addit † in donatione, etiam si donentur omnia bona, sed adsit reseruata summa de qua donans potest testari, fideicommissum dici particulare, & allegat Castren. in consil. 324. in prin. libro primo Ias. in consi. 251. libro 2. & Cardin. Tusc. conclu. 343. nu. 1.

4 Quòd pupillaris † fieri non valeat in contractu, rationem Berenga. Fernan. vbi suprà dicit esse quia ea fieri non potest nisi ab eo, qui sibi fecit testamentum vt in l. 1. & l. 2. ff. de vulgar.

Meliùs rationem colliges ex Osas. dec. 100. num. 27. Certum enim est † quòd regulariter nemini permititur de alienis bonis disponere, id tamen permititur parentibus, qui filios impuberes habēt in potestate, vt facere possint in suo tamen ipsorum testamento, nec alibi posse id facere legimus, ergo dispositio exorbitans à regalis communibus, quæ id præter eas concessit, fieri scilicet posse (in testamento tamen) non est extendenda ad alium actum inter viuos: specialia enim & exorbitantia non extenduntur, vt notum est, & est (inquit Osas.) ratio specialitatis cur in dispositione testamētaria patris in consequentiam bonorū ipsius 6 per pupillarem veniant bona pupilli, quia † pupillaris substitutio, & sic testamētum pupillare est pars, & sequela paterni testamenti §. liberis insti. de pupil. substi. imò dicitur vnum testamentum licèt duarum hæreditatum, §. igitur insti. eo. & l. 2. §. in hæreditate ff. de hæred. & actio. vendi. & l. 2. ff. de vulgar. nam *moribus* (inquit I. C.) *institutum est vt eum eius ætatis filij sint in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciāt*, id tñ nō reperimus fieri posse in cōtractu & cōcessū, ergo &c. Nec mireris quia multa cōcedūtur in testamentis fieri posse, quę non in contractibus.

Ex supra-

7 Ex ſupradictis † ego infero quòd pupillaris ſubſtitutio benè prohibebitur fieri in contractu quoad effectum ſuccedendi in bonis pupilli proprijs, non tamen quoad effectum quòd ſi moriatur ille intra pupillarem ætatem non habeat in bonis donatis ſubſtitutus ſuccedere, id enim non magis cēſeri debet prohibitū, quàm ſi in aliquo quocūq. caſu ſit ſubſtitutus vocatus, vt de ſe patet.

8 Quòd autem † è conuerſo fideicommiſſaria ſubſtitutio fieri valeat in contractu iam dixi qui ſint doctores, qui id probent, & ad tollendam amaritudinē, quæ ex alijs, qui id propriū eſſe teſtamentorū, & vltimarum voluntatum volunt, dicuut quod nos ſuprà tradidimus hac ea. clan. 4. glo. 9. par. 3. nu. 34. quòd licèt propria fideicommiſſaria ſubſtitutio non cadat in cōtractibus, negari tamen non poteſt quin, ad ſimilitudinem fideicómiſſorum, in cōtractibus ſubordinentur gradus, & ſucceſſiones de vno ad alium nedum in modum vulgaris in caſum noluntatis, aut impotentiæ primi, ſed etiā per modum fideicommiſſariæ poſt aditionē, ſeu acceptationē primi, multis ibi iuribus ego rem hanc probaui, & doctorum auctoritatibus, eis adde Caſſana. qui idem ſequitur in conſ. 52. n. † 8. & poſtea in conſ. 57. ſeu poſt illud, *ſententiam* refert Senatus Aragon. in qua expreſiſsimè, nihil addito, nec mutato, ponūtur eadem verba, quæ nos hic retulimus, quæque Peregri. an tea fuerunt in loco hic allegato, addendo de-
9 indè † quòd hoc de ſubſtitutionibus in cōtractibus, facilius admittitur in contractu donationis fauore exercentis liberalitatem, & multò magis quando hæc fit, & celebratur in capitulis matrimonialibus propter cohęrentiam cōtractus matrimonij, & in hoc non eſt hæſitandum.

10 Has ſubſtitutiones, † quæ in contractibus fiunt, ſunt qui regulari voluerint cum illis, quæ in vltimis voluntatibus ordinantur, vt ſic illæ, ſicut iſtę caducæ fiant ſi prędeſcedat ſubſtitutus inſtituto, inter quos enumerantur Alcia. reſponſ 3. libro octauo, & Pereg. de fideicom. articu. 51. numer. 20. cum alijs allega. per Cancer. libro tertio varia. capit. 21. de tranſmiſsio. numer. 96. incip. *hæc cauſa*; ſed ratione caret eorū opinio, & conuincuntur expreſsè, & in terminis hi doctores à Cancer. vbi ſuprà, vbi tradit tandem in contrarium fuiſſe per factum noſtrum Senatum in facti contingentia de an-
† no 1598. *declaratum*, videas ibi quia pulchrè lo-
11 quitur is doctor. Addo ego † ad propoſitum noſtrum ſubſtitutionum, quæ in capitulis matrimonialibus fiūt, quòd in eis omnes ſubſtitutiones, & quęcunq. alia fiunt, prout aliàs diximus non ſemel in hoc eodem opere, cenſeantur priùs tractata, & pactata quòd ita fierent inter vtraſq. partes, & eorum parentes, & conſanguineos taliter quòd dici poſsint, imò debeant, pacta duorum, non mera liberalitas parentum, ſicut in vltimis voluntatibus, proprio motu, ac citra omnem cum alio conuentionē exercita. quod ſi ita eſt, prouti reuera eſt, non video ego qualiter diſpoſitionem §. ex conditionali, & aliorum iurium volētium in ſtipulationibus, & pactis conditionalibus dari tranſmiſſionem ad hęredes, his noſtris ſubſtitutionibus tantum habētibus de pacto, & ſtipulatione, quātū quælibet alia diſpoſitio, denegare valeamus.

His pręcognitis veniamus ad caſus particularium ſubſtitutionum, quæ quādoq. ſolent in
12 his capitulis matrimonialibus fieri. Primū † locū, vti valdè practicabilis, occupabit is, qui fuit *in noſtro cōtextu depictus, quando ſcilicet vo*cātur primò maſculi, & in iſtorū deffectū fœminæ, circa quē quādiu maſculi prioris lineæ exiſtunt parū difficultatis res habet, multū autem in ſecūdo caſu qñ finita, & extincta linea maſculorū ſolū ſupereſt linea fœmenina, & ex ea reperiuntur maſculus, & fœmina, tūc enim dubitari contingit quis eorū ſit prę ferēdus, & debeat ſuccedere? Reſolutiuè reſpondeo quòd maſculus ſine dubio, quia ex quo diſponēs vocauit priùs maſculos, & in eorū deffectū fœminas, videtur ſemper voluiſſe prę ferri maſculū, ſic pulchrè Antho. Gom. in l. 40. tau. nu. 63. qui dicit tex. eſſe in id valdè notabilē, de eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inuē ſtituram accepit in vſib. feu. vbi glo. & alij per Gom. allega. ſequuntur.

13 Quod procedit † etiāſi maſculus eſſet deſcē dēs ex alia fœmina, fœmina autē ex maſculo, orto tamen (vt retineatur *idē* thema) ex alia
14 etiam fœmina, cum enim † in iſtis vocationibus, in quibus fœminæ vocantur, non cenſeatur conſideraſſe diſponens agnationis rationē, ſed ſolius, & nudæ maſculinitatis prærogatiuā contemplaſſe, indè fit quòd quamdiu maſculi exiſtūt, ſiue illi ſint ex fœmina deſcēdētes, ſiue ex alio maſculo, excluſæ sēper fœminæ cēsē
15 tur, & † appellatione maſculorū veniūt maſculi deſcēdentes ex fœmina, ſic pulchriùs, quā ego referre poſſem, docet Moli. de primog. Hiſpa. li. 3. c. 5. nu. 48. vbi poſtea nu. ſequ. quia in maioratu inſtituto à fœmina nō cēſetur in vocatione maſculorum habita agnationis ratio, ſed ſolius maſculinitatis prærogatiua cōtemplata, indè fit quòd eo caſu verbum, *maſculis*, maſculos ex fœmina deſcēdētes cōprehendit, vide quæ latè in hac materia Pereg. adducit in tracta. de fideicom. art. 26. & 27. per tot.

Succeſsit is caſus in Senatu diſputandus de anno 1602. in cauſa, quę in eo ducebatur inter Honophrium del Pinell, & Eliſabetham

Annam Braules,ad relationem egregij quondàm Senatoris Guillermi Sunyer, ſcriba Iacobo Bas,in qua cũ poſt mortẽ filię fuiſſet vocati deſcendentes ex ipſa, primò maſculi,& in deffectũ fœminæ,& contigiſſet quòd tẽpore ſucceſſionis reperiebantur duo ipſius nepotes, alter quidem maſculus deſcendens ex fœmina, † & alter fœmina ex maſculo orta, *declaratum fuit in* fauorem exiſtentis maſculi quamuis ex fœmina deſcendentis, excluſa fœmina quantumuis ex maſculo ortum ducente.

Et ne fundamentum illud, quod poſuimus pro dicta declaratione quòd in vocationibus fœminarum non cenſeatur habita ratio agnationis,contemnas,aduerte quòd illud aliàs Senatus noſter perſpicax in alia pulchra facti cõ- † currentia *canonicatus* referente egregio Senatore Hiero.Aſtor in cauſa nobilis Federici Zariera & Terre contra nobilem Mariam Zariera,& Terre ſub die 21.Octob.1605.ſcriba Hieronymo Boſch, declarãdo verbum, ni deſcendentis, appoſitũ in quadam ſubſtitutione filiæ facta ſi non relinqueret filios maſculos, nec deſcendentes, poſt multifariam, multiſque modis factam in ſuperioribus ſubſtitutionibus ſemper prælationem maſculorum, non intelligi de maſculis quamuis, vt dictum eſt, ſemper prælatio maſculorum eſſet in alijs ſubſtitutionibus facta, per rationem, quam nos hic adducebamus,quia ſcilicet erant in caſu vocationis filiarum, quia(inquit Senatus) ratio conſeruandæ agnationis,ex qua ſolet induci repetitio,non poteſt ſubintelligi in vocatio- 16 ne filiarum,per quas † agnatio non conſeruatur ex doctrina Ludoui. Caſſana. in conſ.50. nu.44. qui id dicit in terminis poſt Moli.de primoge.lib.3.c.5.num.58.Velaſq.de Auendan.in l.40.tau.glo.9.nu.45.Manti.de coniec. vltim. volun.lib.11.tit.14.n.7.Meno.conſ.95.nu. 92. Thob.Non.con.36.n.10.& Hondede.conſ.57. nu.34.

17 Sed eodem † primo themate retento,in quo vocata priùs fuerat linea maſculina, & fœmenina in maſculinæ deffectũ,ponam' ſucceſſiſſe quòd diſcurrẽte ſucceſſione inter filios maſculos, finita ea linea fuit,quia vltimus maſculus non reliquit aliũ filium maſculum, ſed fœminam,ob quod effectum extitit quòd alteri lineæ maſculorum poſt primã vocatæ fieret locus,ſed poſtea hęc etiam maſculorũ linea ſimiliter deffecit, quia vltimus non reliquit maſculum,ſed fœminam deſcendentẽ,quæritur,non exiſtente alia linea maſculina,quæ valeat ſuccedere, quis debeat admiti, an fœmina huius vltimæ lineæ,in qua aderat tunc ſucceſſio,an verò reuertatur ius ad illos prioris lineæ ex fœ- 21 mina deſcendentes,qui propter maſculos ſecũdæ fuerant excluſi? Grauiſſima hęc eſt quæſtio, quæ multùm diſputata in Senatu proximis annis fuit in cauſa nobilis Petri Vila, & Claſqueti contra nobilẽ Feder.Mecha,ad relationẽ egregij olim Senatoris,& nunc in ſupremo Arag. Regentis Saluatoris Fontanet,ſcriba tunc Palau,nunc Simone Font;qua in re licèt varia ab aduocatis vtriusq. partis dicta fuiſſent, difficultas tñ,meo iudicio,in paucis cõſiſtebat, dice- 18 bat enim fœmina ſecundę lineę quòd † ex quo fœminę prioris fuerant ſemel excluſæ, ſemper propterea remanebãt excluſæ abſq. aliqua ſpe vnquã ampliùs ſuccedendi,quamuis ſuccederet defficere aliquando lineã maſculinã ſecundo loco vocatam,ad idq. allegabat regulã vulgarem quòd fœmina ſemel excluſa perpetuò 19 remanet excluſa;ſed reſpõdebãt † qui ex prima linea ſucceſſionem prætendebant regulam fore intelligendam durante cauſa excluſionis, taliter quod non poſſit dici fœmina ſemel excluſa perpetuò excluſa, ſed ſuſpẽſa tãtũ ſucceſſio durãte cauſa excluſionis,& ſic exiſtentibus maſculis ſecũdæ lineæ, ꝓpter quos fœmina alterius lineæ fuerat excluſa,ceterùm eis deficiẽtibus(inquiebant) reuerti ad eos debebat ius ſuccedendi,quia nulla eſſet ratio quamobrem ita fieri nõ deberet,*ſic in terminis docet Moli.* de primoge.Hiſpa.lib.3.c.5.nu.72.cuius doctrinam ſequutum audiui Senatum in deciſione ſupradictę cauſæ vt *inferiùs dicemus*, adde quod docent Fran.Viui. deci.541.li.4.Gayl.practica.obſer.lib.2.obſerua.148.Theſau. deciſ.63. nu.5.Peregri.de fideicom.ar.27.à nu.16. Alex. Raud.conſ.2.nu.21.lib.1.& omnium latiſſimè Blaſ.Flor.Diaz de Mena in additio. ad deciſ. Gam.27.vbi larga ad doctores remiſſio.

In fauorẽ deſcẽdẽtiũ ex fœmina primę lineæ excluſis fœminis ſecũdæ *declarauit* Senatus in † ſupradicta cauſa ſub die 5.Nouemb.1603.

Succedit perſæpè quòd in iſtis donationib' non fiunt ſubſtitutiones illis modis, & formis,de quibus ſuprà,ſed vidi quãdoque factitatum hoc modo,*cum tali tamen pacto,& conditione quòd teneatur diſponere in fauorẽ filiorum ſuorum ex hoc matrimonio procreandorum,aut alterius cuiuſcunque perſonæ ſibi beneviſa*,quod idem † eſt 20 ac ſi fuiſſet dictum *quòd teneatur inſtituere hæredes filios &c.*ex tex.in l.filius fam.§.vt quis hæredem ff.de lega.1.& ex l.ex facto in prin. ad Trebel.& not.Peregri.de fideicom.art.5.num. 8.quo in caſu vidi dubitari nunquid teneretur donatarius præcisè filios ex eo matrimonio procreandos inſtituere hæredes, an verò eſſet in facultate illius diſponere de bonis donatis in quẽcũq. voluiſſet vigore illius alternatiuę, aut alteri' cuiuſcũq. perſonæ ſibi beneuiſę,ſed 21 vera, † & certa reſolutio eſt ꝙ nõ põt donatari' in alios diſponere, q̃ in dictos filios illiuſce matrimonij, ſi adſint, ex tex. formali in l. hæredes

des mei §.fina.ff.ad Trebellia. vbi similia verba,nempè,*vel cui voluerit*, apposita fuerant, sicuti in nostro casu post vocationem filiorum,& tamen resoluit Iureconsultus inter filios antea vocatos in eadē dispositione substitutionem fideicommissariam nihilominùs cēseri factam,cuius tex.auctoritate plura in materia huic nostræ simili resoluunt Moli.de primoge.Hispa.libro primo capit.sexto,numer.7. & libro secundo capi. 11.numer.35.versi.*sed verius videtur*,Port.Immolen. consi.8.à numer.35. Cassana.consi.59.numer.13.& Sotomaior libro secundo controuer.iur.capit.26.per totum, & 22 signanter à num.54. Id quod † ratio affectionis,quę consideratur, & considerari debet in patre,vel auo respectu filiorum, vel nepotum in prima parte nominatorum, vt præsumantur voluisse quòd ipsi ante alios in suis bonis succederent,suadere videtur, vt considerant doctores in terminis dicti §. finalis,& signanter Molin. vbi suprà numer. 38. versic. cæterùm.

23 Præterea † ratio tollendæ,ac vitandę correctionis in disponēte,sicuti iubet l.non ad ea ff. * de condi.& demonstra.& ibi notant omnes, multùm fauet huic opinioni: dicendum enim videtur de necessitate quòd donator statim statim se correxit,ac corrigere voluit recedendo à priori dispositione in fauorem nepotum facta, si concedamus quòd verba sequentia fideicommissum tollant, quod fuerat priùs ex vi illorum verborum,*cum pacto,forma,& conditione quòd teneatur disponere de bonis donatis in fauorem filiorum ex eo matrimonio procreandorum*, cuius intuitu, & contemplatione fiebat filio donatio inductū, quod quātū iura abhorreāt docet nos allega.l.non ad ea ff.de cōdi.& demonst.& Rolan.à Val.in *consi.*43.à num.50.ad 56.lib.4.Meno.in *consi.*105.à nu.43.ad 46.*consi.* 198.à num.16.& *consi.*161.num.19. Pet.Pau.Pa ris.in *consi.*55.à num.14.vol.2.& in *consi.* 10. nu. 68.vol.3.& *consi.*27.eo.vol.Pau.de Cas.in *consi.* 263.lib.2.vers.ad primum respōdetur in 2.quęsito Dec.in *consi.*386.Veg.*consi.*74.num.37.38. 156.& 308.& Tiber.Decia.respons.35.lib.3.qui omnes ad vitandum,& fugiendum contrarietatem, quæ videbatur inesse in verbis disponentis in sua dispositione,& ne foret fatendū quòd voluisset testator scriptum statim corrigere,in pulcherrimis casibus per eos enarratis, 24 & signanter † in illo,in quo post factam hæredi substitutionem solet testator concedere eidem facultatem alienandi,excogitarunt plura media,quibus verba verbis consuliarent, nullamque in se repugnantiam continerent, ne fatendum eisdem esset quòd voluisset testator se statim corrigere à priori dispositione rece- 25 dendo,in tantùm † quòd satius dixerunt admittere superfluitatem in verbis testatoris,& sic fateri quòd essent superfluò apposita, & nihil operarentur, quàm quòd aliquam inducerent contrarietatem,aut absurditatem, prouti ex Cur.Senio.in *consi.*42.col.penul.& Bal. in l. terminato circa fin.C.de fruc.& litiū expens. docet Veg.allega.*consi.*74.num.533.non enim 26 debet † modo aliquo dispositio testatoris sic interpretari vt quid absurdum, & durum sequatur,sed è contra vt non sequatur Socin. in *consi.*122.num.29.vol.3. Rolan.à Valle allega. *consi.*43.num.56.vol.4.non ergo videri debet inconueniens quòd in nostro casu verba verbis sic consiliemus vt in se contrarietatem, & repugnantiam nō contineant,id fieri poterit, & potest, dicendo quòd censerit donator per priùs post donatariū voluisse vocare nepotes primo loco nomine proprio vocatos,& reliqua verba postea sequentia in eadem dispositione cum alternatiua,*aut*,denotantia liberam dispositionem in fauorem donatarij censeri adiecta subsidiariè,in casu scilicet quo vel filios donatarius nunquam haberet,vel,si haberet,decederent tamen ante ipsum, & hoc modo euitabitur contrarietas,& repugnantia, & omnia verba sic interpretabūtur vt nihil ex eis sit superfluum.

27 Nec † debet videri aliena à ratione huiusmodi interpretatio postquam inniti eam videmus dispositioni tex.in allega.§.fin. l. hæredes mei ff.ad Trebel.vbi vocationem aliorum, qui sequuntur post filios, etiam cum clausula, & *cui voluerit*,factam subsidiariam vocat l.C.casu quo ipsi non existerent,& non aliàs, per quem tex.sic in casibus similibus pulchrè resoluunt doctores suprà citati, & signanter Molin. docet ad primogenia instituta pro filijs,& filiabus,nepotibus,ac neptibus,ac eorum descendentibus,quos voluerit,non censeri datam facultatem eligendi de nepotibus, aut descendentibus nisi filijs primi gradus tantùm deficientibus,& Sotomaior etiam vbi suprà ex cotex.resoluit ad primogenium pro filijs,& filiabus,quos voluerit,non posse filiam eligi nisi deficientibus masculis, qua de re iam nos aliquid in superioribus diximus hac eadē clau.4. glo.9.part.3.numer.28. quibus hæc addidisse 28 non penitebit. Adde † pulchra Andre. Alcia. 509.secundum veterem impressionem & 73. lib.9.secundum nouam,ac Iacob. Meno.369. in 4.vol.responsa,quę in & super eodem casu, diuersis licèt temporibus, cōpacta sunt, in eo scilicet fortiori casu nunquid Dux quidā,cui sub his verbis fuerunt quædam bona legata, *legò excellētissimo Duci omnia mobilia, & possessiones regans dominationem suam vt ea bona mobilia &c.dispensare velis in totum,vel in parte in beneficium infrascripta domina Iulia hæredis*, quæ erat *

testatoris filia, *& hoc si suæ dominationi placuerit, & non aliter &c.* respondérunt enim in hoc casu prædicti doctores censeri per huiusmodi dispositionem adiectum fideicōmissum, quia illud important verba illa, *rogans, vt dicta bona velit dispensare infrascripta Iuliæ*, non obstātibus verbis quę sequuntur. *& hoc si suæ dominationi placuerit, & non aliter*, quia (inquiunt) ea verba non important ex se, nec significant arbitrium liberum, ac liberam disponendi facultatem, sed imò arbitrium regulatum, scilicet boni viri, à fortiori igitur in nostro casu, vbi non sunt tam ampla verba, quæ prætensum liberum arbitrium denotent, dicendum erit non censeri illud modo aliquo concessum.

Hanc opinionem sequi visus est noster Senatus dum in causa Ioannis Baptistæ Cassador contra Petrum Paulum Cassador eius fratrem ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Seniust, in casu quo dicto Petro Paulo Cassador hæredi fiduciario per patrem suum instituto erat data facultas nominandi, & eligendi vnum ex tribus, vel quatuor fratribus, quos habebat, & in defectum filiorum masculorum fœminam, cum clausula, *prout dicto hæredi magis placeret*, † fuit *declaratum* die 21. Martij 1611. post mortem primi fratris electi succedere secundum, qui erat dictus Ioannes Baptista Cassador, non obstante quòd dictus Petrus Paulus Cassador *in vim facultatis*, quàm liberè existimabat se habere, vellet nominare alium, & tertium fratrē iunionem, in eo ergo quòd quia isti tres, vel quatuor fratres Cassadoris, inter quos erat hæredi fiduciario data facultas eligendi, erant priùs gradatim nominati, censuit Senatus secundum ordinem, quo nominati per testatorem erant, debuisse ab hęrede eligi, non alias ordinem paternum peruertendo, non obstantibus clausulis liberam facultatem concedere videntibus, probat nostrum ea decisio intentum, scriba erat Martialis Reig. Alia pulchra de hac causa scripsi suprà hac eadem clausula 4. glos. 13. parte secunda numer. 16.

29 Hæc † satis iustam in casu proposito videntur habere rationem si donator ad alia verba, præter supradicta, non est progressus, quæ magis denotarent eius voluntatem fuisse quòd donatarius disponeret ad libitum prout voluisset, de bonis donatis, cæterùm quando talia postea, prout ego, non diu est, vidi, cōsultus super casu, verba adiecit, veluti dicendo, *quòd teneatur disponere in fauorem filiorum suorum, qui ex eo matrimonio procederēt, aut alterius cuiuscunq. personæ, aut personarū sibi benemisa, & benemisarū per partes æquales, vel inæquales, & cū cōditionibus pactis, & modificationibus quas, & qua volet, quia est mea voluntas quòd dictum filium meum donatarium sic in donando de bonis consanguineis meis, & alijs quibuscunque personis, quibus ipse intelligit debuisse me aliquid relinquere, quemadmodum in disponendo de meis bonis faciat pronè de re propria per liberam facultatem, quam ei tribuo cum præsenti donatione, &c.* quando (in quam) hęc verba donator addidit dispositioni superiùs relatæ dubitari vidi an aliquid mutent verba de priori dispositione, taliter quòd non, sicut suprà diximus, fideicommissum censeatur in fauorem nepotum adiectum, sed imò bona liberè donata, vt de eis ad suas libetas voluntates faciat donatarius.

Qua in re mea fuit sententia quando fui de ea consultus, in qua & nunc persisto, quòd nullum adsit fideicommissum, sed liberè censeantur donata filio bona: moueor quia si liberum disponendi arbitrium verba prædicta non important, non video quid erit quòd illud inducere, ac importare possit, ac valeat ex l. fideicommissaria libertas, ibi, libuerit ff. de fideicommiss. hæred. quam iusto commentario ornauit Emanu. à Cost. selecta. interpręta. libro primo capit. 22. per totum, & docet Bar. in l. alio num. 9. ff. de alimen. & cibar. legat. dicens verbo liberę † potestatis venite liberum arbitrium prout quis voluisset, non regulatum, nec aliquo modo restrictum, ex eo quòd verbum, *liberè*, descendit à verbo, *liber*, quod importat liberam voluntatem, idque dicit probati ex tex. in d. l. fideicommissaria libertas C. de fideicommiss. liberta. Ias. in l. si sic, numer. 33. cum sequēt. de lega. primo, vbi dicit idem esse qñ dicit testator, *faciat pronè libuerit*, vel prout voluerit Nat. in cons. 118. & 530. & Surd. in cons. 10. à nu. 50. latè Meno. de arbit. iud. lib. 1. q. 8. nu. 48.

31 Præterea si ratio adiecta solet fideicomissum, quod † ex se est odiosum, & contra quòd est propterea in dubio iudicandum Ioseph. Ludouic. commu. conclu. 14. illa. 76. in fine, & Surd. in cons. 294. numer. 30. extendere, & ampliare de casu ad casum, & de persona ad personam vbi aliàs fideicommissum non censeretur adesse, vt pluribus probat Peregri. de fideicom. artic. vndecimo numer. 54. imò † sola ratio adiecta inducit fideicommissum, vbi tale nullo modo considerataretur, veluti si post prohibitionem de alienando, adijciatur ratio, *quia vult testator bona remanere in familia*, vt plenissimè probat Molin. de primogen. Hispan. libro primo cap. quinto numer. 16. & Pet. de fideicom. quęstion. quinta à numer. 42. sic † dicere proculdubio debemus quòd illud etiam ratio expressa restringit vt non habeat locum, nec censeatur adiectum vbi aliàs, nisi ratio repugnaret, intelligeretur subesse, vt probat idem Peregri. omnes ferè ab ipso

ibidem

ibidem allegati, qui cum dicunt ex ratione adiecta ampliari fideicommissum, & extendi, subijciunt etiam similiter ex eadem ratione restringi, adde Iul. Clarũ §. testamentum q. 76. num. secundo, Molin. de primogen. Hispan. vbi supra num. 7. Manti. de coniectu. vltim. volun. libr. 6. tit. 14. num. 21. & per totum illum titulũ, vbi signanter hæc axiomata probat, ex ratione expressa voluntatem testatoris colligi: ex causa in testamento expressa extendi, & restringi verba secundum mentem testatoris: voluntatẽ testatoris, quæ colligitur ex ratione expressa, præferri verborum significationi: ex tõne voluntatem testatoris manifestari: & denique ex ratione expressa declarari, & extendi fideicommissum: quod † dicit esse adeò verũ vt sit magis ratio attendenda, quàm verba expressa Iul. 34 Clar. d. q. 76. num. 1. Et non solùm † restringi 35 dicere debemus fideicommissum vbi aliàs adesset ex ratione adiecta, sed etiam & fieri ex eadem vt nullum penitùs adsit vbi aliàs ad fuisset, nisi ratio adiecta extitisset, fideicommissum, argumento ducto à contrario eius quod supra dictum est circa præmemorandum fideicommissum ex ratione adiecta vbi aliàs nõ adesset.

Accedit † pulchrum Surdi, & eorum, quos 36 refert, dictum in allega. con. 294. num. 15. vol. 2. quòd vbi testator se ipsum glossat nõ est opus glossa legali, & in hominum dispositionibus cum verba sunt clara, standum est dispositioni importatę per verba, nec alia est admittenda voluntatis quæstio, nec de coniecturis ágẽdum, Peregri. ar. 11. nu. 2.

Quamuis ergo noster donator à principio protulerit, verba illa, *quòd teneatur disponere in fauorem filiorum suorum &c.* quæ videntur de iure importare fideicommissum, nihilominùs quia postea alia protulit verba, ac rationem adiecit ad declarandam suam voluntatem, quæ clarè demonstrãt eã fuisse quòd voluerit liberè bona filio donare, indè fit vt nullo pacto dici valeat fideicommissum aliquod fuisse donatio iniunctum.

Et ne † rem hanc absque decisione in ter- 37 minis relinquamus, notanda sunt duo illa Andreæ Alciati, & Iacob. Menochij pulchra cõsilia superiùs relata, vbi vidisti quòd si & vbi resolutum est censeri fideicommissum adiectum in fauorem filiæ non obstantibus illis verbis, *& hoc si sue dominationi placuerit, & non aliter*, illud quidem non alia ratione fuit (& in hoc probatur quod volumus) nisi quia verba prædicta, *si placuerit*, vt signanter post Alcia. probat Menoch. num. 13. cum sequent. non importãt ex se nec significant liberum arbitrium, ac liberam disponendi facultatem, sed imò arbitrium regulatum, scilicet boni viri, in quo clarè doctores prædicti innuere videntur quòd si illa verba adiecta fuissent, sicuti in nostro casu, quæ liberam disponendi facultatem possent importare, non censeretur fideicommissum in fauorem filiæ adiectum, quod singulariter Menoch. numer. 14. & 15. probat ex tex. in l. si sic legatũ de lega. primo, vbi docet I. C. in hęc verba, *si sic legatum, ac fideicommissum sit relictũ si existimauerit hæres si comprobauerit, si iustum putauerit, & legatum, & fideicommissum debebitur quoniam quasi bono viro potius commissum est, non in meram voluntatem hæredis collocatum &c.* notandæ sunt vltima verba, quæ innuũt quòd si post fideicommissum, vel legatum adiecta fuissent verba denotantia meram voluntatem hæredis, nihil essent vel fideicommissum vel legatum; & ex tex. in l. fideicommissa in §. quam quam, qui multò melùs intentum probat ff. de lega. tertio, is ita habet, *quanquam autem fideicommissum ita relictum, si voluerit, non debeatur, tamen si ita scriptum fuerit, si fuerit arbitratus, si putauerit, si existimauerit, si vere ei sibi fuerit visum, vel videbitur, debebitur, non enim plenum arbitrium* (inquit I. C.) *voluntatis hæredi dedit, sed quasi bono viro fideicommissum relictum*, in quo tex. notanda est differentia quam I. C. facit inter verba apposita post fideicommissum, quæ important liberum arbitrium. & ea quę regulatũ, ad idem ifdem Menoc. allegat. l. fideicommissaria libertas in prin. versi. cæterùm, de fideicom. libera. per te ipsum videadam, quam itẽ nos in superioribus adduximus.

Nec dicas † quòd supradicta procedunt in 38 vltimis volũtatib⁹, vbi solus testator disponit, nec de alteri⁹ cũ eo tractãtis interesse agitur, se c⁹ in cõtractib⁹ vbi duo fũt qui cõtrahũt, & de alterius, nẽpè vxoris, & eorum qui ex sua parte sunt, interesse agitur, quo in casu non ex sola donatoris voluntate, & intentione est res interpretãda, nisi sit etiam conformis voluntati, & menti aliorum etiam contrahentium, vt aliàs non semel in hoc opere diximus, & signanter hac eadem clau. 4. glos. 9. part. prima dum disputauimus numquid donatio filio, & filijs suis facta fauore matrimonij comprahẽdat filios tantùm primi matrimonij an etiam secundi. Respondemus enim quòd foret verum vbi ageremus de interpretatione dubiorum verborum, vt ex ibi à nobis adductis apparet, & colligitur egregiè ex adductis per Vincen. de Franch. decis. 436. Cæterùm in hoc nostro casu verba non sunt dubia, imò clarè, & manifestè liberum disponendi arbittrium important, vt dixi, non est ergo mirandum quòd ex eis iudicemus contra filios licèt id videatur repugnare menti vxoris, & eorum, qui ex parte sua fuerunt in contractu matrimonij, volenti enim & consentienti non fit

fraus, neque iniuria. Nec est nouum quòd videamus cõsentire vxorem, & suos in pactis, quæ fiunt contra filios suos, vel non semper ad eorum fauorem, videmus enim pluries pacta fieri, per quæ fit exclusio filiarum primi matrimonij per filios secundi, quod licèt repugnare diceremus menti, & voluntati primę vxoris, & suorum, si dubiè pactum foret conceptum, cæterùm vbi clarè, & apertè, nulla est iniuria.

39 Sed quęrebat † quidam ingeniosus quid circa casum supradictum futurum si noster donatarius relinquens filios huius matrimonij decederet intestatus nulla, quam poterat, facta dispositione, ad quem scilicet bona donata deberẽt peruenire, an ad ipsos omnes, quot quot essent, vigore vinculi, ad instar eorum, quæ in superioribus resoluimus hac eadem clau. 4. glos. 9. par. 5. numer. 11. quòd quando quis habet faculatem eligendi vnum ex filijs, si moritur electione non facta, oés succedunt in vim dispositionis illius, qui electionem cõcesserat: an verò tanquam succedentes patri ab intestato ad eosdem filios bona prędicta deberẽt peruenire, inter quos casus notoria est differentia, nam si iuxta primum casum succedere haberent filij, certum est quòd competeret eis ius reuocandi à patre alienata, si verò iuxta secundum, minime. Cæterùm res non habet difficultatem quòd tamquam succedentes ab intestato venirent ad filios bona prędicta, nõ aliàs, ratio est in promptu quia si suprà resoluimus non adfutile in dispositione vinculum motiẽte donatario intestato, nulla alia põt esse eius successio, quàm ab intestato.

40 Vidi item † aliquando sic conceptam in capitulis matrimonialibus donationem vt post mortem primi donatarij sine liberis contingentem succederet secundus donatoris filius, & eo pręmortuo eius liberi, cõtingit quòd mortuus est primus donatarius sine liberis viuente secundo, & ideò fuit factus locus successioni ipsius, qui postea decessit cum liberis, qui, forsan vt reuocarent alienata in vita per patrem, aut alias, prætenderunt successionem ex propria persona dicentes se vocatos in capitulis, sed in quo id fundare possent, non video, nisi

41 quòd † possit quandoque in substitutionibus fieri extensio sicut de casu ad casum sic de tempore ad tempus, qua de re latissimè scripserũt Iacob. Meno. de præsump. lib. 4. præsump. 65. per totam, Manti. de coniec. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. Peregri. de fideicommis. art. 11. etiam per tot. Petra in simili tracta. de fideicom. §. 9. à numer. 52. & Ludouic. de Cassana. in cons. 4.

42 à nu. 82. quia tamen † hic sumus in contractibus, in quibus expeditum est quicquid reperitur omissum haberi pro omisso, & remanere in dispositione iũris communis, nec similem fieri extensionem de vno casu ad alium, ex l. quicquid stringendę ff. de verb. obliga. cum simil. allega. per Ioan. Pet. Surd. decis. 202. n. 9. (vbi addit esse id adeò verum vt procedat etiá si non possimus diuinare quare fuerit casus omissus, & etiam si sit maior ratio in vno quã in alio, præcipuè si materia sit odiosa, prout hic materia vinculi, & fideicommissi; nec (inquit) potest dici facta omissio per obliuionem, & alia pulchra addit, quæ mirè faciunt ad nostrũ

43 † probandum institutum, per quæ † dicit in Senatu Mantuano *decisum* conuentionem factã de lucrandis certis fructibus sub conditione si quis fuisset à certo loco remotus à superioribꝰ non extendi ad casum mortis eiusdem intra

† idem tempus contingentem) *repulsam* propterea *passisunt* qui similem extensionem prętendebant in Senatu in proposito nostrorum capitulorum matrimonialium casu, in causa Frãciscí de Calderis contra Castellanam de Centelles, Relatore egregio olim Senatore, & postea Regente Regiam Cancel. Francisco Descamps sub die 17. Iulij 1591. vidi conclusionem in archiuo Regio, in qua motiua eadem fuerunt sumpta, quæ nos suprà proposuimus: & in terminis in casu substitutionis factę in contracta quòd non fiat extensio de casu ad casum, sed imò omissum habeatur pro omisso, vltra supradictos, docet pulchrè Rol. à Val. in cons. 59. num. 21. in fin. vol. 3. & Pet. de fideicom. q. 4. nu. 18.

Nec in vltimis voluntatibus est omninò tutum quòd fieri possint huiusmodi extensiones imò contrarium elicitur ex traditis à doctoribus suprà citatis, quibus Menoch. adde pulcrè de hoc agentem in cons. 243. per totum vol. 3. in quo amplius nos non immoramur quia non tractamus vltimarum voluntatum materiam.

44 Fit † quandoque, non substitutio modis, & formis quibus suprà, sed imò per modum oneris imponitur filio donatario quòd non possit bona donata donare, vel alienare extra familiam, & pẽsonas de genere, circa quod vidi de tribus dubitatum apud doctores, & habui aliquando in facti contingentia. Primò nunquid per huiusmodi conceptionem verborum censeatur inductum fideicommissum simplex, & absolutum in illos de familia, & de genere, taliter quòd intelligatur vnus vocatus post mortem alterius, an verò in casum contradictionis, & contrafactionis tantùm: Secundò nunquid ea prohibitio impediat dominij translationem, & Tertiò denique nunquid comprehendat eadem prohibitio nedum ipsum filium primum donatarium, sed etiam & quoscunque

alios

alios de genere, & parentela, in quos bona donata quandocunque deuenerint, vt sicut non poterat ille extra genus, & familiam alienare, sic nec successores ipsius. Ad primum breuiter, & resolutiuè tene quòd non simplex, & absolutum censeatur per verba prædicta inductum fideicommissum, sed imò contrauentionale in casu contrafactionis tantùm, quando scilicet bona donata iterùm donarétur alicui, qui non esset de familia, & de genere, vel aliàs in eundem alio modo alienarentur; ad quod allegantur communiter iura tex. in l. filius familias §. cum pater & §. diui ff. de lega. 1. l. cum pater §. cum inter de lega. 2. & l. pater filium §. duobus, de lega. 3. & Bar. doctrina in allega l. pater filium §. filiã de lega. 3. in eo quod dicit fideicommissum esse conditionale si dicatur, prohibeo bona vendi, & volo pertinere ad tales, quia intelligitur volo pertinere si vendantur, quia † (inquit Bar.) si præcedit dispositio prohibitiua, & alia simpliciter sequitur, intelligitur sequens dispositio si contra prohibitionem factum fuerit, insignia sunt Iacob. Meno. & Ludoui. de Cassana. in proposito consilia, illius quidem 197. à nu. 9. vol. 1. & huius 56. per tot. qui vtimus super nostro casu in terminis consulebat, in quo dictum fuerat, quòd nõ posset disponere, nec ordinare nisi in filios, & dicit sic in facti contingentia fuisse quãdoque † *declaratum* contra cons. Tiber. Decia. 31. lib. 1. declarat egregiè quare, & quando dicatur fideicommissum absolutum, & simplex, & quãdo conditionale Mar. Antho. Peregri. de fideicom. art. 14. nu. 5. & 6. alios non curo allegare, quia apud hos reliquos omnes habebis, qui de materia tractarunt, & illi passim obuiam ibunt ijs, qui cum mediocri diligentia, & assiduitate libros legales reuoluũt.

Solùm † noto id, sine quo nihil proficeret diligentia facta in exquirendo nun nam simplex & absolutum fideicommissum dici deberet supradictum, an verò contrauentionale, quid scilicet interesit esse magis contrauentionale, taliter quòd solùm in casu contrafactionis inducatur, quàm simplex, & absolutum, quod sine aliquo facto hæredis committatur: Interest autem multùm, quantùm scilicet habere me in potestate faciendi quòd committatur, vel non committatur fideicommissum: si enim † fideicommissum simplex, & absolutũ censetur per eiusmodi conceptionẽ verborum inductum, certum est quòd omnes de familia proximiores, qui in eodem gradu reperti fuerint, succedent in bonis ineuitabiliter post mortem donatarij, vt est casus in l. cum ita §. in fideicommisso, & in l. vnum ex familia §. sed si vno, & §. si duos ff. de lega. 2. si verò † fideicommissum est contrauentionale taliter quòd non cõmitatur nisi alienante donatario extra personas permissas, tali casu in manu ipsius erit euitare illud relinquendo bona vni ex comprehensis in dispositione donatoris l. filius familias §. cum pater ff. de lega. 1. l. pater §. quindecim de lega. 3. & allega. l. vnum ex familia §. 1. & §. quod si talia. & l. pero §. fratre ff. de lega. 2. & nos ipsi tradidimus in superioribus hac eadem clau. 4. glos. 9. par. 3 & par. 5.

Hanc † differentiam, vltra alios, quos refert, pulchrè notauit Peregri. allega. art. 14. n. 7. qui postea nu. 8. addit aliam differentiam, quæ ex se est satis notoria, quòd in 1. casu non fiat locus fideicommisso nisi postmortem grauati, taliter quòd interim teneant alienationes, in secundo verò nihil expectetur post contrafactionẽ, sed statim admittantur vocati, etiam in vita grauati, agnouit eandem differẽtiam, post Molinam, nouissimè Ioseph. de Sesse decis. 55. nu. 11. Nec est omitendum egregium illud Meno. cons. quod supra allegatum est 197. in ordine in 2. vol. vbi nu. 43. habes qualiter prohibitioni extra familiam satisfiat relinquendo nedum vni de familia ex proximioribus, sed etiã ex remotioribus.

Sed huic † fideicomisso instituto in casum *contrafactionis in duobus casibus desinit* esse locus quamuis voluntati testatoris non pareatur, Primò si illi consenserint in quorum fauorem fit prohibitio, quia volenti, & consentienti non fit fraus, neque iniuria: secundò si nulli existant, hæc tam clarè, & manifestè probant Peregri. allega. art. 14. nu. 49. Cassana. citat. cõs. 36. à nu. 21. & Rober. Maran. de multipli. aliena. nu. 187. cum alijs, vt nihil opus sit pluribus ad id vti verbis: quod tamen vix est nostro casui applicabile, in quo est facta prohibitio alienandi extra familiam, quia vix est quòd succedat non reperiri aliquem de familia, vel, si reperiuntur, quòd omnes consentiant, quia † quamuis id præsentes faciant, nihilominus in manu nascituroru erit reuocare si voluerint alienationẽ, qua de re sunt tres *decisiones*, vna quidem Senatus Burdegalẽsis 12. apud Nicol. Boer. & reliquæ duæ Rotæ Lucen. apud Magon. 91. & 92. quod quomodo sit intelligendũ, & procedat ibi videbis, ego non possum hic explicare.

Vbi † autem in fauorem certarum personarum prohibitio foret facta, non est dubiũ quòd illis extinctis remaneret proculdubio facultas prohibito alienandi ac si nulla foret ei prohibitio facta, vt superiùs dictum est, & in simili probat Anthon. Fab. in suo Codi. lib. 5. tit. 9. de pac. conuen. tam &c. defin. 12. dicens renuntiationem factam in fauorem masculorũ euanescere illis extinctis, vbi *decisio* Senatus Sabusiani.

53 Hæc de plano † proculdubio procedũt reſpectu vltimarũ voluntatũ, id eſt prohibitionũ, quæ in eis fiũt, in quibus terminis doctores loquuntur, quos huc vſque citauimus, ſed reſpectu cõtractuum, ideſt prohibitionũ, quæ in eis fiunt, de quibus noſtra debet eſſe diſputatio, cum non in vltimis voluntatibus, ſed in contractibus potiùs verſemur, dubitationem non modicam res habet, & nunc intrat ſecundum propoſitum in principio dubium diſoluẽdum: occaſionem dubitandi dederunt plura, quæ in diſcurſu allegabimus, & maximè Ioſeph. de Seſſe grauis planè Senatus Aragonenſis Senator, nunc in eodem Regens Cancellariam, in ſuis deciſionibus Aragonen. deciſ. 55. qui dum in terminis tractaret quod nos ſuprà, an fideicommiſſum, in quo verſamur, dici debeat ſimplex, & abſolutum, an verò contrauentionale, & poſtquam reſoluit eſſe contrauentionale, ſic nu. 11. in verſ. & totum, ait, *Et totum hoc intellige in vltimis voluntatibus, ſecus ſi prohibitio apponatur in contractu, nam tunc an facta alienatione poſſit ſubſtitutus venire ad retractandum alienationem dixi alibi, & vide Peregri. art. 51. à nu. 68. cum ſequent. & nos diximus latè in deciſionibus pacti de retrouendendo.* Hactenus Seſſe, à quo ego voluiſſem quòd illud, *dixi alibi*, magis declaraſſet, & vbi illud erat, clariùs dixiſſet, ego enim non potui in toto illo libro reperire, nonnihil dixit in deciſionibus, quas citat pacti de retrouendendo, nempe in deciſ. 18. à nu. 17. ſed breuiter nimis: in hoc nõ fuit tam ſcrupuloſus Tiber. Decia. quinimò in conſ. 31. per tot. & ſignanter à nu. 84. lib. 1. nullam videtur facere differẽtiam quoad id, de quo agimus, inter prohibitionem alienandi factam in contractu, & eam quæ fit in vltima voluntate, ſed an id ſit tollerandum ex infrà tradendis habebis.

54 Nobis † igitur dubium enodare expedit, quod vt breuiter præſtemus dicimus quòd ſi in contractu, velut in donatione, prout in noſtro caſu, prohibitio facta ſit ſimpliciter alienationis fauore certarum perſonarum, ſic fideicommiſſum committitur in caſu contrafactionis, ſicuti ſi eſſemus in vltimis voluntatibus, hac ſolùm differentia inter contractus, & vltimas voluntates notata quòd ſi in illis fiat prohibitio, non dabitur rei vendicatio contra tertium, in quem alienata ſit, ſed ſola ad intereſſe actio aduerſus alienantem, ſi verò in iſtis, dabitur proculdubio vẽdicatio: Primùm, quòd commitatur fideicommiſſum in caſu contrafactionis in fauorem nominatorum, probo ex eo quòd in traditione rei ſuæ poſſit quiſque legem apponere, quam voluerit l. legem C. de pac. conuen. eſt enim qui libet in re ſua moderator, & arbi-
55 ter, vulga. l. in re mandata C. manda. & † in expreſſo quòd valeat pactum, quòd apponatur in traditione rei ad onus acceptoris, ne rem illam alienare poſſit, ſed poſt eius mortem ad alium perueniat, probant iura tex. in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. & in l. ea lege C. de condic. ob cauſ. & in l. fi. C. de pac. inter emptor. & vendi. ſic pulchrè Peregri. in quo non inficior hæc antequam ſcriberem, legiſſe allega. ar. 51. nu. 71. ſed non ipſe ſolus fuit qui ea adduxit, idem enim quaſi eiſdem verbis ſcripſerat Annæ. Rober. rer. iudica. lib. 3. cap. 14. verſ. *Pro Seij haredibus*, non nihil ad propoſitum cõducens tradit Anthon. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 36. de pac. inter emptor. & venditor. diffini. 9. Secundum, quòd ſcilicet nõ detur actio tali ei, in cuius fauorem facta ſit prohibitio ad
56 vindicandam rem alienatam, probo ex eo † quòd notiſſimum ſit ex prohibitione de non alienando in contractu facta nõn impediri dominij translationem vt iuribus ſuperiùs allegatis probatur, & exornat latè Ioſeph. Ludoui. deciſ. Peruſi. 68. par. 2. Mago. deciſ. Floren. 112. Vincen. de Fran. deciſ. 355. Surd. deciſ. 254. n. 11. Per. in tracta. de fideicom. q. 4. nu. 2. & Peregri. in ſimili tracta. allega. art. 55. nu. 72. Rolan. in conſ. 62. vol. 2. vbi rationes adducunt, cum penè infinitis, quos ipſi allegant: ſi ergo translatio dominij non fuit impedita per ſupradictam prohibitionem, fateamur neceſſum eſt non poſſe vindicari rem ab acquirente, in quẽ legittimè dominium fuit translatum. Tertium
57 † quòd tali caſu cenſeatur alienans obligatus ad intereſſe, id eſt ad rei æſtimationem ex eo probo quòd habeamus in iure in obligationibus facti, qualis proculdubio eſt de qua tractamus, qui eas nõ adimplet, ad intereſſe cõuenitur l. 2. §. item ſi ex facto l. ſi ſic l. ſtipulationes non diuiduntur verſ. Celſus. ff. de verb. oblig. qua de re latè Ioan. Gutier. de iura. confirma. par. 1. cap. 39. per tot. ita docent in terminis noſtris omnes prorſus, qui ſuprà allegati ſunt, eis adde Andræ. Gayl. practi. obſerua. lib. 2. obſer. 16. Nat. in conſ. 474. Rolan. in conſ. 62. vol. 2. Meno. in conſ. 63. vol. 1. & Guid. Pap. cum ſuis addentibus deciſ. 569.

58 Niſi ſicuti † ſæpè cõtingit, pro obſeruatione pacti fuiſſet res ipſæ obligatę, & hypothecę ſuppoſitæ, tunc enim ſic ex prohibitione facta in contractu quemadmodum ex ea, quæ fit in vltima voluntate, dominij translatio impediretur per tex. expreſſum in l. ſi creditor §. fi. & ibi omnes ff. de diſtrac. pig. ſecundum veriorem * lecturam ex multis quas habet, de quibus per Annæ. Rober. vbi ſuprà, & alios allegatos in hoc diſcurſu, & tradunt idem omnes, qui ſuprà adducti ſunt, nec in hoc poteſt eſſe controuerſia, in quo tex. habemus tam expreſſum vt vidiſtis, adde Henri. Roſſental qui alios allegat in tracta. de feud. c. 7. de ſucceſ. deſcenden. ab

inteſta.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

intesta.conclu.25.nu.28. Ratio est † quia ratione huiusmodi pacti fit, & dicitur nulla alienatio, quæ contra illud fiat, vt in allega.l.si creditor, in §.fina.dicitur, ex quo consequitur quòd per eam non censeatur trãslatum dominium; quod non transfertur ex alienatione nulla, & contractu nullo. Aliam rationem si volueris habebis ex Pet. Barbos.in repetitio. l. si filiofamilias 26.nu.33.ff.solut.matrim.

60 Sed † dubitant doctores an ista hypotheca, quæ apponitur huic pacto de non alienando, debeat esse specialis, specialiterque facta de re de qua agitur, an verò generalis sufficiat omnium bonorum, vt videre poteris apud Antho. Gab. in communi. opinio. tit.de pignor.& hypothe.conclu.1.Hieronym.à Lauren.decis. Auenionen.108.nu.7.Negusan.de pignor.2.par. memb.1.nu.5.Peregri.allega.arti.51. nu.77.qui doctores afferunt pro vtraque parte: Verior tamen, & communior opinio est, quòd non sufficiat generalis bonorum obligatio, prouti apud supradictos videre poteris, quia (inquiũt) dispositio §.fi.allega. l.si creditor, loquitur tantùm in casu specialis hypothecæ (licet id non concedat Rolan.à Val.in conf.62.nu.35.vol.2.) quæ, exorbitans cum sit, non extenditur ad

61 alios casus, ita Peregri. vbi sup. Nisi † generalem hypothecam concomitaretur, sicut sæpe fit, iuramentum, cum enim habeat ipsum vim expressi, idem proculdubio operatur circa huiusmodi pactum de non alienando coniunctum cum generali hypotheca, quod specialis ipsa operaretur, ita Ioan.Crot.in repetitio. l.filiusfamilias in §. diui.num.97. ff.de lega.1.latè Rolan.à Val.in conf.62.à nu.38.vol.2. vbi allegat nonnulla Socin. consilia in quibus ita doctor ille tenet, & hanc esse magis communem tradit isdem Rolan. idem antea etiam dixerat in conf.6.n.54.vol.1.Gutier.etiam magis communem dicit in repetitio.l. nemo potest, num. 45. de lega. 1. & in tracta. de iura. confirma. 2. par.c.39.de obliga. ad factum nu.7.pulchrè Seraphi. de priuileg. iuramen. priuilegio 158. per

62 tot.rationem reddit Crot. vbi sup. quia † iuramentum habet vim specificæ expressionis, & sic obligando quis bona omnia cum iuramento censetur specificè, & specialiter rem obligasse, super qua conceptum est pactum, magis clarè, & appositè loquitur Seraph. vbi suprà, di-

63 cens † id ideò esse quia iuramẽtum habet vim specialis hypothecæ, & idem quod illa operatur si melius per eam potest pactum valere, & hanc existimo esse meram veritatem, quicquid dicat in cõtrarium Vincen. de Franchis allega. decis.215. nu.4. cuius opinio manifestè videtur non sustinenda ex supradictis.

64 Et si † & vbi apud aliquos legeris nihil operari iuramentum in huiusmodi pactis de non alienando, sicut nec in pacto de alteri non vendendo, & alijs similibus, quia per huiusmodi pacta nullum ius acquiratur illi, in cuius fauorem est iuramentum, aduersus rem ipsam, aut acquisitorem, sed ei sit ius quæsitum tantùm ad interesse, vt possit pro eo agere aduersus promissorem ob pactum non seruatum, & operatur tantum iuramenti interpositio, quòd ille, qui promisit, efficiatur periurus si non adimplet promissionem, vt signanter videre poteris apud plures quos Iacob. Cancer. allegat. lib.2. var.resolu.ca.8.de iura.num.112. quibus plures adde quos Ioan.Gutier.refert in tracta. de iura.confirma.par.1.ca.30.de re duobus vendita nu.4. si (inquam) hæc apud hos, & alios doctores legeris non propterea turbatur nostra resolutio, quia

65 † non loquuntur in iuramẽto adhibito cõtractui, in quo sint duo & promissio, & pactum de non alienando, & obligatio bonorũ simul pro obseruatione promissionis, sicut nos loquimur quando volumus obstante pacto nullam esse alienationem, quæ sequatur illud, sed in eo tantùm casu quando vel non apponitur pactum de non alienando, vel si apponitur, deest tamen bonorum hypotheca, quo casu concedimus etiam nos quòd non datur nullitas alienationis, quæ sequatur, propterea quòd contractus sit iuramento vallatus, sed tantùm actio ad interesse ei, cui promissio est facta, & cum his cõsiliabis facilè hæc inter sese, & si inueneris aliquos, prout de Vincen.de Franchis suprà diximus, qui loquantur in nostris terminis, & velint nihilominùs non induci nullitatem alienationis, eis non dabis fidem, quia securior multò est diuersa, quam nos amplectimur, opinio.

66 Hanc † eãdem distinctionem obseruari debere, quia eadem militat ratio, & quia doctores promiscuè de vna, & alia materia loquuntur, videtur in frequentibus quæstionibus, quæ quotidie circa dispositionem l. emptorem C. locati, in Palatijs suscitantur, quasque propter sui frequentiam, & vilitatem non duxi omitendas, nunquid emptor fundi teneatur stare colono, respondendum enim videtur quòd si solam, & nudam habet ille locationem sine pactis, & vllis obligationibus, prouti contingit quando fit verbo, & in scriptura priuata, tunc habet proculdubio locum dispositio allegatæ l.emptorem C.locati expelli permitentis conductorem, si verò eam habuerit cum instrumento publico, in quo solẽt fieri pacta, & obligationes, attendendum videtur an in ea adsit pactum, & promissio de non vendendo, vel aliàs alienando, vel non, si adsit iterùm videre debes si sit coniunctum huiusmodi pactum cum obligatione speciali rei locatæ, vel generali, vel non, si enim cum obligatione, & hypo-

thecæ

theca ſpeciali rei locatæ ſit huiuſmodi pactum coniunctum, tali caſu non poterit proculdubio colonus, ſiue conductor expelli nec oblato, nec ſoluto prætio, quia impediuit pactum illud alienationem ſequutã, taliter quòd nulla ſit prorſus dicenda propter dictum pactum: ſi verò cum generali hypotheca, & obligatione omnium bonorum, tunc aut eſt adiectum iuramentum, aut non: ſi eſt adiectum, cum illud habeat vim expreſſi, ac ſpecialis hypotecæ, idẽ proculdubio operabitur, quod ſpecialis, & ſic nullitatem alienationis, quæ poſtea fiat, & per conſequens non expelletur conductor, ſi verò ſine iuramento ſit pactum cõceptum cum generali obligatione, tunc ex eo pacto tenebitur tantùm conductori locator ad intereſſe, cuius ratione cum habeat conductor retentionem non expelletur niſi eo ſoluto, & hæc de primo membro diuiſionis.

67 Tranſeamus † ad ſecundum, quod erat quãdo non ponitur in inſtrumento locationis pactum de non alienando, quo caſu ſiue ſpecialis ſiue etiam generalis hypotheca adijciatur, quarum vna, aut altera ſolet ſemper apponi pro obſeruatione contractus in inſtrumentis locationũ, & ſiue cũ iuramento, ſiue ſine eo ſit inſtrumentum confectum, nunquam aderit nullitas alienationis, quæ poſtea ſequatur, ſed dabitur tantùm actio ad intereſſe parti ratione prædictarum obligationum, quarum ratione incumbet rei donec ſit ſibi ſolutum, eo autem ſoluto fiet expulſio per emptorem. Hæc clariùs, & manifeſtiùs eliciuntur ex doctoribus, quos ſuprà retulimus, quàm ego ſcirẽ hoc loci referre, qui in proprijs terminis locationis loquũtur, quibus adde Iacob. Cancer. cũ doctoribus, & deciſionibus, quos, & quas allegat vbi ſuprà adductus eſt, & in 1. par. var. reſolu. ca. 14. de loca. & conduc. à nu. 24. & Aluar. Velaſcum qui nõnulla diſtinctionis noſtræ membra probat, conſulta. 76. videndi ad idem etiam ſunt Oſas. deciſ. 156. Capi. deciſ. 181. & Ioſeph. Ludo-

68 ui. decis. Lucen. 38. Addit † Velaſ. vbi ſuprà nu. 9. in fauorem huius noſtræ diſtinctionis in illo capite, quo diximus, per pactum de non alienando cum hypotheca generali effici nullam alienationem, ſine illo tamen ſuccedere obligationem ad intereſſe, addit (inquam) Velaſ. ſibi videri non benè *declaraſſe* Senatum Luſitanum in decis. 243. apud Antho. de Gam. quòd tunc demum re locata, & pro firmitate contractus hypothecata tenetur emptor ſtare colono quando ipſe locator ſe obligauit quòd ipſam rem locatam non alienabit, quia (inquit, & verum dicit iuxta noſtram diſtinctionem) hoc proficit ne valeat alienatio, non autem vt non teneatur ſtare colono, & qui aliter iudicarunt (inquit) videntur æquiuocaſſe in terminis.

69 Licèt autem † hæc diſtinctio procedere de iure proculdubio videatur ex multis, quæ ad propoſitum in ſuperioribus docuimus, ſunt tamen nihilominùs plures, qui duo ex illius principalibus membris cõtrouertant, quorum primum continebat, quòd iuramentum in cõtractu locationis nihil operetur vbi non eſt pactum de non alienando, quamuis adſit generalis obligatio, & hypotheca pro obſeruatione contractus, ſecundum verò nihil etiam operari iuramentum vbi non adeſt bonorum obligatio, volunt enim doctores, quos infrà commemorabimus, tantum tribuendum virtuti, & efficatiæ iuramenti, vt ipſum ſolum abſque pacto de non alienando, & hypotheca ſufficiens ſit ad faciendum vt ſtari præciſè debeat locationi. Pro primo allegantur communiter So-

* cin. in conſ. 90. num. 4. vol. 4. Goſadin. in conſ. 24. nu. 9. Boer. deciſ. 182. nu. 53. Anthon. Neguſan. de Fano (hunc duos doctores ſatis inconſideratè exiſtimabat eſſe doctus aliàs vir Emanuel Soar. à Ribey. in additio. ad Ant. Gom. tom. 2. var. reſolu. tit. 3. de loca. in litteram E. vnũ ſcilicet Anthonium de Fano, & alium Neguſantium) in tracta. de pignor. in 2. pár. memb. 1. nu. 9. Rolan. à Valle in conſ. 6. in 2. dub. lib. 1. & in conſ. 62. nu. 40. lib. 2. Fachin. controuer. iur. lib. 1. c. 88. Ioſeph. Ludoui. deciſ. Luca. 38. nu. 8.

† In facti contingentia *ſequuti fuere* Rot. Auenionen. apud Hieronymum à Laurentijs decis. 108. reuocando (ipſo tamen multùm reclamãte, qui relator cauſæ erat, quia dura ſibi videretur reſolutio) ſententiam cuiuſdam iudicis primitiui in contrarium latam, & Hieronym. Marilia. deciſ. 25. quatenus iſti doctores volunt id quod ſuprà dictum eſt, iuramentum appoſitũ in locatione pro obſeruantia contractus cum generali obligatione bonorum impedire taliter alienationem, quòd durante locatione nõ poſſit modo aliquo conductor expelli etiam ſi ſibi intereſſe offerretur, tum quia iuramentum præciſè obligat ad factum, tum quia etiam ſit illud in forma ſpecifica obſeruandum. De ſecundo eſt notabilis deciſio Senatus Mantuani apud Ioan. Pet. Surd. quæ eſt 225. in ordine, † vbi *deciſum* refertur emptorem teneri ad obſeruationem locationis alteri priùs factæ per venditorem quamuis non adfuiſſet in locatione pactum de non alienando, nec ſaltem generalis hypotheca pro obſeruatione contractus, exiſtimãdo æquè in hoc caſu atqui in alijs, quando militãt ſupradicta, eſſe alienationem, quæ ſubſequitur, nullam, eo primo motiuo, quòd promiſiſſet locator locationem attendere, & obſeruare, ac nullo modo contrafacere, vel venire, quod fuit dictum æquiparari promiſſioni, & pacto de non alienando, quia alienando contrauenit, & per conſequens nihil

agit.

agit. Et ſecundò quia iurisiurandi religione ildem locator promiſſionem prædictam roborasſet, quod † de iure obligat præcisè ad factū, 70 ita vt non ſufficiat adimplere per ęquipollens, & facit actum valere omni meliori modo, quo valere poteſt, ac proindè cum locatio nō poſſit valere niſi hypothecam contineat, iuramē-tum hoc vim habebit hypothecæ, & idē operabitur ac ſi bona locatoris fuiſſent illi conductori obligata, nec hoc videtur eſſe inconueniens, quia quod, ex quo habet vim expreſſi vt ſuprà dictū eſt, facit quòd generalis hypotheca habeatur pro expreſſa, & ſpeciali, benè etiā efficiet quòd hypotheca habeatur pro appoſita, vbi reuera appoſita non eſt vt valeat actus iuratus, per hæc dicit Surd. motum Mantuanū Senatum ad declarandum quod ſuprà dictum eſt.

71 Circa quæ † ego conſiderabam quòd quia doctores pro eo adducti loquūtur in caſu, qui ſemper contingit in his locationibus, in quibus iuramentum interponitur, quando locator cum iuramento promittit locationem attēdere, & obſeruare, & nullo modo contrafacere vel venire, quod idem proculdubio, vt dicebat vbi ſuprà allegatus eſt Surd. in effectu eſt quod pactum de non alienando, quia qui promittit non contrafacere, promittit proculdubio non alienare, quia alienando contrauenit, ideò non iuridica eorum opinio videtur, & de iure ſuſtinenda quia in effectu non deeſt in locatione pactum de non alienando, & ego lubens cum eorum opinione, & ſententia concurro, & propterea exiſtimo non proinde lædi ſupradictam noſtram diſtinctionem.

72 Ex quibus † inferas non videri ſubſiſtere differentiam, quam Anthon. Neguſan. in tracta. de pignor. & hypothe. in 2. par. mem. 1. n. 6. quem ſequitur Aluar. Velaſ. conſulta. 76. nu. 8. facit, dicens ſpecialem hypothecā operari nullitatem alienationis poſtea ſequutæ quando ea eſt coniuncta pacto expreſſo de non alienando, cæterùm non quando promiſſioni de non contraueniendo, & pro obſeruantia contractus, &c. quia tunc illa ſolùm proficeret vt non poſſet conductor expelli niſi ſoluto ſibi priùs intereſſe, ac addens ſic iſtos caſus fore per te diſtinguendos ne ſis in æquiuoco, quia doctores ſcribunt ſuper ambobus quaſi ſuper vno, & non benè diſtingunt vnum ab alio inferri (inquam) ex ſuprà dictis videtur nullam eſſe eam differentiam ſi pactum de non cōtrauiniendo, & reliqua, quæ apponuntur pro ſecuritate cōtractus, includunt in ſe pactum de non alienando, & idem, quod illud, operantur vt ſuprà dictum eſt: ſi item iuramentum cum generali hypotheca, quia habet vim expræſſi, & ex generali facit ſpecialem, idem operatur cum ſolo pacto de non contraueniendo quod cum pacto de non alienando, indè videtur dicendum non poſſe inter hæc cōſtitui differentiam vllam. Cogita tamen propter auctoritatem grauium doctorum, qui pro differentia tenent.

73 Maiorem † proculdubio difficultatem habet ſecundus articulus, in quo voluit Senatus Mantua. operari etiam iuramentum nullitatē locationis quamuis nulla adſit in ea hypotheca, id enim manifeſtiſſimè repugnat communiſſimæ doctorum opinioni, qui abſque difficultate vnanimiter ferè omnes cōcludunt ampliando regulam quòd pactum de non alienādo non impediat in contractibus translationē dominij, id eſſe verum etiam ſi ſit iurisiurandi religione roboratum, de quo per Antho. Gab. in comun. opinio. tit. de pignor. & hypothecis, conclu. 1. num. 8. & apud omnes ferè doctores, qui in ſuperioribus fuerunt adducti, dum de huiuſmodi pacto de non alienando ageremus, ſed pro alia parte apud Surd. plures videbis, qui id, quod ipſe vult, tenent, rationes etiam, quas ipſe adducit, ſunt non modicæ conſiderationis, ideò conſiderabis, nos enim aliud dicere non exiſtimamus oportere qui nūquam habeamus inſtrumentum de locatione confectum cum iuramento abſque obligatione bonorum, imò 74 † ſi propter ſimplicitatem notarij omiteretur apponi pro appoſita nihilominus haberetur, quia ſolita, & notarius in ſolitis ſemper cenſetur rogatus, prouti plurib. Cancer. noſter probat lib. 1. var. reſolu. ca. 14. de loca. & conduc. n. 25. & 26. quibus adde Meno. in conſ. 30. nu. 30. vol. 1.

Ratio expoſtulat vt, pro more, hæc quæ diximus alicui eminentiſſimi noſtri Senatus deciſioni adiungamus, cui quieſcamus: quoad illud diſtinctionis noſtræ membrum, quādo videlicet in locatione, vltra generalem, vel ſpecialem hypothecam, eſt appoſitum pactum de non alienando, non reperi quicquam vnquam declaratum, quia tabelliones no ſolent (quod deberent, vt ceſſarent difficultates) pactum prædictum in inſtrumentis locationū adijcere.

75 Sed circa illud † quando adeſt generalis hypotheca cum iuramento pro obſeruantia contractus, in quo maior ſemper, quàm in alijs, ſolet eſſe difficultas, repetio quòd die 24. Septembris. 1604. referente egregio Senatore Hieronymo Seniuſt in cauſa reclamationis, quæ ducebatur in conſiſtorio verbali Regentis Vicariam Barc. in poſſe Seraphini Nadal, inter Petrum Paulum Ianer ll. d. & Gabrielem Gali ſuper euacuatione quarundam domorum, quam inſtabat emptor contra conductorem, fuit in Senatu, vbi iuſum fuerat fieri verbū, facta cōcluſio, in qua opinio Socin. Neguſan. & ſequa-

cium

† tium fuit amplexata *declarando* locationi per prædeceſſorem factæ teneri ſtare ſingularem ſucceſſorem quando locator in inſtrumento ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, & proprio iuramento promiſiſſet, prout ſolet ſemper, non eijcere conductorem à re locata aliqua ratione, hue cauſa durante tempore locationis, facereque cõductorem quietè, & pacificè rem conductam habere.

76 Cæterùm † cum iſdem caſus locationis, cum eiſdem clauſulis, & iuramento factæ, poſtea de anno 1609. ſucceſſiſſet diſputandus in eodem Senatu in alia aula in ſimili reclamationis cauſa in poſſe eiuſdem notarij inter N. & N. Callauets & N. & N. Paſqual, & Millas, referente egregio Senatore Raphaele Rubi & Coll taliter ſe habuit Senatus in concluſione facta in dicto negocio ſub die 26. Maij, vt dubitare meritò quis poſſit num nã à ſupradicta opinione receſſerit in dicta cauſa *amplectendo* aliam, quòd quia non aderat pactum expreſſum de non alienando, nõ erat præcisè cogendus emptor, & ſingularis ſucceſſor ſtare inquilino, ſed imò ſufficiebat quòd ſolueret intereſſe, quia fuit dictum, inter alia, quòd quia cõſtabat non fuiſſe per emptores ſolutum, nec oblatum intereſſe, ideò, rebus vt nunc extantibus, non erat locus prætentioni emptorum quoad expulſionem conductorum.

Cum autem poſtea occaſione prædictorum verborum, *quia conſtabat non fuiſſe ſolutum, nec oblatum intereſſe per emptores, & rebus vt nunc extantibus*, quæ videbantur ianuam apertam relinquere emptoribus iterùm agendi cõtra cõ- † ductores facto eo in quo defeciſſe in prima 78 cauſa inſinuauerat Senatus dictis cum verbis, alia ſimilis cauſſa mota fuiſſet per eoſdem agentes in curia Vicarij Barc. quæ poſtea euocata fuit ad regiam audientiam de conſenſu partium ad relationem dicti egregij Senatoris Raphaelis Rubi & Coll. in qua oblato intereſſe per eoſdem agentes, quando liquidum foret, ſoluendo, & proindè præſtita cautione (hanc 79
77 † oblationem cum ſatisdatione quando intereſſe eſt illiquidum in caſibus, in quibus non eſt nulla alienatio, ſed tantũ habet conductor actionem ad intereſſe, ſufficere docent Nat. in conſ. 246. num. 3. lib. 2. & Ioſeph. Ludoui. deciſ. Luca. 38. num. 19. cum ſequent.) petitum fuerat expulſioni locũ fore declarari, cum (inquam) hæc facta fuiſſent, viſus eſt Senatus in diffinitiua in ea cauſa lata ſub die 13. Iulij. 1610. ab opi- 80 nione, quam ſequi inſinuauerat in altera cauſa, recedere, & cum illa, quæ refferẽte egregio Se- 81 natore Hieronymo Seniuſt recepta fuit, concordare nolens aliquam habere rationem de- † dicta oblatione, ſed ſimpliciter *declarans* non † fuiſſe nec eſſe locum expulſioni prætenſæ durante tempore cõductionis, hoc inter alio ſumpto motiuo, *quòd quia iuramentum per locatorem appoſitum in locatione erat in forma ſpecifica ſeruandum ideò ſingulares ſucceſſores nõ obſtante oblatione intereſſe tenebantur ad obſeruantiam locationis facte per venditorem ante venditionem.*

Et cum ego, vt magis Senatus intentionis in his declarationibus conſcius fierem, quando hæc ſcribebam, petijſſem ab vno ex egregijs Senatoribus, qui deciſionibus interfuerat, an eſſet verũ quòd in prima declaratione exiſtimaſſent ſufficere ſolui conductori intereſſe, & quòd poſtea, re aliter conſiderata, mutaſſent opinionem in ſecunda, reſpondit egregius ille vir quòd nunquam aliud Senatus in hac quæſtione ſentijt, quàm id quod in vltima declaratione ex ſuprà dictis fuit reſolutum, in prima tamen noluit decidere quæſtionem, nec merita illius ingredi, nunquid ſoluto, vel oblato intereſſe poſſet conductor expelli, quia nec fuerat ſolutum, nec oblatũ, & ideò poſuit ea verba in declaratione, non, vt exiſtimabant agentes, quaſi ſi fuiſſet vel ſolutum, vel oblatum intereſſe, aliud declaraſſet, prouti viſum fuit in ſecunda declaratione, quæ poſtea facta extitit, erat ſcriba dictæ ſecundæ cauſæ Benedictus Sacares.

Vidi poſt hæc ſcripta ſecundũ deciſionum noſtri Senatus tomum ab egregio olim Senatore Ludouico à Peguera compactum, vbi reperi in deciſ. ſeu cap. 41. hanc eandem quæſtionem tractaſſe, & ibi nume. 3. docet fuiſſe idem aliàs, quod in ſupradictis declarationibus, pro † conductore *declaratum* in Senatu.

Ex quibus † iam oportet regulam generalem conficias, in Cathalonia, vbi per inſtrumenta publica fiunt locationes, ſecurum eſſe ſemper conductorem quòd non expelletur durante locatione nec ſibi ſoluto, nec oblato prætio, quia ſemper adeſt in eis iuramẽtum, & reliqua, quæ ſecundum obſeruantiam Senatus faciunt præcisè ſtandum locationi.

Conduceret † pro conductore, vt nihil penitùs ignores, quod proficiat, ſi probaretur prout facile eſt ferè ſemper probatu, quia iam nũc vix fiunt aliàs huiuſmodi venditiones poſt locationes, quàm vt per eas expellantur ipſi conductores, quos expellere aliter non poſſunt locatores: ſi probaretur (inquam) quòd emptor fuit conſcius, cum emeret, locationis antea factæ, tunc enim ex hoc ſolo repelletur à prætentione, quia † dicitur eſſe in dolo, & in fraude emens rem quam ſciebat eſſe locatã, ſic Sard. deciſ. 225. num. 21. conducunt † quæ de emente ſecundò rem, quam ſciebat alteri venditam, docet Gutier. de iura. confirma. 1. par. cap. 30. num. 8. & eſt doctrina *approbata* in Senatu prouti habetur in prædicta declaratione ſecundò facta

facta in causa supradictorum Callauets,& Pasqual,& Millas, vbi id fuit etiam sumptum pro motiuo *quòd non debebat conductor expelli quia emptor sciens fuerat locationis antea facte.*

82 Alios † plures casus, in quibus in contractibus impeditur dominij translatio per pactum de non alienando,si scire volueris,doctores in discursu allegatos adeas, qui eos tibi pulchrè tradunt, & adiunge eis Antho. Gom. in l.40. tau. Ioan. Gracian regula 334. pactum de non alienãdo,Maran.in trac.de multipli. alienatio. n.72.cum sequent.& quos remissiuè Arismin. Tepat. adducit in suo compend. var. iur. sententiarum par.2.tit.de prohibita rerum alienatione in genere, & iterùm de prohibita ter. aliena. in cõtrac. Atque hæc de secundo dubio.

83 Ad tertium † accedamus, in quo quærebamus nunquid prohibitio, de qua agimus, nominatim facta nostro filio donatario comprehendat nedum ipsum filium primum donatariũ, sed etiã & quoscunq; alios de genere, & parentela, in quos bona donata quandocunq; deuenerint vt, sicut non poterat ille extra genus,& familiam alienare, sic nec isti, qua de re scio causam duci in Senatu ad relationé egregij Senatoris Ioannis Magarola inter Franciscum Gili villæ de la Selua campi Tarraconæ ex vna,& coniuges Portas eiusdem villæ partibus ex altera, scriba Cortell,inqua qui sunt de genere primi disponentis cum prohibitione prædicta, prætendunt ad se quandam seribaniam pertinere non obstante quadam alienatione per successores dicti primi acquisitoris facta in fauorem prædecessorum dicti Gili:sed ego qui partes in ea causa dicti Gili defendo, arbitror

84 contrarium fore de iure,ex eo quòd † prohibitio illa non sit realis, sed imò personalis, quia in nostro casu non prohibentur bona simpliciter alienari absque aliqua personarum habita commemoratione,quo casu realis diceretur,& dici posset prohibitio vt resoluunt Bar. in l. petro, §. fratre à numer. 2. & ibi Cuma. in 1. lectu.num.5.circa principium de lega.2.Castren. in l.filius familias §.diui nu.9.in prin.de lega.1. & ibi Rip. num. 66. cum multis alijs quos referunt, & sequuntur Bec. cons.24.nume.24.&

85 Pet.de fideicom. q.2. nu.2. nec † taliter concipitur prohibitio vt licèt in personam dirigatur, adijciatur tamen causa, quia vult bona perpetuò in familia remanere, quo etiam casu realis posset dici prohibitio, quia attendenda foret ratio,quæ dictum declarat, prouti ex pluribus quos idem Bec.allega. cons.24. num.25.& Pet.cita.q.2. à num.9.cum sequent.adducunt, colligitur manifestè, quibus adde Veg. cõs.vlt. nu 368.in fi.& plurib̃ sequentibus,& signanter nu.439 Burg. de Paz in quæstion. ciuil.q.2. nu.105.& Surd. decis.125.nu.5. qui etiam dicũt

86 realem esse eam prohibitionem, sed imò † taliter nostra prohibitio concepta est vt dirigatur in personam,& personæ nomine expresso fiat absque aliqua ratione generali, quo casu personalis ipsa dicitur, non realis ab ijsdem relatis doctoribus.

87 Inter has † autem reales,& personales prohibitiones hoc de iure intercedit patens discrimen vt quamuis illa extendatur de persona in personam, & tanquam onus reale transeat ad quemcunque bona peruẽiunt,non tamen sic est in prohibitione personali, imò ipsa ad personam nominatam restringitur, nec ad aliã extenditur, vti ex supradictis doctoribus appareat,quibus adde Cassana. in cons.36. nu.14.

88 Et ratio † quidem, propter quam vbi reperitur prohibitio personalis,eam non extendamus ad alias personas,viuax est, meo iuditio, quia sumus in odiosis, onus siquidem maximum, & odiosum est huiusmodi prohibitio vt dicit Burg. de Paz allega. q.2. nu.53. & Pet.q.5. num.56.post Bar.& alios in d.l.filius familias §. diui,de lega.1. & sequitur Mago. decis. Floren. 149.nu.15. indè dicunt doctores quòd prohibitio de filijs non extenditur ad nepotes, Dida. lib.3.var.c.5.nu.4.Moli. de primoge. Hispa.lib. 1.c.4.nu.11.Burg.de Paz,& Pet.vbi suprà.

89 Indè item † inferunt doctores quòd in fidei commissis,& substitutionibus non fit extensio de persona in personã etiam si militet eadem ratio,vt pluribus probat Pet.q.5.num.56.& alij quosnos ad idem de extẽsionis materia in hac eadem glo.paulò anteà referebamus.

Nostra autem prohibitio,quæ nostro donatario extitit facta,personalis est, nõ realis, quia certæ, & nominatæ personæ facta absque expressione illius clausulæ, & rationis generalis, quia vult bona remanere in familia, iuxta cõmunẽ doctorũ resolutionẽ in hoc superiùs firmatã,ergo dicendum est non egredi personam donatarij, cùi facta extitit, ac proindè potuerunt illius postea successores in quemcunque alienare bona donata.

90 Nec obest † (hoc contrarium necessum est quòd ponatur, & diluatur pro totali materiæ explicatione) quòd prohibendo bona alienari extra familiam satis videatur donator se declarasse quòd voluerit bona remanere in familia, vt dicebat Mago.decis.Floren.158. nu.5.& Pet. d.q.5.nu.5.si ergo quando adest ratio illa generalis in prohibitione,*quia vult, &c.* ex personali transit in realem dicta prohibitio,vt suprà firmatum est, indè dicendum videbatur quòd nostra prohibitio alienandi extra familiam tãquam habens in ventre causam illam, & rationem, *quia vult, &c.* realis esset iudicanda, & non personalis.

91 Augetur † difficultas quia tacita voluntas

conser-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conſeruãdi agnationem idem operatur quod expreſſa, vt Craue. probat conſ. 5. n. 54. & Surd. allegata deciſ. 125. n. 6. & in conſ. 96. n. 16.

92 Quia † reſpondetur duppliciter ſecundum eundem Surd. d. deciſ. 125. nu. 7. Primò quidem dicendo quòd tacita illa cauſa comprehenſa ſub illa prohibitione alienãdi extra familiam, ſatis eſt quòd veſtiat prohibitionem, quæ aliàs abſque vlla cauſa inualida foret, abſq; eo quòd alium operetur effectum circa realitatem, vel perſonalitatem prohibitionis vt Alex. docet in d. §. diui nu. 26. cum alijs, quos idem Surd.

93 d. nu. 7. allegat, conducit † quod poſtea iſdem Surd. adducit quòd tũc cauſa illa, *quia vult, &c.* importat fideicomiſſum, & ſic prohibitionem realem quando adijceretur prohibitioni aliàs eſſe ex alia cauſa validæ, putà quia diceretur *prohibeo bona alienari extra familiam quia volo, &c.* ſecus tamen eſſet ſi cauſa illa adijceretur ſimpliciter prohibitioni abſque aliqua cauſa factæ, veluti dicendo, *prohibeo quòd Petrus non poſſit alienare quia volo, &c.* ſi ergo quamuis expreſſa foret cauſa, prout in ſecundo caſu, non induceret fideicomiſſum, ergo multò minùs tacita comprehenſa in noſtra prohibitione, ne dicamus plus operari tacitũ quàm expreſſum. Aliter, & ſecundò reſpondet poſtea eidem obiectioni Surdus vti apud eum videre poteris,

† per quę ſic vt nos volumus, *cenſuit* Senatus Mãtuanus vt ille tradit, & per quæ ego exiſtimo obtinendum in cauſa, quam vt dixi habeo in Senatu ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola.

94 Sed an † iſte noſter prohibitus donare, cẽſeatur etiã prohibitus alios cõtractus facere de re prohibita quærit Bar. in l. filius familias in §. diui nu. 19. de lega. 1. & poſt eum Rober. Maran. in tracta. de multipli. aliena. nu. 292. vbi ex Immol. & Alex. concludit quòd ſi eſt eadem ratio in donatione atqui in alijs contractibus, indè fit quòd prohibita donatione cẽſeantur etiam alij contractus prohibiti, ſicuti è contra prohibita venditione etiam donationis contractus prohibitus cenſetur quando eſt eadem ratio, de quo vltimo antea dixerat num. 288. dicens

* hanc eſſe communem opinionem, & ibidem pro caſibus in quibus militat eadem ratio, ponit exemplum in noſtro, quando eſt facta prohibitio de vendendo extra familiam, nam (inquit) mens teſtatoris eſt vt illa res non egrediatur familiam, qui egreſſus fieret per omnem aliam alienationem, & ſic offenderetur mens teſtatoris, ibi vide. Et cum his finitur hæc gloſſa.

SVMMARIA.

1 *Alienandi facultatis reſeruatio quæ fiat in donatione ſicuti ſi donatio non fuiſſet facta, benè compatitur cum donatione, & quomodo.*

2 *Donatio inter viuos, & pactum de reuocando rectè compatiuntur, & quomodò.*

3 *Hæres, cui eſt à teſtatore conceſſa facultas alienandi, & ex alia parte iniunctum fideicommiſſum, poteſt omnia omnino defuncti bona alienare, nec tenetur ſolam quartam fideicõmiſſario reſeruare.*

4 *Interpretatio auctor. contra cum rogatus C. ad Senatusconſul. Trebellia. ibidem.*

5 *Fideicommiſſum limitatum quod dicatur.*

6 *Facultas alienandi expreſsè conceſſa, & tacita reſultans ex eo quod dicitur quòd hæres reſtituat quicquid ſupererit, valdè differunt quoad poteſtatem alienandi, & nu. 9. vbi ratio.*

7 *Alienationes quæ dicantur factæ non iuxta boni viri arbitrium, ſed animo potius ſubuertendi fideicommiſſum.*

8 *Facultatem alienandi conceſſam cenſetur quilibet liberè habere, & nullis regulis limitatam.*

9 *Dolus & fraus in alienando non poſſunt conſiderari in eo qui habet liberam ad id facultatem.*

10 *Facultas alienandi expreſſis verbis conceſſa, & ea quæ tacitè ex diſpoſitione reſultat, quæ ſit ratio cur differant inter ſe ſe.*

11 *Liberè verbum ſi eſt appoſitum in conceſſione facultatis alienandi importat liberum arbitrium.*

12 *Facultas alienandi in codicillis conceſſa poſt fideicommiſſum ordinatum in teſtamento non intelligitur liberè conceſſa.*

13 *Facultas alienandi pro ſuis neceſſitatibus, & ad ſuũ beneplacitum importat arbitrium boni viri.*

14 *Fideiuſſionis actus eſt merè diſſipatiuus.*

15 *Arbitrium liberum, vel boni viri ex quibus verbis cenſeatur inductum, & conceſſum, remiſſiuè.*

16 *Facultas alienandi conceſſa pro aliquo caſu cum adiunctione, & alijs caſibus beneuiſis, an cenſeatur liberè conceſſa pro quibuſcunque, vel non.*

17 *Alius, a, ud, denotat ſimilia.*

18 *Declaratur vt non præedat vbi ſequuntur verba ampliatiua.*

19 *Alius, a, aliud, non denotat ſimilia quando poſt enumerationem ſpecierum ſubſequitur genus cum ea dictione.*

20 *Alius, alia, aliud, dictio eſt interpretanda ſecundum ſubiectam materiam vt quandoque ſimilia, quandoque diſſimilia ſignificet, vbi deciſiones.*

21 *Fideiubere non poteſt qui habet facultatem expendendi in proprias neceſſitates.*

22 *Nuptiæ an intelligantur de primis, & nu. 22.*

Dotare filiam an pater teneatur bis ſi ipſa dotem priorem conſumpſerit, ibidem.

23 *Interpretatio l. bones in §. hoc ſermone, de verb. ſignifica. ibidem, & num ſequent.*

24 *Diſpoſitio non intelligitur loqui de prima vice tantum*

tium quando per eam non est satisfactum menti disponentium, imò manet eadem in hoc ratio.

24 *Statutum de faciendo inter consanguineos de controuersijs compromissum, habet locum tam in secunda quàm in prima lite, si per primum compromissum non sint controuersiæ finitæ, & sopitæ.*

25 *Dispositio tam legis quã hominis in testamento censetur facta tam pro secunda quàm pro prima vice si per hãc nõ sit satisfactũ intentioni disponẽtis.*

26 *Lex appellatur testamentaria dispositio.*

27 *Parentes solent filiarum nuptias accelerare ne eis aliquid deterius accidat, idest ne mœreant.*

28 *Ratio habetur pro expressa quando vna tantùm poterat assignari.*

29 *Ratio naturalis licèt non sit expressa, pro tali tamen habetur, & pro finali dispositionis.*

30 *Nuptiæ secundæ mulieris, licèt respectu primi mariti & filiorum sint odiosæ, non tamen respectu parentum, & aliorum.*

31 *Donatarius, qui tenetur soluere debita donatoris ex reseruatione per hunc facta, an teneatur soluere quæcunq. donator declarauerit deberi.*

Confessio donatoris post factam donationem an noceat donatario, ibidem.

32 *Confessio mariti de receptione dotis quando præcessit constitutio illius, præiudicat creditoribus medio tẽpore inter cõstitutionem, & cõfessionẽ cõtractis.*

33 *Confessio cedentis an noceat cessionario.*

34 *Dolus, et fraus cẽsẽtur à quacũq. dispositione excepta.*

GLOS. XXVI.

Item reseruamus nobis quòd nihilominùs, hæreditamẽto, & donatione prædictis nõ obstantibus, possint bona in eis cõprehensa vẽdere, & alienare ac si hæreditamentum prædictũ, & donatio facta non extitissent.

DVBITATVM circa hãc clausulã, quæ per homines sagaces, ne commercio bonorum suorũ in vita priuentur, & cum hominibus conuersandi sibi facultatem abstulisse per huiusmodi hæreditamenta, & donationes videantur, apponi solet, vidi nunquid ea compatiatur cũ donatione, & hæreditamẽto, & quomodo sit intelligenda, in quibusq. bonis sustinendum fideicommissum.

1 Breuiter † dicẽdum est optimè cõpati clausulam hanc cum donatione, & hæreditamento, posse quem donatorem bona alienare eis non obstantibus, quia tali casu facta censebuntur donatio, & hæreditamentum non sequuta alienatione, sub qua limitata censentur, sic pulchrè probat Ludoui. Moro. resp. 4. à nu. 4. qui in idem allegat Ias. in cons. 232. dub. 3. lib. 2. qui in terminis sic consiliat licentiam alienandi, & fideicommissum, citat etiam Alcia. resp. 112. to. 3. lib. 9. Cota in memorial. in verbo, *licentia alienandi*, & Ruin. in cons. 112. nu. 9. lib. 2. & cons. 121. nu. 11. lib. 3.

2 Non secus † atqui compati docuit Illustrissimus Cardin. Mantica de tacitis, & ambig. conuentio. lib. 13. de dona. tit. 47. nu. 4. donationẽ inter viuos, & pactum de reuocando, seu de bonis donandis alteri similiter inter viuos, aut in fauorem aliorum in vltima voluntate disponẽdi, quia (inquit) donatio habebit effectum, & censebitur facta in casu quo donator vel nõ reuocauerit donationem, vel etiam similem alteri non fecerit, vel aliàs inter viuos, vel in vltima voluntate in alios non disposuerit, quod idem antea docuere Borgin. Caual. decis. 42. nn. 34. in prima parte, vbi expressissimis verbis docet posse donatorem apponere donationi pactum, conditionem, & modum, & facere illam ad tempus, & reuocabilem, & prout sibi videbitur à principio cõtractus antequam sit donatario ius quæsitum, & valebit (inquit) talis donatio regulariter inter personas non prohibitas, multos postea ad id confirmandum adducit, quos tu apud eum videas, & signanter non obliuiscaris Hieronymi Gab. in cons. 3. nu. 2. vol. 1. qui dicit verius esse quòd per pactum huiusmodi non mutat donatio naturam, vt dicamus quòd sicut donatio causa mortis per pactum de non reuocando, quia contrarium illius naturæ, transit in donationem inter viuos, iuxta l. vbi in donatur, de dona. cau. mor. sic ea, quæ inter viuos fit, assumat per contrarium pactum, donationis causa mortis naturã, sed imò eadẽ manet inter viuos donatio, quod maximũ illius priuilegium dicitur esse, viden. Nat. in cons. 118. & 270. Nauar. in cons. 17. nu. 7. li. 3. qui loquuntur expressè in pacto d reuocãdo in donatione inter viuos appositio quòd sit validum, & cõpatiatur cũ donatione vt suprà dictum est: vidi in facti contingentia per tres, aut quatuor ex peritioribus huius Ciuitatis cõsultos doctores, inter quos ego minimus eram non multi sunt anni elapsi, ex supradictis, & alijs doctrinis in fauorẽ huius opinionis resolutũ.

3 Quod † adeò verũ iidem Moro. existimat vt si essemus in testamento, in quo hæredi fuisset per testatorẽ data similis testandi facultas, posset, secũdum illius opinionẽ, ipse hæres taliter alienare omnia prorsus bona testatoris vt nec quartã teneretur substituto reseruare, quamuis id fiendum videatur velle dispositio auctẽ. contra cum rogatus C. ad Trabel. & l. Titius cum ibi traditis ff. eo. quia auctẽ. prædicta non loquitur quando quis est institutus in totum, & data sibi licentia alienandi expressè, & fideicommissum est simpliciter inductum,

ſed imò quando quis eſt grauatus reſtituere quicquid ex hæreditate ſuperetit, ad quos terminos reſtringenda eſt diſpoſitio, ad quod confirmandum plures Moro. allegat, qui id probant per te ipſum videndos, eis Iacob. Meno. adde latè de hoc agentem in tracta. de præſump. lib. 4. præſump. 188. à nu. 5. qui † fideicommiſſum, quod fieret cum reſeruatione quòd poſſet hæres alienare (idem eſt in donatione quòd poſſit alienare nihilominùs donator) vocat limitatum fideicommiſſum ex Hieronymo Gab. in conſ. 99. numer. 25. lib. 2. Surd. conſ. 10. per tot. & alijs quos ij allegãt, quos obſecro videas quia per eos facilè venies in perfectam huiuſce rei, & materiæ, non modicum alias difficilis, cognitionem & intelligentiam. 4

5 Et non †quomodolibet poteſt hoc caſu noſter donator non obſtante donatione, & hereditamento alienare de bonis donatis, ſed liberè, & abſolutè ad differentiam tacitæ conceſſionis, veluti quando quis eſt rogatus reſtituere quod ſupereſſet, vel aliàs, quo caſu licentia illa tacita alienandi, quę ex ea diſpoſitione eliceretur, operaretur tantùm quòd validè poſſet alienatio fieri, quæ talis videretur arbitrio boni viri, non alia, veluti quæ fieret animo ſubuertendi fideicommiſſum, & in illius fraudem, aut aliàs vt iſdem Menoc. probat vbi ſuprà numer. 6. ex l. Titius ff. ad Trebel. multùm abundè iſdem Menoc. in conſ. 334. à numer. 24. vol. 4. vbi †ſignanter præſumptiones, & coniecturas adducit, ob quas non foret valida dicenda alienatio iuxta boni viri arbitrium, ſed imò in fraudem ſubſtituti, & *animo euertendi* fideicommiſſum ſolùm facta foret iudicanda. 6

7 Conducit † quòd vbi quis habet alienandi licentiam dicitur eam habere liberam, & *nullis regulis* limitatam vt abundè Surd. probat allega. conſil. 10. nu. 29.

8 Nec † in hoc eſt inſpiciendum an in fraudem, & dolum fiat alienatio, an alio modo, quia fraus, & dolus non poſſunt conſiderari ex facultate ſibi liberè reſeruata, vel conceſſa, nemini enim facit iniuriam qui vtitur ſuo iure, prouti pluribus *in expreſſo* probat Surd. alleg. conſ. 10. à nu. 43. cum ſequentibus, à quo ſignanter edoceberis in quibus caſibus poſſit in totum alienare, & fideicommiſſum euertere is cui facultas eſt alienandi conceſſa, & in quibus non, & ab illis, in quibus intelligitur arbitrium boni viri excipit ſemper hunc noſtrum caſum vt *in d. numer. 43. cum ſequent. cum* numer. etiam 29. paulò ante allegato.

9 Rationem † differentiæ inter hoſce duos caſus Peregri. tetigit in tracta. de fideicommiſſar. 40. numer. 46. in fin. quia lex inducit tacitam prohibitionem ex tacita, & coniecturata mente deffuncti, nã aliàs fruſtatorium eſſet fideicommiſſum ſi bona ſubiacentia fideicommiſſo irreuocabiliter alienari poſſent, vbi ergo expreſſam non habemus permiſſionem alienãdi, ſed tacitam, prouti in caſu quando quis grauatus eſt reſtituere quod ſupererit, & alijs ſimilibus, neceſſum eſt quòd permiſſionem tacitam alienandi, quæ ex dictis verbis elicitur, contrapoſitam prohibitioni tacitæ de qua ſuprà loquebamur, reſtringamus quantum poſſimus vt omnia ſaluentur, ad arbitrium ſcilicet boni viri, & ne poſſit fieri vltra dodrantem, cæterùm vbi diſponens tam amplis verbis vſus eſt, ac tam effuſo ſermone loquutus permitendo ſeu ſibi retinendo facultatem alienãdi prout in noſtro caſu, ceſſat coniectura, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, & prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & ideò non eſt quòd nos reſtringamus id, in quo claram, & apertam habemus diſponentis voluntatem, nõ nihil tetigit de hoc Surd. conſ. 10. à numer. 25. vbi notabiliter cumulauit differentias ad noſtrum propoſitum multùm conferentes inter tacitam legis permiſſionem alienandi, & expreſſam hominis, & ſignanter quòd illa recipiat reſtrictionem de habilitate, ſed non hęc, quia verba hominis vniuerſalia in ſua generalitate *intelliguntur*, & *nullo modo reſtringi* poſſunt, non eſt quòd quicquam ad id allegem poſtquam id Surd. fecit cumulatiſſimè.

10 Quod †multò magis proculdubio procederet quando adfuiſſent in reſeruatione verba aliqua, quæ magis liberam, & abſoluram alienandi licentiæ conceſsionem commonſtrarẽt, veluti eſſet verbum, *liberè*, id eſt quòd poſsim liberè alienare, vel aliàs. tunc enim nullus ſine dubio relinqueretur hæſitandi locus circa hoc quod eſt an poſſet donator non obſtantibus donatione, & hæreditamento alienare, ſic Meno. allega. præſump. 188. nu. 8. & Hieronym. Gab. allega. conſil. 99. numer. 33. apud quos per extenſum leges quæ poſsint, & eſſe debeant verba, quæ hanc magis liberam, & abſoluram alienandi licentiam, & facultatem importent.

11 Fallit †(non in noſtris donationibus, quæ ſemel perfectę conditiones poſtea non capiunt, ſed in teſtamentis, *in* quibus vna poſt aliam permittitur teſtatori faciendi diſpoſitio vtraq. valida) fallit (inquam) vbi facto priùs (ponamus) in teſtamento ſimplici, & abſoluto fideicommiſſo, poſtea teſtator *in* codicillis concederet hæredi facultatem, & licentiam alienandi de fideicommiſſo, tunc enim, ne dicamus *ipſum voluiſſe* cum dicta vltima diſpoſitione à priori legittimè facta recedere, & ſe ſtatim voluiſſe corrigere, interprætaremur proculdubio ꝙ quamuis cõceſsio licẽtię, & facultatis

cultatis alienandi fuisset expresse facta, restringeretur tamen ad alienationes arbitrio boni viri faciendas, quæ de re, quia tam abundè Moro. in allegato. cons. 4. scripsit vt nihil vltrà valeat desiderari, ideò amplius in hoc nō insistimus, ibi vide si opportuerit.

12 E contrà † autem vbi adessent in dispositione aliqua verba, quę arbitrium boni viri denotarent, tunc quantumuis à disponente, & non à lege fuisset facta reseruatio alienādi, vel alteri concessa, semper illa concessio restringeretur ad arbitrium boni viri, prout in pulchro casu quando dictum esset, quòd posset alienare pro suis necessitatibus, & ad suum beneplacitum Peregrinus resoluit allega. art. 40. à numer. 47. & Cancer. sequitur in 3. part. variar. resolu. c. 7. de pac. nu. 227. Ex ego in facti contingentia de anno 1607. in causa pupillorum Pelegrins Castri Episcopalis contra Fœlicem Miralles coram egregio Senatore Ioanne Gallego, scriba Viloſsa, prętendi existimans per facultatem reseruatam sibi per patrē in hæreditamento filijs nascituris facto alienandi, obligandi, & hypothecandi bona, eo non obstante, pro suis necessitatibus, aut aliàs prout sibi benè visum fuisset, nō debere iudicari reseruatam liberam, & absolutam alienandi facultatem, sed ad arbitrium boni viri regulatam, obidq. contendens non potuisse dici quòd sub ea reseruatione compræhenderetur facultas fideiussiones faciendi qui
13 † actus est merè dissipatiuus, & facultati arbitrio boni viri concessę minimè conueniens, prouti aliàs memini pluribus me probasse in superioribus in glos. 18. par. 2. nu. 28. vbi agebam de quęstione an minor restituatur aduersus fideiussionem à se pro alio factam, quod signanter Cancer. probat in 3. par. var. c. 1. de actio. & obliga. nu. 85. & rursus c. 7. de pact. à nu. 228. verum est quòd non potui obtinere in mea prætentione coram illo iudice, imò supradictis nō
† mouentibus *declarauit* in fauorem fideiussionis de mense Octobris, in alia tamen aula, vbi ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer pendet causa per totam aulam (in illa enim solus relator declarauit quia minor erat) decidenda, spero victoriam.

14 Quando † autem, & quibus verbis arbitriū liberum, vel è contra regulatum ad arbitrium boni viri censeatur reseruatum, vel alicui concessum, non est quòd ego tempus conteram in explicando postquam multum in hoc laboris Iacob. Meno. cōsumpsit in tracta. de arbit. Iud. lib. 1. q. 7. & 8. per tot. nonnihil tetigit Surd. in alleg. cons. 10. à nu. 50. Hæc cum possint depræhendi ex varijs figuris causarū non potest propterea certa in eis regula tradi, sed secundum facti contingentiam oportebit verba speculari, quibus dispositio sit concepta, & ex traditis per doctores in hac materia metiri num liberum, num verò regulatum sit arbitrium relictum, vel concessum.

15 Fit quādoque † reseruatio nō simpliciter, vt dictum est suprà, pro quibuscunq. necessitatibus, sed exprimitur aliqua ex illius speciebus, veluti pro se, & familia alenda, pro dotandis filiabus, pro soluendis debitis, quæ contraxit, & postea adijcitur clausula generalis, ac pro alijs necessitatibus, & oneribus ipsius donatoris, de quibus sibi beneuisum fuisset, circa quod vidi dubitatum nūquid per huiusmodi conceptionem verborum censeatur donator reseruasse sibi facultatem alienandi in casum necessitatis expresse, & similium tantùm, an verò generaliter, & vniuersaliter pro quibuscunq. alijs necessitatibus, prout illius liberū arbitrium dictaret:
16 dubitationem faciebat quòd † alius, alia, aliud, dictio similia tātum denotat, ac similes tantùm casus compræhendere dicitur, non alios, qui non sint similes expressis, prout abūdè probauimus in superioribus hac eadem clau. 4. glo. 1. nu. 41. vbi videas. Sed † in contrariū est veritas,
17 quia supradicta procedunt vbi simpliciter apponeretur dictio alius, a, ud, in reseruatione, tunc repetitiua proculdubio tantùm esset casuum similium, vt dictū est, verùm vbi sequuntur postea verba aliqua ampliatiua, tunc perdit proculdubio naturam, & non restringitur ad casus similes, sed imò omnes, & quoscunq. necessitatis casus compræhendit etiam dissimiles, & alterius speciei, maiores, & minores, vt ea eisdem doctoribus habetur, & signanter ex Caputaquen. decis. 198. par. 2. & Viui. decis. 193. lib. 2. volētibus rescriptum contra Episcopum, & quoscunq. alios compræhendere nedum similes, prout posset esse clerici, sed et dissimiles etiam, prout sunt layci, quod idem latissimè ex plurib⁹ doctoribus, quos allegat, probat Borgni. Caualca. decis. 12. nu. 15. in 3. par. Item † supradicta non procedunt quando post species subiungitur genus cum dictione *alius, alia, aliud*, tunc enim maiora proculdubio expressis sub ea continentur, vt probat Petra de fideicomis. q. 11. nu. 547. & hoc est in summa quod doctores dicunt falli qui volunt simpliciter eam dictionem denotare semper similia, id enim † sumendum est secundum subiectam materiam vt quandoq. similia, quandoq. dissimilia contineat; vide doctores qui à nobis in loco superiùs citato adducuntur, vbi reperies id optimè explicatum, & aduerte benè quibus dictionibus adiungatur, & inhæreat verbum hoc alius, à, ud, vt indè dijudicare valeas num propriam naturam similia denotandi retineat, an verò, prætet eam, ad dissimilia extendatur.

Binas ad hoc habeo egregias Senatus nostri perspicacissimi, ac doctissimi decisiones primò

enim cum de hoc contigisset disputari de anno 1602. coram egregio tunc Senatore Hieronymo Torner, posteà Regente regiam Cancellariam, in causa Syndici de Palamos contra Illustrissimum Comitem de Palamos dum prætenderetur per dictum Comitem licẽtiam imponendi impositiones, & pecunias processuras ex eis conuertendi in solutiones pensionũ censualium, & violariorum, & ipsorum redẽptiones, ac in reparationem, & constructionem mænium, & vallorum, & alijs necessitatibus, & oneribus dictę villæ, de quibus Iuratis beneuisum fuisset, non compræhendere nisi casus specificatos, vel alios similes, non diuersos, fuit contrarium *declaratum* sub die 5. Nouemb. dicendo licuisse, & licere dictis Iuratis conuertere, & distribuere pecunias ex dictis impositionibus procedentes non solum in necessitates expressas & alias illis similes, verùm etiam in alias quascunq. necessitates minores, vel maiores eiusdem, vel alterius speciei, & qualitatis beneuisas dummodo sint necessitates villæ predictę, idq. ex vi illorum verborum generalium, & ampliatiuorum, quæ in concessione prædicta cum dictione alius, à, ud, reperiebantur iuncta, scriba erat Franciscus Palau.

Eundem etiam casum habui ego in Senatu de anno 1607. ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer inter Reuerendum Abbatem, & Conuentum Monasterij villę Bisulduni, contra Iuratos, & vniuersitatem, & alios eiusdẽ villę, super notaria de districtu: cum enim prætẽderetur pro parte dictæ vniuersitatis, & aliorum districtum dicti monasterij, & seu prohibitionem factam alijs de non recipiendis instrumentis in illa villa, non esse generalem vtpote quia conceptam his verbis, *ita quòd nullus clericus, vel alius possit instrumenta recipere &c.* dicebatur enim illud, *alius*, repetere debere similia, & personas similes clericis, qui poterant esse notarij apostolici: cum (inquam) id prætenderetur, Senatus tamen perspicax cum sententia regia indè lata sub die 10. Nouemb. *declarauit*, me defendente, districtum, & prohibitionem generalem pro quibuscunq. tam clericis, quam laycis, *quia* (inquit) *id importat dictio, alius, post vniuersalem negatiuam adiecta*, quod fuit dicere id quod volumus, quòd quando sequitur cum dictione vniuersali, dissimilia repetit, ibi enim dicere, *ita quòd nullus clericus, vel alius*, idem erat atqui si dictum fuisset, nullus clericus, vel nullus alius, id siquidem importat dictio repetitiua, *vel*: & *nullus* vniuersalis proculdubio negatiua dicetur, prout probat Cęs. Barz. decis. Bononien. 61. nu. 7. scriba erat Hieronymus Bosch.

Cum ergo hæc militent in nostro casu, licebit proculdubio nostro donatori in vim reseruationis, de bonis donatis expendere nedum in expressas necessitates, sed & in alias quascunq. dum verè necessitates ipsius sint.

20 Notanter † dictum fuit in declaratione facta Torner referente, *dummodo essent necessitates villæ de Palamos*, id est quòd poterant in alios vsus, præter specificatos, pecunias impositionũ conuertere dummodo essent necessitates villæ, non aliàs, vt indè inferas quòd iste noster donator, similis illi de quo suprà loquebamur in causa referente Gallego, non potest vigore huiusmodi reseruationis expendere de bonis donatis præterquàm in necessitates proprias, non fideiubendo, & alia faciendo, circa quæ eius necessitas non versatur.

21 Vidi † vlteriùs circa supradictam reseruationem per donatores factam quòd possent non obstante hæreditamento de bonis donatis sumere, & expendere, vel etiam ipse donatarius teneretur expendere quod necessum foret pro maritandis, & dotandis filiabus ipsorum donatorum, dubitari an isto casu censeretur dispositio tantũ facta pro primis nuptijs, an verò etiã pro secundis, & alijs quibuscunq. Qua in re cõmuniter distingũt doctores inter filias, quę dolo, & culpa sua dotes amiserunt, & consumpserunt, & eas, quę sine dolo, & culpa, vt in prioribus non duret obligatio ad secundas, & alias vsq. nuptias, in posterioribus verò sic, prout abundè probat Gaspar Barça de non meliorandis dotis ratio. filiabus c. 16. à nu. 17.

22 Sed an † idem futurum sit quando donatores vt inuitarent filias (vt credebatur) ad nubendum ne aliquid eis deterius contingeret, postquam sibi reseruauerant quòd possent expendere quod voluissent pro eis dotandis, vt suprà dictum est, adiecerunt velle se quòd vltra dotem, postquam nuptæ fuissent, toto tempore quo tales manerent, & non aliàs, daretur eis per donatarium quid annuum, veluti decem, vel viginti, id est an iste noster donatarius teneatur sororibus suis filiabus donatorum nedum pro tempore quo nuptæ in primis nuptijs manerent, annuã illam pensionem dare, sed etiam & in secundis, & in quibuscunque alijs, sicuti de onere dotandi diximus, dubitari aliquando vidi in facto, partes non nomino, inter quas hic casus contigit, graues tamen sunt, & forsan est iam de hoc in Senatu introducta causa, vel saltem speratur de proximo mouenda: circa quod ego consultus respondi affirmatiuè pro filiabus contra donatarium, quia licèt regulariter hoc sermone, dum rupta erit, primæ tantùm nuptiæ significentur ex vulgar. dispositione tex. in l. boues §. hoc sermone ff. de verb. significa. ex eo quòd quælibet dispositio intelligatur regulariter de primo actu iuxta l. dotis promissio §. quod vulgatum

tum ff. de iure dotium cum alijs latè congeſtis per Tiraquel. in repetitio. dicti §. hoc ſermone ſtatim in initio, & Anthon. Gab. in communibus concluſ. lib. 6. de leg. & conſti. conclu. 2. ſtatim etiam in principio, ob id que videatur in caſu ſupradicto dicendum cenſiſſe tantùm donatores de prioribus nuptijs per filias contrahendis, vt eis durantibus penſio præſtari tantùm deberet, non ſi ſecundò poſtea nuberent : quia † tamen regula dicti §. hoc ſermone, & aliorum iurium concordantium non habet locum quando per primum actum, & ſic per primas nuptias non eſt ſatisfactum menti, & intentioni loquentis, quando item poſt primum actum manet eadem ratio diſpoſitionis, & eadem militat in ſecundo, ex celebri doctrina Bal. in l. fideicommiſſa §. ſi quis decem ff. de lega. 3. qui † loquitur de ſtatuto iubente fieri compromiſſum inter coniunctos, quod iterùm fiendum eſt ſi ſemel factum fuit, nec lis finita, cum duret adhuc ratio illius fiendi, propter quam ſtatutum emanauit, dicitque in hoc caſu limitari diſpoſitionem d. §. hoc ſermone, quem ſequitur, & pluribus eius doctrinam probat, & ornat ſecundus Tiraquel. in relectio. d. §. limita. 6. & limita. 10. & poſt plures, quos allegat, idem docet Hypoly. Riminal. in conſ. 23. num. 198. lib. 1. vbi † dicit quòd tam etſi Tiraquel. in loco ſuperiùs allegato concludat doctores loqui in diſpoſitione legis in his, quæ circa noſtram limitationem adducũt, vt verum eſt, idem tamen iuris & in diſpoſitione teſtamenti eſſe debet, cum † eam lex legem appellet in §. diſponat in aucten. de nup. idem pluribus probat in conſ. 111. numer. 90. libr. 2. & Surd. de aliment. tit. 9. queſt. 13. à numer. 24. & idem (ego addo) videtur dicendum ratione harum donationum, quæ, vt ſepè diximus, ſignanter in materia hæreditamentorum, fiunt inter parẽtes, & filios in vim, & modum ſupræmorum iuditiorum, & in noſtro caſu per priores nuptias, quæ à filiabus contrahantur non videatur ſatisfactum menti, & intentioni patris diſponentis, ſi poſtea ſoluuntur, imò eadem ratio diſpoſitionis maneat quoad vlteriores nuptias, indè fit quòd huiuſmodi filiæ tam in prioribus, quàm etiam in poſterioribus, & quibuſcunque alijs nuptijs debeant habere quod voluerunt parentes donatores eas habituras quamdiu nuptæ eſſent.

Quod † autem per priores nuptias non cenſeatur ſatisfactum menti, & intentioni parentum donantium ſi ſoluantur, ſed imò eadem ratio diſpoſitionis maneat, etiam quoad alias nuptias, ex eo patet quòd ratio, quæ dictos donatores mouere potuit ad diſponendum vt ſuprà, nulla alia conſiderari poteſt, præterquàm quia voluit ſic filias inuitare ad nuptias, & quòd nuptæ potiùs viuerent quàm in viduitate, ne eis aliàs aliud deterius (vt dicebamus) accideret, ideſt ne meretricarentur, quod ſolet eſſe commune parentum votum nuptias filiarum accelerare, & velle quòd potiùs nuptæ maneant, quàm innuptæ ne meretricentur, prouti ex gloſ. in l. oratione ff. de ritu nuptiarum, & ex pluribus alijs auctoritatibus probat Ioan. Neuiſan. in ſilua nuptia. lib. 2. numer. 35. ſingulare eſt illud Eccleſias. capit. 42. in propoſito dictum, *Filia patris abſcondita eſt vigilia, & ſolicitudo eius aufert ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat, ne quando polluatur in virgitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur.*

Quæ † ratio cum ſola ſit, quæ huic diſpoſitioni faciendæ aſſignari poteſt, pro expreſſa habetur ac ſi diſponentes dixiſſent expreſsè ſe ea motos diſpoſitionem feciſſe, iuxta glo. communiter receptam in l. quamuis, vbi Bal. C. de fideicommiſ. Oſaſ. deciſ. 21. numer. 3. Meno. conſ. 85. numer. 9. vol. 1. Surd. qui plures allegat in conſ. 240. numer. 14. vol. 2. & iſdem Surd. deciſ. 7. numer. 13. & deciſ. 174. numer. 12. Maximè † cum ratio, quæ allegatur, eſt ratio naturalis, ſicut in noſtro caſu, quia tũc dicitur apparere de mente, ſeu ratione finali ac ſi eſſet expreſſa in diſpoſitione, vt Mier. docet ſuper conſtitu. Item ſtatuimus in cur. Gerun. Reg. Iacob. 2. capit. 10. numer. 6. fol. 99. vbi Bal. & communiter doctores allegat in l. nõ dubium C. de legib. Ex quibus videtur proculdubio concludendum teneri filium donatarium ad adimplendum parentum in donatione, & hæreditamento appoſitum grauamen in fauorem filiarum dum nuptæ eſſent, tam in primis nuptijs, & eis durantibus, quàm etiam in ſecundis.

Nec † dicatur quòd ex eo diſpoſitio debeat intelligi de primis tantùm nuptijs, non de ſecundis quia hæ odioſæ in ſe ſint, & ſic non videatur poſſe dici quòd diſponentes cenſuerint, ac loqui voluerint de ſecundis nuptijs, ſed de primis tantùm, per ea quæ tradit Rolan. à Val. in conſ. 68. à numer. 22. cum ſequent. vol. 4. Quia reſpondetur quòd ſecundæ nuptiæ ſunt quidem odioſæ reſpectu mariti, & filiorum primi matrimonij, non reſpectu patris, & alterius tertij, in quibus non militat maior ratio cur de primis nuptijs quàm de ſecundis intellexerint vt ex eodem Rolan. & ex his, quæ circa odium ſecundarum nuptiarum allegat, expreſsè colligitur, & clariùs ex traditis per Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 13. numer. 19.

Finem † huic gloſſæ facio mouens circa verba illa reſeruationis donatorum, quibus

dicebant sibi reseruare quòd possent inter alia pro soluendis suis debitis de bonis donatis expendere ac si donata non forent, moueo (inquam) dubium an si ita, vt suprà dictum est, facta reperiatur reseruatio, vel taliter, sicut non semel fieri solet, quòd teneatur donatarius soluere debita donatorum, possit compelli ad ea debita soluenda, de quibus aliter non constaret quàm per confessionem donatorum post donationem emanatam, quod est clarè quærere an donatorum istæ confessiones, quæ emanant post donationes, præiudicent donatario, in quo vidi non parùm, dum occurrisset in facto, dubitari. Qua in re dic quòd sic, ex traditis per Paris. in cons. 58. à numer. 8. cum sequent. vol. 1. & Cepha. cons. 21. numer. 8. libr. 1. qui vltimus rationem esse dicit quia stante prædicta reseruatione deprehenditur aliquod veritatis indicium, quòd saltem erat debitor in genere, & adducit † in simili quod de marito confitente constante matrimonio receptionem dotis tradunt doctores vt si illud faciat præcedente instrumento promissionis dotis quamuis medio tempore inter promissionem, & confessionem repertiatur alia obligatio alteri facta per maritum, nihilominùs præfertur mulier ex vi confessionis in sui fauorem, licèt post alterius obligationem factæ, propter illud primordium, & indicium veritatis resultans ex promissione illa dotis facta, qua de re benè scripserunt Afflict. decis. 402. & Aluar. Velas. consulta. 5. numer. 9. & in hoc † limitari regulam, quæ vult confessionem cedentis non nocere cessionario si est post cessionem emanata, docent supradicti doctores, & sequitur Ioseph. Mascat. in tracta. de proba. conclu. 374. num. 6.

Ego vera † supradicta existimarem dum non traus aliqua in donatore sic, vt dictum est, confitente, posset considerari excogitata ad euertendam donationem, quæ potest ex varijs figuris causarum hic necessariò non referendis deprehendi, debent enim omnis dolus, & omnis traus à quacumque dispositione exceptæ censeri, & soluitur hæc glos.

32

33

34

SVMMARIA.

1 *Constitutum sumitur in iure nostro dupliciter.*

2 *Constitutum vno modo dicitur quando quis pecuniam vel à se, vel ab alio debitam promittit intra certum tempus soluturum.*

3 *Constitutum dicitur secundo modo quando quis nomine alterius constituit se aliquid possidere.*

Constituarius dicitur ille, pro quo ego me constituo aliquid possidere, ibidem.

4 *Constituti materiam vbi principaliter tractauerit auctor.*

5 *Constitutum est modus fictus, per quem traditur dominium, & possessio absque actuali, & corporali illius traditione, vbi decisio nostri Senatus.*

6 *Constitutum, licèt sit modus fictus, verè tamen, & non fictè dicitur transferre possessionem, & non minus operatur possessio per illud translata, quàm si per actum verum translata foret.*

7 *Constitutum quamobrem, & ad quid fuerit adinuentum.*

8 *Possessio non transfertur ipso iure ex sola voluntate, vel per contractum, sed traditione opus est.*

9 *Possessionem qui prius habuit præfertur, & nu. sequent. vbi declaratur.*

10 *Modi ficti, per quos sine actuali apprehensione trãsfertur possessio, qui sint.*

11 *Constitutum efficit vt primus acquisitor præferatur secundo, qui realem possessionem nactus est.*

12 *Venditor, & donator quamuis per actum fictum constituti tradiderint possessionem, per hoc tamen non sunt liberati ab illius reali traditione, imò compelli ad id possunt, vbi decisio Senatus Pedemontani.*

13 *Venditor, & donator tenentur possessionem rei venditæ, vel donatæ tradere & num. sequenti, vbi in contrarium refertur decisio nostri Senatus.*

14 *Traditio rei intelligitur de vera, & reali.*

15 *Emphyteuta quamobrem non cadat in pœnas constit. als scandols tit. de dret emphy. si solum capiat rei possessionem sine consensu domini per clausulam constituti, vel alios modos fictos.*

Interpretatio consti. als scandols, tit. de dret emphy. ibidem.

16 *Commisso non est locus quando per actum fictum sumitur possessio sinè consensu domini, vbi decisio Senatus Gratianopolita.*

17 *Constitutum non operatur in contractu nullo.*

Possessio transfertur per actum verum in contractu nullo sicut in valido, secus per actum fictum, ibidem.

18 *Constitutum non operatur nisi constituens sit verus rei possessor.*

19 *Probare debet constituentem possidisse tempore constituti is qui se in eo fundat.*

Enunciatiua verba in antiquis quando per ea dicitur quòd constituens se pro alio possidere reuera tunc possidebat, an probent, ibidem.

20 *Possessio superueniens constituenti se pro alio possidere nihil prodest quando ipse reuera non possidebat tempore constituti.*

Venditio rei alienæ sustinetur ex superuenientia dominij, sed non possessio constituti, ibidem, vbi ratio huius dicti.

21 *Possessio potest transferri in casum, & sub conditione.*

Constitutum

22 Constitutum operatur quoad bona futura ex die acquisitionis illorum.

23 Obligatio bonorum quoad futura non contrahitur nisi ex die illorum acquisitionis, vbi decisio.

24 Constitutum an aliquid operetur in iuribus, & actionibus, quæ non possidentur.

25 Constituere se pro alio possidere an possit vedum is qui realem & corporalem rei possessionem habebat, sed is etiam qui per aliam clausulam constituti, remissiuè.

26 Constitutum non operatur circa rem incertam, vbi decisio Senatus Lusitani.

27 Constitutum non operatur absente constitutario nisi postea ratificauerit tempore habili.
Notarij stipulatio an quicquam prosit respectu constituti, ibidem.

28 Constitutum operatur ocio effectum, remissiuè.

29 Constitutarius potest de iure intentare remedia possessoria.

30 Constitutarius donatoris præfertur hæredi post illius mortem in interdicto retinendæ, vbi decisio Senatus Sebustiani.

31 Constitutarius potest propria auctoritate sibi possessionem occupare.
Nisi inueniat resistentem, & contradictorem, ibidem.
Si tamen postea superueniat contradictor qui non adesset tempore occupationis possessionis, nihil ageret, ibidem.

32 Possessio non potest capi propria auctoritate quamuis adsit pactum vbi resistentia & contradictio reperitur.
Et quæ resistentia sit necessaria, an verbalis sufficiat, an alia sit necessaria, ibidem.

33 Possessio non potest capi propria auctoritate quamuis adsit pactum vbi illa est penes alium, non penes paciscentem, eiusue successorem.
Possessio quæ translata fuerat per clausulam constituti amittitur, per translationem illius in alium per constituentem realiter factam ex contractu cum illo inito, ibidem.
Sed quo remedio sit tali casu constituario subueniendum, remissiuè.

34 Creditor possidens per clausulam constituti non potest in casu cessatæ solutionis ingredi propria auctoritate possessionem rei, cuius in alium realis, & corporalis est tradita possessio.

35 Constitutarius non exercet priuilegium propriæ auctoritatis quoad capiendum possessionem quando circà id est sibi lis mota.

36 Constitutarius an possit impedire executionem sententiæ contra constituentem, eo inscio, & non citato, late.

37 Constitutum est magis precarium.
Constitutum ciuilem, & naturalem possessionem transfert, ibidem.
Precarium solam ciuilem possessionem transfert.
Constitutum solum magis operatur quandoque quàm constitutum, & precarium simul, ibidem.
Notarij admoneantur quòd solam clausulam constituti ponant in instrumentis potius, quàm constituti, & precarij simul, ibidem.

GLOS XXVII.

Et sic cum dictis pactis, & conditionibus dicti coniuges donatores volunt quòd supradictarum rerum, post mortem ipsorum donatorum, dictus filius eorum donatarius vniuersalis possit capere propria auctoritate possessionē corporalem, seu quasi, & penes se retinere in casu, & tempore supradictis, & ad vberiorem cautelam nunc pro tunc sic valeat quemadmodum si per illos realiter data fuisset, & tradita corporaliter, & de facto cum clausula constituti, cum cessione iurium, & actionum, & alijs ad translationem dominij, & possessionis necessarijs.

1 DE constituto † est nobis in hac glos. agendum, cæterùm cum dupliciter verbo constituti in iure vtamur, necessū erit quòd nos imprimis, de quo constituto tractandum sit, videamus.

2 Ac imprimis † constitutum dicitur in vna significatione contrahi quando quis creditori promittit se pecuniam vel à se, vel ab altero debitam certa die solututum, quo spectant integri tituli ff. & C. de consti. pecu. & habetur signanter latè de eo per institutas in §. de constituta insti. actio. & latissimè materiam illius explicat illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinal. Manti. de taci. & ambig. conuen. lib. 19. per multos titulos, & nos nonnihil diximus in hoc eodem opere hac eadem clausu. 4. glo. 7. par. 1. num. 47. & 48. De hoc constituto non est noster futurus sermo in hac glos.

3 Secundo † verò modo constitutum dicitur cum vendens, donans, aut aliter concedens, rem, quam in alium vult transferre, constituit

nomine illius se possidere, vel simpliciter, vel
precario eius nomine, quem constituarium ap-
pellamus, sicut mandatarium, depositarium,
legatarium, & commendatarium dicimus eos,
quibus hæc nomina quadrant; de hoc consti-
tuto integrum, & completum tractatum fecit
Andreas Tiraquel. quem de constituto appella-
mus, & non penitenda docuit Anthon. Gom.
in l. 45. tau. à nume. 78. Et de hoc nos agere in-
tendimus in hac glos. quia hoc, & non aliud est
quod nobis exponitur enucleandum in titulo
huius glossæ.

4 Sed quia † memini quòd de eo, ac de fa-
cultate etiam apprehendendi possessionem
propria auctoritate, quæ est item materia no-
stræ glossæ alibi in hoc opere pro oportunitate
tractaui plures quæstiones vsu frequentes, &
signanter in hac eadem clau. 4. glos. 9. nume.
17. cum sequent. & glos. sequenti, glos. 12. num.
130. glos. 18. par. 2. à num. 62. glos. 21. part. 2. nu.
77. & passim in alijs locis, id faciet vt breui,
nos ab hac constituti tractatione expediamus.

5 Constitutum † (vt hinc eius materiam ex-
ordiamur) modus est fictus, per quem trans-
fertur dominium, & possessio absque actuali,
& corporali traditione l. sicut §. superuacuum
quib. mod. pig. vel hypote. solua. vt signanter
† Senatus *declarauit* & dixit expressissimis ver-
bis in causa Benedicti de Sanceloni cõtra Ioã-
nem Vallgornera referente nobili Ioanne Sa-
bater sub die 15. Iulij 1588. Scriba Sacares, & *ite-*
† *rum* eodem referente sub die 23. Iulij 1591. in
causa Iosephi Miro cõtra eundem Vallgorne-
ra, *cuius processus est confutus cum superiori.*

6 Sed † non fictè, quamuis modus fictus dica-
tur, sed imò verè, nec minùs operatur quàm
vera traditio l. certè §. 1. ff. de præcar. Osas. plu-
ribus *probat decis. 36.* nume. 2. plures in idem
congeruauit Tepa. in var. iur. senten. compend.
lib. 2. tit. de clausu. constitu. in prin. fol. 39. & in
hoc est admiranda virtus constituti.

7 Adinuentum † constitutum, modusque
hic fictus (idem est de alijs) per quem possessio
traditur, vt reor, fuit ne contrahens cum alio,
veluti emendo, vel donando, vel aliàs ab eo
eludi posset, vt eccè quando contractus cele-
† bratur super re immobili, in quo † est certum
8 possessionem non transferri ipso iure, cum non
transferatur ex sola voluntate, aut per contra-
ctum, vel instrumentum, sed traditione opus
est, l. prædia ff. de acquir. possess. nec est possi-
bile quòd in eodem instanti realis, & corpo-
ralis possessio tradatur, quia non est sic res in
promptu vt fieri valeat, vel quia post mortem,
vt in nostris donationibus, vel in aliud tem-
pus effectum est contractus habiturus, interim
in manu alterius contrahentis esset, & est fal-
lere eum, qui cum eo contrahit, id est fallere

emptorem, vel donatarium, rem eandem al-
teri vel vendendo, vel donando, & simul rea-
liter, & actualiter tradendo, quo casu † nemi-
ni dubium est præferendum vltimum acquisi-
torem primo, licèt actiones ad interesse com-
peterent prioribus emptoribus, vel donata-
rijs, per quas tamen non semper tam plenè
prouidetur, quàm per rei ipsius acquisitionem
realem. Huic morbo vt subueniendum esset
conuenit quærere quosdam modos fictos tra-
9 dendi possessionem, quos † signater Pet. Gre-
10 gor. in syntagma. iur. vniuer. par. 3. de actio. lib.
20. capit. 10. de acquisitio. rerum per traditio. à
numer. 9. & Anthon. Gom. latè in l. 45. tau. à
numer. 45. recensent, per quos quæ possessio
tradi non poterat actualiter, & corporaliter in
limine contractus, traderetur per istos modos
fictos tradendi, & per eos impediretur vnus
contrahens eludere alterum, rem eandem al-
teri post primam venditionem, & donatio-
nem ante traditionem vendendo, & signanter
per nostrum constitutum est huic morbo pro-
uisum, quo venditor, vel donator transferat
possessionem per traditionem instrumenti, vel
alterius rei, & constituat se precario, & nomi-
11 ne ementis possidere: quo casu † adueniens ven-
ditionem, vel donationem primam ita factam
nihil obest pactum aliquod, vel venditio, vel
donatio, vel traditio à venditore, vel donato-
re alteri facta, imò semper primus acquisitor
vigore constituti, quod possessionem simul
cum dominio in eum transtulit, alteri cuicun-
que præfertur, sic pulchrè pluribus discursum
probando, docet Pet. Gregor. in syntagma. iur.
vniuer. par. 3. de actio. lib. 25. c. 18. nu. 5.

12 Sed quia † semper interest potiùs per actum
1 verum, realem, & corporalem, quàm per mo-
dum fictum constituti habere possessionem,
ideò non liberantur venditor, & donator per
huiusmodi traditionem, sed compelluntur, &
compelli nihilominus debent ad actualem &
realem possessionem tradendam, sic Craue. in
cons. 63. num. 3. Pet. de fide com. q. 8. num. 242.
plena est de hoc articulo decisio Osas. 36. vbi
disputat quæstionem in vtramque partem, &
† in fauorẽ huius opinionis resoluit, licq; *resolutã*
13 in Senatu Pedemontano tradit: & est ratio †
quia venditor (idẽ est de donatore) tenetur rem
venditam tradere l. exempto. de actio. empti,
14 quod † est intelligendum de reali, & vera, &
propria traditione, & ideò non dicetur satisfe-
cisse donec id egerit, ita bene Osas. vbi supra
numer. 5.

Vidi tamen quòd noster Senatus referente
nobili Ioanne Sabater 15. Iulij 1588. in causa Be-
nedicti de Sanceloni contra Ioãnem de Vall-
gornera, & de Montagut, scriba Sacares,
& rursum eodem referente in causa Iosephi

Miro

Miro contra eundem Vallgornera ſub die 23. Iulij 1591. cuius proceſſus conſutus eſt cum ſuperiori, † *voluit* obligare venditorem ad realẽ, & actualem traditionem, ſed imò dixit expreſſis verbis clauſulam conſtituti transferre dominium, & poſſeſſionem in emptorem, & liberare venditorem ab actuali traditione rei venditæ, verùm nihilominùs diuerſa opinio videtur magis fundata.

15 Et hanc, † quia ſcilicet diſpoſitio loquens de traditione intelligatur de reali, vera, & propria, exiſtimo eſſe rationem, non eam, quam adducit nobilis Ludouic. à Pegue. in repetitio. conſti. item ne ſuper laudem. verſicu. primo, num. 77. & 119. reprobatam aliàs, ex alio tamen motiuo, per Iacobum Cancer. in prima parte variar. reſolu. c. 12. de feud. num. 18. & 19. quamobrem dicamus non incidere in pœnas conſtitutionis als ſcandols, ſub tit. de iure emphy. in noſtris conſtitu. ſtatutas contra ingredientes poſſeſſionem rei emphyteuticæ ſine domini cõſenſu, eum qui per clauſulam conſtituti, vel alium modum fictum nactus eſt dictam poſſeſſionem, & eſt ei traditio rei facta, quia diſpoſitio dictæ conſtitutionis, maximè cum ſit pœnalis, debet intelligi de reali, vera, & propria, nõ d ea quę per actus fictos transfertur ad latè tradita, & probata per Aldera. Maſcar. in tracta. de genera. ſtatutor. interpretatio, concl. 10. per totam, atque ita videtur eſſe de mente

16 Amęde. de Ponte † de commiſſo loquentis, in tracta. de laudim. q. 38 num. 16. viden. Marc. de ciſ. 169. in prima parte, & Guid. Pap. deciſ. 101. † vbi dicit ita *ſeruari* in ſuo Senatu, ac deniq. videndi nouiſſimi addentes ad hunc, qui latè de vtraq. opinione agunt.

17 Ad hoc † vt conſtitutum operetur debet habere quatuor principales qualitates. Prima quòd cõtractus, cui apponitur, ſit validus, qua de re eſt copioſa Aluari Velaſ. conſultatio 106. ex num. 6. conſtituentis differentiam inter actus veros traditionis poſſeſſionis, & actus fictos, vt per illos poſſit quidem transferri poſſeſſio ex contractu nullo, & inutili, per hos verò minimè, & denique ex num. 12. examinat differentiam, quam non nulli poſuerunt inter cõtractus ſic omninò nullos vt nulla ſit ſpes recõualeſcentię, & contractus, qui licet quidem nulli ſint de præſenti, conualeſcere tamen poſſunt, & ſperatur conualeſcentia, veluti in donationibus inter patrem, & filium, & inter virum & vxorem, Afflic. deciſ. 331.

18 Secundò † quòd conſtituens ſit legitimus poſſeſſor rei, quam pro alio, & illius nomine conſtituit ſe poſſidere, idque tempore conſtituti, aliàs non poſſet dare quod non haberet. hãc qualitatem non eſt quòd probemus poſtquàm rationem in ſe naturalem habet, & omnes concordant, benè Velaſ. allega. conſulta. 106. num. vndecimo, vbi † dicit eſſe id probandum ab eo qui ſe in conſtituto fundat, Antho. Gom. in allega. l. 45. tau. à num. 84. qui prętetea num. 87. diſputat an ex clauſula conſtituti reperta in inſtrumẽto antiquo pręſumatur fuiſſe poſſeſsio in perſona conſtituentis, vide plures quos Tepa. adducit in compendio lib. 2. tit. de clauſu. conſtituti circa principium.

19 Id quod † adeò verum Anthon. Fab. exiſtimat in ſuo Cod. libro 7. titu. 7. de acqnir. vel amiten. poſſeſ. defini. 14. vt dicat nec ſufficere quòd ex poſt fiat poſſeſſor ipſe cõſtituens, quia non propterea ſuperueniens conſtituenti poſſeſsio faceret conſtitutarium poſſeſſorem, rationem reddit, quia poſſeſsio eſt facti, & niſi vetum ſit poſsidere quem eo tempore quo conſtituit ſe alieno nomine poſsidere, quantũuis poſtea poſſidere incipiat, fieri nequit vt iã exindè poſsediſſe videatur, & cum hoc ſoluit contrarium, quod fieri poſſet de eo qui vendit rem alienam, aut obligat, quo in caſu per ſupernenientiam dominij reconualeſcit venditio, & obligatio l. ſi quis alienã, de actio. emp. cum ſimil. quia (inquit) dominium iuris eſt, & ideò facilè hanc fictionem admittit vt ſi ex poſt facto quæratur venditori, proindè ſit acſi iam contractus tempore quęſitum fuiſſet, quod non eſt in poſſeſsione, Gom. vbi ſuprà nu. 84.

20 Limitatur † niſi in id nominatim tempus clauſulæ effectus cõferatur, quo poſſeſsio quæ ſita fuerit, poteſt enim poſſeſsio transferri etiã in caſum, & ſub conditione l. qui abſenti §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. idem Fab. vbi ſuprà.

21 Per hæc † tamen non exiſtimes excludi bona futura, quinimò in eis clauſula conſtituti ſic operatur ex die acquiſitionis, ſicut in prętẽtibus ſi de eis ſpecialiter actum ſit, Theſau. deciſ. 115. num. 7. & Anthon. Fab. qui rationẽ differentiæ adducit inter hunc caſum, & illum, quem ſuprà adduximus, de re quæ non poſsidetur per conſtituentem, Fab. (inquam) in ſuo codice allega. libro ſeptimo titul. ſeptimo de acquir. poſſeſ. defini. 10. Gom. vbi ſuprà nu. 84. in fin.

22 Dixi † ex die acquiſitionis, quia reſpectu bonorum futurorum obligatio non contrahitur niſi ex die acquiſitionis, l. hac ædictali §. in omnibus C. de ſecund. nupt. Negoſan pulchrè de pig. par. 2. memb. 4. num. 21. quod eſt vtile animaduertere propter oppoſitiones, quæ quotidie fiunt in bonis debitoris per diuerſos creditores, vt ecce maritus emit domum, quæ alicui faciebat decem de annua penſione, vel quid ſimile, quæ venditur pro dicto debito, opponit ſe mulier pro dote exiſtimans ſe præferendam ex eo quòd ante emptionem dictæ

penſionis

* quàm rationem in ſe naturalem habet, &

pensionis ipsa habuisset,& haberet bona mariti præsentia,& futura obligata pro sua dote, contendi in facti contingentia de anno 1607. coram egregio Senatore Hieronymo Seniust in causa Petri Roger, & aliorum contra Eulaliam Raulla,& Petrum Raguer non esse admittendam oppositionem, & optionē vxoris, sed imò creditorem præferendum tanquam priorem,quia obligatio illius super domo cōtracta fuerat ex die impositionis pensionis, obligatio autem mulieris ex die acquisitionis mariti,quātumuis mille annos antea pro restitutione dotis ille ipsi obligasset bona præsentia & futura, vndè cum die acquisitionis reperiretur domus illo onere antea affecta, indè † dicebam creditorem præferēdum,& ita *obtinui* prouideri per dictum egregium Relatorem,licèt non facto verbo,sub die 4.Maij supradicti anni 1607.

24 Ex superiùs † *constituta regula* quòd non operetur *constitutum* nisi in his,quæ possidētur à constituente,infert Fab. vbi suprà defini. 19.illud nihil operari in iuribus,& actionibus, quæ non possidentur,quod quomodò procedat postea declarat,viden.Fran.Mar.decis.422. num.6.& 7.part.1.Nat.in cons.373.qui dicit secus esse si dicat constituens se possidere, seu quasi nomine alieno, & Henric. Bauer. singul.titul.possessio,& inuestitura, num. secundo.

25 Sed an † necessum sit quòd realem, & corporalem nomine proprio habeat rei possessionem is,qui eam per *constitutum in aliū* transferre *vult,an verò sufficiat* quòd eam *ipse* habeat *translatam in* se ab alio per aliud constituentem,tradit tibi benè Anthon. Fab. in suo Codice allega.titul.de acquir. possessione defini.17.& 32.benè Gom.in allega.l. 45. tau. nu. 81.

26 Tertia † qualitas est,& seu tertium requisitum quòd constitutum sit de re certa, veluti de aliquo fundo, vel de alia re limitata:qua de re tota compacta est decis.56.Antho.de Gam. † vbi dicit *decisum* non competere interdictum recuperandæ ei,cui tria iugera terrę in certo loco cum clausula constituti donata fuerāt,quia res erat incerta,eum vide,& eius additionatorem Blas.Flor.qui pluribus id probant,videndi quos latè citat Ioan.Bota in cons.106.num.25. vbi *disputat* an *idem* sit quando fit donatio de certa parte bonorū,& *sic de quota*, ex quò datur certitudo ratione vniuersali, latissimè omnium articulum examinat Anthon. Gom. in allega.l.45.tau.ex numer.96.cum multis sequenti. videndus Mago. decis. Lucen. 20. & 21.

7 Quarta † denique qualitas, & requisitum est quòd constitutarius sit præsens tempore cōstituti,vel, si absens, quòd ratificauerit tēpore habili,nec sufficit stipulatio notarij, quia ea profuit quidem ad quærendum ius,& actionē absenti aduersus donantem,& ne post à donante iam reuocari,sed non ad trāsferendum possessionem,& dominium,sic pulchrè contra Guid.Pap.decis.49.resoluit Velas.consulta.55. nume.secundo,& 3.latè Gom.vbi suprà ex nu. 82.

Quando hęc requisita adsunt tunc procedit quod diximus transferri in constitutarium per clausulam constituti,& illius vigore veram possessionem,& dominium.

28 Et hæc † tunc est possessio translata per clausulam constituti,quæ illos octo effectus operatur, quos Guid.Pap.recensēt in decis. 356. & alios,de quibus per Rebuf.in suis commentarijs super const.Reg.tracta.de dona.infinua.ar. 2.glos.3.to.2.& Hypoli.de Marsil. singul. 496. quos refert Tepa.in compen. var. resolu. iur. lib.2.tit.de clau.cōstitu.col.2.vers. ciuilis possessio.

29 Hæc est † per quam vigore constituti licet constituario intentare remedia possessoria,vt habetur per Osas.allega.decis.36.num.1.veluti interdictum vti possidetis contra turbantem, Nat.in cons.327.vel recuperandæ contra spoliantem,Meno.cons.139.num.22.lib.2.& Boer. decis.112.numer.12.latè Velas.consulta 106.per quatuor priores num. & consulta. 126. numer. vndecimo,in quibus locis de hoc latissimè.

30 Hæc est † quæ facit vt noster donatarius, constitutarius cum sit,in vim clausulæ prædictę prę ferat ur,post mortem donatorum,eorū hæredibus in interdicto retinendę possessionis,prout benè concludit Anthon. Fab. in suo Cod.libro 8.titu.4. vti possidetis diffi. 6. reddens rationem,quia(inquit) mortis tempore, & eo instanti quo ius hæredi nasci incipit, reperitur extra causam hæreditatis possessio,quę viuis adhuc donatoribus per clausulam constituti translata fuit,sicq,asserit Senatum Sebu † sianum *tenuisse* de anno 1593.

31 Hæc est † quæ facit vt noster donatarius possit propria auctoritate suam possessionē occupare,nec proindè dicatur aliquem spoliare si non est qui contradicat,vel resistat, quia tunc per iudicem expedienda res foret, *ne sibi ipsi creditor ius dicere videatur*, cōtra l. 1.ff.quor. legator.l.*non est singulis* 176.de reg.iur.quamuis postea superueniat cōtradictor, siue iustus, siue iniustus,quia non facit vim qui suo iure vtitur,vt rectè probat Antho.Fab.in suo Cod. lib.8.tit.3.vndè vi,definitio.33.Aluar.Velas.cōsulta.173.num.12.vbi † generaliter docet quòd licèt pacto fieri valeat vt quis possit ingredi possessionem alicuius rei propria auctoritate,

vel

vel ab ea aliquem expellere, id tamen solùm procedit dummodo ingrediens repugnantē non inueniat: Iste autem resistens, & contradicens qualiter sit intelligendus declaraui suprà hac eadem clausu. quarta, glossa 22. num. 55.

33 Item † nisi possessio sit iam penes alium, quàm paciscentem, eiusve successorem: tunc enim non potest exerceri actus propriæ facultatis de iure competentis, vel aliàs ab homine concessę, quia interuersa possessione creditoris, & in alium translata ex iusto alienationis titulo, dubitandum non est quin licèt nullo id iure factum sit, ac mala debitoris fide, ex eo tamen omissa possessio sit, quæ creditori quæsita fuerat per clausulam constituti, quippè quę facti magis, quàm iuris est, verba sunt formalia Anthon. Fab. in allega. tit. vndè vi, defi. 34. addens quòd eo casu non debet esse mirū amissam dici possessionem quæsitam per actum fictum constituti, quia etiamsi per veram traditionem quæsita fuisset, amissa etiam dici deberet, & postea docet quo remedio sit indè constituario succurrendum.

34 Ad hæc † attendere deberent qui creditoribus habentibus res specialiter obligatas pro aliquo credito, veluti pro aliquo censuali, vel violario, & possessionem illarum per clausulā constituti, consulunt indiscriminatim quòd in casu cessatæ solutionis reuocent præcarium, & immittant se in possessionem corporalem, siue illa corporalis existeret penes obligantem, siue penes tertium: si enim contra tertium ex abrupto, & eo non citato hęc fiant, non excusabitur creditor ab spolio, sed imò procedendum esse citata parte, quādo tertius possidet, iubetur, vt mille in causis vidi, & quando cōtrarium fuit ibi tentatum, repulsam prętentionem sum expertus.

35 Idem est † quando mota constituario exti tisset lis per aliquem, dicendo non licere illi ingredi possessionem: tunc enim si nihilominùs vteretur propria facultate, attentata diceretur proculdubio commitere, & vt talis veniret ea possessionis apprehentio reuocanda, sic Afflic. decis. 131. & in additio. ibidem, Capi. decis. 69 à num. 27 & decis. 182. num. 8. Hæc addere poteris illis, quæ ad idem instituturum diximus in hac eadem clausu. 4. glossa 15. num. 71. cum aliis.

36 Et denique † facit hęc possessio per constitutum translata vt nisi ipse constituarius fuerit in causa citatus, & auditus poterit impedire executionem sententię super re illa contra cōstituentem latæ, vti colligitur manifestè ex dictis, & probatis latè per Aluar. Velas. consul. 5. per tot. licèt enim ibi nobis referat Senatū † Lusitanum *declarasse* contra hanc opinionem, id tamen fuit quia reuera in casu illo non extiterat possessio tradita per clausulam constituti in illum tertium, qui executionem impedire volebat ex eo quòd defuerat vnum ex requisitis constituti, quod superiùs tradidimus, nempe vel quòd præsens constituarius esset tempore actus, vel quòd illum postea ratificasset, clarè tamen concludit quòd si tale constitutum fuisset, prout debebat, declaratum proculdubio pro nostra opinione extitisset.

37 Constitutum † maius proculdubio est præcario, quia illud ciuilem, & naturalem possessionem transfert, hoc verò solam ciuilem, facitque creditorem naturalem possessorem, Afflict. decis. 139. numer. fin. Capi. decis. 14. nu. 14. 15. & 16. & Anthon. Fab. in suo Cod. libro septimo titul. septimo, de acquir. vel amiten. possessio. defini. 15. vbi declarant quid inter vtrūque interfit. Melius est ego quòd dicat debitor, constituo me Titij nomine possidere, quæ est forma conceptionis constituti, quàm præcario illius nomine, quę præcarij, & ideò idem Fab. defi. sequenti 16. in ordine, multùm execratur imperitiam tabellionum, & notariorum, qui ex ignoratione iuris, putantes plus iuris queri creditori ex ambabus constituti, & precarij clausulis, quā ex vna sola, ambas in instrumento comminiscuntur, cum tamen non deberent nisi solùm constituti clausulam apponere, quæ sola maior est quàm coniuncta cum præcario, imò quandoque non parùm noceat concomitantia, & societas præcarij cum constituto, vt idem Fab. ibidem rectè aduertit, licèt regulariter quando per imperitiam, vt dictum est, notariorum coniunguntur ambæ clausulę, pręualeat clausula constituti, nulla de præcario habita ratione: humanius enim (inquit) est vt notarij error ex iuris ignorantia profectus non noceat contrahentibus. Et cum his finem huic glossę facio, in his enim vltimis glos. non possum me multùm extendere quānis desiderassem propter materiarū, quas continent, pulchritudinem, quia video nimis crescere librum, & ideò compellor breuis esse.

SVMMARIA.

1 *Promittere verbum quid importet, remissiuè.*

2 *Iuramentum quid operetur in donationibus, remissiuè.*

3 *Pacti de non contrauenièndo materia vbi tractetur in hoc opere, remissiuè.*

4 *Pactum de non contrauèniendo tollit facultatem contrauenièndi etiam prætextu non adimplementi, vbi decisio Senatus Aragonensis.*

Donatio

5 *Donatio reuocatur propter ingratitudinem.*

6 *Fallit si donatio est ob causam, vbi plures decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

Donatio ob causam non dicitur propriè donatio, sed quadam potiùs permutatio, ibid.

7 *Donatio ob causam nō reuocatur propter ingratitudinem in eo quod est intra causam, sed benè in eo quod est extra eā, in quo dicitur mera liberalitas, & numer. sequentibus, vbi decisio nostri Senatus.*

8 *Insinuatio non requiritur in donationibus ob causam in eo quod est intra causam, sec⁹ in eo quod est extra.*

9 *Dos data vltra modum præscriptum an possit constante matrimonio auferri à genero cui fuit constituta.*

Dos reuocatur propter ingratitudinem in eo quod excedit legitimam, vel id quod homines similis conditionis solent dare pro dote, ibid. vbi decis. nostri Senatus.

10 *Sed cōtra postea declarauit isdem Senat⁹ in alia simila, & nu. sequen.*

11 *Causa donationis, quę sit in fauorem matrimonij, quę sit.*

12 *Matrimonij fauore quæ priuilegia actui concedantur cessant per illius dissolutionem.*

13 *Melioratio filij non est reuocabilis nec per ingratitudinem, nec aliàs, quando fit ex contractu oneroso cum alio initio ne illi fiat preiuditium.*

Nisi cesset illius tertij interesse vel per mortem, vel aliàs, ibid.

14 *Alienatio facta per donatarium de rebus donatis ante commissam ingratitudinem, aut super ea motam litem non reuocatur quamuis postea donatio reuocetur.*

15 *Donatio propter ingratitudinem non reuocatur ipso iure.*

Actio personalis tantùm competit donatori ad reuocandum donationem propter ingratitudinē, nō reiuendicatio, ibid.

16 *Donatione reuocata propter ingratitudinem non restituuntur fructus interim percepti, vbi decis. Senatus Sabusiani.*

17 *Ingratitudo qualis debeat esse vt donatio propter eā reuocetur, nō est de iure definitum: potest enim ex alijs causis vel similibus, vel maioribus fieri reuocatio arbitrio iudicis.*

18 *Exheredatio filij nedum potest fieri ex causis expressis in iure, sed etiam ex similibus, vel maioribus.*

19 *Donatio perfecta potest ex eisdem causis reuocari, ex quibus filius exheredari.*

20 *Reprehenduntur qui contrarium tenent.*

21 *Donatio non reuocatur ex leui offensa.*

22 *Donatio an reuocetur tamquam propter ingratitudinem per vnicum incestum, vel stupum filia donataria, vbi decisio nostri Senatus.*

23 *Iniuria fit patri, & affinibus ex stupo filiæ.*

24 *Donatio vt reuocari possit propter iniuriam donatori illatam requiritur iniuriam atrocem.*

Iniuria atrox quæ dicatur, ibid. remissiuè.

Iniuria atrox respectu patris non dicitur adulterium, vel stupum filiæ, sed quadam verecundia potiùs, ibid.

25 *Donationis reuocatio, & exheredatio filiorum ex eisdem causis fiunt.*

26 *Filia vt exheredari possit propter turpitudinem necessum est quòd illa sit continuata, nec sufficis vnicus, vel alius actus.*

27 *Filia quæ alteri nupsit inuitis parentibus vt exheredari possit tria requiruntur.*

28 *Filia in Cathalonia liberatur à potestate patris per contractum matrimonij, in quam non reincidit per dissolutionem illius.*

29 *Filius qui olim erat prohibitus mitere sine consensu patris intelligebatur quando erat in potestate ipsius.*

30 *Patri non permittitur occidere posse filiam adulterā nisi sit in eius potestate constituta.*

31 *Patri nō datur actio iniuriarū pro adulterio filię emancipatæ.*

32 *Donatio vt reuocari valeat filia luxuriosa an sit necessum ita viuere tēpore reuocationis, an verò sufficiat sic aliquando vixisse.*

Ingratitudo commissa propter turpem vitam an purgetur per penitentiam, ibid.

Ingratitudo dupliciter potest cōsiderari, alia quæ solum tangit ingratum, nec famam, personam, vel bona alterius lędit, alia verò quæ è contra, ibidem.

33 *Opinio quam Senatus in hoc casu visus est tenuisse, & alij doctores qui allegantur.*

34 *Reuocatio expressa est necessaria vt donatio propter ingratitudinem censeatur reuocata, nec sufficiet secunda de eadem re donatio, vel illius alienatio, vbi decisio nostri Senatus.*

35 *Donator solus potest reuocare donationem propter ingratitudinem, non hæres, fallit in aliquibus casibus ibidem adductis.*

36 *Hæres vt possit reuocare propter ingratitudinem donationem factam per defunctum quando iste conquæstus est, an sit necessariū quòd iudicialiter, vel sufficiat quòd extraiudicialiter conquæstus sit.*

Hęres vt possit reuocare donationem propter ingratitudinem necessarij sunt nedum conquæstus defuncti de ingratitudine, sed etiam quòd voluerit donationem reuocare, ibid.

37 *Donatio an, & quomodo possit propter inopiam reuocari.*

Donatarius tenetur alere donatorem inopem aliàs reuocabitur donatio, ibidē, vbi remissiuè traditur quomodo id sit intelligendum.

38 *Offensa quid significet quando dicitur quòd donatio potest per eam reuocari.*

39 *Clausula generalis, aut quamis alia ratione, aut causa,*

sa quid importet, remissiuè.

40 *Clausula generalis in fine posita an, & quando restringatur ad specificata, & ad incogitata, maximè quando ratio recti sermonis non patitur, vbi elegantes decisiones nostri Senatus.*

Renuntiatio generalis an, & quando comprehendat incogitata, & alia vltra specificata. ibidem, vbi decisiones, nostri & Neapolitani Senatus.

41 *Iuramentum appositum in donatione non operatur quòd ea non possit reuocari propter ingratitudinē, & nu. 43. vbi decisio Senatus.*

Renuntiatio iuris reuocandi donationem propter ingratitudinem nihil operatur sine iuramento, ibidem.

42 *Renuntiatio iuris reuocandi donationem propter ingratitudinem si sit iuramento firmata de iure tenet.*

43 *Sed an isto casu possit aliquo modo subueniri renunciantis traditur remissiuè.*

44 *Notarij admonentur circa appositionem renuntiationis iuris reuocandi donationem propter ingratitudinem.*

GLOS. XXVIII.

Promitentes, & iurantes dicti donatores quòd præsentem donationem habebunt pro firma, & grata, & contra illam non facient, neque venient, nec reuocabunt propter ingratitudinem, inopiam, aut offensam, nec ob quamcunque aliam rationem, siue causam, renunciando quantum ad hoc, vigore iuramenti prædicti, legi, aut iuri dicenti donationem posse reuocari propter ingratitudinem, inopiam, aut offensam, aut propter aliam quamcūq; rationem.

1 PROMITENTES, † à verbo promito, est primum quod offedimus in nostro contextu, quod iā aliàs diximus in hoc eodem opere, clauſ. scilicet 4. glos. 8. num. 11. 12. & 13. importare stipulationem ritè, & legitimè factam, quomodocunque probetur, siue per scripturam publicam, siue priuatam. Item probari per illud partis præsentiā quamuis de ea aliter non constaret, quæ sunt quę, vt explicarētur, hic desiderari potuissent, ideò breuitati studens sola remissione ad dictum locum contentus ad alia pertransibo.

2 Verbum, † iurantes, à iuro, as, aui, est secundum quod in eodem nostro contextu continetur, de quo in hoc eodem opere multa iam diximus ex his quæ hic cumulari potuissent, & debuissent, & signanter hac eadem clauſul. 4. glos. 7. part. secunda à num. 57. multis probauimus & rationibus, & doctorū auctoritatibus, ac diuersorum Senatuum decisionibus nostrā hanc, de quā agimus, donationem inter patrē, & filium aliàs de iure regulariter reprobatam quando aliud non adesset pro eius validitate, ex hoc iuramēto, quod fuit in ea interpositū, sustinendam fore, & esse, ac validam indicandam, nec euanescere ex eo quòd filius donatarius patri donanti prædecedat, & postea declarauimus quomodò oporteat hoc iuramentum esse conceptum vt hunc effectum operetur, nunquid sufficiat quòd sit simpliciter interpositum, an, sicut in nostro contextu (quod laudo, & consulo semper fiendum vt cessent difficultates) cum promissione, & pacto de nō reuocando, item an illud excuset à collatione, & imputatione in legitimam: in glos. item 21. part. 1. vbi agitur de donatione omnium bonorum. à num. 49. latè deseruimus nunquid nostra hæc donatio vniuersalis, si non fuisset quicquam ad testandum reseruatum, sustineretur saltem in bonis præsentibus propter nostri iuramenti adiectionem, & alia sexcentum in discursu passim tibi obuiā ibunt de materia tractata, & disputata, quæ non est iustum hic repetantur, nec quòd nos, quia ea de iuramento tradita sufficiunt quantum præsens fert institutum, vlteriorem tractationē de eo faciam°, sed ad reliqua nostri textus explicanda progrediamur.

3 Restat † igitur quòd agamus de pacto, & promissione de non contraueniendo, & de pacto de nō reuocando propter igratitudinem, inopiam, aut offensam, aut aliam quamcunq. causam, quæ sequuntur in nostro tex. sed quia de primo pluries egi, & eius naturam satis explicui in superioribus hac eadem clausu. 4. glos. 21. part. 2. à numer. 62. ferè nihil hic de eo vlterius tradam, solùm aduertam primò quòd in ornatū eorum, quę ibi dicta fuere, videatur, vltra ibi allegatos, Alex. Rauden qui latè de eis agit, in tracta. de analog. lib. 1. c. 23. per tot.

4 secundò quòd † ista promissio est tantæ efficatiæ, ac tantæ virtutis, vt quamuis apponatur in contractu correspectiuo, in quo ea secluſa fidem liceret frangere eidem, hoc est si mihi non adimpleretur quod alter promisit, possem & ego non idimplere meam promissionē, nihilominùs ea clausula existente non

possum

possum modo aliquo euitare adimplementū meæ promissionis sub prætextu non adimplementi partis alterius, quia id operantur verba prædicta, vt probat Ioseph. de Sesse decis. Arag.
† 24. num. secundo, vbi dicit ita *decisum*, vide tamen de hoc articulo latè apud Seraphy. de priuileg. iuramen. priuileg. 108. à numer. 13.

5 Pro † intelligentia autem pacti de non reuocando propter ingratitudinem pręsciendū est quòd donatio, & omnis liberalitas in aliquem exercita reuocatur proculdubio propter eam, quę in donatorem à donatario commissa sit, tex. expressus, & vulgaris in l. fin. C. de reuocan. dona.

6 Dixi, † *donatio, & liberalitas in alium exercita*, ad differentiam donationis ob causam, quæ cum simpliciter, & proprię donatio non dicatur, neque liberalitas, sed quædam potiùs permutatio, quia item multoties solet alterius, quàm donatarij concernere etiam interesse, *veluti contingit in donationibus*, quę fiunt fanore certi matrimonij contrahendi, quarum præcipuè respectu huiusmodi disputationes in foro mouentur, vt Rip. Clar. & Fab. vbi infrà allegabuntur, tradunt expræssè, adde Monter decis. 10. nume. 2. huic propterea reuocationi
* non subiacet ex glos. communiter approbata in allega. l. fi. verbo, *inueniatur*, & ibi Rip. n. 49. C. de reuocan. dona. Iul. Clar. in §. donatio q. 21. num. 4. Moli. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 8. num. 16. infinitos penè ad id probandum cumulat Blas. Flor. in additio. ad Gam. decis. 163. alios nob. Ludouic. à Pegue. decis. 21. in nouissimis, sic *decisum* fuisse in Senatu Lusitano au-
† ctor est Anthon. Gam. in d. decis. 163. sic *resolutum*
† fuisse in Senatu Sebusia. refert nobis Anthon. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 36. de reuocan.
† dona. defi. 1. & sic denique noster Senatus *tenuit* de anno 1604. sub die 8. Mar. in causa pupillorum Graus contra Anthoniam Planes, & Meca referente egregio olim Senatore, nunc in supremo Aragonum Consilio Regente, Saluatore Fontanet, & scriba Vilella, cuius memi nit primò Iacob. Cancer. in tertia parte varia. resolu. cap. secundo de inuentar. num. 222. & deindè nobis Ludouic. à Peguera allega. decis. 21. in nouissimis. Et licèt dicat Cancer. eam declarationem fuisse certo modo in aula Regentis Cancellariam referente egregio Senatore Iacobo Puigmija commutatam, de quo nos inferiùs, & paulò post hæc dicemus, nihilominùs postea in tertia aula ad relationē egregij itidem Senatoris Francisci Bonet sub die 31. Ianuarij fuit illa (me aduocato) in omni-
† bus *confirmata*, sumendo expressè pro motiuo quòd donationes ob causam non reuocantur ob ingratitudinem, scriba fuit N. Thio.

7 Hæc † dubium non habent, imò apud omnes videntur esse sub certo, maximum tamen versatur nunquid intelligatur id in eo, quod est intra causam, in quo retinet donatio priuilegia donationis ob causam, secus futurum in eo, quod est extra causam, in quo mera liberalitas, & simplex donatio videtur, & propterea reuocationi ob ingratitudinem obnoxia. Hac in re memini me aliàs in hoc opere, hac scilicet eadem claus. quarta, glos. prima nu. 84. & glo. 19. parte prima, nume. 33. perfunctoriè, & ad aliud propositum, cum promissione tamē hīc vlteriùs negocium examinandi, docuisse illud quod dicitur donationem ob causam non reuocari propter ingratitudinem, intelligendum fore in eo quod est intra causam, secus in eo
8 quòd est extra, ad similitudinem † eius quod dicitur de insinuatione vt illa non requiratur in donationibus ob causam in eo quod est intra eam, secus in eo quod est extra, & ibi nonnullis doctorum auctoritatibus confirmaui, addo eis nunc Pet. Barbos. in l. 2. parte prima n. 171. ff. solut mat. Moli. de primo. Hispa. lib. 2. c. 8. nume. 17. & Surd. de alimen. titul. primo, q. 48. numer. 14. insignis est Baecæ locus de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 32. num. 8. vbi
9 tractans illam quæstionem † nunquid dos prę ter modum permissum data aduersus legis decretum reuocari possit matrimonio constante inter dotatam filiam, & generū, resoluit quòd sic, & veniendo ad rationes huius resolutionis dicit in d. num. 8. vnam ex eis esse *quia* (inquit) *hic non agimus de reuocanda dote constante matrimonio, sed de reuocanda immodica dote, quam maritus pro portione excedente non censetur habere ex causa onerosa, sed ex causa lucrativa, quoniam donatio ob causā solum dicitur titulus onerosus pro portione equiualenti causæ: quantum tamen excedit, dicitur titulus lucrativus, & mera gratuita donatio, neminem ergo* (pergit vlteriùs) *mouere debet quod aliqui doctores asserunt maritum habere dotem titulo oneroso, & ideo practicandum §. si à socero l. fi. ff. quę in fraudem creditor. scilicet vt constante matrimonio non reuocetur, hic enim non tractamus de dote, sed de immodica dote, quæ est titulus lucrativus pro portione quæ est immodica &c.* Omnes in hoc Tiraquel. allegant, qui benè loquitur, in repetio. l. fi vnquam verbo, *donatione largitus* nu. 69. C. de reuocan. dona. & alios penè infinitos, quos apud eos videre poteris. Hanc in termi-
† nis resolutionem *approbauit* Senatus in illa pupillorum Graus contra Anthonium Planes, & Meca referente egregio Senatore Iacobo Puigmija sub die 18. Mar. 1606. de qua memini vbi suprà, & erat illius scriba N. Thio, vbi donationem dotis causa à patre factam reuocari posse propter ingratitudinem declarauit Senatus in eo quod excedebat quantitatem ducentarum

librarum,

librarum,quam ſolebant homines ſimilis cõditionis filiabus ſuis in dotetem dare, vel legitimam filiæ ſuæ donatariæ debitã,*quia*(inquit) *vſque ad dictam quantitatem, ſeu legitimam,ſi plus valet,fuit,& eſt dicta donatio ob cauſã: & quatenus excedit dictas quantitates dotis,ſeu legitimæ eſt ſimplex,& pura donatio,& ita potuit ob dictam cauſam ingratitudinis reuocari quoad dictum exceſſum &c.*

Hæc dubitare me faciebant de victoria in cauſa ſupradictorum Graus,& Planes, & Meca dum in tertia aula ad relationem egregij Senatoris Franciſci Bonet de reuocatione iam dictæ Regiæ ſententiæ referente Puigmija latæ agerem,& ideò excogitaui alia media,& ſignãter dicendo quòd nunquam adfuiſſet in filia ingratitudo ſufficiens ad reuocationem,nec reuocatio patris qualis fuiſſet neceſſaria vt propter ingratitudinem prior donatio facta diceretur reuocata, de quibus nonnulla dicemus in inferioribꝰ, quibus potiùs inniteter,quàm dubiæ victoriæ fundatę in eo quòd donatio prędicta non potuiſſet,ſicut dictum fuerat in Regia ſententia, diuidi, negocium committere.

10 Nihilominùs † Senatus in Regia ſententia indè lata Relatore Bonet ſub die 31. Ianuarij † 1612.ſententiam prædictam *reuocauit*, nec diſtinctionem prędictam de eo quod eſt intra,& de eo quod eſt extra cauſam approbare voluit,ſed imò in totum ſuſtinendam donationem,ſequendo in omnibus,& per omnia ſententiam Regiam primo loco referente Fontanet latam,quæ de dicta diſtinctione, & ſeparatione nullum verbum fecerat: Motiuum ad hoc aliud non video in dicta Regia ſententia poſitum quàm quia donationes huiuſmodi, quæ fiunt fauore certi, & determinati matrimonij cum certa,& determinata muliere contrahendi pars, & partio cenſentur eſſe contractus matrimonij,in quo fiunt,& cum ipſo cõfundũtur,ex quibus(inquit) reſultat eſſe veras donationes ob cauſam,&quia ſimiles donationes ob cauſam non reuocãtur,& dicta Planes & Meca quatuordecim annos antequam pater ipſius faceret ſecundam donationem alteri,quam dicebant continere reuocationẽ ſuæ, conuolauerat ad ſecundas nuptias,& bona donata ſecundo viro conſtituerat in dotem, & donauerat eadem filijs naſcituris, & ſimilem maritus ipſius fecerat filijs ipſorum naſcituris donationem, quę in effectu ſunt eadem, quæ poſita fuerant in prima ſententia, quę cõfirmabatur,vt nos diximus in ſuperioribus hac eadem clauſ.4.gloſ.1.num. 35. verum eſt quòd Senatus egregius non fundauit in hoc ſolùm ſuam,vt dictam ſententiam reuocaret, intentionem,ſed addidit(quod ego enixè conſideraſſe ſæpe in cauſa,omiſſa diſputatione an vſq. ad causã,an extra ſuſtineri deberet donatio) quòd cõſtabat potuiſſe,nec voluiſſe donatorẽ reuocare,& vbi conſtaret voluiſſe,& potuiſſe,nõ conſtabat de legitima reuocatione ex cauſis quas infrà dicemus.

11 Potuiſſe † autem ex ſupradictis ſolis motiuis reuocationem ſententiæ prædictæ fieri videtur ex eo quòd ipſa probent donationes eas,quæ fiunt fauore,& contemplatione certi, & determinati matrimonij cum certa,& determinata perſona contrahendi cauſam onerosam habere intelligi, ideſt matrimonij, quod aliter contractũ non fuiſſet,hoc reſpectu quòd ad eas faciẽdas patrem obligarunt qui ex parte altetius contrahentis aderant tantundem forſan ipſi alteri coniugi donando,ſicque eiuſmodi donationes non procedunt ex liberalitate parentum,nec ad ſatisfaciendum cum eis alicui obligationi,qua filio,vel filię teneantur, ſed imò quia ita tractatum eſt & pactatum cũ ijs,qui erant ex alia parte matrimonij,& vt eſſet pactioni,& contractui inter eos factis ſatisfactum, qui aliàs matrimonio non cõſenſiſſent, quæ denotant nihil hic cõſiderari poſſe, quod ſit extra cauſam,vt diuidatur ab eo quod eſt intra:ſi enim aſſeris,prout Regia ſententia referente Puigmija lata, dici has donationes ob cauſam vſque ad quantitatem, quam pater tenebatur filio,vel filiæ dare pro legitima,vel pro dote reſpectiuè,& in reliquo eſſe meram liberalitatem,reſpondebo non videri ita eſſe quia non conſideramus pro cauſa donationis eam obligationem, ſed imò matrimonium ipſum aliàs non contrahendum, & pactionem contrahentium illud,quæ nullam diuiſionem admittunt:hæc colliguntur non obſcurè ex eiſdẽ ipſis motiuis, & ex his,quę nos adduximus in allegã.gloſ.1.clau.4.dum de huiuſmodi donationibus egimus,& in terminis tradit Anth. Fab.in ſuo C.lib. 8.titu.36. de reuocan. dona. diffini.1.Item dicuntur huiuſmodi donationes non poſſe reuocari propter ingratitudinem quia continent fauorem aliorum,quibus non eſt iuſtum præiudicatum eſſe concedamus ex donatarij ingratitudine, Fab. ibidem. Hæc illã diuiſionem,& ſeparationem bonorum videntur excludere, & ideò propter hoc forſan de ea Senatus in hac vltima ſententia nõ habuit rationem.

12 Dicebat noſter Cancer.in tertia parte var. reſolu.capit.ſecundo,de inuentar. numer.122. reſolutionem ſumptã in Senatu,referẽte Puigmija,in allegata cauſa pupillorum Graus contra Planes,& Meca,de qua egimꝰ,vt declararetur donationem reuocandam in eo quod eſt extra cauſam,ſuſtinendo eandem in eo quod eſt intra, vt ſuprà dictum eſt, ideò fuiſſe quia

ſolutum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſolutum per mortem viri ſine liberis contingentem fuerat matrimonium, cuius fauore, & contemplatione extiterat donatio facta, quod (inquit) potuit fieri, quia priuilegia, quæ conceduntur rei geſtę fauore alicuius matrimonij, ceſſant eo ſoluto per mortem viri ſine liberis contingentẽ, & propterea donatio, quæ propter iſtorum præiuditium reuocari non poterat † ob ingratitudinem, reuocabilis fit proculdubio per ceſſationem cauſæ, quæ ceſſat per mortem prædictam. Sed reſpondeo quòd licèt Cancerij reſolutio in abſtracto ſit vera, meoq. intellectui ſatisfaciat quòd priuilegia donationis factæ fauore certi matrimonij ceſſent per mortem mariti, vel vxoris reſpectiuè ſine liberis, & propterea in eo quod excedit legitimam, & obligationem donandi dici iure poſſit gratuita, & ſubiecta proindè reuocationi propter ingratitudinem, & ex alijs cauſis de iure permiſſis, id quod etiam, vltra adductos à Cãcer. probat multùm benè Andre. Angulo de melioratio. l. 1. gloſ. 10. n. 2. & glo. 13. num. 2. di-
13 cens † quòd licèt melioratio filij vndequaque perfecta, & irreuocabilis, reuocetur ex cauſis, ex quibus alia quæuis perfecta donatio reuocatur, id tamen (inquit) fallit in meliorationefacta ex contractu oneroſo cum tertio, ne ius tertij ex ingratitudine alterius lędatur, niſi (& nunc probat noſtrum inſtitutum) tertij illi (ſint nurus vel nepotes) deceſſerint, quia iam tunc ceſſat eorum intereſſe: Verùm id dicebam ego, qui cauſam dictæ Planes, & Meca defendebã, non potuiſſe applicari noſtro caſui vbi ſtatim ſtatim atque commiſſa, vt dicebatur, erat ingratitudo, nupſerat mulier alteri viro, & ei bona donata per patrem in dotem atulerat, & do- *
nationem de eis filijs naſcituris fecerat, idque quatuordecim annis antequam pater actum faceret, quem aduerſarij dicebant eſſe reuoca- 18
tionem donationis, qui factus fuerat conſtante & durante adhuc hoc ſecundo matrimonio, & exiſtentibus filijs ex eo, quo caſu ſuccedere dicebam diſpoſitionem l. his ſo- *
14 lis, C. de reuoc. dona. vbi † ſi donatarius ante ingratitudinem, atque adeò poſtea ante motã litem rẽ donatã alienauerit, vel donãdo, vel vendendo, vel in dotem dando, aut alijs, non poterit à tertio reuocari, exornat alijs ſimilibus exemplis in propoſito conducibilibus Flamin. Chartar. deciſ. Genuæ 75. à num. 15. cu-
15 ius rei rationem poſtea tradit numer. 19. quia † donatio non reuocatur ipſo iure per ingratitudinem, nec competit rei vendicatio, ſed tãtùm actio perſonalis vt declarat glo. ibi, & Tiraquel. in tepetio l. ſi vnquam verbo, *reuertatur*, nume-
16 327. ex qua † etiam ratione fit & illud quòd reuocata donatione non teneatur donatarius reſtituere fructus antea perceptos quia ipſa donatio valida eſt à principio, & perfecta, & donatarius bona fide percipit fructus vſque ad litis conteſtationem ſuper reuocatione donationis ob ingratitudinem, quæ non cenſetur ipſo iure reuocata, ſic benè, poſt multos quos allegat, Gurier. de iuramen. confirm. parte prima, capi. 10. nume. ſeptimo, quod & *approbari* in Senatu Sebuſiano auctor nobis eſt Anthon. Fab. in ſuo Cod. libro octauo, titul. 36. de reuocan. dona. defini. 15. quicquid in contrarium dicat Rip. in allega. l. fi. C. de reuocan. dona, num. 223. quem ſequitur Andre. Angulo de meliora. l. 1. gloſ. 12. nume. 11. conuincitur enim ea opinio manifeſtè ex ſuprà dictis. Ac proindè perſpicax Senatus referente Bonet, poſt poſitum in Regia ſententia contrarium de diſſolutione matrimonij per mortem viri, quę contigerat ſine liberis illius matrimonij, quaſi ei reſpondendo facit ex preſſum motivum de ſecundo, & de conſtitutione dotis in eo facta de eiſdem rebus donatis, ac de donatione filiorum, & demũ de prætenſo actu reuocationis, ponderando quòd factus ille fuerat quatuordecim annis poſt prætenſam commiſſam ingratitudinem, & totidem ferè poſt contractas cũ alio viro ſecundas nuptias.

Quando igitur donatio ſimplex eſt, non ob cauſam, aut aliàs priuilegiata, reuocationi procludubio ſubiacet ex cauſa ingratitudinis, vt
17 ſuperiùs in principio dicebamus. Hæc † autẽ ingratitudo non eſt de iure definitum qualis debeat eſſe: licèt enim Imperator in allega. l. fina. C. de reuocan. dona. & Roma. Ponti. in c. fina. de dona. quinque tantùm cauſas enumerent, propter quas hæc reuocatio ſit permiſſa donatori, communis tamen doctorum ſchola concludit quòd ex alijs etiam vel maioribus, vel ſimilibus cauſis fieri eadem reuocatio poſſit, non ſecus † atqui in cauſis exhęredationis doctores dicũt quòd quamuis quatuordecim dumtaxat tradat Impera. in aucten. vt cum de appel. cognoſ. in §. aliud quoque capitulũ col. 8. communis autem tenet quòd ſi aliam vel ſimilem, vel maiorem ingratitudinis cauſam filius commiſerit, ſic illius prætextu poterit exhęredari ſicuti ſi aliquam ex adductis per Impera. eo loci commiſiſſet, ita pulchrè probat Ludouic. Moli. in tracta. de primogen. Hiſpan. libro primo capit. 9. num. 32. 33. & 34. vbi qui id fieri poſſit, non obſtantibus verbis pręciſis, *ſolùm, tantummodò*, & alijs ſimilibus in legibus de hoc loquentibus appoſitis explicat, Iul. Clar. in §. donatio q. 21. Viui. in commun. verbo, *donatio ex quinque cauſis*, num. ſecundo, Meno. de arbit. iudi. libro ſecundo centu. ſecunda caſ. 84. nu. 10. & caſ. 150. & 267. vbi dicit id eſſe iudici arbitrarium, qui id fundat ſignanter in l. donationes §. ſpecies ff. de donatio. ibi, *iudicem tamen*

æſtimaturum

æstimaturum si mater iure contra filiam offensa eas revocare velit.

19 Nec mireris † quòd non loquendo Meno. de nostra revocatione permissa donatori ex ingratitudine, sed potiùs de donatione materna revocanda, & de exhæredatione liberorum, ac guamus ab illis casibus ad nostros, cum enim nulla sit differentiæ ratio, imò vnum, & idem videntur isti casus, quoad hoc, esse, nec nos aliquam facere debemus, ac proindè appositè Angulo de melioratio. l. 1. glos. 15. nu. 1. post Peral. in l. vnum ex familia §. si de falsidia nu. 5. de lega. 2. dixit ex eisdem causis posse donationē perfectam revocari, ex quibus cōceditur filiorum exhæredatio.

20 Et quamuis † Pater Molina de contrac. disputa. 281. nu. 3. ab hac opinione voluerit discedere existimans fieri non posse quòd lex pœnalis de donationibus revocandis facta, maximè cum dictionibus præcisis *tantummodo*, *solum &c.* ad alios casus, præter in ea expressos, extendatur, hæc non debent movere vt à tam communi, & recepta in contrarium opinione recedamus, quibus abundè satisfaciunt doctores, & signanter alter Moli. vbi suprà allega. est, latè Eman. à Costa in l. Gallus in §. & quid si tantùm in 3. parte nu. 175. ff. de lib. & posthum. videndi.

21 Solùm † debet iudex attendere ne læuis sit offensa, ob quam donationem vult donator revocare, quia tunc locum dare revocationi nō deberet, vt aduertit Aldera. Mascar. in tracta. de general. statutor. interpreta. concl. 5. n. 57. vbi pluta similia ad id confirmandum adducit.

22 Dubitatum † vidi in supradicta causa pupillorum Graus cōtra Anthoniam Planes, & Meca, nunquid incestum (idem quærimus de stupro) quod in domo paterna dicebatur commissum à donataria, esset connumerandum inter legitimas causas, quæ locū faciunt revocationi donationis propter ingratitudinem, qua in re Senatus noster referente Puigmija sub die 18. Mar. 1606. *cēsuit* quòd sic, sumens expressè promotiuē, vt pro prætensa revocatione donationis declararet, quòd constaret donatariam existentem in viduitate patri donatori ingratam extitisse, & grauem iniuriam habitātē in domo patris sui eidem intulisse &c.

23 Fundatur † communiter hæc opinio in eo quòd per huiusmodi incestum, & stupū filiæ irrogata censeatur iniuria, & infamia patri, & affinibus, vt dicit Salice. in rub. C. ad l. Iul. de adulter. numer. primo, quem sequuntur Anthon. Cordub. de Lara in repeti. l. si quis à liberis §. idem iudex, numer. 65. & 64. de liber. agnoscen. & Pet. Barbosa in repetitio. l. 1. parte 4. nu. 46. ff. solu. matrimo. qui omnes illud solum ad id allegāt, q; legitur Ecclesiastici c. 24. (errāt tamē in allegatione, nam imò est c. 42.) */super filiam luxuriosam firma custodiā ne quādo faciat te in opprobrium venire inimicis*, addo ego (ex qua melius probari arbitror, quàm ex reliquis, quæ ad idem à doctoribus adducuntur) l. quod ait lex ff. ad l. Iuliam de adulter. in illis verbis, *illa ratio redditur quia maiorē iniuriam putauit Legislator quòd in domum patris, aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere*, in quibus verbis vides qualiter iniuriam patri inferri ex adulterio filiæ Iureconsultus præsupponat, & maiorem vocet si illud in domo patris cōmitat, cuius rei ratione arbitror quòd in Regia sententia de qua suprà, meminit Senatus illius circunstantię commissi incestus per filiam in domo patris, & propterea vocasse grauem iniuriam, quæ indè patri illata fuit.

24 Hęc † tamen me nihil mouerunt quominùs in causa supplicationis in alia aula ad relationem egregij Senatoris Francisci Bonet defenderem contrarium, non fuisse scilicet incestum illud, seu stupum cum vnico viro, vt prætendebatur, commissum sufficiens vt propter illud fieret donationis revocatio, quia sępè allega. l. fina. C. de revocan. dona. in qua hæc potestas revocandi donationes propter ingratitudinem fundatur, requirit iniuriam atrocem vt fiat revocatio ibi, */ita vt iniurias atroces in eum effundat*, & probat benè Ioan. Gutier. in cons. 14. à num. 14. vbi declarat quando atrox dicatur, hæc autem, qua de agimus, quamuis aliqualis iniuria dici valeat, non tamen atrox dici potest modo aliquo vt faciat locum revocationi; ego potiùs cum Rip. in d. l. fina. num. 126. id quod patri resultat ex turpitudine filiæ verecūdiam quādā appellarem, & existimarem non multū me esse alienum ab eo quod Ecclesiasticus significare voluit in allega. c. 42. verbo, *opprobrium*, vtēdo, quod pro opinione diuersa allegatur, vbi dicendo */ne quando faciat te venire in opprobrium inimicis*, visus est mihi Ecclesiast. dicere voluisse quod nos materno nostro sermone dicimus communiter, */perq̄ no sen veja alguna vergōña*, vt satis res ipsa ex se indicare videtur.

25 Prętera † considerabam, & considero quòd non sit iustum maiorem tribuere fauorem potestati revocādi ex causa donationem, quàm tribuamus potestati filios exhæredandi, imò hęc ambulare pari passu suprà docuimus, & insinuant non obscurè Rip. in d. l. fina. C. de revocan. dona. & alij in alijs locis, qui de hac nostra revocatione agentes promiscuè causas exhęredationis cum causis revocationis donationis commiscuerunt imò eadem iura, quæ de revocatione donationis agunt, & quæ de exhæredatione filiorum, eisdem prorsus

causas pro vno atqui pro alio casu adducunt:
26 quando † autem lex vult propter filiæ turpitudinem reuocari posse donationem, eam non quomodolibet requirit, sed continuatam, prout habes in §. aliud quoque capitulum in auctē.vt cum ā appella.cognoſ.ibi, *ſi luxurioſam degere vitam elegerit*,& notat peroptimè Pater Sanchez de matrimo.li.4. de conſen. coac.
27 diſputa.24.numer. 6.vbi † poſtquam in præcedentibus dixit,& probauit ſatis,tres requiri conditiones vt filia inuitis parentibus nubens exhæredari valeat,primam vt parentes voluiſſent eam matrimonio collocare,& dotem, ſecundum vires ſuæ ſubſtantiæ,tradere: ſecundā vt filia illi matrimonio repugnet, & ſimul vitam luxurioſam eligat: & denique tertiam vt ſit minor viginti quinque annis,quæ conditiones exprimuntur in d.§.aliud quoque capitulum,poſtquam(inquam)hæc docuit,& probauit,in allega.num.6. addit indè inferri non ſatis eſſe ſi ſemel,aut bis copiam ſui corporis filia fecerit vt poſſit exhęredari,idq. probari dicit ex verbis ſuprà relatis poſitis in d. §. aliud quoque capitulum,idem videtur probare Dida.in c.Raynuntius in initio num. 15. de teſtamen.& denique ad idem Sanchez allegat Patrem Molina de iuſti.& iure tomo. 1.tracta.2. diſputa.176. Fauet non modicùm huic opinioni interpretatio Cornel.Ianſenij in commen. ad alleg.c.42. Eccleſiaſtici,cui inhæret diuerſa opinio,dicit enim quòd verbum *luxurioſam*, in eo tex.ſignificat mulierem inuerecundam, & impudentem, *ac proindè (inquit)* luxurioſam hic non debet accipi pro ea,quæ per libidinem peccat,ſed pro ea, quæ laſciua eſt, & petulans, quæque ſua inuerecundia declarat ſe ad libidinem procliuem eſſe,idque totum is auctor deducit ex verbo græco,cuius loco eſt verbū, luxurioſam,poſitum:hæc (dicit is auctor) mulier eſt quam Eccleſiaſticus ait facere venire patrem in opprobrium inimicis ſuis,non alia. Ex quibus vides quàm longè abſit poſſe in propoſito vnum vel alterum actum luxurioſum proficere.Hanc opinionem(licèt in his non videretur animaduersū in alia aula, vbi prior ſentē tia lata fuerat,forſan quia nō fuiſſet per partes
† deductum)*ſequutus* videtur Senatus noſter doctiſſimus in ſæpè allegata deciſione cauſæ pupillorum Graus contra Planes,& Meca,in qua expreſsè fuit factum motiuum quòd non conſtaret prætenſum inceſtum,qui mulieri impingebatur, fuiſſe commiſſum niſi cum vnico affine ſuo &c.
28 Et eſſet † magnę conſiderationis quòd filia hæc,quæ ſtrupum,vel inceſtum commiſit, vidua fuiſſet,quia tunc minus proculdubio iuris haberet pater reuocandi donationem,cū enim ea nō exiſtat in patris poteſtate,quia ab ea fuit liberata in his regnis per cōtractum matrimonij, ex conſti.1.tit.de emancipa.in quā nō remcidit per diſſolutionem dicti matrimonij morte viri cauſatam, vt notat *in terminis* additio ad Antho.Gom.in l.47.tau.ſuper nu.2. & probat l.qui liberatus ff.de adoptionibus, nō ſolēt iura de intereſſe patris eſſe ſolicita erga filiæ facta,& geſta,ſed tantùm quādo eſt in poteſtate
29 illius conſtituta.Sic † videmus quòd leges, quę antea matrimonium nolebant contrahi poſſe à filijs ſine conſenſu patris, id tātùm intelligebant in filijsfamilias,non in alijs, vt probatur in princip.inſtitu.de nup.Item † leges,quæ per
30 mittunt patri filiam adulteram occidere, intelligunt de filiafamilias,l.patri cum ſimil. ff. ad L. Iul.de adulter.latè probat Pinel.in rub.de bon. mater.p.2.n.19.benè.Iul.Clar.in §.homicidium num.48.& ibi Baiar.in additio.num.170.ac Tiber.Decia.in tracta.crimina.to.2.lib. 9.c.15.nu. 19.Et † finaliter lex quæ dat patri actionem in-
31 iuriarum pro adulterio filiæ (& hoc eſt contra adulterantem,non contra filiam, nam contra eam nulla lex id dicit) non tribuit eam niſi quā do adulterium eſt commiſſum contra filiam in patris poteſtate conſtitutam, non quando cōtra emancipatam,l.1.§. fina.de iniur. Hęc ego dominis meis colendiſſimis proponebam in cauſa ſuprà toties allegata,quibus ipſi viſi proculdubio ſunt *innuere* dum,inter alia,ad abſoluendum mulierem ponderarunt expreſsè in † *motiuis* quòd ipſa eſſet per contractum primi matrimonij de patris conſenſu ab eius poteſtate liberata, dum inceſtum commiſſum ſibi opponebatur,&c.quamuis nihil de hoc in priori ſententia ſuper eodem facto lata dictū fuiſſet, forſan quia nihil eo tūc deduxerant de eo partes.

32 Sed an † ſit neceſſe quòd actualiter tempore reuocationis hæc mulier vitam luxurioſam ducat, an ſufficiat duxiſſe aliquando per aliquod tempus, dubitationis eſt non modicæ, eam ad partes latè diſputat Franciſ.à Rip.in ſæpè allega.l.fi.C.de reuocan.dona.quæſtio. 67. à n.224.dicēs poſtea n.226.ſuā in hoc eſſe opinionē quòd diſtinguatur inter ingratitudinē, & ingratitudinē: alia enim(inquit)eſt quæ prouenit ex cauſa,quę ſolùm tangit ingratum,nec famam,perſonam, vel bona alterius lędit, velut in filia, quæ meretricata eſt, vel in filio atenoſo, & hanc ingratitudinē purgari per pœnitentiam,& bonam vitam dicit:alia verò(pergit)eſt ingratitudo,quæ tangit perſonam, famam, vel bona donatoris, quæ non purgatur per pœnitentiam,non enim eſt in manu ingrati ius donatori quæſitum ex offenſa in eum illata,ſine illius facto,& voluntate auffere: rationem differentię inter hoſce caſus reddit, quia (inquit) ſi delictum ingratitudinis tan-

gir

UAB Biblioteca de Ciències Socials

git ſolùm ingratum filium, vel donatarium, tũc ſi eum pœniteat, & ad vitam meliorem redeat, ceſſat verecundia, quæ ex turpitudine inferebatur patri, & donatori, & omne intereſſe ipſorum, meritò igitur debet ceſſare actio ingrati. quæ turpitudo, & intereſſe non ceſſant quãdo vitium ingratitudinis tangit patrem, vel donatorem. Hæc Rip. quæ multis probat, cui adde Ioan. Pet. Surd. qui multa in huius opinionis corroborationem adducit, ac dicit verè nõ poſſe ſuis rationibus, ac eis, quas Rippa adduxit, reſponderi, ac ſatisfieri. Surd. (inquam) in tracta. de alimen. tit. primo quæſt. 48. à numer. 28.

Sed contra Rippam, & eos, qui ante eum opinionem tenuere affirmatiuam, quòd ſcilicet debeat durare luxurioſa filiæ vita tempore reuocationis, nec ſit permiſſa reuocatio propter vitam turpem olim ductam, inſurrexerunt Anthon. Corduba de Lara in l. ſi quis à liberis §. idem iudex à nu. 60. vbi incipit tractare quęſtionem, cum ſequẽt. ff. de liber. agnoſcen. Petrus Barboſ. in l. prima par. 4. num. 46. ff. ſolu. matrim. ac Eman. à Coſta in repetitio. l. Gallus in §. & quid ſi tantùm à numer. 188. ff. de lib. & poſthum. exiſtimantes quòd proſit quidem pœnitentia, & operetur quoad Deum, & in his terminis intelligenda volunt quæcunque dicuntur de criminis abolitione per pœnitentiam, ſed non quòd tollat ius alteri quæſitum.

33 Hac ego † in quęſtione, quia eam doctores præmarrati latiſſimè ad partes diſputant, rationes adducunt, quæ pro vtraque parte faciunt, & vltimò doctores allegant, qui vnam, qui aliã opinionem ſuſtinẽt, nihil vlteriùs dicere ſtatui, ſed his contentus, breuitati ſtudens, ad reliqua, quæ deſunt tractanda, ad totalem perfectionem libri, pertranſibo, animaduertam tamen priùs quòd Rippę, & ſequatium opinio in occurrenti caſu, quæ tenet poſt peruentum ad meliorem vitæ frugem non poſſe fieri donationis reuocationẽ, viſa eſt † *placuiſſe* Senatui ſuperegregio in illa pupillorũ Graus contra Planes, & Meca, de qua ſuprà, quia poſuit in motiuis, inter alia, vt concluderet non potuiſſe reuocari donationem, quòd ſecunda donatio, quã aduerſarij dicebãt eſſe reuocationẽ, facta fuerat quatuordecim annis poſtquã ſecũdas nuptias filia cõtraxerat, in quib⁹ honeſtè sẽper, vt decebat, vixerat. Surd. vbi ſuprà irreſolutus à quæſtione hac ſe expediuit, multa tamen adduxit, ex quibus adoceri valeas quid ſequi debeas, alia videbis apud Henri. Roſſental in tracta. de feud. capit. decimo concl. 17. in ſchol. in littera AA. & alia denique apud Ceual. in cõmun. contra commun. quæſt. 537. nu. 3. vbi pro opinione Rippę.

34 Vbi autem † vera eſſet, & ſufficiens ingratitudinis cauſa ad reuocationem donationis oporteret quòd expreſsè donator reuocaret donationem, nec ſufficeret facere ſecundam, vel aliàs alienare rem donatam, prout abundè probauimus hac eadem clauſul. quarta, gloſſa. 9. parte quinta à numer. 189. nec eſt repetere neceſſe, ſolùm illis addo quòd cauſa ſupplicationis, de qua verba ibi facio in numer. 196. referente Bonet, fuit iam declarata cum huc peruenit prælũ, ſub die ſcilicet 31. Ianuarij 1612. in qua expreſſiſſimè quod ibi fundabamus cõtra ſententiam latam referente Puigmija, extitit † *declaratum*, ſecundam donationem non habuiſſe vim reuocationis primæ, quamtumuis reuocandi poteſtatem ex ingratitudine donator habuiſſet.

35 Hanc † donationis reuocationem ſoli donatori fieri permiti palam eſt, nec licitam eſſe regulariter hæredibus omnes ſunt in confeſſo, & probant manifeſtiſſimè l. fina. C. de reuocan. dona. & capit. fina. extra de dona. elegans ad id eſt Guidon. Pap. deciſ. 214. vbi pulchræ additiones Ranchin. & Mathei, qui limitationes adducunt, ſi donator mortuus fuerit neſciens ingratitudinem: ſi ſciuit, repentina tamen morte obijt, taliter quòd non potuerit reuocare: ſi præparauit quærelam dum viueret, id eſt conquæſtus fuerit de ingratitudine, & auditus fuerit dicere quòd volebat reuocare donationẽ: ſi donator cauſam ingratitudinis iã incœpiſſet, poſſet enim eo caſu perficere hæres, & aliàs vt ibi habes,

36 Circa † illud de conquęſtibus, & iactationibus donatoris. *qui auditus ſit in vita conquęri de ingratitudine donatarij dicens velle ſe donationem ei reuocare, quæruntaliqui nunquid eiuſmodi conquæſtus debeant eſſe iuditiales, taliter quòd extraiuditiales non ſufficiant, ſed ſit neceſſum, vt manum hæredes poſſint apponere, quòd iuditialiter conquęſtus donator fuerit de ingratitudine, & videtur dicendum quòd ſint neceſſarij conquæſtus iuditiales, nec alij ſufficiant ex illis verbis l. final. C. de reuocan. dona. ibi, ex his enim tantummodo cauſit, ſi fuerint in iuditium dilucidis argumentis cognitionaliter approbate &c.* per quæ verba ita tenet Ioſeph. Ludouic. quę dicit id probare in terminis, in deciſ. peruſi. 93. num. 40. parte ſecunda quem ſequitur Ariſmi. Tepat. in variar. ſentent. iur. compen. libro ſecundo, titul. de reuocan. dona. col. 8. in initio fol. 130. Sed id eſt reprobatum * communiter, quinimò volunt omnes conquæſtus ſufficere extraiuditiales de ingratitudine dummodo adſit declaratio voluntatis quòd volebat, & intendebat propterea donator facere reuocationem, aliàs enim primum ſine ſecundo non ſufficeret, prout

benè Rip.declarat in allega.l.fina. q.68. nume. 108.& deprehenditur clarè ex Guid. Pap. & omnibus alijs,qui de hac materia tractant, & in expresso opinionem Ludouic.vbi suprà reprobat Surd.de alimen.quęst.48. titu.1.nu. 14. & 46. Atq.hęc de reuocatione,quæ fit propter ingratitudinem.

37 Posita†fuerunt in nostro tex.*aut per inopiam*, quib*donator propter inopiã promitit nõ reuocare donationem,quæ verba cogunt nos examinemus nunquid eam ob causam reuocari donatio valeat:qua in re quod ego reperio est quòd donatarius tenetur alere donatorem si sit inops,taliter quòd si id non faciat poterit proculdubio ipse donator eam ob rem reuocare donationem, sic tenet glos.in sæpè allega.l. fi.C.de reuocan.dona.in verbo,voluerit, & est * communis doctorum opinio, prout probat Ceual.in practi.commu.contra commu. quæstio.352.Lara in l.si quis à liberis,verbo,idem iudex,num.58.Anthon.Gom.tomo secundo variar.resolu.cap.4. d dona.num.14.versic.*quibus adde*, & omnium latissimè Surd.in tracta. de alimen.tit.1.q.48.per totam:quod an sit intelligendum simpliciter, an verò respectu rei donatæ tantùm:item an si ratione donationis factus fuit inops donator,an verò si quocunque † modo,in quo asserit Ceual.*obtentum* quòd quo modocumque contingat inopia habere debeat alimenta donator:an item ad id vt donatorem inopem alat donatarius, debeat esse requisitus,& nunquid in dubio præsumatur alitus translato in donatorẽ onere probãdi cõtrarium , & alias pulchras quęstiones in hac materia relinquo vidẽdas apud citatos doctores, quia non est nostri instituti eas hoc loci tractare.

De hac facultate reuocandi donationem ob non præstita alimenta, vbi requisita adsunt quam ob rem deberent præstari, competente donatori inopi,existimo loqui partes in nostro contextu, dum dicunt se promitere non reuocaturos donationem propter inopiam,& renũciare legi dicenti reuocari illam posse eam ob causam,nam non video aliam dispositionem, quæ permitat aliam donationis reuocationem propter inopiam,præterquàm propter non præstita alimenta donatori inopi, quod si ita est, aliter proculdubio deberent hæ promissiones, & renuntiationes concipi.

38 Sequitur† in eodem nostro tex. quòd nec per offensam reuocari donatio valeat,quod ad quid ponatur nemo non videt, ideò scilicet vt intelligatur voluisse donatorem comprehendere omnem omnino casum offensionis,quæ posset fieri donatori per donatarium abdicans à se facultatem reuocandi per eos, genus enim potest dici ad quæcunque potest donatarius inferre donatori damna, & præiuditia, quæ reuocatione digna forent,nos propterea non arbitramur oportere quòd amplius insistamus in hoc, si autem quid hoc verbum significet *perfectè scire* volueris, recurre ad lexicon iuridicum, iuris scilicet ciuilis, & Canonici, in eodem verbo,& ibi videbis latè.

39 Sequitur† in eodem nostro tex. *aut quauis alia ratione, aut causa*,quæ verba quãobrem ponantur satis ex se ipsa domonstrant,vt enixam donatoris voluntatem nobis patefacerent qui per tam ampla,& generalia verba, post enumerationem specierum posita,voluit omnem omninò comprehendere casum, prętер specificatos,propterquem donationis reuocatio fieri aliàs valeret,quod,nisi ita dictum fuisset,cõtingere proculdubio ex varijs figuris causarum potuisset vt suprà dictum extitit.

De huius,& similis clausulæ generalis, quæ post specificata sequitur in quibuscũq. dispositionib* vi,& effectu,si plura,eaq.pulchra, scire volueris vide elegantissimam Iacob.Menoch. præsump.151. libro tertio , & apud doctores quos ipse allegat , quos ego non refero, quia 40 non expedit,ibi†videbis qualiter non restringatur ad specificata , qualiter trahatur ad ea quæ non fuerunt in specie cogitata, sed in genere tantùm, maximè quando ratio recti sermonis eam restrictionem non patitur . Per quę existimo motum Senatum vt sententia lata *referente egregio quondàm Senatore* Bernardo Roig,sub die vndecimo Iulij 1606.scriba Cortell,nunc Roure, quæ fuit confirmata referente egregio etiam Senatore Iacobo Puigmija,sub die 21.Martij 1611.inter Petrum Clergue apothecarium , & Elisabeth Sberta omnes ciuitatis Minorisæ † *declararet* renuntiationẽ per filium certa quantitate recepta patri suo factamde tota parte hęreditatis,legitimæ paternæ,& maternæ, & illarum supplemento, necnon de parte & portione ad eum spectante in certa donatione propter nuptias matris suæ, ac etiam legati per dictam matrem suam sibi relicti,cum clausula post dicta iura specificata subsequente in hunc modum (atque etiam de omnibus,& alijs quibuscunque iuribus,& actionibus sibi competentibus,& competere debentibus nunc vel in futurum in dictis hæreditate,& bonis parentum suorum,& cuiusq.illorum ex dictis & alijs rationibus,siue causis,quę dici,& excogitari possent,saluis tamẽ vinculis fideicõmissis,substitutionibus , & successionibus tam ab intestato,quàm ex testamento , & etiam legatis à suo patre sibi relinquendis &c.) arbitror(inquam)ex supradictis motum Senatum vt declararet renuntiationẽ prædictã cũ dicta clausula generali factam compræhendere ius sibi competẽs vigore cuiusdã hæreditamenti

tamenti in fauorem filiorum nasciturorum in contractu matrimonij suorum parētum facti, quod dictus renuntians dicebat se ignorasse tempore renuntiationis, & erat verum quòd de scientia non constabat plenè, & fuit sumptum pro motiuo idem quod suprà dictum extitit, quòd clausula prędicta tam generalis, salua proprietate recti sermonis, non poterat restringi ad specificata, sed imò quòd omnia, & quæcunque iura cognita, & incognita ex sua vi, & natura compræhendebat, & quotiescunq. talis clausula aderat, sufficiebat in genere cogitasse, quod ex amplissimis verbis in renuntiatione appositis iam præsumebatur &c. Sed quia hæc sunt propria de materia renuntiationis, quam filia dote contenta facit patri, de qua est in sequenti tomo agendum, ideò hic vlteriùs eorū examen prætermitimus, pollicemur tamen quòd si permiserit Deus ad illam secundi tomi nos peruenire partem, vbi de supradicta filiæ renuntiatione agatur, rem hanc latiùs examinabim*: digna est enim magna speculatione, multoque studio res, super qua in eodem processu, vno & eodem relatore referente, & in eadem aula, licēt mutatis aliquibus Senatoribus, binæ leguntur sententiæ (oportuit enim binas fieri quia detectum est, post primā, processum fuisse nulliter eo vsque in causa, ex eo quia litigatum contra minorem sine curatore) ex diametro contrariæ, & in diuersis, & contrarijs motiuis fundatæ, prior enim non compręhendi ius illud hęreditamenti declarauit ex eo quia ignoratum, cum nec renūtiatio, nec iuramentum ad ignorata trahantur, sicuti idem etiam isdem Senatus in eadem aula paulò post, die scilicet 5. Iunij 1604. *declarauerat* in causa coniugum Masoliuers contra Masmijans referente egregio Senatore Saluatore Fontanet, de qua memini in superioribus hac ea. clau. 4. glos. 9. parte prima numer. octauo, declarauit (inquam) respectu renuntiationis filiæ quam fecit dote contenta vt non compræhenderet ius sibi competens ex alio simili hæreditamento in capitul. matrim. suorum parentum facto, quia erat incognitum, & incogitatum: posterior verò totum contrarium dixit, vt suprà vidisti, sufficit pronūc supradicta tradidisse, addo in eisdem terminis Senatus Neapolita. aliā factam *decisionem* 319. cons. Craue. 227. & consil. Nat. 113. vbi benè de materea.

41 Cum ergo † (vt ad propositum nostræ renuntiationis, & pacti redeamus) videret donatarius, viderentque qui ex eius parte erāt, posse donatorem (intelligo quando non foret donatio ob causam matrimonij facta vt superiùs probatum extitit) donationem reuocare vel ex ingratitudine donatarij, vel offensa, vel etiā ex inopia donatoris, ac alijs pluribus causarum figuris modo & forma, quibus dictū suprà fuit, ideò prouiderunt cum donatore de hoc pacto, per quod cum iuramento renūtiaret donator facultati prædictę, de cuius validitate, & firmitate dubitandum non videtur postquā ita omnes receperunt, licèt enim nec iuramētum solū in donatione simpliciter appositum, nec etiā renuntiatio sola sine iuramento facultatis reuocandi quicquam operentur, primum quidem quia iuramentum recipit de iure omnes conditiones actus, super quo apponitur, & illius naturam sequitur, vt non semel in hoc opere memini me dixisse, et probasse, atque ita si donatio, & promissio nostra habet, prouti habere est certum, tacitam conditionem, nisi donatarius ingratus sit, taliter quòd propter eā possit donatio reuocari, idest si est talis naturæ vt ex se subiaceat reuocationi ex causis de iure permissis, eandem proculdubio naturam sequetur iuramētum in ea interpositum: secundum verò, vt vulgò asseritur, quia nullum sit huiusmodi pactum, quo renuntiatur iuri reuocandi donationem ex ingratitudine, aut alia offensa tamquam præbens delinquendi occasionem (huic rationi vix assentiar vnquam, quandoquidem non video quòd quia non possim quod alicui dedi ab eo auferre, indè præbeatur ei occasio me ofendēdi: ego non id dicerē, sed quòd potestas reuocandi, quæ residet penes donatorē, frenum fit, & esse debeat donatario ne sit mihi iniuriosus, inter vnum autem, & alterum dicendi modum, nemo non videt patentem differentiam) licèt † (inquam) nec solum iuramentum sine renuntiatione, nec sola renuntiatio sine iuramento quicquam proficiant in materia quam tractamus, quando autem ambo adsunt in donatione & pactum, & iuramentū, tunc dubio procul tenetur donator ad obseruantiam, nec poterit ex aliqua causa reuocare donationem, quia omne iuramentum est seruandum quod seruari potest sine interitu salutis æternæ, donator autem non peccat abstinendo se à reuocatione quamuis adsint causæ, ex quibus potuisset, si non esset in contrarium cum iuramento pactus, quemadmodum nec is qui ad vsuram recepit soluēdo vsuras, nec is qui centum promisit ne aliquis eū occideret qui occidere volebat, soluēdo eadē, & sic de similib⁹, sic pulchrè pater Moli. de contractib. tracta. 2. disputa. 281. à num. quarto, Ioan. Gutier. de iuramen. confirmator. par. 1. cap. 10. nu. 6. vbi in versi. *sed his non obstantibus*, addit nedum verum esse quòd donator teneatur ad obseruantiam iuramenti, sed quòd etiam pactum ex se nullum, ex rationibus adductis, taliter ex iuramēto cōfirmetur vt per illud fiat omnino validū, taleq. remaneat tametsi petatur, & obtineatur illius absolutio, &

relaxatio & Seraphi.de Seraphi.de priuileg.iuram.priuile.108.per tot.alios tibi nō curo enarrare, & adducere, quia eos latè isti tres docto tes referunt.

43 Solùm † aduerto, vltra supradicta, quòd examines, quando tibi casus succedat, dictum Molinæ vbi suprà num. 6. vers. *confirmatur*, contra Gutier. existimantis quòd cum donatarius ob ingratitudinem seipsum indignum reddit cui iuramentū seruetur, poterunt Potestates non solùm Ecclesiasticæ, sed etiam seculares in pœnam talis ingratitudinis relaxare donanti iuramentum illud, factaque ea relaxatione posse eundem licitè agere ad reuocationem donationis, quod idem tenere visus est, imò simpliciter quòd non valeat pactum etiam iuratum de nō reuocando, Federi. Scor. respons. 16. num. 10. in 1. rom. lib. 2. ego nihil pronunc dico, sed solùm quòd video repugnare id receptissimæ, & communissimę doctorum opinioni, quę est pro validitate, licèt multū rigurosa videatur, vt scilicet *bonis meis fruatur qui mihi iniurioſus est.* In donatione de qua agebatur *in* illa causa Graus, & Meca, de qua tantisper egimus, non aderat pactum de non reuocando ex causa ingratitudinis, sed solum iuramentum sine eo, ob idque omnes tres sententiæ, quæ latę in ea extitere *præsupposuerunt* potentiam reuocandi in † donatore nisi aliud obstitisset, per quod confit matur quod supra docuimus in hac materia.

44 Hoc † quod dictum est, operatur pactum in donatione appositum in forma nostri contextus, à quo deberent multùm tabelliones abstinere nisi *expresse* (quod vix arbitror futurum vnquam si esset animaduersum quòd donator renuntiaret huic priuilegio reuocādi, præbens sic occasionem non modicam delinquēdi, aut saltem non ita ei obsequendi ac si pactum appositum non esset) procederet à voluntate partium, postquam ab eis essent benè de hoc admoniti, & non (sequendo, prout ferè fit semper, quod est in formulario scriptū) sic incōsideratè has clausulas, quę tantopere nocent partibus, ponere, per quas vltra damnum partis, non modicam persæpè præbent peritis ridendi occasionem, dum vident eas ab eis accommodari ad omne quare, id est omni donationi, exēpli gratia, quid, quæso, prodest quòd dicatur in nostra donatione promissum, vel nō à donatore non reuocaturum se illam propter inopiam? si is casus nunquam succedere valet ex eo quòd potestas reuocandi propter inopiam solùm datur quando donatori inopi renuit donatarius præstare alimenta, hic autem cum sit reseruatus vsusfructus, concordant omnes, & est ratio naturalis, quæ id dictat, nō teneri donatarium ad alimenta. Item ad quid, quæso, oportet quòd in nostra ob causam matrimonij donatione apponatur pactum de non reuocando propter ingratitudinem quando est certum, prout suprà dictum est, nō posse eā donationem, quamuis nō adsit pactum, reuocari? multa alia in idē possem exempla adducere, quæ breuitatis causa silens prætereo: bonum propterea esset quòd ipsi facerent differētiam inter leprā, & leprā, & (super omnia) nihil ponerēt in instrumentis, saltē de substantialibus, nisi ea, quæ, essent multùm certi, voluisse apponi à partibus, & sic euitarent procul dubio multa partiū damna, & innumera penè incommoda, quæ quotidie. sustinent ex inconsideratis notariorum scripturis.

SVMMARIA.

1 *Donatio quæ fit fauore matrimonij, & est continuata in capitulis matrimonialibus non eget insinuatione in Cathalonia.*
Idem est in Aragonia, ibid.
Idem est de iure communi in donationibus quibuscūque ob causam, ibid. vbi ratio.

2 *Donatio fauore matrimonij vt insinuatione nō egeat an pro forma requiratur quòd sit continuata in capitulis matrimonialibus.*
Interpretatio constitu. vnicæ de donation. ibid. & nu. sequent.

3 *Verba quæ ponūtur frequētioris vsus gratia nō sunt in cōsideratione, vbi exempla adducuntur.*

4 *Notarij admonentur quòd in donationibus, quæ insinuatione non egent, eius mentionem non faciant, ne partibus noceāt, quod quomodo procedat declaratur, vbi decisio Senatus Sebusiani.*

5 *Insinuationis defectus suppletur per iuramentum in donatione interpositum, vbi decisio nostri Senatus.*

6 *Etiam si non sit expresè insinuationi renuntiatum, vbi decisio nostri Senatus, & aliorum.*

7 *Insinuationis requisita in nostra constitutione in donatione, quę non est ob causam, defectus an suppleatur per iuramentum.*

8 *Iuramentum non supplet defectum insinuationis in præiuditium creditorum.*
Ius tertij non laditur ex iuramento in actibus aliàs illicitis sine eo, ibid.

9 *Insinuatio non suppletur per iuramentum quando per statutum datur forma insinuandi, quod quomodo procedat, declaratur, & ibi traditur quędā decisio.*

10 *Insinuatio non suppletur per iuramentum quando statuto quopiam iubetur ea fieri quomodocunque id sit secundum Anthon. Fab. & Senatum Sebusia.*

Sed

Sed reprahenditur, ibid.

Insinuatio non est iuris publici principaliter, sed privati.

11 *Insinuatio quid sit, ibid.*

Abstinere sua neminem debere interest reipublicæ, ibidem.

12 *Constitutio Cathalonia loquens de insinuatione non attendit ad interesse donatoris, & sed imò creditorum ad vitandum fraudes, quæ eis fieri possent.*

13 *Insinuatio quare fit introducta in donationibus in nostris constitutionibus.*

14 *Insinuatione, secũdum nostras constitutiones, eget nedum donatio excedens quingentos florennos, sed ea etiam quæ est omnium bonorum, vel maioris illorum partis.*

Donatio non insinuata in Cathalonia in terminis cõstitutionis in totum redditur nulla non facta distinctione excessus, vel non excessus, ibid.

15 *Minor non restituitur aduersus insinuationem donationis non factam vt præiudicet creditoribus, vbi decis. curiæ Tholosanæ.*

16 *Minor an restituatur aduersus donationem non acceptatam.*

17 *Minor an restituatur aduersus testamenti non factam insinuationem intra debitum tempus.*

18 *Insinuationes donationum spectant ad dominum iurisdictionis ciuilis.*

19 *Insinuatio, quando bona sunt sita in diuersis locis, debet in vtroq; loco fieri.*

20 *Insinuationum quæstiones qui doctores latè tractauerint, remissiue.*

21 *Insinuationis vim non habet clausula insinuationis, qua vulgò in donationibus à notarijs ponitur.*

GLOS. XXIX.

Et quia præsens donatio, seu hæreditamentum excedit summam quingentarum librarum, quamuis fiat contemplatione matrimonij, tamen ad vberiorem cauthelam, quæ nocere non solet, vt reuocari non valeat in eo quod excedit dictam summam, insinuant, & insinuari volunt dicti donatores illam, & illud magnifico Vicario, aut Regenti vicariam Barcinonæ &c.

1 BENE dicitur, †& præsupponitur in cõtex. nostro quòd donatio hęc, de qua agimus, non eget insinuatione, quia per consti. Principatus vnicam sub tit. de dona. remissum est onus insinuandi donationes, quæ fiunt ob causam matrimonij, quod suum sortitur effectum, & sunt continuatæ in capitulis matrimonialibus, quod idem esse de consuetudine Regni Aragon. docet Martin. Monter decis. decima numer. septimo in fin. Molin. in repertorio, verbo, *insinuatio*, & ibi Portoles numer. secundo isdem Portoles ad eundem Molin. verbo, *donatio omnis*, quod idem procedere de iure communi vbi taliter fauore matrimonij donatio sit concepta quòd propterea dicatur donatio ob causam, iuxta ea, quę nos latè docuimus in princip. huius operis hac eadem clausul. quarta glossa prima à numer. 17. colligitur ex traditis per eosdem Monter, & Portoles vbi suprà, & docet clarè Cancer. libro primo var. capit. octauo, de dona. num. tertio. Ratio (inquit Anthon. Fab. in suo Cod. libro octauo, titul. 38. de insinuan. donatio. diffini. secunda) est nedum quòd fauorabilior esse, publicæque vtilitatis annexam causam habere videatur hæc donatio, sed etiã quòd vix vlla falsitatis, aut fraudis suspicio in hanc donationis speciẽ cadere possit: nec enim solent clam fieri dotales tabulæ vt nec ipsum quoque matrimonium.

2 Circa quam† quidem constitutionem illud pulchrũ se se offert inuestigãdũ dubiũ occasione illorum verborum in ea contentorum, *continuades en los capitols matrimonials, &c.* id est *cõtinuatæ in capitulis matrimonialibus, &c.* nunquid id sit pro forma, & de necessitate vt sint donationes continuatæ in capitulis matrimonialib⁹ vt insinuatione non egeant, an verò sufficiat quòd sint factę fauore matrimonij.

Hanc quęstionem sub breuibus soluit Mõter allega. decis. 10. à num. 1. vsq. ad 8. concludẽs quòd si sit donatio fauore alicuius certi cũ certa muliere contrahendi matrimonij facta, quo casu dicitur donatio ab causam, vt latè resoluimus in superioribus hac eadem clau. 4. glo. 1. allega. nu. 17. tali casu non eget insinuatione quãuis non sit in capitulis matrimonialibus continuata, sed sit antea, vel post facta, ratione reddit isdem Monter nu. 1. quia id quod est donationem quæ fit fauore matrimonij nõ egere insinuatione, nõ euenit ei ex eo quòd sit, vel non sit in pactis nuptialibus continuata, sed imò ex eo quòd ob causam matrimonij, & ideò si adsunt requisita sic ob causam dicitur donatio facta fauore matrimonij, quę fit extra pacta nuptialia, sicut quę in eis, ad quod citat in terminis Guid. Pap. deci. 145. n. 5. & Meno. in cõs. 261. n. 9.

3 Hæc Monter† adducit, quibus nostrã resoluit quæstionem, eis adde quòd verba prædicta, *continuades en los capitols matrimonials*, id est, *continuatæ in capitulis matrimonialibus* iudicanda sint apposita frequentioris potiùs vsus gratia, quia scilicet in capitulis matrimonialibus continuari solẽt donationes, quæ filijs fiunt fauo-

re matrimonij, quàm quia aliquid existimauerint Legislatores ampliùs operatura quàm si non fuisset apposita, non secus atqui in c. quãuis pactum de pac. in 6. agens Roma. Ponti. de renuntiatione, quã dote contenta filia facit patri ponit illa verba, *cũ nuptui tradebatur*, nõ quasi locum dispositio non esset habitura si renũtiatio fuisset facta alio tempore, quàm nuptiarum: contrarium enim est indubitatum, vt resoluit Dida. in repeti. eiusdem tex. in tertia par. §. 2. in prin. ex Anchar. & Ioan. Andræ. ibidem, ac Guiller. Benedic. in c. Raynuntius verbo, *duas habens filias*, num. 260. & alijs: sed quia vt plurimum renuntiationes prædictæ fiunt per filias dum nuptui tradũtur, ideò Pontifex verba supradicta textui adiecit: idem dico de illis verbis, *pactis quæ matrimonij tempore*, positis in l. diui C. de natural. liber. & de illis etiam *quam dixerit tempore sponsaliorum*, positis in c. vnic. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contrac. de quibus memini hac eadem clau. 4. glo. 1. nu. 22. vbi quæ dicta fuere non existimo repugnare his, quæ hic resoluimus, quia ibi ponderauimus ea verba ad probandum priuilegium, quod tribuitur fauori matrimonij, non tribui aliàs nisi quando fauor ille respicit certum, & determinatum matrimonium cum certa, & determinata muliere contrahendum, non quando agitur de matrimonio vagè, & incertè, dicẽdo actum fieri fauore matrimonij in tempore quo nullũ contrahitur, nec speratur de proximo contrahendum, vt ibidem est videre, nullũ enim melius huius rei signum quàm quòd videamus, vt ibi dicebamus, eis actibus qui fiunt fauore matrimonij tribui tantùm priuilegium qui continuantur in capitulis matrimonialibus, non tamen ponderauimus verba prędicta quasi existimauerimus nihil futurum si actus non fieret tempore nuptiarum, & quando ipsę de facto contrahuntur, id enim non fuit nostrum intentum, quia sufficit quòd fauore certi, & determinati matrimonij ille fiat: certũ autẽ est (ad institutum redeundo) quòd ea quę ratione frequentioris vsus, & contingentiæ apponuntur, non restringunt, nec alterant dispositionem, glo. in verbo, per totã, in aucten. cassa & irrita C. de sacrosan. eccles. pluribus alijs Canc. probat in 3. par. var. resolu. cap. 3. de priuileg. n. 417.

4 Laudaui † in principio huius discursus quòd benè dictum in nostra glos. fuisset donationes has, quæ fiunt fauore certi, & determinati matrimonij, cum certa, & determinata muliere cõtrahendi, nõ egere insinuatione, cum ita de iure tam communi, quàm municipali procedere comprobauerimus abundè, nũcautem abhominor valdè quòd de insinuatione in istis donationibus fiat aliqua mentio: quorsum enim (ego exquiro à tabellionibus) clausulam insinuationis ipsi ponant, postquam certò sciunt, vel scire debent eam non necessariam? erit ne forsan vt ex illius postea omissione, quamuis nõ esset necessaria, quia tamen à partibus pactata fuit, visi sint contrahentes noluisse donationẽ valere nisi insinuata foret, corruat donatio, nec aliquid valeat, vtpotè quia quam contrahẽtes solemnitatem, licèt ex abundantia, interuenire voluerunt, eam remiti nunquam oporteat, nec quamdiu aliquid agendum supereſt, quicquam actum videatur, vt Senatũ Sebusianum *resoluisse* asserit in terminis Anthon. Fab. in suo C. lib. 8. tit. 38. de insinua. dona. diffini. 2. Quod magis in hoc admirandi causam prębet illud est quòd videamus vbi peritiores, veluti in ciuitate Barcin. sunt tabelliones, ibi magis hanc clausulam in capitulis matrimonialibus frequẽtari, alibi in principatu vix vnquam: notent ergo quicunque illi sint vt abstineant ab his, ne ex huiusmodi abundanti cauthela, minime necessaria, partibus immodicè noceant.

5 Tractant† circa nostram constitutionem de insinuationibus loquentem, quam suprà retulimus (benè est quòd eam nos aliquantulùm enodemus antequam alijs nos implicemus) tractant (inquam) circa eam constitutionem nostras Iacob. Cancer. & nobil. Ludo. à Pegue. ille quidem in 1. par. var. resol. c. 8. de dona. nu. 5. & 41. hic verò in suo primo decisionum volum. decis. 150. nunquid præsuppositа pro vera, sicuti communiori, doctorum opinione quòd defectus insinuationis supplearur per iuramentũ, quòd donationi adijciatur, vt abundè probat idem Pegue. vbi suprà, & est *approbata* à nostro egregio Senatu, prouti patet ex decisionibus quę ab eodẽ Pegue. refertũtur, & à Despujol in repertor. ad Mier. verbo, donatio facta filio fol. 62. ac Cancer. etiam vbi suprà & in 3. p. var. c. 7. 6 nu. 307. vbi †id extendit, & dicit verum etiamsi non sit expresè cum iuramento renuntiatũ, sed solùm sit simpliciter cum iuramento promissum non contrauenire, & dicit ita in nostro Senatu *decisum*, quibus adde Seraphi. de priuileg. iuramen. priuileg. 73. nu. 49. Ceual. in commu. contra comm. q. 222. Benè in hoc processerat Cæs. Bat. 2. decis. 25. nu. 49. in qua nu. 33. dixerat fuisse *resolutum* pro hac opinione, nisi postea decis. 94. contrarium *cum eodem suo Senatu* dixisset nu. 7. super quo nihil ego ad præsens dicere existimaui, sed mirari non parum de miseria Iurisprudentię, quæ istas variationes sustinet, & permittit: quid enim quòd non debeat donator seruare iuramentum quod potest sine interitu salutis æternæ? Benè Fachine. qui argumenta adducit, & cõtraria solvit, controuer. iur. lib. 3. c. 85. per tot. quod etiam *approbari* per nostrum Senatum vltra id quod Cancer. dicit, apparet ex illis decisionibus, quas

Despujol

Deſpujol vbi ſuprà adducit, licèt enim in eis nõ eſſet expreſſa renuntiatio inſinuationis cum iuramento, dẽ quo videtur is doctor dubitare, cũ tñ non debuiſſet ex quo vidiſſet in eo loco vndè deciſiones extraxit, ſcriptum póſt eas relatas, quòd fuit intellectum procedere opinionem ſiue inſinuationi eſſet expreſsè cum iuramento renuntiatum, ſiue iuratum nõ contrauenire, ſiue ſimpliciter iuratum, nihilominùs
7 fuit declaratum donationem valere: nũquid † (inquam) conſtitutioni noſtrę requirenti inſinuationẽ ſatisfiat etiã per iuramenti in donatione appoſitionem, & reſoluunt quòd non, ſed per diuerſa media, Cancer. enim quia conſtitutio inſinuationem expreſsè requirit in fauorem creditorum qui contracturi fuerint poſtea cũ donatore, & ne eis fraus fiat, vt ibi aſſeritur, id autem quod dicitur, donationem iuratam non egere *inſinuatione intelligitur in* præiuditium ipſius donatoris ne poſſit eam reuocare, & pœnitere, ſed non in prę*iuditium*
8 creditorum, quia † (inquit) eſt extra omnem aleam quòd quando contractus infirmatur ob fauorem tertij nunquam fauore iuramenti cõtrahentium in tertij detrimentum confirmatur.

9 Pegueta autem † quia quod dicitur iuramẽtum ſupplere deffectum inſinuationis verum eſt vbi inſinuatio ex forma legis, vel ſtatuti deberet interuenire in ipſo actu inſinuationis, non tamen vbi lex, vel ſtatutum requireret donationem *inſinuari ſub certa forma reſpectu* creditorum ipſius donatoris, & ante certum tempus ante celebrationem contractus cum ipſis creditoribus, nam eo caſu (inquit) donatio non inſinuata ſub illa certa, & ſpeciali forma reſpectu dictorum creditorum à lege, vel ſtatuto data non prę*iudicabit*; ſic (proſequitur) eſt in noſtra conſtitutione, vbi ad tollẽdas fraudes, quæ fieri poſſent creditoribus, iuſſum eſt fieri inſinuationes in capite cuiuſque vicariæ ſub certa forma, & hoc decem dies antequam donator cum creditoribus contrahat, taliter quòd ſi ita non fiat, non cenſeatur prę*iudicatum* creditoribus, atque ita dicit ſe in facti cõtingentia in quadam cauſa *declaraſſe* de anno
† 1594. Iam dixi quòd ambo ex his doctorib⁹ in principali reſolutione, & deciſione concordarunt, & ego veriſſimam eorum opinionẽ exiſtimo, ſed in rationibus quas ad id confirmãdũ allegant, eſt quòd nos differentiam aliquam, ne quis vnquã decipiatur, conſtituamus.

Rationes Cancerij, quas audiſtis, nullam habent difficultatem, imò puram, & meram cõtinent vetitatem, quòd quia iuramentum cõtrahentium non operatur in præiuditium tertij, ideò nec inſinuatio iurata in præiuditium creditorum, addamus Federi. Scot. pulchrè idẽ probantem reſpõſorũ to. 1. li. 5. reſpon. 5. nu. 25.

Rationes Peguerę quatenus attingunt prę*iuditiũ* creditorũ optimæ, ſed quatenus ex eo quòd in noſtra conſtitutione non in actu donationis, ſed certo alio tempore præcipitur fieri illius profeſſio videatur, & videri debeat nõ poſſe effectum ſuppleri per iuramentum, quæ fuit (licèt nihil ille adducat) opinio Clari in §. donatio q. 18. nu. 3. amplexa per Veg. in con. 38. nu. 2. & 52. difficultatem non modicam continent, tum quòd contra eam opinionem tenuerit, & teneat, ac viuacibus (meo iuditio) rationibus impugnauerit doctiſſimus ſocietatis Ieſu Pater Ludo. Molin. de iuſtitia, & iure tracta. 2. diſputa. 278. nu. 11. verſi. idem Iul. Clar. dicens falſam eſſe eam opinionem quia iuramẽtum, quo talis donatio confirmatur, robur ex ſe ſolo donationi tribuit, ſuppletq. inſinuationẽ ita vt ſuperflua poſt illud ſit, quare (inquit) ob deffectum inſinuationis nõ poſſet iam reddi nulla vt Clari opinio præſupponit. Præterea (pergit vlteriùs) inſinuatio ab ipſomet donante pendet, cuius nomine iudici donatio eſt manifeſtanda, eoq. ipſo quòd iudex competiat donationem voluntariam ex parte donantis eſſe non poteſt non habere eam pro inſinuata, & firma quoad exceſſum: qui autem iuramẽto ſe ad aliquid ſtringit cenſetur ſe eodem iuramento ad omnia teneri quæ vt id effectum ſortiatur neceſſaria ſunt, atq. adeò in propoſito donans ipſe teneretur donationem inſinuare vt iuramentum adimpleret, ſi vt donatio valeret, inſinuatio foret neceſſaria, ſibiq. ipſi imputare deberet quòd eam omiſiſſet. id quòd ſanè eũ ab obligatione, quam iuramento ſuper ſe induxit donationem implendi, nequaquam excuſaret. Hæc Moli. quibus ſi non falſam, vt ipſe vult, opinionem Clari faciat, eã ſaltem valdè dubiam reddit, tum etiam (& hæc eſt altera ratio, ob quam dubitabilis reddatur Peguerę reſolutio) quia in noſtra conſtitutione non videtur ſtatutum, ſicut Pegue. præſupponit, non eſſe fiẽdam inſinuationem in actu donationis, ſed imò alio certo tempore ante contractus, qui fiant cum creditoribus, ſolùm enim, poſtquam dixit in principio donationes fore inſinuãdas, addit *e ſi no ſeran continuades tals donations deu dies ans del preſtich, o, contracte no preiudiquen, ni puguen preiudicar a creadors &c.* id eſt, *& ſi non fuerint huiuſmodi donationes continuatæ decem dies ante mutuum, aut contractũ non prę*iudicent creditoribus *&c.* quæ verba non dant formã quo die, & tempore debeant inſinuationes fieri, ſed ſolùm diſponunt non valere aduerſus creditores donationes, quæ non appareant inſinuatæ decẽ dies ante cõtract⁹ creditorũ, forſan vt id tẽpus habeant ad videndum eas donationes ne decipiantur.

10 † Minùs scrupulosus in hoc fuit Anthon. Fab. *cum suo Senatu Sebusiano* in suo Cod. allega. li. 8. tit. 38. de insinua. dona. defini. 5. vbi dicit quòd quotiescunque vltra ius commune statuto iubetur fieri donationis insinuatio, tũc nihil prodest iuramentum ad supplendũ defectum, nulla facta distinctione an idem omninò quod ius commune statutum præcipiat, an formam tradat, qua certo tempore sit insinuatio fienda, vt erat Pegueræ opinio, aut aliter concipiatur, simpliciter enim est huius auctoris opinio quòd statim atque statutum super hoc disponit, est illius dispositio specificè obseruanda, nec possit expressa partium volũtate remiti solemnitas, ne priuatorum pactionibus iuri publico derogari videatur. Sed periclitatur hæc opinio ex traditis per doctores, quos in proposito laudat Federi. Scot. responsorum to. 1. lib. 2. respons. 16. num. 9. nec videtur commoda alicuius discriminis ratio posse assignari inter vnum, & alium casum. Idem etiam videtur tenere Cæs. Barz. decis. 94. nu. 6.

11 * Certè † non modicum lapsus fuit Fab. existimans iuris publici esse insinuationem, magis enim communis, & receptior opinio est, quòd insinuatio sit quędam solemnitas iuris respiciens principaliter priuatam vtilitatem donantium, ne domesticis fraudibus præsertim coniunctarum personarum prodigaliter donando suis priuentur bonis, licèt secundariò, & in cõsequentiam in hoc etiam sit ius publicum, quod versatur, ne quis re sua abutatur l. data C. de dona. & ideò nihil mirum si iuramentũ suppleat illius deffectum, sic pulchrè multis probant Gid. Pap. decis. 350. Cæs. Barz. decis. 25. num. 52. & Andrę. Gayl. practicar. obserua. lib. 2 obserua. 39. num. 19. qui multa similia exempla adducunt, addendi sunt pro confirmatione rationis introductionis solemnitatis insinuationis, quam suprà tradidimus, Pet. Gregor. in suo syntag. iur. vniuer. par. 3. lib. 28. cap. 13. num. 5 Andræ. Fachine. controuer. iur. lib. 3. c. 83. in versi. *respondeo textum &c.* & Paret Moli. de iusti. & iure, tracta. 2. disputa. 278. num. 5. qui addit fuisse etiã insinuationis solẽnitatẽ introductã vt maturiùs homines, iudicè priùs adeũdo, eiusmodi maioris momẽti donationes efficiant, nec facilè animi leuitate depauperentur, tum etiam ne in eis interueniat fraus, & dolus, & ne vi, aut metu fiant, quorum præsumptio cessat si iudici priùs manifestentur, atq. in acta redigantur, ad quod citat allega. l. data, & l. siquidẽ C. de dona. quas dicit id apertè innuere.

12 Nostra † iura municipalia aliud proculdubio in his insinuationibus respexerunt, quàm ius commune: non enim curant de interesse donantis, ad quod ius commune attendisse visum est, vt suprà vidistis, sed imò ad interesse creditorum eorum, qui donationes fecissent, ordinando expresè in allega. consti. vnica, sub tit. de dona. ad vitandum fraudes, quæ sæpiùs in donationibus committuntur, eas quãdo fuerint vel de vniuersis bonis, vel de maiori illorum parte, vel etiam de re excedẽte valorem quingentorum florennorum insinuandas fore, & esse modo, & forma in constitutione præscriptis, taliter quòd nisi factum ita fuerit, ac nisi fuerint repertę cõtinuatę in actis decẽ dies ante mutuũ, vel alĩ cõtractũ cum creditore initum, eis non præiudicent, nec quoad ipsos robur, & firmitatem aliquam habeant nisi à die insinuationis prædictæ.

13 Ratio † huius constitutionis est quam tradit Martin. Monter decis. 44. agens de simili foro regni Arag. num. 7. vt illi qui contrahere intendunt cum ipso donante, ex hac continuatione, & publicatione donationis intelligere possint an cum eo securè valeant contrahere, & ne ab eodem donatore fraudentur in actibus, & cõtractibus cum eo agẽdis: ad obuiandum enim his fraudibus huiusmodi insinuationis, & descriptionis necessitas introducta fuit. Hæc Mõter, cui in hoc assentitur Gerar. Maynard. decis. Tholosa. 53. num. 2. lib. 2. quæ proprijssimè nostrę constitutioni applicantur, & magis ei quàm iuri communi, cuius etiam respectu videtur is doctor ea dixisse, quod, vt ex ratione introductionis solemnitatis insinuationis de iure communi superiùs ponderata apparet, non videtur ad interesse eorum qui cum donatore contracturi erant respexisse, licèt in quãdam cõsequẽtiam id proculdubio redundet in notorium eorum beneficium, scientes enim nullam valituram donationem in excessu, quę non sit insinuata, facilè locum adibunt, vbi id faciendum esset, vt videat num adsit aliqua donatio eius, cum quo volunt contrahere, per hoc sibi optimè prouidebunt vt securè contrahant.

14 Hæc nostra † constitutio (vt vidistis) aliqua addit iuri communi, primò quòd nedum donatio, quæ excedit quingentos florennos debeat insinuari, sed etiam quęcunque alia quę sit vel totius patrimonij, vel etiam maioris illius partis, quantumuis eam quantitatem non excedat, & secundò quòd non sit dare certam quantitatem in his donationibus, ad quam vsque donatio non insinuata sustineatur, ea quoad excessum inualida remanente, cũ enim in donatione totius patrimonij, seu maioris partis illius non sit dare separationem quantitatis à quantitate, de qua simul, & in eadem oratione disponitur in constitutione, cum donatione excedente valorem quingentorum florennorum, & vna determinatio respiciens plura determinabilia debeat pariformiter determinare, indè fit quòd si insinuatæ nostrę

donationes

donationes non fuerint, in nihilo prorsus creditoribus præiudicent, id quòd clarè denotant plura verba præcisa in eadem constitutione contenta.

15 Quærebat † quidam in facti contingentia si minor esset iste, qui donationē accepisset per se, vel suos curatores, ab eo, qui postea debita contraxit quamplurima, nec eam ante debita prædicta insinuare curauit, num posset, & deberet beneficio restitutionis in integrum aduersus prædictam omissionem iuuari, sicuti iuuatur aduersus non confectum inuentarium, etiam contra creditores, vt nos diximus hac eadē clau. 4. glo. 5. nu. 45. & aduersus alias omissiones passim offendimus restitui eundem. Hanc quæstionem reperio ex proposito tractasse Gerar. Maynard. decis. Tholosa. 54. lib. 2. per tot. & eam resoluisse contra minorem, dixisseq. curiam illam Tholosanam consueuisse † *declarare*, benè quidem operari diplomata Regia ad id impetrata vt donatio contra donatorem, aut eius hæredes valeat, non verò vt tertijs quibusdam, veluti creditoribus, emptoribus, & alijs successoribus cum titulo oneroso præiudicent, quod dicit probari in l. minoribus, ibi, *si patris auxilio* C. de dona. ante nup.

16 Accommodabis † forsan non ineptè suprædictis quę Sfor. Oddus docet in tracta. de restitu. in integ. par. 2. q. 89. art. 1. nu. 13. & art. 5. nu. 43. quatenus agens in primo an donatarius minor, vel legitimè impeditus restituatur aduersus non acceptatam tempestiuè donationem, & actionem à notario sibi etiam absenti quæsitam, distinguit quòd aut res est adhuc integra quia donatio non est reuocata, vel quid simile factum non est, aut non est integra, vt primo casu concedatur restitutio, secundo verò non, rationem assignat secundi dicti, quia (inquit) respectu iuris alicuius quęsiti conquęri non potest cum adhuc verè acquisitum non esset, & quod non est quęsitum amitti non potest, argum. l. manumissiones de iusti. & iu. respectu verò iuris quęrendi clarum est, quia re non amplius integra existente, id est quòd ius alteri verè quæsitum sit, restitutio in integrum aliquid operari nō potest, quia (addit) nō adest status pristinus qui erat ante læsionem, in quo reponere possit. Hæc doctè Oddus: Agēs, 17 autē † in secundo loco de quæstione an restitutio detur aduersus non petitam testamenti insinuationem intra tempus statuti, eam resoluit dicens quòd sic si aliquid non impediat, prout aliàs dixerat in alijs locis, vbi se ipsum citat: in nostro autem casu nemo nō videt quòd res non potest dici integra respectu creditorū medio tempore cōtractorum, imò adsit quod impediat restitutionem fiendam vt reponatur res in pristinum statum, ergo, &c.

18 Eadem † nostra constitutio statuit quòd si facta fuerint donationes inter vassallos aliquorum Baronum, vel aliorum habentium iurisdictionem, & intra terminos iurisdictionis ipsorum, earum insinuationes fieri habeant in scribanijs villarum, & locorum vbi erit domiciliatus donator, sed non apetit quid futurū, quando, sicut sæpè contingit, in eodem termino, vbi donator est domiciliatus, duo sunt domini qui iurisdictionem habent, putà vnus ciuilem, & alius reliquam iurisdictionem, in qua videlicet curia erunt insinuationes fiendę: id noster Senatus † *declarauit* in famigerata illa Prioris de Riuidario cōtra Excellētissimū Marchionē d'Aytona lata sentētia referēte egreg. olim Senatore Narciso Paulo Regas subdie 30. Octobris 1595. scriba Bartholomeo Balle, cuius ad alia proposita non semel in hoc opere aliàs meminimus, dicens ad dominum iurisdictionis ciuilis id spectare his verbis, *Item insinuationes* (enumerabat casus ad dominum iurisdictionis ciuilis spectantes) *donationum, & aliorum contractuū in quibus necessaria sunt audire, & in his decretum interponere, & suam auctoritatē præstare &c.* quod quomodo per nostros practicos probetur tradit abundè Iacob. Cancer. in 2. par. var. resolu. c. 2. de iurisdic. omnium iud. ex nu. 43. Sed † si 19 ita sint bona in diuersis locis vbiq. debet fieri insinuatio donationis aliàs nō valitura nisi quo ad bona sita vbi est cōtinuata, Maynard. decis. 56. lib. 2. vbi decisiones.

20 Et cum his † finem ego huic glossæ facio, & materiæ insinuationis, quia arbitror sufficere ea quæ dicta sunt pro resoluendis quæstionibus, quæ indè in praxi solent contingere, cum enim iam communi praxi, & stylo notariorum introductum sit vt in omnibus donationibus apponatur iuramentum pro firmitate contractus, & non semel (quod & semper fiendum ego consulerem ad tollendum difficultates) renuntiatio expressa iurata solēnitatis insinuationis, iam cessabunt proindè, & cessare debent hominum concertationes quo ad interesse donatorum, & illorum hæredum, & successorum in donationibus, quæ aliàs insinuationem requirerent circa modum & tempus faciendi, circa donationis reuocationem, num vsq. ad excessum, vel vltra, & aliæ deniq. infinitæ quæstiones quæ statim occurrunt quòd non reperiatur donatio insinuata, quæ maiorē partem tractatus de insinuationibus occupant: quo verò ad interesse creditorum postea contractorum cum nihil, vt diximus, iuramentum obstet, vel operetur, salua semper, & illęsa eorū iura seruabuntur quòd contractauerint ante insinuationem: hęc quæ, vt dixi, sufficiunt nosce in materia tradita, ac comprobata à nobis sunt latè in hoc de insinuationibus discursu, nō

est

est ergo quòd alia doceamus, sed ad vlteriora ad alias glossas pergamus, si tamen vis magis in materia edoceri consule quos in toto hoc discursu tibi retuli doctores, & signãter Gerar. Maynar. & Anthon. Fab. qui plus in id tẽporis consumpsere, ibi videbis omnes prorsus quęstiones, quæ circa hæc moueri possunt.

21 Nota †vnum, antequam ab his discedas, in quo multos vidi non animaduertere, quòd ex his, quæ continentur in nostro contextu non dicitur donatio insinuata, solũ enim in eo cõtinetur desiderium, & voluntas contrahentiũ volentium fiendam insinuationem, sed opus postea est reali insinuatione, id est quòd continuetur cum effectu vbi continuanda est donatio, ne ergo decipiatis quando vides hanc clausulam positam in donationibus vt existimes, sicut plures faciunt, propterea donationẽ validam, quia insinuata sit, sed vlteriùs require insinuationem, quam vix reperies vnquam, cũ vix curet quis vnquam de ea postquam cum hac clausula est donatio concepta, id omnes existimant sufficere, in quo non modicum falluntur.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio donationis an sit necessaria, quomodo debeat fieri, & alię pulchræ quæstiones in materia traduntur, remissiuè.*

GLOS. XXX.

Et dictus N. donatarius acceptat dictam donationem dictorum parentũ suorum sibi factam cum pactis supradictis, quibus expressè consentit cum multiplici gratiarum actione.

HÆC est illa donationis expressa acceptatio, quam vltra donatarij præsentiam nonnulli exigunt vt dicatur ea acceptata, & hæc est gratiarum actio, quam aliqui volunt debere saltem intercedere vt præsens dicatur accepeasse quando expressè non acceptat eo modo, quo in principio nostri contextus, de quibus latè diximus in superioribus hac eadem clau. 4. glos. 8. per tot.

1 Expostulabat †hæc glos. doceremus in ea nũquid expressa acceptatio, prouti est in ipsa cõtexta, sit necessaria in donatione ne possit reuocari an verò sola præsentia sufficiat cum taciturnitate an hæres possit eam acceptare, quæ fuit defuncto facta: et an, & quando præsumitur acceptatio quando de ea non constat, cęterùm quia de his, & alijs quæstionibus, pluribus egi, quantum ad præsens attinet institutum, in supradicta glos. 8. huius clau. 4. & tempus nõ suppetit ad alia dicenda in eadem materia, ideò sola ad eam glos. remissione contentus alia silebo.

Hæc (Humanissime Lector) habui quę tibi in hoc primo lucubrationum, & vigiliarum mearum de pactis nuptialibus, & capitulis matrimonialibus tomo, pro studiorum meorũ primæuo fructu, traderem, & cõmunicarem: si quid sit in eis dictum quod placeat, Deo Optimo Maximo, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, tributum velim, si quid verò minùs aptè, hebetudini mei intellectus adscriptum, cui non fuit datum explere magis posse tuum sciendi cupidum desideriũ: si tuę cum eis expectationi omni ex parte non respondi, honestos saltem conatus ne cõtemnas rogo, sed expectes alia, quę iam iam moliot ad tui vtilitatem, in quibus aut maturior ętas, aut longior rerum experientia supplebunt fortasse quæ hic desiderari potuissent, his in Sacratissimo Anuntiationis Angelicæ festiuo die currentis Anni 1612. extrema fuit imposita manus, quod diuino propè consilio factum esse interpretor, singulariq. meo fato contigisse reor, vt quę millies sacratissima Virgo me in his mirabiliter iuuit, dignata eadem ipsa sit finem optatum in die suæ Sanctissimæ Anuntiationis sacro illa recipere.

LAVS DEO.

ADDITIONES NONNVLLÆ EORVM, QVÆ INTER EXCVDENDVM OCCVRRERVNT DICENDA CIRca materias contentas in hoc volumine.

1 AD numer. 47. clauſ. 1. de conſuetudine interpretatiua, & declaratiua loquẽtem, adde Ioſephum de Seſſe, quẽ poſt ibi ſcripta vidi, deciſ. 90. à numer. 11. vbi pluribus de ea agit & *deciſionem* Senatus Aragonenſis pro ea facta adducit.

2 Ad nu. 8. clau. 3. gloſ. 3. vbi de præcedentia Regentis Regiam Cancellariam agebamus, adde quòd in Eccleſia Barcinonen. fuit ei per Reuerendum Capitulum datus, & aſſignatus locus inter Canonicos poſt Decanum, ſeu primam dignitatem, quo frui cœpit egregius qui nunc eſt Michael de Salba, & de Valleca Regens Cancellariam in Sacratiſſimi Corporis Chriſti feſtiuo die anni 1611. vt omnes vidimus.

3 Ad nu. 26. cum ſequen. eiuſdem clau. 3. glo. 3. adde quòd priuilegio Militum, vt non poſſit contra eos procedi ſine partis inſtantia, gaudent etiam doctores, prout Senatus noſter iunctis tribus aulis *reſoluit* 11. Iulij 1611. prout vidi manu cuiuſdam egregij doctoris ex his, qui in Senatu ad præſens ſedent, annotatum in ſuo volumine conſtitutionum ſuper vno ex priuilegijs militum, quæ dicto nu. 26. allegantur, & eſſe arbitror fundarum in maxima ratione præſuppoſito quòd gaudeant, ſicut gaudent, doctores priuilegio militari vt in eadem illa clau. 3. glo. 1. & glo. 3. non ſemel fuit dictum, multùm enim generalia ſunt verba dictorum priuilegiorum apta comprehẽdere nedum veros milites, ſed etiam militari priuilegio gaudentes, maximè in Cathalonia, vbi in iudicialibus, & etiã in criminalibus quoad pœnas, nõ eſt differentia inter milites, & doctores.

4 Ad nu 65. eiuſdem etiã clau. 3. glo. 3. loquentem de venia ætatis à minore impetrata, & reſoluentem, cõtra quandam Senatus noſtri deciſionem, non eſſe computandum tempus denegandæ reſtitutionis à die quo litteræ dictæ veniæ ætatis ſunt in iuditio exhibitæ, ſed imò à die conceſſionis, adde quòd ego poſt ibi ſcripta conſideraui verba illa declarationis egregij Hieronymi Aſtor, de qua in nu. præcedẽtib⁹, declarantis non eſſe minori denegandam reſtitutionem ex eo quia tempore quo litteræ veniæ ætatis in iuditio productæ fuerant iam dictus Vilamala fuerat Ieſus in probando: ſi enim ea Senatus poſuit vt exiſtimaret ad perfectionem conceſsionis veniæ fore eam axhibitionem neceſſariam iuxta ius antiquum, iam dixi quid mihi in hoc caſu placeret, cæterùm ſi ex eo quia ex illa exhibitione conſtabat voluiſſe minorẽ ex tunc vti reſcripto à ſe impetrato, quo alias non conſtaſſet vſum eum fuiſſe, iuridica videtur declaratio concedens reſtitutionem pro geſtis ante exhibitionem, quia de iure ſi quis impetrat reſcriptum nemini dicitur per illud ius queſitũ niſi illo impetrans vtatur, vt benè probat Tibe. Decia. reſponſ. 83. nu. 9. vol. 2. vbi allegat omnes ſcribentes in c. ex conqueſtione, de reſtitu. ſpolia. & Bal. in l. 1. C. vt lit. penden. & Iaſo. in l. ſi quis iniquum in 5. notab. ff. quodquiſq. iuris: cogita igitur.

5 Ad nu. 26. & 27. clau. 4. glo. 3. vbi agebamus de Senatuum deciſionibus, quibus nulla fuere declarata ſtatuta prohibentia filijs ne nuberent ſine conſenſu parentum, adde Antho. Maceraten. variat. reſolu. reſolu. 2. vbi ita dicit quandoq. *declaratum* in Rot. Romana.

6 Ad nu. 4. clau. 4. glo. 5. qui agit de conditionibus, quę poſſunt apponi donationi in continenti, adde Sotomaior in 3. tom. ſeu lib. contro uer. iur. c. 10. per tot. vbi latiſsimè agit de interpretatione l. perfecta donatio, C. de donã. quæ ſub modo, &c. quę eſt capitalis in hac materia.

7 Ad nu. 30. cum aliquibus ſequent. & nu. 52. cum ſequent. eiuſdem clau. 4. gloſ. 5. vbi agentes de inſtitutione hæredis in bonis ſuis à donatore poſt donationem in fauorem donatarij facta datis ſubſtitutis, & cum fideicommiſſo adiecto, reſoluimus ſub ea non comprehendi bona donata, nec ſibi prciudicare donatariũ per aditionem hæreditatis, adde (licèt eum ego non ſequar) Pet. Grego. in ſyntag. iur. vniuer. par. 3. de actio. lib. 41. c. 7. num. 18. & 19. Et adde etiam Gera. Maynard. deciſ. Tholoſan. 54. & 55. per tot. lib. 5. vbi reſoluit, & in cutia Tholoſana *recepium* tradit non poſſe patrẽ, qui priùs donationem filio fecerat, eum poſtea fideicõmiſſo in teſtamento grauare niſi facta donatio foiſſet filio qui eligeretur, tunc enim (inquit) propter honorem electionis licitum foret etiam illum onerare reſtitutione fienda alijs filijs, qui ęquè atqui electus poterat grauari, quæ addere poteris ad tradita in nu. 65. huius clau. 4. glo. 5. vbi de hoc agebatur. Adde item eundem

Maynard.

Maynard.decis.90.lib.5.vbi pulchrè,benè Ferret.qui pluribus de hoc agit in nouissim. addi. ad Guid.Pap.decis. 184. Vidi post supradicta in d.glo.5. processum causæ Iosephi Falco contra coniuges Maestrons relatore egregio quondã Senatore,& postea Regente Regiam Cancellariam Hieronymo Torner,scriba Colell,in qua fuit lata sententia die 12.Iunij 1604.expressissimè *declarans* id quod nos tenemus, donatariũ capitulorum matrimonialium, qui postea simpliciter acceptat institutionem hęredis à donatore in sui fauorem in testamento factam cum aliquibus vinculis, & conditionibus, quæ non erant in donatione,& adit hæreditatẽ ex testamento simpliciter, & simpliciter approbat testamentum,sibi non præiudicare in bonis compræhensis in hæreditamento, & donatione, & in restitutionem fideicommissi venire tantùm ea quæ testator habebat extra donata, nempe id quod forsan sibi in donatione reseruasset ad testandum: fuit in ea sententia factum motiuum sequens, quod te multùm iuuabit ad huius materię intelligentiam,& cognitionem, & constat dictum testamentum suum potuisse sortiri effectum,vt scilicet contenta in eo locũ haberent in reseruatis per dictum N.in prędecalendata donatione in capitulis matrimonialibus dicto N.facta: nec præsumendum est dictum N.(donatarium)dicta approbatione consensum prębere vt bona sibi donata sub dispositione testamentaria essent compræhensa &c. in qua declaratione (quod plus est) notari debet quòd quædam alia sententia super eadem re referente egregio Senatore Hieronymo Astor lata 27.Iunij 1596. (qua ex testamẽto prædicto vniuersa hęreditas testatoris sine aliqua distinctione bonorum fuerat adiudicata substitutis in eodem,non obstante donatione,& hęreditamento prędictis,licèt fuisset de eis oppositum,imò,fundando se expressè in approbatione testamenti,fuerat dictum non obstare eam donationem & illud hęreditamentum) interpretata fuit vt intelligeretur tantùm substitutis adiudicatum quod donator habebat de quo disponere valeret, nempe illud, quod sibi ad testandum in donatione reseruauerat.

8 Ad nu.63. claus.4. glos.5. & nu. 14. eiusdem clau.4.glo.9.par.5. vbi diximus electionem cõmissam alicui censeri factam per institutionem hæredis in fauorem illius, qui est hæres scriptus, adde Caldas à Perey. de nomina. emphy. Ordin.lib.4.tit.62.q.7.in prin.vbi iura,& doctores allegat,ex quibus id mirè probatur.

Successit post ea scripta disputari in Senatu quid futurum si hæres repudiaret hæreditatẽ, vellet tamen habere rem, ad quam tacitè per eam institutionem censetur nominatus iuxta doctrinam suprà relatã, & *resolutum* fuit quòd permitteretur ei, sententia lata de mense Mar. 1612. referente egregio Senatore Iosepho Ferrer in causa Monserrati Ferrer contra nonnullos eius creditores,scriba Roure.

Quę tamen declaratio dubitabilis redditur ex his, quæ quasi interminis docet Cald.à Perey.vbi suprà nu.43.& 57.vbi fundat filiũ à patre hæredem institutum, & ex consequenti per eam institutionem nominatum ad quandam emphyteusim, ad quam pater nominare poterat, non posse repudiare hæreditatem,& velle emphyteusim retinere, quia (inquit)aut totum habebit,aut nihil:dicitq. esse in promptu rationem, quia eo in casu sub illo titulo vniuersali hæredis inest tacita ad emphyteusim intrinseca nominatio,quæ simul(pergit)cum titulo hæreditario extinguitur simul ac filius nõ vult esse hæres,diuidere enim defuncti voluntatem,& pro parte illam acceptare non potest, allegat in argum. quę Gom.scribit in tit.de lega.nu.33. & dicit esse ad id bonum casum in l. Lucius 14.de fideico.liberta.per quem Bar.notabiliter voluit hęredem simul & executorem testamentarium constitutum executoris officio carere si hæreditatẽ repudiauit, & alias instantias comminiscitur, quibus existimat id probatum iri.

His ego addo quòd tex.in §.qui duos l.vnũ ex familia,delega.2. in quo fundatur quòd sub institutione hæredis veniat nominatio, habeatq.ipse id ad quod testator aliquem nominare poterat, non loquitur quomodocunq.de hęrede, sed de eo qui cum effectu est hæres,id est adiuit hęreditatem, ibi,*pro his quidem portionibus,quas iure hęreditario retinent,eos fideicommissum obtenturos.*

Adiungitur quòd id quod est electionem, & nominationem permissam venire tacitè sub generali hæredis institutione, fit ex tacita, & coniecturata mente testatoris,qui interpretatur sic voluisse disponendo vniuersaliter de bonis suis in alicuius fauorem, taliter quòd si de hoc casu interrogatus foret,ita respondisset, vt in expresso Meno.probat in cons.210. ex num. 24. quod si ita verum est, prouti verissimum, oportet quòd nos vlteriùs deffuncti voluntatem, & intentionem scrutemur, & videamus an ex eius mente colligi possit voluisse ipsum quòd bona,ad quæ eligere, & nominare poterat, haberet alius quam qui propria, an forsan fuerit deffuncti intentionis quòd repudiãs propriam ipsius hæreditatẽ propter ęs alienũ, aut aliàs (quod nunquam fit sine dedecore,& ignominia testatoris)haberet bona, ad quæ poterat ille eligere, & nominare?certè nemo id dicet,sed omnes quòd imò eum testator bona prædicta habere voluerit qui propria ipsius testatoris haberet.Cogita igitur si iterùm accidat

casus,

casus,& pro resolutione examina dicta doctorum,quos Sesse allegat decis.53.nu.6. & decis. Gam.5.nu.3.ac eius ibidem additionatorem.

9 Ad nu.15.clau.4.glos.7.par.3. vbi agebamus de coniecturis, ex quibus pater censetur tacitè priuatus vsufructu bonorum maternorum, adde Motos.cons.18. per tot. vbi benè de eadē re tractat.

10 Ad nu.14.cum sequent. clau. 4. glos.8. vbi agitur contra eos qui fidei ruptæ Cathalanos improbant, adde Cenedo in collecta.iur.collecta.110. super c.qualiter de iu.iur. nu.3. qui eosdem reprehendit,quos & nos.

11 Ad nu.15. eiusdem clau. 4.glo. 9. par. 2.vbi agebamus de prælatione socij in emptione rei communis,adde quòd idem est in eo qui vicisset in licitando,& extitisset eidem firmata Venditio,si forsan veniat postea alius,qui offerendo maius prætiū obtineat rem iterū subhastari, nam in hoc casu propter ius primę venditionis, sicut socius propter ius societatis, præfertur,si velit rem pro eodem prætio,argum l. cōgruit C.de loca.prędior.ciuil.& tradit in terminis ita fuisse *decisum* in nostro Senatu Micha.Ferrer in 3.par. obseruan.c.515. & ego etiā nuper vidi *declaratum* referente egregio Senatore Ioanne Magarola sub die 4. Februa; 1611. in causa Iacobi Mont sartoris Gerundæ contra Hieronymum Vilaut, & alios, scriba Roure, vbi tamē *inter alia* expressè fuit sumptum motiuum quòd in pari causa potior esset conditio possidentis.

12 Ad nu.7.cum sequent.eiusdem clau. 4.glos. 9. vbi resoluimus filios vocatos post patrem, aut aliàs,censeri æqualiter vocatos vt æqualiter succedant,adde quę postea in eadem materia diximus eadem clausi. 4. glos.24. nu.20. & ad vtrumq. locum adde tradita latissimè per Ferrer.in nouissimis additionibus ad Guid. Pap.d. decis.184.

13 Ad nume.30. cum sequent.eiusdem clau.4. glos.9.par.3.vbi dicebamus per verbum,Petro; & suis induci substitutionem in fauorem suorum,adde Gerar.Maynār.decis.91.lib.5.vbi docet,secundum communem vsum loquendi in Francia,eam vocula,& suis,superfluè poni tam in contractibus, quàm etiam in vltimis voluntatibus,quia nullam importat vocationem,vel substitutionem, ex quo significet hęredes primò vocati, idq; dicit multis ibi arrestis fuisse †† *declaratum*, ac plura alia tradit pulchra in materia.

14 Ad nu.18.clau.4.glo.9.par.4.vbi diximus nō sustineri in Cathalonia hæreditamenta,etiam in capitulis matrimonialibus facta,si sint vniuersalia absq.reseruatione,adde sententiam latam referentibus Montaner, & Vallseca sub die 26.Octob.1555.in causa Vicecomitis de Canet contra Baronem de la Lacuna, scriba Boera,vbi id expressè *dicitur*. †

15 Ad nu.26.cum sequent.eiusdem clau.4. glo. 9.par. 4. vbi resoluimus pactum de donando esse donationem, & pactum dē hæreditando hæreditamentum,adde pulchram Gerar.Maynar.curię Tholosanę *decisionem* 90. nu. 3. lib.5. vbi in proprijs nostris terminis loquitur. †

16 Ad nu.84. in vers. *Accommodabat*,eiusdem clau.4.glo.9.par. 4. vbi reprobabam argumentum quod ad probandum necessariam vocationem in hæreditamentis *de filis per filis, y files per filles* desumebatur ex constitu. *à feragitar frans* sub tit.de promis.dot.& donatio. propter nup. adde quòd reperi postea scripta sacrum Senatum in causa Vicecomitis de Canet contra Baronem de la Lacuna,cuius nuper fui factus aduocatus,sentētia lata referentibus Mōtaner,& Vallseca sub die 26.Octob. 1555.scriba Boera eodem omninò modo,quo nos vbi suprà,disoluisse argumentum quod de dicta cōstitutione fiebat ad probandum donationem vniuersalem absq. aliqua reseruatione in capitulis matrimonialibus factam validam de iure esse, de quo non modicè gauisus sum ex quo viderim concurrisse me cum Senatus perspicacissimi cogitationibus.

17 Ad nu.128.cum sequen.eiusdem clau.4.glo. 9.par.4. adde aliam ibi traditis non dissimilem *declarationem* Senatus factam sub die 25. May 1604.in & cum qua pro validitate hæreditamē ti, eodem modo quo si conceptum simpliciter quibuslibet alijs verbis foret, extitit declaratū non obstante quòd esset hoc pacto conceptū, *Item es pactat y en patte nuptial deduit entre les dites parts que los infants qui procehiran del present matrimoni hauen desser hereus llurs, y hauen desser preferits à qualsevol altres fills, y fillas en cars la hu dels dos se tornas casar, ços à saber fills per fills y filles per filles*: hoc est, *Item ast pactatum, & in pacto nuptiali deductum inter dictas partes quòd infantes qui procedent ex presenti matrimonio habeant esse hæredes ipsorum,& debeant praferri quibuscunq. alijs filijs,& filiabus casu quo vnus ex ipsis iterum nuberet,hoc est filij pro filijs,& filiæ pro filiabus*, Relator erat egregius Michael de Salba, & de Vallseca nunc Regiam Regens Cancellariam:partes Ioannes Sola demunc cultor lucī Sancti Stephani de Llares,& Petrus Domenec villę Campitorundi,scriba Papiol,nunc Dómingo. †

18 Ad eundem num.128. circa finem, vbi referimus quandam causam pendentem in Senatu coram egregio Senatore Iosepho Dalmau, adde quòd ium fuit in ea declaratum pro validitate hæreditamenti de bonis presentibus de mense Februarij, aut Martij 1612. non tamen cum conclusione aulæ.

19 Ad nu.137.eiusdem clau. & glos. vbi agimus de

de quadam causa coniugũ Llaudes cõtra coniuges Gayolans, & Costas, Adde quòd *declarata* † ea fuit de mense Mar. 1612. in fauorem dictorũ Costas dicendo quòd verba illa posita in calce hęreditamenti, *hoc est filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, intelligebantur hoc modo, quòd scilicet censebantur per ea hæreditantes hæreditare filias primi matrimonij in concursu tantũ filiarum secundi, non in concursu filiorũ masculorum, vndè cum petens ex primo matrimonio esset fœmina, masculus verò ex secundo qui se defendebat, declaratum propterea extitit in fauorem masculi.

Circa hoc ego iam dixi quid existimarem dum de eo hæreditamento agerem, nunc addo primò quòd per hanc interpretationem recedere visus est Senatus manifestè ab ea interpretatione, quam verbis prædictis aliàs tribuerat in illa Fontfreda contra Molleres, de qua paulò ante, referente Magarola, fuit dictũ, cuiusq. causa hanc ego coniugum Llaudes cõtra coniuges Costas defendendam susceperam aliud forsan facturus ni eam, & alias similes declarationes vidissem.

Addo secundò quòd hæc declaratio non videtur compati cum tot alijs pluribus, in quibus agendo de hæreditamentis factis hoc modo, quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus habeãt esse hæredes, de quibus diximus latè in corpore, declaratũ *simpliciter extitit fore* ea valida, non curando an secũdum extitisset matrimonium, vel non, ad quod dicere videbantur respectum iuxta sensum verbis datum *in* hac declaratione.

Scio dices illud quod videbam nonnullos dicere in supradicta causa, id de respectu ad secundum matrimonium intelligi quando postea nascitur filia ex primo, & ex secundo masculus, vti declaratum extitit in dicta vltima declaratione, cæterùm quando adsunt filij primi matrimonij non est aliquis respectus ad secundum matrimonium considerandum, postquã siue illud adsit, siue non, semper illi hæredes erunt. Sed responderi potest hęreditamenta fore & esse in abstracto consideranda, veluti si de eis disputandum foret quid importarent quãdo nec ex primo, nec ex secundo matrimonio aliqui sunt filij, & iuxta eum sensum, quem sic ea considerata haberent, interpretanda essent, quicquid postea succedat, id est siue adsint soli filij prioris matrimonij, siue cum filijs etiam secundi, eiusdem, vel alterius sexus, per ea quæ in simili docuimus in superioribus hac ea. clau. 4. glos. 24. nu. 72. & 73. vndè interpretatio eorũ verborum facta Magarola referente in abstracto, vt dicebamus, videbatur sequenda, nõ cõsiderando quid postea accideret, nunquid scilicet concursus filiorũ vtriusq. matrimonij adesset in æquali sexu, vel in diuerso, cum exindè videretur non posse dici mutatam naturam hæreditamenti.

Vltimò addo quòd negari mihi saltem non poterat, nec potest quin verba illa, *hoc est filij pro filijs, & filiæ pro filiabus* dubia forent, non clarè, & manifestè eum sensum habentia, qui tributus illis est cum dicta declaratione, in dubio autem ea videbatur interpretatio capienda, quæ magis fauebat matrimonio, cuius contemplatione fiebat, vt eleganter Vincen. de Fran. decis. 436. nu. 5. vbi agens ã donatione facta fauore matrimonij filio nubenti, in qua reperiebatur mentio mortis, disputat an esset causa mortis iudicanda, an inter viuos, & resoluit quòd in dubio inter viuos, quia est ea interpretatio magis fauens fauori matrimonij, cuius contemplatione facta donatio extitit, addit postea pulchra verba, quæ multùm faciunt ad propositum, aliàs (*inquit Iudici*) *finge* te patrẽ mulieris nubẽtis, & cõsidera an esses eam traditurus nuptui ei, cui similis donatio fauens filijs alterius matrimonij, & excludens fœminas primi facta extitisset &c. Certum autem est quòd interpretatio declarationis relatore Magarola facte, quòd intelligerẽtur verba prędicta, id est primò masculi, & in deffectum fœminæ eiusdẽ tamen primi matrimonij, magis erat fauens primo matrimonio, & ambobus contrahentibus, ergo &c.

In his persisto multò plura forsan dicturus in causa supplicationis in alia aula, vbi contendo commutationem.

20 Ad nu. 14. clau. 4 glos. 9. par. 5. adde quæ dicta antea fuere ad idem propositum ea. clau. 4. glos. 5. nu. 63.

21 Ad nu. 124. eiusdem clau. 4. & glos. 9. par. 5. adde quòd post *ibi* scripta volui videre declarationem factam referente Seniust, cuius ibi memini, & reperi factam fuisse 27. Mar. 1608. Partes erant Oeconomus Monasterij Sãctæ Catherinæ Ciuitatis Barcinonę contra coniuges Arnaus, scribaRoure, vbi expressis verbis fuit *declaratum* † per restitutionem hæreditatis factam per hæredem substituto non expectata morte, nõ esse fraudatos creditores, *id est* non esse eis pręiudicatum, quod nos pluribus de in re procedere indubitanter ibi probauimus.

22 Ad nu. 136. eiusdem clau. glo. & par. vbi resoluimus substituto non sufficere probare mortẽ *instituti per cõiecturas*, & pręsumptiones quando ipse vult per illius mortem sibi adiudicari hæreditatem, adde elegantem definitionem Anthon. Fab. *in* suo Codi. lib. 4. tit. 14. ã probatio. & præsump. defini. 2. vbi idem in expressissimis *terminis* docet, quia sit id fundamentum intentionis substituti, quod semper est probandum, atq. ita Senatum Sebusianum *declarasse* †

sicut

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſicut noſtet declarauit vbi ſuprà, refert.

23 Ad nu.196.eiuſdem clau.4.gloſ.9.par.5.vbi promito de quadam cauſa agere latiùs, adde quòd iam fuit adimpletum, vt videbis eadem clau.4.glo.28.per tot.

24 Ad nu.7.cum ſequent. eiuſdem clau.4.gloſ. 10.par.1.vbi diximus quoſq.Barones, etiam ſi ſint Eccleſiaſtici, ſubeſſe vt tales Regi, adde Bouadil.in politica lib.2.c.18.nu.64.vbi, quî id fieri poſſit & valeat, docet, & qualiter non procedat in criminalibus, probat multùm pulchrè.

25 Ad nu.13.cum ſequent.eiuſdem clau.4 gloſ. 10.par.1.vbi agebamus de differentia inter homagium, & iuramentum fidelitatis, nota quæ Portoles ad Molin. docet verbo, homagium, vbi licèt plures quęſtiones perutiles de hac materia pertractauerit, & Socar. noſtrum viderit, cuius nos doctrinę multùm in his innitimur, differentiam tamẽ hanc non videtur aſſequutus, ſed imò vnum cum alio confundere.

26 Ad nu.18. eiuſdem clau.4.gloſ. 10. par.1.vbi diſputauimus quæſtionem nunquid perſonaliter, an per procuratorem ſit iuramentum fidelitatis præſtandum, adde Gaſpar. Theſau. qui eandem in terminis quæſtionem tractat, quæſt. foren.38.per tot.& plura de his iuramentis notanda adducit.

27 Ad nu.54.eiuſdem clau.4.gloſ.10. par. 1.vbi dicebamus non eſſe locum gratificationi quãdo electores ſunt pares invoto circa duos, niſi ſint dicti electores ęquales interſe ſe, id eſt ꝙ vnus non ſit alteri dignior, adde quòd propter id arbitror Senatum motum referente egregio Senatore, nunc Regente Regiam Cancellariam Michaele de Salba, & de Vallſeca in cauſa Patruum Societatis Ieſu contra Communitatem Eccleſiæ Sancti Ioannis Villæ Perpiniani vt *confirmaret* in tertia aula de anno 1608. ſcriba Viloſſa, ſententiam latam per procuratorem Regiorum feudorum eiuſdem villę in fauorem dictorum Patruum ſub die 13.Aprił.1606.qua inter quatuor manumiſſores habentes facultatem erigendi quandam cauſam piam de bonis alterius diſcordes in electione, quia duo ex eis, qui erant clerici, volebãt vno modo erigere, & alij duo milites, & teſtatricis conſanguinei volebant alio, non fuit tractatum de danda Epiſcopo gratificatione modo aliquo, quam habuiſſet proculdubio ſi pares, & eiuſdem conditionis fuiſſent electores, & cauſæ piæ nominatæ Bal. in l.fin. inprin. nu.9. C.com.de lega. Phili.Fran.in c.religioſus §.ſanè nu.5.de teſtam. in 6.& Spino vbi infrà, ſed fuit dictum vincere electionem militum, & conſanguineorum, quia viſi ſunt in propoſito digniores, & dignior etiam ipſorũ cauſa pia, quia facta extiterat per eos electio Eccleſiæ regularis, per alios verò ſecularis, ſequendo in hoc, vt arbitror, quæ nos diximus in eo loco, cui hæc addimus, & quæ docent Dida.Spino in ſpecul. teſtam.glo.18.de executor.teſtam.nu.19.& Ioã. Lup.in repetitio.c.perveſtras §.43.ſuccedit alia notabilis quæſtio nu.8.verſ.idem ſi vnus executor, vbi docent inter plures executores diſcordes non dari locum gratificationi quando nõ ſunt *omnes paris conditionis*. *Sed hęc omitamus quia ego aduocatus dictæ communitatis ſpero in alia aula reuocationẽ ex alijs motiuis.*

28 Ad nu.89. eiuſdem clau.4. gloſ.11. ibi, tertiũ in locum admodum Reuerendi Cancellarij vt Canonici Eccleſiæ Gerundę, cuius cauſa tractabatur, recuſati, ſuffultum, adde quòd poſt ea ſcripta viderim diſputatum coram Reuerendo Paulo Pla tertio, nunquid procederent ſuſpitiones contra eundem admodum Reuerendum Cancellarium allegatæ tempore quo ipſe vt Archidiaconus maior Eccleſiæ Gerundę exercebat, & adminiſtrabat Sede vaccante iuriſdictionem illius Epiſcopatus, ex eo quòd ageretur contra Clericum ſuæ dioceſis, & ſibi ea ratione ſubditum, & licèt verba Ferrerij noſtri in c.92.tertię partis obſeruan.circa fin. prębberent aliquam dubitandi rationem, nihilominùs die 25.Nou.1611.de cõſilio egregiorũ Senatorũ Ioã. Gallego Decani Senatus, Ioſephi Dalmau. Ioſephi Ferrer, Hieronymi Seniuſt, & Iacobi Puigmija fuit *declaratum* ſuſpitiones nõ procedere, quia non fuit datum pro conſiderabili intereſſe quod dictus admodum Reuerendus Cancellarius haberet, obtineret vel non, ſubditus ille ſuus, contra quem agebatur, partes erant Rector villę de Blanis, & Syndicus Vniuerſitatis, ſcriba Rafeques in vicariatu, ſeu officialatu Barcinonen.

29 Ad nu.120.eiuſdem clau.4.gloſ. 12. vbi tractauimus an et quando per appræhentionem poſſeſſionis, quam faciat emptor de re vendita ſine conſenſu domini, cadat in pœnas cõſtitutionis, adde notabilem deciſ. Nobilis Ludouici à Peguera 58.in ordine in nouiſſimis, quæ tota etiam de hoc compacta eſt.

30 Ad nu.5.eiuſdem clau.4.glo.13.par.1.vbi tractauimus an infeudare ſit alienare, adde duo pulchra conſilia, tota pro quæſtione hac compacta, in volumine conſiliorum Ludoui. Moro. alterum quidem Franciſ. Odetti 45. in ordine, & alterum eiuſdem Moro.46. Et nota quòd iſdem Odettus vbi ſuprà nu.16.& 21. decidit caſum in terminis ſententiæ latæ referente Ferruz, quæ à nobis abſq.aliqua allegatione refertur in loco ſuperiùs adducto, dicens quòd quãdo in prohibitione alienãdi adſunt verba, quæ *repugnant tam infeudationi, quàm alteri alienationi, quemadmodum dicebantur adeſſe in caſu dicti Ferruz, tunc ſemper prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus infeudare.*

Ad

31 Ad nu.61.eiuſdem clau.4.gloſ.13. par.2.vbi diximus crimẽ ſacrilegij eſſe mixti fori,& poſſe tam ab Eccleſiaſtico,quàm ſeculari iudice puniri, ita tamen quòd ſi ab Eccleſiaſtico læuiùs punitũ ſit, poſſit iterùm puniri per laycum,adde Anthon.Fab.in ſuo Cod.lib.9.tit.17.de ſacrileg.defin.1. vbi eadem omnino probat,quæ nos vbi ſuprà docuimus.

32 Ad nu.46.cum ſequent.eiuſdem clau.4.gloſ.15.vbi reſolui non poſſe agi actione iniuriarum pro procedimentis auctore prætore contra aliquem factis,quamuis prætendantur iniuſta,antequam ſint per ſententiam talia declarata,adde quòd Cancer.noſter non eſt viſus ſe in hoc determinaſſe, ſed vtile eſſe dixit expectare ſententiam vt tutò agi poſſit &c.in 2.par.var.reſolu.c.14.de procura.nu.14.

33 Ad nu.21.eiuſdem clau.4.gloſ.15.par.3.adde Nicholau.Garcia in tracta.de benefi.par.5.c.7. numer.50.vbi diſputat an,& quando iudex datus cum clauſula, *auctoritate noſtra*, fiat delegatus,vel ordinarius, quæ materia eſt quæ tractatur in dicto nu.21.

34 Ad nu.81.eiuſdem clau.4.& glo.15.vbi reſoluimus per præuentionem iuditij per debitorẽ factam non cenſeri prejudicatum viæ executiuę,quam creditor vigore inſtrumenti poterat intentare,adde bonam don Garciæ Meſtril deciſionem 157.in 2.par. vbi videbis nõnullas huius dicti limitationes,quas cõſiderabis, & examinabis.

35 Ad nu.145.eiuſdem clau.4.gloſ.18.par.1.vbi diximus quòd ſi filiusfamilias paterfamilias factus partem debiti ſoluerit, ceſſat Macedonianum ex tacita agnitione totius debiti indè reſultanti, adde procedere id nedũ in eo caſu, ſed etiam quando aliter conſtaret quomodocumq.debitum agnouiſſe,prout in pulchro caſu Senatus *declarauit* coram egregio Michaele † Cordeles olim Regiam Regente Cancellariã ſub die 2. Appril. 1599. in cauſa Eliſabethis Erbas contra Franciſcum Gaell ll. doctorem: fuit enim dictum ceſſare inibi Macedonianum ex quo debitor effectus paterfamilias debitum agnouerat quia comparens in iuditio,vbi debitum petebatur, ſolutionis, aut compenſationis exceptionem oppoſuerat, licèt eam non probaſſet,eſt nunc proceſſus penes Onophriũ Codina notarium.

36 Ad nu.122.clau.4.gloſ.18.par.1.vbi diximus poſſe in Ciuitate Barcinonę emphyteotam renunciare emphyteuſim domino etiam inuito ſolutis cẽſibus, adde quòd quando fit hoc modo reuerſio rei ad dominum, ea liberè vadit ad eum immunis ab omni ære alieno, quod interim emphyteota contraxiſſet ſuper prædicta re,quia ex cauſa neceſſaria,non voluntaria dicitur reuerſio prædicta fieri,iuxta iuris municipalis ſuprà relatam diſpoſitionem,velit enim nolit tenetur dominus acceptare renunciationem, prout pulchrè in proprijs terminis reſoluit Tiraquel.in tracta.de retrac.ligna.§ 34.glo. 1.per tot.& ſignanter circa finem,quicquid viſus ſit in contrarium dicere Cancer. in 1.par. var.c.11.de emphy.nu.26.qui non videtur conſideraſſe diſpoſitionem iuris municipalis obligantis dominum ad acceptationem,& facientis proindè hanc cauſam neceſſariam,viden. Fab. qui hanc differentiam inter cauſam neceſſariam,& voluntariam videtur conſideraſſe, in ſuo Cod.lib.4.tit.42.de iure emphy.defini. 2.& 61.& 62. id quod multò magis proculdubio procedit in noſtro caſu vbi renunciationes fiunt ex mera voluntate emphyteutæ, quẽ non eſt præſumendum dimitere rem niſi quãdo ſit multùm deteriorata, quo caſu non eſſet iuſtum obligare dominum ad acceptandum rem multò deteriorem effectam quàm ipſe conceſſiſſet eandem,& ex alia parte eogere eum ad ſoluendum creditoribus debita,quæ interim contraxiſſet emphyteota; ſi melioratione eſſent in re illa, aliud forſan poſſet eſſe quoad ipſas,de quo vide Fab.vbi ſuprà de- † fini.24 & in terminis ita *declarauit* noſter Senatus die 21. Februarij 1612.ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Ferrer, in cauſa Oeconomi Monaſterij Beatæ Mariæ de Mercede preſentis Ciuitatis Barcinonæ Ordinis Redemptionis Captiuorum, & manumiſſorum teſtamenti Monſerrati Bramona, & Mathiæ Pontij Garau,aliàs Caſaldaguila in caſu fortiori in quo aderant nonnullę circunſtantiæ, ex quibus dubitari poterat num reuerſio rei emphyteuticæ ad dominum facta fuiſſet ex cauſa voluntaria, an neceſſaria, vti antea ex cauſa voluntaria reuerſionem factam intellexerat Senatus in prima inſtantia eiuſdem cauſę in aula Regentis Cancellariam ad relationem egregij quondã illius Senatoris, & nunc dictam regiam Cancellariam regentis,Michaelis de Salba, & de Vallſeca 6.Septembris 1602.nihilominùs tamẽ contrarium viſum fuit ad relationem dicti Ferrer,& propterea ſententia referente dicto Salba facta,fuit commutata, ſcriba dictæ cauſæ erat Bartholomæus Balle:vidẽ.Surd.deciſ.186. per tot.

37 Ad nu.115. eiuſdem clau. 4.& gloſ. 18. par.4. vbi reſoluimus ſubcumbenti in altercatis non cucurriſſe tempora probatoria ſi habuerat inſtram cauſam litigandi,quamuis habeamus conſtitutionem,quæ ſtatuit currere debere tempora,adde quòd idem etiam Senatus dabat pro conſtanti de anno 1612.in cauſa hęredum nobilis Angelæ Taqui contra nobilem Bernardum de Vlmis referente egregio Senatore Raphaele Rubi & Coll,& ſcriba Sacares, ſed quia videbat

debat dicta Taqui se exindè non posse obtinere quòd tempora dicto de Vlmis cucurrissent quia subcubuisset in altercato, aliud excogitauit, quo probationibus fiendis per dictum de Vlmis obuiam iret (arbitror quòd te nõ pœnitebit hæc legisse) dicens altercatũ in quo exti terant partes per tempora probatoria, & vltra, fuisse altercatum prætensorum attentatorum, quo durante siue subcumbat qui illud mouit, siue obtineat, semper cucurrisse censentur tempora vt habet constitu. 5. sub. tit. de alterc. inciden. Respondi tamen quòd cõstitutio prædicta facta fuerat in curijs anni 1585. altercatum autem attentatorum supradictum motum de anno 1583. vndè dicebam nõ potuisse comprehendi sub dispositione constitutionis superuenientis, quæ statuit non obstantibus altercatis atttentatorum currere tempora, quia lex noua non compræhendit lites pendentes, maximè quæ loquitur per verba futuri temporis, *ques mouran &c.* Et quamuis opponeretur legem nouam in his, quæ respiciunt ordinatoria iuditij, comprehendere etiam lites pendentes, respondi primò quòd materia probationum fiendarum, per quas causa est decidenda, nõ respiciebat ordinatoria iuditij, sed imò decisoria, vt in terminis Azin. tradit in prax. §. 19. c. 3. & quòd quamuis ordinatoria tantùm respexisset materia supradicta, adhuc aduersans non habuisset intentum, quia si & vbi verum eo casu est legem nouam compræhendere lites pendentes, id tamen procedit solummodò quoad articulos futuros, & processum futurum in causa, non quoad articulos præteritos, prꝛteritũq. processum, prout in terminis docent Azin. in prax. §. 3. c. 1. nu. 10. & Alderan. Mascar. de interpræta. statutor. cõclu. 13. nu. 49. per quæ *obtinui* prouisione facto verbo facta 7. Febr. 1612. non cucurisse tempora, quia eramus in casu simplicis altercati, in quo licèt probare volens subcubuisset, non tamen cum expensis, vndè visus fuerat iustam habuisse causam vt dicitur eo loci, vbi fit hæc additio.

38 Ad eãdem clau. 4 glos. 18. paulò ante numerum præcedentis additionis, à nu. videlicet 34. vbi agimus de alimentis debitori capto præstandis, & incidenter de multis quæstionibus occurentibus circa materiam alimentorum lite pendente ministrandorum, adde Ioan. del Castillo Sotomaior lib. 3. controuer. iur. c. 27. per totũ, vbi nouissimè totam hãc materiã expendit *nullum ferè non mouens lapidem in* his, quę materiam concernere videntur, eum non omitas quoties tibi de hoc casus occurrerit disputandus. Ibi nu. 71. cum sequent. signãter is doctor agit latè d illo articulo, quem nos etiam non omisimus vbi suprà nu. 88. nunquid quando adest fraudis, aut calumniꝛ suspitio, possit is qui pendente lite recipit alimenta, cogi ad cauendum de eis aliquo casu restituẽdis, & ibi reprobat opinionem affirmantem ex eo quòd cum debeat is qui talia alimenta consequi vult, habere vel sententiam pro se, vel saltẽ vrgentem prꝛsumptionem iustitiꝛ, dicit is doctor se non videre quomodo, & quando poterit verificari ista suspitio fraudis, vel calumniæ, & tandem concludit quòd cum lex abhorreat à fructratorijs, indè sequi debet nullo casu fore cautionem prꝛstandam, cogita.

39 Ad nu. 15. clau. 4. glos. 25. vbi agebamus de illa quæstione an appellatione masculorum veniant masculi descendentes ex fœmina, adde Io annẽ del Castillo Sotomaior li. 3. cõtrouer. iur. c. 29. per tot. vbi latissimè examinat articulum.

Hæc vt dicerem pro additionibus ad materias in corpore tractatas, inter alia, occurrerũt, quibus finem labori imponerem ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, intemeratꝛq. Virginis Mariꝛ, ac vtriusq. Ioannis Diuorum tutelarium meorum singularium.

BARCINONE.
Ex Typographia Laurentij Déu, in vico Bibliopolarum.
Anno M. DCXII.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

COPIOSVS MATERIARVM; ET RERVM NOTABILIVM HVIVS VOLVMINIS INDEX

Alphabetica serie digestus.

ABBAS, Monasteriũ, & Ecclesia possunt agere actione iniuriarum pro Monacho, cla. 4. glo. 15. nu. 16. fol. 233.

Ablatiuus absolutus importat conditionem, cla. 4. glo. 9. par. 5. nu. 215. fol. 141.

Absens, & ignorans æquiparantur, clauſ. 4. gloſ. 12. nu. 57. fol. 186.

Absenti tantùm datur restitutio aduersus ordinariam præscriptionem, non aduersus eam, quæ est 40. annorum, ibidem nu. 58.

Absolutio iuramenti est necessaria, quando, non obstante pacto iurato, vult socius prouocare ad diuisionem, cla. 4. glo. 9. par. 2. nu. 108. fol. 93.

Absolutio iuramenti non est necessaria Prælato volenti agere aduersus alienationem rei Ecclesiæ à se nulliter factã, cla. 4. glo. 13. par. 4. nu. 33. fol. 216.

Absolutio debet obtineri ab omnibus iuramentis, quando plura sunt apposita in eodem instrumẽto iuxta plura illius capitula, clau. 4. glo. 21. par. 1. nu. 85. fol. 329.

Absolutus vel condemnatus per dolum, aut collusionem potest iterum accusari, & puniri, clau. 4. glo. 13. par. 2. nu. 65. fol. 207.

Abuti re sua neminem debere, interest reipublicæ, clau. 4. glo. 29. nu. 11. fol. 373.

Acceptatio in donatione non est necessaria nisi respectu contrahentium, non respectu tertij, cla. 4. nu. 13. fol. 53.

Acceptatio donationis an sit necessaria, quomodo debeat fieri, & aliæ pulchræ quæstiones in materia traduntur remissiuè cla. 4. glo. 30. n. 1. fol. 374.

Acquietatio ciuium, quę fit per metum non sufficit vt ex prohibitionibus ius quæratur domino prohibenti, clau. 4. glo. 17. nu. 56. fol. 252.

Actiones famil. hercis. & com. diuidun. nõ durant suprà 30. annos, clau. 4. glo. 9. par. 2. n. 120. fol. 94.

Actiones fami. hercis. & pro socio tunc competũt quando vnus tantùm possidet, vbi Auctoris opinio, cla. 4. glo. 9. par. 2. nu. 122. fol. 94.

Actio realis tantùm competit pro consequendo laudimio, & censibus contra eum, qui nihil cum domino contractauit, sed imò à tertio sua pecunia acquisiuit, cla. 4. glo. 9. par. 5. num. 132. fol. 133.

Actio realis exercetur etiam contra eum, qui dolo desijt possidere, ibidem nu 133.

Actio oritur ex sententia confirmante, non ex cõfirmata, & quæ sit ratio, cla. 4. glo. 10. par. 1. num. 75. fol. 150.

Actio impugnandi alicuius officialis electionem, seu nominationem est populatis, & ideò cuilibet de populo permissa, & ibidem limitationes remissiuè, ibidem num. 90. fol. 152. vbi *decisiones*.

Actio iniuriarum ciuiliter intentata impedit criminalem, clau. 4. glo. 15. n. 91. fol. 240. vbi *decisione*.

Actiones duæ oriũtur ex quocũq. delicto, alia ciuilis ad interesse, alia criminalis ad vindictam, nec vna aliam impedit, ibidem nu. 91. fol. 240.

Actio iniuriarum ciuiliter intentata tam quoad emendationem iniuriæ, quàm quoad interesse impedit criminalem, cla. 4. gloſ. 15. n. 93. fol. 240. vbi *decisio* Cameræ Imper.

Actio iniuriarum ad vindictam criminaliter mouenda non potest exerceri pendente ciuili, sed ea tantùm finita, cla. 4. glo. 15. nu. 94. fol. 240. vbi *decisiones* Rotæ Rom.

Actio intentata ciuiliter ad emendam in delictis, quæ transcendunt terminos iniuriæ, non tollit criminalem, cla. 4. glo. 15. nu. 96. fol. 240.

Actio, quæ intentatur ciuiliter in alijs delictis præterquàm in iniuria, nõ dicitur intentata ad emẽdam iniuriæ, & sic ad vindictam, sed ad damnorum, & iniuriæ tantùm resartionem, cla. 4. glo. 15. nu. 98. fol. 240.

Actio iniuriarum ciuiliter intentata pro damnis, & interesse non eget protestatione vt dici possit non esse præiudicarum criminali postea intẽtandę, clau. 4. glo. 15. nu. 109. fol. 241.

Actionis iniuriarum non facere mentionem in iuditio ciuili cautela est, ne præcludatur via criminali, cla. 4. glo. 15. nu. 102. fol. 241.

Actio ad emendam ciuiliter intentata non tollit criminalem ad punitionem corporalem in Cathalonia, iux. Olib. sententiam, clau. 4. glo. 15. nu. 107. fol. 241.

Actio datur ad rescisionem totius contractus in Ecclesiasticis quando non est iusta pensio constituta, non ad illius suppletionem, quod tamen secus est in laycis, cla. 4. glo. 18. par. 1. nu. 90. fol. 264.

Actio ad suppletionem iustæ pensionis datur tantùm in laycis emphytensibus, non ad contractus rescisionem, clauſ. 4. gloſ. 18. par. 1. numer. 96. fol. 264.

Actio personalis oritur ex obligatione personali, clau. 4. glo. 18. par. 2. nu. 42. fol. 277.

Actio vt filia procedit ab obligatione, cla. 4. glo. 18. par. 2. nu. 43. fol. 277.

Actio hypotecaria regulariter potest exerceri contra quemlibet possessorem insolidum, clauſ. 4. glo. 18. par. 2. nu. 52. fol. 278. ex numer. sequenti, vbi *decisio*.

Dida. Couar. circa hæc notatur, ibidem numer. 55. fol. 278.

Actio contraria mandati est personalis, & non sequitur rem, clau. 4. glo. 18. par. 2. nu. 70. fol. 279.
Actio personalis multùm differt à reali, clau. 4. glos. 5. nu. 53. fol. 308.
Actio hypotecaria est actio realis, cla. 4. glo. 5. num. 53. fol. 308.
Actione personali interrupta hypotecaria interrupta censetur, clau. 4. glo. 5. nu. 54. fol. 308.
Actio personalis, & actio hypotecaria respectu eiusdem rei possunt stare in diuersis subiectis, & quomodo, cla. 4. glo. 5. nu. 55. fol. 308.
Actio criminalis oritur ex omni spolio de iure cõmuni, clau. 4. glo. 22. nu. 48. fol. 340.
Actio iniuriarum dicitur quæ oritur ex spolio, clau. 4. glo. 22. nu. 49. fol. 340.
Actio ad interesse datur contra non adimplentem in obligationibus facti, cla. 4. glo. 25. n. 57. fol. 357.
Actio personalis tantùm competit donatori ad reuocandum donationem propter ingratitudinẽ, non reiuendicatio, cla. 4. glo. 28. nu. 15. fol. 368.
Actor an & quando iudicem eligere possit, vide in verbo, *Electio.*
Actori potiùs, quàm reo, est in principio litis fauẽdum, clau. 4. glo. 15. nu. 81. fol. 258.
Actus quòd potiùs valeat quàm pereat, præsumptio non præfertur propietati sermonis, sed è cõtra, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 100. fol. 111.
Actus, qui potuit fieri licitè, & illicitè, in dubio præsumitur factus eo modo, quo licitè fieri poterat in his in quibus aliàs induceretur delictum, non in alijs, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 104. fol. 111.
Actus non propterea dici debet nullus quòd peccatum contrahatur illum faciendo, clau. 4. glos. 10. par. 1. nu. 121. fol. 155.
Actus voluntarij non tribuunt alteri possessionem, cla. 4. glo. 17. nu. 24. fol. 250.
Actus contra bonos mores non fit sine peccato, cla. 4. glo. 21. par. 1. nu. 56. fol. 327.
Actus, super quo interponitur iuramentum, quandoq. valet, & quandoq. reprobatur in parte, cla. 4. glo. 21. par. 1. nu. 84. fol. 329. vbi multa exempla.
Actus, qui spiritu dei reguntur, non subiacent legibus humanis, cla. 4. glo. 21. par. 2. nu. 9. fol. 332.
Actum posse pendere ex futuro euentu non est inconueniens, cla. 4. glo. 22. nu. 8. fol. 338.
Actus, qui fit inter duos, & ex tractatu, & pactione inter ipsos præcedente, non potest, nec debet secundum vnius tantùm verisimilem mentem interpretari, sed secundum quod præsumi potest ambos censuisse, cla. 4. glo. 24. nu. 30. fol. 349.
Actus à principio in esse productus non mutatur quãuis succedat postea casus, qui si ab initio fuisset, ille non foret productus, cla. 4. glo. 24. num. 73. fol. 351. vbi *decisio.*
Actum faciens censetur sese eius legibus adstringere voluisse, cla. 4. glo. 9. par. 5. nu 158. fol. 135.
Aditione hæreditatis fructus futuri non acquiruntur irreuocabiliter, sed reuocabiliter, & sub cõditione, si hæres volet, cla. 4. glo. 9. par. 5. n. 89. fo. 127.
Aditio hæreditatis quomodo dicatur fieri expressè, & quomodo tacitè, cla. 4. glo. 5. nu. 37. fol. 52.
Aditio hæreditatis tacitè fieri dicitur per actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, vbi *decisio* nostri Senatus, cla. 4. glo. 5. n. 38. fol. 52.
Administrator præsumitur soluisse de bonis, quæ administrat, cla. 4. glo. 18. par. 5. nu. 41. fol. 306.
Declaratur donec non reddidit rationem suæ administrationis, ibidem nu. 42. fol 306.
Administrator quilibet tenetur ad reddendam rationem administrationis, ibidem.
Administrator, quandiu rationes non reddidit, nõ potest petere pecuniã, quam prætendit sibi deberi, quia præsumitur sibi soluisse, clau. 4. glo. 18. par. 5. n. 43. fol. 307. vbi *decisio* nost. Sena.
Idem est in tutore, ibidem.
Administrandi ius nõ competit patri ratione vsusfructus, sed imò patriæ potestatis, cla. 4. glos. 7. par. 3. nu. 19. fol. 71.
Aduocatus nõ peccat aduocãdo dieb⁹ feriatis, etiã ob pecuniã, & quæstũ, & ibi ratio, cla. 1. n. 28. fol. 4
Aduocati, ꝺ quib⁹ in hoc tractatu agit. qui dicãtur, quiq. eorũ appellatione veniãt, clau. 3. n. 11. fol. 8.
Aduocationis officium laudabile est, & vitæ hominum necessarium, cla. 3. nu. 17. fol. 9.
Aduocatorum officium nobilissimum dicitur esse, & quare, idque multis testimonijs probatur, cla. 3. nu. 18. fol. 9.
Aduocatorum officium laudatur ex multis, qui eo nomine donari voluere, cla. 3. nu. 20. fol. 9.
Aduocationis munere qui functi sint, cla. 3. nu. 20. fol. 9.
Aduocati Barcinonenses diuum Raymundum in patronum elegerunt, lampadem perpetuò ardentem magnis sumptibus construxerunt, & sacrum singulis annis in illius honorem celebrandum instituerunt, cla. 3. nu. 21. fol. 9.
Aduocati plures recensentur qui laudabilem vitã duxerunt, cla. 3. nu. 22. fol. 9.
Aduocati, etiam si non legant actu, nihilominùs gaudent priuilegio militari, cla. 3. gl. 3. n. 16. fol. 21. & ibi *decisiones* Senatus Grationopol. & aliorũ,
Præterquam si sint doctorelli, qui litteris non dant operam, ibidem, vbi *decisiones* Senatuum.
Aduocati excusantur à muneribus, clau. 4. glos. 10. par. 1. nu. 127. fol. 156.
Aduocati an & quãdo possint petere vltra tres annatas suarum conductionum, cla. 4. glo. 18. par. 5. nu. 34. fol. 306. vbi *decisio* nostri Senatus, & aliorũ.
Aduersatiuę dictionis natura, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 79. fol. 108.
Adulterũ, vel strupum filię respectu patris non dicitur atrox iniuria, sed potiùs aliqualis iniuria, clau. 4. glo. 28. nu. 14. fol. 369.
Aequalitas omnimoda vix est quòd in duabus reb⁹ distinctis reperiat. cla. 4. glo. 18. pa. 1. n. 73 fol. 262.
Aequitas qualis censeat. per iura patriæ prohibita

Doctoribus Regij concilij, clauſ.4. gloſ. 18.par.1. nu.119.fol.166.& par.2.nu.88.fol.281.

Aequitas, quam ſibi quidam ſuo capite fingunt, dicenda potiùs eſt dupplex iniquitas, cla.4.glo. 18.par.1.nu.120.fol.166.

Aequitates quandoq.ſunt pernitioſę, & ideò dicitur orandum eſſe Deum vt nos præſeruet ab aequitate Parlamenti, & ab expedienti magni cõcilij, cla.4.glo.18.par.1.nu.89.fol.281.

Aequipollenti an quis vtatur, an proprio ſermone, cui illud aequipollet, nihil refert, cla.4.gloſ.18. par.2.nu.55.fol.277.

Affectio maior non eſt in pecunijs vnius, quàm alterius, clau.4.glo.9.par.2.nu.14.fol.86.

Affectionis ratio ſuadere videtur vt parentes, qui voluerũt filium diſponere de bonis donatis debere inter filios ſuos, aut aliumquemcumq. cenſuerint voluiſſe quòd priùs in filios diſponeret, quàm in alios, clau.4.glo.25.nu 22.fol.335.

Agere de lucro captando, & de dãno vitãdo qui dicãtur, cla.4.glo.12.n.105.& 108. cum ſeq. fol.190.

Agnatorũ appellatione, ex obſeruantia ſubſecuta, veniũt per prius vtrinq.cõiuncti, cla.1.n.43.fol.5.

Agnationis ratio non cenſetur contemplata vbi in aliquo caſu vocatur fœmina, ſed maſculinitatis prærogatiua tantùm, vocando priùs maſculos, cla.4.glo.25.nu.14.& ſequenti fol.354. vbi *deciſio* noſtri Senatus.

Agnatio non conſeruatur per fœminas, ibid. n.16.

Alcaldes dela ſeca non poſſunt renuntiare, etiam cum iuramento, priuilegio fori, cla.3.glo.3. num. 46.fol.25.

Alienata per parentes poſt hæreditamentum non reuocant filij in vita illorum, cla.4. glo.9.par.5. nu.24.& 26.fol.121.& nu.136.fol.135.vbi *deciſiones*.

Alienata per hęredem grauatum non poteſt fideicomiſſarius in vita illius reuocare, ſed imò valida iudicantur interim, cla.4.glo.9.par.5.nu.25.& nu.ſequent.vbi *deciſio* noſtri Senatus fol.121.

Alienare poteſt pater, non obſtante hęreditamento, in aliquibus caſibus, cla.4.glo.9.par.5.numer. 142.fol.134.

Alienari poſſunt prohibita propter neceſſitatem, cla.4.glo.9.par.5.nu.163.fol.135.

Alienari an poſſint bona donata à patre pro liberando eum à carceribus, vbi detineatur propter aliquod debitũ particulare, & an idem ſit in matito, clau.4.glo 9.par.5.nu.169. fol.136. vbi *deciſio* Senat.Mantua.

Alienationes, quæ fiunt per parentes poſt hęreditamenta, reuocantur poſt eorum mortem per filios, præterquam ſi ex cauſis neceſſarijs ſint factæ, clau.4.glo.9 par.5.nu.198 fol.139.

Alienationis appellatione venit in emphyteuſim conceſſio, cla.4.glo.13.par.1.nu.1. fol.195. vbi *deciſio* noſtri Senatus, & nu.4.

Alienationis appellatione quæ veniant, clau.4.glo. 13.par.1.nu.3.fol.195.

Alienatio rei Eccleſiaſticę regulariter eſt prohibita tam in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, quàm in immobilibus, clauſ.4.glo.13 par.1. nu.6.& 7.fol.195.

Alienationem rei Eccleſiaſticę impugnans dicitur habere regulam pro ſe, alium verò exceptionẽ, clau.4.glo.13.par.1.nu.81.fol.195.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ nulla ex aliquo deffectu, ſuſtinetur volente Eccleſia, & illius Prælato, nec de nullitate poteſt is, qui cum Eccleſia contraxit, opponere, clau.4.glo.13 par.1.nu.11.fol.196.

Fideicommissum contrauentionale est in manu hæredis cuitare, relinquendo vni ex personis, extra quas erat prohibitus alienare, ibid.nu.48. fol.357.
Sed an sit necesse quòd relinquatur proximioribꝰ, an verò sufficiat quòd remotioribus, ibid.
Fideicommissum contrauentionale committitur in vita hæredis grauati, nec expectatur illiꝰ mors, sed cõtrauẽtio, quod secùs est in fideicommisso simplici, & absoluto, ibid.nu.49.fol.357.
Fideicommissum contrauentionale cuitatur, contraueniendo de voluntate, & consensu eorum, extra quos prohibita erat alienatio, ibidem nu. 50.fol.357.
Item si nulli existant eorum, in quorum fauorem prohibitio prædicta facta fuerat, ibid.
Fideicommissum contrauentionale nihil operatur extinctis omnibus, quorũ fauore prohibitio est facta, ibid.nu.52.fol.357.
Fideicommissum an censeatur inductum ex prohibitione de non alienando facta in contractu, ibid.n.53.fol.357.
Opinio affirmans, ibid.
Fideicommissum limitatum quod dicatur, clau.4. glo.16.nu.4.fol.361.
Fideiussor potest accedere obligationi naturali, cla. 4.glo.7.par.1.nu.29.fol.59.
Fideiussor accedens obligationi naturali nedum obligatur naturaliter, sed etiam ciuiliter, ibi.nu. 30.fol.59.
Fideiussor non potest in plus, & in duriorem causam obligari, quàm principalis, ibid.n.31. fol.59. & nu 57.vbi declaratur.
Fideiussoria obligatio est accessoria ad principalẽ, ibid.nu.32.fol.59.
Fideiussor qui accessit naturali obligationi, si sit exactus, non potest effectualiter agere postea contra principalem naturaliter tantùm obligatum, ibid.nu.33.fol.59.& nu.41.vbi declaratur.
Fideiussor non potest molestari nisi excusso principali, ibid.nu 34.fol.59.
Sed fallit vt nu.40.
Fideiussori non possunt cedi actiones à principali contra debitorem naturaliter tantùm obligatũ, ibid.nu.36.fol.59.& nu.41.vbi declaratur.
Fideiussor quot modis possit dici obligatus in plus, quàm principalis, ibid.nu.37.fol.59.
Fideiussor potest arctiùs, & fortiori vinculo obligari, quàm principalis, ibid nu.38.fol.59.
Sed magna difficultas in hoc per auctorem mouetur, ibid.
Fideiussor potest in plus obligari, non quoad substantiam, & radices obligationis, sed quoad accessoria, & extrinseca, ibid.n.38.fol.59.vbi *decisio* Rot.Bonon.
Fideiossor potest cum instrumento guarentigio, cũ hypoteca, & iuramento obligari, licèt cum his non sit obligatus principalis, ibi.nu.39.fol.60.
Fideiussor propter iuramentum tenetur in omni quãtitate promissa, licèt non appareat in ea tota teneri principalem, ibi.nu.39. fol.60. vbi *decisio* Ioseph.Ludoui.
Fideiussor potest obligari ad pœnam, licèt principalis debitor non sit ad eam obligatus, ibid.nu. 41.fol.60.
Fideiussor nõ potest accedere obligationi iam extinctæ.ibid.nu.42.fol.60.
Fideiussor qui se in plus obligauit, quàm principalis, remanet obligatus in eo quod principalis, clau.4.glo.21.par.1.nu.35.fol.326.
Intellectus legis græcè §.illud ff.de fideiussor. ibid. nu.36.fol.326.
Fideiussor qui se in plus obligauit, quàm principalis, tenetur in eo quod principalis, si adiecit clausulam, *omni meliori modo*, ibid.nu.47.fol.326.
Fideiussor qui in plus se obligauit, quàm principalis medio iuramẽto, tenetur in eo quod principalis, ibid.nu.89.fol.329.
Fideiussor condemnatus cum principali nec appellans, an possit, ne exequatur, iuuari appellatione illius, clau.4.glo.7.par.1.nu.43.fol.60.
Fideiussor non accedit cõtractui, cui ius resistit, ibi. nu.58.fol.61.
Fideiussor indemnitatis semper opponit excussionis exceptionem, etiamsi ei renunciasset, cla.4. glo.9.par.5.nu.55 & 57.fol.125.
Fideiussor indemnitatis, etiamsi iurasset, potest exceptionem excussionis opponere, ibid.n.56.
Fideiussor indemnitatis an per renuntiationẽ excussionis iuratam priuetur facultate ea vtendi, ibi.nu.58.
Fideiussores officialis pro residentia, & seu syndicatu non possunt conueniri nisi excusso principali, quamuis renũciassent, & iurassent, ibidem num.59.

Fideiussor de iudicato soluendo non tenetur quãdo reus est absolutus in prima instantia, licèt condemnatus in secunda, clau. 4. glo. 10. par. 1. n. 61. fol. 149.
Fideiussio in causa primitiua facta durat vsque ad conclusionem causæ appellationis, ibi. n. 65.
Fideiussor de iudicato soluendo non expresso nomine iudicis, sed dignitatis, tenetur nedum ad id, quod iudex primitiu⁹ declarat, sed etiã quod secundus, ibi. nu. 66. fol. 150.
Fideiussores syndicatus officialis æquè tenentur ad id, quod condemnat Senatus, quando in eo, durante officio, conuenitur in vim constitutionum, atqui si condemnatus esset à iudicibus tabulæ, ibi. nu. 67.
A fideiussoribus ad tertios possessores an valeat argumentum, clau. 4. glo. 18. par. 2. nu. 55. fol. 278.
Fideiussor exactus nõ potest agere contra confideiussores nisi deducta sua parte, ibid.
Fideiussores plures obligantur creditori vna, & eadem, id est simultanea obligatione, sed non inuicẽ, ibi. nu. 56. fol. 278.
Fideiussor vnius, qui totum soluit, an possit agere contra alium non cessis sibi actionibus, ibid. nu. 57. fol. 278. vbi pro affirmatiua est *decisio* curiæ Tholosanę.
Fideiussor exactus an cessis sibi actionib⁹, aut aliàs possit agere contra tertium bonorum principalis possessorem quando extat statutum quòd antequam deueniatur ad tertium possessorẽ debeant excuti nedum principalis, sed etiam & fideiussores, ibi. nu. 69. fol. 279.
Fideiussor exactus potest agere contra tertiũ possessorem actione hypothecaria cessa sibi per creditorem, ibid. nu. 74. fol. 280.
Fideiussor exactus ex propria persona, nisi sibi fiat cessio per creditorem, nõ habet aliquam actionem aduersus pignorum possessores, ibid. nu. 75. fol. 280.
Anthon. Hering. in tracta. de fideiussor. reprehenditur, ibid.
Fideiussor si soluit nomine suo, possũt sibi cedi actiones per creditorem, quæ per eam solutionẽ extinctæ nõ fuerãt respectu debitoris principalis, secus si nomine ipsius debitoris soluisset, ibi. nu 83. fol. 280.
Fideiussores sine pacto non possunt regulariter cõpellere debitorem census vt illum redimat, vel vt eos ab obligatione eximat, cla. 4. glo. 18. par. 3. nu. 12. fol. 283.
Fallit si diu steterint in obligatione, ibidem nu. 13. fol. 283. vbi plures *decisiones* diuersorum Senatuum.
Diu stare quis in obligatione quando dicatur, ibid. nu. 14. fol. 283.
Fideiussor qui accessit obligationi conditionali, seu successiuę non potest sub prætextu quòd diu steterit in ea compellere principalẽ vt eũ liberet, ibid. num. 15. fol. 283.
Fallit in aliquibus casibus, qui enarrantur, ibi. n. 16. fol. 283. vbi *decisio*.
Fideiussor qui diu steterit in obligatione, non agit vt aliquid sibi soluatur, sed vt liberetur ab obligatione, vel ex bonis principalis satisfiat creditori, ibid. nu. 18. fol. 284.
Fideiussor potest agere contra principalem vt liberetur, ex superuenięti inter eos inimicitia, ibi. n. 19. fol. 284.
Fideiussor obligatus per instrumentum guarentigium an eo ipso possit agere ad liberationem, remissiuè ibi. nu. 23. fol. 284. vbi *decisiones* pro affirmatiua.
Fideiussor quomodo sit liberandus ab obligatione quando ad id compellit principalem, an dando alium æquè idoneum, an soluendo, ibid. nu. 24. fol. 284.
Fideiussio nullam vtilitatem affert, sed magis damnum, & incommodum, ibid. n. 29. fol. 284.
Fideiussio cõtinet quandam donationis speciem, ibidem.
Intellectus l. ait prætor, §. nonsolum ff. de minor. ibid. num. 30. fol. 284. & nu. 42. fol. 285. & nu. 45. fol. 246.
Fideiussionis actus est merè dissipatiuus, cla. 4. glo. 26. nu. 13. fol. 362.
Fideiubere non potest qui habet facultatem expẽdendi in proprias necessitates, ibidem num. 20. fol. 362.
Fideiussio non est omnino simplex contractus nullam ad aliud habens correspectiuitatem, clau. 4. glo. 18. par. 3. nu. 48. fol. 286.
Fideiussio non rectè æquiparatur donationi quoad id, vt sicut hæc ad nihil dicit respectum, sic nec illa, ibidem vbi benè probatur, & nu. sequent.
Fideiussor semper existimat se indemnem seruandũ, aliàs nõ fideiuberet, & si secùs accidat propter paupertatem debitoris, tũc consideratur eo respectu in fideiussione læsio, ibid.
Fideiussor cẽsualis an possit illud à creditore emere, & exigere à debitore pensiones, ibid. nu. 62. fol. 287.
Fideiussor non potest pro se pignus emere, sed, oblata sibi pecunia cum vsuris, tenetur illud restituere cum fructibus, ibid. nu. 64. fol. 288.
Fideiussor censetur habere mandatum ad soluendum, & per solutionẽ pignus luendũ, & liberãdum, ibid.
Fideiussor qui voluit pro se emere pignus, nõ tenetur actione de dolo, sed imò mandati propter fidem susceptam sic ruptam, siue non seruatã, ibid. nu. 65. fol. 288.
Fideiussor non prohibetur emere pignus sui principalis, quod tamen pro alia obligatione fuisset datum, ibid. nu. 68. fol. 288.
Fideiussor censetur præsumptione iuris, & de iure suscepisse mandatum de emendo pignus pro debitore

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

debitore,ibidem numer.69.fol.288.
Fideiussor quomodò,& quare dicatur fidem rumpere erga suum principalem, ibid.
Intellectus l.2. de distractio.pignor.& l.2.C. mãda. ibidem.
Fideiussor potest censuale pro se emere à creditore,& sic traditur opinio affirmans in quæstione super hoc proposita,ibid.nu.70.fol.288.
Fideiussori nullibi reperitur prohibitum quin possit emere nomen debitoris pro quo fideiussit,& in locum creditoris,sic emendo, succedat, ibid. nu.71 fol.288.
Intellectus l.fideiussor,& l.cum prior, de distract. pignor.& l.Paulus ff.de fideiussor.ibid.
Differentiæ multæ considerantur inter emere rem debitoris,& illius nomen respectu fideiussoris, ibid nu.72.fol.288.
Differentia non est in emptione nominis debitoris inter fideiussorem,& quemlibet extraneum, sed sic est in emptione pignoris,ibid.numer.76. fol.288.
L.1.C.de dolo,& concordantes loquũtur in emptione pignoris, quod est debitoris,non in emptione nominis debitoris, quod est creditoris,ibid. nu.77.fol.288.
Fideiussor quare prohibeatur emere pignus,ibi.n. 78.fol.288.
Fideiussor qui emit censuale sui principalis non potest ab eo petere prætium à se solutum, quia id esset compellere debitorem ad luendũ,quod non permittitur,ibid.nu.80.fol.289.
Cancer circa hæc notatur,ibid.
Absurda,quæ sequerentur nisi concederetur fideiussori facultas emendi censualia in quibus fideiussit,ennarrantur,ibid.
Soluuntur quæ contra auctoris opinionem in hoc adducta fuere,ibid.nu.81.fol.289.
Scobar de ratiocinijs notatur, ibid. nu.82. fol. 289.
Decisio nostri Senatus aliquando in hac quæstione, nunquid possit fideiussor emere censuale pro quo fideiussit,ibid.nu.83 fol.289.
Fideiussor datus pro exequenda sententia an teneatur ad fructus,& accessiones,cla.4. glo.18.p. 4.nu.73.fol.298.
Fideiussori vel alteri tertio pro alio soluenti, qui habet à creditore cessionem, non nocet præscriptio statutaria,quæ præcipit intra certum tẽpus esse debitum petendum,clauſ.4.glo.18.par. 5.nu.56.fol.306.vbi *decisio* Rotæ Romæ.
Declaratur ibi,ab auctore.
Fideiussor quamuis obligetur vt principalis, non tamen desinit esse fideiussor, & eius obligatio dici accessoria ad principalem,ibidem num.56. fol.308.
Et nec tunc,nec vnquam, possunt dici principalis, & fideiussor duo rei debendi,ibid.
Fidelitatis,& homagij iuramenti plures quæstiones tractat Portoles ad Molin. in verbo *homagium*, inter quæ tamen non viderur facere differentiã, quam nos facimus,addi.25.
Reliqua vidè in verbo,*iuramentum fidelitatis*, & in verbo.*homagium*.
Filia in Cathalonia non potest sine consensu patẽtum matrimonium contrahere, aliàs potest exheredari,nisi sit ætatis viginti quatuor annorũ, clau. 4.glo.2.n.10 fol.43 & n. etiã 22.fol. 44. vbi *decisio* nostri Sena.
Intellectus consti.1 & 3.sub tit.de sponsal.in 1.vol. consti.ibid.
Filia quæ sine cõsensu patris nubit, rem inhonestã facit,ac patrem iniuria afficit,ibidem.numer.15. fol.45.
Filia dignè nubens non potest exhæredari, quamuis id faciat sine cõsensu patris,ibi. n. 28. fol.44. vbi *decisio* nostri Sena.
Filia vt exhæredari possit propter turpitudinem necessum est quòd illa sit continuata, nec sufficit vnicus,vel alius actus,cla.4 glo. 18. num. 26. fol.369.vbi *decis.* nostri Senat.
Filia quæ alteri nupsit inuitis parentibus, vt exhæredari valeat tria requiruntur, ibidem num.27. fol.369.
Filia in Cathalonia liberatur à potestate patris per contractũ matrimonij,in quam nõ reincidit per dissolutionem illius,ibid.nu.28.fol.369.
Filiorum appellatione an veniant nepotes, & alij descendentes,clau.3.glo.3.num. 100. 101.& 102. fol.31.
Filiorum appellatione vna cum patre vocatorum, an veniant nepotes,clauſ.4.glo.9.part.1. nu.43. fol.83.
Filij quoties vocantur cum aliqua qualitate, quæ non potest *verificari in nepotibus*,tunc non venit nepos appellatione filiorum,ibidem nume. 44.fol.83.
Filij maioris,vel primogeniti appellatione non veniunt nepotes,ibid.nu.46.fol.83.
Filij nominati per proprium nomen appellatione non venit nepos,ibid.nu.47.fol.83.
Filiorum appellatione an veniant *nepotes* distinguendi sunt duo casus,ibid.num.48.fol. 83. vbi latè per discursum,& refertur *decisio* nostri Senatus.
Filius donatarius non potest retrodonare patri quod sibi ab eo donatum extitit fauore certi matrimonij, clau.4.glo.1.nu.18. fol 35.
Filius in Cathalonia liberatur à potestate patris per contractum matrimonij, de illius consensu, ibidem num. 29.fol. 35.& clau 4.glo. 2.num.38. fol.49.
Idem est in Regno Castellę, ibid.d. nu. 29.fol.35.
Et an idem sit respectu curatoris vt similiter liberetur ab illius potestate,ibi.nu.39.fol.49.vbi *decisiones* nostri Sena.
Filius quicquid acquirit,patri acquirit,cla.4.glo.7. par.1.nu.69.fol.62.

Filius an possit sic benemereri de patre, vt possit dici sibi propterea ad aliquid ille obligatus, cla. 4.glo.7.par.2.nu.6.& 10.fol.63. & 64.
Filiorum plura exempla, qui de parentibus sunt insigniter benemeriti, ibid.n.7.fol.64.
Filiorum exempla, qui de parentibus male meriti fuere, ibi.nu.8.fol.64.
Filius, qui primò parentem occidit, quis fuerit, & quis qui primò matrem, ibi.nu.9.fol.64.
Filius manus violentas in matrem injiciens fuit à nostro Senatu *condemnatus* vt manu priùs aliquantulum in ligno affixa, seruiret in Regijs triremibus remigãdo per decenniũ. ibi.n.10.fol.64
Filius occidens patrem qua pœna puniatur, ibi.nu.11.fol.64.
Filijs de parentibus benemerentibus plura à Deo promittuntur præmia, ibi. nu.12.fol.64.
Filij officia in patrem exercita quæ sint, quæ remuneratione mereantur, ibidẽ n.13.fol.64.& n.26.
Filius impubes præsumitur priùs mortuus, quàm pater, quando ambo eodem casu perierunt, ibid. nu. 47.fol.67.vbi *decisio* Senatus Neapol.
Filij vocati cum patre an censeantur vocati simul cum eo, an verò post eum ordine successiuo, & an per vulgarem, vel fideicommissariam, remissiuè. clau.4.glo.9.par.1.nu.1.fol.78, vbi *decisiones* nostri Sena.
Filij non nati vocati cum patre in donationibus censentur vocati ordine successiuo, ibi.nu.2.fol.78.vbi *decisio* nostri Sena.
Filijs non natis quæritur ius ex *stipulatione* patris acceptantis donationem, quæ sibi & filijs suis fit, ibidem nu.4.fol.78. vbi *decisio* nostri Senat.
Filijs an æqualiter per donationem eis factã quæratur ius, an verò possit nihilominùs pater, quẽ ex eis elegerit, hæredem instituere. ibid. num.7. fol.78. vbi pro affirmatiua *decisiones* nostri, & aliorum Senatuum, & par.4.num.139.fol.116.& glo.14.nu.2. fol.346.
In prædicta quæstione aliquando doctores Regij Cõcilij in diuersa vota scissi sunt, ibid. n.8.fol.79.
Filijs æqualiter quæritur ius ex grauamine, de restituendo filijs, hæredi iniuncto, ibi.n.9.fol.79.
Filij, qñ eis & patri fuit ab aliquẽ aliquid donatũ, nihil dicuntur habere à patre, ibi.n.11.fol.79.
Filij & nepotes de iure vocantur æqualiter ad hæreditatem parentum, ibid.nu.13.fol.80.
Filij vocati in donatione, quę fit ab auo filio, & filijs suis, fauore alicuius certi matrimonij, an cẽseantur vocati tam illius, quàm etiã alterius cuiuscunque matrimonij, ibid.nu.19.fol.80.& nu.37.fol.82.vbi *decisio* nostri Sena.
Filiorum mentio simpliciter facta intelligitur de filijs primi matrimonij, ibid.nu.20.fol.80.
Filijs secundi matrimonij nõ prosunt pacta in eorum fauorem in primo matrimonio facta, secũdum Berengar. Ferdinan. ibid.nu.24.fol.80.
Filiorũ mentio quòd comprehendat filios vtriusq. matrimonij, tenent plures, & allegantur ad id *decisiones* nostri Sena. ibi.nu.25.fol.80.
Filij secũdi matrimonij prius cõtrahentibus matrimonium sunt odiosi, ibid.nu.36.fol.81.
Filij secundi matrimonij censentur comprehensi sub hæreditamento filiorum primi matrimonij, si ex primo non nascuntur, secundum aliquos, qui tamen reprobantur, ibid.nu.37.fol.82.
Filij succedentes in bonis donatis debent ea possidere communiter, & pro indiuiso, clau.4.glo.9.par.2.nu.1.fol.85.
Filij sic succedẽtes, quia sunt simul vocati, tota re communi vtuntur, absque eo quòd vnus alterũ impediat, fructus æquis portionibus percipientes, ac in expensis similiter cõtribuentes, ibi. n.2. fol.85.
Filij, vel nepotes vocati de gradu in gradum, quomodo succedant, clau.4.glo.9.par.3. nu.1.fol.95.
Filijs de gradu in gradum vocatis per testatorem in vltima voluntate, mens illius videtur esse quòd voluerit primò filios primi gradus, & postea nepotes. & vlterioris grad^{s} vocare, ibi.n.12.fol.96.
Filiorum & liberorum differentia non consideratur inter idiotas, & illiteratos homines disponẽtes, ibid.nu.26.fol.97.
Filijs masculis, & *fœminis* vocatis, quos vel quem postea vocans, vel aliàs eligeret, nũquid debeat primò de masculis eligere, & in illorum tãtùm deffectum de fœminis, remissiuè ibid.nu.28.fol.97.vbi *decisiones* pro masculis.
Filijs masculis, & *fœminis* vocatis, qui eligeretur, si non fiat electio, omnes succedunt excluso primogenito, ibid.num.29.fol.97.vbi *decisio* Senat. Parisien.
Filij omnes quot quot sunt, cẽsentur æqualiter vocati in hæreditamento, clau.4.glos.9.part.5.nu.1. fol.120.
Filij hæreditati non possunt cum suis hæreditamẽtis impedire in vita parentũ exequutiones, quæ fiunt contra eos, ibid.num.61.& 68.fol.126. vbi de *obseruantia* Senatus quòd impediant dictas exequutiones quoad proprietatem, non quoad vsumfructum.
Filius hęreditatus si, moriens ante patrem, relinquat filios qualitatis comprehensæ in hæreditamento, transmittit bona donata ad eos, ibi.n.66. fol.126.
Filius, qui tenetur parẽtes alere, excusatur si nõ potest, non tamen si hæreditatem, quę sibi defertur, nolit acceptare, ibid.nu.71.
Filius viuente patre non potest reuocare alienata per eum, ibi.nu.136.fol.133.
Et quomodo mors patris sit probãda vt fili^{9} hæreditatus sit admittẽdus, ibid. vbi *decis.* nostri Sena.
Filius tenetur probare quæ bona sint comprehensa in hæreditamento sibi facto, nec præsumuntur talia quæ reperiuntur penes patrem tempore mortis, præsuppositò quòd hęreditamentum com-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

comprehenderet tantùm bona præsentia tempore illius,ibi.nu.137.fol.134.
Filius an,saltem in subsidium,teneatur ex bonis in hæreditamento,per patrem sibi facto, comprehensis soluere debita per patrem, pro eo alendo,contracta,ibid.n.171.& nu sequent.fol.136.
Filius,& vxor tenentur ad debita contracta per patrem, & maritum respectiuè,si expressè pecunia fuisset mutuo accepta ad alimēta eorū,& ad ea illorū bona obligata extitisset,ibi.n.177.fol.137.
Filij positi in conditione non censentur vocati nisi adsint coniecturæ,clau.4.glo.24.n.2.fol.344.
Filij positi in conditione ex quibus coniecturis cēseri debeant vocati, relinquitur arbitrio iudicis, quia certa in hoc regula dari non potest,ibi.n.3. fol.344.
Filios positos in conditione non censeri vocatos *tenet* curia Tholosa. apud Gerard. Maynard. qui acutè,& doctè quęstionem tractat,ibi. nu.4. fol.344.
Filios in conditione positos censeri vocatos *tenet* noster Senatus si illi reperiuntur grauati,ibi.n.5. fol.344.
Idem *sequuntur* & alij Senatus,& doctores plures enarrati, ibid.
Filij positi in cōditione quomodo, & qualiter apparere debeāt grauati,vt cēseātur vocati prętextu dicti grauaminis,ibi.nu.6.fol.345.
Filij positi in cōditione cēsentur vocati qñ fuerūt expressè vocati filij vltimi substituti,ibid.n.7.fol. 345.vbi *decisio* nostri Sena.
Doctores recēsentur pro hac opinione, ibi. nu. 8. fol.345.
Filij in cōditione positi cēsentur vocati qñ est per testatorē facta extraneorū vocatio, ne dicatur alienā sobolē propriæ antepositisse,ibi. nu.9.fol. 345.vbi *decisiones* nostri Sena.
Filij nō debēt esse deterioris cōditionis, quā extranei,cla.4.glo.9 par.4.nu.87.fol.110.
Filij positi in conditione non cēsentur vocati,etiāsi vltra positionē in cōditione dicatur quòd si existant filij ij succedant,ibi.nu.80.fol.109.
Filij positi in cōditione an ex eo solo cēseri debeāt vocati,quòd testator digressus sit ad plures gradus substitutionum,remissiuè,clau.4. glo.24.n. 10.fol.345.
Filij positi in cōditione vt dicātur vocati, qñ vel sunt vocati extranei,vel filij positorū in remotiori gradu,nō est opus alijs coniecturis, ibi. nu. 11.fol.345.
Filij positi in cōditione,qñ vocātur alij filij substitutorū remotiorū,succedūt nō ex vi alicui' trāsmissionis,sed imò ex vi vocationis, ibid.num.12. fol.345.
Filios in cōditione positos cēseri vocatos, si sint sic positi, *si sine liberis decesserit legitimis, & naturalibus,& de legitimo,& carnali matrimonio procreatis,* aliquando Rota Romana,& Senat. Pedemon. *declarunt* ibid.num.13.fol.345.
Filij in cōditione positi hoc modo *quòd si substitutus decederet sine eis haberet bona ad suas voluntates*,cēsentur vocati,ibi.nu.14.fol 345.
Filij positi in cōditione in cōtractibus an cēseantur vocati sine vllis coniecturis, an verò necessariæ eædem sint,quæ in testamentis,ibi.n.15.fol.346.
Affirmans opinio quòd cēseantur vocati, ibi.n.16. fol.346.
Intellectus l.inter §.cum inter,de pact. dotal. ibi. & nu.sequent.
Negans opinio volēs nō cēseri vocatos filios sine cōiecturis,ibi.nu.17.fol.346.
Negans opinio recipitur ab auctore, ibid.num.18. fol.346.
Decisiones in hac materia,ibi.nu.19.fol.346.
Filij positi in cōditione qñ cēsentur vocati, quomodo debeāt succedere,an oēs simul, an tātùm quē pater elegerit vel cēseatur iniūctū fideicōmissū inter filios de vno in aliū,ibi.n.20.fol.346.
Filius an patri superuixerit in eo casu quo ambo simul perierūt, *nō est opus distinctione Bart.* si agitur de successione legis,vel hominis,ibi.n.28. fol.347.
Filij,nepotes,& pronepotes, & alij descendentes si vocati sint,etiā cum clausula,*quos donatarius,vel hæres voluerit*,ita ea vocatio intelligenda erit, vt primò vocati sint semper præferēdi,clau. 4. glo. 25.nu.27.fol.355.
Interpretatio l. hęredes mei §.fina.ff. ad trebellia. ibidem.
Filij eius,qui cum ex ordinatione alterius posset eligere quem vellet, moritur intestatus absque electione,dicuntur succedere patri ab intestato, non ex ordinatione eius,qui eorum patri electionē inter eos concesserat,ibid.nu.39. fol.356.
Filij alicuius vocati in casu quo tempore successionis eorum pater esset pręmortuus, non possunt patre mortuo prætendere successionem ex propria persona,si eorum pater viuus erat tempore dictæ successionis,& fuit hęres,ibi.n.40.fol.356. vbi *decis.*
Filijfamilias non poterant olim sine consensu parentum matrimonium contrahere,clauf.4. glo. 2.nu.1.fol.42.
Id tñ intelligebatur qñ erant in illorū potestate cōstituti,clau.4.glo.28.nu.29.fol.369.
Filijfamilias de iure Canonico validas posūt,absq. consensu parentum,nuptias contrahere, clau.4. glos.2.nu.2.fol.42.
Filiumfamilias qui dicit non posse,sine consensu parentū,nuptias cōtrahere,anathemate à Sacro Conci.Trident.damnatur,ibi.nu.3.fol.43.
Filiusfamilias super castrensibus, vel quasi ad libitū pōt contrahere,cla.4.glo.7.par.3.n.4.fol.70.
Filiusfamilias extra patris consensum nō pōt stare in iudicio,etiamsi sit maior,ibid.n.15.fol.70.vbi *decisio* Sena.Grationopol.

Filiusfa-

Filiusfamilias non potest sine dicto consensu bona sua alienare, ibid.nu.16.
Filijfamilias in Cathalonia ex iure municipali non possunt vllum contractum facere, siue sint in potestate, siue non, & siue maiores, siue minores sint, ibi nu.18.fol.70.& n.41.fol.42.vbi *decisiones* nostri Sena.
Filiusfamilias de iure contrahit, & obligatur, ibi.n. 48.fol.73.
Filiusfamilias vt pro patrefamilias habeatur circa negociationē, quid requiratur, ibi.nu.56.fol.74.
Filiusfamilias habetur pro patrefamilias in eo quod recepit ab aliquo vt solueret, & circa hoc contrahens remanet obligatus non obstantibus nostris constitutionibus, ibid. nu. 57.fol.74.vbi *decisio* nostri Senatus.
Filij minores vigintiquinq. annorū quamuis non vxorati, si publicè pro patribus familias habentur, possunt contrahere, si sunt alias emancipati, nec in eis habent locum *constitutiones* prædictæ, ibid.nu.59.fol.74.
Filiusfamilias paterfamilias factus agnoscens debitum dum esset filiusfamilias cōtractum, condemnatur ad illud soluendum, additi.35.vbi *dec.* nostri Sena.
Finis. Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari, clau.4.glo.9.par.4.nu.125. fol.113.
Qui tenetur ad finem, tenetur adhibere media necessaria ad illum consequendum, clau.4.glo.9. par.5.nu.73.fol.126.
Firma domini non requiritur in generali hypoteca, clau.4.glo.12.nu.139.fol.192.
Firma iuris, & iuditij prœuentio an impediant processum quærelæ pacis, & treugæ postea mouēdę, clau.4.glo.15.nu.64.cum sequen. vsq. ad nu. 89.fol.236.& sequent.
Firma iuris facta ante datam quærelam pro pacibus, & treugis violatis eam non impedit, ibid.n. 89.fol.240.vbi *decisio* nostri Senatus.
Firma iuris an sit necessaria in quęrela pacis, & treugæ, ibid.nu.128.fol.242.
Firma iuris in Cathalonia successerat olim in locū cautionis de iuditio sisti, & iudicato soluendo, ibid.nu.130.fol.242.
Firma iuris abijt ferè omninò in Cathalonia in desuetudinem, præterquam in causis, quæ mouentur in curia Vicarij Barci.ibi.nu.131.fol.242.
Firma iuris fiebat olim cum fideiussoribus, vel pignoribus, & in deffectum cum cautione iuratoria, ibi.nu.132.fol.242.
Idem adhuc nunc obseruatur in Aragonia, ibi.nu. 133.fol.242.
Firma iuris qualiter hodie fiat in Cathalonia, ibi.n. 134.fol.242.
Quare apponantur in firma iuris verba *pro decem solidis cum iuris augmento*, ibid.nu.135.fol. 242.
Fiscus capit donata ob causam matrimonij per virum vxori, si nulliter fuerit contractum per ambos conscios impedimenti; idq. an sit semper verum, clau. 4.glo.1.nu.66.fol.39.& nu.70.vbi *decisiones* Senatus Lusitani, & Rotæ Auenionen.
Scientia quomodo probetur, ibid.
Fiscus præfertur in diuisione rei communis, clau.4. glo.9.par.2.nu. 44.fol.88.
Fiscus an possit agere ad punitionem corporalem, finito iuditio ciuili ad emendam per partem intentato, remissiuè clau.4.glo.15.nu.108.fol.241.
Fœmina non succedit in feudo de iure communi, secùs est de iure Cathaloniæ, clau.4.glo.12.nu.6. fol.182.
Fœmina primæ lineæ, si semel sit exclusa propter masculos secundæ, & contingat quòd cesset hęc secunda linea masculorum, & ex ea repetiatur fœmina vltimò descendens tantùm cum descēdentibus ex fœmina primæ lineæ, quæ fuerat exclusa, quis ex ipsis debeat succedere, clau.4. glo.25. n.17.fol.354.cū n. sequēt.vbi *decis.* nostri Senat.
Reliqua vide in verbo *masculus*.
Fornicatio simplex punitur quandoq. magis, quàm alia delicta, clau.4.glo.14.n.132.fol.230.
Fortalitium quid significet, clauſ.4.glo.11.num.21 fol.173.
Fortalitia sunt plura in Cathalonia, ibi.n.23.
Fraudibus est obuiandum, quantum fieri potest, & malitijs hominum non indulgendum, clau. 4. glo.1.nu.72. & 73.fol.41.& glo.19.par.2. num.6. fol.320.
Et quomodo fiat fraus, dicta glo.1.nume. 72.& 73. fol.41.
Fraudum pellendarū gratia fit lata interpretatio, d. glo.19.par.2.nu.8.fol.320.
Fraudibus nullo meliori modo obniatur quā occasionem fraudandi tollendo, ibid.n.12.fol.321.
Fraus quibus modis fiat constitutioni vni. tit. de promiſ.dot.clau.4.glo.1.nu. 78.fol.41.
Fraus faciliter præsumitur inter coniunctas personas, clau.4.glo.9.par.5.nu.102.fol.129.
Fraus fit creditoribus re, & effectu, ac euentu solo sine expresso animo, & proposito fraudādi, ibi. num.103.
Maximè in causis lucratiuis, quamuis acquirens de fraude non participauerit, ibid.nu.104.
Fraus tunc fit creditoribus per debitoris contractum, quando diminuitur de illius patrimonio, non quando omittitur acquisitio, ibid.n.117.fol. 131.vbi *decisiones* plurimorum Senatuum.
Fraus, & dolus re ipsa ibi sunt, vbi adest enormissima læsio, clau.4.glo.12.nu.89.fol.188.
Intellectus tex.in cap.ad nostram de rebus Eccles. non alienan.ibid.n.90.& 92.fol.189.
Fraus, & colluſio an præsumantur eo ipso quòd quis pro magno delicto fuit minima pœna punitus, clau.4.glo.13.par.2.nu.68.fol.207. vbi *decisiones* pro affirmatiua.
Fronteria ideò dicta quòd frontem faciat contra aliud territoriū, clau.4.glo.11.n.22.fol.173.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

Fructus acquirendi per hæredē à die aditæ hęreditatis vsq. ad mortē sunt paruę considerationis, quia habent se ad esse, & non esse propter mortē illius, quæ potest citò contingere, & aliàs, clau. 4. glo. 9. par. 5. nu. 99. fol. 128. vbi latè per discursum.
Fructuū restitutio fit quando quis restituitur restitutione iustitiæ, secùs si restitutione gratiæ, cla. 4. glo. 12. num. 92. fol. 189. vbi *decisiones* nostri Sena.
Fructus non exacti, licèt maturi de tēpore vnius beneficiati, spectant ad successorem, non ad hęredē, clau. 4. glo. 18. par. 1. num. 140. fol. 268.
Etiamsi pro eorū exactione iudicialiter antecessor egisset, ibi. num. 141. fol. 268. vbi plures *decisiones*.
Intellectus bullæ 9. Iulij 3. super fructibus beneficiorum non exactis ad quos spectent, ibidem.
Bulla prædicta dicitur non recepta in regnis Hispanię, secundum Nicol. Garciam, ibi. n. 143. fol. 268.
Sed non sic est in Cathalonia, ibidem, vbi *decisio*.
Consuetudo dicitur esse in ciuitate Barcinonę quòd fructus beneficij spectent ad hæredē, non ad successorem, ibidem num. 142. fol. 268.
Alij dicunt quòd est etiam in tota Hispania, ibidem.
Fructus strictè, & propriè non veniunt appellatione reditus, clau. 4. glo. 21. par. 2. num. 35. fol. 333.
Fructus reperti in domo donatoris tēpore mortis nō sunt donatarij, sed hæredis, cla. 4. glo. 22. n. 5. f. 338.
Fundamentū intentionis suæ quilibet probare tenetur siue agens sit, siue excipiens, ibid. nu. 7. fol. 338.
Furnari⁹ nō tenet, familia aucta, coquere panē, p̄ mercede antea cōuēta, cla. 4. gl. 18. par. 1. n. 117. fol. 266.

G

GEminatio facit p̄sumi verba cū maiore animi deliberatione prolata, cla. 4. gl. 15. n. 51. fol. 236.
Geminationis virtus remissiuè, ibid. num. 50. fol. 235.
Generosis hominibus, & de paratico an competant priuilegia militum, clau. 3. glo. 3. nu. 86. fol. 29.
Generosi nisi armentur intra annū, nihil eis prodest priuilegium, clau. 3. glo. 3. nu. 87. fol. 29.
Generosi cōseruantur in possessione militiæ, licèt nō fuerint armati, si in ea reperti fuerint, & idem est è cōtra si Baro reperiat in possessione cognoscēdi ā eis, vbi *decis.* nostri Sena. cla. 3. glo. 3. nu. 88. fol. 29.
Idē de nobilibus in terminis iuris cōmunis, ibid. vbi *decisio* diuersorum Senatuum.
Gen⁹ ineſt cuilibet speciei, cla. 4. gl. 14. nu. 45. fo. 224.
Genus p̄dicatur de qualibet specie, ibi. n. 46. f. 224.
Genus nūquā perit, cla. 4. glo. 18. p. 1. nu. 191. fol. 272.
Genus perire potest quando debetur ratione certæ rei, sicut si species esset, ibid. nu. 195. fol. 273.
Genus nō minuitur per dinumerationē specierum postea factam, cla. 4. glo. 21. nu. 41. fol. 333.
Georgius Viennen. incusatur quòd integrā columnam Eman. Suar. eius suppresso nomine, trāscripserit, clau. 4. num. 2. fol. 32.
Gerunda ciuitas gaudet priuilegijs ciuitatis Barcinonæ, cla. 4. glo. 12. nu. 138. fol. 192.
Gladius, quando dicitur merum imperium esse gladij potestatem &c. an sumatur pro materiali, an verò pro legali remissiuè, cla. 4. gl. 14. nu. 33. fol. 223.
Glosa nulla melior quàm ea quam ipsemet testator facit, nec est alia opus, cla. 4. glo. 15. n. 36. fol. 356.
Grad⁹ meri & mixti Imperij ac simplicis iurisdictionis remissiuè, cla. 4 glo. 14. nu. 48. fol. 224.
Graduum diuersitas non consideratur in filijs eiusdē gradus, cla. 4. glo. 9. par. 3. nu. 2. fol. 95.
Grammaticus carpitur ꝙ *decisionē* tribuerit Senatui Neapol. quæ non fuit illius, cla. 4. glo. 5. n. 41. fo. 52.
Gratia Principis non expirat per eius mortem, cla. 4. num. 37. fol. 197. glo. 23. par. 1.
Gratia non expirat per mortem Papę etiam ante cōcriptas litteras, ibidem nu. 42. fol. 198.
Gratia rationi congruit quę sit, ibidem.
Gratia si non fiat à Papa, vel Principe, sed alteri cōmittitur facienda, potestas eius expirat per mortē committentis, ibidem nu. 43. vbi *decis.* Rot. Rom. & nu. 45. vbi *decisio* nostri Senatus.
Intellect⁹ c. si super gratia de offi. deleg. in 6. ibi. n. 44.
Gratificationi in feudis locus est, quādo quis discedit plurib⁹ institutis, vel abintestato, clau. 4. glo. 9. par. 2. num. 29. fol. 87.
Gratificationi in emphyteusi nō est locus, quia diuisibilis est omni iure, cla. 4. glo. 9. par. 2. n. 30. fol. 87.
Grauamen filio impositum reijcitur vsq. ad legitimā sibi debitam in bonis patris, eo in reliquo remanente, clau. 4. glo. 21. par. 1. nu. 39. fol. 326.
Grauamen filię impositum in dote reijcitur quoad legitimam, secus quoad reliqua, ibi. n. 40. fol. 326.
Grauamen filio impositum quoad legitimā reijcitur etiamsi simpliciter filia⁹ se bonis patris immisceat, vel perpetuò taceat, ibid. nu. 41. fol. 326.
Gubernator Cathaloniæ facit processum pacis, & treugę violatarum, cla. 4. glo. 15. n. 121. fol. 242.
Fallit nisi causæ essent euocatę ad Regiam Audientiam, & adhuc eo casu posset, si recederet Rex & suo casu Locumtenēs illius à Principatu, ibidem.
Guidari non potest eiectus à pace & treuga, clau. 4. glo. 15. nu. 152. fol. 244.
Etiamsi fiat à Principe ex certa scientia, ibidem.
Guidaticum de facto datum, & concessum an sit seruandum, etiamsi fuisset aliqua lege dari & concedi prohibitum, ibidem nu. 154. fol. 244.
Guidaticum est seruandum etiam datum ab eo qui illud dare non poterat, ibid. nu. 155. fol. 244.
Guidaticum an sit seruandum si sit datum contra statutum id prohibens, ibid. nu. 156. fol. 244.
Guidat⁹ & assecurat⁹ si cōmittit nouū delictū, nō gaudet guidatico, ibi. n. 157. f. 244. vbi *decis.* Sena. Nea.
Si tamen delictum est verè punibile, secùs si non esset, ibid. num. 158. fol. 245.

H

HAbitātes in suburbijs nō subiacēt repręsalijs decretis cōtra ciuitatē, cla. 3. glo. 2. n. 37. fol. 15.
Hęreditas p̄sumitur locuples, q̄n nō est cōfectū inuentariū, clau. 4. glo. 5. num. 43. fol. 53. & nu. 47.

Hæreditatem esse, vel non esse soluendo, quãdo testator legauit rem propriam hæredis, cui incumbat onus probandi, cla. 4. glo. 5. num. 49. fol. 15.
Hæreditas non præsumitur locuples quando adest inuentarium, clau. 4. glo. 5. num. 51. fol. 55.
Hæreditatis donatio valet, quia eius is est sæsus vt teneatur post mortem restituere hæreditatem filijs suis, clau. 4. glo 9. par. 4. nu. 7 fol. 102.
Hæreditas verbum, qui dixerũt significare, ac importare bona præsentia tantùm, hallucinati clarissimè monstrantur, cum iure id non probetur, cla. 4. gl. 9. par. 4. num. 40. & numeris sequenti. fol. 105.
Hæreditas, q̃ sumatur p̃ bonis præsentibus, violenta interpretatio appellatur, cla. 4 gl. 9. p. 4. n. 42. f. 10
Hæreditatis facta donatio nõ valet, tãquã facta d̃ bonis p̃ntib⁹, & futuris, nec pót interpretatio fieri, vt sustineat de p̃ntib⁹ tãtũ, ib. n. 44. f. 106. & nu. 89.
Hæreditas sine vllo corpore subsistit, clau. 4. glos. 21. par. 1. nu. 6. fol. 324.
Hæreditas valdè differt à rebus hæreditarijs, ibidem num. 7. fol. 324.
Hæreditas pacto dari nõ põt, cla. 4. gl. 9. p. 4. n. 3. f. 10
Hæreditamentum merum cõtractum, scilicet donationẽ inter viuos, importat de iure nostro municipali, vbi *decisiones* nostri Sena. cla. 4. gl. 6. n. 1. fol. 56.
Hæreditamentum quid significet de iure communi, cla 4. glo. 6. nu. 2. fol. 56.
Hæreditamẽtũ appellatur donatio inter viuos, quæ fit in pactis nuptialib⁹, quia p eam cẽsetur donator præueniss diẽ supremi iudicij, cl. 4. gl. 6. n. 3. fo. 56. Vide glo. 9 par. 5. nu. 20.
Hæreditamẽta p verbũ, *hæredito sit hæres*, &c. à multis dicuntur inualida tamquã vniuersam successionẽ continentia, cla. 4 glo. 9. par. 4. num. 117. fol. 112.
Hæreditamenta p verbũ, *hæredito, sit hæres* &c. facta, existimat auctor admittenda p Senatũ fore q̃ importarẽt vniuersã successionẽ, si fierẽt aliqua ĩ eis reseruatio ad testãdũ, cla. 4. glo. 9. p. 4. n. 121. fo. 113.
Opinio nostri Cancer. contraria, vbi attestatur de *decisione* nostri Senatus, ibidem nu. 122.
Hæreditamentum per verbum, *præferantur*, factũ an simpliciter importet vocationẽ filiorum, an verò conditionalem, seu respectiuam ad aliud matrimonium, cla. 4. glo. 9. par. 4. num. 127. fol. 113.
Opinio nostri Senatus vbi *decisiones* ibid. num. 128.
Opinio q̃ importet potiꝰ cõditionalẽ, & respectiuã ad aliud matrimonium vocationem, ibid. nu. 129. & vide num. 137. vbi *decisio* nostri Senatus.
Hæreditamẽtum, *quòd filij pro filijs &c. succedant* quid importet, ibi. nu. 128. fol. 113. & 119.
Hæreditamentũ q̃ *filij p̃ filijs* &c. aliquãdo declaratur à patrẽtib⁹ vt cẽsẽatur voluisse præferre disponẽtes filios masculos vniꝰ matrimonij filijs alteriꝰ, & sic de fœminis, & aliq̃n q̃ tm̃ respectu eiusdẽ matrimonij si adsint filij, & filiæ, cl. 4. gl. 9. p. 4. n. 136. f. 115
Hæreditamẽtũ vbi cõcipitur cõditionaliter verbis apertis cõditionale declaratur vbi *decisio* nr̃i Sena. in causa statuũ de Cardona, cl. 4. gl. 9. p. 4. n. 138. f. 116.
Hæreditamẽta per verba, *sint nostri hæredes post mortẽ* an teneant nec ne, cla. 4. gl. 9. par. 4. n. 140. fol. 116.
Cancerij opinio in hoc distinguẽs inter pactũ, quod futuram successionẽ contineat, & illud, quod solam personalẽ obligationẽ, quę ab hęrede effectũ habere incipiat, vbi *decij*. Senatus ibid. num. 141.
Auctoris opinio, quæ est quòd validitas horum hæreditamentorum non pendeat ex consideratione incipiant, vel non, ab hæredibus, ibid. num. 142.
Hæreditamentum factum per verbum, *hæredito*, simpliciter, nullum videtur tãquam cõplectens vniuersa bona præsentia, & futura, secꝰ est si dicatur, hæredito de bonis meis, ibi. n. 45. f. 106 & nu. 89.
Hæreditamẽti simpliciter facti, quòd intelligatur de bonis præsentibus tãtum, interpretatio dubitabilis valdè redditur, cla. 4 glo. 9 par. 4 n. 46 fol. 106.
Hæreditamẽtũ prædictũ, sunt quidã qui dicũt non importare necessariã & dispositiuã vocationẽ filiorũ, sed solã prælationẽ permissiuã, & reseruationẽ successionis ab intestato, cla. 4. glo. 9. p. 4. n. 48. fol. 106. & nu. 74.
Hanc opinionẽ iuuat cõmunis intelligẽtia eorũ, qui talia hæreditamenta soliti sunt facere, ibi. n. 49.
Hæreditamẽtũ, seu promissio de donãdo quæ fit per verbũ *sint hæredes*, quę fit ĩ cõtractu inter viuos, interpretatur donatio de bonis præsentib⁹, vt actus potiùs valeat, quã pereat, cl. 4. gl. 9. p. 4. n. 63. f. 107.
Auctoris opinio circa hæreditamenta prædicta, & diuersas opiniones suprà relatas, q̃ p huiusmodi hęreditamenta nõ cẽseatur solũ reseruata successio legalis, sed imò inducta dispositiua vocatio in vniuersam hæreditatem, & bona donãtis, ibi. nu. 64. Vide in 5. par. num. 23.
Hæreditamẽtũ *q̃ filij p̃ filijs, & filiæ p̃ filiabus sint hæredes*, nõ pót interpretari q̃ non importet necessariã vocationẽ, & præcisã, ex doctrina Castanate, & Beren. Ferdi. vt vult Cãcer. ibi. nu. 84. f. 109. & nu. 139.
Hæreditamẽta, q̃ in Cathalonia intelligãtur d̃ bonis præsentib⁹ tãtũ, nullus practicus dicit, nec ita esse debere vulgꝰ intelligit, cla. 4 gl. 9. p. 4. n. 92. f. 110.
Hęreditamẽta, quæ fiũt p verba, *hæredito, & sit hæres*, sm̃ ius cõmune intelligẽda sunt d̃ bonis p̃ntibus, & futuris, & propterea non sustinenda, cla. 4. glo. 9. par. 4. num. 93. fol. 110.
Hæreditamentum simpliciter factũ sustinetur in bonis præsentibus tantùm, quia potest de eis solis intelligi, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 94. fol. 110.
Contrarium tamen nu. 95. & num. 117.
Hęreditamentum quoddam validum *declaratum* in Senatu refertur in additio. 17.
Hæreditamenta magis olim frequentabantur in Cathalonia, quã hodie, quia pauciores circa ea oriebantur lites, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 1. fol. 101.
Hæreditamentorũ materia anxium, & dubiũ valde olim tenuit nostrũ Senatũ, valida ne an inualida declararet, & quam resolutionẽ in eis caperet, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 2. fol. 101.
Hæreditamentorũ formulæ, quibus regulariter con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cipi ſolent, ibidem.
Hęreditamenta in capitulis matrimonialibus facta valida ſolet noſter Senat⁹ declarare ꝺ bonis præſentibus, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, virtute iuramenti in eis appoſiti, & propter fauoꝛē matrimonij, vbi plures *deciſiones*, clau. 4. glo. 9. par. 4. num. 4. fol. 101. & nu. 65.
Hęrediramenta tota ſunt in pactorum cõditionib⁹, clau. 4. glo. 9. par. 4. num. 19. fol. 103.
Hęreditamẽta facta ꝑ verbũ preſens, veluti *hæreditamus*, quadrupliciter fieri ſolent, quod eſt attẽdendum ad eorum validitatem, vel inualiditatem, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 37. fol. 105.
Hæreditamẽta facta ꝑ ſolũ verbũ, *hæreditamus*, equiparat Senat⁹ cũ factis ꝑ verbũ, *hęreditamus*, cũ adiectione indefinita bonorũ, vt vtraq. valeant de bonis preſentibus, & ex quatione, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 38. fol. 105.
Hæreditamenta non important vocationẽ niſi poſt mortem hæreditantis, nec antea ſortiuntur effectum, clau. 4. glo. 9. par. 5. num. 16. fol. 121.
Cancer. extollitur ꝙ circa materiã hæreditamentorũ multa, quę ꝑ plura ſecula fuerũt ĩ Cathalo. abſcõdita, pulchrè declarauerit, & explicauerit, ibi. n. 19
Hæreditamẽta cur dicant habere cõnexã cõditionẽ, ſi donatarius donatori ſuperuixerit, ibi. n. 20. & 26
Hæreditamenta qñ poſſint dici eſſe irreuocabilia ſi ſapiunt naturam vltimæ voluntatis, vbi reprehenduntur Ferdi. & Cel. Hug ibidem num. 21.
Hęreditamẽta, quę fiunt filijs naſcituris, quomodo poſſint valere, & dici irreuocabilia dũ ſũt in pẽdẽti, & expectãt natiuitatẽ filiorũ, & præterea requirunt ꝙ patri ſuperuiuãt filij, declaratur, ibi. nu. 22.
Hęreditamenta quòd comprehendant bona tam præſentia, quàm futura, viuax ratio, ibid. nu. 23.
Hæreditamẽtum euaneſcit filio ante patrem deſcedente, & an fiat tranſmiſſio, ibid. num. 26.
Hæreditamẽtũ, ꝙ fit à muliere, reddit irritũ ſi ei⁹ maritus in matrimonio moriatur, ibi. nu. 180. fol. 137.
Intellige ſi mulier reuocauerit hæreditamẽtum, ibi. num. 183.
Hæreditamẽti, ꝙ filij ex certo matrimonio procreãdi habeãt eſſe hæredes, validitas examinatur clau. 4 glo. 9. par. 4. nu. 47. fol. 106.
Hęreditare, verbum barbarum eſt, clau. 4. glo. 9. par. 4. num. 46. fol. 106.
Hęreditare in Cathalonia donare ſignificat, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 4. fol. 101.
Hæreditare, verbum, ſignificat ac importat potiùs donationẽ vniuerſalẽ omniũ bonorum præſentiũ, & futurorum, quàm preſentium tantùm, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 39. fol. 105. & numeris ſequenti. & ſignanter num. 93.
Hæres tenet approbare factũ deffuncti, ſiue inuẽtariũ cõfecerit, ſiue non, cla. 4. glo. 5. n. 34. & 39. f. 52.
Hæres in quibus caſibus nõ teneatur approbare factum deffuncti, remiſſiuẽ, cla. 4. glo. 5. nu. 48. fol. 53.
Hæres an poſſit repudiare hæreditatẽ teſtatoris, & retinere ſibi bona, ad quę per eam inſtitutionẽ eſſet nominatus, & electus à deffuncto, ꝙ nominare, & eligere poterat, additio. 8. vbi *deciſio* noſtri Sena.
Hæres quãobrẽ cẽſeat nominatus ꝑ inſtitutionẽ ad id ꝙ poterat teſtator nominare, & eligere, addi. 8.
Hæres & executor teſtamentarius factus non poteſt executor eſſe niſi adeat hæreditatem, addi. 8.
Hæres inſtitutus in min⁹ ſolemni teſtamẽto tenet in foro cõſciẽtię ad legata, cla. 4. gl. 7. par. 1. n. 10. fo 57
Hæres tenetur ſtare aſſertioni iuratæ deffuncti, clau. 4. glo. 7 par. 2. nu. 11. fol. 65.
Hæres non poteſt reuocare donationem, quæ alias ex aliqua cauſa reuocari poſſet, vbi *deciſio* Senat⁹ Neapoli. clau. 4. glo. 8. num. 4 fol. 75.
Hæres donatarij poteſt acceptare donationem factã deffũcto, vbi *deci.* Sena. Pedem. cla. 4. gl. 8. n. 5. f. 75.
Hæredi, an mulieri potiùs, incumbat onus probãdi non eſſe ſibi promiſſum pro arrhis vltra decimam partem bonorum, clau. 4. glo. 5. nu. 51. fol. 55.
Hæres ſit, ſucceſſionẽ vniuerſalẽ importat, atqui *hæres ſit vniuerſalis*, cla. 4. glo. 9. par. 4. n. 96. fol. 110.
Vide num. 117.
Idque procedit tam in cõtractibus quam in vltimis voluntatibus, ibidem num. 97.
Hæredis, verbũ, ſignificat quandoq. dominũ, & ſucceſſorem, quãdo preſertim iungitur verbo bonis indefinite, cla. 4. glo. 9. par. 4. n. 102. fol. 121.
Vide num. 103.
Hæres in re certa inſtitutus pro legatario habetur; cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 108. fol. 112.
Fallit qñ ali⁹ nõ eſſet inſtitut⁹ hæres vniuerſalis, quia tali caſu haberetur ꝙ hæredẽ vniuerſali, ibi. n. 109.
Sed hæc limitatio ſublimitatur vt nõ habeat locũ in cõtractibus, vbi de rõne differentię inter cõtractus, & vltimas voluntates, ibi. nu. 110.
Hæres inſtitutus quamdiu viueret, alio dato hæredẽ vniuerſali, habetur pro vſufructuario, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 114. fol. 112.
Hæres adeũdo hæreditatẽ cẽſet quaſi cõtraxiſſe, vbi *deciſio* Sena. Neapol. cla. 4. glo. 5. nu. 35. fol. 52.
Hęredes, verbũ, exponit id eſt dñi, & ſucceſſores particulares, cla. 4. glo. 9. par. 4. nu. 7. fol. 102.
Hæredes contractuales qui appellentur, clau. 4. glo. 9. par. 4. nu. 8. fol. 102.
Hæres an poſſit eligere ſicut poterat deffũct⁹ ſi is electionẽ nõ fecit, cla. 4. glo. 9. par. 5. n. 12. fol. 121.
Hæres grauatus de hęreditate reſtituenda, & patet qui hæreditamentũ fecit, ſi bona ſe habere libera iactent, & diſſipent ea, poſſunt futuri ſucceſſores petere ſe declarari tales, & facere eis interdici alienationes, clau. 4. glo. 9. par. 5. nu. 27. fol. 122.
Hæres grauat⁹ an poſt aditã hæreditatẽ poſſit in fraudẽ creditorũ eam renũtiare, ibi. n. 78. fol. 127.
Hæres grauat⁹ põt hæreditatẽ reſtituere ſine detractione falcidiæ, nec per hoc fraudãtur creditores, ibid. nu. 79.
Hæres grauatus de reſtituendo, percepta certa quãtitate, poteſt ſine detractione eam reſtituere, nec

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fraudantur creditores, ibid. nu. 80.
Hæres grauatus remittendo fructus, quos percipere deberet, dicitur fraudare creditores, cum illorum sit dominus, ibidem num. 81.
Hæres qui non tenetur restituere nisi post mortem, si restituit ante, pōt aliquod grauamen apponere fideicommissario commensurabile cū fructibus, quos percepisset nisi restituere, ibi. n. 82.
Hęres nō pōt cōtrauenire dispositioni defuncti restituendo hæreditarē aliter quā ipse statuit, ibi. n. 85.
Sed cōtra tenet auctor vt in casu occurrēti, ibi. n. 86.
Hæres adeundo hæreditatem non acquirit fructus irreuocabiliter, sed reuocabiliter, & sub cōditione nisi ipse volet restituere, ibidem nu. 89.
Hęres dicitur plenā fidem exhibere, iuxta volūtatē defuncti, qū restituit fideicōmissario sine aliqua detractione, nō alio respectu, ibi. nu. 115. fol. 131.
Hæredi grauato an possit fieri redemptio census, vide in verbo *redemptio*.
Hæres *institui* ab aliquo honor est, cla. 4. glo. 21. par. 1. num. 8. fol. 324.
Hæres vnus ex plurib⁹ pōt redimere inuitis reliquis rem cum pacto de retrouendendo venditam, ibi. num. 87. fol. 329. vbi *decis.*
Hęres grauatus an teneatur bona mobilia restituere in ea bonitate, in qua reperta fuerunt, & an sufficiat restituantur in ea in qua reperiantur, clau. 4. glo. 22. num. 16. fol. 340.
Hæres, cui est à testatore cō cessa facultas alienādi, & ex alia parte iniunctū fideicōmissum, pōt omnia omnino defuncti bona alienare, nec tenetur solam quartam *fideicommissario* restituare, clau. 4. glo. 26. num. 3. fol 361.
Interpretatio auctē. cōtra cum rogatus C. ad S. C. Trebel. ibidem.
Hęres vt possit reuocare, ppter ingratitudinē, donationē factā per defunctū qn ille cōquęstus est, an sit necessarium q iuditialiter, vel sufficiat quòd extraiudicialiter conquęstus sit, clau. 4. glo. 28. nu. 36. fol. 370.
Hæres vt possit reuocare donationē propter ingratitudinē, necessarij sūt nedū cōquęst⁹ defūcti d ingratitudine, sed etiā q voluerit donationē reuocare, ibidem.
Hæredum fauor, sicut ipsius paciscentis, in omni pactione continetur, clau. 4. glo. 24. nu. 33. fol. 348.
Hæretici à Theologis appellātur qui decimas dicūt esse de iure diuino, ex eo q earū pręceptū datū in lege vereri obligauerit etiā in noua, quia nō cōstet fuisse reuocatū, cla. 4. glo. 19. par. 1. nu. 7. fol. 313.
Historijs creditur, clau. 4. glo 21. par. 2. n. 19. fol. 163.
